

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XVII
F
4
NAPOLI



HENRICI DE COCCEJI
SACRÆ REGIÆ MAJESTATI BORUSSICÆ QUONDAM A CONSILIIS SECRETIORIBUS

GROTIUS ILLUSTRATUS

SEU

COMMENTARII

AD

HUGONIS GROTII

DE

JURE BELLI ET PACIS

LIBROS TRES

IN QUIBUS

JUS NATURÆ & GENTIUM, item JURIS PUBLICI præcipua

EXPLICANTUR.

ADDUNTUR ANNOTATA AUTHORIS

EX POSTREMA EJUS ANTE OBITUM

CURA

IN COMMENTARIO ID PRÆCIPUE AGITUR, UT GROTIUS EX IPSO GROTIO ILLUSTRETUR, DEFECTUS CIRCA PRINCIPIA GROTIANA NOTENTUR; ET VERA JURIS NATURÆ PRINCIPIA, INPRIMIS QUATENUS AD INTERPRETATIONEM JURIS ROMANI PERTINENT, PROPONANTUR.


ACCEDUNT

OBSERVATIONES

S. d. C. H. F.

TOMUS I.







WRATISLAVIÆ
SUMTIBUS JOHANNIS JACOBI KORN. BIBLIOPOL.
Anno 1744.

PRÆFATIO.

Non immerito HEMMINGIUS asseruit leges naturæ, æque ac Euclidis demonstrationes, certis, indubitatis, ac æternis rationibus constare. Sane cum una saltem naturâ cognita sit ratio, unaque ratiocinandi facultas, eaque omnibus hominibus communis, conclusiones quoque, quæ ex illa facultate necessario inferuntur, communes sint necesse est; quæ conclusiones, quoties *de jure suo cuique tribuendo* agitur, *Leges naturæ* dicuntur.

Mirum autem videtur disciplinam, cujus principia nobiscum nata, ac animis hominum inscripta sunt, conclusiones inquam rationis, tam difficiles esse demonstratu, ut non tantum in disciplinæ principio, modisque probandi in varias partes eant doctores, sed & in ipsis præceptis paucissimi conveniant. Negari enim nequit, talia sæpius principia proponi, talesque modos demonstrandi suppeditari, quæ justitiam naturalem omnem si non evertunt, suspectam saltem atque dubiam reddunt.

Hujus diversitatis rationes varias deprehendi: Quidam enim, in quorum numero est Author noster, intrinsecam bonitatem juri naturæ inesse statuunt, & principium juris naturæ in *socialitate*, (remoto Deo), quærunt: quo principio posito non possunt non paucissima naturæ præcepta inde inferri. *Vid. Dissert. proœm. I. §. 16.* Alii, qui principium in *voluntate divina* constituunt, in modis cognoscendæ illius voluntatis admodum differunt, talesque plerumque proponunt modos, ex quibus nulla agendi necessitas deduci potest: quod præcipue illis contingit, qui modum cognoscendi non nisi unum, verum, & adæquatum constituere voluerunt. *Vid. Dissert. proœm. XI. §. 26.* Sed & plerique, qui in indagando juris naturæ principio desudant, non in *justitiæ naturalis*, quæ homines inter se communi vinculo jungit, sed in *philosophiæ moralis* principia inquirunt, adeoque jus, quod soli Deo quæsitum est, cum jure, quod inter solos homines obtinet, confundunt, ac homines inter se quoque ex perfectionum regulis obligari volunt. Accedit, quod ingenium aliis refragetur, qui justa ratiocinandi facultate destituti caussas antecedentes & subsequentes male nectunt, indeque non possunt non in conclusionibus errare.

Cæterum disciplina hæc centum & triginta abhinc annis vix nomine in Germania, vicinisque regnis, cognita fuit. Etsi enim NICOLAUS HEMMINGIUS anno 1526. lineamenta juris naturæ divulgaverit, alibi tamen notavimus, non immerito vocari lineamenta, utpote quæ paucissimis paginis continentur: sed & generalia nimis atque concisa, immo obscura admodum esse, nec conclusiones quas inde deducit satis cohærere diximus. *Vid. Diss. proœm. XI. §. 12.* Magis placet BENEDICTUS WINCKLERUS qui anno 1615. systema ju-

ris naturalis, ſub titulo *principiorum juris libri V.* publici juris fecit. Hic in opere doctiſſimo exiſtentiam juris naturæ eleganter demonſtravit, Deum ejus auctorem conſtituit, principium cognoſcendi in amore Dei ac hominis poſuit, atque ex hoc principio ſingula naturæ jura juſto ordine deduxit. *Vid. Diſſ. Procem. XI. §. 13.*

Hunc ſecutus eſt HUGO GROTIUS, vir omni elogio major, cujus tractatus *de jure belli & pacis* primum prodiit anno 1625. Hic jus quod inter plures populos populorumque rectores intercedit univerſum ac certo ordine tractavit: Principium omnis obligationis *ſocialitatem* conſtituit, modos probandi tum a priori tum a poſteriori propoſuit, concluſiones juris naturalis, i. e. ſingula naturæ jura operoſe admodum demonſtravit, &, quod maximum eſt, pleraque auctoritate ſapientum & exemplis gentium corroboravit ac illuſtravit. *Vid. Diſſ. procem. I. usque ad Diſſ. X.*

Quod vero omnibus fere noviter inventis contingere ſolet, id ipſum quoque vir ſummus expertus eſt, multa ſcilicet eum ad perficiendam illam diſciplinam aliorum diligentiæ reliquiſſe: Sane hypotheſes Auctoris (a) de bonitate juris naturæ intrinſeca, quæ ſupponit Deum a jure naturæ abeſſe poſſe; (b) de quatuor juribus univerſalibus; (c) de communione rerum primæva; (d) de origine dominiorum; (e) de modis acquirendi; (f) de origine obligationum; (g) de diſtinctione bellorum in ſolemnia ſeu publica jure gentium, & minus ſolemnia; atque infinita alia, ſuos nacta ſunt adverſarios.

Præterea cum (h) ipſe (*Prolegom. §. 30.*) fateatur, ſe ſimul *jurisprudentiam* privatæ diligentiæ ſtudio adjuvare voluiſſe, fateri neceſſe eſt, nulla in re eum magis hallucinatum eſſe, tantumque abeſſe ut juris prudentiam ſuo ſtudio adjuverit, ut potius præcipua jura, quæ JCti ex jure gentium ſeu naturæ orta dixere, ficto juri gentium voluntario tribuat, eoque ipſo naturalis æquitatis rationem legibus Romanis deneget: quod præcipue in *Libro II. cap. 5.* usque ad *cap. 21.* demonſtrabimus.

Cæterum difficile intellectu hoc opus eſſe alibi obſervavi, cauſasque difficultatis expoſui. *Vid. præfat. ad Diſſ. procem. §. 2.* Unde tot commentatores nactus eſt liber, qui varias, ingreſſi ſunt vias ut divinum hoc opus illuſtrarent. ALII methodo magis perſpicua principia Grotiana expoſuerunt, quo nomine maxime commendandi ſunt PUFENDORFFIUS & *van der* MUELEN; prior in tractatu *de jure naturæ ac gentium:* alter vero in *notis*, quas ad dictum Grotii librum publici juris fecit: GRONOVIUS verba ſaltem & phraſes Auctoris, difficiliores maxime, nec non terminos novos ac inuſitatos, quibus totum abundat opus, explicavit: ALII loca parallela ex auctoribus claſſicis & hiſtoricis, ſæpius abſque judicio & ſelectu, collegerunt, ut TESMARUS: ALII obſervationibus quibus-

dam

dam, iisdemque paucisſimis, quæſtiones quæ ad diſciplinam moralem, maxime vero ad theologiam & controverſias ſacras pertinent, illuſtraverunt, ut OSIANDER, ZIEGLERUS, JÆGERUS: Alii ſparſim notas quasdam operi adjecerunt, ut OBRECHTUS, HENNIGES, & SIMON. Doctiſſimus BECMANNUS variorum notas congeſſit, omiſſis tamen plerumque iis, quæ quam maxime ad interpretationem Grotii pertinere videbantur. VITRIARIUS egregio auſu ſyſtema Grotii in quæſtiones redegit. KULPISIUS compendio, quod *Collegium Grotianum* vocat, principia Grotii propoſuit. Nemo autem notis perpetuis integrum illuſtravit opus: Nemo principia Grotii rite examinavit, aut eorum indagavit defectus: nemo denique rationes uaturæ, quibus jus Romanum, quod præcipuam ejus partem attinet, nititur, explicavit.

B. Parens in lectionibus Grotianis defectus illos expoſuit, principia Grotii confutavit, nova principia, novosque demonſtrandi modos propoſuit, & (in quo omnibus palmam præripuit) jus Romanum ex principiis juris naturæ illuſtravit: atque hac ratione graviſſimas difficultates & antinomias, quæ hactenus inextricabiles viſæ ſunt, ſolvit, ac plurimas leges ab injuſtitiæ labe, quam eis aſpergere nonnulli voluerunt, vindicavit.

Has lectiones Grotianas, ſuccinctas admodum, & tanto tempore deſideratas, tibi, B. L. offero, in quibus nullam invenies quæſtionem, quæ pondus ſuum non habeat, & naturæ rationibus non adſtruatur.

Cum vero B. Parens in id ſaltem intentus fuerit, ut ad ductum Grotii quæſtiones generales, ſingulis paragraphis propoſitas, formaret ac dijudicaret, parum ſollicitus fuit in explicando textu, & in examinandiis iis quæ in ipſo textu monenda fuerunt: quod ex ipſo commentario apparebit.

Has igitur lacunas ſupplevi, & ſingula fere verba, quæ interpretatione indigere videbantur, examinavi, ac Grotium ex ipſo Grotio explicavi. Sed & principia B. Parentis ex illius diſſertationibus illuſtravi: præterea meas quoque animadverſiones paſſim adjeci, easque a notis B. Parentis hiſce aſteriſcis („ „ „) diſtinxi.

Maxime autem curæ mihi fuit ut jus Romanum ex naturæ fontibus deducerem, ac rationes naturæ cum rationibus juris Romani componerem, ſimulque ſuppoſita Grotii, quem in nulla diſciplinæ naturalis parte magis quam in hac a vero aberraſſe conſtat, corrigerem: Quæ vero ſparſim in hoccommentario notavi, juſto & naturali ordine expoſui in diſſertatione proœmiali XII. ubi id egi, ut univerſum jus Romanum ad artem redigerem, & rationibus demonſtrarem, quam belle principia juris Romani & naturæ conveniant.

Ulti-

Ultimam igitur divino huic operi limam me adhibuisse tuto asserere ausim, atque diligentiæ meæ studio & opera id perfecisse existimo, ut nihil, quod ad intellectum libri hujus, & instructionem jurisprudentiæ nat uralis pertineat, superesse videatur.

Maxime autem doleo, editionem celeberrimi BARBEYRACII non ad manus fuisse, cum prelo subjicerem hoc opus: Quæ caussa est, cur *Libro* demum *II. cap. 8.* ejus vestigia sim secutus. Sane hanc editionem omnium absolutissimam esse negari nequit, nec commendari satis potest opera viri rerum divinarum atque humanarum peritissimi, in recensendo hoc opere adhibita: non tantum enim plurima immutavit ac supplevit loca, quæ in omnibus editionibus mendose allegata fuerunt, (quod pluribus exemplis in præfatione operis probat), sed, quod maximum est, singulos Auctores, quos Grotius in textu, in margine, & in notis allegat, ipse evolvit, loco congruo collocavit, capita & paginas addidit, eoque lectori evolutionem eorum locorum reddidit facillimam. Ipsa verba viri celeberrimi hic afferre liceat. *Praterea*, ait, *rem prope immensi laboris adgressus sum, ad quam nullus horum librorum interpres, & ne quidem eruditissimus* IO. FRID. GRONOVIUS, *unquam data opera animum intenderant, sed tantum prout memoria suggerebat, aut aliud agendo dabatur occasio: ut nimirum omnia loca scriptorum, veterum præsertim quæ ab Authore nostro adferuntur aut indicantur, in ipsis fontibus, quantum fieri posset, quærerem, & plerumque adcurate expenderem. Hoc autem, ut utilissimum aliquando etiam valde necessarium erat ad mentem auctoris intelligendam, ita ad infinitos errores animadvertendos, tum is numeris librorum, capitum, versuum: tum in designatione scriptorum laudatorum, tum in verbis eorum referendis, tum iu rebus ipsis, plurimum mihi profuit, & lectoribus, spero, commodum erit.* Et mox: *Sæpissime auctor, unde aliquid petitur, simpliciter nomine suo indicabatur, nulla mentione facta operis, libri, nedum capitis aut versus; adeo ut si quis locum quærere voluerit, quem numquam legerat, aut cujus non meminerat, omnia opera laudati scriptoris ei pervolvenda fuerint &c.*

Cæterum hoc maxime caveri velim, ne quis opinetur B. Parentem, vel me quoque, refutando Grotium gloriæ ejus aliquid detrahere voluisse, absit hæc jactantia: Nunquam non satis laudari potest conatus illustris viri, cujus judicium, solidam eruditionem, multifariam lectionem, & styli elegantiam mirari satis non possum: Sane facile est inventis aliquid addere. Cum vero intersit eruditi orbis, ut de vita, fatis, & moribus illustris Grotii constet, ea quæ B. BAYLE de eo gallico idiomate retulit, præfationi huic adjicere lectori non ingratum fore existimavi.

VITA



VITA & FATA
HUGONIS GROTII,

Deprompta ex BAYLII *Dictionario*, voce
H. GROTIUS.

GROTIUS (HUGO) l'un des plus grans hommes de l'Europe, nâquit à Delf le 10. d'Avril 1583. Les progrés de ses études furent si promts, qu'il fit des vers avant l'âge de 9. ans, & qu'à l'âge de 15. il savoit beaucoup de Philosophie, beaucoup de Theologie & beaucoup de Jurisprudence. Il étoit encore plus habile dans les belles lettres, comme il parut par le Commentaire qu'il fit à cet âge-là sur un Auteur * très-difficile. Il accompagna en France l'an 1598. l'Ambassadeur † de Hollande, & y reçut des marques de l'estime de Henri le Grand. Il y prit aussi le degré de Docteur en Droit; & dès qu'il fut de retour en son pais il s'attacha au Barrau, & plaida avant l'âge de dix-sept ans. Il n'en avoit pas 24. lors qu'il fut élevé à la charge d'Advocat General. Il s'etablit à Rotterdam en l'année 1613. & y fut Syndic ** de la ville; mais il n'accepta cet emploi que sous la promesse qu'il se fit faire qu'on ne l'en depossederoit pas. Il prit cette sage precaution, parce qu'il previt que les querelles des Theologiens sur les matieres de la grace, qui formoient dejà mille factions dans l'Etat, causeroient un flux & reflux de revolutions dans les principales villes. Il fut envoyé en Angleterre la même année, à l'occasion des brouilleries qui regnoient entre les Marchans des deux nations; sur quoi il avoit écrit (*A*) quelque chose. Il se trouva si envelopé dans les affaires qui firent perir Barnevelt, qu'il fut arrêté prisonnier au mois d'Août 1618. & condamné à une prison perpetuelle le 18. de Mai 1619. & à la confiscation de tous ses biens. On l'enferma au château de Louvestein le 6 de Juin de la même année. Tout le monde sait (*B*) la maniere dont il

* *Martianus Capella.* Voyez Mr. Baillet, Enfans celebres, pag. 231. & suiv. il vous aprendra tout ce qui concerne les preuves de l'érudition avant l'age de 20 ans

† *C'étoit le fameux Barnevelt*

** *Les Hollandois nomment* Pensionaires, *ceux qui exercent ces charges*

(*A*) SUR QUOI IL AVOIT ECRIT QUELQUE CHOSE.) Je me sers des paroles de Meursius. *Cum* (*a*) *intelligeret navigationem in Indiam fœderaque ejus Orbis ingentia esse præsidia patriæ suæ, quo magis populares suos excitaret ad eas res magno animo suscipiendas*, de ure commercii Indicani *libellum composuit.* Ce traité avoit pour titre, *Mare liberum, sive de jure quod Batavis competit ad Indicana commercia dissertatio.* & fut imprimé l'an 1609. Voyez la Bibliotheque choisie de Colomiés, page 157.

(*a*) *Meursius Athen. pag. 260.*

(*B*) (TOUT LE MONDE SAIT LA MANIERE

DONT

il se sauva, après avoir souffert dans ce château un traitement rigoureux pendant plus d'un an & demi. * Il se retira en France, où la Cour le reçut très bien, & lui assigna une pension. Les Ambassadeurs de Hollande tâcherent en vain de le mettre mal dans l'esprit du Roi: ce Prince n'écouta point leurs artifices, & rendit un glorieux (C) temoigagne à la vertu de cet illustre Refugié. Grotius s'apliqua beaucoup à l'étude, & à composer des livres. Le premier qu'il publia depuis qu'il se fut établi en France, fut l'apologie (D) des Magistrats de Hollande qui avoient été deposez. Il sortit de France après y avoir demeuré onze ans, & s'en retourna en Hollande, où il esperoit bien des choses, fondé sur les marques d'affection que le Prince Frideric

* Ubi postquam ultrà sesquiannum sustentatus bonis uxoris, aspernantes judicum largitionem, qui vicenas & quatuor in diem asses captivo, totique ipsius familiæ assignaverant, studia præcipuè impendisset, plurimasque ab iis qui custodiæ ejus præerant injurias perpessus fuisset &c. Vita Grotii apud Batesium p. 421.

(d) Vita Grotii apud Batesium pag. 423.

(e) Voyez la lettre qu'il écrivit a Kyrcius Pæteanus. C'est la 388 parmi les Epist. ecclesiast. & theolog. in fol.

(f) Ci-dessus pag. 753. au texte.

(g) Vita Grotii pag. 424.

DONT IL SE SAUVA:) Ce fut (a) „par le „Conseil & par l'industrie de Marie de (b) „Regelsberg sa femme, qui ayant remarqué „que ses Gardes, après s'être lassez d'avoir „souvant visité & fouillé un grand coffre plein „de livres & de linge, qu'on envoyoit blanchir „à Gorcum ville voisine de là, le laissoient „passer sans l'ouvrir, comme ils faisoent „d'abord: elle conseilla à son mari de se met„tre dans ce coffre, ayant fait des trous avec „un virebrequin à l'endroit où il avoit le de„vant de la téte, afin qu'il pût respirer, & „qu'il n'étouffât point. Il la crut, & fut ainsi „porté à Gorcum chez un de ses amis, d'où il „alla à Anvers par le chariot ordinaire, ayant „passé par la place publique deguisé en Menu„sier, ayant une raigle à la main. Cette fem„me adroite feignoit que son mary étoit fort „malade, afin de luy donner le temps de se „sauver, & pour ôter le moyen de le recour„re: mais quand elle le crut en pays de „seureté, elle dit aux Gardes en se moequant „d'eux, que les oyseaux s'en étoient envolez. „D'abord on voulut proceder criminellement „contre elle, & il y eut des Juges qui conclu„rent à la retenir prisonniere au lieu de son „mary: mais par la pluralité des voix elle fut „élargie & loüée de tout le monde, d'avoir „par son esprit redonné la liberté à son Mari.„ Une telle femme meritoit dans la Republique des lettres non seulement une statuë; mais aussi les honneurs de la canonisation, car c'est à elle qu'on est redevable de tant d'excellens Ouvrages que son mari a mis au jour, & qui ne seroient jamais sortis des tenebres de Louvestein, s'il y eût passé toute sa vie, comme des Juges choisis (c) par ses ennemis l'avoient pretendu.

(a) Du Maurier Memoires de Hollande p. ou 404. Voyez les lettres ecclesiastiques & theologicæ pag. 654. & seq.

(b) Son veritable nom etoit Marie Ruygersbergen.

(c) Eorumque (novem nempe fuerunt) sex elapsi essent in conquirendo infensissimos quosque quibus judicum munus tuto committerent. Vita Grotii pag. 423. Voyez ce que dit Mr. Menage touchant les Jugements par Commissaires choisis, ci dessus, p. 1280. col. 2.

(C) (Louis XIII. RENDIT UN GLORIEUX TEMOIGNAGE:) Grotius ne perdit point le souvenir ni l'amour de sa patrie qui l'avoit maltraité. C'est ce que Louis XIII. admiroit, & ce fut sans doute l'une des raisons qui le porterent à rejetter les mauvais conseils des ministres de la Republique, ennemis particuliers de Grotius, qui tâchoient de le rendre odieux à la Cour de France. *Semper (d) intentus patria & popularibus suis ubi quid negotii illec apud aulam eam esset, consilio, opera, & qua pollebat apud nonnullos Ministros regios gratia inservire ac prodesse; quamvis non ignoraret, eos, qui ibi res Fœderatorum curabant, nihil intentatum relinquere, quo Regis animum ipsi infestum redderent, sed frustra laborabant apud Principem nihil ignorantem eorum, quæ annis* CIϽ IϽ CXVIII. & CIϽ IϽC XIX. *in Hollandia acta erant: quin dixisse non semel fertur, mirari servitutem hominis, qui tam male in patria habitus, non desineret tamen ei, subditisque ejus bene velle, imo quocunque etiam posset modo benefacere.* Grotius temoignoit par cette conduite qu'il n'avoit pas mal profité de la lecture des grans exemples (e) que l'antiquité Romaine nous fournit. Voyez ce que j'ai remarqué touchant Camille. (f)

(D) (FUT L'APOLOGIE DES MAGISTRATS DE HOLLANDE:) Ce livre deplut extremement à ceux du parti contraire. Ils crurent que Grotius les convainquoit d'avoir violé les loix, & ils firent de nouveaux efforts pour le perdre: mais la protection de la Cour de France le mit à couvert de leurs entreprises. Je ne fai que mettre en François le precis de ce Latin. *Primum (g) operum, quod post receptam libertatem edidit, fuit Apologeticus sive defensio, non tam sua, qui non potuerat peccare in exsequendis iis, quæ sibi a Superioribus suis mandata erant, quam eorum, qui legitimo modo creati, legitimo jure Reip. Hollandicæ annis decimo octavo & nono præfuerant. Quo comperto Fœderatorum Delegati, neque ignorantes suas in eo libro artes, illatamque Hollandiæ (h) vim detegi, cum nihil haberent, quo expressam in eo veritatem redarguere aut refutare possent, usitata jam diu violentia utentis, præscriptionibus eum persecuti sunt: quod brutum fulmen,* cum

(h) On explique pag. 423. en quoi consista cette violence: Delegatos illis judicandis, illegitimo modo accuitre, indefensos damnare; Oldenbarneveldium septuagesimum secundum ætatis annum agentem capitali supplicio plectere, reliquos duos ad perpetuos carceres mittere, & omnia eorum bona publicare: mentibus contra & vim auctoritati suæ inferri frustra clamantibus ipsis Hollandiæ Ordinibus, donec optimis quibusque à muneribus suis dimotis, novisque in eorum loca contra leges impositis, omnia pro libidine eorum agi cœpêre qui istius novitatis auctores erant.

Frideric Henri lui avoit donnés dans une lettre; mais ses ennemis en (*E*) detournerent tous les bons effets. Il fut donc contraint de sortir encore une fois de sa partie. Le parti qu'il prit fut de s'en aller à Hambourg, où il s'arrêta jusques à ce qu'il eût accepté les offres de la Couronne de Suede l'an 1634. La Reine Christine l'honora de dignité de son Conseiller, & l'envoya Ambassadeur auprès de Louis XIII. Après avoir eu cet emploi environ onze ans il partit de France, pour aller rendre compte de son Ambassade à la Reine de Suede. Il passa par la Hollande, & reçut bien des honneurs à Amsterdam. Il vit la Reine Christine á Stockholm, & après l'avoir entretenuë des affaires qu'elle lui avoit confiées, il la suplia très-humblement de lui donner son congé. Il ne l'obtint qu'à peine, & reçut de cette Princesse plusieurs tëmoignages d'une estime particuliere. Il avoit beaucoup (*F*) d'ennemis dans cette Cour. Le vaisseau sur

(*b*) Neque dubitavit hoc unum sufficere ad irritandam invidiam illam, quam a principio adventûs sui in nonnullis Regni Proceribus animadverterat. Quare cum nihil minus propositum ei esset, quam in ea terrarum parte habitationis suæ sedem figere, ubi non minus cum ingeniis hominum tam male sibi volentium, quam cum aëris inclementia lustandum quotidie foret, non destitit coram Regina, quoties ad eam accederet, dimissionem suam & veniam ad suos revertendi efflagitare, *Ibid. pag.* 462.

cum per Christianissimi Regis tutelam, qui eum in fidem suam receperat, evanuisset, nihil aliud eo actum est, quam quod &c.

(*E*) (SES ENNEMIS EN DETOURNERENT TOUS LES BONS EFFETS:) La lettre que le Prince Frideric Henri écrivit à Grotius l'an 1622. est pleine d'offres de service. On l'a imprimée à la fin de la vie de Grotius, & il y a bien apparence que ce Prince se feroit fait une gloire de retablir un si grand homme, si on ne lui avoit representé qu'il y avoit quelque peril là dedans. Voici du Latin qui explique tout cela. (*a*) *Mortuo Mauritio Arausionensium Principe, frater ejus Fridericus Henricus ad gubernaculum Reipublicæ admotus, non mutoris tantùm regiminis, sed & pristinæ in administranda Republicæ libertatis spem dederat, ipsique jam pridem Grotio animi sui affectum per literas testatus erat, credebaturque à non paucis, quæsiturum sibi gloriam ex tanti viri tam injustè damnati in integrum restitutione; sed ut plerumque apud animos eorum, qui Principum consiliis præsunt, utilia honestis prævalent, neque deessent qui ipsi ante oculos ponerent, quam periculosum rebus suis foret, hominem, tam pertinaciter libertatis ac patriæ suæ amantem, iterum ad Rempublicam admittere, potentiæ suæ quàm existimationi consulere maluit, & proceribus super mansione Grotii, in Hollandiam reversi, circa finem anni* CIↃ IↃC XXXII. *deliberantibus, iis accessit, qui interdicendum illi in patria habitationem optabantur.*

(*a*) *Vita Grotii pag.* 424.

(*F*) (IL AVOIT BEAUCOUP D'ENNEMIS DANS CETTE COUR:) La Reine ne lui donna point de reponse positive sur la demande du congé, & cela deplut à quelques Grans qui craignirent qu'elle ne volût le retenir dans son Conseil. Il (*b*) s'aperçut de leur mécontentement, & fit tant d'instances pour être congedié, qu'enfin cette grace lui fut accordée. Monsieur de Maurier (*c*) raconte que le Chancelier Oxenstero eût fait ôter beaucoup plûtôt l'Ambassade de Suede à Grotius, s'il n'eût voulu faire du depit au Cardinal de Richelieu. Ce Cardinal (*d*) avoit fait rayer la pension de trois mille livres que Grotius avoit touchée pendant dix ans, ce qui obligea l'illustre Refugié à sortir de France. L'auteur de cet affront ayant su que Grotius y revenoit avec un beau caractere, en fut très-faché, & fit cent fois des instances pour le rapel d'un Ambassadeur dont il n'étoit pas aimé, & qu'il n'aimoit pas. Oxenstern qui vouloit mortifier le Cardinal, ne lui accorda jamais cette marque de complaisance; mais il ne se soucia plus de proteger l'Ambassadeur dès que le Cardinal fut mort, & au contraire, il lui procura des chagrins qui l'obligerent à demander la permission de se retirer, sur quoi on le prit au mot. Du Maurier ajoûte que (*e*) Grotius *ne se voyant aucunement consideré* en Suede, *se retira de Stokholm sans prendre congé de la Reine ni d'aucun de ses Ministres, & etoit deja aux Dal'es pour s'y embarquer, mais la Reine l'ayant remandé lui fit present de 12. mille Risdaller* Cela ne s'accorde point avec la vie de Grotius. Je cite quelque chose du *Menagiana* (*f*) Monsieur Arnaud (*g*) produit une lettre qui porte que Grotius *étant fort mal satisfait de la Cour de Suede, quoi que fort content de la Reine, il en étoit parti pour s'en retourner en France,*

(e) ou

(*c*) *Memoires pour servir à l'Hist. de Hollande, pag* 412. *et suiv.*

(*d*) *Ibid. pag* 409.

(*e*) *Ibid. p.* 410.

(*f*) *Il est étonnant que la Reine Christine qui s'étoit si hautement declarée la protectrice des Savans, ait commencé son regne par revoquer Grotius pour lors Ambassadeur de Suede en France, et par le priver de son emploi: une ingrate femme, la plus femme qu'on vit jamais.* Menagiana pag., m. 404.

(*g*) *Calvinisme convaincu de nouveau pag.* 164.

sur lequel il s'embarqua fut si mal-traité par la tempête, qu'il échoüa sur les côtes de Pomeranie. Grotius malade & chagrin contiuua son voyage par terre, mais son mal le contraignit de s'arêter à Rostock, où il mourut dans peu de jours le 28. d'Aout 1645. Son corps fut porté a Delf au sepulcre de ses ancêtres *. Son ambassade ne l'avoit pas empêché de publier bien des (G) livres sur divers sujets. Il s'engagea dans une dispute desagreable, pour avoir voulu porter les controverses à un accommodement. Un Theologien † de Leide, François de nation, l'enteprit sur cette affaire, & n'oublia rien de tout ce qui le pouvoit rendre suspect aux Protestans, & irriter la Couronne de Suede. On vit là un exemple de la maxime *que l'esprit est la dupe du cœur.* Grotius ayant souhaité la reünion des Chretiens, jugea qu'elle étoit possible: son desir l'empêcha de voir les obstacles invincibles que l'entêtement de quelques particuliers

* *Tiré de sa vie qui est à la tête de ses Oeuvres Theologiques imprimées à Amsterdam l'an 1679. et dans le recueil imprimé à Londres l'an 1681. intitulé,* Vitæ selectorum aliquot virorum.

† *André Rivet.*

(d) *Id. ibid. epist. 444.*

(e) Fuit apud me his diebus Anglus vir doctissimus, qui diu in Turcico vixit imperio, & meum librum de Veritate Religionis christianæ in Arabicum vertit sermonemque curabitque si potest, typis in Anglia edi, la nullum librum putat esse utiliorem aut instruendis illarum partium Christianis, aut etiam convertendis Mahumetistis, qui sunt in Turcico imperio, aut Persico, aut Indiano. *Grot. ibid. epist. 544. pag. 914.*

où il devoit être Ambassadeur de Pologne: mais que n'étant encore gueres avant dans son voyage la Reine l'avoit pressé de retourner, afin qu'elle luy pust parler encore une fois: Qu'il le fit Et qu'etant reparti &c.

(G) (NE L'AVOIT EMPÊCHÉ DE PUBLIER BIEN DES LIVRES:) Disons ici quelque chose sur les Ouvrages de cet Auteur, en quelque tems qu'il les ait faits, ou qu'ils ayent eté publiez.

Pendant le sejour qu'il fit à Paris, avant que d'y être Ambassadeur de Suede, *il mit en prose Latine, son livre de la verite de la Religion Chretienne, qu'il avoit fait en vers Flamands en faveur des matelots qui font le voyage des Indes, pour les divertir à chanter une poësie si pieuse.* C'est ainsi qu'en parle Monsieur du Maurier, (a) & il a bien tort d'avilir jusqu'à ce point-là le but de l'Auteur, car Grotius s'étoit proposé une fin bien plus revelée; il voulut fournir aux Hollandois qui vont aux Indes les moyens de travailler à la conversion des Infidelles. (b) *Propositum enim mihi erat, omnibus quidem civibus meis, sed præcipuè navigantibus, operam navare utilem, ut in longo illo marina otio impenderent potiùs tempus, quam, quod nimium multi faciunt, fallerent. Itaque sumto exordio à laude nostræ gentis, quæ navigandi solertia cæteras facile vincat, excitavi eos, ut hac arte, tanquam divinô beneficio, non ad suum tantùm quæstum, sed & ad veræ, hoc est christianæ religionis propagationem, uterentur.* Cet Ouvrage est excellent. Les notes qui l'accompagnent sont remplies d'une profonde érudition: il a été traduit en Anglois, en François, en Allemand, en Grec, en Persan & en Arabe, mais je ne sai pas si toutes ces traductions sont devenuës publiques. La Grecque (c) ne l'étoit point l'an 1637.

(a) *Ubi supra pag. 408.*

(b) *Grot. de veritate Religionis Christianæ, p. 3. edit. Paris. 1640. in 12.*

(c) Primum Græcè versus est, sed nondum editus. *Grotius ep. ... 414. part. 2. pag. 872.*

Grotius l'année suivante ne parle de la traduction Persane, que comme d'un livre à quoi les Missionaires du Pape faisoient travailler: (d) *Liber meus de veritate Religionis christianæ - - - qui Socinianus est Voetianis adeo hic pro tali non habetur, ut studio Religiosorum Pontificiorum vertatur in sermonem Persicum ad convertendos, si Deus cœpto annuat, ejus imperii Mahumetistas.* L'an 1641. un Anglois qui avoit traduit ce livre en Arabe, vouloit faire en sorte que sa version fût imprimée en Angleterre. (e). J'ai oublié de dire qu'il y a deux traductions Allemandes de cet Ouvrage, l'une en prose & l'autre en vers, & deux traductions Françoises en prose. La derniére a été faite & publiée (f) à Utrecht l'an 1692. l'autre avoit paru depuis long tems; celui qui en étoit l'Auteur s'apelloit Monsieur de Courcelles.

L'incomparable Ouvrage *de jure belli & pacis* fut publié à Paris l'an (g) 1625. (h) „Le „Roi Gustave l'ayant lu & admiré il resolut „de se servir de l'Auteur, qu'il croyoit un „grand Politique à cause de cet Ouvrage: & „le Chancelier Oxenstern, premier Ministre „de ce Conquerant, le fortifioit dans ce des„sein, faisant un merveilleux état de son „Ouvrage *De jure pacis & belli*, qu'il feuille„toit incessamment: Mais ce Prince ayant été „emporté à la Bataile de Lutzen l'an 1623. „Monsieur Oxenstern suivant son inclination, „& le dessein du feu Roy Gustave, le nomma „pour aller Ambassadeur en France„ Voyez la Bibliotheque de Colomiés, (i) où on lit entre autres choses que ce beau livre a *été expliqué en quelques Academies d'Allemagne.* Il y a bien des Professeurs dans les Provinces Unies qui font des leçons particulieres sur ce même livre. De combien de (k) commentaires ne l'a-t-on pas accompagné.

(f) *Par un Refugié de France nommé le Jeune.*

(g) *Voyez la 534 lettre de Grotius, 1. part. à la fin.*

(h) *Du Maurier ubi supra p. 411.*

(i) *Pag. 128.*

(k) *Ziegleru, Osiander, Boeclerus, Felden, Gronovius etc. ont travaillé sur ce livre.*

Ouvra-

liers formeroit facilement, quand même il n'y en auroit pas dans les causes de la division. Les calomnies que ses ennemis repandirent malignement touchant sa mort, sont refutées d'une maniere (*H*) invincible par la relation du Ministre qui le prepara au dernier passage. On ne laisse pas en divers tems faire

Quant à *l'Historia Belgica*, (*a*) le Commentaire *de imperio summarum potestatum circa sacra*; (*b*) le Traité *de satisfactione Christi contra Faustum Socinum*; (*c*) les notes sur les Evangiles (*d*); le *pietas Ordinum Hollandiæ* (*e*); la dissertation *de cœnæ administratione ubi Pastores non sunt, & an semper communicandum per Symbola* (*f*); les *Epistolæ ad Gallos* (*g*); je renvoye mes lecteurs à un livre de Colomiés que je cite en marge, & qui pourra leur aprendre quelques faits assez curieux. Touchant l'édition des lettres *in folio*, consultez le 5. volume de la Bibliotheque universelle, & le *Polyhistor* de Morhosius (*h*).

Du Maurier nous trompe plus d'une fois dans les paroles que l'on va lire: „Pendant „cette longue Ambassade de douze ans: Mon„sieur Grotius fit divers Ouvrages, entr'au„tres une dissertation Latine contre le sieur de „la (*i*) Perrere, qui avoit fait un Ecrit des „Préadamites. Cette dissertation est intitulée, „*De origine gentium Americanarum Disserta„tio*, où il enseigne que les peuples d'Ameri„que ne sont pas fort anciens: & qu'ils sont „venus d'Europe, ou par la jonction des ter„res, ou par quelque tempête: *Nisi*, dit il, „*quis Præadamitas esse dixerit, ut nuper qui„dam in Gallia somniavit.* Mais un certain „Docteur nommé Laëtius des Pays-bas, ayant „écrit contre lui, il fit une seconde Disserta„tion intitulée, *De origine gentium America„narum Dissertatio altera*, où il réfute ample„ment Laëtius.„ Il n'est pas vrai que Grotius ait composé la dissertation *de origine gentium Americanarum* contre le Sieur de la Peyrare, ni qu'alors l'écrit des Preadamites eût vu le jour. Ce n'est point dans cette dissertation que se trouvent les paroles que du Maurier cite; c'est dans la replique à de Laet q'on trouve ceci, *Cui consequens est ut credantur - - - aut aliquos ante Adamum fuisse conditos homines, ut nuper quis in Gallia somniavit.* Je ne voudrois pas nier que la Peyrere ne soit designé dans ces paroles, mais je persiste à maintenir qur l'ecrit des Preadamites n'étoit pas alors imprimé. Grotius sans doute avoit ouï parler des sentimens de ce personage, & c'est ce qui fit qu'il en dit un mot par occasion. Ce n'est point ce qu'on apelle refuter l'ouvrage d'un homme.

(*a*) Voyez la Bibliotheque choisie de Colomiés pag. 25.
(*b*) Ibid. pag. 27.
(*c*) Ibid. pag. 160.
(*d*) Ibid. pag. 76.
(*e*) Ibid. pag. 117.
(*f*) Ibid. pag. 182.
(*g*) Ibid. pag. 156.
(*h*) Ibid. pag. 294.
(*i*) Il faloit dire la Peyrere.

(*H*) SONT REFUTÉES D'UNE MANIERE INVINCIBLE PAR LA RELATION DU MINISTRE:) Ce Ministre nommé Jean Quistorpius étoit Professeur en Theologie à Rostoch. Sa relation (*k*) porte qu'il fut trouver Grotius qui l'avoit fait apeller, & qu'il le trouva presque à l'agonie, qu'il l'exhorta à se disposer à la mort pour aller jouir d'une vie plus heureuse, à reconoitre ses pechez, & à en avoir de la douleur; qu'ayant fait mention du Publicain qui se reconnut pecheur, & qui demanda à Dieu misericorde, le malade repondit, (*l*) je suis ce Publicain-la; qu'il poursuivit, & qu'il faloit recourir à JESUS-CHRIST hors duquel il n'y a point de salut, & que Grotius repliqua (*m*) *je mets toute mon esperance en Jesus-Christ tout seul*; qu'il se mit à reciter à haute voix en allemand la priere qui commence ainsi, *Herr Jesu, vahter mensch und god* &c. & que le malade le suivoit tout bas les mains jointes; qu'ayant fini il lui demanda s'il l'avoit entendu, & que la reponse fut, *je vous* (*n*) *ai fort bien entendu*; qu'il continua à lui reciter les endroits de la parole de Dieu que l'on a accoutumé de rapeller en memoire aux agonisans, & à lui demander *m'entendez-vous*, & que Grotius repondit (*o*) *j'entens bien vôtre voix mais je ne comprens par tout ce que vous dites:* qu'après cette reponse le malade perdit la parole, & expira peu de tems après.

On se rendroit ridicule si l'on revoquoit en doute la sincerité de Quistorpius; aucune raison d'interêt n'a pu le pousser à mentir, & personne n'ignore que les Ministres Lutheriens (*p*) étoient aussi mecontens que les Calvinistes des opinions particulieres de Grotius. Ainsi le temoignage du Professeur de Rostoch est une preuve authentique; & si dans les matieres de fait on ne se contente pas d'une telle preuve, on ouvre la porte au Pyrrhonisme, & il n'y aura presque plus rien qu'on puisse prouver. Tenons donc pour un fait incontestable: 1. Que Grotius prêt à mourir a été dans les dispositions du Publicain; il a confessé ses fautes; il en a eu de la douleur; il a recouru à la misericorde du Pere celeste. 2. Qu'il a mais toute son esperance en JESUS-CHRIST seul. 3. Que ses dernieres pensées ont été celles qui sont contenues dans la priere (*q*) des agonisans, selon le rituel des Lutheriens. Or je ne croi pas qu'on puisse trouver une priere plus remplie que celle-là des sentimens que doit avoir un vrai Chretien, lors qu'il se prepare à comparoitre devant le tribunal de Dieu.

(*k*) Elle est imprimée parmi les Epistolæ ecclesiasticæ & theologicæ, à la page 828. de l'édition in folio 1684.
(*l*) Ego ille sum publicanus.
(*m*) In solo Christo omnis spes mea est reposita.
(*n*) Probe intellexi.
(*o*) Vocem tuam audio, sed quæ singula dicas difficulter intelligo.
(*p*) Petit, lettre 7. pag. 51. du 1 tome, raporte qu'on disoit que les Lutheriens étoient soupçonnés d'avoir empoisonné Grotius à cause de ce qu'il a écrit de l'Antechrist en faveur du Pape.
(*q*) Vous la trouverez, traduite en François, dans le livre qui a pour titre Sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'Histoire Critique du Pere Simon, pag. 397.

faire valoir ces faux bruits: mais personne n'a outré la chose autant (*I*) que l'Auteur de l'Esprit de Mr. Arnauld. Il a osé debiter que Grotius étoit mort comme un Athée. Plusieurs ont trouvé étrange que ses petits-fils n'ayent pas demandé reparation de cette injure, & qu'ils ayent paru moins sensibles sur ce point-là, que les parens de Jansenius * sur des calomnies bien

* Voyez la remarque K au commencement.

Il resulte de là manifestement. 1. Que ceux qui disent (*a*) *qu'il est mort Socinien*, seroient traitez trop doucement, si on se contentoit de leur dire qu'ils sont coupables d'un jugement temeraire, ils meritent d'être apeliez calomniateurs. 2. Que du Maurier conte une fable lors qu'il parle ainsi: (*b*) *On m'a a rapporté que pendant sa maladie, un Prêtre Catholique & divers Ministres Lutheriens, Calvinistes, Sociniens & Anabaptistes le vinrent voir, pour le disposer à mourir de leur opinion; mais pendant qu'ils l'entretenoient de controverse, & que chacun s'efforçoit de luy prouver que sa Religion étoit la meilleure, il ne répondit autre chose si non*, non intelligo: *& quand ils ne disoient plus mot, il leur dit*, hortare me ut Christianum morientem decet. *Exhortez moy comme il faut exhorter un Chretien mourant.* 3, Que c'est une autre fable que le bruit qu'on fit courir (*c*) *aussi tôt après sa mort, qu'il avoit refusé d'écouter un Ministre qui lui vouloit parler.* 4. Qu'il est faux. (*d*) *qu'un Ministre Lutherien* ayant *commencé à lui vouloir parler de sa Religion - - - le malade ne lui repondit que par ces deux mots*, non intelligo, *lui voulant marquer par là que ses predications & ses avis ne lui plaisoient point: & qu'en effet* le Ministre *se retira*. 5. Qu'on a inseré un mesunge dans un petit (*e*) livre Anglois, lors qu'on y a mis *que Grotius dit en mourant*, multa agendo, nihil egi, *en entrepenant beaucoup de choses je n'ai rien avancé*. 6. Que ceux qui *peu* (*f*) *de tems après la mort de ce grand homme - - - firent courir le bruit qu'il étoit mort d'un coup de foudre*, debiterent une fausseté encore plus sole que maligne.

Je finis cette remarque par un passage où André Rivet, l'un des plus ardens adversaires de Grotius est interessé. Il publia que Grotius étoit mort ne respirant que menaces, tout plongé dans le levain, & même dans le fiel amer, sans donner aucune marque de repentance. Neanmoins, ajoûte-t-il, nous ne jugeons pas le serviteur d'autrui. Ces dernieres paroles contienent un menagement qui a paru ridicule à un Professeur Arminien, parce que le bon sens ne souffre pas que l'on admette un principe, sans admettre les consequences qui en émanent necessairement: or la damnation éternelle est une suite infallible de l'impenitence finale; de sorte que ce ne peut être qu'un artifice grossier, que de dire un tel est mort sans se repentir de l'énormité de ses crimes, neanmoins je ne veux rien prononcer sur sa destinée, C'est ainsi que ce Professeur a pris (*g*) la chose, & je n'examine point s'il a raison. Mais voici le passage que j'ai promis. *Paulo apertius egit A. Rivetus, de illustro viro Hugone loquens: ἐμπνέων ἀπειλῆς, inquit*, & totus in fermento jacens, imo in selle amaritudinis, videtur ad plures abiisse, nullo pœnitentiæ, quod sciamus, signo exhibito, &c. *Ubi nihil aliud superfuit, nisi ut adderet, Actum est de ejus salute. Licet ad emolliendum tam inclementem sententiam, ita concludit:* Sed tamen non judicamus servum alienum, qui Domino suo stetit & cecidit. *Sed quorsum moderationis speciem præ se ferre contra consequens, cum tota difficultas sit in antecedente? Ego contra, si mihi constaret, vel Grotium, vel Blondellum, in aliquo gravi delicto sine pœnitentia obiisse, non vererer, etsi dolens, dicere, Damnatus est. Non enim ipse sententiam ferrem, sed Deus in verbo suo, quod cælo & terra firmius est.* J'ai lu dans Mr. Arnaud un semblable trait contre le menagement de Mr. Daillé (*h*) pour St. Ambroise Mais ce n'est pas de quoi il s'agit ici. Disons seulement que Mr. Rivet avance une chose, sur la pretenduë impenitence de Grotius, qui est dementie par la relation du Ministre Lutherien. Mr. des Marets en refutant le passage que j'ai cité, ne desaprouve en rien la conduite de Mr. Rivet.

(*I*) AUTANT QUE L'AUTEUR DE L'ESPRIT MONSR. ARNAUD:) Il ne se contente pas de dire (*i*) que Grotius est un Arminien emporté, un Socinien, un Papiste, qualitez qui ne peuvent subsister ensemble dans un même sujet, il ajoûte que Grotius (*k*) *d'aucune religion, & ne repondant à celui qui l'exhortoit à la mort que par un* non intelligo, *je ne vous entends pas, en* (*l*) *lui tournant l'épaule.* Il cite pour tout temoin & pour toute preuve Monsieur Arnaud, c'est-à-dire un homme dont il fait dans ce même Ouvrage un portrait si monstrueux, qu'il n'y a point de tribunal équitable, où l'on voulût mettre à l'amende ceux que vingt temoins semblables à ce portrait accuseroient d'homicide. Peut-on voir un aveuglement plus énorme? Ne faut-il pas avouër que l'envie de medire est de toutes les passions la plus capable de livrer

(*a*) Voyez Patin ubi supra.

(*b*) Du Maurier ubi supra pag. 431.

(*c*) Voyez le livre de Mr. Arnauld, Le Calvinisme convaincu de nouveau p. 145.

(*d*) Ibid. p. 146.

(*e*) Il contient un recueil de plusieurs histoires. Voyez les Sentimens de quelques Theologiens de Hollande pag. 402.

(*f*) Voyez les Sentimens de quelques Theologiens ibid.

(*g*) Stephanus Curcellæus in præfat. apologetica præfixa Anacrasi Davidis Blondelli de Joanna Papissa restituta pag. 325.

(*h*) Voyez le 1. volume de la Perpetuité defendue, p. m. 114. & suiv. Mr. Arnauld trouve étrange la civilité extraordinaire de Mr. Daillé & son excès de moderation pour Saint Ambroise dont il s'est en vente à dire qu'il avoit bon nez, après avoir posé ses principes selon lesquels il le devoit apeller fourbe, imposteur & seducteur.

(*i*) Esprit de Mr. Arnaud tom. 2. pag. 307.

(*k*) Ibid. p. 308.

(*l*) Ceci ne se trouve pas dans la lettre que Mr. Arnauld produit pag. 354. du Calvinisme convaincu. C'est une addition, & une falsification de l'Auteur de l'Esprit de Mr. Arnaud.

bien plus legeres. Mais des personnes très-sages aprouvent fort qu'on (*K*) ait negligé là-dessus toute procedure juridique. Il a paru une très-forte reponse à cet (*L*) endroit de l'Esprit de Mr.

faire perdre de vuë les idées de sens commun? Mais ne perdons point de tems sur de telles moralitez, & nous contentons de cette remarque; c'est que l'accusation d'être mort Athée est toute visible à l'égard de Grotius dans l'Esprit de Monsieur Arnaud. Mourir en rejettant toute sorte de religion; mourir sans vouloir faire profession d'aucune religion; mourir Athée sont trois propositions synonimes. De sorte que si l'on faisoit un procés à l'accusateur, il faudroit reduire l'affaire à cette question precise, GROTIUS EST-IL-MORT ATHEE? l'accusateur le soutient clairement & nettement; il faut donc qu'il le prouve, & il ne lui serviroit de rien de prouver que Grotius n'a été ni Lutherien, ni Calviniste, ni Papiste, ni Arminien. Or qui ne fremiroit d'horreur, en songeant qu' un homme qui est mort de la maniere que Quistorpius l'a temoigné publiquement, est accusé d'être mort Athée? L'impudence d'un tel calomniateur n'est-elle pas un prodige? Ne faut-il pas pour la croire en lisant son livre, se representer tout de nouveau ce que l'on a pu aprendre de l'infinie corruption du cœur humain? J'ai deja dit (*a*) qu'on n'a aucune raison de douter de la bonne foi de Quistorpius, & j'ajoûte ici que l'affaire dont il porte temoignage est d'une telle nature, qu'il n'a pu y être trompé. Il a ouï ce que Grotius lui a repondu, il a vu les mouvemens des mains & des levres de son penitent, pendant qu'il recitoit une excellente priere. Les oreilles & les yeux sur de tels faits sont des temoins authentiques. J'avouë qu'il n'a point su si Grotius disoit tout bas d'autres choses que celles que lui Quistorpius disoit tout haut: c'est une objection que Mr. Arnaud (*b*) n'a pas eu honte de proposer; elle est indigne de reponse, car sur ce pied-là ne pourroit-on pas douter de la foi de tous les agonisans?

(*a*) *Page* 3211. *col.* 1. *au commencement.*

(*b*) *Calvinisme convaincu p.* 147.

(*K*) ONT FORT APROUVÉ QU'ON AIT NEGLIGÉ - - - TOUTE PROCEDURE JURIDIQUE:) L'exemple des parens de Jansenius, que quelques-uns eussent voulu que la famille de Grotius eût suivi, est une des choses qui peuvent le mieux justifier la conduite qu'elle a tenuë en meprisant la calomnie. Le parti Janseniste avoit esperé de mortifier le Pere Hazart fameux Jesuite, qui avoit dit dans un de ses livres que le pere de Jansenius avoit été Protestant, & que Jansenius avoit vêcu jusques à un certain âge dans la profession du Calvinisme. On fit de beaux factums (*c*) pour montrer que ce Jesuite étoit un insigne calomniateur, & on le somma dans toutes les formes de reparer son injure par une retractation solennelle. On s'adressa aux Tribunaux qui avoient le droit de juger de ce different, mais après bien des écritures, après s'être bien remué, on a eu le deplaisir de voir échoüer l'affaire. Le Pere Hazart a eu assez de credit, & a inventé assez de chicanes, pour rendre vaines toutes les demarches des complaignans. A la vuë de cet exemple les descendans de Grotius doivent se feliciter, de n'avoir pas sollicité juridiquement la reparation de la calomnie; car l'Auteur de l'Esprit de Monsieur Arnaud n'eût pas cedé en invention de chicanneries au Pere Hazart, & n'eût pas trouvé moins d'apui que lui pour s'exemter de la peine qu'il meritoit. On l'eût pu traduire devant les tribunaux seculiers, par la loi *si quis famosum.* On eût pu aussi s'adresser aux Juges Ecclesiastiques. Mais il eût trouvé de si forts patrons, & de si puissantes recommandations à l'égard des tribunaux seculiers, que tout s'en seroit allé en fumée. C'eût été bien pis si l'un se fût adressé aux tribunaux Ecclesiastiques; c'est là que ses chicanes sont un labyrinthe dont on ne le sauroit jamais tirer: c'est là que ses amis s'épuisent en artifices, pour le mettre à couvert de toute censure. L'Auteur des Pensées sur les Cometes a-t-il pu avoir aucune raison, d'une calomnie toute semblable à celle dont il s'agit ici touchant Grotius? L'accusateur entassant supercheries sur supercheries n'a-t-il pas toûjours éludé les justes demandes qui ont été faites par l'accusé à leurs Juges naturels? Qu'ont obtenu les Ministres qui ont denoncé la doctrine de cet Auteur? ne l'ont ils pas trouvé superieur aux loix de la discipline, quelque peine qu'ils se soient donnée, & quelque manifestes qu'ils ayent renduës ses erreurs? Par cette nouvelle raison les parens de Grotius doivent se feliciter, de s'être abstenus des procedures juridiques.

(*c*) *Voyez les Nouvelles de la Republique des lettres 1686 pag. 68 209. 402. & 314. Ces Factums ont été reimprimez dans le 8. volume de la Morale pratique.*

(*L*) (IL A PARU UNE TRÈS-FORTE À CET ENDROIT DE L'ESPRIT DE MR. ARNAUD:) Voici le debut de l'Apologiste. „(*d*) Mais, „Monsieur, tout ce que cet Auteur & le „Pere Simon disent de Grotius, n'est rien „en comparaison de ce qu'en dit l'Auteur „Anonyme d'un libelle scandaleux intitulé *l'Esprit*

(*d*) *Sentimens de quelques Theologiens de Hollande p.* 390.

Mr. Arnauld, qui étant demeurée ſans repartie, montre clairement qué l'accuſateur ſe ſent convaincu de calomnie. Or de là nait un double ſcandale, puis que d'un côté il n'a fait aucune demarche pour la reparation d'une injure ſi atroce; & que de l'autre ſes ſuperieurs Eccleſiaſtiques ne l'ont jamais cenſuré d'une calomnie ſi manifeſte, & ne lui ont jamais temoigné qu'ils n'aprouvoient pas qu'il publiât des Ouvrages tels que l'Eſprit de Mr. Arnaud. On * travaille à une vie de Grotius qui ſera fort ample, & fort inſtructive; c'eſt dommage qu'on ne la compoſe pas en une langue plus univerſellement entenduë que le Flaman. On n'oubliera pas à le louër du côté de la memoire: il l'avoit ſi bonne, ** qu'ayant aſſiſté à la revuë de quelques regimens,

* Mr. Coſ-par Brand, M. naître Arminien d'Amſterdam, la doit donner en Flaman.

** Borremans, var. lect. cap. 3. apud Crenium, animadverſ. Pi.tolog. & Hiſtor. p. 19.

„l'Eſprit de Monſieur Arnaud Il eſt vrai, „qu'il medit de tout le gener humain dans „ce livre, & que les menſonges manifeſtes „que l'on y trouve, doivent faire perdre „créance à tout le reſte. Mais parce qu'il „y a des gens aſſez foibles pour ſe laiſſer „frapper par la maniére hardie dont il „parle, & que quelques-uns de ceux à qui „vous communiquez mes lettres, ont conçu „une manvaiſe opinion de Grotius ſur ce „qu'il en dit; vous me permettez bien de „les deſabuſer ici. Ils ne ſeront peur-être „pas fâchez d'y trouver un exemple de la „plus horrible calomnie qui fut jamais, dans „un Auteur pour qui ils ont tant d'eſtime. „Cela leur ſera comprendre qu'il faut être „ſur ſes gardes contre ceux qui temoignent tant de zéle pour la Verité, & que „ce zéle cache quelquefois une malignité „& une médiſance incroyable, ſous le beau „prætexte de deſendre l'Egliſe de Dieu. Après cela l'Apologiſte examine l'un après l'autre les quatre chefs d'accuſation. Je ne m'arrête point aux choſes qu'il dit ſur le 1, (a) chef; mais voiei ce qu'il dit ſur le 2. „*Grotius*, dit nôtre (b) Auteur Satyrique, *en ſecond lieu Socinien, comme il* „*paroit, parce qu'il énerve* TOUTES *les* „*preuves de la Divinité de Jeſu-Chriſt*. Dites à vos amis, Monſieur, de lire les Annotations de Grotius ſur les endroits de „Saint Marc & de Saint Jean, que je vous „ai marquez, & s'ils ne diſent pas que „c'eſt ici une calomnie abominable, je „m'abandonne moi même à paſſer pour le „plus méchant de tous les calomniateurs. „Voyez encore la (c) lettre DXL VIII. „dans le volume des *Lettres Eccleſiaſtiques* „*& Theologiques des quelques grands hom*„*mes.*„ Je ſerois trop long ſi je raportois ce qu'il dit à l'égard du 3. chaſ, tant contre l'Auteur de l'Eſprit de Mr. Arnaud, que contre Mr. Arnaud même: Je n'en tirerai, que ce morceau. (d) „Quand Mr. „Arnaud dit quelque choſe d'injurieux aux „Reformez, l'Auteur du libelle ſe recrie d'une „façon tragique, & Mr. Arnaud n'eſt rien „moins qu'un homme ſans ſincerité, qu'un „accuſateur de mauvaiſe foi, qu'un infame „calomniateur: mais lors qu'il dit quelque „choſe, qui peut ſervir à l'Auteur de *l'Eſ*„*prit* à déclamer contre quelq'un qui n'a „pas le bonheur de lui plaire: tout eſt bon, „& cela ſert à groſſir le volume, & à „l'empêcher détre mis au rang *des petits* „*Auteurs*.„

N'oublions pas que Mr. Arnaud blâme le Miniſtre Lutherien, de n'avoir pas demandé à Grotius (e) *dans quelle Communion il vouloit mourir*. Cela eſt eſſentiel, dit Mr. Arnaud *au regard d'un homme que l'on ſavoit n'avoir point voulu avoir de Communion depuis long tems avec aucune Egliſe de Proteſtans, & avoir refuté dans ſes derniers livres la plûpart des dogmes qui leur ſont communs.* L'Apologiſte dit là deſſus (f) que ce qui trompe Mr. Arnaud, & l'Auteur de ſon Eſprit eſt *qu'ils s'imaginent c'eſt n'avoir point de Religion, que de n'être dans aucune de ces factions qui condamnent tout le genre humain, & dont chacune prétend d'etre toute ſ[illegible] l'Egliſe de* Jesus-Christ, *Grotius s'etoit abſtenu de communier avec les Proteſtans auſſi bien qu'avec les Catholiques Romains, parce que la Communion qui a été etablie par* Jesus-Christ, *comme*

(a) Savoir que Grotius étoit Arminien emporté.

(b) Ibid. p. 392.

(c) Epiſt. præſtant. Viror. pag. 797.

(d) Ibid. pag. 195.

(e) Arnauld, Calviniſme convaincu, p. 147.

(f) Ubi ſupra pag. 368.

regimens, il retint le nom de chaque soldat. On a publié depuis quelques jours une (*M*) lettre de Saumaise, où il est assez

(d) *Voyez le livre intitulé, Catholica querimonia, p. 9.*

(e) *C'est un mensonge.*

commé un symbole de la paix & de la concorde, dans laquelle il veut que ses disciples vivent, passe dans ces Societez pour un signe de discorde & de division - - - (a) *Quistorpius fit très-sagement de ne lui demander point dans quelle Communion il vouloit mourir, puis qu'il le voyoit mourir dans la Communion de* JESUS-CHRIST, *en vertu de laquelle seule on est sauvé; & non pas en vertu de celle que l'on peut avoir avec l'Evéque de Rome, ou avec les diverses Societes des Protestans.*

(a) Ibid. pag. 399.

Sans examiner si Quistorpius eut tort ou raison de ne lui pas faire cette damande, j'observe qu'un homme persuadé des articles fondamentaux du Christianisme, mais qui s'abstient de communier, parce qu'il regarde cette action comme un signe que l'on damne les autres sectes du Christianisme, ne sauroit passer pour Athée que dans l'esprit d'un vieux radoteur, qui a oublié & les idées des choses, & les definitions des paroles. Je passe plus avant, & je dis qu'on ne sauroit refuser à un tel homme la qualité de Chretien. Je confens que l'on traite d'heresie l'opinion qu'il a, que la porte du salut est ouverte dans toutes les Communions qui reçoivent l'Evangile; je consens que l'on assûre, que c'est un dogme pernicieux & dangereux: mais cela peut-il empêcher que ceux qui croyent que JESUS-CHRIST est le fils éternel de Dieu, coëssentiel & consubstantiel au pere; qu'il est mort pour nous; qu'il est ressuscité; qu'il est assis à la main droite de Dieu son pere; que c'est par la foi en sa mort, & en son intercession que l'on est sauvé; qu'il faut obeïr à ses preceptes, & se repentir des ses fautes &c. cela, disje, peut-il empêcher que de telles gens ne soient Chretiens? Aucun homme de bon sens ne le peut pretendre, mais personne ne seroit plus insensé dans une semblable pretension que celui qui a composé l'Esprit de Mr. Arnaud; puis qu'il a fait un autre Ouvrage (*b*) où il montre, que tous ceux qui croyent les articles fondamentaux apartiennent à la vraye Eglise, dans quelque secte qu'ils vivent. Je ne parle pas de plusieurs autres maximes qu'il a posées, d'où il resulte que l'on peut faire son salut dans toutes sortes de Religions, comme un' anonyme (*c*) le lui a fait voir par des preuves demonstratives. Je ne parle que des dogmes qu'il ne sauroit desavoüer, & selon lesquels il doit reconnoitre que Grotius par la seule foi des dogmes fondamentaux, sans aprouver en toutes choses ni le Calvinisma, ni le Papisme &c. a été membre de la vraye Eglise.

(b) *Intitulé le vrai systeme de l'Eglise:*

(c) *Carus Larebonius in Ianua coelorum reserata.*

Au reste il seroit bien étrange que Grotius fût échapé à un homme, dont l'Ouvrage a été regardé comme la satire de tout le genre humain. (*d*) *Homo iste procacissimus in illa sua* ARNALDI SPIRITU, *universum genus humanum impetit nec Sacris parcens nec profanis, nec Ecclesiastico, nec Civili Statui, Regem suum, Regem Christianissimum, singula Regiæ familiæ capita, familiares Ministros Regis tam fœdè, tam impudenter carpit: ne vel in suo Hollandiæ asylo* (e) *tutus ipse. tutum præstare id libri monstrum nequiverit.* Voyez la marge; (*f*) & jugez si un tel Auteur pouvoit manquer de recontrer Grotius, y ayant des raisons particulieres qui l'animoient contre lui: ceux qui savent la carte de Rotterdam m'entendent bien.

(f) *Voyez ci-dessus pag. 210. lettre c. on assure que cet Auteur* medit de tout le genre humain. *Un autre s'exprime ainsi:* L'abomination de cette satire ne consiste pas principalement, en ce que c'est l'ouvrage d'un anonyme qui à l'exemple de l'esprit malin circuit & rode par tout, cherchant qui il pourra devorer, mais &c. *Chimere de la Cabale de Rotterdam demontrée à la preface pag. 173: Voyez aussi la Cabale chimerique pag. 381.*

(*M*) UNE LETTRE DE SAUMAISE OÙ IL EST ASSEZ MALTRAITÉ:) C'est Mr. Crenius (*g*) qui a publié cette lettre. Mr. de Saumaise l'écrivit à Mr. Sarrau le 20. de Novembre 1645. Il ne se contente pas de donner à Vossius la preference sur Grotius, il passe beaucoup plus avant; il abaisse le plus qu'il peut le merite de ce dernier: à peine le fait-il mediocre en Philosophie, & il le met au dessous de tout le monde, quant à la force du raisonnement. (*h*) Un Professeur de Transilvanie, ajoûte-t-il, qui écrit contre le livre *De jure belli & pacis*, pretend y montrer des fautes grossieres dans chaque page, *adfirmavit se ostensurum esse nullam paginam vacare insignibus erratis.* C'est un pauvre Critique que Grotius (*i*); plusieurs de ses notes sur l'ancien Testament sont si pueriles que rien plus; je ne voudrois pas mettre mon nom à la tête d'un tel Ourage (*k*). Comment accorderons nous cela avec les lettres que Saumaise écrivoit à Grotius. Il y en a une où il le traite de *supreminentissime*, & où il assûre qu'il aimeroit mieux lui ressembler, que de jouïr de tous les honneurs & de tous les biens du sacré College: *Non solum Cardinalibus, sed etiam mihi rem minime gratam facis, qui me dones eo titulo, quo tu dignior, supereminentissime Groti. Quid enim te non sic apellem, cujus me multo similem esse malim, quàm omnes purpuratos illius gregis divitias & honores possidere* (*l*)? Voyez en marge le passage de

(g) *Crenius, Animadvers. Philolog. Histor. imprimées à Rotterdam 1695 p. 23.*

(h) In philosophicis disputandi solertia spectetur, vix mediocribus par est: nec unquam vidi qui minore cum vi ratiocinetur.

(i) Scimus etiam in Critica quam infelix fuerit & ἄστοχος vir alinquin summus Grotius.

(k) Nollem meum nomen scriptum esse adnotatis in Vetus T. nihil his inutilius invenio, & tanto nomine indignius (*l*) *Epist. Salmas. 21. l. 1. p. 65.*

assez maltraité. Il laissa trois (*N*) fils, & une fille. Le fils de l'un de ses fils est Drossart * de Bergopzom.

* *Charge considerable en Hollande.*


Justus Pacius, Quelqu'un me demandoit l'autre jour si les lettres que *les* grans hommes écrivent à un Auteur, ressemblent à celles où ils parlent de cet Auteur à d'autres personnes: je lui repondis qu'il arrivoit rarement qu'ils tinssent le même langage dans ces deux sortes de lettres. Quand ils écrivent à l'Auteur ils louënt son livre; quand ils écrivent à d'autres, ils ne le louënt guere, & quelquefois ils le blâment. S'ils publioient eux-mêmes leurs lettres, ils tacheroient de suprimer ce double langage; mais le plûpart du tems elles ne paroissent qu'après leur mort. Si Mr. de Saumaise avoit publié sa lettre du 20. de Novemere 1645. il eût supprimé les autres où il donne de si sublimes éloges à Grotius. Il n'étoit nullement de ses amis, & il le temoigna bien en se deguisant sous le masque de *Simplicius Verinus* pour écrire contre lui, (*a*)

(*a*) *Grotius étoit deja mort. Voyez le livre qui sert de reponse à cet Ouvrage de Saumaise, voyez, dis je,* Justi Pacii tevisionem judicii: *on y reproche à Saumaise son inconstance:* Illum phænicem sui seculi in suis literis prædicatos, quid tenigitur modo impulit virum adeo in te benignum canino dente perstringere. *Pag.* 3.

(*N*) (LAISSA TROIS FILS ET UNE FILLE:) Celle ci fut mariée à un Gentil'homme François nommé Mombas, dont on a parlé beaucoup à l'occasion d'une affaire qu'on lui suscita, peu après que le Roi de France eut passé le Rhin l'an 1672. L'ainé des fils & le plus jeune suivirent le parti des armes, & moururent sans s'être mariez. Le second nommé Pierre De Groot s'est rendu illustre par des Ambassades. L'Electeur Palatin retabli par la paix de Munster, le fit son Resident auprès des Etaats Generaux. Il fut fait Pensionaire de la ville d'Amsterdam en l'année 1660. & il exerça habilement cet emploi pendant 7. ans. Il fut envoyé Ambassadeur vers les Couronnes du Nord l'an 1668. Au bout d'un an il fut destiné à l'Ambassade de France, dont il s'aquita avec beaucoup de dexterité & de sagesse Lors que la guerre de 1672. s'alluma il revint en son païs, & fut privé de la charge de Pensionaire de la ville de Rotterdam, qu'il possedoit depuis son retour de l'Ambassade de Suede; il en fut dis-je, privé pendant les émotions populaires, qui causerent tant de changemens dans les villes de Hollande. Il se retira à Anvers, & puis à Cologne, pendant que l'on y traitoit de la paix, & il s'employa pour le bien de sa patrie autant qu'il put. Cependant lors qu'il fut retourné en Hollande, on l'accusa de crime d'Etat. La cause fit jugée & il fut reovoye absous. Il se retira dans une maison de campagne, & y mourut à l'âge de 70. ans (*b*). Voyez son eloge dans Monf. de Wicquefort (*c*)

(*b*) *Tiré de la vie de Hugo Grotius.*

(*c*) *Traité de l'Ambassadeur, livre* 2. *pag.* 454. *Voyez aussi pag.* 111.



In

IN TRES LIBROS
DE
JURE BELLI ET PACIS
PROLEGOMENA.

„Hæc prolegomena in ſeptem partes commode
„dividi poſſunt.

„ I. Grotius probaturus, *dari aliquod ius, quod*
„*inter populos, aut populorum rectores intercedit, ſive*
„*natura ipſa*, (quod vocat *jus naturæ ſociale*, & *jus*
„*naturæ humanæ*, ſeu *laxius*) *aut divinis conſtitutum*
„*legibus*, (quo refert *jus divinum univerſale*) *ſive*
„*moribus & pacto tacito* (quod vocat *jus gentium vo-*
„*luntarium*,) *introductum eſt*, præmittit.

„ (a) Neminem hactenus prædictum jus univer-
„ſum, ac ordine tractaſſe. §. 1. §, 2. §. 36. Addit,

„ (b) Non deeſſe hodie, nec defuiſſe olim, qui ex-
„iſtentiam juris ejusmodi univerſalis negarent §. 3. §. 4.
„His

„ (c) Advocatum dat Carneadem, qui IUS NATURA-
„LE nullum eſſe, & homines demum pro varia utili-
„tate jura conſtituiſſe, ſtatuit. §. 5. At

„ (d) Grotius probat, dari aliquid natura juſtum:
„Quia natura hominibus indidit APPETITUM SOCIE-
„TATIS, i. e. communitatis tranquillæ, & rationalis
„cum his qui ſui ſunt generis: Hinc concludit,

„ (e) Homines obligari ad CUSTODIENDAM HANC
„SOCIETATEM (quia ſocietas ſine jure conſiſtere nequit)
„adeoque CUSTODIAM SOCIETATIS HUMANO INTEL-
„LECTUI CONVENIENTEM, eſſe fontem JURIS NATU-
„RÆ proprie ſic dicti. §. 5. 7. 8.

„ (f) Præter hoc JUS NATURÆ SOCIALE aliam, ad-
„huc exiſtere ſpeciem *juris naturalis*, ait, quod non
„ex appetitu ſociali, ſed *ex judicio rectè conformato*
„deducit, *vi cujus homo æſtimare poſſit, quæ utilia quæ no-*
„*xia ſunt*: conveniens enim eſſe naturæ humanæ, putat,
„ſequi tale judicium. Quod igitur judicio tali plane re-
„pugnat, contra IUS HUMANÆ NATURÆ eſſe ſtatuit: At-
„que hoc alibi IUS NATURÆ LAXIUS vocat; quo refert
„virtutes & perſectionum regulas. §. 9. §. 10.

„ (g) Utrumque hoc jus naturæ ex *principiis in-*
„*ternis* oriri, ait, (nimirum ex appetitu ſocietatis, &
„judicio recte conformato:) adeoque exiſtere, etſi de-
„tur Deum non eſſe. §. 11. Cæterum adſcribi quodam-
„modo poſſe Deo, quia principia illa in nobis exiſtere
„voluit. §. 12. eaque legibus ſuis magis conſpicua fecit.
„§. 13. Addit, ſacram ſcripturam quoque affectum illum
„ſocialem excitaſſe, dum ex ea nobis innoteſcit, omnes
„ab uno ſtipite natos, eoque cognatos eſſe. §. 14.

„Atque ex his fontibus IUS CIVILE quoque fluere
„tradit: quia juris naturalis eſt *ſtare pactis*, adeoque
„& legibus civitatis, cui noſtro conſenſu nos ſubjeci-
„mus §. 15.

„ (h) Præter hæc jura naturalia, *Tertium jus uni-*
„*verſale* exiſtere docet, quod non ex *principiis inter-*
„*nis*, ſed *ex libera Dei voluntate* fluit. §. 11. §. 12. Si
„enim jus aliquod apud omnes gentes obtinet,
„neque tamen ratio naturalis intrinſeca apparet, inde
„concludit, nullam aliam rationem hujus juris dari poſ-
„ſe quam voluntatem Dei *l. 2 c. 5. §. 13. n. 3.* Idque
„vocat IUS DIVINUM UNIVERSALE Prol. §. 11. §. 12.

„ (i) *Quartum jus univerſale* Grotius vocat JUS
GENTIUM VOLUNTARIUM, quod gentes ex mutua neceſ-
„ſitate inter ſe conſtituerunt. §. 17.

„ (k) Denique dubia, quæ Carneades contra exi-
„ſtentiam juris naturalis propoſuit, reſolvit. *§. 16.*
„*usque ad §. 28.*

„ II. Cauſas Grotius recenſet, quæ ipſum ad con-
„ſcribendum hoc opus moverunt. §. 28. Nimirum ut
„probet dari jus aliquod commune, quod & ad bellum, &
„in bellis valeret, ſimulque effrenem illam licentiam
„inter hoſtes reprimeret. §. 28. §. 29. & ut juris pru-
„dentiam adjuvaret, ac Jus Romanum in artem redi-
„geret. §. 30.

„ III. Ordinem operis explicat: & primo conſilium
„dat, ut ſingulæ partes juris naturalis tractandæ ſuſci-
„piantur, & ex omnibus partibus collectis corpus con-
„ficiatur: Addens ſe nobiliſſimam ejus partem hoc
„opere illuſtraſſe §. 31. §. 32. §. 33. §. 34. §. 35.

„ IV. Recenſet, quibus ſubſidiis uſus ſit, ubi repe-
„tit quod ab initio allegavit, neminem hactenus to-
„tum hoc argumentum tractaſſe: Dolet veterum ſcri-
„ptorum hac in re inopiam, §. 36. & recentiorum ſcri-
„ptorum liberos examinat, nævosque eorum notat.
„§. 37. §. 38. curam ſuam commendat tum circa de-
„finiendi rationes, §. 39. §. 56. (addendo, ſe eorum quæ
„ad jus naturæ pertinent probationes quasdam tam cer-
„tas retuliſſe, ut eas nemo negare poſſit, niſi ſibi vim
„inſerat.) tum circa ordinem, §. 56. tum circa diſtin-
„ctiones eorum quæ eadem inter ſe videri poterant, nec
„erant. §. 41. §. 56. Et tandem Authores recenſet quo-
„rum auxilio uſus eſt. §. 40. *usque ad* §. 57. (Ubi Ari-
„ſtotelis ſententiam, quod omnis virtus in medio con-
„ſiſtat, refutat. §. 42. *usque ad* §. 45.)

„ V. Exponit cautiones quas adhibuiſſe ſe ait, ni-
„hil alieni ab hac diſciplina tractando, & a ſui ſeculi
„controverſiis abſtrahendo. §. 57. §. 58.

„ VI. Refert, quo dicendi genere uſus ſit, conciſo
„nimirum, addo, & Latio & eleganti. Sed & vete-
„rum ſcriptorum verba ipſa ſe interdum adduxiſſe ait.
„§. 59.

„ VII. Permittit aliis eandem judicandi & monen-
„di libertatem quam ipſe ſibi ſumſit, & tandem cavet,
„quod ſi quædam ſacris vel veritati contrarientur, ea
„pro non dictis habere velit. §. 60. §. 61.

§. I.

[a] Jus civile, five Romanum, five quod cuique patrium eft, [b] aut illuftrare commentariis,[c] aut contractum ob oculos ponere, aggreffi funt multi; [d] at jus illud, quod inter populos plures, [e] aut populorum Rectores intercedit, [f] five ab ipfa natura profectum, [g] aut divinis conftitutum legibus, [h] five moribus & pacto tacito introductum, [i] attigerunt pauci, [k] univerfim ac certo

a) (IUS CIVILE &c.) i. e. jus flatutarium cujusque populi.

ADOITIO

„ Vox Juris Civilis generalis eft , eaque in genere „defignatur jus cuique Civitati proprium. §. 2. *Inft. de* „*J N. G. & C.* Unde leges Solonis & Draconis vo„cantur jus Civile Athenienfium; & jus, quo populus „Romanus utitur, jus Civile Romanorum. §. 4. *J. eod.* „Romani Imperatores autem, & ICti, quoties nomen „civitatis non addunt, per *jus Civile* folum jus Roma„num intelligunt. *dict.* §. 4. *Inft.*

„*b*) (AUT ILLUSTRARE COMMENTARIIS): quo perti„nent immenfa illa opera Bartoli, Baldi, Saliceti, Ja„fonis, & ex recentioribus Fabri, Brunnemanni. &c.

„*c*) (AUT CONTRACTUM OB OCOLOS PONERE:) Ex„ftant infinita ejusmodi compendia, in quorum nu„mero præcipua funt, Struvii, Lauterbachii, & Hein„neccii Syftemata.

„*d*) (AT JUS ILLUO QUOO INTER POPULOS PLURES „INTERCEOIT) qui fcilicet communem fuperiorem non „habent, adeoque qui nulla invicem obligantur lege ci„vili;

e) (AUT POPULORUM RECTORES:) qui repræfentant populum.

AOOITIO.

„Quod enim jus obtinet cum populo, idem quo„que obtinet cum ejus Rectore, utpote in quem popu„lus omne jus fuum contulit: uti igitur plures populi „inter fe alio quam naturæ jure oon obligantur, ita nec „eorum Rectores.

„*f*) (SIVE AB IPSA NATURA PROFECTUM, AUT &c.) „Author igitur tria jura, quibus populi inter fe obli„gantur, fupponit: 1) jus naturæ, tum fociale, tum la„xius. 2) Jus divinum voluntarium, divinis conftitu„tum legibus. 3) Jus Gentium voluntarium mori„bus & pacto tacito gentium introductum: de qui„bus infra §. 7. 8. 9. & 14. agetur.

g) (AUT OIVINIS CONSTITUM LEGIBUS:) Intelligit Author hic jus divinum morale (nam de legibus Hebræorum civilibus forenfibus nimirum, & ceremonialibus, ei quæftio non eft) adeoque minus eurate id deftinguit a Jure naturæ.

AOOITIO.

„Grotius non intelligit jus morale feu naturale, nec „jus forenfe aut ceremoniale: Sed jus aliquod univer„fale diftinctum a jure naturæ; Nam 1) Jus *morale* „feu naturale Authori eft, quod ex affectu fociali vel „natura humana fluit, *proleg.* §. 7. §. 8. §. 9. Add. *Lib. I. C.* „*I.* §. 10. *junct.* §. 3. *eod. Jus divinum voluntarium* au„tem ei eft, quod Deus citra focietatis, aut humanæ natu„ræ, refpectum inter homines obtinere voluit. *Vid. infr.* „§. 12. *Lib. 1. C. I.* §. 15. 2) *Illud* exftiturum ait, etfi „detur Deum non effe, *vid. fuf.* §. 11. & *L. I. C. I.* „§. 10. *Hoc* a mera & libera voluntate Dei dependere, „adeoque fine Deo concipi non poffe, ftatuit. *d. Libr. 1.* „*C. I* §. 15. & *proleg* §. 11. 3) *Illud* a Deo mutari non „poffe ob intrinfecam bonitatem, *hoc* poffe, ait, *proleg.* „§. 12. & *L. I. C. I.* §. 10. *n. 5.* 4) *Illud* omnes homi„nes, utpote cives magnæ illius univerfitatis obligare „exiftimat; *hoc* tantum eos quibus revelatum eft. *L. I.* „*C. I.* §. 15.

„Certiffimum ergo eft, Authorem per *jus divinum vo*„*luntarium* non intelligere jus naturæ; quod vel ex „capitibus juris, quæ ad illud juris genus refert, appa„ret; fane circumcifionis, ufurarum, decimarum, „Sabbathi, &c. leges (quas ex jure divino Grotius deri„vat) non funt ex morali jure, Præterea leges naturæ de „fanguine non comedendo, de concubinatu, inceftu, &c. „non ex jure naturæ, fed ex jure divino deducit: cer„tiffimo indicio, *jus divinum voluntarium* Authori „non idem effe, quod *jus morale feu naturale.*

„Ceterum jus tale divinum voluntarium non exifte„re, alibi probatum dedi. *Vid. Differt. procem. III.*

h) (MORIBUS ET PACTO TACITO:) Hæc eft defcriptio juris gentium fecundarii: quod nimirum gentes inter fe ex mutua utilitate & neceffitate conftituerunt. §. 1. *Inft. de jure nat. Gent.* Hoc enim jus itidem eft, jus aliquod univerfale.

AODITIO

„ Grotii Syftema de jure Gentium exhibuimus in „Differt. Proem. IV. ubi fimul demonftravimus, tale jus „Gentium non dari, nec unquam exftitiffe. *Vid. infr.* §. 17.

i) (ATTIOERUNT PAUCI:) Nam Ayala, Hifpanus, & Albricus Gentilis, fcripfere quidem de jure Belli, fed rationibus ex jure Civili plerumque defumtis, muntur. Petrinus Bellus caufas, quæ in bello Neapolitano, cujus officialis erat, obvenerunt, partim ex jure Civili decidit, & aliquando ex æquitate naturali temperavit: principia autem nullibi explicavit. Amefius, Molina, &c. cafus confcientiæ decidunt, rationes autem ex facro Codice & jure Canonico defumunt:

AOOITIO.

„Quid pauci illi præftiterint Grotius refert *infra* „§. 36. *feq.*

k) (UNIVERSIM, AC CERTO OROINE, TRACTAVIT NEMO:) Mifera res eft homines ignorare jus cujus caufa conditi funt: Equidem ICti Romani periti fuere hujus juris, & ex eo defumtum effe jus Romanum patet ex *L. 6. pr. juft. & jur.* At nec univerfim, nec certo ordine id tractaverunt:

ADOITIO.

„Alibi diximus WINKLERUM de principiis juris ante

certo ordine tractavit hactenus nemo: [l] cum tamen id fieri intersit humani generis.

§. II.

[a] Cicero præstabilem hanc dixit scientiam, [b] in fœderibus, [c] pactionibus, [d] conditionibus populorum, regum, exterarumque nationum, [e] in omni denique belli jure & pacis. [f] Et Euripides hanc scientiam rerum divinarum & humanarum cognitioni præponit; sic enim [g] Theonoen compellari facit:

Nam turpe id esset, cum scias hominum ac Deum
Quod est eritque, iusta te haud cognoscere.

„te Grotium scripsisse, atque universum jus naturæ „certo ordine exposuisse: Idem quoque Henningi„us tentavit. *Vid. Dissert. proem. XI.*

„l) (CUM TAMEN ID FIERI INTERSIT HUMANI GENERIS:) rationes cur intersit generis humani jus illud, „quod inter populos obtinet, nosse, exposuimus in „*Diss. prooem. XII. Lib. I C. I.* Uti autem de *jure natu*„*ræ* id facile concedimus, ita de jure quod *moribus &* „*tacito pacto* introductum esse fingit, id negamus; „quia tale jus inter gentes non existit, *Vid. Differt.* „*prooem. IV.* Unde mirandum quoque non est, illud a „nemine hactenus universim, ac certo ordine tractatum „esse.

„a) (CICERO) Is enim in *Oratione pro Balbo c.6.* lau„dat Pompejum, quod in cognitione hujus juris excellu„erit: Ceterum de præstantia, utilitate, & dignitate juris „naturalis, egimus in allegata *diss. prooem. XII. Lib. I. c. 1.*

„b) (IN FOEDERIBUS) quando nimirum duo populi in„ter se mutuam amicitiam & auxilia promittunt. *Vide* „*infra lib. 2. C. 13. §. 1. seq. l. 3. c. 19. & seq.*

„c) (PACTIONIBUS:) quando duo populi fidem dant de „aliis rebus præter fœdera *l. 2. C. 14. §. 1. seq. junct.* „*C. 15. §. 1.*

d) (CONDITIONIBUS POPULORUM, REGUM, EXTERARUMQUE NATIONUM:) i. e. placitis.

ADDITIO.

„Sic loquitur Cicero *Topic. 21. jus a natura profe*„*ctum sit, an ab aliqua conditione hominum & pactio*„*ne. Et 1. off. 7.* ait, *quadam esse privata, lege, condi*„*tione, pactione, sorte. Gron. h.*

e) (IN OMNI DENIQUE BELLI JURE, ET PACIS:) Duo sunt tempora, ad quæ omnes controversiæ eorum, quos nulla juris civilis tenet communio, pertinent, belli nimirum & pacis: *Grot. l. 1. c. 1. §. 1.* Atque hinc Justinianus Gubernationem Imperii *bello & pace* absolvi recte statuit *in proem. Instit. pr.* Scientia igitur juris belli & pacis complectitur universum jus naturæ, quia status inter bellum & pacem medius non datur. *Vid. Grot. l. 3. c. 21. §. 1. n. 1.*

ADDITIO.

„De duplici hoc tempore vide authoritates, quas mo„re suo indistincte nimis cumulat *Tesmarus in not. b.* „Add. *Disp. B. Parentis, De jure belli in amicos c. 1. §. 1.*

f) (ET EURIPIDES HANC SCIENTIAM RERUM DIVINARUM ET HUMANARUM COGNITIONI PRÆPONIT:) *In Helen. v. 829.* Author verum Euripidis sensum assecutus non est: is enim scientiam belli & pacis non præponit cognitioni rerum divinarum & humanarum, sed potius illam hujus partem esse, at principalem, statuit, & ideo Helena Theonoen virginem fatidicam arguit, quod, cum in genere divinarum rerum notitiam profiteatur, turpe sit principalem ejus partem, justitiam scilicet, ignorare. Nam justitiam quoque ad cognitionem rerum divinarum pertinere patet ex ipsa definitione jurisprudentiæ in *§. 1. Instit. de I. & I. Conf. Cic. l. 2. off. c. 5.*

ADDITIO.

„Notum est scientiam rerum divinarum & hu„manarum omnes scientias, adeoque & justitiam, com„plecti. Hinc philosophia in genere ita describi so„let. *Vid. Cic. Lib. 2. de offic. c. 5.* Juris prudentia „speciatim dicitur, *divinarum atque humanarum noti*„*tia, justi atque injusti scientia. §. 1. Inst. de just. & jur.* „*l. 10. §. 1. ff. Eod. ibique Goth.* & Lex definitur *re*„*gina omnium rerum humanarum & divinarum. L. 2.* „*Legib.* Justinus cum Josephum, tanquam Doctissimum „virum, designare voluit, *nihil ipsi divini vel humani* „*incognitum fuisse*, ait: *Iustin. l. 36. c. 2.*

„g) (THEONOEN.) male quædam editiones habent *Theo*„*clymenum*: qui erat frater Theonoe, uterque Protei „liberi. *Gron. h.*

§. III.

Atque eo magis necessaria est hæc opera, [a] quod & nostro seculo non desunt, [b] & olim non defuerunt, [c] qui hanc juris partem ita contemnerent, [d] quasi nihil ejus præter inane nomen existeret. [e] In omnium ferme ore est [f] Euphemi dictum [g] apud Thucydidem, Regi aut Civitati imperium habenti [h] nihil injustum quod utile: Cui simile illud [i] in summa fortuna id æquius quod validius; [k] & rem publicam sine injuria geri non posse. Accedit, quod

quæ inter populos aut Reges incidunt controversiæ ferme [l] Martem habent arbitrum. Est autem [m] non vulgi tantum hæc opinio bellum ab omni jure abesse longissime, [n] sed & Viris doctis ac prudentibus sæpe dicta excidunt, quæ talem opinionem foveant. Nihil enim frequentius [o] quam opposita inter se, jus & arma. Nam & [p] Ennius dixit:

[q] *Non ex iure manu consertum, sed mage ferro*
Rem repetunt.

Et [r] Horatius ferociam Achillis sic describit:

[s] *Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.*

& [t] alius alium cum bellum ordiretur sic loquentem inducit:

Hic pacem temerataque jura relinquo.

[u] Antigonus senex irrisit hominem, qui sibi urbes alienas oppugnanti commentarium de Justitia adferebat. Et [x] Marius negabat præ armorum strepitu leges [y] a se posse exaudiri. [z] Ipse ille oris tam verecundi Pompejus, ausus est dicere: [a] Armatus leges ut cogitem?

Grotius hoc §. affert authoritates Gentilium, qui existentiam juris naturæ negaverunt. Quibus respondet *infra* §. 16. *usque ad* §. 28. Ne vero interim scrupulus hæreat, præmittimus, non loqui allegata loca de jure naturæ, sed de legibus civilibus, quæ omnino in bello civili silent. Præterea paucorum Philosophorum opinio juri naturæ, quod certis & indubitatis principiis constat, præjudicium facere nequit,

ADDITIO.

„*Euphemus*, *Achilles*, & *Antigonus*, a Grotio allegati, „omnino de eo quod natura justum est, loquuntur, atque „tale non dari contendunt. Sed & alii sunt qui justitiam „naturalem dari negant. Inter Græcos *Aristippus* statuit „nihil natura justum, honestumque, aut inhonestum esse, „sed lege & consuetudine. *Vid. Laert. lib. II. cap. 93. & 94.* „Virum bonum ob imminentia damna nihil perperam „acturum, ad evitandas opiniones sinistras; atque eum „demum esse sapientem: *ibid.* Prudentiam bonum esse „non propter se ipsum, appetendum tamen, sed eorum „causa quæ nobis ex illa proveniunt. *Laert. d. l. c. 91.*

„*Theodorus Atheus* diserte statuit, furto quoque, & „sacrilegio, & adulterio, sapientem si necessitas postu„let operam daturum; nihil quippe horum natura tur„pe esse, si vulgaris de hisce opinio tollatur, quæ stul„torum continendorum causa concinnata sit. *Laert. II.* „*96.*

„*Archelaum* docuisse justum & turpe non natura, sed „lege fieri, testis est Laert. *II. c. 16. Pluth. de plac. phil.* „*l. 1.*

„*Democritus*, postquam omnia ab æterno, & neces„sario atomorum motu, creata esse dixit, addit hanc „necessitatem fatum esse, & *justitiam*, & providentiam. „&c. *Stoba. phys. c. 8.* Hinc Deos quidem statuit, sed „per eos intelligit imagines quæ hominibus adveniunt, „quarum aliæ prosunt, aliæ nocent; seu simulacra ra„tione prædita, & interitui obnoxia; *Sext. Empir. adv.* „*Math. p. 311. C.* Sed & mortalem esse animam, & „cum corpore perire; *Pluth. Plac. phil. IV.* ac menda„cia esse quæ de terroribus post mortem finguntur: „*Stoba. Serm. 98. p. m. 533. & Serm. rat. p.* 503. His „principiis positis quam quæso ideam de justitia natu„rali habere potuit:

„*Pyrrho* nihil vel honestum esse dicebat, vel inho„nestum; justum vel injustum: pariterque in reliquis „esse statuebat; nihil scilicet horum reapse tale esse, „legem vero & consuetudinem sequentes omnia „illa facere mortales, neque in quapiam re hoc ma„gis vel illud esse. *Laert. IX. 61.*

„*Diogenes Cynicus* plus naturæ quam legi tribuit, „libertate omnibus aliis rebus prælata. *Laert. VII. 71.* „Hinc communionem uxorum, manustuprationem, &c. „pro rebus licitis habuit: *Stanlej. Phil. vet. p. m. 520.* „*& p.* 514. Cultum Deorum pauci eum habuisse vel ex„inde apparet, quod mulierem coram Diis prostra„tam ita allocutus fuerit: *an non vereris, o foemi„na, ne forte stante a tergo Deo, eorum enim omnia „plena sunt, decore minus coram eo retegaris. Laert.* „*VII. 37.*

„*Epicurus* ait, injustitiam per se, & sua natura, „non esse malum, sed metu suspicionis, ne furtasse non „lateant talium facinorum vindices atque exactores: „*Græv. in not. ad Sen. ep. 97. n. 12.* Seneca ait, *illic „dissentiamus cum Epicuro, ubi dicit, nihil justum esse „natura, & crimina vitanda esse quia vitari metus „non possit. Sen. ep. 97.* Systema Epicuri late expo„suit Gassendus *ad Laert. X.* 1527. Conf. *Stanlej. Hist.* „*vet. Phil. p. m.* 1098. *& Dissert. Prooem. VIII. c. 1.*

„*Glauco* originem justitiæ explicaturus, ait, *Natura „quidem dicunt injuriam facere bonum esse, injuria „autem affici malum &c. indeque homines convenisse, „ut neque inferri neque accipi possit injuria: atque ita „originem habuisse leges, placitaque ipsarum, & no„minata esse præcepta legum legitima atque justa. dict.* „*dissert. prooem. VIII. c. 1.*

„Inter Romanos *Horatius Lib. 1. Sat. 3.* jura non „a natura esse, sed ex pactis hominum, statuit.

„Atque ipsa utilitas justi prope mater & æqui. &c.
„Jura inventa metu injusti fateare necesse est. &c.
„Nec natura potest justo secernere iniquum.

„*Brutus* non in re sed in verbo esse virtutem, di„xit. Deque eo inter philosophos disputatum fuisse ex

Cicerone

„Cicerone apparet; Idque *Herculem* quoque asseruisse fertur: de quo infra:

„Inter Christianos quoque inveniuntur, qui jura non a natura statuta esse, sed ex consensu hominum originem duxisse tradunt. *Hobbesius* natura jus omnium esse ait in omnia; nihil igitur natura inter homines injustum esse, sed utrumque jure facere, & qui lædit, & qui lædentem repellit; adeoque bellum perpetuum esse inter homines: quos demum ob mutuum metum in civitatem coivisse, ejusque legibus se subjecisse autumat: quod Systema late exposui *in Differt. proem. VIII. c. I.*

„Atque in eundem censum referri merentur, qui cum Euphemio, aliisque, contendunt, inter privatos saltem jus obtinere, (Civile scilicet) inter Principes autem nihil injustum esse: *Vid. Grot. prol. §. 3. & §. 21.* Atque huc quoque pertinet allocutio Anaxarchi ad Alexandrum, an ignoras jus & fas Jovi assidere, ut quicquid rex agat id fas justumque putetur? *Plutb. ad princ. ind. pag.* 781.

„*Alii* non quidem absolutè negant, dari jus naturæ sed de ejus existentia in utramque partem disputant, uti Adimantus apud *Platonem de Republ. dial. 1. & 2.* Carneades: & alii *Vid. infr. §. 5.*

„At opinio paucorum philosophorum, plerumque atheorum, existentiam juris naturalis labefactare nequit, inprimis cum omnes Gentes agnoscant, I. Dari jus aliquod naturæ. II. Jus illud non nisi ex ratione humana probari. III. Deum ejus juris esse Authorem. IV. illud consistere in necessitate agendi vel non agendi. V. Necessitatem illam consistere *in jure suo cuique tribuendo.* VI. Violantes illud jus pœnas debere Deo: Quæ singula jam plenius demonstrabimus.

I. Negari nequit, plerosque Græcorum philosophos statuisse *naturæ dari aliquid justum aliquid injustum.* Idque diserte asserit ARISTOTELES *Moral. l. 1. c. 13* „& in *Reth. l. 1. c. 4.* Idem *c. 13. p. m. 54.* Omnes convenire, ait, aliquod naturaliter esse commune justum & injustum, etsi nulla sit inter hæc communio vel consensio: *Author paraphraseos Moral. ad Neom. L. V. c. 10. p. 223. ait, Licet apud homines concedamus mutari omnia, apud Deos tamen aliquod necesse est jus esse immutabile: Ex quo ipso sequeretur naturale aliquod jus esse: nunc vero etiam inter homines, qui rectè, & ut oportet, sapiunt, immobile aliquod jus est, quod naturali dicitur.*

„*Zeno* naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere rectà imperantem, prohibentemque contraria: apud *Cic. de nat. Deor. l. 1. p. m. 189. Chrysippus* legem naturæ describens, ait, *Legem esse omnium divinarum atque humanarum reginam: oportere autem eam esse præsidem bonis & malis, & principem & ducem esse, & secundum hoc regulam esse justorum & injustorum, & eorum quæ natura civilia sunt animantium, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum L. 2. ff. Legib.*

„Idem *Chrysippus* alibi docet, *quoniam ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi Civile jus intercederet, qui id conservaret, eum justum, qui vi ageret eum injustum fore: Cic. de fin. l. 3. p. m. 118.* „Et apud Laertium *in Zenone: naturam* inquit, *sequi oportere, nihil eorum faciendo quæ vetat atque abdicat communis illa lex, i. e. recta ratio per omnia permanens, quæ ipsa est in Jove hoc, principe & rectore omnium quæ sunt. Stoici* in genere aiunt, *alienum esse a justitia ad quam nati esse videamus, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat &c. Jus enim quod ita dici appellarique possit, id esse naturam, Cic. de fin. l. 3. p. 119. Antigonus* ei, qui omnia regibus licere afferebat, respondit, *regibus barbaris id proprium esse, sibi autem nihil justum esse nisi quod sua natura tale est. Plutb. in apopht. p. 182. Sophocles* „Antigonem, quæ spreta lege Creontis regis fratrem sepeliverat, ita regi id indignanti respondentem inducit:

„*Neque valere tantum putavi tua*
„*Edicta, ut non scriptas & immotas Deorum*
„*Leges is qui mortalis est possit transgredi.*
„*Non enim nunc & heri, sed semper*
„*Valent, & nullus scit unde edita sint &c.*

Perseus licentiam recipiendi exules deducit ex jure hominum communi. *Appianus in excerpt. legat. n. 25.* Idem fecit Aristides apud *Grot. l. 3. c. 20. §. 41. n. 1.*

Cicero nos ad justitiam natos, neque opinione sed natura jus constitutum esse, ait. *L. 1. Legib. p. m. 428.* & alibi, legem bonam a mala nulla alia nisi naturali norma dividi posse tradit. *dict. loc. p. 431.* Idem *p. 429.* jus in natura positum esse statuit. *In oratione 38. pro Milone p. m. 772.* Legem naturæ describit: *quam non didicimus, legimus, accepimus, verum a natura ipsa arripuimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus: Et in libro 5. de Legibus c. 5.* ait, *si patefiat cujus muneris colendi causa nati & in lucem editi sumus, quæ sit conjunctio hominum, quæ naturalis societas inter ipsos, his explicatis fontes legum & juris inveniri: Porro in libr. 3. de off. c. 17. p. m. 338. ait. Hoc quanquam video, propter depravationem consuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege Sanciri, aut jure Civili, tamen lege naturæ sanctum est:* Denique *in fine dict. c. 17.* concludit, *ex quo intelligitur, quoniam juris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscientia.*

Seneca ex societate jus aliquod commune humani generis, & mundi deducit. *ep. 49.* Cum quo conveniunt *Cicero, Aristoteles, Aphrodisiensis &c. Vid. Differt. proem. 1. c. 1. §. 7.* Idem *Seneca* ait, natura nos cognatos edidit, &c. illa æquum justumque composuit, ex illius constitutione miserius est nocere, quam lædi. *Sen. ep.* 95. & alibi ad jus commune animantium provocat. *De Clem. l. 1. c. 18.*

„Juris Consulti Romani jus Gentium, i. e. naturæ, definiunt quod ratio naturalis inter omnes homines constituit, *Leg. 9 de. Iustit. & jur.* Quod divina providentia inter homines constitutum est. §. 13. *Inst. Jur. nat.* Quod cum humano genere originem cepit. *Leg. 1. pr. ff. Acqu. R. D.* Unde omnes populi partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure uti dicuntur. *pr. Inst. de jur. nat. &c. l. 9. ff. just. & jur.* Hinc passim juris naturæ in Romanorum legibus mentio fit. *l. 14. §. 2. ff. Rit. nupt. &c.*

„De Scythis ait JUSTINUS, *justitiam gentis ingeniis coli, non legibus, prorsus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quæ Græci longa sapientum doctrina, præceptisque philosophorum, consequi nequeunt*

„*unt. Lib. 2. c. 2.* Idem de primis Romanis tradit „*Sallustius*; Jus bonumque apud eos non legibus magis quam natura valuisse. *Catil.* 9. Huc pertinet quod „de antiquis Germanis refert *Tacitus de Mor. Germ.* „*c. 19.* plus apud eos bonos mores valuisse, quam alibi „leges: De primis mortalibus *Ovidius* ita canit.

„*Aurea prima Sata est ætas quæ vindice nullo,*
„*Sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.*

„*I. Metam. v.* 60. & *Tacitus* de iisdem ait, *Vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine poena aut coercitionibus, agebant; neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur, & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabatur. Annal. l. 3. c. 6.*

Denique hic gentium consensus, de existentia juris naturæ, magis apparebit ex sequentibus, ubi probatum dabimus, Eas tale jus ex ratione deduxisse, & Deum Authorem illius juris fecisse.

„Inter Christianos res extra omne dubium posita „est. *Paulus* ad Rom. c. 2. v. 14. ait: *Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes sibi ipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium:* Conf. *Gregor. Nantziatzen Or. 2. de Theologia:* Hieronimus *ad demetr. de virg.* ait, *nec illud parvum argumentum est ad comprobandum naturæ bonum, quod primi illi homines per tot annorum spatia absque ulla admonitione legis fuerunt, non quia Deo natura sua aliquando curæ non fuerit, sed quia se talem scribat fecisse naturam ut eis pro lege ad exercendam justitiam sufficeret. Justinus* in „colloquio cum Tryphone ostendit bona quædam esse universali natura, & æterna, &c. quædam aliter se „habere. Conf. Lactant. l. 5. c. 8.

„Judæi quoque jus naturæ agnoverunt. RAB-ASAR „asserit statim ac Adamus creatus esset, in eum notitiam legis naturalis introisse, apud *Osiand. in not. ad Grot. p. 37. Moses Bar-Cephu* de paradiso *l. c. c. 28.* „ait, *cum esset Adamus naturali lege informatus, quæ in conscientia judicio posita est, bonum a malo distinguente, cui alteram hanc particularem etiam Deus ipse imperavit, ne ederet de arbore scientiæ:* PHILO *principium librorum mosis*, inquit, *mirabile quod mundi opificium habet; tanquam mundus legi, & lex mundo consonet, ac consentiat, itemque vi legis observans, quam primum mundanus civis est, ad naturæ voluntatem arbitriumque actiones suas dirigat, per quam naturam universus hic mundus gubernatur: apud Lips. Manud. c. 16.* Conf. *Joseph. l. 16. orig. jud. c.* 10. qui „justitiam omnibus hominibus ex æquo competere, ac „judæis commune esse virtutis studium, ait, sine qua non „possit humana vita consistere: & Seldenus late id „probavit in tractatu de jure Naturæ ex Doctrina „Ebræorum.

„II. Diximus, Gentes statuisse *jus naturæ ex sola ratione cognosci posse.* Cicero supponit Deum hominibus præ ceteris animantibus rationem dedisse: *Cic. L. 1. de Legib. p. m. 426. 427. & 429. Sen. ep. 67. p. m. 294. de benef. l. 4. c. 18.* i. e. facultatem ratiocinandi, seu ex „præmissis ac subsequentibus argumentandi, disserendi, & concludendi: *Cic. d. pag. 428. Lib. 1. de offic. c. 4. & de finib. l. 2. p. m. 86.* Conf. *Infr. l. 1. c. 1. §. 12.* „Per hanc rationem hominibus constare, ait, Deum „existere, eumque quædam jussisse quædam vetasse, Ci„cero rem ita explicat: *Homo præclara quadam conditione generatus est a supremo Deo, solum enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps est rationis & cogitationis, cum cetera omnia sint expertia: Ex tot igitur generibus nullum est animal, præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei, unde est, ut is agnoscat Deum, qui unde ortus sit quasi recordetur ac noscat. L. 1. de Legib. p. m.* 427. Ex his „præmissis concludit, jus aliquod dari, *ibid. pag. m. 429. Quibus ratio naturæ data est, iisdem etiam recta ratio data est, ergo & lex; quæ est recta ratio in jubendo vel vetando: si lex, jus quoque. At omnibus ratio, jus igitur datum est omnibus;* & mox: *inter quos autem ratio, inter eos quoque recta ratio communis est, quæ cum sit lex, lege quoque consociati homines cum diis putandi sunt:* Atque hoc thema idem Cicero „in sequentibus latius prosequitur: Natura enim jus or„tum esse ita probat: (1) Supponit nos quasi muneribus „Deorum (i. e. *ratione*, nam in ea consistere illud munus „antea dixit) instructos & ornatos esse; (2) unam ho„minum inter ipsos esse vivendi rationem; (3) homi„nes inter se naturali quadam indulgentia & benefi„cio, tum etiam societate juris (quæ societas ex *communi ratione* oritur) contineri; Et tandem (4) ita con„cludit, *quæ cum vera esse concesserimus, qui jam licet nobis a natura leges & jura sejungere: Cic. lib. 2. de Leg. p. m. 430. pag. 438. & 439. Grav. in not. ad Cic. 1. de offic. pag. 58.*

Sed & mox demonstrabimus Philosophos veteres per *rationem* intellexisse ipsum Deum: Dictata igitur *rationis* ipsis nihil aliud sunt quam leges naturæ & Dei, quæ hominibus ex ratione, quam Deus eis communicavit, innotescit: Ex sola igitur ratione dignosci jura naturæ possunt. Hinc Apostolus existentiam juris naturalis probaturus provocat ad gentium conscientiam quæ eos, per justas rationis conclusiones, vel excusat, vel accusat.

Errat igitur (1) Seldenus, Bodinus, aliique, qui rationem obscuram nimis indeque ex revelatione supplendam esse existimant. *Vid. Differt. Proem. XI. §. 15. & §. 22. n. 4. Diss. Prooem. XII. §. 59.* (2) Errant quoque, qui statuunt homines ideam innatam habere juris naturalis, adeoque citra ratiocinationis vim ipsis innotescere quid justum, quid injustum sit. *Strimes in charitol. sacra f. 231. f. 235. seq. Roel. de ideis innatis. &c.* Nam contrarium probant, *Chauvin de relig. nat. l. 3. c. 2. p. 331. usque ad pag. 335. de Vries* Exerc. *ration. III.* Vid. Differt. Prooem. XII. §. 59. (3) Errant qui jura naturæ ignorari posse ab hominibus, adeoque nec pœnæ reos esse existimant. dict. *Diss. prooem. XII. §. 59.*

„III. Omnes gentes in eo quoque conveniunt, *Jus, quod a natura est, non nisi Deum Autorem habere posse:* „Chrysippus *naturam* inquit *sequi oportere, nihil eorum faciendo quæ vetat atque abdicat communis illa lex, i. e. recta ratio per omnia permanens, quæ ipsa est in Jove hoc, principe & rectore omnium quæ sunt. Laert. invit. Zenon.*

„Idem Chrysippus ait, *non posse inveniri principium aliud, aut originem justitiæ, quam ab Jove & communi natura, inde enim initium duci debere, ubi de bo-*

nis

„*nis malisve differendum est. Grot. in not. ad proleg. §. 12. Epict. l. 1. c. 12.* Epictetus, Stoicorum finem, *secundum naturam vivere*, explicans, id ait esse, *mentem suam submittere gubernanti omnia menti, sicut boni cives legi civitatis. Epict. l. 1. c. 12.* Plutarchus „docet, *jovi non assidere justitiam & æquitatem, sed ipsum esse justitiam & æquitatem, antiquissimam & perfectissimam legum. Ad princ. indoct. Tom. 2. p. 781.* „Zeno *naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria. Cicer. de Nat. Deor. l. 1. p. m. 189.*

„Atticus originem juris investigaturus supponit (a) „*Deorum immortalium natura, ratione, potestate, mente, numine, naturam omnem divinam regi.* (b) hominem „*a supremo Deo* præclara quadam conditione generatum esse, quia particeps est rationis & cogitationis. „(c) atque ex hac communione rationis, necessario inter homines, ait, sequi communionem Juris. *Cic. l. 1. de Legib. p. m. 426. seq.*

„Cicero *l. 5. de finib. c. 5.* ait, *illis demum justitiam offerri, qui cognitum habent quod sit summi rectoris consilium, quæ voluntas:* Et in fragmentis de Republica ita describit jus naturæ. *Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia posthac; sed & omnes gentes, & omni tempore, una lex & sempiterna & immortalis continebit, unusque erit quasi communis magister, & imperator. Deus ille legis hujus inventor, disceptator, lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernabitur.* Conf. *Lactant. l. 6. c. 8.*

„Stoici *Principem illam legem & ultimam mentem esse* dicebant, *omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei, ex qua illa lex quam Dii humano generi dederunt, recte est laudata. Cic. l. 2. de Legib. p. m. 438.* „*Atque hanc legem non modo seniorem esse quam ætatem populorum & civitatum, sed æqualem illius Coelum atque terras tuentis & regentis Dei, ibid. Eamque non tum demum esse coepisse cum scripta est, sed tum cum orta est: ortam autem simul esse cum mente divina:* unde concludunt, *quamobrem lex vera atque princeps apta ad jubendum & ad vetandum ratio est recta summi Jovis. ibid p. m. 438.*

„Cicero vim Lucretiæ illatam improbavit, etsi nulla lex de stupro Romæ lata esset; rationem addit, „*erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delicto avocans, quæ orta simul est cum mente divina: Quam ob rem lex vera atque Princeps apta ad jubendum & ad vetandum ratio est recta summi Jovis. Cic. de Legib. l. 2. p. 138.*

„Hesiodus justitiam Jovis filiam fingit, quæ a mortalibus se læsam apud patrem, Jovem nimirum, queritur: *Ἔργων p. m. 18. in fin.* Et alibi diserte ait, „Deum hominibus legem dedisse.

„*Justitiæ quidem animum adjice, violentiæ vero obliviscere prorsus,*
„*Namque hanc hominibus legem disposuit Saturnus.*

„& mox,

„*Humano generi nam lex datur ab Jove summo.*
„*Quippe feræ, pisces, avium genus altivolantium*
„*Muta se vertunt in pabula, juris egeni,*
„*Justitia at nobis, quæ est res optima, cessit.*

„*Vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 11. n. 1.*

„Sophocles *in Oedip. Tyrann. v. 875. p. m. 276.* jus „naturæ describit.

„*Leges, quæ coelitus*
„*Data sunt, quarum*
„*Solus Deus pater est, neque eas*
„*Mortalis hominum natura peperit.*

„Xenophon *l. 4. memorab. n.* 808. de legibus non „scriptis, quæ ubivis locorum, eodem modo, observantur, ita quærit, *Hasne dicere potes ab hominibus esse conditas? Qui possim, inquit, cum homines universi convenire non possint, nec eodem sermone utantur. Quos nam igitur, ait, has lege hominibus condidisse arbitraris? Equidem ait, his a diis ferri existimo.* „Imo jus a Jove, ejus authore, dictum esse philosophi „existimant. *Grot. proleg. §. 12.* Hoc est quod Anaxarchus, licet nimium indistincte indigitare voluit, dum „ait, *non ideo quid Deum velle quia justum est, sed justum esse, i. e. jure debitum, quia Deus vult. Vid. Grot. L. 1. c. 1. §. 15.*

„Ipsa vox juris *naturæ* innuit, juris ejus authorem „esse Deum. Philosophi enim per naturam non intelligunt naturam naturatam, sed naturæ potentiam, naturam naturantem, i. e. Deum. *Vid. Sen. l. 2. Nat. quæst. c. 45. l. 4. de benef. c. 7. & 8. Plin. l. 1. c. 7. Selden. de jure nat. l. 1. c. 8. Puffend. de jur. nat. l. 1. c. 3. Chrysost. in not. apud Grot. ad proleg. §. 12.*

Denique illi, qui jus naturæ ex *ratione* naturali deducunt, eo ipso asserunt Deum ejus juris esse autorem. Sane ICti Romani jus naturæ, seu Gentium, definiunt, *quod ratio naturalis inter omnes homines constituit. l. 9. ff. ju. ibst. & jur.* Et Cicero legem naturæ passim vocat *rectam rationem in jubendo ac vetando. L. 1. de legem p. m. 429. &c.* At per rationem nihil aliud intelligunt quam authorem rationis, Deum.

Vulgo enim notum est, veteres per *rationem* ipsum Deum intellexisse: Rationem enim crediderunt particulam auræ divinæ, partem spiritus divini. Sen. ep. 66. decerptam ex mente divina. Cic. l. 5. Tusc. qu. p. m. 254. ipsumque Deum in humano corpore hospitantem. Sen. ep. 31. & ep. 41. Hinc Justinianus, illud jus, quod Ulpianus ex *ratione naturali* deducit, describit, *quod divina providentia constitutum est: §. 13. Inst. de Jur. nat. gent. &c.* & Zeno communem naturæ legem describit, *rectam rationem per omnia permanentem, quæ ipsa est in Jove. Laert. in Zenone.* Unde Hierocles in aureo carmine Pythagoræ idem esse ait, *rationi parere ac Deo: Natura enim quæ rationis est particeps, cum splendorem suum suamque lucem sortita est, ea ipsa amplectitur, quæ divina lex statuit, nec discrepat a Dei sententia animus qui secundum Deum se habet:* & Philo *rectam rationem*, ait, *esse legem, mentiri nesciam, utpote quæ ab immortali natura insculpta sit immortali intellectui.* In libro, *omnem virum bonum esse.* Sed & *Trismegistus* Deum & mentem pro synonimis habet: Eaque Platonis, aliorumque opinio fuit, *vid. Grav. in not. ad Cicer. l. 1. de offic. c. 10. p. m. 314. Add. Senec. ep. 32.*

Certissimum igitur est Gentes solum Deum, seu rationem, ac mentem, autorem juris naturalis constituisse.

Ex his apparet, impiam esse sententia eorum, qui asse-

runt non peccare eos qui Deum ignorant: Sfondratus ait, *Deum ignorare id quoque magnæ beneficii & gratiæ pars fuit; cum enim peccatum sit essentialiter offensio & injuria Dei, sublata Dei cognitione necessario sequitur, nec injuriam, nec peccatum nec pœnam, æternam esse. Nod. prædest. dissol. p. 1. §. 2. §. 152.* Quam hæresin etiam defendunt, Pidton, Blundel, Eberson, Arriaga & alii: *Vid. Parall. de la philos. payenne fol. 4. 5. 9. 25. 26:* An quæso, positâ ratione, & posito Deo, Autore rationis, ignorare licet Deum, Creatorem hominum, existere? an ignorare licet, hominem cultum debere Creatori suo? an ignorare licet Creaturæ, fas non esse turbare jura cuique hominum. Creatore concessa? Rectius Grotius principia juris naturalis per se patere, atque evidentia esse, ait, ferme ad modum eorum quæ sensibus externis percipimus: Idque probat exemplo chori (ex fœminis iisque barbaris constantis) apud Euripidem, qui probat dicta Polynices: nimirum *regulas æqui & boni rudibus pariter & doctis patere Grot. prol. §. 39.*

Gentes quoque IV. in eo conveniunt, *jus naturæ imponere humano generi necessitatem agendi vel non agendi.* Nam ex definitione obligationis id sequitur, quæ est vinculum juris quo quis necessitate adstringitur. &c. *Leg. 3. de oblig. & act.* Sane si obligationem, si necessitatem demis juri naturæ, ipsam justitiam funditus tolles: CHRYSIPPUS *naturam*, ait, sequi oportere nihil eorum faciendo quæ vetat atque abdicat communis illa lex: *Laert. in vit. Zenon.* CICERO stuprum Tarquinii illicitum fuisse, etsi nulla lex Romæ de stupris lata fuerit, ita probat. *Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delicto avocans, quæ non tum demum incipit lex esse cum scripta est, sed tunc cum orta est: orta autem simul est cum mente divina: Quamobrem lex vera atque princeps, apta ad jubendum & ad vetandum, ratio est recta summi Jovis, lib. 2. de Legib.*

Cicero, juris principia investigaturus, a lege juris exordium deducit, eamque definit, rationem summam insitam in natura, *quæ jubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. &c.* & mox: itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cujus ea vis sit, *ut recte facere jubeat; vetet delinquere. Cic. Legib. L. 1. p. m. 426.* Addit, quibus ratio natura data est, iisdem etiam recta ratio data est: ergo & lex, *quæ est recta ratio in jubendo & vetando. ibid. pag. 429.* Et alibi, est enim unum jus quo devincta est hominum societas; & quod lex constituit una: quæ lex est *recta ratio imperandi atque prohibendi. ibid. p. m. 431.* Idem ait, Legem naturæ esse æternum quiddam quod universum mundum regeret, *imperandi prohibendique sapientiam*, Principem legem, & ultimam mentem esse, omnia *ratione aut cogentis aut vetantis Dei.* Addit, est enim ratio mensque sapientis *ad jubendum & deterrendum* idonea. Cic. Leg. l. 2. p. m. 438.

Zeno *naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria.* Cic. l. 1. Leg. p. m. 189.

Cicero jus naturæ describit, *Legem eorum, quæ natum Civilia sunt animantium; præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum. Cic. L. 2. Leg.* Et alibi, *rectam rationem summi Jovis aliquid vel vetantis vel jubentis Lib 2. de* Leg. c. 22. & 23. Alibi ait, *Est vero lex recta ratio naturæ cognoscens, quæ vocet ad officium jubendo vel vetando. L. 3. de rep. apud Lactant.*

Porrò & V. verum est, omnes quoque Gentes, quæ jus naturæ admittunt, docuisse illud *in jure suo cuique tribuendo* consistere. Ipsa definitio justitiæ id indigitat, & late id authoritatibus probavimus in *Dissert. prooem. XII. §. 53.* Cicero l. 3. de off. inquit, *legibus populorum constitutum est ut non liceret sui commodi causa nocere alteri: Hoc magis exigit ipsa ratio, quæ est lex divina & humana, cui legi qui parere velit nunquam committet ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit sibi assumat.* Pythagoras ait, *justitiam in abstinendis alienis, & neminem lædendo, & utilitatem suam ex alienorum damnis non captandis magnam partem consistere.*

Deñique VI. omnes moratiores gentes statuunt, *Deum transgressoribus jurium naturalium pœnas tum temporales tum æternas minari.* Legem naturæ violantes impii in Deum dicuntur. *Cic. l. 3. de benef. c. 6.* adeoque ideo pœnam pati debere: *Dominos enim esse omnium & moderatores Deos,* (ait idem Cicero, *L. 2. de Legib. p. m. 439.*) *eaque quæ geruntur eorum geri judicio, ac numine; eosdemque optimè de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat, intueri: piorumque & impiorum habere rationem.* Atque ex hac ratione à Diis judices inferorum constituti finguntur, quorum arbitrio hominibus post fata pœnæ infligerentur aut præmia contingerent. *Vid. Schavii Mytholog. voc. Æacus.*

Antigone, quæ spreta lege Creontis fratrem sepeliverat, ad leges natûræ provocavit, addens

has ego non debui metu cujusquam violare, & apud Deos pœnas dare.

Sophocl. in Antig. v. 453. Homerus tradit Jovem sævire iratum iis qui justitiam expellunt, Deorum reverentiam non curantes. *Iliad XVI. p. m. 581. Et in Odyss. XIII. v. 213.*

Jupiter ipsos ulciscatur deprecabilis qui & alios
homines inspicit, & plectit quicunque peccant.

Euripides ait, *quisquis mortalium improbus est, illum dii puniunt. v. 440.* Justitiam semper comitari Deum ad puniendum eum qui à lege divina discedit, Author est *Plato de Leg. l. 4. p. m. 716.* Idque ex *Æchilo, Theocrito, Callimacho, Menandro, Plauto, aliisque* probat *Author libri* de la philosophie payenne, *part. 1. c. 11. art. 2.*

Cicero ait, *scelerum in homine atque impietatum nulla expiatio est, itaque poenas luunt &c. Libr. 1. de Legib. p. m. 430.* Et mox, *quod si homines ab injuria poena* (Civili) *non natura arcere deberent, quænam sollicitudo vexaret impios sublato suppliciorum metu: Quod si poena, si metus supplicii, non ipsa turpitudo deterreret ab injuriosa facinorosaque vita, nemo est injustus &c. Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet nisi testem vel judicem.* Et alibi, *utiles esse has opiniones*, ait, *cum intelligit quam multos divini supplicii metus a scelere revocaverit. Libr. 2. de Legib. p. m. 440.*

Porro in Libr. 3. de republica ait. *Ille* (Deus) *legis hujus inventor & lator, cui qui non parebit, ipse se fugiet, & naturam hominis aspernabitur, & hoc ipso maximas luet poenas, etiamsi cetera supplicia, quæ putantur, effugiat.*

Hes-

„*Hesiodus* justitiam Jovis filiam fingit, quæ apud pa-
„trem se læsam queritur, atque ideo patrem varias ca-
„lamitates, variaque pœnarum genera, in humanum ge-
„nus decernere tradit. Ἔργων *p. m. 18.* Deum pecca-
„ta hominum ulcisci docet *Chrysippus* in *lib. 1. de just.*
„*apud Grav. in not. ad Cic. l. 1. de offic. c. 7. p. m. 27.*
„Neminem sine damno malum esse *Epictetus* ait.

„Hinc Hobbesius, aliique; qui pœnas æternas in
„violatores juris naturæ non obtinere tradunt, omne
„justitiæ naturalis fundamentum evertunt: quod natu-
„ræ rationibus probavi in Dissert. prooem. XI. §. 10.
„n. 5. seq. & *Dissert. prooem. XII. §. 67.* Conf. omni-
„no *Cumberland de Legib. nat. cap. 5. per tot. & §. 12.*
„*35. seq. Selden. De Iur. Nat. Ebraor. l. 1. c. 4. p. 47.*
„*p. 49. & p. 79.*

a) (QUOD ET NOSTRO SECULO NON DESUNT:)
„quo pertinent Hobbesius, Spinosa, Machiavellus,
„aliique.

„*b*) (ET OLIM NON DEFUERUNT:) uti ex Aristip-
„po, Theodoro Atheo, Anaxarcho, Democrito,
„Pyrrhone, Diogene, Epicuro, Euphemio, &c. pro-
„bavimus.

„*c*) (HANC JURIS PARTEM:) cujus juris? quod in-
„ter populos plures & populorum rectores intercedit.
„*Vid. §. 1.*

„*d*) (QUASI NIHIL EJUS PRÆTER INANE NOMEN
„EXISTERET:) Inter gentilium Philosophos discepta-
„tum fuit, an virtus in re sit, an saltem in opinione:
„*Cic. de off. l. 2. c. 2.* Posterius Brutus moriens dicebat,
„*non in re sed in verbo esse virtutem. Flor. L. 4. c. 7.*
„Hercules quoque paria protulisse fertur. *Vid. Bayle*
„*diction. voc. Brutus. Conf. Dissert. prooem. XI. §. 30.*

„*e*) (IN OMNIUM FERE ORE EST:) Author du-
„plex hominum genus notat, quorum alterum *sum-*
„*ma potestati* nihil vetitum esse statuit, alterum vero
„contendit *in bello* nullum jus obtinere; prioribus re-
„spondet. §. 21. 22. 23. & 24. posterioribus §. 25. *seq.*
„At bene notandum est, loqui eos de eo quod actu
„fit, non quod fieri debet: Deinde jura dicuntur in
„utroque casu cessare, quia sine effectu sunt, & exe-
„cutio deficit; in *principe*, quia superiorem non ha-
„bet, in *bello* quia Judex inter populos non datur, sed
„solo Marte lis disceptatur.

„*f*) (EUPHEMI) qui erat legatus Atheniensium ad
„Camerinos bello Siculo. *Gron. h.*

„*g*) (GROT.) (APUD THUCYDIDEM:) Verba sunt lib.
VI. Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ οὐδὲν ἄλο-
γον ὅ, τι ξυμφέρον. Idem sensus libro V. ubi Athe-
nienses, præpotentes eo tempore, sic Melius alloquun-
tur: ὅτι δίκαια μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς
ἴσης ἀνάγκης κρίνεται. δυνατὰ δὲ οἱ δυνατοὶ πράσ-
σουσι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς συγχωροῦσι: *Justa humana*
rationi ea censeri, qua par necessitas indicit: Caterum
qua fieri possunt ea fieri a validioribus, ab infirmiori-
bus tolerari.

„*h*) (NIHIL INJUSTUM QUOD UTILE:) quod Au-
„thor refutat *infr. §. 21. seq.*

„*i*) (IN SUMMA FORTUNA ID ÆQUIUS QUOD
„VALIDIUS:) Sunt hæc verba Tiridatis apud Taci-
„tum *15. An. 6. 1. non ignavia magna imperia conti-*
„*neri, virorum armorumque faciendum certamen,*
„*in summa fortuna aquius quod validius.* Eventus
„enim belli instar sententiæ est, adeoque is, qui ar-
„ma & bello superior est, justam habere causam vi-
„detur, alius enim judex non est. Conf. *Cic. l. 3. de*
„*Republ. Seneca l. 7. Benef. C. 27. Isocrates in Archi-*
„*damo: Demosthenes apud Tesm. & Gron. h.*

„*k*) (ET REMPUBLICAM SINE INJURIA GERI
„NON POSSE.) Desumtum id est ex fragmentis Cice-
„ronis *l. 3. de Republ.* apud *Augustinum de Civ. Dei*
„*l. 19. c. 21.* ubi *P. Furius* id asserit: Idem ait De-
„mocritus apud Stobæum *Serm. 152.* ibi: *hic prasens*
„*reipubl. status est, ut fieri non possit, quin optimi*
„*quoque Principes iniqui quid committant:* In ori-
„ginem illius proverbii inquirit Ludovicus Vives *ad Au-*
„*gust. d. l. Vetus est illud, sine injustitia ne Jovem qui-*
„*dem posse principem agere: cum respublica ad se su-*
„*amque libertatem tuendam, sape cogeretur cum ci-*
„*vibus agere inique, tum ad augendam potentiam mul-*
„*ta contra jus & bonum patraret, qua prospere deni-*
„*de succedebant, Romani homines antiquum illud di-*
„*ctum interverterunt, dixeruntque sine injuria regi*
„*rempublicam non posse.* Conf. *Tesm. & Gron. h.*

„*l*) (FERME MARTEM HABENT ARBITRUM:) Ex
„eo, quod bella Martem habeant arbitrum, non sequi-
„tur justitiam a bellis excludi, tantum id abest, ut
„potius Mars, qui Deus est, ac bellis præsidet, juris
„vindex constituatur:

„*m*) (NON VULGI TANTUM OPINIO BELLUM AB
„OMNI JURE ABESSE:) quia vulgum experientia docet
„omnia vi fieri.

„*n*) (SED ET VIRIS DOCTIS AC PRUDENTIBUS!)
„*Conf. infr. l. 2. c. 22. §. 3.*

„*o*) (OPPOSITA INTER SE JUS ET ARMA:) di-
„ctum jam est, plerosque loqui de jure scripto, adeoque
„de jure Civili: id enim in bello civili negligi solet:
„Atque hoc sensu Ennius juri opponit ferrum: Conf.
„Livium l. 3. c. 44. Justinum l. 8. c. 1. Syllam apud Ap-
„pian. Mithrid. n. 210. Plutharchum in Cæsare, Luca-
„num. 1. v. 277. apud Tesm. in not. h. lit. k. & l.

„*p*) (ENNIUS) quem locum explicat. *Gellius Noct. Att.*
„*L. 20. c. 10.*

„*q*) (NON EX JURE MANU CONSERTUM:) qui est mo-
„dus vindicandi juri Romano proprius; eumque expli-
„cat Gellius his verbis: Manum conserere est *de qua re*
„*disceptatur in re prasenti, sive ager, sive quid aliud est,*
„*cum adversarium simul manu prenderet, in ea re omnibus*
„*verbis vindicare,* id est *vindicia: correptio manus in re*
„*atque in loco prasenti, apud Pratorem ex duodecim*
„*tabulis fiebat; in quibus ita scriptum est: SI QUI.*
„*IN. JURE. MANUM. CONSERUNT. Sed postquam*
„*Pratores, propagatis Italia finibus, datis jurisdictioni-*
„*bus, negotiis occupati, proficisci vindiciarum dicenda-*
„*rum causa longinquius res gravabantur, institutum*
„*est contra XII. Tabb. tacito consensu, ut litigantes non*
„*ex jure apud Pratorem manum consererent, sed ex jure*
„*manu consertum vocarent; i. e. alter alterum ex jure*
„*ad conserendum manum in rem, de qua ageretur, vo-*
„*caret: Atque profecti simul in agrum de quo litiga-*
„*batur, terra aliquid ex eo, uti unam glebam in jus ad*
„*urbem in Pratorem deferrent: & in ea gleba, tam-*
„*quam in toto agro, vindicarent: Idcirco Ennius, signifi-*
„*care volens ait, non, ut ad Pratorem solitum est, agi*
„*legitimis actionibus, neque ex jure manu consertum,*
„*sed bello, ferroque, & vera vi atque solida: quod vide-*
„*tur dixisse, conferens vim illam civilem & festuciari-*

„*am qua verbo diceretur, non qua manu fieret cum vi* „*bellica & cruenta. Noct. Att. l. 20. c. 9.*

„*r*) (HORATIUS) *de art. poet. v. 120.*

„*s*) (JURA NEGAT SIBI NATA:) Verba hæc sunt „hominis ferocis, iracundi & inexorabilis, uti Achil- „lem describit Horatius *d. l.*

„*t*) (ET ALIUS:) Julius Cæsar, cum Rubiconem „transiret, ita loquens inducitur a *Lucano* 1.225.

„*Cæsar, ut adversam superato gurgite ripam*
„*Attigit, Hesperiæ vetitis & constitit armis.*
„*Hic, ait, hic pacem, temerataque jura relinquo,*
„*Te, fortuna, sequor. procul hinc jam foedera sunt.*
„*Credidimus fatis, utendum est judice bello.*

„Ex his ipsis verbis apparet, Cæsarem jura civita- „tis suæ, quæ Pompejum temerasse ait, *relinquere*, ac „declarare, se non amplius *jure* cum concive agere, „sed armis & bello.

„*u*) (ANTIGONUS:) apud *Plutarch. de fortit. Alex.* „*p. m. 330 Gron. b.*

„*x*) (MARIUS:) *Plut. Mario p. m. 421. & in apophț.* „*p. m. 202. Gron. b.*

y)(GROT.)(A SE POSSE EXAUDIRI:) Apud Plutarchum Lysander, Machæorum ostendens ὁ ταύτης κρατῶν βέλτιςα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται. *Hanc qui habet, is optime de terrarum finibus disputat.* Apud eundem Cæsar: ὡ τὸν αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμων καιρὸν εἶναι. *Non idem esse tempus armorum quod legum.* Seneca quarto de beneficiis, capite XXXVIII. *Multa interim reges, in Bello præsertim, opertis oculis donant. Non sufficit homo justus unus tot armatis cupiditatibus. Non potest quisquam eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere.*

„*z*) (IPSE ILLE ORIS TAM VERECUNDI POMPE- „IUS:) Seneca mores Pompeji ita describit: *nihil* „*erat mollius ore Pompeji, numquam non coram plu-* „*ribus erubuit, utique in concionibus. epist. XI.* Unde „*os probum ejus.* Plinio. *l. 7. c. 12. & 37. 2.* Probus autem „latinis auctoribus idem qui verecundus: *Gron. b.* Sal- „lustius eum dixit, *oris probi*, sed addit: *animi autem* „*inverecundi*: quod posterius indignatus est Lenæus „libertus, idque scriptis quoque vindicavit. *Lips. ad* „*Senec. d. ep. XI.*

a) (GROT.) (ARMATUS LEGES UT COGITEM:) Plutarchus hanc sententiam pompeji ad Mamertinos sic enunciat: ὐ παύσεσθε ἡμῖν ὑπεζωσμένοις ξιφιδίοις ἀναγινώσκοντες, *Non desinetis nobis hominibus gladiis accinctis leges recitare.* Curtius lib. IX. *Adeo etiam natura jura Bellum in contrarium vertit.*

ADDITIO.

„Extant hæc verba Pompeji apud *Plutb. in Apophț.* „*pag 202. & in Mario pag. 421. Gron. b.* At sine dubio „de legibus civilibus intelligenda sunt.

§. IV.

In Christianis Scriptoribus plurima ejus sensus occurrunt: Pro multis unum Tertulliani sufficiat: Dolus, asperitas, injustitia, propria negotia præliorum. [a] Qui ita sentiunt, [b] dubium non est quin oppositurі sint nobis illud ex [c] Comœdia;

Incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

Author Christianos scriptores quoque in ea opinione fuisse, ait, *in bellis jura non obtinere.*

ADDITIO.

„Augustinus ait: *quicquid vastationis, trucidatio-* „*nis, depradationis, concremationis, afflictionis in illa* „*clade commissum est, fecit hoc consuetudo bellorum:* „*De Civ. Dei. l. 1. c. 3.* At Scriptores allegati lo- „quuntur de abusu; nam *difficillimum est, esse* „*in bello innocentem Sen. ep.* 120. *& L. 4. benef. c. 37.* „*Tac. Ann. 1. c. 48. Tesm. b.* Sane etiam in justissimo „bello multa iniqua a militibus committuntur; præterea „loquuntur de eo quod virtutis est, quia etiam ab eis „quæ jure licita sunt abstinere, laudem meretur: *Vid.* „*Grot. l. 2. c. 24. per tot.* inprimis *§. fin.* Conf. *Gail.* „*de pace publ. libr. 1. c. 4. n. 33. seq.*

„*a*) (QUI ITA SENTIUNT:) scil. non dari jus na- „turæ inter populos, vel bellum saltem ab omni jure „abesse.

„*b*) (DUBIUM NON EST, QUIN OPPOSITURI SINT:) „Si enim tale jus naturæ non datur, cum ratione in- „sanire videtur is, qui tractationem juris vel nullius, „vel incerti, suscipere, illudque ratione certum face- „re vult.

„*c*) (COMOEDIA:) *Terent. Eunch. 1. 1.*

§. V.

Cum vero [a] frustra de Jure suscipiatur disputatio, si ipsum jus nullum est & ad commendandum & ad præmuniendum opus nostrum pertinebit, hunc [b] gravissimum errorem breviter refelli. Cæterum [c] ne cum turba nobis res sit, demus ei advocatum: Et quem potius quam [d] Carneadem, qui

qui ad id pervenerat, [e] quod Academiæ ſuæ ſummum erat, [f] ut pro falſo non minus quam pro vero vires eloquentiæ poſſet intendere? [g] Is ergo cum ſuſcepiſſet juſtitiæ, hujus præcipue de qua nunc agimus, oppugnationem, nullum invenit argumentum validius iſto: [h] jura ſibi homines utilitate ſanxiſſe varia, pro moribus, & apud eosdem pro temporibus, ſæpe mutata: [i] Jus autem naturale eſſe nullum, [k] omnes enim, & homines & alias animantes, ad utilitates ſuas natura ducente ferri: Proinde aut nullam eſſe juſtitiam; aut ſi ſit aliqua, [l] ſummam eſſe ſtultitiam, [m] quoniam ſibi noceat alienis commodis conſulens.

Author, ut de rationibus eorum, qui exiſtentiam juris naturæ negant, conſtet, hic Advocatum eis dat Carneadem, inſignem Philoſophum, & vere Atheum, qui natura nullum jus eſſe, ſed illud ex utilitate ab hominibus inventum eſſe docuit.

„ *a*) (FRUSTRA DE JURE SUSCIPIATUR DISPUTATIO, UBI JUS NULLUM:) Fruſtra enim de qualitatibus entis diſputatur, niſi probetur, ens ipſum exiſtere.

„ *b*) (GRAVISSIMUM ERROREM BREVITER REFELLI.) i. e. examinare rationes eorum qui exiſtimant jus inter populos plures non exiſtere:

„ *c*) (NE CUM TURBA RES NOBIS SIT:) in qua „omnes clamant, omnia ancipitia & incerta ſunt, imo „contraria ſæpe. *Teſm. & Gron. b.*

„ *d*) (CARNEADEM) ex Schola Cyrenæa, novæ Aca„demiæ conditorem:

e) (QUOD ACADEMIÆ SUÆ SUMMUM ERAT.) Triplex enim fuit ſecta Philoſophorum, (1) Academica, (2) Peripathetica, & (3) Stoicorum. *Cicero. l. 1. Leg. c. 45.* Prior de quavis re in utramque partem diſputare, i. e. tam pro vero quam pro falſo eloquentiæ vires intendere ſolebat: Carneades, qui huic ſectæ addictus fuit, juſtitiam naturalem oppugnavit, & homines aliasque animantes ad utilitates ſuas natura ducente ferri dixit, adeoque ſummam ſtultitiam eſſe exiſtimavit, ſi utilitati ſuæ renunciarent aliorum utilitati conſulendo. Unde concludit, homines demum pro varia utilitate jura ſibi ſanxiſſe, eaque pro lubitu iterum mutare poſſe: Quæ ſententia *infra §. 16.* refutatur.

ADDITIO.

„Carneades nonaginta annorum ſenex, *Cic. Acad. „qu. 2. 6.* homo omnium in dicendo acerrimus & „copioſiſſimus, *Id. l. 1. de orat. c. 11.* qui nullam „umquam rem in his ſuis diſputationibus defendit, „quam non probavit, nullam oppugnavit quam „non evertit. *Idem. l. 2. de Orat. c. 38.* Romam „legatus miſſus eſt, (forte mulctæ deprecandæ „cauſa *Teſm. b.* comitibus Diogene Stoico, & Cri„tolao Peripatetico, Athenis tum condemnatis,) „*Lactant. l. 5. c. 16.* Ac ibi copioſe *de juſtitia* diſputavit, „audiente Galba & Catone Cenſore, maximis tunc „oratoribus: Sed idem diſputationem ſuam poſtri„die contraria diſputatione ſubvertit, & juſtitiam, „quam pridie laudaverat, ſuſtulit; Non quidem „Philoſophi gravitate, cujus firma & ſtabilis debet eſſe „ſententia, ſed quaſi oratorio exercitii genere in utram„que partem diſſerendi: quæ ſunt verba Lactantii de „juſtitia. *c. 14. & de div. inſt. 5. 14. & 17. Vid. Cic. de re„publ. l. 3.* Senatus hos Philoſophos urbe exire juſ„ſit, ne juventus ſtudium bene dicendi præferret ſtu„dio bene vivendi. *Gell. Noct. Att. l. 17. in f. Quin„til. l. 12. c. 1. Murec. Vol. 2. orat. 5. Pluth. in Cat. „Maj. C. 44. ſeq. Plin. hiſt. 7. 30. Macrob. 1. Sat. 5. „Stanlej. de vet. Phil. hiſt. part. IV. in Plat. c. 1.*

„*f*) (UT PRO FALSO NON MINUS QUAM PRO VERO:) „Academici enim in utramque partem diſputare ſole„bant. *Cic. l. 1. de leg. c. 45.*

„ *g*) (IS ERGO CUM SUSCEPISSET JUSTITIÆ HU„JUS &c. OPPUGNATIONEM:) Non Carneades ſaltem „hanc viam iniit, ſed & Adimantus, qui primum pro „juſtitia verba fecit, præmia illi & humana & divina „tribuens: poſtea pro injuſtitia quædam adduxit in „medium, ac argumenta Traſymachi & Glauconis „pro injuſtitia diſputantium firmavit, apud *Platonem de „Republ. Dial. I. in f. & dial. II.* quod vero exercitii „tantum cauſa factum aſſeritur. *d. dial. 2.*

„ *h*) (JURA SIBI HOMINES UTILITATE SANXISSE:) „Adeoque homines natura liberos, nullique juri ſub„jectos, vel ex mutuo metu, vel ex mutua benevolen„tia, vel ex alia quavis utilitate, in civitatem coiviſſe, „adeoque pacto demum ac conventione jura quædam „conſtituiſſe. *Vid. inf. §. 16. ſeq.*

„ *i*) (JUS AUTEM NATURALE:) quod non ab homi„nibus, ſed a ratione naturali inter homines conſtitu„tum eſt.

„ *k*) (OMNES ENIM ET HOMINES ET ALIAS ANI„MANTES:) Author de neutris id concedi poſſe pro„bat: De hominibus, in *§. 6. & 7.* de ceteris animan„tibus *§. 7. pr.*

„ *l*) (SUMMAM ESSE STULTITIAM:) quod author re„futat *inf. §. 8. ſeq.*

„ *m*) (QUONIAM SIBI NOCEAT ALIENIS COMMODIS „CONSULENS:) Senſus eſt, quod ſtultus videatur is „qui libertatem, quæ homini connata eſt, & motum „illum naturæ quo homo ad ſuas utilitates fertur, „reſpuit in eum finem, ut civitatis commodis conſu„lat. Deterioris conditionis fore homines putat, ac „cetera animantia, quæ ſine jure in infinitum ſuæ vo„luptatai indulgent.

§. VI.

Verum, [a] quod hic dicit Philoſophus, & ſequitur [b] Poëta,

Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum:

admitti omnino non debet, nam homo animans quidem eſt, [c] ſed eximium animans, multoque longius diſtans à cæteris omnibus, [d] quam cæterorum genera inter ſe diſtant: [e] cui rei teſtimonium perhibent multæ actiones humani generis propriæ. [f] Inter hæc autem, quæ homini ſunt propria, eſt appetitus ſocietatis, id eſt [g] communitatis, non qualiſcunque, ſed tranquillæ, [h] & pro ſui intellectus modo ordinatæ, [i] cum his, qui ſui ſunt generis: quam [k] οἰκείωσιν Stoici appellabant. [l] Quod ergo dicitur, natura quodque animal ad ſuas tantum utilitates ferri [m] ita univerſe ſumtum concedi non debet.

Author hic reſpondet generali Carneadis aſſertioni: *jus naturale nullum dari, quia omnes animantes feruntur, ducente natura, ad ſuas utilitates:* Reponit Grotius, hominem ut eximium animans, non promiſcue ſed cum ratione ad ſuas utilitates ferri, ita ut etiam aliorum, qui ſui ſunt generis, commodis proſpiciat, quin & futuris: Etenim proprium, ait, hominibus eſſe *appetitum ſocietatis*, ſeu affectum ſocialem, vi cujus feruntur ad commoda communitatis univerſæ, ejusque tranquillæ, & pro intellectus ſui modo ordinatæ &c. At hac reſponſione non confutatur ſententia Carneadis: Etſi enim (1) hic ſtatuat, *animantia ferri ad ſuas utilitates*, vix eſt ut intuitu hominum ratione præditorum præſentem ſaltem utilitatem intelligat, excluſa utilitate futura & publica, quæ ſola conſtans eſt. *Vid. infr. §. 8.* Sed & (2) nihil ex hac reſponſione ſequitur, etſi enim verum ſit homines alienis commodis conſulere ex vi quadam ſociali, eodem res redit cum Carneadis ſententia, quia id faciunt ob ſuam utilitatem, & homines ſequuntur motus hos ſociales, quia ipſis boni videntur:

ADDITIO.

„His adde: verum non eſſe humano generi proprium eſſe *appetitum ſocialem*. Aut *cuſtodiam ſocietatis humanæ* fontem eſſe juris naturalis, uti late demonſtravimus io *Differt. prooem. 1.* Verior igitur „reſponſio eſt: Homines aliorum commodis conſulentes ſtultos oon eſſe, quia commoda illa a Creatore „ſingulis conceſſa ſunt, ratio autem dictat, jura a Creatore cuique conceſſa ei tribui debere, etiam ſepoſita „propria utilitate: Illi igitur potius ſtultitiæ ootam „incurrunt, qui commoda aliis ex voluntate Creatoris „quæſita auferunt, vel turbant.

„*a*) (QUOD HIC DICIT PHILOSOPHUS:) Scil. Carneades, qui jus naturale nullum eſſe dixit. *§. 5.*

„*b*) (POETA) Horatius. *L. 1. Sat. 3. v. 113.*

„*c*) (SED EXIMIUM ANIMANS:) Facile concedimus „hominem longe diſtare a brutis, ſed videbimus ſtatim id non eſſe ab *appetitu* aliquo *ſociali* toti generi „communi, qualis neque in hominibus neque io brutis exiſtit; ſed ex ratioois gradu, quia homo novit „Creatorem, & voluntatem ejus per rationem cognitam habet, atque ideo inde obligatur: quæ ratio in „brutis ceſſat.

„*d*) (QUAM CETERORUM GENERA:) Nam inter „animantia quoque unum genus præ alio eminet:

„*e*) (CUI REI TESTIMONIUM PERHIBENT MULTÆ „ACTIONES HUMANO GENERI PROPRIÆ:) atque huc „quoque refert Sermonem, utpote peculiare Socialitatis inſtrumentum *Vid. §. 7. Conf. Diſſ. prooem. 1. §. 37.*

f) (INTER HÆC AUTEM, QUÆ HOMINI SUNT PROPRIA EST APPETITUS SOCIETATIS:) Dari aliquam Societatem humani generis negari nequit: ea enim ſequitur 1) ex motu univerſali omnibus animantibus indito, quia bruta quoque, quæ ejusdem generis ſunt, ſocietatem quandam conſtituunt, cujus rei exempla refert *Cicero l. 5. de fin. c. 19.* De cicooiis, ſorioicis, &c. vide *Quintil. l. 5. c. 11.* De apibus, vide *Ælianum de animalibus.* 2) Ex indigeotia & oeceſſitate; nemo enim ſibi ſufficit, pluribus indiget vita humana, quibus per affectum illum ſocialem Creator conſultum voluit. *proleg. §. 16.* Sane omnes homines infantes naſcuntur, & adeo indigent aliorum auxilio, ut illo deficiente omnibus pereundum eſſet. 3) Ex ratioois uſu, cujus finis præcipuus hic eſt, ut homines mutuo ac communi conſilio res agant, & ut Creatorem communi judicio laudent. 4) Ex ſermone, cujus extra Societatem nullus ſit uſus. *proleg. §. 7. Add. Teſm. h. lit. o.* Nemo enim ſecum loquitur, ſed cum aliis. 5) Ex cognatione quæ inter omnes homines intercedit, omnes enim ab uno communi ſtipite deſcendunt, totum humanum genus una quaſi familia, & orbis communis domus eſt; Atque hoc eſt, quod *Florentinus* ait, inter homines, naturalem quandam eſſe cognationem: *Leg. 3. Juſt. & jur.* idque ſacra quoque pagina docet. *proleg. §. 14.*

ADDITIO.

„Equidem non nova hæc eſt ſententia, ſocietatem „aliquam univerſalem eſſe inter homines: plerique „Romanorum & Græcorum Philoſophi theſin hanc „adoptarunt. *Vid Cicer. L. 1. de offic. c. 4. c. 7. c. 16. „c. 43. c. 44. & l. 3. c. 17. Idem de fin. l. 3. p. m. 117. „118. 119. & Lib. 2. de fin. p. m. 86. & L. 4. p. m. 125. „Idem de Legibus pag. m. 428. 429. 430. Idem. Acad. „qu. l. 1. p. m. 9. Idem de amicitia. c. 5.* Alias authoritates præprimis *Seneca & M. Antonini*, allegavimus in „*Differt. prooem. 1. §. 7. §. 19.* Adde *van der Meulen in „comment. ad Grot. h. & Teſm. h.* Ariſtoteles *L. 9. Mor.*

„*Mor. c. 9. p. m. 154.* ait. *Civile animal est homo, & „ad convictum natura aptum. Idem pol. l. 1. c. 2. p. m. „380. animal sociale esse hominem magis quam omnes „apes, & quam omne gregarium animal.* Et mox: „*Natura igitur omnibus ad hujusmodi societatem est „appetitus. Idem Pol. l. 3. c. 6. homo natura est ci„vile animal ac sociale, ex quo fit, ut si etiam nihil „indigeant mutuo auxilio, nihilo minus affectent vitæ „societatem. Idem problem. l. 10. c. 45. p. m. 895. ho„mo a natura sine aliquo beneficio servari nequit, im„perfecte enim prodit.*

„At in dissertatione prooemiali 1. §. 24. *seq.* probavimus. „1) Naturam hominibus talem appetitum societatis, „quo illi qui ejusdem generis sunt ad communitatem „& communitatis utilitates feruntur, non indidisse; „Sane, Gentes Americæ nullum affectum cum Islandiæ „incolis in communitate vivendi sentiunt, neque ul„la ratio utilitatis aut necessitatis eas ad id movet: „Natura familias existere, & per eas propagari genus „humanum voluit, atque in eum finem duplicem „sexum procreavit, ac utrique appetitum indidit co„habitandi, & liberos procreandi; Hæc sola societas „domestica natura cognita est, eaque sola sufficit ad „conservationem generis humani: Demonstravimus 2) „inutilem & sine effectu fore hanc communitatem ge„neris humani; *tum* quia nullum inde jus, nec ulla ob„ligatio inferri potest: (quæ sola ratio fictæ illius so„cietatis est) *tum* quia, si jus inde inferri posset, pau„cissima saltem juris capita inde sequerentur: *tum* quia „officia natura debita, (adeoque existentia juris natu„ralis) demonstrari potest, etsi talis appetitus socia„lis in genere humano non exstet. Sed & 3) in *Dis„sertatione prooemiali 1. §. 19. seq.* probavimus fabulam „de societate humana ex impiis Gentilium principiis „originem traxisse.

„g) (COMMUNITATIS NON CUJUSCUNQUE SED „TRANQUILLÆ:) ubi non præsens utilitas, sed futura, „& perpetua ac constans intelligitur, etsi forte cum „præsenti incommodo conjuncta sit:

„h) (ET PRO SUI INTELLECTUS MODO ORDINATÆ:) „i. e. quæ convenit humano intellectui. *Vid. infr. §. 8.* „seu naturæ rationali, *Vid. L. 1. c. 1. §. 10. n. 1.*

„i) (CUM HIS QUI SUI SUNT GENERIS:) i. e. cum „genere humano:

„k) (Grot.) (*Oἰκείωσιν,*) Chrysostomus ad Romanos Homilia XXXI. *ἔχομεν γὰρ φυσικήν τινα πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν, ἣν καὶ θηρία πρὸς ἄλληλα κέκτηνται. Habemus natura homines cum hominibus societatem, quidni, cum tale quid inter se & feræ habeant?* Vide eundem capite primo ad Ephesios, ubi à natura nobis data docet ad virtutem semina. Marcus Antonius Imperator summe Philosophus: *ὅ τι γὰρ πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν πάλαι δέδεικται, ἢ οὐκ ἦν ἐναργὲς, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω τῶν ἀλλήλων; Pridem patuit ad societatem nos genitos. Nonne in aperto est deteriora esse meliorum causa, meliora verò alterum alterius causa?*

„l) (QUOD ERGO DICITUR,) scil. a Carneade. *Vid. „supr. §. 5.*

„m) (ITA UNIVERSE SUMTUM CONCEDI NON DE„BET:) Sed & si concederetur, id tamen non impe„diret quo minus homines inter se ad certa officia ob„ligarentur: Nam Creator, qui hominibus, animanti„bus ratione præditis, motum indidit suis consulendi „commodis, motum illum certis finibus inclusit, ex„tra quos suis utilitatibus consulere non possunt; at„que his casibus renunciare homo suis utilitatibus te„netur, quia ipse Deus prohibuit.

§. VII.

[a] Nam & cæterarum animantium quædam utilitatum suarum studium, [b] partim fœtuum suorum, [c] partim aliorum sibi congenerum respectu, [d] aliquatenus temperant: [e] quod in illis quidem procedere credimus ex principio aliquo intelligente extrinseco, [f] quia circa actus alios, [g] istis neutiquam difficiliores, [h] par intelligentia in illis non apparet. [i] Idemque de infantibus dicendum, [k] in quibus ante omnem disciplinam ostendit se ad bene aliis faciendum propensio quædam, prudenter à Plutarcho observata: [l] sicut & in ea ætate misericordia sponte prorumpit. [m] Homini vero perfectæ ætatis, [n] cum circa similia similiter agere norit, [o] cum societatis appetitu excellente, [p] cujus peculiare solus inter animantes instrumentum habet sermonem, [q] inesse etiam facultatem sciendi agendique secundum generalia præcepta, [r] par est intelligi; [s] cui quæ conveniunt, [t] ea jam sunt non omnium quidem animantium, [u] sed humanæ naturæ congruentia.

Pergit hic Author in refutando argumento Carneadis, *quod omnes, & homines & alia animantes, ad utilitates suas natura ducente ferantur:* & ait, id neque in animantibus, nedum in hominibus verum es-

 se;

se: Non in *animantibus*, utpote quas in utilitatem aliorum moveri probat exemplo fœtus, quem animalia maximo suo incommodo producunt, alunt, conservant ac defendunt: etiam cum vitæ suæ periculo: Non in *hominibus*; quia homines non uti bruta ex principio aliquo extrinseco alienis commodis consulere ait, sed ex appetitu aliquo societatis rationali: quia nimirum intelligunt, suam tranquillitatem in tranquillitate societatis consistere. *Vid. infr. §. 18.*

ADDITIO.

„Grotius non tantum pergit in refutando Carnea-„de, *qui omnes animantes ad suas solas utilitates fer-„ri*, dixit: Sed & fontem juris naturalis aperit, dum „supponit 1) hominem distare a cæteris animantibus „in eo quoque, quod ei proprius sit appetitus societa-„tis, i. e. communitatis tranquillæ, & pro sui intelle-„ctus modo ordinatæ. *Prol. §. 6.* 2) Quod cum socie-„tatis appetitu excellente ei insit facultas sciendi agen-„dique secundum generalia præcepta. *Prol. §. 7.* Hinc „3) concludit ea quæ facultati huic conveniunt, esse „humanæ naturæ congruentia; *ibid. in fin.* adeoque cu-„stodiam societatis humanæ esse fontem juris natura-„lis propriæ sic dicti. *Vid. §. 8. seq.*

„*a*) (NAM ET CÆTERARUM ANIMANTIUM:) Præ-„ter homines; quos itidem ad aliorum, i. e. ad com-„munitatis humanæ utilitates ferri dixit *§. prac.*

„*b*) (PARTIM FOETUUM SUORUM:) Ut Galli galli-„nacei gallinas, & Gallinæ pullos ante sese exsaturan-„tes; ut animalia & feræ etiam pro catulis ac fœtibus „sese in periculum conjicientes; ut Canes venatici præ-„da abstinentes, & eam Domino reservantes: *Gron. h.* „Cicero *l. 5. fin. 19.* ait: *formica, apes ciconia, alio-„rum etiam causa quædam faciunt:* Philo: *ad decal.* „*prac. V.* ait: *Ciconiarum senes in nidis manent, vo-„lare invalidæ; harum soboles per omnes, prope sic dixe-„rim, terras mariaque volitant, victum undique pa-„rentibus quærentes.*

„*c*) (PARTIM ALIORUM SIBI CONGENERUM:) „Apes enim & formicæ in commune laborant. *Quin-„til. V. 11. Cic. l. 5. de finib. c. 19.* Sed & exstant ani-„mantia, quæ iis qui sui generis sunt assistunt, si vis „illis infertur, exemplo suum, corvorum, suniarum: „Philo *d. l.* ait: *Canes domorum defensores sunt, quin „& pro Heris moriuntur, si quod subito periculum eis „contigerit: dicuntur & canum illi qui greges comi-„tantur, præcedere pecora, depugnantes ad mortem us-„que, ut pastores illæsos præstent &c.*

„*d*) (Grot.) (ALIQUATENUS TEMPERANT) Vetus „est proverbium, *Canis caninam non est*, Juvenalis;

Tigris agit rabida cum tigride pacem:
Parcit cognatis maculis fera.

Et locus Philonis egregius ad Decalogi præceptum quintum, quem Græce, qui volet, legat. Ego eum, quia longior est, semel, id est Latine, hic ponam: *Imitatores saltem mutorum animantium estote, homines, Beneficio vicem rependere illa edocta norunt. Canes domus defensores sunt: quin & pro heris moriuntur: si quod subito periculum eis contigerit. Dicuntur & canum illi, qui greges comitantur, præcedere pecora, depugnantes ad mortem usque, ut pastores illæsos præstent. Nonne inter fœda fœdissimum est; in referenda gratia vinci hominem à cane, mitissimum animal à ferocissimo? quod si à terrestribus non satis edocemur, transeamus ad naturam volucrum, aeris viatricem, ut vel inde discamus, quod oportet. Ciconiarum senes in nidis manent, volare invalida. Harum soboles per omnes, prope sic dixerim, terras mariaque volitant, victum undique parentibus quærentes; illa pro ætatis merito fruuntur quiete rerum copia, deliciis etiam: ha vero itineris molestias solantur pietatis conscientia, & exspectatione paris olim, ubi senuerint, à sua prole: atque ita legitimo tempore debitum persolvunt necessarium, quod accepere reddentes, neque enim ab aliis alimenta habere possunt, aut initio vitæ parva cum sunt, aut natu grandes in vita exitu, quapropter non alio, quam natura magistro didicerunt educare vetulas, educata & ipsæ, cum tenera essent. Nonne vero hæc, ubi audiunt, habent, cur se præ pudore abscondant, qui parentum curam non habent, atque eos negligunt, quos aut solos, aut præ cæteris sublevare debuerant, præsertim cum id facientes non tam daturi sint quippiam, quam id, quod debent, reddituri? Nihil enim est liberis proprium, quod non parentum sit prius, qui aut de suo dederunt, aut acquirendi præbuerunt causas.* De columbarum cura eximia circa fœtus suos vide Porphyrium de non esu animalium tertio. De scarorum & saurorum pro sociis Cassiodorum XI, 40.

„*e*) (PROCEDERE CREDIMUS EX PRINCIPIO ALIQUO „INTELLIGENTE EXTRINSECO:) quod principium „intelligens Author alibi vocat umbram rationis. *L. 1.* „*c. 1. §. 11. n. 2.* Osiander negat id procedere ex prin-„cipio intelligente, sed ex facultate æstimativa, vel ex „instinctu. *ad Grot. Prol. obs. 2.* At verius est, ho-„mines a brutis, quoad actiones Physicas, rationis gra-„du saltem differre; Sane bruta quoque per conclu-„siones agunt, ac intelligunt non tantum ea quæ in „præsens, sed & quæ in futurum utilia sunt: optime „*Lactantius de ira Dei. c. 7. Quid tam proprium ho-„minis quam ratio & providentia futuri? Atqui sunt „animalia, quæ latibulis suis diversos & plures exi-„tus pandant, ut si quod periculum inciderit, fuga „pateat obsessis; quod non facerent, nisi inesset illis in-„telligentia & cogitatio.* Et Seneca *ep. 121. Esse autem „illis intellectum ex eo apparet, quod nihil amplius si „intellexerint, faciant; quid est, quare Pavonem, qua-„re anserem Gallina non refugiat, cum tanto mino-„rem, & ne notum quidem sibi accipitrem fugiat! „quare pulli felem timent, canem non timent? Appa-„ret illis inesse scientiam nocituri, non experimento „collectam, nam antequam possint experiri, cavent: „Exemplum esto Aranea textura, quanto judicio fila „disponit? alia in rectum immissa firmamenti loco, alia „in orbem currentia ex denso rara: in quem finem? „ut minora animalia in quorum perniciem illa tendun-„tur, velut retibus implicata teneat. Senec. d. ep. 121.*

„Neque metiendum est *rationi humanæ* vel *religio-„ni* inde aliquid decedere: Nam notavimus ali-„bi, præcipuum rationis humanæ in eo consistere, „quod ea sola ad cognitionem Creatoris ducat, ac so-„lis hominibus voluntatem Creatoris indicet, qui pro-„inde soli vi illius rationis sciunt, se vel bene vel „male agere, eoque vel pœnam vel præmium mereri: „Hic rationis usus totus cessat in brutis, illa cogni-„tum Creatorem aut ejus voluntatem non habent, „adeoque nec bene nec male facere, & sic nec pœnas

„nec

„nec præmia mereri possunt: En veram & solidam „inter Bruta & homines differentiam. Quam Cicero „quoque agnovit: *Ex tot enim generibus nullum esse „animal*, ait, *præter hominem, quod habeat aliquam „notitiam Dei, unde est ut is agnoscat Deum, qui un- „de ortus sit quasi recordetur ac noscat. L. I. de Leg. „p. m. 427.*

„Apparet ergo principium hoc intelligens, quo „animantia ad suas utilitates feruntur, in brutis non „magis extrinsecum esse quam in hominibus, Utrobi- „que est intrinsecum quoad actiones has physicas: „Utrique agunt juxta certas conclusiones, quæ intel- „ligentiam & cogitationem supponunt: Quintil. 2. „*Inst.* 16. ita rem explicat: *Moliri cubilia, & nidos „texere, & educare fœtus & excludere, quin etiam „reponere non nullius forsasse rationis est, sed quia ca- „rent sermone, quæ id faciunt muta & irrationabilia „vocantur.*

„*f*) (QUIA CIRCA ACTUS ALIOS) præter studi- „um in fœtum suum, & alios sibi congeneres.

„*g*) (ISTIS NEUTIQUAM DIFFICILIORES.) Adeo- „que quos, si ex principio interno agerent, eadem „facilitate expedire possent.

„*h*) (PAR INTELLIGENTIA IN ILLIS NON APPARET:) „Secus ac in homine, qui circa similia similiter agere „novit, uti statim id explicat:

„*i*) (IDEMQUE:) quod scil. ex principio aliquo ex- „trinseco, non vero ex principio aliquo intelligente „seu interno, ad aliorum utilitatem ferantur:

„*k*) (IN QUIBUS ANTE OMNEM DISCIPLINAM „OSTENDIT SE AD BENE ALIIS FACIENDUM PRO- „PENSIOREM:) Imo id ipsum oritur ex aliqua intelli- „gentia, & ex ratione, utut imperfecta; quia propen- „sio illa tantum se exerit in eos qui bene infantibus „faciunt: non ergo ex principio aliquo externo.

„*l*) (SICUT ET IN EA ÆTATE MISERICORDIA „SPONTE PRORUMPIT:) Sed hæc misericordia pro- „rumpit saltem intuitu eorum, qui infantibus volupta- „tem aliquam procurant, adeoque hoc quoque sequi- „tur ex principio aliquo intelligente. Hinc bene „observat Osiander, in genere assertum Grotii verum „non esse, livoris ac invidiæ semina in infantibus „quoque existere, & in ipsis actibus illorum deprehen- „di. *ad proleg. Grot. Obs. 3.*

„*m*) (HOMINI VERO PERFECTÆ ÆTATIS &c.) dif- „ferentiam hic ponit inter infantem, & hominem cui „maturum est judicium, illum enim agere ait ex prin- „cipio aliquo intelligente intrinseco.

„*n*) (CUM CIRCA SIMILIA SIMILITER AGERE „NORIT &c.) secus ac in *brutis*: de quibus paulo ante „dixit, *parem in illis intelligentiam circa alios actus, „aliis neutiquam difficiliores, non apparere:* secus quo- „que ac in *infantibus*: hos enim non ex principio ali- „quo intrinseco utilitatum suarum studium respectu „aliorum temperare putat, sed ex principio aliquo in- „telligente extrinseco:

„*o*) (GROT. CUM SOCIETATIS APPETITU EXCELLENTE:) M. Antonius libro IX. ὁ ἄν- θρωπος εὐεργετικὸς πέφυκε. *Homo in id na- tus est, bene ut aliis faciat:* item: θᾶσσον γοῦν εὕροι τις ἂν γεῶδές τι μηδενὸς γεώδους προσαπ- τόμενον ἤπερ ἄνθρωπον ἀνθρώπου ἀπεσχισμένον. *Fa- cilius reperiat quis terrestre aliquod ad terram se non ferens, quam hominem ab humano genere abscissum.* Libro X. ἔστι τὸ λογικὸν εὐθὺς καὶ πολιτικὸν, *quod ratione utitur, necessario & cœtum appetit.* Nicetas Chonitates: ἐνεσημήνατο πῶς ἡ φύσις ἡμῖν καὶ ἐνε- φύτευσε πρὸς τὰ οἰκεῖα συμπάθειαν. *Natura insculp- sit insevitque nobis animi consensionem cum iis, quæ cognata sunt nobis.* Adde Augustinum de doctrina Christiana libro III, c. 14.

ADDITIO.

„Per appetitum societatis excellentem intelligit ap- „petitum communitatis, non qualiscunque, sed tranquil- „læ, & pro sui intellectus modo ordinatæ. *Vid. §. 6.*

„*p*) (CUJUS PECULIARE SOLUS INTER ANIMAN- „TES INSTRUMENTUM HABET SERMONEM:). Alibi „observavimus sermonem non esse instrumentum par- „ticulare societatis, nedum societatis universalis, qua- „lem non agnoscimus: Sed & usum sermonis extra „omnem societatem, imo brutis quoque usum ejus „communem esse, probavimus in *Diss. Proœm. 1. „§. 23. & §. 37.*

„*q*) INESSE ETIAM FACULTATEM SCIENDI AGEN- „DIQUE SECUNDUM GENERALIA PRÆCEPTA) i. e. in- „telligere quid naturæ societatis ratione utentium con- „gruat. *prol. §. 7.* quid ei repugnet. *l. 1. c. 1. §. 3.*

„*r*) (PAR EST INTELLIGI:) Sensus est: homini „perfectæ ætatis convenire, ut intelligat sibi inesse fa- „cultatem talem sciendi. &c.

„*s*) (EUS:) Facultati, scilicet, sciendi agendique „juxta præcepta generalia.

„*t*) (EA JAM SUNT NON OMNIUM QUIDEM ANIMAN- „TIUM:) utpote quæ non circa similia similiter, (i. e. „non vi facultatis sciendi agendique juxta præ- „cepta generalia, sed ex principio aliquo intelligente „extrinseco,) agere norunt.

„*u*) (SED HUMANÆ NATURÆ CONGRUENTIA:) Ut „proinde thesis Carneadis, *omnes, & homines & alias „animantes, ad utilitates suas natura ducente ferri*, „fallat in hominibus perfectæ ætatis, qui agunt „juxta principia generalia.

§. VIII.

Hæc verò, quam rudi modo jam expressimus, [a] societatis custodia humano intellectui conveniens, [b] fons est ejus juris, quod proprie tali nomine appellatur; [c] quo pertinent [d] alieni abstinentia, & [e] si quid alieni habemus, [f] aut lucri inde fecerimus, restitutio, [g] promissorum implendorum obligatio, [h] damni culpa dati reparatio, [i] & pœnæ inter homines meritum.

„Initio horum prolegomenorum diximus (Vid. „§. 1.) Grotium *quatuor species jurium universalium* „statuere: Cum vero omnes hæ species ante Grotium, „quoad denominationem, definitionem, imo quoad ple-„rosque effectus, incognitæ fuerint, Ipse autem obi-„ter saltem generalia sua principia exponat, & in ipso „tractatu demum exemplis ea illustret, ac ex-„ceptiones & limitationes addat, operæ pretium esse „duximus, principia Authoris paulo plenius statim ini-„tio exponere; & compendio repetere ea quæ latius „in *quatuor prioribus dissertationibus prooemialibus* „exposuimus.

„ *Prima* igitur (nam de reliquis speciebus infra §. „9. 12. & 17. agetur) & præcipua juris universalis „species GROTIO est, jus SOCIALE: supponit enim (1) „hominem præ aliis animantibus ferri ad communem „societatem, tranquillam & rationalem, adeoque ex-„istere inter homines appetitum ac affectum socia-„lem. Proleg. §. 6. 7. 14. & 16. L. 1. c. 5. §. 2. n. 1. l. „2. c. 25. §. 6. (2) Posita tali societate concludit, dari „jus naturæ, quia sine jure nulla societas subsistere „possit. *d. prol.* §. 8. Unde (3) fontem juris naturalis „esse, ait, *custodiam humanæ societatis*: adeoque natu-„ra *justa* esse quæ conveniunt illi societati, *injusta* „autem quæ naturæ societatis rationem utentium re-„pugnant. Prol. §. 7. l. 1. c. 1. §. 3. & c. 2. §. 1. n. 3. „L. 1. c. 1. §. 10. n. 1. Atque hoc jus (4) speciatim vo-„cat JUS SOCIALE: *Prol. §. 14.* quia facultatem agendi in „solo societatis respectu indigitat. *L. 3. c. 1. §. 2.*

„(5) Existere autem tale jus, ait, etsi detur Deum „non esse. *proleg.* §. 11. quia ex appetitu societatis „fluit, adeoque ex principiis internis. *proleg. §. 18. in-„fin. & §. 12. l. 1. c. 1. §. 10. n. 1. & 5.* Indeque mora-„lem necessitatem ac intrinsecam bonitatem huic juri „inesse, statuit; non quia Deus actus hos determinavit, „sed quia conveniunt aut disconveniunt cum natura „sociali. Lib. 1. c. 1. §. 10. n. 1. Cujus effectum esse „putat, ut jus hoc nec a Deo mutari possit. *d.* §. „10. *n.* 1. & 5.

„Grotius definit jus sociale dictamen rectæ rationis, „indicans alicui actui, ex ejus convenientia aut discon-„venientia cum natura sociali, inesse moralem turpi-„tudinem, aut necessitatem moralem. l. 1. c. 1. §. 10. „n. 1.

„Probat autem aliquid esse juris naturalis *vel* a prio-„ri, *vel* a posteriori: *A priori*, i. e. per vim ratiocina-„tionis; omne enim id juris naturalis esse, ait, quic-„quid necessario convenit cum natura sociali. L. 1. c. 1. „§. 12. A *posteriori*, si quid apud omnes, vel moratiores „gentes, vel vetitum vel præceptum esse creditur. d. §. „12. n. 1. proleg. §. 40. quia universalis effectus re-„quirit causam universalem; talem autem existimatio-„nis causam vix ullam videri posse, tradit, præter „sensum ipsum, communis qui dicitur. *d.* §. 12. *n.* 1.

„Hoc JUS SOCIALE Author vocat *jus naturæ proprie „& stricte sic dictum: prol.* §. 10. *L. 1. c.* 1. §. 5. &c. „cujus objectum esse, ait, ut jus suum cuique salvum „sit. *L. 1. c. 2. §. 1. n.* 5. & cujus naturam in eo po-„nit, ut circa aliena versetur, i. e. ut ea quæ jam sunt „alterius, alteri permittat & impleantur. prol. §. 10. „§. 44. l. 1. c. 2. §. 1. n. 5. Hinc jus hoc *faculta-„tem* appellat. L. 1. c. 1. §. 5. eamque *sui* nomine ICtis „venire ait; L. 1. c. 1. §. 5. quia ex hoc jure con-„stat quid cuique suum sit, tum ex jure in personas, „tum ex jure in res, tum ex obligatione personæ. d. „l. 1. c. 1. §. 5.

„Differre jus sociale ait (1) a *jure naturæ laxiori*: „quod non ex appetitu societatis, sed citra societa-„tis respectum ex natura rationali oritur. i. e. ex ju-„judicio recte conformato ad æstimandum ea quæ „delectant aut nocent. *Prol. §. 9. l. 1. c. 2. §. 1. n. 3.* „Hinc *Jus sociale* obligare, putat, ad id quod societati „humanæ convenit: *jus laxius* ad id quod rectum & „naturæ humanæ conveniens est. *Proleg. §. 12. l. 1. c. 1. §. 9.* „Unde in *priori* obtinere, ait, justitiam expletri-„cem, seu commutativam, eoque proportionem arith-„meticam: in *posteriori* autem justitiam ditributi-„vam seu attributricem, eoque proportionem Geome-„tricam. *L. 1. c. 1. §. 4. §. 7. & §. 8. n. 6.* Differt. (2) *a ju-„re divino voluntario*, quod non ex principiis „internis, sed ex libera voluntate Dei ortum ha-„bere, indeque prolubitu iterum mutari posse „se, ait. L. 1. c. 1. §. 10. n. 2. §. 15. n. 1. & proleg. §. 12. „Differt. 3) a *jure Gentium voluntario*: quod nec ex prin-„cipiis internis, nec ex libera Dei voluntate oriri ait, sed „ex consensu gentium vel omnium vel moratiorum, „ob communes utilitates & necessitates. *Prol. §. 17.*

„Primum igitur principium juris naturalis, quod „homines inter se obligat, Grotio est CUSTODIA SO-„CIETATIS HUMANÆ: Atque hinc ei *justum* est quic-„quid convenit socialitati; *injustum* quicquid ei re-„pugnat.

„Alibi probatum dedimus Grotium hæc principia „ex Græcorum & Romanorum philosophia hausisse: „Illi enim societatem aliquam inter homines finxe-„runt, (uti ex eorum scriptis demonstravimus *supra „§. 7.* & in *Differt. prooem. 1. §.*) Posita autem „communi hominum societate, etiam jus poni „crediderunt: *Est unum jus, quo devincta est homi-„num societas* (inquit *Cic. de Leg. L. 1. c. 15. p. m. „431.*) *& quod lex constituit una: quæ lex est recta ra-„tio imperandi atque probibendi, quam qui ignorat is „est injustus, sive illa est scripta uspiam, sive nusquam:* „& alibi ait: *omne officium hominis in eo consistere, „quod homo communem totius generis humani conci-„liationem & consociationem colere tueri & conserva-„re teneatur*; *L. 1. de offic. c. 41.* Idem Cicero, dum „in honesti naturam, ejusque originem inquirit, dicit, „*latissime patere eam rationem qua societas hominum „inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur: cu-„jus partes duæ sunt, justitia, in qua virtutis splendor „est maximus, & beneficentia: L. 1. de offic. c. 7.* At-„que hinc concludit, eum qui alieni aliquid appetit, „violare jus societatis humanæ. *d. c. 7.* Porrò ex „Stoicorum doctrina probaturus, jus inter solos homi-„nes obtinere, & hominibus nihil juris esse cum be-„stiis, ita disserit: *Præclare Chrysippus cætera nata „esse hominum causa & Deorum, Eos autem, commu-„nitatis & societatis suæ; &c. quoniam ea natura es-„set hominis, ut ei cum genere humano quasi jus civile „intercederet; qui id conservaret, eum justum, qui vi „ageret, eum injustum esse: L. 3. de fin. c. 20. p. m. 117.* „Idem *L. 1. de Legib. 10. p. m. 428.* ait, *Nos ad justitiam „natos esse, neque opinione sed natura constitutum esse „jus. Id jam patebit, si communem inter ipsos societatem „conjunctionemque perspexeris*, & *pag. 429. Quibus ex „rebus cum omne genus humanum societatem inter se*

esse

„*esse intelligat, illud extremum est, quod rectè vivendi*
„*ratio meliores efficiat: sequitur igitur, ad partici-*
„*pandum alium ab alio, communicandaque inter omnes,*
„*natura justos factos esse:* & mox *p. 430. Unam ho-*
„*minum inter ipsos esse vivendi parem communemque*
„*rationem: homines inter se naturali quadam indul-*
„*gentia & benevolentia, tum etiam societate juris, con-*
„*tineri; qua cum vera esse concesserimus, qui jam li-*
„*cet nobis a natura leges & jura sejungere. In lib. 4. de*
„*Fin. p. m. 125.* ait; *Hoc solum animal natum est pudo-*
„*ris ac verecundia particeps, appetensque conjunctio-*
„*nem hominum ac societatem, his initiis, tanquam se-*
„*minibus a natura datis, justitia & omnis honestas per-*
„*fecte absoluta est.*

„Denique in *lib. 3. offic. c. 6.* ita disserit. *Ergo unum*
„*debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas*
„*uniuscujusque & diversorum, quam si ad se quisque*
„*rapiat, dissolveretur omnis humana consortio. Atque*
„*si hoc etiam natura praescribit, ut homo homini, qui-*
„*cunque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo est,*
„*consultum velit, necesse est, secundum eandem naturam*
„*omnium utilitatem esse communem: Quod si ita est,*
„*una continemur omnes & eadem natura lege: idque*
„*ipsum si ita est, certe violare alterum lege natura pro-*
„*hibemur.*

„Hinc seposita communitate, & consociatione na-
„turali, nec justitiæ nec bonitati locum foreait Cice-
„ro *l. 3. de fin. p. m.* 117. & sublata humani genere
„societate justitiam funditus tolli statuit. *L. 3. de of-*
„*fic. c. 6.* Is qui aliquid cootrarium societati huma-
„næ peragit, *i.* e. qui alii nocet, & membra illius so-
„cietatis non servat, disrumpere humanam societa-
„tem dicitur. *Cic. L. 3. de offic. c. 5. & 6.* Seneca *L. 2.*
„*de ira. c.* 31. ait: *Salva esse societas sine amore &*
„*custodia partium non potest.* Hinc de tyranno ait
„idem Seneca: *Quicquid erat quo mihi cohæreret, in-*
„*tercisa juris humani societate, abscidit. l. 7. de benef.*
„*c.* 19.

„Generale igitur veteribus principium fuit, ubi
„societas, ibi jus est. *Vid. Dissert. prooem.* 1. §. 7.

„Cum vero in eadem Dissertatione 1. §. 18. seq.
„probatum sit, non dari societatem communem ho-
„minum, nedum ejus custodiam esse verum, unicum,
„& adæquatum juris naturalis principium, alia
„principia suppeditanda sunt, ex quibus omnis ob-
„ligationis naturalis ratio necessario inferri possit. B.
„Parens talia proposuit in Positionibus juris gentium,
„quæ exstant in Dissertatione Prooemiali X. Atque
„hæc principia alio ordine proposuimus in Disserta-
„tione prooemiali XII. Compendium novi nostri sy-
„stematis hoc est.

„I. Deus solus jus & imperium in genus huma-
„num habet, adeoque solus ei legem dare potest: *Diss.*
„*Prooem. XII.* §. 57.

„II. Eum autem talem legem dedisse ex ratione
„probatur, nec alio modo probari potest. *Diss. Pr. XII.*
„§. 69.

„III. Modi autem probandi voluntatem Dei &
„Creatoris, rationi convenientes, sunt 1) motus &
„instinctus in hominibus a natura conditi. 2) Actio-
„nes Creatoris. 3) Actionum finis necessarius vel pro-
„babilis. 4) Medii necessitas. 5) Natura & essentia
„sanctissimi Creatoris, quo & pertinet, quod nihil
„frustra faciat. 6) Consensus omnium gentium. *Diss. Pr.*
„*XII.* §. 42. *seq.*

„IV. Ex his probandi modis constat, Deum cuique
„hominum facultates quasdam habendi vel agendi
„proprias esse voluisse; adeoque singulis jus ita ha-
„bendi vel agendi quæsitum esse ex voluntate Creatoris.

„Unde necessario sequitur, alios homines hoc jus
„a natura cuique concessum turbare non posse, &
„Deum voluisse, ut *jus suum cuique tribuatur.*

„Sane sub hac regula generali omnia præcepta na-
„turæ continentur, nec ulla datur lex naturæ, quæ non
„necessario ex ea regula sequatur. *Diss. prooem. XII.* §. 49.
„*seq. Adde Diss. Pr. X.* §. 19. *seq. Diss. Pr. XI.* §. 26. *seq.*
„*Diss. Prooem. I.* §. 56. §. 63. *seq.*

„V. Jus autem cuique suum est *vel intuitu Dei*; un-
„de jura inter Deum & homines, præcipue perfectio-
„num præcepta, oriuntur. *Vel intuitu hominum inter se.*
„*Diss. Prooem. XII.* §. 50. *seq.* §. 72. *usque ad* §. 103.

„VI. Jus *cuique hominum* suum est, vel *ex statu*
„*hominum*, vel *ex jure rerum*, vel *ex obligatione perso-*
„*na. Diss. Prooem. XII.* §. 103. *& late seq.*

„VII. Si quis hominum jus a Creatore aliis conces-
„sum tribuere nolit, adigi ad id potest vel per *judicia*,
„vel per *repressalias & bellum. Diss. Prooem. XII.* §. 607.
„*seq.*

„Eo non tantum simplicissima *principia*, sed & in-
„grum systema *juris naturalis*, nullis verborum am-
„bagibus involutum, non novis ac inusitatis nomini-
„bus vel definitionibus obscuratum, sed facillima me-
„thodo ad ordinem juris Romani compositum, ex quo
„omnia jura naturæ, ne unico excepto, per illationes
„rationis necessario sequuntur.

a) (Grot.) (SOCIETATIS CUSTODIA HUMANO INTELLECTUI CONVENIENS.) Postquam Author fundamenti loco posuit, (1) homines natura ducente ferri ad societatem, seu communitatem eum eis qui sunt ejusdem generis; (2) illisque inesse facultatem sciendi agendique juxta principia generalia; Indeque (3) ea quæ huic facultati conveniunt esse naturæ humanæ congruentia: &c. Hinc demum (4) concludit, *societatis custodiam, humano intellectui convenientem, esse fontem juris, quod proprie naturale dicitur. Vid Prol.* §. *6. 7. & 8.* indeque injusta dici, quæ naturæ societatis ratione utentium repugnant. *Vid. L. 1. c. 1.* §. *3. n. 1.*

Equidem hoc Principium nec a Carneadis nec ab Hobbesii, nec a Cumberlandii, nec a Puffendorfi principiis, etsi contraria via inire videantur, differt:

Carneades, qui nullum jus naturale agnoscit, homines propter sua commoda in societates coivisse, adeoque ex utilitate sibi jura constituisse, statuit. *Vid. sup.* §. *5.* Immo probabile est Carneadem, dum ait *homines naturâ ducente ferri ad suas utilitates*, non exclusisse publicam utilitatem: quia sine ea homines privatam utilitatem percipere non possunt.

Hobbesius ait, natura jus esse omnium in omnia, ita, ut quisque agere possit quicquid vult, indeque inter homines statum belli esse: At ob mutuum destructionis metuum, (adeoque ex utilitate,) homines jus suum absolutum pactis transtulisse in Civitatem, & huic Civitati jam idem jus competere in singulos, quod singulis competiit inter se. *Vid. Hobbesii Leviathan & tractatum de Cive.*

Cumberlandus principii loco ponit, homines obligari

ligari ad mutuam benevolentiam, & quidem talem, qua communis omnium felicitas promovetur: *de legib. nat. c. 1. §. 6.*

Puffendorfius ait, homines mutua officia sibi debere, atque ideo ad custodiam societatis teneri.

Omnes igitur conveniunt, jura ob *utilitatem* constituta esse. GROTIUS allegat rationem mutuæ indigentiæ, adeoque utilitatem, quæ homines sociales reddit: *Prol. §. 16.* CARNEADES omnes utilitatis species, ad quas homines natura ducente feruntur, complectitur. *Prol. §. 5.* HOBBESIUS ex mutuo metu id factum ait: *Cumberlandus* leges naturæ omnes ad unam de benevolentia erga rationales omnes reducit, adeoque ei quoque sola utilitas fons est juris. *Cumberl. de leg. nat. c. 1. per tot.* Unde commune bonum supremam legem esse ait. *ibid. §. 4. Puffendorfius* denique, homines mutua sibi debere officia statuit, idque itidem ex indigentia & appetitu societatis, adeoque ex utilitate, deducit.

ADDITIO.

„B. Parens in Exercitationibus ad Grotium prolixe *custodiam hanc societatis humano intellectui convenientem* examinavit, inprimis vero contra assertores ejus recentiores, Puffendorfium nimirum, & Culpisium, causam egit: quorum ille in tractatu de *Jure nat. & Gent. l. 2. c. 3. §. 19.* hic in *Collegio Grotiano ad proleg. §. 7.* principium hoc deducendi jura naturæ *non genuinum solum & manifestum, sed & sufficiens etiam, & adæquatum debere haberi* statuunt, *adeo, ut non sit ullum præceptum juris naturalis ad homines spectans, cujus ratio non ultimò exinde petatur; at Deum supponi, ut vim legis haberet.* Late, inquam, hæc refutavit B. Parens in dicta Exercitatione, allegans, 1) *custodiam Societatis, humano intellectui convenientem*, sano sensu nihil aliud inferre, quam communem hominum utilitatem, quæ & variat, & cui renunciare homines possint, *d. Exerc. 1. §. 78. usque ad §. 84.* 2) Principium hoc, etsi verbis a Carneadis, Epicuri & Hobbesii doctrina differat, re ipsa tamen cum ea convenire. *d. §. 84. usque ad §. 98.* Neque 3) clausulam illam, *humano intellectui convenientem &c.* aliquam differentiam inferre, *d. §. 98. usque ad §. 114. & §. 126. usque ad §. 166.* 4) Motum naturæ ad societatem, humano intellectui convenientem, longissime abesse a principio Juris naturæ, nec ullam obligationem inde oriri. *d. §. 166. usque ad §. 187.* 5) Speciatim contra Puffendorfium & Culpisium demonstrat, socialitatem non esse principium Juris, nedum unicum & adæquatum, etsi cum iis supponatur Deum existere, & Socialitatem imperasse: *d. §. 187. usque ad §. 217.* Denique & 6) probat Socialitatem non esse modum probandi jura naturæ, nedum universalem. *d. §. 217. usque ad §. 239.*

„Nos in *Differt. prooem. 1.* demonstravimus, societatem generis humani plane non dari: &, si daretur, non esse principium obligationis naturalis, nedum modum probandi juris universalem: Quo lectorem, ne actum agamus, remittimus.

„Id saltem hic notamus, nullam nobis videri convenientiam inter principia Grotii, Cumberlandi, ac *Puffendorfii &c.* & inter principia *Carneadis, Epicuri & Hobbesii. Grotius* enim 1) supponit hominibus ratione præditis, cum societatis appetitu excellenti inesse facultatem sciendi agendique secundum generalia præcepta. Prædicti Philosophi negant homini inesse appetitum societatis, adeoque non agnoscunt generalia præcepta quæ homines obliget ad eam societatem custodiendam. 2) *Grotius* ait Deum, qui talia præcepta in nobis existere voluit, custodiam illam societatis præcepisse *Proleg. §. 12.* Carneades autem & Epicurus negant, Deum existere, aut humano generi necessitatem imposuisse aliquid agendi vel non agendi, nedum societatem custodiendi. 3) *Grotius* igitur agnoscit aliquod jus naturæ innatum, & cordibus hominum inscriptum: *Reliqui* autem tale jus negant, ac potius homini libertatem concedunt agendi quicquid lubet. *Grotius* 4) docet, natura neminem alium lædere posse, quia id pugnat cum motu naturæ, quo quis fertur ad commoda communitatis humanæ: *Reliqui* ajunt natura quemque alium lædere posse, idque demum pactis civitatum mutatum esse. Certum ergo 5) est *Grotium* supponere obligationem quæ (*a*) ab ipsa est natura, (*b*) a Deo probata, (*c*) æternis rationibus constans, & (*d*) universalis: quæ omnia cessant in obligationum causa quam *Carneades, Epicurus, & Hobbesius* adducunt: Nam ea nec a natura, nec a Deo est, nec æternis rationibus constat, sed ex pactu oritur; nec universalis est, sed tantum eos obligat, inter quos pactum intercessit; & mutari potest, quoties utilitas illa cessat.

„At, ais, negari non posse, *Grotii principium revera nihil aliud inferre, quam communem hominum utilitatem:* Nam 1) notandum est ipsum Grotium id negare, is enim docet, *naturam nos, etsi nulla re indigeremus, ad societatem ferre; Proleg. §. 16.* adeoque ferri nos, ait, ad conservationem societatis, etsi nulla inde in nos redundet utilitas: atque hinc appetitum societatis Author *excellentem* vocat, quia ratio humana studium utilitatum suarum in hominibus temperat, *§. 7.* Sed & 2) bene notandum est, principium Grotii supponere necessitatem agendi vel non agendi, etiam spreta propria utilitate. *Proleg. §. 16. 17. & 18.* Eamque obligationem ex principiis internis, a Deo quoque probatis, oriri: Carneades autem nullam a natura obligationem agnoscit, & stultum eum potius judicat, qui propriæ utilitati renunciat aliorum commodo consulens. *Proleg. §. 5.*

„*b*) (FONS EST EJUS JURIS, QUOD PROPRIO NOMINE APPELLATUR) nimirum jus sociale. *Vid. infra. §. 12. & l. 2. c. 23. §. 13. L. 3. c. 1. §. 2. n. 1.* Jus stricte sic dictum *L. 1. c. 1. §. 5. l. 3. c. 13. §. 4. n. 1. 3. L. 2. c. 25. §. 3. n. 3.* quod facultatem agendi in solo societatis respectu significat *L. 3. c. 1. §. 2. n. 1.* indeque id opponit juri laxiori. *Vid. §. seq.*

„*c*) (QUO PERTINET:) In genere dicendum, jus naturæ versari circa tria objecta juris Romani, nimirum circa *personas* earumque *statum*, circa *res*, & circa *actiones*, quæ ex obligatione personæ sequuntur. At nullum horum jurium ex socialitate, utpote quæ natura cognita non est, deduci potest: nedum obligatio quædam ex ea socialitate oritur, quia supponitur Deum abesse posse: Conf. *Differt. Prooem. 1. §. 18. seq.*

„*d*) (ALIENI ABSTINENTIA) Necessitas abstinendi ab alieno, non sequitur ex socialitate, qualem non agnoscimus; sed ex plane alia ratione, quæ subsistit etsi societas communis non detur: Deus enim cuique hominum jus in suas res & in suas actiones concessit;

„cessit; alius igitur hoc jus turbare, i. e. voluntatem di„vinam evertere nequit, sed potius a jure quod alterius „est abstinere, &, si damnum in re aliena dedit, vel jus „alterius læsit, vel jus alienum in suo patrimonio ha„bet, illud ei, ad quem jus pertinet, tribuere te„netur.

„*e*) (SI QUID ALIENI HABEAMUS &c. RESTITU„TIO:) Quando quis rem penes se habet, quæ ex Dei „voluntate & concessione alterius est, injuria eam „tenet, & contra voluntatem Creatoris: Hanc injuri„am reparare. i. e. *jus suum cuique tribuere tenetur.* „*Differt. Prooem. XII. §. 248.:*

„*f*) (AUT LUCRI INDE FECERIMUS) Quando quis „locupletior factus est ex re, quæ ex concessione „Creatoris alii est quæsita, certum est injuria eum lo„cupletiorem fieri, quia nemo nisi dominus utilitatem „ex re sua percipere potest: Non autem desinit hæc „injuria, nisi utilitas illa restituatur, adeoque jus su„um cuique tribuatur. *Diss. Pr. XII. §. 343* : in Duobus „igitur hic errat Grotius, 1) quod hanc obligationem „ex appetitu sociali deducat: 2) quod eam referat ad „jus rerum, quod ex rebus non exstantibus oritur: „*Vid. Differt. Prooem. VI. §. 27. & §. 76.* cum ea obli„gatio oriatur ex quasi contractu. *Diss. Pr. XII. §. 343.*

„*g*) (PROMISSORUM IMPLENDORUM OBLIGATIO:) „Nihil minus ex *appetitu sociali* sequitur quam obli„gatio standi pactis. *Vid. Diss. Pr. XII. §. 72. n. 10.* Ipse „Grotius id animadvertit, hinc infra §. 15. aliam ra„tionem, cur pactis standum sit, affert; *quia scilicet* „*necessarius aliquis inter homines esset modus se obli*„*gandi, neque vero alius modus naturalis fingi possit.* „Quæ ratio æque frivola est: Vera ratio est, quod „unicuique jus sit de rebus & actionibus suis, quæ „ex voluntati Creatoris ei quæsitæ & propriæ sunt, „disponendi, adeoque & eas suo consensu in alios trans„ferendi: Siquis proinde ita disponit, ut res, vel actionis „suæ utilitas, in alium transferatur, jam incipit alieni „aliquid in patrimonio suo habere, quod ex regula „generali justitiæ ei, in quem jus hoc transtulit, tri„buere tenetur: *Diss. Pr. XII. §. 338. seq. §. 399. seq.*

„*h*) (OMNI CULPA DATI REPARATIO.) Quo„ties enim jus alterius dolo vel culpa mea læditur: „teneor ad ejus reparationem; Non ex aliqua societa„tis custodia, sed ex voluntate Dei, qui vult *jus suum* „*cuique tribui:* i. e. Qui vult reparari jus, quod Crea„tor alii concessit, & quod ego violavi. Atque hæc obli„gatio oritur EX DELICTO, vel QUASI DELICTO. *Differt.* „*Prooem. XII. §. 342.* Adde infra *l. 2. c. 19.*

„i) (ET POENÆ INTER HOMINES MERITUM.) Obli„gationis quæ ex *delicto* vel *quasi delicto* descendit, „effectus est, ut lædens teneatur ad reparationem in„juriæ: Reparatio illa fit regulariter per damni dati „restitutionem; si autem jus læsum restitui nequit, uti „siquis famam alterius suggillavit, thorum alterius „violavit, injuriam tum verbalem tum realem alteri „intulit, corpus alterius læsit &c. his casibus repara„tio aliter fieri non potest nisi per tantundem, i. e. „infligitur lædenti tantundem mali, quantum fecit; „quæ *pœna* dicitur: *Differt. Prooem. XII. §. 539. seq.* „Add. *infr. l. 2. c. 20.*

„Tantum autem abest, ut *pœna* ad custodiam so„cietatis pertineat, ut ea potius societatem, si talis „existeret, turbet, Vid. *Differt. prooem. 1. §. 73. n. 3.* „Verius igitur est, pœnarum jus ex voluntate „Dei originem capere. Deus enim jura quædam „hominibus concessit, & illa cuique propria esse vo„luit; si quis igitur jura illa violat, repugnat volunta„ti Creatoris, eoque injuria agit, quam reparare, i. e. „jus suum cuique tribuere tenetur. Reparatio autem „illa, si aliter non potest, per tantundem fieri, i. e. „reus tantundem mali pati debet quantum fecit: „Atque ex his apparet poenarum rationem demon„strari posse, etsi nulla societas humana existat. „*Differt. Prooem. XII. §. 539.*

„Ex his, quæ modo dicta sunt, constat, quam „infeliciter Author *jura* tum in *res* tum in *personas* „EX CUSTODIA SOCIETATIS, eruere conetur: cum e „contrario demonstratum sit omnia obligationum ca„pita ultro sequi ex decreto divino, *jus suum cuique tri*„*bui* volentis.

§. IX.

[a] Ab hac juris significatione [b] fluxit altera largior: quia [c] enim homo supra cæteras animantes non tantum vim obtinet socialem, [d] de qua diximus, [e] sed & judicium ad æstimanda, quæ delectant aut nocent, [f] non præsentia tantum, sed & futura, [g] & quæ in utrumvis possunt ducere; [h] pro humani intellectus modo [i] etiam in his judicium recte conformatum sequi, [k] neque metu, [l] aut voluptatis præsentis illecebra corrumpi, [m] aut temerario rapi impetu, conveniens esse humanæ naturæ; & quod tali judicio plane repugnat, [n] etiam contra jus naturæ, [o] humanæ scilicet, esse intelligitur.

„Exposito *jure naturæ sociali*, alteram juris natu„ralis speciem hic proponit Author, nimirum JUS „NATURÆ LAXIUS, seu JUS NATURÆ HUMANÆ: „*Proleg. §. 13. & l. 1. c. 1. §. 9.* Quod non ex vi & „affectu sociali oriri ait, sed *ex judicio recto confor*„*mato, ad æstimanda quæ delectant aut nocent*: Con„veniens enim esse *naturæ humanæ* existimat, in his „quoque judicium rectè conformatum sequi: inde„que concludit, quod tali judicio repugnat, *id etiam* „*contra jus humanæ naturæ esse*; *Proleg. §. 9.* quia pu„gnat cum aliquo rectæ rationis dictato: *Proleg. §.* „*41.*

„Atque hoc jus, quia non simpliciter obligat ad ju„stum, (i. e. ad custodiam societatis) sed ad rectum,

„i. e. ad ea quæ conveniunt judiciu recte conforma-
„to, &c. *jus natura laxius* vocat. *Prol. §. 12. l. 1. c. 1. §. 9.*
„Illudque non appellat *facultatem*, (unde nimirum fa-
„cultas exigendi competit) sed *aptitudinem*, seu quod
„convenit. *L. 1. c. 1. §. 4. 7. & 8. l. 2. c. 7. §. 2. n. 2.*
„*c. 17. §. 2. Pudorem. l. 3. c. 10. §. 1. & 2. Legem cari-*
„*tatis. l. 2. c. 16. §.* 16. *c.* 12. *§.* 9. &c.

„Definit hoc jus, *Dictamen recta rationis, indicans*
„*alicui actui ex ejus convenientia aut disconvenientia*
„*NB. cum ratione naturali* (non ergo cum appetitu
„societatis) *inesse moralem turpitudinem, aut necessita-*
„*tem moralem. L.* 1. *c.* 1. *§.* 10.

„Hoc sensu aliquid juris naturalis esse duplici mo-
„do probat; (1) *a priori*, si actus aliquis convenit neces-
„sario cum *natura rationali. L.* 1. *c.* 1. *§.* 12, i. e. *Cum*
„*judicio illo recte conformato ad æstimanda quæ dele-*
„*ctant aut nocent, & quæ in utrumvis possunt ducere*
„*pro humani intellectus modo.* &c. *Prol. §. 7. & 9.* Quic-
„quid igitur tali judicio repugnat, id quoque esse ait con-
„tra jus naturæ, non socialis, sed humanæ; *Prol. §.* 9. eo-
„que injustum. *L. 1. c. 2. §. 1. n. 3.* (2) *A posteriori*, Si omni-
„um, aut moratiorum saltem gentium, judicio talis actus
„repugnat: Universalem enim effectum universalem
„requirere causam: talis autem existimationis causam
„vix ullam aliam videre posse, præter sensum ipsum,
„communis qui dicitur. *L. 1. c. 1. §. 12. & Prol.*
„*§. 40.*

„Hoc jus itidem non a Deo, nec ex libera ejus vo-
„luntate fluere ait, sed ex *principiis internis*, nimirum
„*ex judicio recte conformato ad æstimanda quæ dele-*
„*ctant aut nocent. Prol §. 9. L. 1. c. 2. §. 1. n. 3.* Adeo-
„que existere, & homines inde obligari statuit, etsi de-
„tur Deum non esse. *Prol. §.* 11. *&* 12. Indeque con-
„cludit, hoc quoque jus nec a Deo mutari posse. *L.* 1.
„*c.* 1. *§.* 10. *n.* 1. 2. *&* 5.

„Objectum *juris natura laxioris* Grotio sunt vir-
„tutes quæ aliis hominibus utilitatem afferunt: ut libe-
„ralitas, misericordia, temperantia, fortitudo, de-
„bitum gratiæ reponendæ. &c. *Diss. Pr. II. §. 8. & 9.*
„Reliquas enim virtutes esse quidem, ait, præscripta ho-
„nesta, sed non obligantia. *Dict. Differt. prooem. II.*
„*§. 9.*

„Effectum hujus juris hunc esse ait, ut obliga-
„tionem producat. *Lib. 2. c. 11. §. 4. n. 3. l. 1. c. 1. §.* 10.
„*l. 2. c. 22. §.* 16. Sed saltem intuitu Dei, i. e. in fo-
„ro poli: Nulli igitur hominum ex his actibus jus
„aliquod quæri statuit; indeque neminem id, quod ex
„hoc jure debetur, in foro exigere, aut me ad præstan-
„dum eogere, aut pœnam ideo mihi infligere posse: Nul-
„lam proinde ex hoc jure oriri præstandi necessitatem,
„nullam restituendi obligationem. *dict. Differt. prooem.*
„*c. 1. §. 10. seq.*

„Hinc concludit, præcepta hujus juris negligi ab
„hominibus nec eos ideo ab hominibus puniri, vel præ-
„cepta exigi posse: Cæterum Deo teneri. *Diss. Pr.* 2. *§.*
„10. Adeoque homines non obligari ex justitia pro-
„prie sic dicta, culpa tamen non carere. *Grot. l.* 2.
„*c.* 25. *§.* 3.

„Differentiam *juris natura laxioris* a *sociali*
„exposiiumus *supra in not. ad §.* 8. *Add. Diss. Pr.* 1. *§.* 15.
„*Diss Pr.* 2. *§.* 11. Quo modo autem differat a jure Di-
„vino positivo universali, vide *dict. §.* 8. *Add. Diss.*
„*Prooem.* 1. *§.* 16. *& Diss. Prooem. 3. §. 4.*

„Equidem negari nequit, perfectionum regulas, &
„virtutum præcepta, quæ author novis adhibitis terminis
„ad *jus natura humana, seu jus natura laxius* refert, a
„natura esse, (quod rationibus probavimus in Differt.
„Prooem. II. §. 30. seq.) At merito negamus, præ-
„cepta illa sequi ex judicio rite conformato ad eligen-
„da ea quæ delectant aut nocent. (Dict. Diss. Prooem.
„II. §. 23. seq.) Sed ex imitatione perfectionum Di-
„vinarum, adeoque ex voluntate Dei, qui non potest
„velle nisi id quod perfectum est: *Dict. Differt. §.*
„*32. seq.*

„*a*) (AB HAC JURIS SIGNIFICATIONE:) Nimirum a
„jure sociali, quod *custodiam societatis humano intel-*
„*lectus convenientem* præcipit. *§. praced.*

„*b*) (FLUXIT ALTERA LARGIOR:) quo sensu jus na-
„turæ dicitur, quod *humana natura* congruit. *§.* 7.
„*infr. & §. h.* nullo respectu habito ad societatem:

„*c*) (QUIA ENIM HOMO &C. NON TANTUM OBTI-
„NET VIM SOCRALEM:) unde oritur jus naturæ so-
„ciale.

„*d*) (OF QUA DIXIMUI:) *supr. §.* 7. & 8.

e) (SEO ET JUOICIUM AO ÆSTIMANOA EA
QUÆ OELECTANT:) Incipit hic Grotius errorem
quem per integrum tractatum dispersum deprehen-
des, scil. ea, quæ perfectionis & virtutis sunt, spe-
ciem juris esse, & quidem laxioris, cum tamen ea
ad jus plane non pertineant, sed ad specialem disci-
plinam, scil. Ethicam, unde nulla agendi necessitas
oritur. *Conf. Diss. Prooem. X. §.* 18.

ADDITIO.

„Revera nullum inter Grotium & B. Parentem est
„dissensus: (quod prolixius probavi in Diss. Prooem. II. §.
„21. §. 22.) Ille enim per *jus natura humana*, seu *laxius*,
„non tale jus intelligit, unde necessitas agendi *respe-*
„*ctu* alterius hominis oritur; nam ipse toties quoties
„inculcavit, alii inde nullum jus agendi oriri, nec ei
„jus quæsitum esse: Omnem igitur necessitatem *intui-*
„*tu* Dei esse statuit; in Deum enim peccat, qui vir-
„tutum exercitium omittit, i. e. qui non imitatur perfe-
„ctiones divinas, & qui cultum Deo debitum negligit,
„indeque injuriam in Deum committit; Diss. Prooem.
„II. §. 18. Hactenus igitur recte asseri potest, eum qui
„imperfecte agit, violare jus naturæ, i. e. jus Deo quæ-
„situm: Atque hæc quoque est doctrina B. Parentis
„in *Dispnt. de Antidoris Tit.* 2. *§.* 10. *&* 11. *Vid. Diss.*
„*Prooem.* II. *§.* 22.

„*f*) (NON PRÆSENTIA TANTUM SEO ET FUTU-
„RA:) Nam hoc eximium aliquid rationis esse putat
„Author, quod etiam ea, quæ in futurum nobis utilia
„aut noxia sunt judicare, atque ea dignoscere possi-
„mus, quæ ad voluptatem ducunt, vel ad id quod
„noxium nobis est: Verum dictum jam est, exinde
„nondum normam seu regulam perfectionum probari.

„*g*) (PRO HUMANI INTELLECTUS MOOO:) In sta-
„tu perfectionis homines noxia ab utilibus plenissime
„discernere potuissent; at corrupta humana natura sæ-
„pius noxia quædam sub specie boni exhibet, & con-
„tra: adeoque Author noxia & utilia æstimari de-
„bere ait, prout intellectus humanus, i. e. imbecilli-
„tas humana, permittit.

„*h*) (IN HIS JUOICIUM RECTE CONFORMATUM
„SEQUI &C. NATURÆ CONVENIENS EIT:) Hæc est
„petitio principii, quid nam sit judicium recte con-

„formatum: homo enim non ex ſe, & ſuo judicio, ſecernere virtutes poteſt, ſed norma & regula ſtatui debet, juxta quam aliud perfectum, aliud imperfectum dicatur, & fruſtra aſſeritur naturæ conveniens eſſe, ut homo judicium recte conſormatum ſequatur, niſi conſtet & probetur quando ſit recte conformatum, & quid inde inſeratur: (Vid. Diſſert. „Prooem. 2. §. 23. ſeq.) Sane, Deus in nobis exſtare „voluit notitiam opificiorum, rerum naturalium, &c. „eaque nobis eſſe utilia ex judicio rite conſormato apparet; neque tamen ad ea obligamur, nedum ea ſunt „principia juris: Tunc ergo judicium rite conſormatum jus facit, quando jus aliquod quæſitum apparet „Deo, id enim ei tribui debet.

„*k*) (NEQUE METU:) Judicium enim recte conformatum, nec metu præſentis periculi, contra regulas „perfectionis peccabit:

„*l*) (AUT VOLUPTATIS PRÆSENTIS ILLECEBRA:) „Judicium recte conſormatum nihil eliget, cujus poſtea pœniteat. *Vid. Gron. b.*

„*m*) (AUT TEMERARIO RAPI IMPETU:) ſiquis „igitur ira correptus repente aliquid facit, non eſt „conveniens naturæ, quia homo id agens non ſequitur recte conformatum judicium.

n) (ETIAM CONTRA JUS NATURÆ &c. ESSE INTELLIGITUR:) Diximus in pr. h. §. lit. e. Jus hoc laxius plane ad jus naturæ non pertinere, 1) quia juris laxioris fons & principium ponitur *in convenientia cum judicio recte conformato*; probari autem deberet omnia ea quæ conveniunt judicio recte conſormato præcepta a natura eſſe; vagum enim & nimis indefinitum eſt hoc principium, quia multa recto judicio conſormia ſunt, quæ tamen neceſſitatem non inferunt, ut opificia exercere, ambulare, &c. Sane 3) omnia ea, quæ Author ex hoc jure laxiori inſert, plane ad jus non pertinent, adeoque nec largiori ſenſu jus dici poſſunt; ſed ſunt præcepta Ethices, nam ad hanc juris ſignificationem refert virtutum præcepta; *L.* 3. *c.* 10. §. 1. Caritatis leges; *L.* 3. *c.* 11. §. 2. Diſpenſationem præmiorum; &c. *Vid.* §. *ſeq.* Quæ nullam omnino inducunt obligationem, quod ſingulis locis in ipſo tractatu demonſtrabitur:

ADDITIO.

„Notavimus in præcedentibus, Grotium nullam „obligationem *juri naturæ laxiori* tribuere reſpectu „alterius hominis, ſed tantum intuitu Dei. At „idem ſtatuit B. Parens, uti modo diximus. *Vid. h. §. lit. e.* „Cæterum verum eſt, judicium illud non eſſe normam „juris naturæ laxioris.

„*o*) (HUMANÆ SCILICET:) Adeoque alia Authori „eſt *natura ſocialis*, alia *natura humana*: quicquid „repugnat naturæ ſociali, illud, ait, eſſe contra *jus naturæ ſociale*; quicquid vero repugnat naturæ humanæ, i. e. judicio recte conformato, illud contra „*jus naturæ humanæ*, ſeu contra *jus naturæ laxius*, eſſe „ſtatuit. At dictum jam eſt, jus ſociale non dari: jus vero „naturæ laxius, i. e. quod ex perfectione oritur, nulla ratione ex judicio illo recte conſormato, ad æſtimanda illa quæ utilia vel noxia ſunt, deduci poſſe.

§. X.

a Atque huc etiam pertinet in his, quæ cuique homini aut cœtui propria ſunt, *b* elargiendis prudens diſpenſatio, ut *c* quæ nunc ſapientiorem minus ſapienti, nunc *d* propinquum extraneo, nunc *e* pauperem diviti, prout actus cujusque & rei natura fert, præponit: *f* quam juris proprie ſtricteque dicti partem jam olim multi faciunt, cum tamen jus illud proprie nominatum diverſam longe naturam habeat, *g* in eo poſitam, ut, quæ jam ſunt alterius, alteri permittantur, aut impleantur.

„*a*) (ATQUE HUC:) Scil. ad jus largiori ſenſu „ſumtum, & quatenus a jure ſociali diſtinguitur.

b) (ELARGIENDIS PRUDENS DISPENSATIO:) homines non tenentur ex juris ratione præmia merentibus diſtribuere, ſed potius pro lubitu de re ſua diſponere poſſunt: At perfectius agunt ſi merentibus tribuunt; adeoque prudens hæc diſpenſatio ſequitur ex præceptis Ethices, non ex jure aliquo naturæ laxiori.

ADDITIO.

„Notavimus §. præced. Grotium per *jus naturæ laxius* nihil aliud intelligere quam præcepta virtutum, „legesque perfectionum: Hæc præcepta *jus, laxiori* „*ſenſu*, vocari poſſunt, quia obligationem producunt „non quidem inter homines, ſed inter Deum & homines: Quod cum ipſe B. Parens ſentiat, meritò „aſſeruimus diſſenſum inter eum & Grotium nullum „eſſe. *§. præc. lit. e.*

„*c*) (QUÆ NUNC SAPIENTIOREM MINUS SAPIENTI „PRÆFERT.) Dignitates & præmia etiam minus ſapienti, & minus merito dare poſſum, quia de re „mea diſpono, nec jus hominis lædo; at contra perfectionis regulas pecco, adeoque actio hæc Deo „diſplicet.

„*d*) (PROPINQUUM EXTRANEO) Grotius ex hoc „jure laxiori ſucceſſiones ab inteſtato collateralium „deducit. *L.* 2. *c.* 7. §. 11. *n.* 1. quia defunctus ob beneficii memoriam eos præferre extraneis voluiſſe „videtur *ibid.* §. 9. & 10.

„*e*) (PAUPEREM DIVITI) in diſtribuendis Eleemoſynis.

„*f*) (QUAM JURIS PROPRIE STRICTEQUE DICTI „PARTEM JAM OLIM MULTI FACIUNT:) Senſus eſt: „quod ea quæ virtutis ſunt, aliquando ad jus ſociale, „unde jus agendi oritur, referri ſoleant, cum tamen „ad jus laxius ſaltem referri debeant:

„*g*) (IN EO POSITAM, UT QUÆ JAM SUNT ALTERIUS ALTERI PERMITTANTUR, AUT IMPLEANTUR.) Grotius has partes juris ſtricte ſic dicti, ſive ſocialis, eſſe *ſupra* §. 8. aſſeruit: Eo enim retulit, abſtinentiam

„alieni, aut si quid alieni habeamus, aut lucri inde fecerimus, restitutionem, & promissorum obligationem; *priori* enim casu alteri permittimus ea quæ jam ejus „sunt: *posteriori* casu fidem, quam alii de actionibus vel „rebus nostris dedimus, implemus. Adeoque hactenus „bene concludit Author, jus *largiori sensu sumtum* „non versari circa ea quæ alterius sunt, sed circa no- „stra: Unde recte infert, eum qui alii beneficium „dedit, jure naturæ gratiam reposcere non posse. *L.* „*2. c. 22. §. 16.* quia is, qui beneficium accepit, gratum „se exhibere tenetur, non ex justitia propria, sed ex vir- „tute, *ibid.*

„Cæterum Differentias virtutis & juris exposuit „*B. Parens in* explicatione Positionum suarum quas „exhibuimus in *Differt. Prooem. X. pos. ult.* Add. *Disp.* „*B. Parentis de Antidoris. §. 8.*

§. XI.

[a] Et hæc quidem, quæ jam diximus, [b] locum aliquem haberent, etiamsi daremus, quod sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, [c] aut non curari ab eo negotia humana: cujus contrarium cum nobis [d] partim ratio, partim traditio perpetua, inseverit; [e] confirment vero & argumenta multa, [f] & miracula ab omnibus sæculis testata, [g] sequitur, jam ipsi Deo, ut opifici, & cui nos nostraque omnia debeamus, sine exceptione parendum nobis esse; [h] præcipue cum is se multis modis & optimum & potentissimum ostenderit, [i] ita, ut sibi obedientibus præmia reddere maxima, etiam æterna, quippe æternus ipse, [k] possit, & voluisse credi debeat: multoque magis, si id disertis verbis promiserit: quod [l] Christiani indubitata testimoniorum fide convicti credimus.

„*a*) (ET HÆC QUIDEM, QUÆ JAM DIXIMUS:) scilicet „hominem teneri 1) ad custodiam societatis *vid. §. 8.* „2) ad ea quæ judicio recte conformato conveniunt. „*Vid. §. 9. & 10.*

(LOCUM ALIQUEM HABERENT ETIAMSI DAREMUS &c. NON ESSE DEUM.) Pugnat hæc sententia cum pietate, quod hominem subjiciat alii causæ quam Deo; dum enim Author asserit, dari jus naturæ, etsi non sit Deus, necessario inde inferri debet, existere aliquid extra Deum, quod humano generi necessitatem imponat: Unde igitur foret illud vinculum juris? unde obligatio cessante Deo, utpote solo superiore? Sane, natura homines libertate instructi, tamdiu licite agunt, donec superior libertatem illam prohibeat, at sublato Deo nihil superius est humano genere: sublato igitur legislatore, seu authore naturæ, nulla statui potest lex, nullumque jus naturæ: & contradictoria sunt, jus esse, neque tamen esse superiorem. Certum igitur est, cessante Deo nullum existere jus naturæ, & homines liberrimam habere facultatem agendi, absque ullo metu vindictæ divinæ.

ADDITIO.

„Dissentientes negant, remoto Deo cessare imperium, & obligationem juris naturalis: Aliud enim esse, „ajunt, juris naturalis imperium & obligationem, ali- „ud hujus obligationis & imperii executionem: poste- „rius abesse remoto Deo, non prius: *Vid. Simon in* „*not. ad Grot. proleg. §. 11.* At velim mihi indagari „quod nam sit illud imperium, & quis sit ille impera- „tor, remoto Deo? Unde quæso oritur obligatio, re- „moto superiore, qui necessitatem agendi vel non agen- „di humano generi imponere possit? Quis inquam „effectus est illius obligationis, ubi nemo est qui cogere agentem possit, & ubi res arbitrio agentis relin- „quitur? Aliis quoque rationibus hanc sententiam op- „pugnavi *in Diss. Prooem. 1. §. 41. seq.* Adde *B. P.* „*Exerc. 1. ad Grot. §. 50. & infra l. 1. c. 1. §. 10. ibique* „*not.*

„Instat SIMON *conscientiam dictare, aliquid rectum* „*vel iniquum esse, licet a formidine poenæ & executio-* „*ne Divina anxietatem quandam non perciperet:* Resp. „(1) Conscientia supponit legem prohibitivam su- „perioris, cessante igitur lege frustra de conscientia „quæritur. Resp. (2) Quid impediret homines, quo „minus contra conscientiam agere possint? quia nihil „est quod metuere necesse habeant, præcipue si clam „committere crimina possunt. Resp. (3) inepte igitur hæc „conscientia imperium vocatur, utpote quod semper „superiorem supponit.

„Instant alii, effectum hujus obligationis in eo con- „sistere, ut omnes actus per se malos poenæ sequi sole- „ant, idque ex nexu rerum. Quæ Hobbesii sententia est: „At eam oppugnavimus *in Diss. Prooem. X. §. 8.* ubi „tamen notavimus eos, qui talia docentes pro Atheis „habent:

„Equidem excusare Grotium tentavit B. Ludovicus „in *resol. dub. §. 10.* dum ait: *Eum non per modum* „*theseos, sed per modum fictionis per impossibile statuisse,* „*absque Deo jus naturæ dari: Cum expresse subjunxe-* „*rit, sine summo scelere dari non posse, quod Deus non* „*sit*: Verum in illa thesi, quam Grotius defendit, duo „distincta sunt. 1) Deum non esse, 2) sine Deo quo- „que jus naturæ esse: *Illud* non ponit Grotius, sed fin- „git per impossibile, itque ita statuere summum sce- „lus esse ait: Ast *alterum* ponit, & concludit, nec il- „lud statuere pro scelere habet:

„*c*) (AUT NON CURARI AB EO NEGOTIA HUMA- „NA:) Imo jus naturæ absque hac providentia Divina „concipi non potest; si enim supponitur, Deum non „curare negotia humana, simul supponitur, Deum ni- „hil præcise voluisse ab hominibus fieri; adeoque ho- „mines

„mines nunquam male agere, quia nullus pœnæ me-
„tus a Deo esset, qui ignorat actiones humanas: Un-
„de alibi dixi, inter Atheum, & eum qui providentiam
„negat, nihil fere interesse, quia alter existentiam Dei,
„alter vero ejus potentiam negat.

„*d*) (PARTIM RATIO, PARTIM TRADITIO:) His
„enim duobus argumentis, numen aliquod esse evin-
„cit Author in *tract. de verit. relig. Christ. Lib. I. §. II.*
„Verba ejus hæc sunt: *Res aliquas esse, qua esse coepe-*
„*rint, sensu ipso & confessione omnium constat: Ea au-*
„*tem res sibi non fuerunt causa ut essent: nam quod*
„*non est, agere non potest, nec ipsa res esse potuit, an-*
„*tequam esset, sequitur igitur ut aliunde habuerint sui*
„*originem: Quod non tantum de illis rebus, quas ipsi*
„*aut conspicimus, aut conspeximus, fatendum est; sed*
„*& de iis unde illa ortum habent, donec tandem ad*
„*aliquam causam perveniamus, qua esse numquam*
„*coeperit, quaque sit, ut loqui solemus, non contingen-*
„*ter, sed necessario: Hoc autem, qualecumque tan-*
„*dem sit, de quo mox agemus, id ipsum est, quod Nu-*
„*minis aut Dei voce significatur.*

„*Alterum argumentum, quo probamus Numen esse*
„*aliquod, sumitur a manifestissimo consensu omnium*
„*gentium, apud quas ratio & boni mores non plane ex-*
„*stincta sunt, inducta feritate: Nam cum qua ex homi-*
„*num arbitratu veniunt nec eadem sint apud omnes, &*
„*sape mutentur; hac autem notio nusquam non reperia-*
„*tur, neque temporum vicissitudine mutetur, quod ipsi*
„*etiam Aristoteli notatum, homini ad talia minime cre-*
„*dulo, omnino causam ejus aliquam dari convenit, qua*
„*se ad omne genus humanum extendat: qua alia esse non*
„*potest, quam aut oraculum Dei ipsius, aut traditio, qua*
„*a primis humani generis parentibus manarit; quorum*
„*prius si admittimus, constat de quo quaritur: sin*
„*posterius, nulla sane ratio assignari poterit idonea,*
„*cur primos illos parentes credamus falsum aliquod*
„*in re momenti maximi ad omnes posteros prodidisse.*
„*Accedit, quod sive olim cognitas, sive nuper repertas*
„*orbis partes spectemus, ubi modo, ut diximus, aliquid*
„*est humanitatis, exserit se hæc notitia, tum apud gen-*
„*tes sapientia aut ingenio valentes, tum apud stupidio-*
„*res alias, quarum nec illas omnes decipi potuisse, nec*
„*has reperisse quo aliis alios deciperent, ullo pacto cre-*
„*dibile est.*

„*Nec est, quod opponat hic quisquam paucos in*
„*multis seculis, qui Deum esse auc non crederent,*
„*aut non credere se profiterentur. Nam & pau-*
„*citas ipsa, &, quod statim intellectis argumentis re-*
„*jecta universim eorum est opinio, ostendit, non proveni-*
„*re hoc ex usu recta rationis, qua hominibus commu-*
„*nis est; sed auc ex studio novitatis, quali tenebatur*
„*qui nivem atram esse contendebat; aut ex mente cor-*
„*rupta, sicut vitiato palato res; nam ut sunt ita sa-*
„*piunt: Prasertim cum & historia, & alia scripta, do-*
„*ceant, quo quisque fuit probior, eo diligentius ab ipso*
„*custoditam de Deo notitiam. Atque adeo a pravo*
„*ingenio eorum maxime, quorum interest ne quis sit*
„*Deus, i. e. humanarum actionum judex, venire hanc*
„*a tam recepta antiquitus sententia discessionem, vel*
„*hinc apparet, quod, quicquid illi ponunt, sive generum*
„*successionem absque ullo primordio, sive atomorum*
„*concursum, sive aliud quidvis, id non minores, si non*
„*majores habere difficultates; neque eo quod receptum*
„*est, magis esse credibile, cuivis ad rem mediocriter at-*
„*tendenti, satis apparet. Quod enim obtendunt non-*
„*nulli, quia non videant Deum, eo se nec credere;*
„*si quid vident, satis vident, quam hoc sit homine in-*
„*dignum; qui modo mentem habere se credat, quam*
„*nec ipsam videt. Nec si capere Dei naturam nostro*
„*ingenio non possumus, ideo talem esse naturam ne-*
„*gandum est. Est enim id inferioris cujusque propri-*
„*um, ut qua se superiora atque excellentiora sunt, ca-*
„*pere non possit; ne bestia quidem, quid homo sit, ca-*
„*piunt, multoque minus sciunt, qua ratione homines*
„*respublicas instituant, ac regant, astrorum cursus*
„*metiantur, mare navigent: Hac enim omnia ipsarum*
„*captum superant. Atque ex hoc ipso homo, quippe*
„*super bestias nobilitate natura constitutus, idque non*
„*a sese, inferre debet id, a quo superior bestiis est con-*
„*stitutus, non minus sese esse superius, quam ipse sit*
„*bestiis; ideoque esse aliquam naturam, qua, utpote*
„*excellentior, sui captus modum excedat.*

„Sed & universum a Deo regi idem Grotius *d. l. 1.*
„*§. 10.* probat. ubi ita disserit: *Dei autem providen-*
„*tia regi hoc universum inde apparet, quod non tan-*
„*tum homines quippe intellectu praditi, sed & aves,*
„*fera, quadrupedes, quibus aliquid est quasi vice in-*
„*tellectus, curam habent eorum, qua a se producta*
„*sunt. Qua perfectio, cum pars sit bonitatis, a Deo*
„*removenda non est; eoque magis, quod sit ipse & om-*
„*nisciens & omnipotens, ita, ut non possit non cognosce-*
„*re ea, qua aguntur, aut agenda sunt, eaque ipse*
„*temperare ac dirigere facillime possit.*

„CONFIRMENT VERO ET ARGUMENTA MULTA
„ALIA:) Existentia enim Dei etiam probatur (1) ab
„ordine qui in universo conspicitur, & qui causam in-
„telligentem supponit. (2) Ab origine motus, qui pri-
„mum & æternum supponit motorem. (3) Ab effectu,
„quia ubi effectus est, ibi etiam causa esse debet, quas
„rationes alibi exposuimus.

„Quod autem Deus *curam gerat* eorum quæ a se
„producta sunt, apparet ex ipso creationis facto; omnia
„enim ita disposuit divinus Creator, ut omnia omni-
„bus sufficiant: alimenta igitur, quæ indefinitæ crea-
„turarum multitudini natura porrigit, certissimum in-
„dicium sunt, Deum non saltem voluisse creare ho-
„minem ac bestias, sed & datis vitæ necessariis con-
„servare in futurum, quæ ipsa est providentia.

„*f*) ET MIRACULA AB OMNI ÆVO TESTATA.)
„Ex miraculis *existentia Dei* probatur, quia cum ex-
„tra naturæ ordinem ea fiant, quædam causa sit ne-
„cesse est, quæ ordinem naturæ infringere possit; eaque
„est Deus. Sed & *providentiam divinam* inde probat
„Grotius *dict. lib. 1. §. 13.* quia pleraque miracula in
„utilitatem hominum fiunt, adeoque Deum provide-
„re voluisse hominibus exinde constat.

(SEQUITUR JAM IPSI DEO, UT OPIFICI, ET CUI NOS NOSTRAQUE OMNIA DEBEMUS, SINE EXCEPTIONE PARENDUM NOBIS ESSE:) Hoc quoque speciem impietatis inferre videtur, quod Author Deum ministrum faciat alterius causæ, non Authorem: Nam Deum consequenter saltem actus socialitati convenientes vel disconvenientes vetare aut præcipere ait, *l. c. c. 1. §. 10.* adeoque non quia author eorum est, sed quia actus illi per se, remoto Deo, liciti vel illiciti sunt. *d. §. 10.* Deum igitur subjicit aliæ causæ, & affingit ipsi voluntatem pendentem a causa extrinseca, quæ foret etsi ipse non esset, aut ab alio quam a se ipso:

Sic a Grotio Societas statuitur causa voluntatis divinæ, non voluntas Dei causa societatis: quod ferri non potest: *Vid. Exerc. nostram 1. ad Grot. §. 50.*

ADDITIO.

„Sententia Authoris hæc est: *Jus naturæ sociale*, „etsi ex principiis internis fluat, nimirum ex appeti„tu societatis rationi convenienti, etsi subsistere pos„sit, etiam si detur Deum non esse; tamen ex Dei „quoque voluntate nus obligare, quia ipse socialitatem „in nobis existere voluit; *Add. §. seq.* Deo enim „ut opifici, & cui nos nostraque omnia debemus, „parendum esse. Bene hic notat B. Parens, Deum „juris naturalis hoc modo causam fieri subordinatam, „& homines obligari, non quia Deus jussit, (nam ab„esse Deus potest,) sed quia sociales sumus: Sane insi„gnis contradictio videtur, Deum voluisse ut princi„pia illa interna in nobis essent, i. e. Deum nos so„ciales, & cum judicio recte conformato, creasse, & „tamen Deum abesse posse, quasi causa ab effectu se„parari possit. *Add. Differt. Proœm. 1. §. 49. seq.* Eo „magis ab hoc errore cavendum est, quia Author ex „eo infert, juri naturali intrinsecam inesse bonitatem „vel malitiam, atque ideo Deum jus naturæ muta„re non posse, *L. 1. c. 1. §. 10.* ubi plenius hanc rem „examinabimus:

„Certum igitur est quod Deo parendum sit, sed „parendum ei est ut causæ primæ, non vero ut cau„sæ subordinatæ.

„*b*) (PRÆCIPUE CUM IS SE MULTIS MODIS ET „OPTIMUM ET POTENTISSIMUM OSTENDIT.) Ne„mo dubitat Deum esse Creatorem & conservatorem „hominum, eumque esse & optimum, & omnipoten„tem, adeoque ei parendum esse. Sed alia quæstio est, „an is sit prima obligationis naturalis causa? hoc ne„gat Grotius, quia ex ejus hypothesi existit talis ob„ligatio, etsi detur Deum non esse: Cum tamen ex „eo ipso, quod soli Deo & jus & potentia in homi„nem competat, necessario sequatur, extra Deum „nullam esse potentiam, quæ humano generi legem „dare possit.

„*i*) (ITA UT SIBI OBEDIENTIBUS PRÆMIA RED„DERE MAXIMA, ETIAM ÆTERNA.) Est enim Deus „ens perfectissimum, perfectionis autem est, præmia „tribuere meritis, ut cuique sua sit æstimatio. Quod „cum non fiat in hac vita, merito judicium ali„quod post hanc vitam expectandum esse ratio dicti„tat. *Vid. Grot. de ver. Relig. Christ. L. I. §. XXI. „seq.*

„*k*) (POSSIT, ET VOLUISSE CREDI DEBEAT:) Im„mortalitatem animæ ex naturæ rationibus, citra re„velationem, probari posse, & de præmiis æternis na„turali lumine constare, negat Osiander *ad Proleg. „Grot. obs. VII.* atque ideo allegat Lutherum *ad Ec„cles. 3. c. 5. v. 19. seq.* Verum tria præcipue sunt, „quæ immortalitatem illam inferunt, 1) *justitia Dei*, „entis perfectissimi: ea enim exigit, ut bonis bene sit, „& malis male: At quotidiana docet experientia, „in hac vita bonis sæpe male esse, & malis bene. Un„de necessario concludendum est, tribui bona & ma„la in alia vita. 2) *Natura animæ*, quæ cum sit res a „materia separata, consistens in facultate intelligen„di & volendi, per rei naturam corruptioni non po„test esse subjecta, utpote cum destructio particula„rum, sola mortalitatis ratio, in facultate cogitandi „concipi non possit. 3) *Traditio antiquissima*, quæ a „primis parentibus ad populos mortaliores pene omnes „manavit. Grot. *de verit. rel. Christ. L. I. §. XXII. seq.*

„*l*) (QUOD CHRISTIANI:) Christianis tam in ve„teri quam in novo testamento revelatum est, non „tantum animam non mori, sed & corpus resuscitari, „quæ loca compilaverunt passim Authores, qui de „animæ immortalitate scripserunt. Sane apud gen„tiles quoque resurrectionem corporis pro possibili ha„bitam fuisse, certum est:

§. XII.

[a] Et hæc jam alia juris origo est, [b] præter illam naturalem; [c] veniens scilicet ex libera Dei voluntate, [d] cui nos subjici debere intellectus ipse noster nobis irrefragabiliter dictat. Sed & illud ipsum, de quo egimus, naturale jus, [e] sive illud sociale, sive quod laxius ita dicitur [f] quanquam ex principiis homini internis profluit, [g] Deo tamen adscribi meritò potest, quia, ut talia principia in nobis existerent, ipse voluit: [h] quo sensu Chrysippus & Stoici dicebant, [i] juris originem non aliunde petendam quam ab ipso Jove; [k] a quo Jovis nomine jus Latinis dictum probabiliter dici potest.

„*Tertia* juris universalis species, qua totum hu„manum genus obligatur, Grotio vocatur JUS DI„VINUM VOLUNTARIUM: quod non ex principiis in„ternis, i. e. non ex affectu sociali, nec ex judicio re„cte conformato ad æstimanda utilia & noxia, fluit: „Sed quod Deus ex *libera sua voluntate* hominibus „dedit. *Lib. 1. c. 1. §. 13. §. 15. n. 1. Proleg. §. n. & 12.* „*Lib. 2. c. 5. §. 13. n. 1.*

„Hujus *juris universalis divini* Author tres species „fingit, (1) *jus Adamiticum*, quo etiam refert incestum: „*Vid. Differt. Proœm. III. c. 1. Sect. 1.* (2) *Jus „Noachicum*: quo etiam refert esum sanguinis vi„ventis. *ibid. c. 1. Sect. 2.* (3) *Legem Evangelii.* Hanc „enim (a) quædam vetare, ait, quæ jure naturæ lici„ta sunt; nimirum usuras immodicas, concubinatum, „divortium, polygamiam plurium uxorum. (b) Eam „quoque vetare quædam quæ lege Mosis licita fuere, „ubi ad præcedentia exempla provocat. Sed & (c) „eam virtutes, lege Mosis præceptas vel commenda„tas, majori gradu exigere. *Vid. Dict. Differt. Proœm. c. 1.*

c. 1. Sect. 3. ubi exemplis hoc systema illustravimus Grotius existentiam hujus juris his argumentis probat. (1) Quoties jure divino ob actum aliquem gentes punitos legimus, nec ratio prohibendi naturalis dari potest, sequi necessario, legem aliquam praecessisse, quae cum naturalis non sit, restare ut a Deo data sit humano generi. *Lib. 2. c. 5. §. 13. n. 2.* (2) Si omnes moratiores gentes ab aliquo actu abstinent, hanc communem existimationem, si a necessario naturae dictato originem non habet, necessario descendere, ait, ex veteri traditione; quae a Divino aliquo praecepto manaverit. *l. c. 5. §. 13. n. 7. 2. in fin.*

„Hoc jus *divinum positivum universale* ex libera voluntate Dei fluere ait; adeoque in eo a praecedentibus juribus naturae differre statuit, quod haec a Deo mutari possint, illud non possit. *Vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 10. & c. 2. §. 5.*

„Caeterum tale jus divinum humano generi ter datum ait: (1) statim post hominem conditum: (2) in reparatione humani generis post diluvium: (3) in subliniori reparatione per Christum, i. e. per legem Evangelii. *L. 1. c. 1. §. 15. n. 2.*

„Effectus autem illius juris Grotio est, ut omnes quidem homines inde obligentur. *Grot. Prol. §. 11. & 12. l. 2. c. 5. §. 13. n. 1. l. 1. c. 1. §. 15. n. 2.* Sed ex jure Adamitico & Noachico tantum quatenus jus illud publicatum est, eisque innotuit. *d. l. 1. c. 1. §. 15.* Ex Lege Evangelii autem tantum in foro poli. *Grot. l. 2. c. 20. §. 4. n. 1. junct. §. 43. & §. 48. n. 2. Lib. 1. c. 28. n. 4.*

„Hoc systema latius explicavi in *Diss. Prooem. 3.* atque jus divinum positivum universale, distinctum a jure naturae, non existere probavi *ibid. §. 12. seq.* simulque demonstravi, omnia, quae ad hoc jus referuntur, vel plane non esse praecepta juris quae homines inter se obligent, vel esse ipsa naturae praecepta:

„*a*) (ET HAEC JAM ALIA JURIS ORIGO EST:) scil. ex eo fonte desumta, quod Deo, ut opifici, & cui nos nostraque omnia debemus, pareodum sit. *Vid. §. 11.*

„*b*) (PRAETER ILLAM NATURALEM:) sive stricte sic dictam, sive laxiori sensu sumtam; quarum illa ex societatis appetitu, haec ex judicio recte conformato, ad discernendum utilia ab eis quae noxia sunt, oritur; & quae ex hypothesi Grotii utraque subsistit, etsi detur Deum non esse. *Vid. §. 8. 9. 10.*

„*c*) (VENIENS EX LIBERA DEI VOLUNTATE:) non alligata ad respectum socialem, aut ad judicium recte conformatum.

„*d*) (CUI NOS SUBJICERE DEBERE INTELLECTUS DICTAT:) Deus enim, creaturam suam ratione praeditam certa lege creare potest, & huic legi creatura parere tenetur.

„*e*) (SIVE ILLUD SOCIALE, SIVE QUOD LAXIUS ITA DICITUR:) Utrumque Author vocat jus naturae, alterum naturae socialis, alterum naturae humanae. *Vid. §. 8. & 9.*

„*f*) (QUANQUAM EX PRINCIPIIS HOMINUM INTERNIS) scil. tum ex appetitu societatis, tum ex discretione ejus quod utile vel noxium est. *§. 8. & 9.*

„*g*) (DEO TAMEN ADSCRIBI MERITO POTEST, QUIA UT TALIA PRINCIPIA IN NOBIS EXISTERENT, VOLUIT:) Haec contradictionem inferre vidunus.

„*h*) (QUO SENSU:) Quia scil. Deus subsequenter falsum probavit jus naturae: At nemo Stoicorum unquam eo sensu jus naturae sumsit. Stoici antecedenter a Jove, tanquam prima causa, juris originem petendam esse dixerunt: quod plenius probavi *supra §. 3.*

„*i*) (JURIS ORIGINEM NON ALIUNDE PETENDAM, QUAM AB IPSO JOVE:) ipsi ergo Gentiles agnoverunt a solo Jove juris originem petendam esse, non ab aliqua Socialitate. *d. §. 3.* nedum ab aliquo judicio recte conformato ad discernenda utilia & noxia.

k) (GROT.) (A QUO JOVIS NOMINE JUS LATINIS DICTUM:) Nisi forte verius per abscissionem, ut ex eo, quod fuit ossium, factum est os, ita ex eo, quod fuerat jussum, factum jus, jusset & pro jussis, postea juris, ut ex Papisius Papirii, de quo vide Ciceronem lib. IX. epist. 21.

§. XIII.

Accedit, quod *a* illa quoque ipsa principia *b* Deus datis legibus magis conspicua fecit, *c* etiam iis, quibus imbecillior est ad rationandum vis animi; *d* & in diversa trahentes impetus, *e* qui nobis ipsis, quique aliis consulunt, vagari vetuit, illos quippe vehementiores addictius regens & fine ac modo coërcens.

Author ait, Deum principia illa, quae hactenus exposuit, legibus suis illustrasse: Verum hae leges solis Judaeis datae sunt, adeoque pro jure naturae haberi non possunt.

ADDITIO.

„Author non loquitur de decalogo: hunc enim solis Judaeis datum esse ipse fatetur. *Lib. 1. c. 1. §. 16.* Sed loquitur de legibus divinis, quas Adamo, Noacho, & per legem Evangelii declaratas, atque ideo universales esse ait:

„Caeterum Author secundam rationem hic affert, cur jus naturae, sive sociale sive laxius, etsi ex principiis internis fluat Deo tamen adscribi possit, (*vid. §. praec.*) quia illud legibus conspicuum fecit, i. e. illustravit, eoque approbavit:

„*a*) (ILLA QUOQUE IPSA PRINCIPIA:) interna scil. ea quibus jus naturae tum sociale tum laxius profluere dixit, etsi detur Deum non esse. *§. 11.*

„*b*) (DEUS DATIS LEGIBUS MAGIS CONSPICUA FECIT) Deus legibus Adamo & Noae datis non conspicua fecit principia illa interna, qualia non agnoscimus; sed ipsa naturae jura, quae per rationem humano generi declaravit, & quae ex libera ejus voluntate fluunt, verbis quoque voluit revelare.

„Caeterum modo vidimus Grotium existimare, Deum tales leges dedisse, quibus principia illa interna magis conspicua fecerit. *Add. lib. 1. c. 1. §. 15.*

„*c*) (ETIAM IIS, QUIBUS IMBECILLIOR AD RATIOCINANDUM VIS ANIMI:) Adeoque qui ob rationis imbecillitatem ignorare praecepta illa naturae possent;

„possent: Nam jurium naturalium Doctores multa „esse ajunt, quorum ratio ob humani intellectus corruptionem reddi non possit, adeoque ubi revelatione opus fuisse ajunt; eoque referunt *incestum, sodomiam, scortationem &c.* Vid. *Ludov. delin. Hist. jur. nat. §. 103. & in Dubiis §. 4. & 6.* Conf. Seldenum „de Jure gentium *lib. 1. c. 9. pag. 110.* & Casuistas „quosdam allegatos *supra §. 3. pag. 6.* At negavimus adeo „obscuratam esse rationem, ut jam non sufficiat juri „universali cognoscendo: sane pugnaret cum justitia „divina, si damnaret & puniret homines ob violationem juris, quod ob defectum rationis cognoscere „non possent: Neque fuisse hoc lumen rationis, quo „crimina allegata prohibuit, nebulosum & imbecille, „vel inde demonstratur, quia apud omnes gentes etiam maxime barbaras, crimina illa pro illicitis & „maxime prohibitis habita fuere, quæ tamen aliud „quam rationis lumen non habuerunt; quin ipse Apostolus ad hoc lumen provocat cum in gentiles invehitur, & ideo abominandis his criminibus atque affectibus a Deo relictos docet, quod Deum ejusque „voluntatem ex lumine rationis perspectam aspernati „fuissent. *Rom. 1. v. 9. 20. 21. 26. & 32.* simile est 1 *Cor.* „*5. v. 1. seq.* Conf. Tract. meus *de princ. jur. nat. part.* „*2. p. 104. fol. 64. seq.* Nec non *Resol. dub. §. 4. & §.* „*26.* Add. *Diss. Prooem. XII. §. 60.*

„*d*) (ET IN DIVERSA TRAHENTES IMPETUS:) motus enim, quos natura hominibus indidit, eos in diversa trahere, i. e. facile in excessum procedere possunt: Ex hypothesi enim Grotii homo non tantum vim socialem obtinet, sed & judicium ad „æstimanda quæ delectant aut nocent: Hoc judicium recte conformatum sequi tenentur homines; adeo, ut si metu, aut voluptatis præsentis illecebra, corrumpi, AUT TEMERARIO RAPI IMPETU se patiuntur, contra jus naturæ, humanæ scilicet, agere intelligantur. *Vid. supra §. 9.*

„Quia vero imbecillior ad ratiocinandum est vis „animi, *impetus* hi, i. e. motus quos natura homini „indidit, homines facile in diversa trahere posse „Author existimat.

„*e*) (QUI NOBIS IPSIS CONSOLUNT, QUIQUE ALIIS „VAGARI VETUIT, ILLOS QUIPPE VEHEMENTIORES „ADDICTIUS REGENS.) Exemplis res magis illustrabitur: Jure naturæ conjunctio maris & fœminæ licita est, idque ex motu vehementissimo, naturâ utrique „sexui indito, apparet: Hos autem naturæ impetus „Deum datis legibus addictius rexisse, sit, conjunctionem maris & fœminæ fine ac modo coercendo. i. e. „prohibendo nequis cum cognatis in inæquali gradu „concumbat. *L. 2. c. 5. §. 12. & 13.* Ne cum pluribus fœminis se jungat, & ne cum concubina liberos „procreet. *Vid. Grot. l. 1. c. 2. §. 6. n. 11. & L. 2. c.* „*5. §. 9. n. 1.* Porrò, pœnas sumere à nocente, i. e. ipsi tantundem mali infligere ac ipse fecit, ex naturæ „impetu deducit, At hunc quoque impetum vehementiorem Deum, legibus Adamo & Noacho datis, repressisse statuit. *L. 1. c. 2. §. 5. n. 3. n. 5.*

„At omnia hæc gratis dicuntur: Leges divinæ, quatenus morales sunt, non differunt a jure naturæ: adeoque verum non est, eas principiis illa interna (quæ non „existunt) addictius regere, ipsa enim ratio naturalis „motus & impetus naturæ fine ac modo satis coercet. „*Dict. Differt. Prooem. 3. §. 46. seq.*

§. XIV.

[a] Sed & historia sacra, [b] præter id, quod in præceptis consistit, [c] affectum illum socialem non parum etiam eo excitat, quod nos docet ab iisdem primis parentibus ortos homines omnes, [d] ita, ut eo quoque sensu dici rectè possit, quod alio dixit Florentinus, cognationem inter nos à natura constitutam; cui consequens fit, hominem homini insidiari nefas esse. [e] Inter homines quasi Dii quidam sunt parentes, [f] quibus proinde non infinitum, sed sui generis obsequium debetur.

Author ait, sacram quoque historiam affectum illum socialem, seu studium ad communes usus, in nobis excitare, dum nos docet, ab uno stipite nos descendere; unde cognatio constituitur. *l. 10. ff. de Grad.* quæ juxta doctrinam Florentini vetat hominem homini insidiari. Sed hoc pertinet ad confirmandum jus naturæ, non ad probandum. Vera ratio juris naturæ, cur fas non sit hominem homini insidiari, hæc est, quod nemo in alterius vitam jus habeat, adeoque nemo alii eam auferre possit, idque eo magis verum est, quia inter omnes homines natura quandam cognationem constituit.

ADDITIO.

„Nos statim probabimus neque sacram historiam „agnoscere aliquem affectum socialem, neque eum „ex cognatione oriri, neque Florentinum de hoc affectu sociali loqui.

„*a*) (SED ET:) Tertia hic allegatur ratio, cur jus sociale adscribi Deo possit, etsi is ejus Author non sit: „quia historia sacra affectum illum socialem in eo „excitat, dum nos docet, omnes homines ab uno stipite ortos, adeoque omnes ex eadem familia, & ex eadem domo, eoque cognatos esse.

„*b*) (PRÆTER ID QUOD IN PRÆCEPTIS CONSISTIT:) „i. e. præter leges, quibus principia illa interna conspicua fecit. *Vid. §. præc.*

„*c*) (AFFECTUM ILLUM SOCIALEM NON PARUM „EO EXCITAT, QUOD NOS DOCET AB IISDEM PRIMIS PARENTIBUS ORTOS HOMINES OMNES:) Imo „ex eo quod omnes homines a primis parentibus orti sint, nullus sequitur affectus socialis, nullumque studium simul ad communes usus vivendi; inprimis „cum auctis per tot sæcula familiis, iisque per immensa spatia dispersis, omne cognationis nomen obsoleverit: Repetenda igitur hic sunt omnia argumenta „quibus

„quibus ſocietatem univerſalem humani generis oppugnavimus. *Vid. Diſſert. Prooem. 1. per tot*:

(ITA, UT EO QUOQUE SENSU RECTE OICI POSSIT, QUOO ALIO OIXIT FLORENTINUS:) Hic probaturus, *vim licere vi repellere*, id deducit ex eo, quod natura cognationem inter omnes homines conſtituerit, adeoque majus nefas ſit eos invicem inſidiari, qui a communi ſtirpe nati ſunt. *L. 3. ff. juſt. & jur.* Nefas hoc ſequitur ex voluntate Dei, qua & jus ſui defeodendi omni animanti datum, & cædes cognatorum præ cæteris prohibitæ ſunt, majusque nefas habetur; Hic igitur de ſocietate nihil dicitur, nedum eam eſſe principium juris naturalis; ſed omnia contra:

ADDITIO.

„Notanter Grotius ait, *alio ſenſu Florentinum ICtum „dixiſſe, cognationem inter nos a natura conſtitutam eſ„ſe.* Nam Florentious non ideo hanc cognationem „ſtatuit, quod nos ab eadem ſtirpe deſcendere putet; „ſed quia, juxta ſententiam Stoicorum, univerſum „quod exſtat *Dei* nomine venit, cujus membra & por„tiones cum homines ſint, ideo inter eos cognationem „Stoici effingunt, indeque prohibitionem lædendi in„ferunt, quæ cauſa cum falſa, imo impia ſit, conclu„ſio quoque vera eſſe noo poteſt: Vide omnino *Diſſ. „Prooem. 1. c. 2. ſect. 1.* Vera igitur ratio, cur homo „inſidiari homini non poſſit, poſita eſt in ſola volun„tate Dei, qui jus ſuum cuique tribuere jubet, adeo„que non vult jus vitæ, quod cuique hominum con„ceſſit, ab ulla creaturarum auferri.

e) (Grot.) (INTER HOMINES QUASI DII SONT PARENTES) Θεοὶ ἐπίγειοι, Hierocli ad aureum carmen *Dii terreſtres*: Philoni ad Decalogum ἐμφανεῖς Θεοὶ μιμούμενοι τὸν ἀγεννητον, ἐν τῷ ζωοπλαστεῖν, *conſpicui Dii, qui ingenitum Deum imitantur vitam dando*:. Secunda poſt Deum fœderatio Hieronymo epiſt. XCII. Parentes Deorum ſimulacra Platoni de legibus XI. Honos pareotibus ut diis debetur, pronunciante Ariſtotele Nicomachæorum IX, cap. II.

ADDITIO.

Uti Deo debemus cultum quia omnia ab eo habemus, ita parentibus proximum, quia vitam ab eis habemus.

ADDITIO.

„Author hic incideoter ex Socialitate reverentiam „liberorum erga parentes demooſtrat: Ait enim, „omnes homines ab iisdem primis parentibus ortos, „adeoque cognatos & ſocios eſſe: Inter hos autem ſo„cios, cæterum æquales, obſequium deberi parenti„bus, quia hi Dii quidam ſunt, dum imitantur De„um vitam nobis dando: At 1) cum ex ipſa aſſertione „Authoris appareat, cultum parentum oriri ex pro„creatione liberorum, & ex ſimilitudine quam pa„rentes hactenus habent cum ſummo Creatore, facile „conſtat, rationem illam obtinere, etſi oulla inter ho„mines intercederet ſocietas univerſalis. Adeoque 2) „cauſa & origo illius cultus noo ſequitur ex Socialita„te, ſed ex jure quod ratione naturali, i. e. voluntate „Dei, parentibus in liberos quæſitum eſt: Liberi enim „ſunt vera portio corporis parentum, omnia a paren„tibus nihil a ſe habent, præterea educantur a paren„tibus; ob quæ beneficia reverentia eis denegrai ne„quit. *Vid. l. 2. c. 5. §. 1. ſeq.*: Hoc jus, parentibus „quæſitum, liberi eis tribuere tenentur.

„*f*) (QUIBUS PROINOE NON INFINITUM, SEO SUI „GENERIS OBSEQUIEM OEBETUR:) Deo illimitatum „debemus obſequium, quia omnia ab eo habemus: „parentibus, conſpicuis Diis, taotum limitatum, quate„nus ſcilicet ad beneficium generationis ſpectat: Quæ „officia late expoſuimus in Diſſert. Prooem. XII. §. „147. & ſeq.

§. XV.

a Deinde vero, *b* cum juris naturæ ſit ſtare pactis, *c* (neceſſarius enim erat inter homines aliquis ſe obligandi modus, neque vero alius modus naturalis fingi poteſt,) *d* ab hoc ipſo fonte jura civilia fluxerunt. Nam qui ſe cœtui alicui *e* aggregaverant, aut *f* homini *g* hominibusque ſubjecerant, *h* hi aut expreſſe promiſerant, aut ex negotii natura *i* tacite promiſiſſe debebant intelligi; ſecuturos ſe id, *k* quod aut cœtus pars major, *l* aut hi, quibus delata poteſtas erat, conſtituiſſent.

Author hactenus originem *juris naturalis, tum ſtricte & proprie ſic dicti*, tum *laxioris*, demonſtravit: Jam originem *juris civilis* ex eodem ſonte deducere laborat, ſed admodum ioſeliciter.

Suppooit enim 1) juris naturæ eſſe ſtare pactis: quod 2) iode probat, quia neceſſarius erat aliquis ſe obligandi modus, alius vero modus naturalis fingi non poſſit, Unde concludit 3) eos qui in cœtum aliquem conſenſu ſuo coeunt, eo ipſo promittere ſe legibus civitatis parituros; adeoque inde obligari.

Ubi tot fere vitia, quot verba videntur: Negatur enim 1) *modum ſe obligandi inter homines præciſe neceſſarium eſſe*: quia ſi ſtatus eſſet, quo omnis commutatio traditione fieret, non eſſent pacta & obligationes, ſed modi dominii acquirendi. 2) Nec conſtitui poteſt modus ſe obligandi libera hominum voluntate, nudove eorum cooſenſu vel pacto; ſed cauſa quædam extra hominem eſſe debet, quæ ei neceſſitatem imponat ſtandi pactis, etſi nolit: ea autem non invenitur io Socialitate: Negatur 3) alium naturalem obligandi modum præter voluntatem hominum fingi non poſſe; nam contra ab ipſa natura, ſeu Dei voluntate, efficaciſſima eſt obligatio, quoties quis jus ſuum facto alterius non habet: præterea vero nulla; 4) Denique negandum eſt obligationem natura eſſe ex pactis nudis, i. e. quæ cauſam obligationis ſeu ſynal-

lagma

lagina non habent. Adde Exercitationem nostram 1 ad Grot. §. 61.

ADDITIO.

„Systema Grotii magis conspicuum faciemus in §. „seq.

„a) (DEINDE VERO:) Postquam originem juris na- „turæ socialis exposuit, jam ex eodem fonte jura „quoque Civilia deducit.

„b) (CUM JURIS NATURÆ SIT STARE FACTIS:) „Verum hujus obligationis rationem exposuimus *in* „*libro 2. cap. XI.* & *in Dissert. Prooem. XII. §.893.seq.*

„c) (NECESSARIUS ENIM ERAT INTER HOMINES „ALIQUIS SE OBLIGANDI MODUS, NEQUE VERO ALIUS „MODUS NATURALIS FINGI POTEST:) Utramque asser- „tionem modo negavit B. Parens, & merito: Sane cum „Americæ gentibus initio, & hodie quoque cum plu- „ribus, commercia non pactis sed commutationibus „fiunt:

d) (AB HOC IPSO FONTE JURA CIVILIA FLUXE- RUNT:) Quomodo? ut qui cœtui alicui se aggre- gant, aut homini alii se subjiciunt, tacite saltem pro- misisse intelligantur, se secuturos id, quod ille vel coetus pars constituisset: Verum id tale est, ut perni- ciosior error intelligi vix posse videatur. Adeo hac sententia in lubrico locatur sancta illa Regum, Princi- pum, ac Reipublicæ authoritas, & sacra imperii ma- jestas; quin tota plane evanescit, & deformatur in jus precarium, quod pendet a voluntate & pacto subdito- rum, seu singulorum, suo facto se cœtui aggregantium, vel alii subjicientium: Quin vix a pacto pendere eam facit; sed & a pacti fictione. Quia ait, *intelligi debere tacite promisisse, secuturos se, quod ille, vel coetus pars major, constituisset.*

Nec quicquam omnium probavit, sed omnia gra- tis assumsit, quæ ut juris naturalis ars aut scientia es- set, prius demonstranda fuerant. Nondum proba- vit, quod, & cur homines natura teneantur stare pa- ctis, & quæ sit illa potestas, quæ eos vinciat & ad- stringat, ne a pactis, i. e. voluntate sua, (contra illius naturam & libertatem, & contra *Legem 22. vers. nemo, ff. de legat. 3.*) recedere possint. Certe, mutum illud socie- tatis nomen adeo vim eam non habet, ut nihil minus.

Sed nec probavit, aut in æternum probabit, in appe- titu societatis esse principium obligationis naturalis. Etsi enim illa sit a natura, non tamen est principium juris naturæ, nedum obligationis naturalis. Quin & natura, quæ societatem inter homines constituit, in- stinctum saltem, ac studium & appetitum ad societa- tem dedit, uti inter animantia alia; at non necessita- tem seu obligationem.

Etsi vero hæc omnia quoque probata & vera essent, tamen longe sublimius quid est summum Imperium, quam ut a causa tam vulgari ducendum sit. Est illud ipsius Dei vicarium in terris munus, cui, ut ipsi Deo, omnis anima, velit nolit, subjecta, neque id arbitrio & pactis subjectorum relictum est. Sed de eo, & cur hoc ab ipso rerum Authore concessum sit, (scil. origi- narie toti corpori in sua membra, a quo id alii com- mitti potest,) suo loco videbimus. Patet hinc, quam procul hæc a Grotio tradita absint a principio juris naturæ & obligationis. *Vid. Exerc. nostram ad Grot. 1. §. 56. seq.*

ADDITIO.

„Grotius originem juris civilis ex *consensu*, seu pa- „cto; obligationem implendi pactum ex *jure na- „turali*; jus naturale autem ex *humana natura* „(quam obligare, dixit, etiam semoto Deo) dedu- „cit. Cum vero illa *humana natura* per se nullam vim „obligandi habeat, & semoto Deo jus naturæ conci- „pi non possit, recte B. Parens inde infert, authorita- „tem juris civilis valde per hanc sententiam labefacta- „ri: quia omnis obligatio a sola voluntate hominum „penderet, quæ mutari pro lubitu posset, nisi causa „quædam ponatur, quæ hominibus necessitatem impo- „nat standi promissis: Ea autem causa non invenitur „in *natura humana* vel sociali, sed in solo Deo: At- „que hæc vera ratio est, cur jus Civile obliget etiam in „conscientia. *Vid. Diss. Prooem. XII. §. 55. & jus me- „um controv. l. 1. tit. 3. q. 9.*

„e) (AGGREGAVERANT:) intelligit hic Author com- „munitatem particularem, præter eam quæ a natura est.

„f) (AUT HOMINI:) uni Regi, vel Principi, *Gron. h.*

„g) (HOMINIBUSQUE:) ut in statu Aristocratico, vel „Democratico.

„h) (HI AUT EXPRESSE PROMISERANT:) Qui enim „cives recipiuntur hodieque, conceptis verbis jurant „fidelitatem & obedientiam.

„i) (TACITE PROMISISSE DEBEBANT INTELLI- „GI) quia qui vult in civitate degere, ejus quoque „legibus vult subjici, ex regula: quod qui vult antece- „dens, etiam velle videatur consequens:

„k) (QUOD AUT COETUS PARS MAJOR:) Vix enim „est ut in statu populari omnes consentiant: unde va- „let, ex ratione quoque naturæ, id quod pars major con- „stituit. *Vid. infra. L. 2. c. 5. §. 17.*

„l) (AUT HI QUIBUS DELATA ERAT POTESTAS.) Nam „cœtus ille omne jus suum in illam potestatem translu- „lit, adeoque singuli ex illius potestatis statutis obli- „gantur, uti antea obligabantur legibus totius cœtus.

§. XVI.

Quod ergo dicitur [a] non Carneadi tantum, sed & aliis,

[b] *Utilitas justi prope mater & æqui*,

[c] si accurate loquamur, verum non est: [d] nam naturalis juris mater est ipsa humana natura, [e] quæ nos, etiamsi re nulla indigeremus, ad societatem mutuam appetendam ferret: [f] civilis vero juris mater est ipsa ex consen- su obligatio, [g] quæ, cum ex naturali jure vim suam habeat, [h] potest natura hujus quoque juris quasi proavia dici. [i] Sed naturali juri utilitas accedit: [k] voluit

[k] voluit enim Naturæ Author nos ſingulos & infirmos eſſe, & multarum rerum ad vitam recte ducendam egentes, quo magis ad colendam ſocietatem raperemur: Juri autem civili occaſionem dedit utilitas: [l] nam illa, quam diximus conſociatio aut ſubjectio, [m] utilitatis alicujus cauſa cœpit inſtitui. Deinde, & qui jura præſcribunt aliis, in eo [n] utilitatem aliquam ſpectare ſolent, aut debent.

a) (NON CARNEADI TANTUM SED ET ALIIS: Vid. *ſupra §. 3. 4. & 5.*

b) (Grot.)(UTILITAS JUSTI PROPE MATER ET ÆQUI:) Adquem locum Acron, aut quisquis eſt vetus Horatii interpres: *repugnat præceptis Stoicorum: oſtendere vult, juſtitiam non eſſe naturalem, ſed natam ex utilitate.* Contra hanc ſententiam vide quæ diſputat Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana libro III. c. XIV.

ADDITIO.

Hæc ſunt verba Horatii. *L. 1. Sat. 3. v. 98.*
Queis paria eſſe fere placuit peccata laborant
Cum ventum ad verum eſt, ſenſus moresque repugnant,
Atque ipſa utilitas juſti prope mater & æqui &c.
Poëta contra Stoicos, qui omnia delicta paria dicebant, paribusque poenis metiebantur, ait, ei adverſari 1) ſenſum ſeu rationem, 2) mores, 3) utilitatem, quæ cauſa ſeu mater eſt juris civilis; Quæ nihil ad rem noſtram.

(SI ACCURATE LOQUAMUR VERUM NON EST:) Reaſſumit hic Author diſputationem, quam contra Carneadem inſtituerat *ſupr. §. 6.* qui in ſola utilitate poſuit principium juris naturalis, & Horatiano illi reſpondet, utilitatem plane non eſſe matrem, nec juris naturalis nec civilis; ſed in priori utilitatem ſaltem accedere, in poſteriori tantum occaſionem dare. Cum vero & ipſe Grotius, ſocietatem ſubſtituendo, reveta nihil aliud referat, quam utilitatem & commoda quæ ſocietas affert, ideo, ne ipſemet facere cum Carneade videatur, in eo maxime laborat & totus eſt, ut aliquid fingat vel excogitet, quod præter utilitatem venditare poſſit ſimul eſſe cauſam juris. Quidnam id eſt? *Natura humana*, inquit, *eſt mater juris naturalis, & proavia juris civilis:* Quæ natura? Quæritur, quæ ſit prima & adæquata cauſa ſeu principium, quo humani generis libertas coarctata, & homines in univerſum obligati & adſtricti ſunt ad illa, quæ jus naturæ præcepit, implenda? Reſpondet Author, *Natura*, quæ, inquam, natura? *humana*, ſeu noſtra. Qua ratione hæc legislatrix, hæc mater juris naturæ illud omni humano generi præſcripſiſſet? Qua vi univerſos obligavit, & neceſſitate ſic agendi adſtrinxit? Quibus ſignis id omnibus manifeſtavit? Quibus denique mediis illud exequitur in invitos? Reſpondet: *Natura humana nos fert, &, licet nullius rei indigeremus, ferret ad ſocietatem mutuam* APPETENDAM; En primam & adæquatam cauſam juris naturalis ſanctiſſimi, inviolabilis, & æterni.

Quis illud tulit & nobis præſcripſit? *Natura* noſtra, i. e. nos ipſi nobis: ſi enim alia cauſa prior eſſet, hæc non eſſet prima. Iidem ergo ſumus legislatores a quibus lex lata eſt, & in quos. Iidem in quorum voluntate lex eſt, & qui ejus vinculo adſtricti ſunt. Cum tamen nemo imperium habeat in ſe-ipſum; nemo ſe ſua voluntate ita adſtringere queat, ut non contraria voluntate, pari ratione & poteſtate inde recedere queat. Qua igitur poteſtate natura humana ſeu totum genus humanum, ſua voluntate ſuoque voto, jus in ſe conſtituit, eadem totum humanum genus, ſua pariter voluntate, id tollere & abolere poteſt. Si dixeris, non poſſe, danda eſt alia cauſa prior, & toto humano genere ſuperior, quæ impediat; atque hæc cauſa conſiſtit in ſola Creatoris voluntate, cui neceſſario parendum.

Et quis ita inferat: Ferimur natura ad ſocietatem appetendam; ergo ſocietas eſt verum & adæquatum principium juris naturæ & obligationis. Innumera alia ſunt ad quæ natura ferimur, Innumera ergo eſſent juris naturæ & obligationis principia prima & adæquata; Quin contra; ex eo, quod natura ferimur ad ſocietatem APPETENDAM, ſequitur, a natura nobis appetitum, inſtinctum, & deſiderium ſocietatis inſitum, non neceſſitatem & obligationem injunctam. Atque ſic Author hac quoque ratione ſuam ipſe cauſam jugulat.

Vult autem adhuc Author videri ſe non cum Carneade ſentire, ac principium hoc in ſola utilitate conſtituere, & ideo addit: *Quod natura noſtra nos ferret ad ſocietatem, etſi nulla re indigeremus;* ſed fruſtra; Nam 1) & hoc gratis aſſumit, quid futurum eſſet, ſi nulla re indigeremus, qui ſtatus hominum non eſt. Et 2) quæcunque tunc eſſet natura humana, id certe, ad quod appetendum illa homines ferret, pariter quoque foret in arbitrio & poteſtate humani generis: aut tum quoque alia cauſa prior & ſuperior danda eſſet, quæ eam impediret. Sed & 3) hæc quoque aſſertio tota falſa eſt, nam illud quod naturaliter nos movet ad ſocietatem, eſt utilitas vel jucunditas quam ſocietas affert, Non enim voluntas natura movetur, niſi ſpecie boni, ſeu ad id, quod bonum ipſi videtur, & quo proinde, ſi abeſſet, indigeret. Quod ſi igitur in ſocietate nihil eſſet, quod nobis utile, ſeu gratum aut jucundum videretur, (quod alteri par eſt, & ſub eo continetur. *l. 16. §. ff. quod vi aut clam,*) voluntas natura ad eam non ferretur. Ut vulgo vel ex Ethicis conſtat. Nihil ergo relinquitur in principio ſocietatis, quam ejus utilitas aut jucunditas, (quippe quæ, ut dictum, alteri par & ſub ea comprehenſa eſt) & quod omnino eſt in voluntate & poteſtate hominum, nec cauſam obligandi & neceſſitatem adſtringendi generis humani habet. *Vid. Exerc. noſtram 1. ad Grot. §. 60. §. 61.*

ADDITIO.

„Principia Grotii toto cœlo differre a principiis „Carneadis demonſtravimus ſupra *§. 8.* Hic enim „nullam inter homines dari juſtitiam, ait, ſed natura „unum quemque ad ſuas utilitates ferri. Grotius autem Socialitatem ſupponit, i. e. principia interna, rationi convenientia, quæ neceſſitatem impo-

„nunt hominibus agendi vel non agendi, approbante Deo: Idque verum eſſe, ait, etſi nulla inde utilitas in homines redundaret.

„*d)* (NAM NATURALIS JURIS MATER EST IPSA HUMANA NATURA:) Quæ enim conveniunt cum appetitu ſocietatis rationalis, ea humanæ naturæ congruentia eſſe dixit *ſupra §. 7.* indeque obligari homines, etſi Deus non exiſteret. *§. 10. & 11.* quæ ibidem refutavimus.

„*e)* (QUÆ NOS ETIAMSI NULLA RE INDIGEREMUS &c.) Quia ex hypotheſi Authoris natura ipſa nos ad communem ſocietatem ducit: & motus illi ſubſiſtunt, etſi nulla inde in nos redundet utilitas. *Conf. infra §. 18.* quæ in præcedentibus plenius jam examinata ſunt.

f) (CIVILIS VERO JURIS MATER EST IPSE EX CONSENSU OBLIGATIO:) Hæc non modo non cohærent, ſed & directo pugnant, obligatio non eſt cauſa juris, ſed contra ejus effectus: non mater, ſed partus. Obligatio ex lege eſt, non lex ex obligatione; hujus mater lex eſt, non illa legis.

Sed & obligationem natura non eſſe ex nudo conſenſu ſeu pacto, cui cauſa obligationis non ſubſit, modo diximus; cauſam autem hanc *ſynallagma* in jure dici videmus: Nec aliter verum eſt quod ait, *obligationem ex conſenſu vim habere ex jure naturali.* Sed & ita loquitur, quaſi nulla alia ſit obligatio naturaliter quam ex conſenſu: quod ſane haud levem ignorantiam juris naturæ non tantum, ſed & juris communis præ ſe fert, quo aliæ ſunt certiſſimæ & indubitæ obligandi cauſæ; cum contra, quod ex conſenſu eſſe dicitur, non ſit ex conſenſu per ſe, ſed quatenus cauſa ſubeſt, ut ſuo loco videbimus. *Exerc. 1. ad Grot. §. 64. § 65.*

„*g)* (QUÆ CUM EX JURE NATURÆ VIM SUAM HABEANT:) Juris enim naturalis eſt ſtare pactis, adeoque & ſtare ei placito, quo cives ejusdem civitatis conſenſerunt ſe civitatis legibus parituros: Hactenus benè: At, ſi porrò ex Authore quæris, unde *jus naturale* vim ſuam habeat? is reſpondet, a *natura humana*, ſeu *ex appetitu ſocietatis.* In eo autem fallit; quia ſupponit *naturam humanam* obligationem producere, etſi detur Deum non eſſe. Quo modo autem genus humanum obligaretur ex materiali aliquo impetu ſocietatis, ſi cauſam intelligentem, Deum nimirum demis, ſi ſolum ſuperiorem excludis, qui humano generi legem dare poteſt? Natura igitur humana ſola homines non obligat ad ſervanda pacta, adeoque nec ad ſervanda jura Civilia: Unde ſponte ſequitur, Naturam humanam non eſſe *fontem juris civilis.*

„*h)* (POTEST NATURA HUJUS QUOQUE JURIS QUASI PROAVIA DICI.) Negari nequit admodum obſcura hæc eſſe, nec intelligi poſſe, niſi ipſa genealogia juris civilis, juxta ſyſtema Authoris, exhibeatur: Schema autem hoc eſt.

HUMANA NATURA.

Quæ obligationem producit etiam ſemoto Deo, adeoque *mater* eſt juris naturalis & *proavia* juris civilis.

JUS NATURÆ.

Quæ eſt *filia* humanæ naturæ, approbata a Deo, & *avia* juris civilis.

CONSENSUS, SEU PACTUM: ET QUÆ INDE ORITUR OBLIGATIO.

Quæ eſt *mater* juris civilis.

JUS CIVILE.

Cujus *mater* eſt ipſa ex conſenſu obligatio: *avia* jus naturæ: *proavia* humana natura.

„Author igitur ait, *naturalis juris matrem eſſe ipſam humanam naturam*: Addit, *ex hoc jure natura* (quæ eſt *filia* naturæ humanæ) *vim ſuam habere obligationem ex conſenſu*: quia is, qui ſuo conſenſu ſe coetui alicui aggregat, legibus illius cœtus ſe ſtaturum promittit: Atque hunc conſenſum, i. e. *neptem* naturæ humanæ, eſſe originem juris civilis ſtatuit, indeque concludit, jus civile eſſe *proneptem* humanæ naturæ.

„Ex his apparet, recte monitum fuiſſe a B. Parente omnem obligationis cauſam hic ceſſare, quia ex hypotheſi Authoris *humana natura* prima cauſa Juris civilis conſtituitur: certum autem eſt ex ea obligationem non oriri, quia Grotius Deum excludit, vel ſaltem abeſſe poſſe exiſtimat: *Vid. ſupr. §.* 11. Homo igitur, qui ex *humana natura* non obligatur, nec obligabitur ex *conſenſu*, adeoque nec legibus civitatis parere tenetur:

„Etſi igitur concedamus, ſtandum eſſe pactis jure naturali; etſi quoque concedamus, alium modum naturalem ſe obligandi fingi non poſſe; admitti tamen non poteſt quod Grotius ſtatuit, neceſſitatem illam, & modum obligandi, ſequi ex *humana natura* (quæ ut dictum eſt, ſupponit Deum abeſſe poſſe) Adeoque verum non eſt, jus Civile ex hoc fonte fluere.

„Veram rationem obligationis quæ ex pactis ſeu promiſſis oritur *ſupra §. 8.* expoſuimus, & plenius explicabimus *infra lib. 2. cap. 11.* Poſita autem tali obligatione, verum eſt quod Author ait, eos qui civitati ſe ſubjiciunt, eo ipſo promittere quod legibus civitatis parere velint. Obligantur igitur juri civili ex conſenſu, atque hactenus ex jure naturæ: *Conf. Diſſ. Prooem. XII. §. 55. Add. Grot. l. 2. c. 5. §. 8. n. 1. §. 17. l. 3. c. 2. § 2. n.* 1. *& 2. L. 3. c.* 13. *§. 1. & 2. l.* 3. *c.* 19. *§. 3. n.* 3.

„Cæterum, ex nudo quoque pacto jus in alterum transferri, *infra L. 2. c. XI.* demonſtrabimus.

i) (SED NATURALI JURE UTILITAS ACCEDIT:) Totum hoc ex præcedentibus corruit; etenim, hac cavillatione, *utilitatem juri natura accedere, vel juri civili cauſam dediſſe*, neutiquam efficiet, quo minus principium ejus, perinde ac Carneadis, ſola utilitate penſitetur. Quod enim juris naturalis *matrem* dixit humanam naturam, jam exploſimus. Ea igitur cauſa ſublata, nihil relinquitur cui accedat utilitas; ſed hæc ſola cauſa ſupereſt: Iterumque adeo patet, nullum diſcrimen remanere inter jus naturale & civile, ſed utriusque cauſam perinde ſtatui utilitatem:

ADDITIO.

„Mens Authoris hæc eſt: Jus naturale, quod in cuſtodia ſocietatis humanæ conſiſtit, exſtiturum eſſe, ait, etiam ſepoſita omni utilitate, quia ipſa natura eo nos ducit: Addit autem, motum illum naturalem conjunctum plerumque eſſe cum aliqua utilitate, quia ob mutuam indigentiam eo magis ad

Socia-

„Socialiatem rapimur. Equidem, non dari societatem universalem inter homines, alibi probavimus; adeoque frustra quæritur, an ex solo motu naturæ, an ob utilitatem accedentem, ad societatem, quæ non est, rapiamur. Diximus, fontem juris naturalis esse voluntatem, seu jussum Dei jus suum cuique tribuendi. Hinc sponte sequitur, jus hoc obtinere, i. e. Deo parendum esse, seposita omni utilitate.

„*k*) (VOLUIT ENIM AUCTOR NATURÆ NOS ET SINGULOS INFIRMOS ESSE:) Supra §. 6. demonstravimus, verum non esse, ex eo, quod natura nos infirmos esse voluit, sequi communitatem inter omnes homines. Diximus, ad supplendam illam infirmitatem sufficere societatem domesticam, seu instinctum illum quo mas & fœmina feruntur ad conjunctionem, parentes ad educationem prolis, & familia ad conservationem membrorum familiæ: Atque hoc modo satis succurri necessitati hominum, etsi nulla societas cum aliis hominibus existat. *Vid. Diss. Prooem. t. §. 34. §. 35.* Quod vero Author asserit, sociales nos fore *etiamsi nulla re indigeremus*, directo contrariatur naturæ societatis: sane negari non potest, sublata indigentia omnem colorem societatis universalis, solamque & unicam ejus rationem apparentem cessare: quis enim quæso effectus fictæ ejusmodi societatis seu communitatis esset, seposita utilitate?

„*l*) (NAM ILLA QUAM DIXIMUS CONSOCIATIO AUT SUBJECTIO:) Consociatio fit per aggregationem: subjectio per agnitionem imperii alieni. *Vid. infra. §. 15.*

„*m*) UTILITATIS ALICUJUS CAUSA COEPIT INSTITUI:) Rationem moventem explicat Author. *L. 2. c. 21. §. 3. n. 1. l. 1. c. 3. §. 1. n. 2. & §. 2. l. 2. c. 20. §. 8. n. 4. §. 9. n. 4. Prol. §. 19.*

„*n*) (IN EO ALIQUAM UTILITATEM SPECTARE SOLENT, AUT DEBENT:) Unde regula: *salus populi suprema lex*: Cicero *1. Rhet. 28.* ait, *omnes leges ad commodum rei publicæ referri oportet, & eas ex utilitate communi &c. interpretari: Ea enim virtute & sapientia majores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi salutem atque utilitatem publicam, proponerent. Neque enim ipsi, quod obesset, scribere volebant, & si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant: nemo enim leges legum causa salvas esse vult, sed reipublicæ; quod ex legibus respublica omnes optime putant administrari. Quam ob rem igitur leges servare oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari convenit: hoc est, quoniam reipubl. inservimus ex republica commodo atque utilitate leges interpretemur. Conf. Tesm. h.*

§. XVII.

a Sed sicut cujusque civitatis jura utilitatem suæ civitatis respiciunt, ita *b* inter civitates aut omnes, aut plerasque, *c* ex consensu jura quædam nasci potuerunt, *d* & nata apparet; quæ utilitatem respicerent non cœtuum singulorum, *e* sed magnæ illius universitatis. Et hoc jus est *f* quod gentium dicitur, *g* quoties id nomen à jure naturali distinguimus: *h* quam partem juris omisit Carneades, *i* jus omne in naturale & civile singulorum populorum distribuens, *k* cum tamen de eo jure, quod inter populos versatur, acturus *l* (subjecit enim orationem de bellis & bello partis) hujus juris mentionem facere omnino debuisset.

„*Quartam* speciem *juris universalis* Author constituit JUS GENTIUM VOLUNTARIUM: quoties enim multi, diversis temporibus ac locis, idem, pro certo affirmant, id ad causam universalem referri debere, ait: quæ si recta illatione ex naturæ principiis non procedit, alia esse non possit, quam communis consensus. Et tunc addit, *quod enim ex certis principiis certa argumentatione deduci non potest, sequitur, ex libera Gentium voluntate ortum habeat. Prol. §. 40.*

„Hoc jus igitur ex consensu Gentium, *Proleg. §. 17. & 46. L. 1. c. 1. §. 14.* tanquam ex condicto, *Prol. §. 42. & 43.* & cum mutua obligatione *L. 2. c. 3. §. 5. l. 3. c. 1. §. 8. n. 3.* receptum esse ait:

„Definit JUS GENTIUM, quod propter utilitates & necessitates magnæ illius civitatis, i. e. societatis humanæ, *Prol. §. 17.* apud omnes gentes aut moratiores receptum est. *L. 1. c. 1. §. 14.*

„Jus gentium *aliud* esse, ait, latius patens, *aliud* arctius: *L. 1. c. 1. §. 14. l. 3. c. 3. §. 6. n. 1.*

„JUS GENTIUM LATIUS PATENS introductum esse statuit, humana necessitate indigente: *L. 1. c. 1. §. 14. Prol. §. 17.* Idque vel *universale* esse fingit, vel *certarum gentium*: *L. 3. c. 4. §. 15. 16. & 19. Proleg. §. 42. & 43. L. 1. c. 1. §. 4. & 14. L. 2. c. 8. §. 1. n. 2.*

„Usum ejus latè patere existimat in omni jure belli & pacis: *Proleg. §. 2.* quia (*a*) multa permittit quæ jure naturæ vetita sunt. *L. 3. c. 4. §. 15.* (*b*) Multa prohibet quæ jure naturæ permissa sunt. *L. 2. c. 3. §. 10. n. 3. L. 2. c. 18. §. 4. n. 3. L. 3. c. 4. §. 15. n. 1.* (*c*) Quædam juri naturæ superaddit. *L. 2. c. 18. §. 1.*

„Præcipuum hujus juris Gentium usum esse ait, in BELLIS: Nam *jure naturæ* nulla bella licita esse, ait, nisi (*a*) adsit justa causa, (*b*) agatur intra debiti & pœnæ modum, i. e. ad solam juris nostri reparationem. Indeque, infert, deficiente *justa causa* omnes actus qui inde nascuntur injustos, & agentes instar prædonum esse; adeoque tanquam fures, prædones, homicidas &c. teneri & agentes, & eorum socios: ita ut res vindicari possit ab eo qui causam a tali prædone habet.

„Sed & porrò, *si quis ultra debiti pœnaque modum aliquid exigit ab hoste*, nullum agenti jus inde quæri putat: *L. 3. c. 10. §. 3. & 5. c. 6. §. 1.* eumque teneri ad restitutionem; æque ac socii, milites, omnesque qui causam ab agente habent. *d. l. 3. c.* 10. §. 3. 4. 5. 6. *c.* 13. §. 1. *c.* 18. §. 6. *c.* 9. §. 16. *c.* 16. §. 1. 2. & 3. Imò exigentem a qualibet gente ideo puniri posse. *l.* 3. *c.* 13. §. 1. n. 1.

„Utrimque *jure gentium voluntario* mutatum, ex communi consensu statutum esse, ait, (1) ne de *justitia causa* inter partes quæratur, sed ut id, quod utraque pars in bello paragit, pro jure habeatur, unde hoc jure gentium bellum semper utrinque justum esse statuit. (2) Ne præcise agatur *intra modum debiti & pœna:* sed ut occidere hostem, ac res ejus occupare in infinitum liceat.

„At hoc verum saltem esse ait, in *bello publico, quod a summa utrinque potestate geritur, & indictum est. Dict. Differt. Prooem. IX. c. 1. §.* 16.: Nam his solennitatibus accedentibus effectus illos peculiares a Gentibus bello publico tribui: Unde bellum tale vocat publicum, & ex jure gentium solenne. *Dict. Differt. IX. §.* 19. *&* 20.

„Effectum hujus *juris Gentium latius patentis* Grotius in eo ponit, ut verum dominium consequatur is qui titulum ex hoc jure Gentium habet; *l.* 3. *c.* 6. §. 2. *&* 7. *l.* 3. *c.* 10. §. 5. *n.* 1. *l.* 3. *c.* 4. §. 4. *in fin. l.* 3. *c.* 6. §. 2. *&* 7. adeoque verum jus agendi ei competat; *l.* 3. *c.* 19. §. 1. *&* 12. nec in eo jure ab aliis turbari possit. *L.* 3. *c.* 19. §. 5. *c.* 4. §. 3. 4. 5. *&* 22. *c.* 10. §. 1. *n.* 1. *c.* 6. §. 1. *n.* 1.

„Cæterum quædam horum jurium, a Gentibus constitutorum, *ex omni parte justa* esse, ait, quædam autem *effectum saltem externum juris tribuere: Dict. Diff. Prooem. IV. Sect. IV.* Ad *prius* genus refert, (*a*) quando jure gentium aliquid vetatur, quod jus naturæ permittit. (*b*) Quando ob naturalem æquitatem jus gentium aliquid permittit, quod jure naturæ vetatur. (*c*) Quando jus Gentium confirmat conjecturas naturales incertas. *Dict. Sect. IV. §. 19. seq.* Ad *posterius* genus refert, quando gentes communi consensu aliquid statuunt quod jure naturæ vetitum est, nec singularem æquitatem habet: *Dict. Sect. IV. §. 20.*

„Ex hoc *posteriori* genere igitur non verum jus quæri agenti existimat: *L.* 2. *c.* 12. §. 26. *n.* 1. *l.* 2. *c.* 5. §. 28. *l.* 3. *c.* 10. §. 3. *&* 5. *c.* 6. §. 1, sed (1) *impunitatem* saltem; *l.* 3. *c.* 4. §. 2. 3. 4. 5. *n.* 3. *c.* 6. §. 1. *n.* 1. §. 27. *l.* 3. *c.* 10. §. 1. *n.* 1. Ita ut ab aliis gentibus tanquam fur & prædo puniri non possit. (2) *Dominium externum*, *l.* 3. *c.* 6. §. 2. *&* 7. *l.* 3. *c.* 10. §. 5. *n.* 1. *l.* 3. *c.* 4. §. 4. *in f. l.* 3. *c.* 6. §. 2. *&* 7. quod omnes quidem effectus dominiis habet, sed saltem in foro Soli, non in foro Poli. *Dict. Sect. IV. §. 21.*

„JUS GENTIUM ARCTIUS Grotius describit, quod apud plures gentes quidem obtinet, at non respicit utilitatem magnæ illius civitatis, sed coetuum singulorum. *Proleg.* §. 17. §. 43. *l.* 3. *c.* 1. §. 4. *l.* 2. *c.* 8. §. 1. *n.* 2. *&* §. 26. *l.* 3. *c.* 2. §. 7. *n.* 1. *&* 2. Indeque non obtinet ex condicto, *Proleg.* §. 53. i. e. non receptum est cum mutua obligatione. *L.* 2. *c.* 3. §. 5. *L.* 3. *c.* 1. §. 8. *n.* 2. *Diff. Pr. IV. §. 24. seq.*

„Nos, fabulam esse quæ de jure Gentium voluntario traduntur, eamque Triboniano originem debere, late demonstravimus in *Differt. Prooem. IV.* §. 29. *& seq.* Quo lectorem remittimus.

„*a*) (SED SICUT CUJUSQUE CIVITATIS JURA UTILITATEM SUÆ CIVITATIS RESPICIUNT:) Nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis. *§. 2. & 4. Inst. de I. N. G. & C. l. 9. ff. Just. & jur.*

„*b*) (INTER CIVITATES AUT OMNES AUT PLERASQUE:) Jure Romano cognitum non est jus Gentium, nisi quod a natura est, & inter omnes gentes peræque observatur, *§. 2. Inst. de I. N. G. & C.* . ibi: *quod vero naturalis ratio* INTER OMNES HOMINES *constituit, id apud* OMNES GENTES PERÆQUE *custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure* OMNES GENTES *utantur* Add. *§. penult. eod.* ibi *sed naturalia quidem jura, quæ apud* OMNES GENTES *peræque observantur &c.* Atque hoc jus gentium naturam cum ipso genere humano prodidisse, ICti ajunt. §. 13. *J. de R. D.*

„Unde rerum acquisitionem tribuunt juri gentium, *quod ratione naturali* APUD OMNES GENTES PERÆQUE OBSERVATUR. *l. 1. ff. A. R. D. Conf. not. ad L.* 1. *c.* 1. §. 11. Imo ipse Tribonianus (qui inepta sua definitione juris Gentium, causam dedit distinctioni in primævum & secundarium) ipse fatetur, jus secundarium, seu quod gentes ex mutua necessitate inter se constituerunt, OMNI HUMANO GENERI commune esse. *§. 5. J. I. N. G. & C.* Certissimum igitur est, Jure Romano jus tale gentium, quod inter plerasque saltem civitates obtineat, & ab ipsis gentibus ob mutuas necessitates constitutum sit, non dari. *Vid. infra* §. 17. *& L.* 1. *c.* 1. §. 14. Conf. *Diff. Prooem.* 4. §. 29. *seq.*

„*c*) (EX CONSENSU JURA QUÆDAM NASCI POTUERUNT:) Verum non est dari jus aliquod Gentium, quod *ex communi consensu* ortum sit: Sane Jure Romano omne jus gentium *ex ratione naturali* ortum dicitur, non ergo ex consensu: *§. 2. Inst. I. N. G. & C.* ibi: *quod vero* RATIO NATURALIS *inter omnes homines constituit &c. vocatur jus Gentium.* Et in *§. p. eod. ibi: Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræque observantur,* DIVINA QUADAM PROVIDENTIA *constituta, semper firma manent. Leg.* 1. *pr. A. R. D.* ibi: *jure gentium, quod* RATIONE NATURALI *inter omnes homines peræque servatur: &c.* Unde dominia *rationi naturali* tribuuntur. *L. 3. pr. A. R. D.*

„Sed & rationi contrariatur existentia hujusmodi juris gentium, quia duo supponit, quæ partim aperte falsa sunt, partim probari non possunt. Si enim ex consensu Gentium jus aliquod existit, necessario supponendum est, 1) omnes gentes convenisse: & 2) jus aliquod commune inter se constituisse: Quis vero sanæ mentis sibi, vel aliis, persuadebit humanum genus unquam convenisse, vel commune concilium indixisse. Sed & si convenisset, unde probabitur illos jura quædam constituisse? Denique si & id fecisset, unde probabitur, quænam sint illa jura? unde probabitur jura illa, quæ ad secundarium jus gentium referri solent, eo pertinere? Certissimum igitur est non dari jus Gentium, nisi quod ratio naturalis inter gentes constituit: adeoque cui gentes obligantur, etiam invitæ:

„Denique frustra Doctores ad jus Gentium secundarium confugiunt, quia pleraque jura, quæ eo referri solent, ex ratione naturali adeo sequuntur, ut non

„opus

„opus sit ad fictum aliquem consensum gentium confugere;

„*Neque obstat* definito Triboniani in *§. 2. Inst. de I. N. G. & C.* ubi definitur jus Gentium: *quod usu exigente & humanis necessitatibus gentes humanæ sibi constituerunt*, Nam *in Differt. Prooem. IV. §. 29. seq.* ad oculum demonstravimus, hanc definitionem non esse ICtorum Romanorum, sed Triboniani, uti alibi, ita & hic vapulantis: ineptam autem illam esse vel exinde apparet, quia hæc definitio supponit constitutionem, adeoque consensum omnium saltem moratiorum gentium, cum tamen certum sit humanum genus, gentesque humanas, numquam convenisse: Interim ex hac erronea definitione Triboniani distinctio illa inter jus gentium primævum & secundarium orta est.

„*d*) (ET NATA APPARET:) Dixi, ex consensu gentium tale jus, quod totum humanum genus obliget, nec nasci posse, nec natum esse;

„*e*) (SED MAGNÆ ILLIUS UNIVERSITATIS:) De magnæ illius universitatis utilitate gentes numquam aliquid statuerunt, quia unquam convenisse probari non potest.

„*f*) (QUOD GENTIUM DICITUR:) Imo tale jus gentium, quod ex consensu plerarumque civitatum oritur, non existere jam probavimus,

„*g*) (QUOTIES ID NOMEN A JURE NATURÆ DISTINGUIMUS:) Author jus naturæ male distinguit à jure Gentium. ICti Romani, & veteres scriptores, promiscue has voces sumsere. *Vid. Diff. Prooem. 4. §. 23. seq.* Equidem Ulpianus *jus naturale* aliud quid esse, ac *jus gentium*, diserte asserit: At ille alio plane sensu hæc duo jura distinguit; *jus* enim *naturale* vocat, quod natura omnia animalia docuit, adeoque quod ex instinctu oritur: *jus gentium* vero, quod ex ratione originem habet. Cujus differentiæ effectum & causam explicabimus infra *L. 1. c. 1. §. 11.*

h) (QUAM PARTEM JURIS OMISIT CARNEADES:) Increpat Author Carneadem, quod alteram juris gentium speciem, quæ vulgo jus gentium secundarium dicitur, omiserit. Etenim e contrario in hac maxime specie & ipse, & Epicurus occupati fuere, & uterque summum bonum (quod est scopus & finis societatum & legum) constituit in illa voluptate, quæ percipitur ex utilitatibus & bonis, in quæ homines natura feruntur. Hoc autem fontem & principium juris gentium secundarii esse vidimus, & constat *ex §. 2. Inst. I. N. G. & C.* ubi hoc jus gentium describitur, *quod usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes inter se constituerunt: bella enim orta sunt. &c.* Idque quam maxime firmatur eo ipso argumento, quo Grotius contra Carneadem abutitur, ut ostendat, eum omisisse hanc partem juris, quod subjecerit orationem de bellis & bello partis: Inde enim e contrario inferre non debuit, Carneadem hanc partem juris omnisis se, sed intellexisse, & de ea ipsa egisse; quia ad hanc speciem bella, de quibus peroravit, referuntur *d. §. 2.*

ADDITIO.

„Author *supra §. 1.* jam monuit jus gentium secundarium, quod moribus populorum & pacto tacito statutum est, paucos attigisse, ex universo ac certo ordine tractasse neminem: indeque increpat speciatim Carneadem, quod is quoque hanc partem juris omiserit: verum ad eundem §. notavi, tale jus gentium non existere, adeoque mirum non esse, jus quod nulla ratione, nulloque fundamento nititur, hactenus a nemine tractatum, adeoque & a Carneade omissum esse.

„*i*) (JUS OMNE IN NATURALE ET CIVILE DISTRIBUENS:) ICti quoque Romani id fecere: omnes enim populos, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure uti ajunt, in *§. 2. I. de I. N. G. & C. & l. 9. ff. de I. & I.* Sic Paulus quoque jus ad duo capita refert, ad naturale & civile, in *l. 11. ff. de I. & I.*

„*k*) (CUM TAMEN DE EO JURE QUOD INTER POPULOS VERSATUR ACTURUS, HUJUS JURIS MENTIONEM FACERE DEBUISSET:) Imo ex hac ipsa ratione, quia de jure, quod inter populos versatur, agit, mentionem facere de eo non debuit, quia tale jus ex Gentium consensu statutum inter Gentes non existit.

„*l*) (SUBJECIT ENIM ORATIONEM DE BELLIS:) At bella sunt ex jure Gentium primævo, seu naturali; *Differt. Prooem. 4. §. 38.* non vero ex jure gentium secundario, quale non agnoscimus.

§. XVIII.

[a] Malè autem à Carneade stultiæ nomine justitia traducitur. Nam sicut, ipso fatente, [b] stultus non est civis, qui in civitate jus civile sequitur, etiamsi, ob ejus juris reverentiam, quædam sibi utilia omittere debeat; [c] ita nec stultus est populus, qui non tanti facit suas utilitates, ut propterea [d] communia populorum jura negligat: [e] par enim in utroque est ratio: nam sicut civis, qui jus civile perrumpit utilitatis præsentis causa, [f] id convellit, quo ipsius, posteritatisque suæ, perpetuæ utilitates continentur; [g] sic & populus, jura naturæ [h] gentiumque violans, suæ quoque tranquillitatis inposterum rescindit munimenta. Tum vero, etiamsi ex juris observatione nulla spectaretur utilitas, [i] sapientiæ, non stultitiæ, esset, eò ferri, ad quod à natura nostra nos duci sentimus.

a) (MALE AUTEM A CARNEADE STULTITIÆ NOMINE JUSTITIA TRADUCITUR:) Author totus jam in eo est, ut stultitiam, quam Carneades justitiæ naturali imputat, amolitur, sed valde infeliciter. Apparet hoc ex collatione sententiarum Carneadis & Grotii, quarum utraque utilitatem respicit, quod prolixe probavimus *in Exercit. 1. ad Grotium §. 126. & seq.* Rectius respondemus, 1) non esse stultitiam huic legi obtemperare, etiam contra motus & cupiditates naturæ; quia non est in nostra potestate & arbitrio non parere summi & præpotentis Dei decretis, nec adeo stulte facit, qui aliter non potest.

2) Summæ jam sapientiæ esse, legi huic omni studio & cootentione obsequi: quia ab inexhausto illo fonte & largitore omnis boni profecta, ejusque adeo obsequio (*vid. Tract. de Auton jur. Gent. c. 20.*) individuo vinculo conjuncta est summa ac sempiterna utriusque vitæ felicitas; quam omnes volunt, etsi errore vel affectibus in transversum acti a scopo evagentur, *vid. d. tr. c. 7.*

3) Summæ e contrario stultitiæ esse, ei legi non parendo, concitare terribilem illam Dei legislatoris vindictam, atque accire sibi infinita vel hujus, vel alterius, vel utriusque vitæ mala. *d. tr. c. 20.* quæ e cootrario natura homines refugiunt.

Hæc omnia comprehensa ita sunt verbis Ciceronis, a quo hanc naturæ legem divina pene voce depictam laudat Lactantius Instit. *Lib. 6. cap. 8.* ejusque locum insignem ex *Lib. 3. de republ.* nobis reservavit, cujus hæc verba: *Huic legi nec abrogari fas est, neque derogari aliquid ex hac licet, neque coca abrogari potest. Nec vero aut per Senatum, aut per populum, solvi hac lege possumus. Neque est quærendus explanator, aut interpres ejus alius. Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis; alia nunc, alia posthac: Sed & omnes gentes, & omni tempore, una lex, & sempiterna & immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister, & Imperator omnium Deus, ille legis hujus inventor, disceptator, LATOR NB. cui qui non parebit, ipse se fugiet, & naturam hominis aspernabitur; Hoc ipso luet maximas poenas, etiamsi cætera supplicia, quæ putantur, effugerit.* Tum exhibito ita hoc Ciceronis loco, hæc subjicit Lactantius. *d. l.* Quis, sacramentum Dei sciens, tam significanter enarrare legem Dei possit, quam illam, homolooge a veritatis notitia remotus, expressit?

Sed & 4) sequitur summæ stultitiæ esse, cum & motus hominum naturales ad suas utilitates corrupti sint; & otilitates ipsæ, quibus natura gaudent, plerumque in perniciem vertant, & mores in luxum &c. solvant, in his rebus constituere fontem, fundamentum, & principium juris naturæ. Quicquid enim Carneades, Epicurus, Grotius, prædicant de fruitione tranquilla, frustra est: cum enim hominibus infinita sit pecuniæ, opum, ac voluptatum cupido, pugnat illa cum tranquillitate status seu societatis; nec custodiri illa potest, nisi monstretur potestas superior, quæ modum cupiditatibus figat, frenumque injiciat; nec sit illa inane saltem humanæ naturæ, & convenientiæ cum intellectu &c. nomen, & viribus cassa imago, seu figura; sed potestas, cujus violatæ indignationem tremere homines oporteat, d. Tract. *de Auton jur. gent. c. 6. §. 16. & seq.*

Inprimis itaque fatendum est, à Juris naturalis sanctitate, ejusque maxime principio & fonte, separandas & removendas esse hominum utilitates, & quibus ad eas feruntur, motus naturæ animantium infixos; unde nec jus naturæ, oec obligationis principium demonstrari aut derivari potest; nec, quam illevit Carneades, justitiæ macula elui:

ADDITIO.

„Carneades, qui existentiam juris naturæ negavit, „argumentum inde sumit, quod ea, quæ juri naturæ „tribui solent, pugnent cum sapientia, adeoque talem „justitiam summam fore stultitiam, ait, idque sequen-„bus exemplis probat: *Bonus vir.* (*i. e. qui justitiam „prætensam sequitur*) *si habeat servum fugitivum, vel „domum insalubrem ac pestilentem, quævitia solus sciat, „& ideo proscribat ut vendat, utrumne profitebitur fu-„gitivum servum, ac pestilentem domum, se vendere, an „celabit emtorem? Si profitetur emtori fugitivum esse, „bonus quidem, quia non facit: sed etiam stultus judi-„cabitur, quia vel parvo vendet, vel omnino non ven-„det. &c. Justitia est, hominem non occidere, alienum „prorsus non attingere; Quid ergo justus, (posita scil. „justitia naturali) faciet, si forte naufragium fecit, & „aliquis imbecillior viribus tabulam ceperit, nonne il-„lum a tabula deturbabit, ut ipse condescendat, eaque „nixus evadat? Maxime; si sapiens est faciet, ipsi enim „pereundem est, nisi fecerit. Si autem mori maluerit „quam manus inferre alteri, jam justus ille, sed stultus „est qui vita sua non parcit, dum parcit alienæ. Item „si acie suorum fusa hostes insequi coeperint, & justus „ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem: „eine parcet ut ipse occidatur, an dejiciet ex equo, ut „ipse hostem possit effugere? Quod si fecerit, sapiens sed „idem malus: si non fecerit, justus sed idem stultus sit „necesse est:*

„Author hanc stultitiam duplici argumento a justi-„tia naturali amovere studet. *Primo* enim ait, jus na-„turæ in vi & affectu sociali, animis hominum indito „& connato, consistere; adeoque stultos non esse „qui feruntur ad id, ad quod a natura se duci senti-„unt, etsi forte utilitati eorum privatæ id repugnet. „*Deinde* ait, eos qui utilitati communi totius hu-„mani generis consulunt, etiam suæ privatæ consule-„re, quia ex eodem jure hæ quoque in tuto sunt: „Cum e contrario illi, qui ob præsentem utilitatem „justitiam communem negligunt, suæ quoque tranquil-„litatis in posterum rescindunt monumenta:

„Equidem cum talis affectus socialis nec existat, „nec obligatio inde inferatur, certum est maculam „stultitiæ, quam justitiæ naturali infert Carneades, his „argumentis non elui: Rectius respondet B. Parens, stul-„tum non esse qui voluntati Dei, paret, & qui jus a „Creatore alii coocessum non aufert, etsi forte in-„commodum ei sit.

b) (Grot.) (SICUT CIVIS QUI JUS CIVILE PERRUMPIT:) Hac ipsa similitudine apposite utitur lib. IX. M. Antonius: ἥτις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν εἴτε προσεχῶς εἴτε πόῤῥωθεν ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι καὶ στασιώδης ἐστὶν ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὑτὸν μέρος διιστάμενος. *Quæcunque tua actio respectum non habebit, sive cominus sive eminus, ad propositum communitatis, ea vitam diducit, nec unam esse patitur seditiosaque non minus est, quam is, qui in populo partem*

tem seorsim facit. Et libro XI. ἄνθρωπος ἑνός ἀνθρώπε ἀποχισθεὶς ἐ δύναται μὴ καὶ ὅλε Φύλε ἀποκεκόφθαι: *Homo ab uno abscissus homine, non potest non & ab universo genere abscissus haberi*; Nimirum, ut eidem Antonio dictum est, quod examini expedit, idem api.

ADDITIO.

„*c*) (ITA NEC STULTUS EST POPULUS:) Nam qui „præsenti utilitati renunciat, majorem sibi in posterum conciliat; quia illa ipsa gentium justitia omnia „jura ejus tuta in posterum reddit, quæ periclitarentur omnino, si ipse privatæ utilitati consulendo ju„ra gentium perrumperet:

„*d*) (COMMUNIA POPULORUM JURA) i.e. jus naturæ, „nam alia jura communia populorum non agnosci„mus

e) (PAR ENIM IN UTROQUE EST RATIO:) Uterque „enim privatam utilitatem negligit ut majorem obti„neat.

„*f*) (ID CONVELLIT, QUO IPSIUS, POSTERITATISQUE „SUÆ, PERPETUÆ UTILITATES CONTINENTUR:) Si enim „ipse leges has ob præsentem utilitatem violat, cæte„ris civibus eadem licentia competet: & sic ipse, ejus„que jura, nunquam in tuto erunt.

„*g*) (SIC ET POPULUS JURA NATURÆ VIOLANS „SUÆ QUOQUE TRANQUILLITATIS IN POSTERUM RE„SCINDIT MUNIMENTA:) Singulæ enim civitates invi„cem tutæ sunt ex lege naturæ. Si igitur civitas ob „præsens commodum non curet illa jura, eaque stul„ta vocet, nec spernenti proderunt contra injurias alia„rum civitatum: adeoque revera is, qui jura naturæ vio„lat, majori utilitati renunciat.

„*h*)(GENTIUMQUE) Author intelligit jus gentium vo„luntarium, quale non agnoscimus. *Vid. supra* „§. 17.

„*i*)(SAPIENTIÆ, NON STULTITIÆ ESSET, EO FERRI AD „QUOD A NATURA EOS DUCI SENTIMUS:) Supponit au„tem Author nos duci natura ad societatis custodiam: „Quod verum non est. Verior igitur ratio est, quod, „cum natura nos doceat Deo parendum esse, stultus „non sit qui legibus divinis, etiam seposita privata „utilitate, paret.

§. XIX.

Quare nec illud,

Iura inventa [a] *metu injusti fateare necesse est*:

quod [b] apud Platonem quidam ita explicat; [c] metu accipiendæ injuriæ repertas leges: [d] ac vi quadam homines ad justitiam colendam adigi, [e] universaliter verum est: [f] id enim ad ea duntaxat instituta ac leges pertinet, quæ ad faciliorem juris executionem reperta sunt; [g] sicut multi per se infirmi, ne a validioribus opprimerentur, conspirarunt ad instituenda, ac communibus viribus tuenda judicia, ut quibus singuli pares non erant, his universi prævalerent. [h] Et hoc demum sensu commode accipi potest, quod dicitur, jus esse id, quod validiori placuit; [i] ut intelligamus fine suo externo carere jus, nisi vires ministras habeat; sicut Solon res confecit maximas, ut ipse prædicabat:

ὁμȣ̃ βίτην τε καὶ δίκτην συναρμόσας.

Vim iusque parilis copulans vinculi jugo,

„Author hactenus eos refutavit, qui jura ex *utilita„te* demum, & pacto hominum constituta esse dixere: „Hic jam eos refutat, qui statuunt jura inventa esse „*metu injusti*.

„*a*) (METU INJUSTI) *Horat. I. Sat. 3.* Equidem „non nova hæc, nec ab Horatio demum proposita „est sententia, propter metum injuriæ, seu violen„tiæ jura orta esse: Glauco originem jurium jam „olim inde deduxit apud *Plat. l. 2. de republ. pag. m.* „*51.* his verbis *Enimvero, quod primum de hoc dicere „pollicitus sum, jam audi quale sit, & unde sit orta ju„stitia: Natura quidem dicunt injuriam facere bonum „esse, injuria autem affici, malum; sed longe plus ma„li esse in patiendo injuriam, quam in inferendo boni. „Quamobrem postquam vicissim injuriam & intule„rint & acceperint, & utrumque gustaverint qui ne„queunt vitare illud, consequi opera pretium fore du„cunt, ut ita inter se paciscantur, ut neque inferri, „neque accipi possit injuria, hincque volunt, originem „habuisse leges, placitaque ipsarum, & nominata esse præ„cepta legum legitima atque justa. Hanc itaque justi„tiæ originem & substantiam esse volunt.*

„Epicurus *hanc sententiam* uberius explicavit, quam „ex ejus mente ita refert *Gassendus ad Laert. Lib. X.* „*p. 1527. Nam initio, cum homines ferarum ritu vaga„rentur, & incommoda varia tum a feris, tum ab „inclementia coeli paterentur, praestitit quidem natu„ralis quadam eorum inter se conciliatio, (quippe ob „formæ, animæque seu morum convenientiam) ut in va„rios coetus coirent, ac illis etiam incommodis aliqua„tenus*

„*tenus providerent: (exstructis videlicet casis, comparatisque tum adversus feras, tum adversus ipsum frigus munimentis) verum quod unusquisque bene sibi esse quam alteri mallet, ideo frequentes erant rixae de cibatu, de foeminis, de commodis aliis, quae sibi invicem praeripiebant; quousque animadverterunt, non posse se tuto commodeque degere, nisi pacta inirent de non laedendo se invicem, atque ita quidem, ut si quis alterum laederet, coeteri laedentem punirent. Itaque is primus fuit societatis nexus. &c. Talis autem nexus, sive talis pactio, nihil aliud fuit quam communis lex, ad cujus observationem omnes tenerentur, & quae attribueret, faceretque certum unicuique jus sive facultatem utendi re sua: unde & ipsa lex quoque fuit quasi commune, sicuti jam dixi, societatis jus.* Et tum pergit, *Leges scriptas ab initio nullas fuisse, sed mero utentium consensu homines tutos fuisse: ingruente vero malitia, leges scriptas, poenasque statutas fuisse.* Tandem p. 1543. concludit: „*In animalibus nullam esse juris injuriaeve, seu justi & injusti rationem, quia inter ea convenire non potuit, ut nec laederent nec laederentur ab invicem. Indeque NB. nec ullam censendam esse inter eas Nationes, quaecunque non potuerunt, aut noluerunt, ut ad invicem neque laederent neque laederentur, pacisci. Vid. Stanlej Hist. vet. phil. f. 1098. seq.*

„Horatius, sectator Epicuri, totam rem ita describit. „*L. 1. Sat. 3.*

„Atque ipsa utilitas justi prope mater & aequi,
„Quum prorepserunt primis animalia terris,
„Mutum & turpe pecus glandem atque cubilia „propter
„Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita por- „ro
„Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus:
„Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
„Nominaque invenere; de hinc absistere bello,
„Oppida coeperunt munire, & ponere leges,
„Ne quis fur esset, nec latro, neque adulter.

„Hobbesius idem principium, sed alio modo ac ordine, in scenam produxit; systema ejus prolixe exposuimus in *Diss. Prooem. VIII. §. 12. & Dissert. Prooem. XI. §. 6. seq.*

„*b*) (APUD PLATONEM:) *Lib. 2. de rep. p. m. 51.*

„*c*) (METU ACCIPIENDAE INJURIAE REPERTAS „LEGES:) Glauco enim supponebat bonum a natura „esse injuriam aliis inferre: adeoque si evitari id non „potest, pactis demum consequendum esse, ut neque „inferri neque accipi possit injuria. *Vid. Plato. d. l.*

„*d*) (AC VI QUADAM HOMINES AD JUSTITIAM „COGI:) Postquam nimirum pacti sunt, se nolle in„juriam vel facere vel accipere, statutis in id legibus „poenalibus: ideo enim in societatem coivisse Glau„co contendebat, ut si quis alterum laederet, coeteri „punirent. *Plat. d. l. 1.*

e) (UNIVERSALITER VERUM NON EST:) Author existimat, dicterium illud saltem pertinere ad leges poenales quas jus civile introduxit, & quae supponunt jus aliquod praecedens, de cujus executione agitur: Nos dicimus, metum injusti esse saltem causam accidentem justitiae, ideo enim metuunt homines injustitiam, quia ipsi forte aliquid injusti fecere: Caeterum causa efficiens juris omnino est voluntas divina:

ADDITIO.

„Ex principiis Horatii, & Glauconis, (utpote qui „natura nihil justum nihil injustum esse dixere,) uni„versaliter verum est, homines, ut ab injuriis aliorum „tuti sint, adeoque metu injusti, in civitates consen„su suo coivisse; adeoque justitiam ex pacto ortam esse, „vi cujus pacti demum homines ad justitiam cogi pos„sint:

„Responsio igitur Grotii, *quod id tantum de legi„bus intelligendum sit, quae ad faciliorem juris executio„nem pertinent*, non sufficit, nec illa dubium solvi„tur: Sed probandum est, justitiae regulas a natura es„se, & executionem juris familiis, tum contra membra „familiae, tum contra alias familias a Deo commissam „esse: Utrumque probavimus in *Diss. Prooem. XII. §. „seq. & §. 159. seq.*

„*f*) (ID ENIM AD EA DUNTAXAT INSTITUTA „ET LEGES PERTINET, QUAE AD FACILIOREM JU„RIS EXECUTIONEM REPERTA SUNT:) Adeoque sal„tem ad leges poenales, quarum metu a mutuis in„juriis deterrentur, & quibus ad justitiam colendam „coguntur.

„*g*) (SICUT MULTI PER SE INFIRMI, NE A VA„LIDIORIBUS OPPRIMERENTUR, CONSPIRARUNT AD „INSTITUENDA, AC COMMUNIBUS VIRIBUS TUENDA, „JUDICIA:) Refert hic Author occasionem quae cau„sam dedit legibus, ad faciliorem juris executionem „repertis: Is enim supponit natura unumquemque „privatum esse suae, & alienae injuriae vindicem: *Vid. „L. 1. c. 1. §. 10. l. 2. c. 2. §. 5. c. 18. §. 1. seq. c. 20. §. 1. seq. „& §. 40. Diss. Pr. 1. §. 80. & Diss. 8. §. 17. §. seq.* At exe„cutionem saepius inanem fuisse propter potentiam „laedentis, indeque ait, homines judicia instituisse, ut „quibus singuli pares non essent, his universi praevale„rent: Diximus autem (1) hac responsione non eli„di assertum Horatii & Glauconis, qui negant homini„bus *jus* aliquod competere, aut homines *injuria* agere „posse: Qui proinde negant unum quemque esse vin„dicem *juris*, utpote quod nullum est: Adeoque „respondendum erat, omnino natura aliquid justum „esse, hominibus connatum, illudque jus extitisse ante„quam homines in civitates coirent. 2) Notandus hic „est perpetuus Authoris error, quem in toto opere, & „ubique deprehendes, unumquemque privatum esse „suae ac alienae injuriae vindicem: de quo systemate „*Vide Dissert. Prooem. 1. cap. fin. Dissert. VIII. §. 17. „& Dissert. VIII. c. 2.:* Nos familiis executionem ju„stitiae naturalis delatam à creatore esse probavimus, „Caeterum 3) negari nequit, homines plerumque „*metu accipiendae injuriae* in civitates se congregasse, „quamquam id ob mutuam indigentiam, vel ob mu„tuam benevolentiam aeque fieri potuerit: *Test. ad Proleg. §. 8.*

„*h*) (ET HOC DEMUM SENSU COMMODE ACCIPI „POTEST, JUS ESSE QUOD VALIDIORI PLACUIT.) „*Vid. supra §. 3.* Sed eo sensu Authores illius dicterii „id non intellexere. Usurpatur enim ab his qui nul„lum jus inter gentes obtinere putant, adeoque qui ra„tionibus convincendi sunt, jus esse quod Deo, non „quod validiori placuit.

„*i*) (UT INTELLIGAMUS FINE SUO EXTERNO „CARERE JUS, NISI VIRES MINISTRAS HABEAT:) „Non posse ad effectum & executionem pervenire, ni„si magistratui imperium committatur *Gron. h.*

k) (Grot.)

k) (Grot.) (VIM JUSQUE PARILES:) Ovidius:

Valet causa, causamque tuentibus armis.

ADDITIO.

„Sulon per *vim* intelligit imperium Magistratus, „quia inane foret jus, nisi superior aliquis esset, qui „*vi* homines repugnantes adigeret ad parendum legi„bus. De tali autem *vi* non loquuntur illi qui „jus esse dicunt *id quod validiori placuit*: Hi enim „nullum jus naturæ existere putant, sed omne jus „inter homines pacto demum hominum ortum es„se, eique causam dedisse statuunt *vim*, metum, & injuri„am: Atque huc quoque referri debet celebre illud pro„verbium, que le bon Dieu est pour les gros bataillons.

§. XX.

Neque tamen, [a] quamvis à vi destitutum, jus omni caret effectu: nam justitia [b] securitatem affert conscientiæ, injustitia tormenta ac laniatus, [c] quales in tyrannorum pectoribus describit [d] Plato: justitiam probat, injustitiam damnat [dd] proborum consensus: quod vero maximum est, [e] hæc Deum inimicum, illa faventem habet; [f] qui judicia sua ita post hanc vitam reservat, [g] ut sæpe eorum vim etiam in hac vita repræsentet; quod multis exemplis historiæ docent.

Author pergit hic refutare eos, qui jura ex violentia demum orta ajunt, indeque id jus dicunt, *quod validiori placuit*; Ait autem, effectum habiturum jus naturæ etsi ab omni *vi* destituatur: Jus enim illud tutum reddere in conscientia: consensu proborum acta justa probari, injusta damnari: & denique actiones justas a Deo præmiis ornari, injustas puniri.

„*a*) (QUAMVIS A VI DESTITUTUM) i. e. etsi ne„mo sit, qui executionem peragat. Si nimirum Prin„ceps subditis suis injuriam infert, (Princeps enim a „nemine cogi potest,) vel si *subditus* clam aliquid „contra jura admittit.

„*b*) (SECURITATEM AFFERT:) Qui enim juste „i. e. juxta Dei voluntatem agit, nec Dei, nec magi„stratus vindictam metuit.

c) (QUALES IN TYRANNORUM:) Exempla allegavi *in Disp. de vot. capt. mort. Sect. I. §. 12.* Huc pertinent exempla de Furiis Catilinæ. *Sueton. in Neron. c. 46.* Tiberii: *Tacit. ann. 6. 6.* Phocensium (qui aspectus Dei, cujus templum violaverant, insignibus, scil. lauro, fugiebant) *Just. L. 8. c. 2.* Orestis parricidæ. *Eurip. in Oreste*, Oedipi incestuosi. *Eurip. in Oedipo.* Neronis matricidæ. *Suet. in Neron. c. 46.* Caracallæ fratricidæ. *Herodian. in Carac.* Dionysii & Alexandri Phæræi. *Cic. 2. off. 7.* Constantii. *Amm. Marc. 16. 13.* Ludovici XI. *Commin. L. X.* Caroli IX. *Thuan. L. 57. &c.* Sane vultur ille Promethei, alligati ad Caucasum, nihil aliud denotat quam laniatus & tormenta. *Macrob. in somn. Scip. 1. c. 10.* Quos cruciatus egregie describit Cicero *pro Rosc. Amer. n. 24.* Atque hac ratione ipse Apostolus probat existentiam juris naturalis, *ad Rom. 2. v. 15.* gentes enim ex propria conscientia convinci ait.

„*d*) (PLATO) in *Georgia p. 357.* Conf. *Cic. 3. off. 2.* „*1. Quintil. 12. Inst. 1. Claud. in Rufin. 2. 504.* & „*Diogenes* apud *Stobaeum p. 188.* Adde *Gron. &* „*Tesm. h.*

„*dd*) (PROBORUM CONSENSUS:) i. e. bona proborum „virorum existimatio de illis qui justitiam colunt; quæ „existimatio insignem effectum in Republica habet. „*Dissert. Prooem. XII. §. 524.*

„*e*) (HÆC DEUM INIMICUM, ILLA FAVENTEM „HABET:) Deus enim, tanquam ens perfectissimum, „non potest non favere illis qui jussa ejus sequuntur, „odio autem habere illos qui voluntati ejus repu„gnant. *Vid. supra §. 11.*

„*f*) (QUI JUDICIA ITA POST HANC VITAM RE„SERVAT. &c.) Nam Author *supra §. 11.* asseruit „Deum sibi obedientibus præmia reddere, etiam æter„na, potuisse & voluisse: idque naturæ rationibus pro„bavimus *ibidem*.

„*g*) (UT SÆPE EORUM VIM ETIAM IN HAC VITA „REPRÆSENTET:) Equidem, supremum numen non „semper in præsenti vita jus suum exsequitur: Aliquan„do tamen omnipotentiæ simul, & vindictæ indicia no„bis ante oculos ponit, ex quibus constat, eum pœnas „quoque temporarias vitiosis imponere: Exempla ex„stant in ipso diluvio, in historia Pharaonis, deletione „populorum damnatorum, captivitate Babylonica. &c.

§. XXI.

Quod vero multi, quam à civibus exigunt justitiam, [a] eam in Populo, aut Populi Rectore insuper habeant, ejus erroris causa est, primum, [b] quod in jure nihil spectant, nisi utilitatem, quæ ex jure oritur, quæ evidens est in civibus, [c] qui singuli ad sui tutelam invalidi sunt: at magnæ civitates, [d] cum omnia in se complecti videantur, quæ ad vitam recte tuendam sunt necessaria, opus habere non videntur ea virtute [e] quæ foras spectat, & justitia appellatur.

Author refellit eos, qui privatos saltem juri naturæ obligari ajunt, Principes non item: & causam hujus erroris indicat, quod ita distinguentes utilitatem pro fundamento omnis juris ponant, qua singuli, utpote ad sui tutelam invalidi, omnino indigeant: non vero magnæ & potentes civitates.

His respondet Author, 1) falsum esse jura utilitatis causa constituta esse, 2) nullam esse tam validam civitatem quæ non aliorum ope indigeat, *§. 22.* Non enim 3) ullam societatem, ne prædonum quidem, subsistere posse sine jure, nedum igitur societatem generis humani. *§. 23.* 4) Idque authoritatibus Aristotelis & Pompeji confirmat. *§. 24.*

At, quod responderi debebat, omittit: scil. jus naturæ nihil aliud esse, quam jussum Dei, cui jussui Principes æque ac privati parere tenentur; hactenus enim omnes pares sunt, omnesque æque Deo subjecti; Imo magis juri naturæ obligantur Principes, quia illis cura, quin & executio juris illius commissa est.

„a) (EAM IN POPULO AUT POPULI RECTORE INSU-„PER HABEANT:) Quo pertinent Euphemius, Achil-„les, Antigonus &c. supra *§. 3.* recensiti.

„b) (QUOD IN JURE NIHIL SPECTENT PRÆTER „UTILITATEM:) Adeoque illud saltem justum di-„cant, quod utile est.

„c) (QUI SINGULI AD SUI TUTELAM INVALIDI „SUNT:) Atque ideo in rempublicam coiverunt, ut „sub communi præsidio tuti sint. *Vid. §. 19.*

„d) (CUM OMNIA IN SE COMPLECTI VIDEANTUR:) „Adeoque sibi ipsis sufficiant, nec aliorum ope „indigeant.

„e) (QUÆ FORAS SPECTAT, ET JUSTITIA APPEL-„LATUR:) Adeoque quæ solis civibus, utpote ad sui „tutelam invalidis, utilis est.

§. XXII.

Sed [a] ut ne repetam quod dixi, [b] jus non solius utilitatis causa comparatum; [c] nulla est tam valida civitas, quæ non aliquando aliorum, extra se, ope indigere possit, [d] vel ad commercia, [e] vel etiam ad arcendas multarum externarum gentium junctas inter se vires; unde etiam à potentissimis Populis & Regibus [f] fœdera appeti videmus, [g] quorum vis omnis tollitur ab his, [h] qui jus intra civitatis fines concludunt. Verissimum illud, [i] omnia incerta esse, simul à jure recessum est.

„a) (UT NE REPETAM QUOD DIXI) supra *§. 16. & „seq.*

„b) (JUS NON SOLIUS UTILITATIS CAUSA COMPA-„RATUM:) Quia, ex hypothesi Grotii, motus ad custo-„diendam societatem, etiam seposita omni utilitate, ma-„neret. Verior est responsio: voluntati divinæ paren-„dum esse a Principe æque ac a privato, sive utilitas „quædam inde in eos redundet, sive non.

„c) (NULLA EST TAM VALIDA CIVITAS:) Nulla „eo potentiæ devenit civitas, quæ aliorum ope non „indigeat: Imo, quo major respublica, eo pluribus „indiget ad propellendum a se pericula. Idque suo ex-„emplo docet Agamemnon apud *Senec. Troad. v. 260.* „& oratione sua inculcat Bochus apud *Sallust. Jugurth.* „*109.* Conf. *Curt. 7. 8. Sen. epist. 4. 29. & 105. Quint.* „*decl. 9. Seneca de ira c. 3. & Lib. 1. Benef. 13. Phædr.* „*1. 27. Thuan. lib. 34. p. m. 682.*

„d) (VEL AD COMMERCIA:) Non enim omnis fert „omnia tellus, unde necessarium Seneca inter homi-„nes, ait, esse commercium: *ep. 87.* Confer authori-„tates ab Authore allegatas. *L. 2. c. 2. §. 13. n. 5.* Ejus-„que *mare liberum cap. 1. & cap. 8.*

„e) (VEL ETIAM AD ARCENDAS.) Videsis quæ de „belli sociis diximus in *Dissert. Prooem. XII. §. 775.*

„f) (FOEDERA APPETI VIDEMUS:) Dato aliquando „stipendio: quod *subsides* vocare solent.

„g) (QUORUM VIS OMNIS TOLLITUR, &c.) Si enim „nullum jus esset extra civitatem, inter gentes con-„trahentes, nullum esset vinculum, quod eis necessi-„tatem imponeret, ut, cessante forte utilitate, pactis „starent: adeoque nulla ex fœderibus esset obligatio.

„h) (QUI JUS INTRA CIVITATIS FINIS CONCLU-„DUNT:) Adeoque qui jus tantum inter eos qui se ci-„vitati subjecerunt, non inter gentes ipsas obtinere „statuunt.

„i) (OMNIA INCERTA ESSE, SIMUL A JURE RECES-„SUM EST:) *Cic. Lib. XI. ep. 16.* nihil enim tunc meum, „nihil tuum dici potest, sed omnium in omnia jus est.

§. XXIII.

[a] Si nulla est communitas quæ sine jure conservari possit, [b] quod memorabili latronum exemplo probabat Aristoteles, [c] certe & illa, quæ genus humanum, aut populos complures, inter se colligat, jure indiget: quod ille vidit, qui dixit, [d] fœda ne patriæ quidem causa facienda esse. [e] Graviter eos accusat Aristoteles, qui, cum inter se neminem velint imperare nisi qui jus habeat, in exteros, quid jus, quid injustum sit, nihil curant.

„i) (11

„*a*) (SI NULLA EST COMMUNITAS QUÆ SINE „JURE SUBSISTERE POSSIT:) Qui ponit societatem, „necessario quoque ponit jus: si enim cuique socio„rum liberum esset alterum lædere, desineret esse so„cietas, quæ in unione & communione consistit. Un„de Aristoteles ait; *ubi amicitia, ibi jus est. Lib.* 8. „*Eth.* 11. Atque hinc veteres Philosophi ideo, quod „societatem inter omnes homines natura existere, etsi „erronee, putarent, etiam jus naturæ statuerunt: uti „appareat ex iis quæ tradita sunt *supra* §. 8.

„*b*) (GROT.) QUOD MEMORABILI EXEMPLO LATRONUM PROBABAT ARISTOTELES:) Chrysostomus in caput IV. ad Ephesios πῶς ἂν λῃσταὶ εἰρηνεύουσι, Φησὶ πότε εἰπέ μοι, πάντως ὅταν ὁ λῃστρικῷ τρόπῳ χρήσωνται, ἂν γὰρ ἐν αὐτοῖς οἷς ἂν διανέμειν ναι, μὴ τοὺς νόμους Φυλάξωσι τοὺς τοῦ δικαίου καὶ ἑκάστῳ ἀπονείμωσι τὸ δίκαιον, εὑρήσεις ἂν κἀκείνους ἐν πολέμοις καὶ μάχαις. *At qui fit ergo, dicet aliquis, ut in pace vivant latrones. Quando vero? dic quaso. Nempe cum non ut latrones agunt; nam si in dividendis rebus prascripta justitia non servent, neque partitionem ex aquis faciant, videbis & ipsos inter se bellis ac praliis implicari.* Plutarchus cum Pyrrhi recitasset dictum, regnum se ei liberorum suorum relinquere, cui acutissimus futurus esset gladius, dicit, hoc nihil aliud esse, quam quod in Phœnissis posuit Euripides.

Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε

Ut sanguinante dividant ferro domum.

additque acclamationem egregiam: οὕτως ἄμικτός ἐστι καὶ θηριώδης ἡ τῆς πλεονεξίας ὑπόθεσις. *Adeo insociabile ferinumque est propositum plus suo habendi.* Cicero epist. XI. 16. *omnia sunt incerta, cum a jure discessum est.* Polybius IV. καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν ῥαδιουργῶν καὶ κλεπτῶν Φῦλον τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται, τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήβδην διὰ τὰς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας. *Nam & privata coitiones facinorosorum ac furum hoc maxime modo everti solent, ubi inter sejus prastant, & in summa, ubi fides inter ipsos periit.*

ADDITIO.

„Cicero *Lib.* 2. *de off. c.* 11. ait: *tantam vim esse* „*justitia, ut ea etiam latronum opes confirmet atque* „*constituat*, & Augustinus *de Civ. Dei* 44. *Manus* „*ipsa latronum cum imperio Principis regitur, pacto* „*societatis adstringitur, placiti lege prada dividitur.* „*Vid. Tesm. b.* Legi meretur historia PiratæCompani „apud Oldenburgium *Thes. rerum publ. part.* 3. §. „129. *n.* 7. *pag.* 777.

„*c*) CERTE ET ILLA QUÆ GENUS HUMANUM &c. „AUT POPULOS PLURES INTER SE COLLIGAT, JURE „INDIGET: Diximus) natura talem societatem non „dari: *Vid. supra.* §. 6. adeoque frustra quæri, an ea sub„sistere possit sine jure: Dixi porro, etsi existeret talis „societas, paucissima tamen naturæ jura inde deduci pos„se. *Vid.* §. 8.

„*d*) (FOEDA NE PATRIÆ QUIDEM CAUSA FACIENDA ESSE:) Hoc non inde est, quia humana societas „indiget jure; sed quia Creatura jus non habet agendi „ea quæ foeda, i. e. præceptis Creatoris contraria sunt. „Unde ea quæ pietatem & verecundiam lædunt pro „impossibilibus habentur. *l.* 15. *ff. de. Condic. instit.*

e) (Grot.) (GRAVITER EOS ACCUSAT ARISTOTELES:) Et Plutarchus Agesilao: Λακεδαιμόνιοι τὴν πρώτην τοῦ καλοῦ μερίδα τῷ τῆς πατρίδος συμΦέροντι διδόντες, οὔτε μανθάνουσιν, οὔτε ἐπίστανται δίκαιον ἄλλο, πλὴν ᾧ τὴν Σπάρτην αὔξειν νομίζουσι: *Lacedamonii primam honesti partem ponentes in patria sua utilitate, jus aliud nec norunt, nec discunt, quam unde Spartam putent posse augeri.* De iisdem Lacedæmoniis Athenienses apud Thucydidem libro V. πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται. πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν ὡς προσΦέρονται, μάλιστ' ἂν δηλώσειεν ὅτι τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμΦέροντα δίκαια. *Quod ipsos inter se & civilia jura attinet, plurimum virtute utuntur; Quales vero sint adversus alios, multa adferri possint eo pertinentia, breviter autem rem exposuerit, qui dixerit, eis honesta videri, qua suavia sunt, justa qua utilia.*

ADDITIO.

„Author Spartanos hic accusat, qui quidem inter „se exacte jura servarent; at nihil non iniqui in exte„ros committere solebant, contra regulam, quod „tibi non vis fieri, alteri ne facias. Idem de Minoe „traditur, *Vid.* §. *seq. in fin.*

§. XXIV.

Is ipse, [a] quem nominavimus modò in partem alteram [b] Pompejus, quod Spartanus quidam Rex dixerat, beatissimam esse Rempublicam, cujus fines [c] hasta & gladio terminarentur, correxit, dicens, eam vere beatam esse, [d] quæ justitiam pro finibus haberet: quam ad rem alterius itidem Spartani regis uti potuit auctoritate, [e] qui militari fortitudini justitiam antepofuit, [f] hoc argumento, quod fortitudo justitia quadam regi deberet: at si justi essent homines omnes, fortitudine illa non indigerent. Ipsam fortitudinem Stoici [g] definiebant virtutem propugnantem pro æquitate. Themistius oratione ad Valentem facunde disserit, reges, [h] quales exigit sapientiæ regula, non unius sibi creditæ gentis habere rationem,

tionem, [i] sed totius humani generis; & esse, ut ipse loquitur, non [k] Φιλομακέδονας tantum aut [kk] Φιλορωμαίης, sed [l] Φιλανθρώπυς. [m] Minois [n] invisum apud posteros nomen non aliud fecit, [o] quam quod æquitatem imperii sui finibus terminaret.

„a) (QUEM NOMINAVIMUS MODO,) supra §. III.

„b) (POMPEJUS,) qui armatus leges se non cogitare „dixerat, *Vid. supr. §. 3. inf.*

„c) (HASTA ET GLADIO TERMINARENTUR:) i. e. quæ „in infinitum fines suos, jugo vicinis imposito, pro„ferre intendit.

„d) (QUÆ JUSTITIAM PRO FINIBUS HABET:) i. e. „quæ aliena non concupiscit, adeoque arma non „ad offensionem vicinorum, sed ad defensionem suo„rum finium adhibet.

e) (Grot.) (QUI MILITARI FORTITUDINI JUSTITIAM ANTEPOSUIT:) Agesilaus, cum Persarum regem *magnum* audiret appellare, *quomodo*, inquit, *major me est: nisi sit justior?* Est hoc apud Plutarchum.

f) (HOC ARGUMENTO:) quia scil. justitia sine fortitudine esse potest, non vero fortitudo sine justitia.

„g) (DEFINIEBANT VIRTUTEM PROPUGNANTEM „PRO ÆQUITATE:) adeoque si propugnatur id, quod „iniquum & injustum est, non est fortitudo.

„h) (QUALES EXIGIT SAPIENTIÆ REGULA:) i. e. „bonos & justos.

„i) (SED TOTIUS GENERIS HUMANI:) nam toti „humano generi reges ad certa officia obligantur, „quorum fundamentum est, jus *suum cuique tribuere.* „An vero ad officium illud pertineat punire delicta „contra jus gentium commissa, (quod Author statuit,) „latius examinabimus infra *l. 2. c. 20. §. 40. seq.*

„k) (Φιλομακέδονας) Amantes Macedonum *Gron. b.*

kk) (Φιλορωμαίης) Amantes Romanorum. *Gron. b.*

l) (Grot.) (Sed Φιλανθρώπυς) Optime M. Antonius πόλις καὶ πατρὶς ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ ὁ κόσμος. *Civitas & patria mihi ut Antonino Roma, ut homini mundus.* Porphyrius de non esu animantium III. ὁ λόγῳ ἀγόμενος καὶ πρὸς πολίτην τηρεῖ τὸ ἀβλαβὲς καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ξένυς καὶ πρὸς πάντας ανθρώπυς, ὁ τὴν αλογίαν ἔχων ὑπήκοον καὶ αὐτος παρ' ἐκείνυς λογικώτερος, διὰ τῦτο δὲ καὶ θειότερος. Qui ratione ducitur, innocentiam in cives servat, imo & peregrinos & homines quosvis, quanto ratione præstans, tanto divinior.

m) (Grot.) (MINOIS:) de quo versus est veteris poëtæ:

Καὶ νήσων δέρεσσι βαρὺ ζυγὸν ἔμβαλε Μίνως.
Insula cuncta jugo Minois pressa gemebat:

vide hac de re Cyrillum adversus Julianum libro VI.

ADDITIO.

„Minos, notante hic Tesmaro, fuit Rex & legisla„tor Cretensis, ideoque legifer vocatur ab *Ovidio* 3. „*Amor* 10. *v.* 41. A Gentibus pro Jovis & Europæ fi„lio reputatum, & leges a patre suo accepisse fertur: „*Vid. Homerus Odyss. 1. Pausan. Lacon. 5. lib.* 1. *Strabo* „*de situ orbis* 16. *Diodor. Sic.* 2. 1. *&* *L.* 6. *c.* 15. *Sueton.* „*Tib. 70.*

„n) (INVISUM APUD POSTEROS NOMEN:) Alii a „justitia nimium eum fuisse tradunt, tamæque virtutis, „ut dignus habitus sit, qui, juxta fabulas poetarum, jus „diceret apud inferos. *Cic. 1. Tusc. 5. inexorabiles ju„dices, Minos & Rhadamantus.* Lactantius *de divin.* „*Prooem. c. 22. judicare apud inferos Jovis filium tra„diderunt etc. Deum qui & mortalis fuerit; & justus* „*vel Minoem &c. vel Æacum vel Radamantum:* Alii e „contrario crudelem eum vocant, *uti Servius ad Virg.* „*6. an. 432. Plato & Homerus apud Tesm. h.*

„o) QUAM QUOD ÆQUITATEM IMPERII SUI FINI„BUS TERMINARET:) Quod ita explicat Gronovius: „ut justus tantum esset in Cretenses, injurius in exte„ros, quos sæpius bello lacessabat: quod ex crudeli „tributo Atheniensibus imposito apparet: *Vid. Gron.* „*h.* Idem de Spartanis observavit Grotius *§. prec. in f.*

§. XXV.

Tantum vero abest, ut admittendum sit, [a] quod quidam fingunt, in bello omnia jura cessare: [b] ut nec suscipi bellum debeat, nisi ad juris consecutionem, [c] nec susceptum geri, nisi intra juris ac fidei modum. Bene Demosthenes, bellum esse in eos dixit, [d] qui judiciis coërceri nequeunt. Judicia enim vigent [e] adversus eos, qui invalidiores se sentiunt; [f] in eos, qui pares se faciunt, aut putant, bella sumuntur; sed nimirum, [g] ut recta sint, [h] non minori religione exercenda, quam judicia exerceri solent.

Author supra allegavit Authores, qui in bello saltem omne jus exulare contendunt. His respondet 1) tantum id abesse, ut bella potius non nisi juris tuendi & recuperandi causa gerantur: indeque 2) suscepta bella non minori religione exercenda esse, ait, quam judicia: adeoque 3) inter arma silere saltem leges civiles, non naturæ. Idque authoritatibus probat. §. seq.

„a) (QUOD QUIDAM FINGUNT IN BELLO OMNIA „JURA CESSARE:) Judicium hoc tulere ab effectu bel„lorum, utpote quæ nunquam sine injuria aliqua ge„runtur. *Vid. L. 1. c. 2. § 9. l. 2. §. 9. l. 2. c. 24. §. 2. seq.*

„b) (NEC SUSCIPI BELLUM, NISI AD JURIS CONSE„CUTIONEM:) Hæc enim sola ratio bellorum est, ne„cessaria

„cessaria defensio: Ea cessante, non sunt bella sed latrocinia. *Vid. inf. l. 2. c. 1. §. 2. L. 3. c. 10. §. 3. c. 16. §. 1. L. 2. c. 1. §. 5. L. 2. c. 22. §. 3.*

„c) (NEC SUSCEPTUM GERI, NISI INTRA JURIS „ET FIDEI MODUM:) *Lib. 3. c. 3. §. 5.* Quando ex „principiis Grotii justum sit bellum jure naturæ, quando jure Gentium, explicavimus in *Diss. Prooem. IX. §. 162. seq. §. 163. seq. & §. 168.*

„d) (QUI JUDICIIS COERCERI NEQUIT:) i. e. qui „superiorem non habent, adeoque summa potestate „gaudent: tunc enim bellum est unicum medium tuendi juris nostri. Grotius alio sensu hæc verba Demosthenis sumit, quia alibi docet, bellum quoque „esse si is, qui jurisdictionem habet, arma ad coercendos subditos rebelles adhibere cogitur: At id verum non esse demonstrabimus ad *L. 1. c. 3. §. 4. n. 2.* „Add. *Differt. Prooem. IX. §. 166. n. 2. 3. & 4.*

„e) (ADVERSUS EOS, QUI INVALIDIORES SE SENTIUNT:) Rectius, adversus eos qui superiorem habent, „licet potentia pares sint vel prævaleant: uti si contra „subditos rebelles agitur: *Vid. Grot. d. c. 3. §. 4.*

„f) (IN EOS QUI PARES SE FACIUNT AUT PUTANT) Dixi, bella tantum esse in eos qui summam „potestatem habent, etsi nec potentia pares sint aggressori, nec tales se putent.

„g) (UT RECTA SINT,) i. e. ex justa causa gerantur.

„h) (NON MINORI RELIGIONE QUAM JUDICIA EXERCERI SOLENT:) Nam bellum quoque verum judicium est: sunt enim duæ ibi partes litigantes, læsus injuriæ reparationum petit, alter reparationem „negat, bello & præliis causa disceptatur; Deus judex „est, qui litem decidit per ultimam victoriam: atque „hic eventus est instar sententiæ. *Vid. Grot. l. 3. c. 8. per tot.* Hanno Carthaginensis apud *Liv. 21. 20. ait, id „de quo verbis dubitabatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli, velut aequus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.* Et Samnites *apud Liv. 8. 23. „Campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma „& communis Mars belli decernet.* Hinc Martem, „Deum, præsidem bellorum fecere Gentes. Vide supra §. 3. & infra *not. ad §. 27.*

§. XXVI.

Sileant ergo leges inter arma, [a] sed civiles illæ & judiciariæ & pacis propriæ, [b] non aliæ perpetuæ & omnibus temporibus accommodatæ. [c] Optime enim dictum est a Dione Prusæensi, inter hostes [d] scripta quidem jura, id est civilia, non valere, [e] at valere non scripta, id est ea quæ natura dictat, [f] aut gentium consensus constituit. Docet hoc vetus illa Romanorum formula: [g] *eas res puro pioque duello quærendas censeo.* Iidem veteres Romani, ut Varro notabat, [h] bella tarde & nulla licentia suscipiebant, [i] quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere. [k] Camillus juste non minus, quam fortiter, bella gerenda dicebat: Africanus, Populum Romanum & suscipere juste bella & finire. [l] Apud alium legas, *sunt & belli sicut & pacis jura.* [m] Alius Fabricium miratur ingentem virum, [n] & quod difficillimum est, in bello innocentem, & qui aliquid esse crederet & in hostem nefas.

Author ad illud *quod inter arma sileant leges,* respondet: intelligendum id esse de legibus civilibus: hæ enim inter arma omnino silent, non vero naturales.

„a) SED CIVILES ILLÆ ET JUDICIARIÆ ET PACIS PROPRIÆ:) Atque de his legibus civilibus loquuntur Ennius, Cæsar, Marius & Pompejus supra „§. 3. allegati. Quæstio enim ibi fuit de bello civili; „verum autem est inter cives armatos leges civiles „silere, at id non ex jure est, sed ex injuria.

„b) NON ALIÆ PERPETUÆ, ET OMNIBUS TEMPORIBUS ACCOMMODATÆ,) i. e. non leges naturæ.

„c) OPTIME ENIM DICTUM EST A DIONE PRUSÆENSI:) Postquam enim in *orat. 76. in pr.* consuetudinem definisset, *quod sit sententia utentium aliquid „communiter, quod non sit hominum inventum, sed vita ac temporis, quod semper obtineat, & in animis „nostris custodiatur:* ita pergit: *scriptarum legum nulla „valet in bello, consuetudines autem servantur apud „omnes, etiamsi ad extremam inimicitiam progrediantur:* Adeoque loquitur Dion de jure naturæ, atque „id opponit legibus civilibus seu scriptis, quod vel „exinde apparet, quia statim addit: *legem scriptam „transgredientes non manifeste a Diis puniri, sed eos, „qui consuetudinem transgrediuntur:* idque probat „exemplo violatorum legatorum. *d. or. p. m. 649.*

„d) (SCRIPTA QUIDEM JURA NON VALERE:) quia „inter hostes non est superior, qui jura statuere possit.

e) (Grot.) (AT VALERE NON SCRIPTA, I. E. EA QUÆ NATURA DICTAT:) Ideo Alfonsus Rex interrogatus plusne libris an armis deberet? dixit, ex libris se & arma, & armorum jura didicisse. Plutarchus εἰσὶ δὲ καὶ πολέμων ὅμως τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ τὸ νικᾶν οὐχ οὕτω διωκτέον, ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν καὶ ἀσεβῶν ἔργων χάριτας. *Sunt apud viros bonos quædam & belli jura, nec ita sectanda victoria est, ut non fugiatur utilitas ex pravis impiisque actionibus proveniens.*

„f) (AUT GENTIUM CONSENSUS CONSTITUIT:) probavimus in *Differt. Prooem. 1. §. 71. & seq.* Authorem paucissima jura naturæ ex suo Socialitatis principio deducere, sed plerumque ad *jus gentium voluntarium* in decisionibus causarum provocare; verum tale jus gentium secundarium non existit, neque Dion Prusæensis sub jure non scripto, jus, quod gentium consensus constituit, comprehendit: sed loquitur de consuetudine gentium, *qua animis nostris custoditur*, cujusque vindictam Deus sibi reservavit: adeoque de solo jure naturæ.

„g) (EAS RES PURO PIOQUE DUELLO QUÆRENDAS CENSEO:) Formula hac Feciales utebantur, ubi bellum indicebant. *Liv. 1. 32.* Eaque declarabant, bella non nisi ex justa causa ab iis suscipi, illudque seposita pietate & jure geri non posse.

„h) BELLA TARDE ET NULLA LICENTIA SUSCIPIEBANT:) De Justitia Romanorum in suscipiendis bellis late B. Parens differit in *Orat. An respubl. armis magis quam legibus conservetur. Add. inf. l. 3. c. 2. §. 4. & l. 2. c. 23. §. 4. item L. 2. c. 1. §. 1. ibique notata.*

„i) (QUOD BELLUM NULLUM NISI PIUM.) Adeoque cum justitia conjunctum.

„k) (CAMILLUS JUSTE NON MINUS:) Hæc leguntur apud *Livium* 5. 27.

„l) (APUD ALIUM:) imo verba quæ allegat Author ex eodem Livii loco desumta sunt. Plutarchus *in Camillo* eodem sensu ait, *sæva res bellum est, &c. sunt tamen belli leges.*

„m) (ALIUS FABRICIUM MIRATUR:) *Seneca ep.* 120.

„n) (ET QUOD DIFFICILLIMUM, IN BELLO INNOCENTEM:) quia omnia vi aguntur, & per milites jurium plerumque ignaros.

„o) (ET IN HOSTEM NEFAS.) *Vid. L. 2. c. 17. §. 19. l. 3. c. 11. §. 1. n. 1. & c. 19. §. 1. n. 1.*

§. XXVII.

Quantam vim habeat in bellis [a] justitiæ conscientia, [b] passim ostendunt historiarum scriptores, qui victoriam sæpe huic causæ præcipue adscribunt: Inde proverbia illa, frangi & attolli vires in milite a causa: raro eum sospitem redire, qui injusta arma sumserit: bonæ causæ spem adesse comitem; & alia in eum sensum. [c] Nec movere quenquam debent [d] prosperi successus iniquarum molitionum. [e] Satis enim est, quod causæ æquitas suam quandam, [f] eamque magnam, habet vim ad agendum, quanquam ea vis, [g] ut in rebus humanis accidit, [h] sæpe aliarum causarum oppositu ab effectu impeditur. [i] Etiam ad amicitias conciliandas, [k] quibus ut singuli, ita & populi, ad multas res opus habent, [l] multum valet opinio de bello non temere nec injuste suscepto, pieque gesto. Nemo enim iis se facile adjungit, quibus jus, fas, fidem vilia putat.

Author continuat idem argumentum, & jus aliquod belli existere probat ab effectu justitiæ causæ: Sane conscientia justæ causæ animat subditos, audaces reddit milites, & vicinos ac socios reddit faventes, quæ fiducia non vana nititur ratione. Etsi vero victoria plerumque sequi soleat justam causam, quia victoria est quasi sententia, qua lis deciditur a summo rerum arbitro, in cujus potestate est belli alea: ille tamen sententiam fert, victoriamque largitur, non semper ex jure præsentis negotii, sed juxta merita agentis: Eodem ferè modo quemadmodum dicit Tryphonius de deposito a prædone: *quod, si jus contractus inspicias, debeat depositum restitui prædoni, at si æquitatem totius negotii consideres, debeat restitui hoc depositum vero domino. Conf. l. 2. c. 10. §. 1. n. 4.* Sanè in causa belli duo sunt, justitia causæ præsentis, & qualitas seu justitia suscipientis bellum: Hinc in bello, si consilium divini Numinis inspiciamus, Deus illud judicium sæpe fert, non de causa belli tantum ob quam homines hoc susceperunt; sed de tota injustitia populi totius, vel de ejusdem innocentia. Ideo sæpius fieri potest, ut ei, qui in hoc bello justam habet causam, tamen propter alia peccata victoria denegetur: *Vid. Disp. de Jur. bell. & pac. regn. port. Sect. 3. art. 1. quæst. 3.*

a)(Grot.) (JUSTITIÆ CONSCIENTIA;) Bene apud Appianum Pompejus: *θαῤῥεῖν δὲ χρὴ τοῖς τε θεοῖς καὶ αὐτῷ τῷ λογισμῷ τοῦ πολέμου καλὴν καὶ δικαίαν ἔχοντι φιλοτιμίαν ὑπὲρ πατρίου πολιτείας. confidere oportet diis, & causa belli honesto justoque suscepti studio, ad tuendum patria statum.* Cassius apud eundem: *μεγίστη δὲ ἐλπὶς ἐν τοῖς πολέμοις ἐστὶ τὸ δίκαιον. In bellis spes optima est, causa jus.* Josephus XV. Antiquæ historiæ: *μεθ' ὧν τὸ δίκαιον, μετ' ὧν τὸ δίκαιον, μετ' ἐκείνων ὁ Θεός. Abs quo stat jus, ab eo Deus.* Multa sunt apud Procopium in hanc sententiam: ut in oratione Belisarii in itinere in Africam, ubi hoc inter cætera: *τὸ ἀνδρεῖον οὐκ οἶδε νικᾶν μὴ μετὰ τοῦ δικαίου ταττόμενον: Victoriam fortitudo datura non est, nisi justitiam habeat commilitem:* & in altera oratione ante prælium non longe a Carthagine: & in Longobardorum sermone ad Herulos, ubi hæc, sed correcta a nobis: *μαρτυράμενοι τὸν Θεὸν ὥσπερ τῆς ῥοπῆς καὶ βραχεῖά τις τὸ παράπαν ἡμᾶς πάσῃ τῇ ἀνθρώπων δυνάμει ἀντίξους ἔσται, αὐτὸν τε εἰκὸς ταῖς πολέμου αἰτίαις ἡγμένον, ἀμφοτέροις πρυτανεύσαι τῆς μάχης τὸ*

πέρας

πέρας. *Testamur Deum, cujus potentiæ vel minima particula omnem humanam vim æquiparat; is, ut credibile est, belli causas intuens, dabit debitum utriusque prælii exitum*, quod dictum eventus mox admirabilis comprobat. Sic & apud eundem Scriptorem ad Gothos Totilas: οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸν ἀδικοῦντα καὶ βιαζόμενον ἐν τοῖς ἀγῶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸν βίον ἑκάστου ἡ τοῦ πολέμου πρυτανεύεται τύχη. *Fieri nequit, nequit, inquam, fieri, ut qui violentia & injustitia utuntur, decus pugnando pariant, sed prout vita cuique est, ita ei obtingit belli fortuna.* Mox capta jam Roma alteram habet orationem Totilas, pertinentem eodem. Agathias vero libro II. ἀδικία γὰρ καὶ θεοῦ ἀθεραπευσία φευκτὰ μὲν ἀεὶ καὶ ἀσύμφορα, μάλιστα δὲ ἐν τῷ προσπολεμεῖν καὶ παρατάττεσθαι. *Injustitia & Dei neglectus vitanda semper & noxia, cum vero maxime, ubi res belli in acie cernitur.* Probat id alibi Darii, Xerxis, & Atheniensium in Sicilia illustribus exemplis. Vide, si libet, & Crispini orationem ad Aquilejenses apud Herodianum IIX. Apud Thucydidem libro VII. Lacedæmonii clades ad Pylum & alibi acceptas suæ culpæ acceptas ferunt, quod judicium provocati accipere recusaissent. Sed cum postea Athenienses multis editis improbis facinoribus judicium defugissent, spes inde meliorum successuum ad Lacedæmonios rediit.

b) (PASSIM OSTENDUNT HISTORIARUM SCRIPTORES:) Hoc illustris ille dux Samnitum mirifice agnovit: cum Samnites fœdere rupto bellum contra Romanos movissent, diffidit causæ & victoriæ, nec voluit confligere, nisi missis prius legatis qui offerrent Authores belli, dederent res captas, & bona Authorum: Cum Romani non acciperent, jam belli promtus est, & oratione habita ait: *Ne nihil hac legatione actum censeatis, expiatum est, quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit. &c. Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis, arbitris fœderis debeo? neminem, neque populum neque privatum fugio. &c. justum bellum est, Samnites, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis spes relinquitur: Proinde cum rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis, pro certo habere, hoc quod instat bellum ducibus ipsis Diis gesturos: Liv. l. 9. c. 1.* & in *c. 2.* ait: *hac non læta magis quam vera rationatum exercitum eduxisse.* Judas Maccabæus, milites animaturus ait: *invictum robur innocentiam esse. Joseph. Ant. L. 12. c. 10.* Mucianus ea ratione nutantem Vespasianum firmat contra Vitellium: *meliorem in bello, quam in pace causam habemus. Tac. 2. hist. 77.* Herodes in Oratione ad milites ait: *cum quibus justitia, cum iis Deus est: Joseph. ant. L. 15. c. 8.* Scythæ dehortantur Alexandrum demonstrata injuriæ pœna & calamitate. *Curt. 7. c. 9.* In Oratione Cæsaris ad Pompejum apud Lucanum ille ita loquitur:

Hæc fato, quæ teste probet, quis justius arma
Sumserit &c.

Hic vero ait:

Causa jubet melior superos sperare secundos

De bello Afrorum ait Justinus: *Uti eorum causa justior, ita fortuna superior fuit. L. 19. c. 1.* Scipio apud Livium Lib. 30. c. 30. ait: *vos lacessisse Dii testes sunt, qui & illius belli exitum secundum jus fasque dedere, & hujus dant & dabunt:* Alia exempla vide apud *Grot. in not. b. & l. 2. c. 26. §. 4. n. 6. item L. 2. c. 1. §. 1. n. 2. Add. Disp. nostra de arm. illic. §. 8. Disp. de justo præliorum exitu. per tot: Orat. an respubl. armis magis &c. pag. 35. & 37.*

„*c*) (NEC MOVERE QUENQUAM &c.) Argumentum „existentiæ juris naturalis in bellis, ab effectu justæ cau„sæ desumtum, labefactari inde videtur, quod sæpius „is qui justam causam defendit succumbat: Grotius „nihil aliud reponit, quam satis esse gerentem bella „in conscientia tutum esse, licet effectus non sequatur: „At verius est, Deum varias ob causas victoriam, etiam „injustum bellum gerenti, sæpius tribuere: Idque qua„tuor potissimum ex causis accidere potest: 1) Si bellum „absque Dei, ceu Judicis, reverentia, & absque agnitio„ne judicii susceptum est: hoc enim casu bellum geritur „non ut reparetur justitia, sed vindictæ causa; inde„que Deus non causæ controversæ judex, sed suæ „potius vindex erit: 2) Sæpius supremus bellorum ar„biter populi, pro quo stat justitia causæ, iniquita„tem castigat; ubi non ad justitiam præsentis belli re„spicit: quo pertinent bella contra Cananæos, contra „quos nullum fuit jus belli, sed Deus punire eos vo„luit, & executionem commisit Judæis. Sed & 3) te„mere sæpius suscipiuntur bella, v. g. si populus non „satis armis instructus, potentissimum hostem adoria„tur, quia enim Deus non immediate, sed per causas „medias agere solet, tentare divinum Numen videtur, „qui suscipit bellum, cui gerendo par non est. 4) Ali„quando non debita adhibetur diligentia: nam cum „naturâ primæ sint petentium partes, alteræ deinde „judicis, hujus non incipiunt esse vices, quam diu pe„tentes non suas implevere partes.

„Quæ compendio hic exhibita sunt, integra disser„tatione illustravit B. Parens, eamque inscripsit: *De „justo bellorum exitu:*

„*d*) (PROSPERI SUCCESSUS INIQUARUM MOLITIO„NUM:) Multi hinc ansam sumsere dubitandi de pro„videntia divina, quia temerarii bellorum suscepto„res plerumque victoriam reportare solent: quod „Deus, si curam haberet rerum humanarum, admit„tere non posset: Sed dubio huic satisfactum est in „jam allegata dissertatione.

„*e*) (SATIS ENIM EST:) Imo hæc responsio gene„ralis nimis est, adeoque non sufficit: non enim ex„plicat quænam sint illæ causæ, quæ vim illam agen„di ab effectu impediunt; Nos quatuor allegavimus „rationes, cur justissimæ causæ tristem sæpius habere „exitum soleant:

„*f*) (EAMQUE MAGNAM HABET VIM AD AGEN„DUM:) Scil. ratione propriæ conscientiæ, ratione „militum & subditorum, & denique ratione vicino„rum & sociorum.

„*g*) (UT IN REBUS HUMANIS ACCIDIT:) Sce„lera, quæ a summo rerum arbitro permittuntur, „non carent interim suo fructu in rebus humanis; „cum adhibeantur aut ad puniendos alios non minus „sceleratos, aut ad corrigendos qui extra virtutis vi„am prolapsi sunt, aut ad exigendum specimen exi„mium patientiæ aut constantiæ, ab his qui magnos in „virtute profectus fecere: Postremo & ipsi, quorum „ad tempus dissimulata videntur scelera, pœnas eorum „cum temporis usura solvere solent, ut de iis fiat, „quod Deus voluit, qui fecerunt, quod Deus noluit. „Sed & si opprimantur boni, cum sapientissimis viris

„ita colligendum est; cum Deus curet actiones humanas, justusque sit, & ita interim fiant, exspectandum „est aliquod post hanc vitam judicium, ne aut insignis improbitas sine pœna, aut magna virtus sine solatio præmioque maneat; quæ sunt verba *Grotii de ver. rel. Christ. l.* 1. *c.* 19. 20. *&* 21.

„*b*) (SÆPE ALIARUM CAUSARUM OPPOSITU AB EFFECTU IMPEDITUR,) Causas illas oppositas jam in „genere ex Grotio, speciatim ex dissertatione B. „Parentis exposuimus.

„*i*) (ETIAM AD AMICITIAS CONCILIANDAS:) Vicini enim & socii justæ magis causæ accedere, eamque defendere solent:

„*k*) (QUIBUS UT SINGULI, ITA ET POPULI, AD „MULTAS RES OPUS HABENT:) Hoc est quod Author *supr.* §. 22. dixit: nullam esse tam validam civitatem, quæ non aliquando aliorum extra se ope indigere possit.

„*l*) (MULTUM VALET OPINIO:) Tum apud eos, „qui justum bellum se gerere credunt; tum apud socios; tum apud medios. Agesilaus multum in eo se „consequi dicebat, quod Tissafernes perjurio suo & „homines suis rebus abalienaret, & Deos sibi iratos „redderet; se autem servata religione confirmare exercitum, cum animadverteret deorum numen secure secum, hominesque sibi conciliari amiciores, quod „his studere consuessent, quos servare fidem viderent. „*Corn. Nep. in Agesilao c.* 2. Et *Livius L.* 8. *c.* 39. ait: „*minime quidem mirum esse, si impio bello, & contra fœdus suscepto, infestioribus merito Diis quam hominibus nihil prospere agerent:*

„*m*) (NEMO ENIM ILLIS FACILE SE ADJUNGIT &c.) „Quid enim aliud à tali socio sibi promittere potest, „quam ut ab eo decipiatur, qui fidem fallere solet.

§. XXVIII.

Ego cum [a] ob eas, quas jam dixi, rationes compertissimum haberem, [b] esse aliquod inter populos jus commune, [c] quod & ad bella & in bellis valeret, cur de eo instituerem scriptionem, causas habui multas ac graves. Videbam per Christianum orbem vel barbaris gentibus pudendam bellandi licentiam: [d] levibus aut nullis de causis ad arma procurri, [e] quibus semel sumtis nullam jam divini, nullam humani juris reverentiam, plane quasi uno edicto ad omnia scelera emisso furore.

Sequitur hic altera pars Præfationis: postquam enim Author de existentia juris naturæ egit, ejusque principium, custodiam humanæ societatis rationi convenientem, posuit, refert hic causas, quæ ipsum ad scribendum hoc opus moverunt, & quarum præcipua fuit, abusus bellorum, & vastandi, prædandi, occidendi &c. licentia, quam gentes, præcipue Christianæ, invicem sumunt:

„*a*) (OB EAS, QUAS JAM DIXI, RATIONES:) Quarum compendium hoc est, 1) quia homines natura „feruntur ad societatem, societas autem sine jure subsistere nequit, 2) quia justitia securitatem affert conscientiis, 3) quia victoria præcipue adscribi solet justitiæ causæ:

„*b*) (ESSE ALIQUOD JUS INTER POPULOS COMMUNE:) Dari aliquod jus commune hominum demonstravimus *supra* §. 3. integrum systema proposuimus *in Dissert. Proœm. XII.*

„*c*) (QUOD ET AD BELLA ET IN BELLIS VALERET:) Prius ad justitiam causæ, posterius ad justitiam processus bellorum pertinet:

„*d*) (LEVIBUS AUT NULLIS OB CAUSIS:) Hinc „Author separatis capitibus hæc distinguit, quorum alterum injustas causas exhibet, alterum vero monita „continet, ne etiam ex justa causa, si levis sit, bellum „suscipiatur. *L.* 2. *c.* 22. *& c.* 24.

„*e*) (QUIBUS SEMEL SUMTIS, NULLA JAM DIVINI, &c.) De incommodis, quæ bellum sequi solent, „vide late *L.* 2. *c.* 24. §. 1. *&* 10. *& L.* 3. *c.* 3. §. 6. 3.

§. XXIX

Cujus immanitatis conspectu [a] multi homines minime mali eo venerunt, ut Christiano, [b] cujus disciplina in omnibus diligendis præcipue consistit, [c] omnia arma interdicerent: [d] ad quos accedere interdum videntur & Joannes Ferus & Erasmus nostras, viri pacis & Ecclesiasticæ & civilis amantissimi, sed eo, ut arbitror, consilio, quo solemus [e] quæ in unam partem exierunt, in alteram reflectere; ut in verum modum redeant. Verum hic ipse nimium contradicendi conatus sæpe adeo non proficit, [f] ut obsit etiam, quia deprehensum facile, quod in his nimium est, etiam aliis dictis intra verum stantibus auctoritatem detrahit. [g] Medicina ergo

ergo utrisque adhibenda fuit, tum ne nihil, tum ne omnia crederentur licere.

Mala quæ ex bello ſequuntur, alios pios homines induxerunt, ut omne bellum injuſtum declararent, ſaltem inter Chriſtianos; Conſ. *l. 1. c. 2. §. 9. n. 2.* ea intentione, ut Principes religioſiores redderent in ſuſcipiendis bellis: Recte hos rejicit Author, & ait, periculoſum id eſſe: quia dum omnem vindictam armatam prohibent, eoque injuriis impunitatem quandam concedunt, (idque contra naturæ inſtinctum & regulas,) Principes de aliis quoque juris Naturæ capitibus dubitare, & eorum veritatem in dubium vocare poſſent.

„*a*) (MULTI HOMINES MINIME MALI:) Quo in „numero præcipue ſunt Anabaptiſtæ, quorum argu„menta Author propoſuit, & ſimul refutavit. *L. 1. c. 2.* „*§. 7. & ſeq.*

„*b*) (CUJUS DISCIPLINA IN OMNIBUS HOMINIBUS „DILIGENDIS CONSISTIT:) adeoque etiam inimicis: „unde concludunt bella illicita eſſe, quia inimicis, „eos offendendo, bene non facimus; cui argumento „reſpondet. *d. l. 2. c. 2. §. 8. n. 9.*

c) (Grot.) (OMNIA ARMA INTERDICERENT:) Tertullianus de Reſurrectione carnis: *Gladius bene de bello cruentus & melior homicida.*

„*d*) (AD QUOS ACCEDERE QUANDOQUE VIDENTUR „ET JOHANNES FERUS, ET ERASMUS NOSTRAS:) Flore„bat Ferus temporibus Caroli V. & fuit ordinis mino„rum & Moguntiæ concionator: Eraſmus, Roteroda„mi natus, & morum & litterarum elegantia notiſſi„mus eſt: Utriusque verba cum cenſura ſua exhibet „Sixtus Senenſis *Bibl. Sanct. annot. 115. 116.* Conf. *Zigl.* „*b.* Alios ſcriptores Chriſtianos recenſet Author *d. l.* „*2. c. 2. §. 9.* illisque ſimul reſpondet.

„*e*) (QUÆ IN UNAM PARTEM EXIERUNT IN AL„TERAM REFLECTERE:) Quod explicat Seneca *7. Be*„*nef. 22. Quædam præcipimus ultra modum, ut ad* „*verum & ſuum redeant,*

„*f*) (UT OBSIT ETIAM:) Si enim tanti viri in re „tanti momenti ſemel falſi deprehenduntur, facile „denegabitur fides aliis eorum aſſertis; quæ res ſane „periculoſiſſima eſt. Bene igitur hic monet Gronovi„us, fas non eſſe ut per falſa & mendacia verum com„mendetur:

„*g*) (MEDICINA ERGO ADHIBENDA FUIT, TUM „NE NIHIL, TUM NE OMNIA CREDERENTUR ILLICITA:) „Hinc Author in ſequenti *Libro primo* probat bel„lum aliquod licitum eſſe; at non omnia licita eſſe „in bello, demonſtrat *Libro Tertio:* ubi diſtinguit ea quæ „licita ſunt ex *jure gentium voluntario* in bello publico „ſolenni, ab eis quæ licent *jure naturæ.* De priori licen„tia agit *L. 3. c. 1.* usque ad *c. 10.* de poſteriori vero „*L. 3. c. 10.* usque *ad c. 17.* Quod ſyſtema plenius exa„minavimus *in Diſſ. Prooem. IV.*

§. XXX.

Simul & jurisprudentiam, quam antehac in muneribus publicis, quanta potui integritate, exercui, nunc quod mihi [a] indigne è patria tot meis laboribus ornata ejecto reſtabat, privatæ deligentiæ ſtudio adjuvare volui. [b] Artis formam ei imponere multi antehac deſtinarunt, perfecit nemo: neque vero fieri poteſt, niſi, quod non ſatis curatum eſt hactenus, [c] ea, quæ ex conſtituto veniunt, à naturalibus recte ſeparentur; [d] nam naturalia, cum ſemper eadem ſint, facile poſſunt in artem colligi: [e] illa autem, quæ ex conſtituto veniunt, [f] cum & mutentur ſæpe, & alibi alia ſint, extra artem poſita ſunt, [g] ut aliæ rerum ſingularium perceptiones.

Alteram cauſam ſuſcepti operis Author affert, illuſtrationem juris Romani: Cum enim jus Romanum collectum ſit ex principiis juris naturæ & gentium, non melius juris ratio cognoſci poteſt, quam cognito ejus juris principio, unde originem ducit. Quod, an Author perfecerit, ſingulis locis examinabimus.

ADDITIO.

„Cicero juris Romani diſciplinam ex intima Philo„ſophia hauriendam tradit *in libr. 1. de leg. c. 39. & c. 40.* „& eos, qui aliter jus civile tradunt, non tam juſti„tiæ quam litigandi tradere vias ait. *dict. l. 1. c. 42.*

„*a*) (INDIGNI E PATRIA EJECTO:) Hiſtoriam „exhibet *Bayle*, voce, *Hugo Grotius:* quem locum præ„fationi noſtræ inſeruimus.

„*b*) (ARTIS FORMAM EI IMPONERE MULTI:) Ro„mani ICti de jure civili in artem redigendo admo„dum ſolliciti fuerunt. Craſſus pollicitus eſt ſe jus „civile, diffuſum & diſſipatum, in certa genera coactu„rum, & ad artem facile redacturum apud *Cic. L. 2.* „*de orat. c. 49.* Ipſe Cicero, methodum, quomodo „id fieri poſſit, exhibet his verbis: *Complectenda in* „*hac diſputatione* (de fonte legum & juris) *tota cau*„*ſa univerſi juris eſt ac legum: ut hoc, quod civile dici*„*mus, in parvum quendam & anguſtum locum conclu*„*datur natura. Natura enim juris nobis explican*„*da eſt, eaque ab hominibus repetenda natura: conſi*„*derandæ leges, tum hæc tractanda, quæ compoſita* „*ſunt:* Liber ejus de jure civili in artem redigendo, „citatur apud *Gell. N. A. L. 1. c. 22.* Cæſar quoque „jus civile ad modum redigere, atque ex immenſa dif„fuſaque legum copia, optima quæque & neceſſaria „in pauciſſimos conferre libros voluit. *Suet. in Cæſ.* „*c. 44.* Recentiorum ICtorum infinita extant Sche-

„mata de novo Codice conficiendo: Ipse B. Parens „incomparabile opus, quo jura Romana ex fonte suo „deducere voluit, morte præventus ad finem per„ducere non potuit: interim ex variis dissertationi„bus, *de jure pænitendi: de obligatione successoris ex „delicto defuncti: de directa probatione negativa: de „jure ejus quod facti est: de fundata in territoriis po„testate: &c.* satis apparet, quid præstiturus fuisset, „si per fata ultimam operi imponere manum licuis„set. Quamquam in hoc Commentario principia ge„neralia juris naturæ exposita invenies. Periculum „hujus rei ipse feci in Dissertatione proemiali XII, „& nova plane methodo, servato ordine juris Ro„mani, demonstravi, verum esse quod ICti Romani „dixere, jus civile collectum esse ex præceptis juris „naturæ & gentium.

„*c*) (EA QUÆ EX CONSTITUTO VENIUNT:) i. e. ex „jure gentium voluntario: At cum tale jus gentium „non dari toties dictum sit, *vid. §. 19.* frustra de ejus „separatione a juribus naturæ quæritur.

„*d*) (NAM NATURALIA CUM SEMPER EADEM „SINT, FACILE POSSUNT IN ARTEM COLLIGI:) Jus e„nim naturæ certis ac immotis constat principiis: „facile igitur demonstrari potest, an & quatenus le„ges civiles cum his principiis conveniant.* Atque „id perfecisse credimus in Systemate, quod propo„suimus in Dissertatione proemiali XII

e) (ILLA AUTEM QUÆ EX CONSTITUTO SUNT:) „i. e. quæ gentes, usu & necessitate exigente, inter se „constituerunt; vel quæ gentes ad imitationem vel „fortuito receperunt: *vide Diss. Proœm. IV.* Verum „frustra de *tali jure*, quod non existit, in artem redi„gendo quæritur. *vid. supr. §. 17.*

„*f*) (CUM ET MUTENTUR SÆPE ET ALIBI ALIA „SINT.) *vide Diss. proœm. IV. §.* 22. Inprimis hoc con„tingere ait in jure gentium arctiori. *ibid. §. 26.*

„*g*) (UT ALIÆ RERUM SINGULARUM PERCEPTIO„NES) quæ non cohærent, adeoque in ordinem redi„gi non possunt.

§. XXXI.

Quod si qui *a* veræ justitiæ sacerdotes naturalis & perpetuæ jurisprudentiæ partes tractandas susciperent *b*, semotis iis quæ ex voluntate libera ortum habent, *c* alius quidem de legibus, *d* alius de tributis, *e* alius de judicium officio, *f* alius de voluntatum conjectura, *g* alius de factorum facienda fide, *h* posset deinde ex omnibus partibus collectis corpus confici.

Proponit Autor modum, quo corpus aliquod componi possit juris naturæ, si singuli juris consulti partem disciplinæ tractandam susciperent; Verum minor a viro incomparabili tale consilium suppeditari; Non enim ex hujusmodi centonibus scientiæ compages, & ars juris existeret, sed male consuti & consarcinati opinionum diversarum panni; denique monstrum, non scientia juris naturæ.

„*a*) (VERÆ JUSTITIÆ SACERDOTES:) qui veram, „non simulatam Philosophiam affectant, eoque sacer„dotes justitiæ vocantur ab Ulpiano *in L. 1. pr. Just. „& jur.*

„*b*) (SEMOTIS IIS, QUÆ EX VOLUNTATE LIBERA „ORTUM HABENT: i. e. arbitrio legislatorum: addo, „& semotis iis quæ ficto juri gentium tribuuntur ab „Autore.

„*c*) (ALIUS QUIDEM DE LEGIBUS:) Nimirum, „qui leges statuere, & de quibus rebus statui possunt; „earumque effectu.

„*d*) (ALIUS DE TRIBUTIS) quis ea imponere, & „quibus ac ex quibus causis imponi possint.

„*e*) (ALIUS DE OFFICIO JUDICIUM:) Quod con„sistit in tuendo jure subditorum.

„*f*) (ALIUS DE VOLUNTATUM CONJECTURA:) i. e. „de testamentis & ultimis voluntatibus:

„*g*) (ALIUS DE FACTORUM FACIENDO FIDE:) „i. e. de probationibus.

„*h*) (POSSET DEINDE EX OMNIBUS:) Si omnes in „principiis consentirent, posset corpus tale ali„quando ex omnibus partibus collectis constitui, sed „cum in principiis nondum conveniant, conclusio„nes uniformes inde formari non poterunt. Facilior „longe methodus esset corpus tale colligendi, si ali„us materiam *de jure, justitia, & Legibus*: alius *jus „personarum* seu statum hominum: alius *jus rerum*: „alius *obligationes personarum*: alius *judicia* elabo„randa susciperet.

§. XXXII.

Nos certe, quam viam ineundam censeremus, reipsa potius, quàm verbis ostendimus in hoc opere, quod partem jurisprudentiæ *a* longe nobilissimam continet.

Recenset Autor *hic*, & *§§. seq.* ordinem, quem in suo tractatu observat, & contenta trium librorum, in quos opus suum dispescuit, refert. Ubi notandum 1.) Autorem fateri, se non omnes hujus disciplinæ partes tractare, sed saltem nobilissimam, scil. jus belli & pacis. 2) Totum tractatum niti falso principio, scil. custodia societatis humanæ: adeoque frustra in Autore quæri principia juris naturæ. 3) Autorem conclusiones, seu leges naturales, vix ex socialitate, sed *vel* ex jure naturæ laxiori, *vel* ex jure divino voluntario:

vel

vel ex jure gentium secundario, *vel* ex conjectura voluntatis deducere; eoque ipsas leges incertas reddere, deficiente quippe obligationis principio. 4) Autorem perpetuo confundere ea quæ *juris naturæ* sunt, cum eis. quæ sunt perfectionis seu virtutis; quæ ei *juris naturæ laxioris* DOMINE veniunt & quæ ratione obligationis toto cœlo differunt.

ADDITIO.

„Grotium ex jure naturæ laxiori nullam inter homines invicem obligationem nasci, sed hominem „Deo saltem inde teneri; adeoque hactenus a jure naturæ sociali differre, ipse quoque statuit. *vide supra §. 9.*

„a) (LONGE NOBILISSIMAM:) scil. jus gentium „publicum, seu jus belli & pacis.

§. XXXIII.

Primo enim libro [a] præfati de juris origine generalem examinavimus quæstionem, [b] sitne bellum aliquod justum? Deinde ad noscenda [c] publici privatique belli discrimina explicandam habuimus [d] vim ipsam Summi imperii, [e] qui eam populi, [f] qui reges solidam, [g] qui ex parte, [h] qui cum alienandi jure, [i] qui aliter habeant, [k] deinde & de subditorum in superiores officio dicendum fuit.

„a) (PRÆFATI DE JURIS ORIGINE:) Antequam „enim definit, *sitne bellum aliquod justum?* varias significationes *juris* præmittit: Ait enim *jus* sumi „*vel* pro attributo actionis, seu pro eo quod justum „est: *vel* pro qualitate morali personæ competenti ad „aliquid juste habendum vel agendum. *Vel* pro regula actuum moralium obligans ad id quod rectum est: „*Vid. l. 1. c. 1. §. 3. usque ad §. 11.*

„b) (SITNE BELLUM ALIQUOD JUSTUM.) Examinat hanc quæstionem in *L. 1. c. 2. per tot.*

„c) (PUBLICI PRIVATIQUE BELLI DISCRIMENA) „de quibus agit *Libr. 1. c. 3. §. 1. & §. 4.* Conf. *Diss. Prooem. IV. §. 21. §. 22. §. 40. §. 48.*

„d) (VIM IPSAM SUMMI IMPERII:) Quia sola summa potestas gerere bellum potest, de origine Imperii agit *dict. l. 1. c. 3. §. 5. n. 7. & §. 6.* Conf. *Dissert. Prooem. VIII. per tot.*

„e) (QUI EAM POPULI:) In statu scilicet populari. *L. 1. c. 3. §. 7. & 8.*

„f) (QUI REGES SOLIDAM:) In statu Regio *d. c. 3. §. 9. seq.*

„g) (QUI EX PARTA:) In statu mixto. *d. c. 3. §. 13. seq. & §. 17.*

„h) (QUI CUM ALIENANDI JURE:) Ejusmodi regna Author vocat patrimonialia. *d. c. 3. §. 11. n. 1. §. 12. seq.*

„i) (QUI ALITER:) i. e. jure usufructuario, non „pleno jure proprietatis. *d. §. 11. §. 13. & seq.*

„k) (DEINDE ET DE SUBDITORUM &C. OFFICIO.) „*Vid. l. 2. c. 4. & cap. 5. §. 4.*

§. XXXIV.

Liber secundus, [a] cum omnes causas ex quibus bellum oriri potest, exponendas sumserit, [b] quæ res communes sint, [c] quæ propriæ, [d] quod jus personis in personas, [e] quæ ex dominio nascatur obligatio, [f] quæ successionum regiarum norma, [g] quod jus veniat ex pacto aut contractu, [h] quæ fœderum, [i] quæ jurisiurandi tum privati tum publici vis [k] atque interpretatio, [l] quid ex damno dato debeatur, [m] quæ legatorum sanctimonia, [n] quale jus humandi mortuos, [o] quæ pœnarum natura, late exsequitur.

„a) (CUM OMNES CAUSAS EX QUIBUS BELLUM „ORIRI POTEST:) Grotius in genere observat, „quot actionum forensium sunt fontes, totidem esse „belli. *L. 2. c. 1. §. 2. n. 1.* Earumque capita recenset „*ibidem.*

„b) (QUÆ RES COMMUNES SINT.) *Vid. l. 2. c. 2.*

„c) (QUÆ RES PROPRIÆ:) *Vid. l. 2. c. 3. & 4.*

„d) (QUOD JUS IN PERSONAS) *Vid. L. 2. c. 5.*

„e) (QUÆ EX DOMINIO NASCATUR OBLIGATIO:) „*Vid. L. 2. c. 6. 8. 9. & 10.*

„f) (QUÆ SUCCESSIONUM REGIARUM NORMA) „*Vid. L. 2. c. 7.*

„g) (QUOD JUS VENIAT EX PACTO SEU CONTRACTU:) *Vid. L. 2. c. 11. 12. & 14.*

„h) (QUÆ FOEDERUM:) *Vid. L. 2. c. 15.*

„i) (QUÆ JURISJURANDI:) *Vid. L. 2. c. 13. & 14.*

„k) (ATQUE INTERPRETATIO:) *Vid. l. 2. c. 16.*

„l) (QUID EX DAMNO DATO:) *Vid. l. 2. c. 17.*

„m) (QUÆ LEGATORUM SANCTIMONIA:) *Vid. l. 2. c. 18.*

„n) (QUALE JUS HUMANDI MORTUOS:) *Vid. L. 2. c. 19.*

„o) (QUÆ POENARUM NATURA:) *Vid. L. 1. c. 20. & 21.*

§. XXXV.

Tertius liber [a] primum subiectam sibi habens materiam id quod in bello licet, [b] cum id, quod impune fit, aut etiam apud populos exteros

pro jure defenditur, ab eo quod vitio caret distinxisset, [c] descendit ad pacis genera [d] & omnes bellicas conventiones.

„a) (PRIMUM SUBJECTAM SIBI HABENS MATE„RIAM, ID QUOD IN BELLO LICET;) *Vid. l.* 3. *c.* „1. *usque ad c.* 20

„b) (CUM ID QUOD IMPUNE FIT, AUT ETIAM „APUD POPULOS EXTEROS PRO JURE DEFENDITUR, „AB EO QUOD VITIO CARET DISTINXISSET:) Au„thor enim angustis admodum finibus circumscribit „licentiam bellorum: & statuit in hostem *jure natu„ra* nihil licere, nisi bellum geratur ex justa causa, „& intra modum debiti ac pœnæ: Atque hoc solum „bellum *vitio carere* ait: At porro statuit, gentes com„muni aliquo consensu inter se constituisse, ut in bel„lo publico solenni (i. e. quod inter duas summas po„testates geritur, & indictum est,) licite bellum geri „etiam ex injusta causa, & hostis lædi possit in infini„tum, ac ultra modum debiti ac pœnæ: Effectum au„tem hujus juris gentium esse ait, (*a*) ut bellum ge„rens apud alias gentes non possit tamquam fur & la„tro puniri, sed impunis fit; (*b*) ut possessio & domini„um, quod hostis in res & personas hostis acquirit, apud „exteros per judicia defendatur; At hos effectus „non carere vitio, nec hoc jus gentium ex omni par„te justum esse ait: Vid. supra *in not. ad* §. 17. & in„fra §. 41. Quæ principia late exposuimus & refuta„vimus in *Dissert. Prooem. IV*.

„c) (DESCENDIT AD PACIS GENERA.) *Vid. l.* 3. *c.* 20.

„d) (ET OMNES BELLICAS CONVENTIONES:) Tum „quæ a summa potestate contrahuntur: *L.* 3. *c.* 21. tum „quæ a minoribus potestatibus: *l.* 3. *c.* 22. tum quæ a „privatis, *l.* 3. *c.* 23. sive expresse sive tacite. *l.* 3. *c.* 24.

§. XXXVI.

Eo autem maius visum est pretium operæ, quod, ut dixi, [a] totum hoc argumentum tractavit nemo, [b] & qui tractarunt partes, ita tractarunt [c] ut multum reliquerint alienæ industriæ. Verum Philosophorum nihil exstat huius generis; neque Græcorum, quos inter Aristoteles librum fecerat, cui nomen [d] δικαιώματα πολέμων, neque eorum, [e] qui Christianismo recenti nomen dederunt, quod valde optandum fuerat: etiam [f] Romanorum veterum libri de iure feciali nihil ad nos sui, præter nomen transmiserunt. Hi qui summas fecerunt [g] casuum, quos vocant, conscientiæ, ut de aliis rebus, ita & de bello, de promissis, de iuramento, de repressaliis [h] capita fecerunt.

Author hic repetit, argumentum hoc a nemine adhuc tractatum esse, nec a gentili nec a Christiano: ubi dolet jacturam libri Aristotelis, cui nomen *jura bellorum:* & Scriptorum Romanorum *de jure feciali* §. 36. Equidem noviores quosdam, præcipue Theologos, de jure belli scripsisse ait, sed parcissime, §. 37.; ubi commendat Fabri Semestria: Alberici Gentilis, Angli, tractatum de jure belli: Balthazaris Ayalæ, apud Belgas exercitus regii supremi juridici, librum ejusdem argumenti. §. 38.

„a) (TOTUM HOC ARGUMENTUM:) Nimirum jus „illud, quod inter populos plures, aut populorum re„ctores intercedit: idem enim jam monuit *supra* §. 1.

„b) (ET QUI TRACTARUNT PARTES:) Ut Ayala, „Gentilis, &c. de quibus §. seq.

„c) (UT MULTUM RELIQUERINT ALIENA INDU„STRIÆ,) Nemo enim veterum scriptorum, si *Wink„lerum* excipias, & *Hemmingium*, principium juris „naturæ posuit, ac certas conclusiones exinde dedu„xit; sed omnes, casus saltem aliquos decidunt, ra„tionibus tum ex jure civili & Canonico, tum ex Sa„cra scriptura, tum ex Ethicis, tum ex authoritati„bus Doctorum desumtis; adeo ut parum subsidii in „conscribendo systemate exinde peti possit.

„d) (Δικαιώματα πολέμων.) Jura bellorum.

„e) (QUI CHRISTIANISMO RECENTI:) Intelligit pa„tres ecclesiæ primitivæ:

„f) (ROMANORUM VETERUM LIBRI DE JURE FE„CIALI:) Cicero enim ait: *belli æquitatem sanctissimo „populi Romani jure perscriptam esse, lib. 1. de off. 11.* De „authoritate & moribus fecialium *vid. inf. L.* 2. *c.* 23. „§. 4. & 8. *Adde Alex. ab Alex. Gen. diss.* 5. 3. *ibique „Tiraquellum.*

„g) (CASUUM, QUOS VOCANT CONSCIENTIÆ:) Vul„go Casuistæ dicti.

„h) (CAPITA FECERUNT:) Non vero universim „ac certo ordine tractarunt: *supr.* §. 1.

§. XXXVII

Vidi & speciales libros de belli jure, [a] partim à Theologis scriptos, ut [b] à Francisco Victoria, [c] Henrico Gorichemo, [d] Wilhelmo Matthæi; partim à doctoribus juris, ut [e] Joanne Lupo, [f] Francisco Ario, [g] Joanne de Lignano, [h] Martino Laudensi: sed hi omnes de uberrimo argumento [i] paucissima

cissima dixerunt, & ita plerique, ut sine ordine quæ naturalis sunt juris, quæ divini, quæ gentium, quæ civilis, quæ ex canonibus veniunt, permiscerent atque confunderent.

„a) (PARTIM A THEOLOGIS SCRIPTOS:) qui rationes ex Sacra Scriptura, vel ex Ethicis, vel ex Canonibus sumerunt, non ex naturæ principiis.

„b) (UT A FRANISCO VICTORIA) In libro quem *Relectiones morales* inscribit, in primo enim tomo, Relectione VI. tractat caput *de Indis, sive de jure belli Hispanorum in Barbaros.*

„c) (HENRICO GORICHEMO) Cujus liber inscribitur, *propositionum de puella militari, libri duo.* Sed nihil in paucis his pagellis continetur quod ad jura belli pertineat.

„d) (GROT.) (WILHELMO MATTHÆI) Adde his Johannem de Carthagena editum Romæ anno cIↄ Iↄ CIX. & plures ex Tractatu Tractatuum Juris. Tom. XVI.

ADDITIO.

„Titulus hujus libri est, *Propugnaculum catholicum, de jure belli Romani pontificii adversus Ecclesia jura violantes.* 1609. Vitam hujus Theologi vide in Lexico universali magno, voce *Carthagena:*

„e) (JOHANNE LUPO,) Scripsit hic librum, *de bello & bellatoribus:* qui tractatus non exstat inter opera ejus an. 1616. impressa: sed in Tractatu Tractatuum Tomo XVI. Sed & præterea alia juris gentium capita illustravit, librum enim publici juris fecit *de confœderatione Principum:* item *de obtentione & retentione regni Navarra:* Exstat quoque tractatus Hispanico idiomate scriptus *Tractado de essuerco bellico heroico.*

„f) (FRANCISCO ARIO,) Liber inscribitur *de bello & ejus justitia:* & continetur in Tractatu tractatuum Tom. XVI. p. 325. Author ille non Arius vocatur, sed Arias.

„g) (JOHANNE DE LIGNANO) Præter librum *de bello*, etiam publici juris fecit librum *de amicitia* & *de duello vid. Catal. biblioth. francof. voce Lignano:* Vitam ejus recenset Pancirollus, de claris legum interpretibus *l. 3. c. 25.* & Marcus Mantua, *epit. illustr. vir. n. 167.*

„h) (MARTINO LAUDENSI) Martinus de Caratis, Laudensis, Sapiæ & Senis jurisprudentiam docuit, ac maxime floruit ab an. 1438. ad an. 1445. *Marc. Mantua epit. ill. vir. n. 188.* Liber cujus Autor mentionem facit, *de bello* inscribitur: Præterea *de represaliis, de confœderatione, pace & conventione Principum, de legatis principum, de milite, de Principibus*, scripsit. *Vid. Catalog. biblioth. francof.* Voce *Laudensis:* His adde porro *Petrinum Bellum*, qui itidem tractatum scripsit *de re militari.* Nec non *Parisium a Puteo, de re militari.* Ac denique Claudium Cotereum, *de jure & privilegio militum;* ubi multa de justitia belli, de captis, de postliminio, de repressaliis invenies. Exstant autem illi Autores in *Tract. Tract. Tom. XVI.*

„i) (PAUCISSIMA DIXERUNT:) Omnino igitur illustri Grotio hoc tribuendum, quod primus (si Winklerum exceperis, *Vid. Diss. prooem. XI. §. 13.*) fuerit, qui universum Jus Naturæ ex principiis deduxit, illudque in artem redegit. Licet vero in ipso principio juris cum eo non conveniamus, singula tamen jura egregiis adstruxit rationibus, illaque exemplis ac consensu gentium firmavit, adeo, ut difficile non fuerit ejus interpretibus, quæ desunt, supplere: Opus igitur hoc ob conatum viri, ob styli elegantiam, & ob eruditionis ubertatem satis commendari nequit.

§. XXXIIX.

Quod his omnibus maxime defuit, [a] historiarum lucem, supplere aggressi sunt eruditissimus [b] Faber in Semestrium capitibus nonnullis, sed pro instituti sui modo, & testimoniis tantum allatis diffusus; [c] & ut ad definitiones aliquas exemplorum congeriem referrent, [d] Balthazar Ayla & plus eo [e] Albericus Gentilis: cujus diligentia, sicut alios adjuvari posse scio, & me adjutum profiteor; [f] ita quid in docendi genere, [g] quid in ordine, [h] quid in distinguendis quæstionibus, [i] jurisque diversi generibus desiderari in eo possit, lectoribus judicium relinquo. [k] Illud tantum dicam, solere eum sæpe in controversiis definiendis sequi aut exempla pauca non semper probanda, aut etiam auctoritatem novorum Jurisconsultorum in Responsis, quorum non pauca ad gratiam consulentium, non ad æqui bonique naturam, sunt composita. Causas, unde bellum justum aut injustum dicitur, [l] Ayala non attigit; [m] Gentilis summa quædam genera, quo ipsi visum est modo, delineavit; [n] multos vero & nobilium & frequentium controversiarum locos ne attigit quidem.

 a) HISTO-

,,a) (HISTORIARUM LUCEM:) unde consensus gentium elicitur, qui in moralibus magnæ est autoritatis. *vid. L. 1. c. 1. §. 13.*

,,b) (FABER,) Senatus Tolosani præses: Is enim ,,in *Libro primo* semestrium *cap.* 7. de fœderibus, & ,,de jure Gentium: in *cap.* 8. de pœnis civitatum & ,,quibus modis civitates desinunt, egregia affert: In ,,*libro secundo* tractat de jure naturali & gentium, & ,,de juribus quæ inde sequuntur, in *cap.* 1. & 2. De Servis & bello quæsitis in *cap.* 3. De jure belli *cap.* 4. singulaque capita exemplis firmat.

,,c) (ET UT AD DEFINITIONES ALIQUAS EXEMPLORUM CONGERIEM REFERRENT &c.) Ita enim ,,AYALA paucas saltem definitiones proposuit, nimirum *de bello justo: de pignorationibus: de bello captis: de fide hosti servanda: de foederibus & induciis: de jure legatorum. &c.* Reliqua omnia pertinent ad ,,disciplinam militarem, vel politicas spectant rationes. GENTILIS plures quidem definitiones posuit, ,,sed nihil ex certo juris naturæ principio deduxit, ,,& definitiones in bellorum causis exemplis saltem ,,illustravit.

,,d) (BALTHASAR AYALA:) Exercitus regii apud ,,Belgas supremi Juridici; tractatum suum inscripsit ,,*de jure & officiis bellicis in disciplina militari.*

,,e) (ALBERICUS GENTILIS:) Professor Oxfordiensis: cujus vitam vide apud *Bayle* voce *Gentilis.* ,,hie tres libros *de jure belli* scripsit: & tres *de legationibus:* aliumque *de vi civium in regem semper injusta:*

,,f) (ITA QUID IN DOCENDI GENERE:) Author ,,enim non tantum jura belli, sed & jura pacis tractavit, & causas ex quibus bellum geri possit, exposuit, fontesque juris quod cuique tum ex statu hominum, tum ex jure rerum, tum ex obligatione personæ, competit demonstravit. Cum prædicti Scriptores paucissima saltem capita belli tractaverint.

,,g) (QUID IN ORDINE:) Autor juris naturæ ,,principium *primo* ponit; *deinde* de personis agit, quæ ,,habent jus belli gerendi; eaque occasione jus imperii explicat; Porro causas ex quibus bellum oriri potest tractat, (quo refert jus quod homines habent in ,,personas, & res, nec non ex obligatione personæ;) & ,,*tandem* exhibet remedia, quæ pro vindicando jure ,,naturæ dantur, quæ sunt pœna & bellum, bellum autem finitur per pacem: E contrario in allegatis ,,Authoribus omnia absque ordine confuse admodum, ,,& potioribus capitibus omissis, tractata invenies.

,,h) (QUID IN DISTINGUENDIS QUÆSTIONIBUS:) ,,Author in singulis capitibus, positis prius principiis, ,,quæstiones obvenientes separatim & distincte proponit; cum illi auctores tumultuarie admodum generalia saltem capita belli proponant, quæstiones ,,autem non distinguant.

,,i) (JURIS DIVERSI GENERIBUS:) Author in docendo jure naturali quatuor jurium genera adhibet: 1) ,,Jus sociale, 2.) Jus naturæ laxius, 3.) jus voluntarium ,,divinum universale, 4) jus voluntarium humanum ,,universale: *Vid. supr. §. 8. 9. 12. 17.* & *inf. L. 1. c. 1. §. 3. 4. 13. & seq.* Quæ jurium genera explicavimus in ,,*Dissert. Prooem. I. II. III. IV.* Nos *unum* saltem *jus* ,,*universale* agnoscimus, quod intuitu Dei & intuitu hominum obligationem producit. Adeoque hactenus potius cum prædictis Scriptoribus sentimus, qui unum ,,saltem jus naturale seu gentium agnoscunt. Vid. ,,*Ayala de jure & offic. belli in præfat. L. 1. c. 2. n. 6. 9. 2. 1.* & *Albr. gentilis de jure belli L. 1. c. 1.*

,,k) (ILLUD TANTUM DICAM:) Author merito notat *Albricum gentilem*, quod in decidendis belli controversiis, aut exempla parum probata, aut responsa & consilia JCtorum sequatur: cum ex naturæ rationibus jura gentium demonstrari debeant.

,,l) (AYALA NON ATTIGIT:) Equidem *Ayala* ,,*in dict. tract. L. 1. c. 2. n. 11. seq.* justas belli causas recenset; at cur justæ sint, rationem non addit:

,,m) (GENTILIS SUMMA QUÆDAM GENERA:) ,,Gentilis distinguit inter justas causas efficientes & ,,materiales, hasque facit vel divinas, vel naturales, ,,vel alias hominum: *Albr. Gent. de jur. bel. L. 1. c. 7. 8.* 12. 19. & 20.

,,n) (MULTOS VERO ET NOBILIUM ET FREQUENTIUM CONTROVERSIARUM LOCOS:) Jus enim quod ,,competit hominibus in res & personas, i. e. quod oritur ex obligatione personæ, & ex dominio, quodque ,,totum Authoris librum secundum occupat, ac in explicatione juris naturæ præcipuum est, vix attigit.

§. XXXIX.

Nos, [a] ne quid tale indictum abiret, operam dedimus, [b] indicatis etiam dijudicationum fontibus, [c] unde facile esset, etiam si quid omissum a nobis esset, definire. Superest, ut quibus ego auxiliis & qua cura hanc rem aggressus sim, breviter exponam. Primum mihi cura hæc fuit, ut eorum, quæ ad jus naturæ pertinent, [d] probationes referrem ad notiones quasdam tam certas, ut eas nemo negare possit, nisi sibi vim inferat. [e] Principia enim ejus juris, si modo animum recte advertas, per se patent, atque evidentia sunt ferme ad modum eorum, quæ sensibus externis percipimus; qui & ipsi [f] bene conformatis sentiendi instrumentis, [g] & si cætera necessaria adsint, non fallunt. Ideo in Phœnissis [h] Euripides sic loquentem facit Polynicen, cujus aperte justam vult fuisse causam:

Hæc

Hæc ſum præfatus, mater haud ambagibus
Implicita; ſed qui regulis æqui & boni
Suffulta [i] *rudibus pariter & doctis patent.*

[k] Statimque addit chori (conſtat is autem [l] ex fœminis, iisque barbaris) judicium, dicta approbantis.

Author hic declarat qua cura aggreſſus ſit hanc diſciplinam: Præcipue autem ſibi curæ fuiſſe ait, ut certas & a nemine negatas rationes poneret, ex quibus ſingula jura naturæ neceſſario ſequantur: quia principia certa & indubitata eſſe debent:

„a) (NE QUID TALE INDICTUM ABIRET:) Nam „notavit §. *prec.* Ayalam cauſas, unde bellum juſtum „aut injuſtum dicatur, non attigiſſe, Gentilem autem „multas nobiles & frequentes controverſias non atti„giſſe: utrumque curæ ſibi fuiſſe ait.

„b) (INDICATIS ETIAM DIJUDICATIONUM FON„TIBUS:) Quam parum illi fontes ſufficiant, vidimus „*ad §. 8. & 9.*

„c) (UNDE FACILE eſſet:) Diximus *ad §. 8. & 9.* ex „fontibus illis nullam ſequi obligationem, & ſi ſe„queretur, non omnia jura naturæ inde deduci poſſe:

„d) (PROBATIONES REFERREM AD NOTAS TAM „CERTAS, UT EAS NEMO NEGARE POSSIT, NISI SIBI „VIM INFERAT:) Notiones hæ (i.e. innatæ intelligen„tiæ quæ in animum ſimiliter imponuntur omnibus „*Cic. l.* 1. *Leg.* 10. vid. *Gron. 60.*) conſiſtunt (*a*) in „appetitu ſociali, (*b*) in judicio recte conformato ad „diſcernendum ea quæ delectant aut nocent: Lectoris „judicio jam relinquo, an hæ notiones adeo certæ „ſint, ut nemo eas negare poſſit, & ſi quoque certæ „eſſent, an omnia, quæ ad jus naturæ pertinent, inde „probari poſſint. Sæpius jam monuimus, præprimis in „*Differt. Prooem.* 1. non exiſtere *appetitum ſocialem*, „quo totum humanum genus ad jurium communio„nem feratur; adeoque fruſtra jus inde deduci. Pro„bavimus porro, pauciſſima naturæ jura (poſita etiam „*ſocialitate*) ex ea fluere. Sed & porro demonſtravi„mus in *Diſſ. proem. II.* nec ex *judicio illo recte con*„*formato* jus naturæ inferri, nec virtutum regulas in„de ſequi.

„e) (PRINCIPIA ENIM EJUS JURIS, SI MODO ANI„MUM RECTE AVERTAS, PER SE PATENT ATQUE EVI„DENTIA SUNT, FERME ADMODUM EORUM, QUÆ SEN„SIBUS EXTERNIS PERCIPIMUS;) Mens Autoris hæc eſt: „uti ſenſus externi non fallunt, ſi inſtrumenta ſenti„endi bene conformata adſint, ita ait, notiones in„natas nos non fallere, ſi animum recte advertamus: „Equidem in theſi hoc verum eſt: jura naturæ, (quæ „nihil aliud ſunt) quam juſtæ rationis concluſiones, „per ſe patent; at negamus illa patere ex appetitu „ſociali, ac judicio recte conformato ad diſcernen„dum ea quæ delectant aut nocent: quod in allega„tis diſſertationibus plenius demonſtravimus.

„f) (BENE CONFORMATIS SENTIENDI INSTRUMEN„TIS.) Intelligit organa ad ſentiendum vel percipien„dum rite diſpoſita.

„g) (ET SI CÆTERA NECESSARIA ADSINT) nimi„rum ætas, mens ſana, &c.

„h) (EURIPIDES) in Phœniſſ. *p. m. 472.*

i) (Grot.) RUDIBUS PARITER ET DOCTIS PATENT) Idem Euripides Andromacham Hermione dicenti:

οὐ βαρβάρων νόμοισιν οἰκοῦμεν πόλιν.

Non barbarorum more in urbe hac vivitur.

reſpondentem facit:

Κἀκεῖ τάγ' αἰσχρὰ, κἀνθάδ' αἰσχύνην ἔχει.

Quæ turpia illis, hic quoque haut culpa vacant.

ADDITIO.

„ Ex aſſerto Polenieis quidem conſtat, jura natu„ræ doctis pariter ac indoctis innoteſcere: ſed non ait, „jura illa fluere ex affectu ſociali, & ex judicio diſcer„nendi ea quæ delectant & nocent:

„k) (STATIMQUE ADDIT CHORI &c.) verba chori „hæc ſunt:

„ Mihi quidem, etiamſi non in Græcia
„Simus educatæ, videntur tamen prudenter dicere.

„l) (EX FOEMINIS, IISQUE BARBARIS) Tyriis, „Phœniſſis; & quo ipſo innuit, etiam ſequiorem ſexum, „& tum vita cultiore, tum liberali inſtitutione caren„tes ea facile aſſequi *Gron. h.*

§. XL.

Uſus ſum etiam ad juris hujus probationem [a] teſtimoniis Philoſophorum, Hiſtoricorum, Poëtarum, poſtremo & Oratorum: non quod illis indiſcrete credendum ſit, [b] ſolent enim ſectæ, argumento, cauſæ ſervire: ſed quod, ubi multi diverſis temporibus ac locis idem pro certo affirmant, [c] id ad cauſam univerſalem referri debeat: quæ [d] in noſtris quæſtionibus alia eſſe non poteſt, quam [e] aut recta illatio [f] ex naturæ principiis procedens, [ff] aut communis aliquis conſenſus, [g] illa [h] jus naturæ indicat, [i] hic [k] jus gentium: [l] quorum diſcrimen non quidem ex ipſis teſtimoniis, [m] (paſſim enim ſcriptores voces juris naturæ & gentium permiſcent) [n] ſed ex materiæ qualitate intelligendum eſt. Quod enim ex certis principiis

certa argumentione deduci non poteſt, & tamen ubique obſervatum apparet, [o] ſequitur, ut ex voluntate libera ortum habeat.

Author exponit ſubſidia, quibus uſus eſt in conſcribendo hoc opere, & nominatim refert Philoſophos, hiſtoricos, Poëtas & Oratores: quia communis conſenſus magnæ authoritatis eſt, quod argumentum late perſequitur Author: *L. 1. c. 1. §. 12.* indeque neceſſario *vel* ipſum jus naturæ inferri ſtatuit, ſi illatio illa ex naturæ principiis procedit: *vel* ſaltem jus gentium voluntarium; quia cum ex principiis naturæ inferri nequit, & tamen ubique obtineat, concludit, id ex libera voluntate ortum habere.

ADDITIO.

„In Diſſertatione Prooemiali IV. probavi tale jus „Gentium voluntarium non dari; Et conſenſum gen„tium univerſalem indicium regulariter eſſe juris na„tura conſtituti demonſtravi in *Diſſert. Prooem. XII.* „*§. 48.*

a) (Grot.) (TESTIMONIIS PHILOSOPHORUM:) Quid ni, cum Alexander Severus Ciceronis de republica & Officiis libros perpetuo lectitarit.

„*b*) (SOLENT ENIM SECTÆ, ARGUMENTO, CAU„SÆ SERVIRE:) Adeoque non aſſertis eorum ſimpli„citer fides habenda, ſed rationes examinandæ ſunt: „*Add. Gron. b.*

„*c*) (ID AD CAUSAM UNIVERSALEM REFERRI DE„BET:) Si de cauſa illa univerſali conſtat, vel ea ſal„tem probabilis eſt, maximum ei additur pondus, ſi „omnes diverſis temporibus idem pro certo affirmant. „Si de cauſa tali non conſtat, vel planè jus non efficiet, „ſi conſenſus ille rationi repugnat; *Diſſert. Prooem.* „*XII. §. 48.* vel ſaltem erit jus civile, quod quælibet „gens ob utilitatem in ſua civitate conſtituit: Ex „hoc autem jure cives quidem ſingularum civitatum, „non vero civitates inter ſe obligantur: *Diſſert. Prooem.* „*IV. §. 32.*

„*d*) (IN NOSTRIS QUÆSTIONIBUS:) Ubi de jure „naturæ, de dictamine rectæ rationis, agitur.

„*e*) (AUT RECTA ILLATIO EX NATURÆ PRINCI„PIIS &c.) Nam univerſalis effectus univerſalem re„quirit cauſam: talis autem exiſtimationis cauſa vix „ulla videtur eſſe poſſe præter ſenſum ipſum, commu„nis qui dicitur. *Grot. l. 1. c. 1. §. 12. n. 1.*

„*f*) (EX NATURÆ PRINCIPIIS PROCEDENS:) Per „*naturæ principia* intelligit *appetitum ſocialem*, unde „deducit jus naturæ ſociale: & *judicium rite confor„matum ad eligenda ea quæ delectant aut nocent.* Un„de infert jus naturæ laxius, ſeu naturæ humanæ: Ex „neutro autem principio jus aliquod ſequi demon„ſtravimus in *Diſſert. Prooem. I. & II.*

„*ff*) (AUT COMMUNIS ALIQUIS CONSENSUS. &c.) „Quatenus conſenſus gentium *latius patens* jus conſtitu„at, quatenus *arctius*, eximente Grotii in *Diſſ. Prooem.* „*IV. §. 10. ſeq.* explicavimus.

„*g*) (ILLA) Scilicet recta illatio ex naturæ princi„piis procedens.

„*h*) (JUS NATURÆ INDICAT) Rationem modo al„legavimus.

„*i*) (HIC) Scilicet conſenſus aliquis communis ex „naturæ principiis non procedens:

„*k*) (JUS GENTIUM) Scilicet voluntarium: at ſæ„pius jam dictum eſt, tale jus gentium non exiſtere: „*Diſſert. Prooem. IV. §. 32.*

„*l*) (QUORUM DISCRIMEN NON QUIDEM EX IPSIS „TESTIMONIIS:) Imo ipſe in probando hoc jure „ad ſapientum judicia, *L. 2. c. 18. §. 4. n. 2. & 3.* & „ad teſtimonia peritorum provocat. *L. 1. c. 1. §. 14. n. 2.*

„*m*) (PASSIM ENIM SCRIPTORES VOCES JURIS NA„TURÆ ET GENTIUM PERMISCENT:) Et meritò; quia „Scriptores illi nullam differentiam inter jus naturæ & „gentium agnoſcunt, & jus gentium voluntarium ipſis „incognitum fuit. Uti late id demonſtravimus in „*Diſſert. Prooem. IV. §. 33. ſeq.*

Quo ſenſu autem Ulpianus jus naturæ a jure gen„tium diſtinxerit, explicavimus *ibid. §. 42.* Conf. „infr. *L. 1. c. 1. §. 11.*

„*n*) (SED EX MATERIÆ QUALITATE:) An ſcilicet „actus repugnet appetitui ſocietatis, vel judicio recte „conformato, an non:

„*o*) (SEQUITUR UT EX VOLUNTATE LIBERA OR„TUM HABEAT) Omnino ortum habet ex voluntate „libera, ſed inde non conſtituitur jus gentium, *Diſſert.* „*Prooem. IV. §. 29. ſeq.*

§. XLI.

[a] Itaque hæc duo non minus inter ſe, [b] quam à jure civili diſcernere ſemper unice laboravi: [c] imo & in gentium jure diſcrevi id, quod vere & ex omni parte jus eſt; & id, quod duntaxat effectum quendam externum [d] ad inſtar illius primitivi juris parit; [e] nempe ne vi reſiſtere liceat, [f] aut etiam, ut ubique vi publica, [g] utilitatis alicujus cauſa, vel ut incommoda gravia vitentur, defendi debeat: [h] quæ obſervatio quam ſit neceſſaria ad res multas, in ipſo operis contextu apparebit. Non minus ſollicite ſeparavimus ea, [i] quæ juris ſunt ſtricte ac proprie dicti, [k] unde reſtitutionis obligatio oritur, [l] & ea quæ juris eſſe dicuntur, quia aliter agere cum alio aliquo rectæ rationis dictato pugnat: de qua juris diverſitate [m] aliquid jam & ſupra diximus.

Author

Author ſe curaſſe ait, ut diſcerneret 1) *jus natura a jure gentium ſecundario*: & utrumque a *jure Civili*. 2) Ut diſtingueret in jure gentium *id quod ex omni parte juſtum eſt*, ab eo *quod ſaltem effectum externum producit*. 3) Ut ſepararet ea *quæ juris ſunt proprie ac ſtricte ſic dicti*, ab eis *quæ aliter agere cum aliquo rectæ rationis dictato pugnant:*

Priorem diſtinctionem admittimus. At *altera* mera eſt fictio: Reſpicit Author ad differentiam quam conſtituit inter bellum jure Gentium ſolenne, & minus ſolenne. In illo enim gentes conſenſiſſe, fingit, ut, licet injuria alter bellum gerat, tamen effectus juſti belli cum eo obtineant. Verum negari nequi bellum non eſſe niſi juſtum: & ſolennitates, quæ ex jure naturæ requiruntur, etiam jure Gentium requiri. *Tertia* diſtinctio vera eſt; at Author ſæpius confundit ea quæ juris ſunt, cum eis quæ ad virtutum regulas pertinent.

ADDITIO.

„Nos nec *primam* diſtinctionem admittimus, quia „jus gentium diſtinctum a jure naturæ non datur: „*Differt. Prooem. IV. §. 29. ſeq.*

„*a*) (ITAQUE HÆC DUO,) Nimirum jus quod ex „naturæ principiis per rectam illationem infertur, & „illud quod ex communi aliquo conſenſu, eoque ſo„lo, procedit.

„*b*) (QUAM A JURE CIVILI:) Per jus civile hic „intelligit jus quod alibi vocat jus gentium arctius, „quod apud plures gentes quidem obtinet, at non ex „condicto, nec cum mutua obligatione. &c. *Vid.* „*Differt. Prooem. IV. §. 24.:* & quod eſt quaſi civile „plurium gentium. *ibid.* §. 25.:

„*c*) (IMO, ET IN GENTIUM JURE DISCREVI ID QUOD „VERE ET EX OMNI PARTE JUS EST, ET ID QUOD DUN„TAXAT EFFECTUM QUENDAM EXTERNUM. &c.) Ob„ſcura hæc admodum ſunt, uti ſolent, quæ ratione „carent. Eo magis autem diſcrimen hoc noſſe „intereſt, quia potiſſima pars operis Grotiani ex hoc „diſcrimine lumen accipere debet:

„Supponit enim Author, dari aliquod jus gentium „voluntarium, a gentibus communi conſenſu, ob mu„tuas neceſſitates, conſtitutum. *Vid. ſup. §. 1. §. 17. §.* „*41. & inf. l. 1. c.* 1. §. 14. Sub hoc jure gentium duo „jurium genera contineri ait, 1) quædam quæ vere „& ex omni parte jus ſunt; *Vid. §. b.* vel, ut alibi rem „explicat, *quæ recta ex omni parte piaque ſunt. L.* 3. *c.* „4. §. 2. *n.* 1. Quo refert modos acquirendi juris gen„tium: *Vid. l.* 2. *c.* 8. jura legatorum: *l.* 2. *c.* 18. jura „ſepulturæ: *L.* 2. *c.* 19. jura repreſſaliarum: *l.* 3. *c.* 2. „§. 4. aliaque, de quibus late egimus in *Differt. Prooem.* „*IV.* §. 19. 2) Quædam quæ duntaxat effectum ex„ternum pariunt: *Vid. §. b.* quod *in l.* 3. *c.* 4. §. 2. *n.* 2. ita „explicat, *quæ apud omnes homines pœnæ non ſubjacent,* „*etſi ſalva pietate & officiorum regulis fieri non poſſint.* „Atque huc refert licentiam belli, i. e. jus interfici„endi hoſtes, eorumque fœminas & liberos; jus capien„di res & perſonas; jus vaſtandi. &c. etiam ſine ju„ſta cauſa, vel ultra quantitatem debiti, & modum „pœnæ; aliaque de quibus Vide *Diff. Prooem. IV.* §. „20.

„Effectum horum jurium externorum hunc eſſe „Author ait, ut in iis actibus quos contra jus naturæ gen„tes permittunt, agens non poſſit in alieno territorio „tamquam homicida puniri, *L.* 3. *c.* 4. §. 3. nec is, „qui rapit aut vaſtat res hoſtiles, ſi in alieno territo„rio deprehenditur, pro fure haberi: *L.* 3. *c.* 4. §. 3. „ſed potius rapiens, & qui ab eo cauſam habet, in poſ„ſeſſione rerum talium apud omnes gentes tuendus „ſit. *L.* 3. *c.* 6. §. 3. indeque licitos eſſe hos actus, & jus „inde oriri, ait, non ex juſtitia interna, ſed ad effectum „impunitatis. *L.* 3. *c.* 2. §. 1. *c.* 3. §. 1. *c.* 4. §. 2. 3. & „4. *c.* 5. §. 1. *c.* 6. §. 2. *c.* 7. §. 1. & 2. *c.* 10. §. 1. *c.* 13. „§. 1. Quod Syſtema late expoſuimus in *Differt. Prooem.* „*IV.* §. 24. *ſeq.*

„At tota hæc fabula, quam tam operoſe compoſuit „Author, ſponte ſua corruit: quia demonſtravimus 1) „jus gentium non dari, adeoque fruſtra quæri an illud „ex omni parte juſtum ſit, an non: *Differt. Prooem.* „*IV.* §. 29. *ſeq.* 2) Pleraque quæ Grotius jure gentium „recta, & ex omni parte juſta eſſe ſtatuit, vel plane ju„ra non eſſe, vel pertinere ad verum jus naturæ: „*Vid. Differt. Prooem. IV.* §. 41. Denique & 3) ve„rum non eſt licentiam illam belli, lædendi hoſtem, „& acquirendi res ejus ultra debiti & pœnæ modum, „ex jure gentium voluntario oriri: Nam jus lædendi ho„ſtem, & acquiſitiones bellicæ, etiam ultra debiti & pœnæ „modum, oriuntur ex ipſo jure naturæ. *Differt. Prooem.* „*IX.* §. 68. Ut proinde totum hoc diſcrimen, in tracta„tione jurium quæ inter populos obtinent nullum ef„fectum habeat. *Vid. Differt. Prooem. IV,* §. 29. *ſeq.*

„*d*) (AD INSTAR ILLIUS PRIMITIVI JURIS.) Ut „ad inſtar veri juris naturalis actus illi defendantur: „quod ex exemplis ſubjectis magis eluceſcet.

„*e*) (NEMPE NE VI RESISTERE LICEAT:) Scilicet „Principi vim inferenti. Grotius enim ſtatuit jure na„turæ omnes homines ad arcendam a ſe injuriam jus „habere, adeoque ſubditis quoque contra ſuperiorem „jus reſiſtendi competere natura: Civitates autem jus „illud promiſcuum reſiſtendi intuitu Principium ſuſtu„liſſe, *L.* 1. *c.* 4. §. 2. *n.* 1. Indeque jure gentium „hunc effectum externum oriri putat, ut is, qui reſiſtit „Principi injuſta jubenti, graviſſimis pœnis affici de„beat. *d. l. n.* 3. At male Author jure naturæ jus reſi„ſtendi tribuit ſubditis, id enim verum non eſſe ex „ipſa naturæ ratione ſuo loco demonſtrabitur. Prohi„bitio ergo de non reſiſtendo Principi non eſt ex ju„re gentium, ſed ex ipſa ratione naturali. *Differt. Pr.* „*IV.* §. 20. *n.* 4.

„*f*) (AUT ETIAM, UT UBIQUE VI PUBLICA DE„FENDI DEBEAT) Juxta principia Grotii, naturali „jure quilibet homo eſt vindex ſuæ & alienæ injuriæ: „id autem jure gentium mutatum, & conſtitutum eſ„ſe, ait, ut non niſi per judicem jus ſuum perſequi „liceat: *Differt. Prooem. I.* §. 80. & *Differt. VIII.* §. 17 „Si igitur læſus vi privata agit, injuria dici„tur agere, quia peccat contra jus gentium, inde„que pœnam debet ipſi læſo: At hoc jus non verum jus „eſſe ſed effectum ſaltem externum parere, ait, *Vid.* „*Diff. Prooem. IV.* §. 20.

„Equidem cum jure naturæ ſtatutum ſit, ne quis „vindex ſit ſuæ vel alienæ injuriæ, negamus hactenus „aliquid jure Gentium (quale plane non exiſtit) muta„tum eſſe: adeoque nec hoc exemplo diſcrimen illud „probatur.

„*g*) (UTILITATIS ALICUJUS CAUSA, VEL UT „GRAVIA INCOMMODA VITENTUR:) Ex his enim „rationibus in modo allegatis exemplis. jus gentium „a jure naturæ receſſiſſe putat: ſanè jus reſiſtendi

„Principi, publicæ pacis & ordinis cauſa, gentium conſenſu ſublatum eſſe ait; *L.* 1. *c.* 4. §. 2. *n.* 1. quia „manere imperium & majeſtas non poteſt, ſi maneret reſiſtendi licentia. *L. 1. c. 4.* §. 2. *n. 3.* Sed & jus „arcendi a ſe injuriam, quod natura ſingulis competere ait, inſtitutis civitatibus & judiciis ideo ſublatum „eſſe docet, *quia civitas aliter finem ſuum conſequi non „poſſet, Nam ſi maneat promiſcuum illud jus reſiſtendi, „non jam civitas erit, ſed diſſociata multitudo. d. c.* 4. „§. 2. *n.* 1. Aliud exemplum, ubi ad vitandum grave „incommodum a gentibus aliquid pro jure receptum „eſſe ad effectum ſaltem externum, exiſtimat, adfert „Author in *L.* 3. *c.* 4. §. 3. & 4.: Ait enim gentes „in bello jure Gentium ſolenni ideo eos qui hoſtes „ſuos vel ex injuſta cauſa, vel ultra debiti & pœnæ „modum, occidunt, vel res eorum capiunt, pro homicidis & furibus non habere; nec illis, licet in eorum territorio deprehendantur, pœnas irrogare: „quia periculoſum eſt, inter duos populos de jure belli pronunciare. Add. *L.* 3. *c.* 6. §. 2. & *Diſſert. „Procem. IV.* §. 20. *Diſſert. Procem. VIII.* §. 63. *ſeq.* „Quæ fabula ſponte ſua corruit, quia jus Gentium non „exiſtit, adeoque bellum jure gentium ſolenne merum „figmentum eſt. *vid. dict. Diſſ. procem. IV.* §. 29. *ſeq.*

„*h*) (QUÆ OBSERVATIO QUAM SIT NECESSARIA:) „Imo nullum uſum, nullumque effectum hanc obſervationem habere jam dictum eſt, & ulterius demonſtrabitur in libro tertio. Jus naturæ potius incertum redditur hoc diſcrimine.

„*i*) (QUÆ JURIS SUNT STRICTE AC PROPRIE „DICTI.) i. e. quæ repugnant aut conveniunt affectui „ſociali: Unde jus hoc ſociale vocat. *Vid.* §. 8. Idenim „proprie & ſtricte jus eſſe ait; Tale autem jus naturæ, „quod Grotius ex appetitu ſocietatis, remoto deo, oriri ſtatuit, non dari, illudque male jus proprie ſic dictum vocari, demonſtravimus in *Diſſert. Procem. I.*

„*k*) (UNDE RESTITUTIONIS OBLIGATIO ORITUR.) „Nam ad jus ſociale in *d.* §. 8. retulit alieni abſtinentiam, & reſtitutionem alieni, quarum neutram ex „jure ſociali fluere vidimus *ibidem.*

„*l*) (ET EA QUÆ JURIS ESSE DICUNTUR, QUIA „ALITER AGERE CUM ALIO ALIQUO RECTÆ RATIONIS DICTATO PUGNAT:) Intelligit Author *jus* „illud *natura laxius*, ſeu *natura humana*, quod explicavit ſupra §. 9. & quod ei non oritur ex appetitu „ſociali, ſed ex dictato rectæ rationis, ſeu ex judicio „recte conformato ad diſcernendum ea quæ delectant „aut nocent: nam quæ huic repugnant, ea etiam naturæ humanæ repugnare dixit *d.* §. 9. At jam demonſtravimus, dictatum hoc rectæ rationis, quod ſequitur ex judicio recte conformato ad diſcernendum „ea quæ delectant aut nocent, jus non inferre, nec „intuitu Dei: & perfectionum regulas, adeoque differentiam inter jus & virtutem, ex aliis plane principiis „petendam eſſe. *Vid. Diſſert. Procem. II. c. 2. Sect.* 5.

„*m*) (ALIQUIN JAM ET SUPRA DIXIMUS.) *Vid.* „§. 8. 9. & 10. & latius eam explicat Author in *L.* „*1. c. 1.* §. 4. & *ſeq.*

§. XLII.

Inter Philoſophos merito principem obtinet locum [a] Ariſtoteles, ſive tractandi ordinem, ſive diſtinguendi acumen, ſive rationum pondera conſideres. [b] Utinam tantum principatus ille ab aliquot hinc ſæculis non in tyrannidem abiiſſet, ita ut veritas, cui Ariſtoteles fidelem navavit operam, nulla jam re magis opprimatur, quam Ariſtotelis nomine. Ego & hic & alibi veterum Chriſtianorum ſequor libertatem, [c] qui in nullius Philoſophorum ſectam juraverant, [d] non quod eis aſſentirentur, qui nihil percipi poſſe dicebant, quo nihil eſt ſtultius; [e] ſed quod nullam eſſe ſectam putarent, quæ omne verum vidiſſet, & nullam, quæ non aliquid ex vero. Itaque [f] veritatem ſparſam per ſingulos, per ſectaſque diffuſam in corpus colligere; [g] id vero exiſtimabant nihil eſſe aliud, quam vere Chiſtianam tradere diſciplinam.

Commendat Author Ariſtotelem tanquam Philoſophorum Principem, non tamen ubique ſe in ejus verba jurare, ait, ſed Eclecticorum more ex qualibet ſecta vera ſaltem adoptare.

„*a*) (ARISTOTELES:) De vita ejus, moribus, doctrina, & ſcriptis *Vid. Stankej. de Philoſ. veterum. part. „V. c. 1. ſeq.* Equidem non defuerunt obtrectatores qui „Atheiſmi eum reum faciunt, *Vid. Zigl. h.* ſed ab „hac ſuſpicione merito cordatiores ejus interpretes, „ipſum liberarunt: Quod vero mundum æternum „ſtatuerit, hoc ipſi commune fuit cum omnibus fere „gentilibus, qui materiam æternam ſtatuerunt, vel univerſum pro Deo coluerunt. Adeoque non magis „ac hi, inter Atheos referri debuiſſet.

„*b*) (UTINAM TANTUM PRINCIPATUS ILLE:) „Merito de hac tyrannide queritur Autor: tanta enim fuit, ut quicunque a dogmate quodam „recederet, pro hæretico haberetur, quod exemplo „Abelardi probat *Bayle* voce *Abelard:* adde Eundem voce *Ariſtoteles:* Conf. *Lud. Vives in Auguſt. de Civ. Dei „L. 8. c. 12.*

„*c*) (QUI IN NULLAM PHILOSOPHORUM SECTAM „JURAVERANT:) & ideo Eclectici vocabantur, cujus „ſectæ autorem faciunt Potamonem: Hiſtoriam Philoſophiæ electivæ expoſuit *Stankej. de vit. vet. Phil. „part. ult. f. 1205.*

„*d*) (NON QUOD EIS ASSENTIRENTUR, QUI NIHIL „PERCIPI POSSE DICEBANT:) quos Pyrrhoniſtas vocant,

„cant, a Pyrrhone: cujus vitam, doctrinam, & scripta „recenset *Stanlej. in hist. Phil. Part. X. p. m. 918. seq.* „Sceptici quoque dicti sunt a *σκεπτέω*, quod dispi- „cerent semper numquam reperirent. Stanl. *d. l. f. 919.* „*Gell. noct. Att. 11. c. 5. & Tesm. h.* Tres autem gra- „dus Scepticorum bene distinguendi sunt. *Quidam* „enim omnia incerta esse ajunt ratione existentiæ: „Negant nimirum certas rerum veritates, ajunt omnia „posse esse & non esse, indeque dubitant quoque „an existat Deus. *Quidam* veritates rerum per „se certas esse affirmabant, at non constare de modo: „indeque propter imbecillitatem intellectus humani „nihil certi de modo existendi asseri posse tradunt: „quo quidam referunt philosophiam Socratis, qui de „omnibus rebus ita disputavit, *ut nihil affirmet, ipse* „*refutet alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum. Cic.* „*Ac. qu. 1. 4. Quidam* denique sunt, qui de omnibus „quidem dubitandum esse ajunt, non quia negant exi- „stere rerum veritates, vel quod putent modum exi- „stendi semper incertum esse, sed ut semotis omni- „bus præjudiciis, qui sensus movere possunt, ad veri- „tatem tandem perveniant de qua dubitari nequit; „& qua posita, singulas veritates per necessariam con- „sequentiam deducunt, adeoque & veritatem rerum „& modum existendi demonstrant. Hanc viam „iniit Cartesius, male proinde inter scepticos relatus: „Is enim, ut se a præjudiciis & sensuum fallacia li- „beret, per modum suppositionis, de omnibus dubi- „tat, donec ad certam veritatem pervenerit, de qua „dubitari nequit, Indeque principii loco ponit, *Du-* „*bito ergo sum:* de existentia ergo sui non dubitat, „quia si non existeret, dubitare non posset, Hac er- „go veritate detecta aliæ veritates per necessariam „consequentiam, & ultro sequuntur:

„*e*) (SED QUOD NULLAM SECTAM:) Apud hos „in proverbium abit: amicus Plato, amicus Socrates, „sed magis amica veritas. Cæterum de Eclectico- „rum philosophandi methodo & doctrina vide *Stan-* „*lej. vet. phil. part. XV. f. 1218. Conf. Tesm. h.*

f) (Grot.)(VERITATEM SPARSAM PER SINGULOS) Verba sunt Lactantii Institutionum VI. cap. 9. Justinus Apologetico priore: *ἐχ' ὅτι ἀλλότριά ἐςι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τῦ Χρίςῦ, ἀλλ' ὅτι ἐκ ἔςι πάντη ὅμοια. ὥσπερ ἐδὲ τὰ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν τε ϰ ποιητικῶν ϰ συγγραφέων. ἕκαςος γάρ τις ἀπὸ μέρες τῦ σπερματικῦ λόγε τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο. Non quod plane aliena sint Platonis dogmata a Christi dogmatibus, sed quod nec plane conveniant, ut nec aliorum dogmata, puta Stoicorum, poetarum, & historiæ scriptorum. Eorum enim quisque ab insita ratione id, quod ei consentaneum est, ex parte videns eatenus recte dixit.* Tertulliano, Seneca sæpe noster; sed, ut idem nos monet; nulli hominum universitas spiritualium documentorum competebat, nisi in Christum. Augustinus epistola CCII. *Mores illi quos Cicero philosophique alii commendant, in ecclesiis toto orbe crescentibus docentur atque discuntur.* Vide si vacat hac super re eundem Augustinum de Platonicis, quos, paucis mutatis, ait Christianos esse: epistola LVI. & de vera religione capite III. & confessionum libro VII. c. 9. & libro IIX. c. 2.

„*g*) (ID VERO EXISTIMABANT NIHIL ESSE ALIUD „QUAM VERE DISCIPLINAM TRADERE CHRISTIANAM) „Argumentum veterum Christianorum erat, omnia „moralia, quæ docuit Christus, etiam veteres Philoso- „phos docuisse: *Gron. h. add. Petr. Nunnesius de stu-* „*dio Philosophico c. 2. n. 9. & Autor de l'histoire de la* „*philosophie payenne:* Clemens Alexandrinus *Lib. 1.* „*Strom. pag. m. 288.* ait *quas ex uno aliquo Philoso-* „*phorum derivare non liceret veritates ex omnibus* „*conquisivere, ut ita, terram præpararent bono Evan-* „*gelii semini recipiendo:*

Grotii mentem explicat Lactantius *Instit. Lib.* „*7. 7. Docemus*, inquit, *nullam sectam fuisse tam* „*deviam, neque Philosophorum quemquam tam inanem,* „*qui non viderit aliquid ex vero: sed dum contradicen-* „*di studio insaniunt, dum sua, etiam falsa defendunt,* „*aliorum etiam vera subvertunt, non tantum elapsa* „*illis veritas est, quam se quærere simulabant, sed ipsi* „*eam potissimum suo vitio perdiderunt: si extitisset ali-* „*quis, qui veritatem sparsam per singulos, per sectas-* „*que diffusam, in unum colligeret, ac redigeret in cor-* „*pus,* IS PROFECTO NON DISSENTIRET A NOBIS &c, „*quare incredibilis est error eorum, qui cum aliquam* „*sectam probaverint, eique se addixerint, cæteras dam-* „*nant tanquam falsas & inanes.*

§. XLIII.

Inter cætera, ut hoc obiter a nostro instituto non alienum dicam, non sine causa videntur mihi ab Aristotele discedere [a] & Platonici nonnulli, [b] & Christiani veteres, in eo, [c] quod ille naturam ipsam virtutis in mediocritate affectuum actionumque posuerit: quod semel positum eo ipsum adduxit, [d] ut & virtutes diversas, puta liberalitatem & parsimoniam, in unam compingeret, [e] & veritati daret opposita minime ex æquo respondentia, jactantiam & dissimulationem; [f] & quibusdam rebus vitii nomen imponeret, quæ aut non existunt, aut vitia per se non sunt, ut contemtum voluptatis & honorum, & iræ adversus homines vacuitatem.

„*a*) (ET PLATONICI NONNULLI:) Platonici hoc „inprimis vitio verterunt Peripatheticis, quod quan- „titate potius quam qualitate mediocritatem illam, in „qua virtutem ponebant, distinguerent: Sic enim ad „vitium abire qui nimium virtuti aut honesto addi- „ctus esset: *Vid. Zigl. h. & Heins. de Stat. Hor Lib. 2.*

b) (Grot.)

ſe, multa enim ejus veniunt ex Dei voluntate libera, [e] quæ tamen cum vero jure naturæ nunquam pugnat: [f] & eatenus argumentum inde recte ducitur, [g] dummodo diſtinguamus accurate jus Dei, quod Deus per homines interdum exſequitur, & jus hominum inter ſe. Vitavimus ergo quantum potuimus [h] & hunc errorem, & alterum ei contrarium, [i] qui poſt novi fœderis tempora nullum antiqui fœderis uſum eſſe putat. Nos contrà cenſemus, [k] tum ob id quod jam diximus, [l] tum quia novi fœderis ea eſt natura, ut quæ ad virtutes morum pertinentia præcipiuntur in veteri foedere, eadem & ipſum aut majora præcipiat: [m] & hunc in modum uſos teſtimoniis antiqui foederis videmus antiquos Chriſtianorum ſcriptores.

Author ait, ſe uſum eſſe ſacris libria, ſcil. bibliis utriusque fœderis, at diſtinxiſſe antiquam & novam legem: Ubi rejicit eos, qui legem Moſis pro Jure naturæ venditant, & eos qui legem Moſis per oovum fœdus ſublatum ajunt.

„a) (LIBRORUM, QUOS A DEO AFFLATI HOMINES „AUT SCRIPSERUNT AUT PROBARUNT:) Intelligit libros „veteris & novi teſtamenti; a quibus excludit apocry„phos, utpote quos a Deo afflati homines non appro„baverunt.

„aa)(AUTHORITATE SÆPE UTOR,) Nam ex his libris „probat *jus divinum voluntarium univerſale*, quod ter „humano generi publicatum eſſe ſtatuit. Cum verò his „libris ipſum jus naturæ contineatur, facile coostat „fictum aliquod jus voluntarium univerſale, quale non „exiſtit, ex dictis libris inferri non poſſe. *Vid. Differt.* „*Prooem. III. §. 13.*

„b) (CUM OISCRIMINE ANTIQUÆ ET NOVÆ LE„GIS) In Diſſertatione prooemiali tertia *Cap. 1. Sect.* „*3.* varias opiniones de diſcrimine utriusque legis exa„minavimus: *Alii* enim ajunt Servatorem novam le„gem condidiſſe, & veterem abrogaſſe; adeoque poſt „novi fœderis tempora nullum antiqui fœderis uſum „eſſe. *ibid. §. 41.* *Alii*, in utraque lege nihil ſtatui „niſi quod ſit juris naturalis, exceptis præceptis cre„dendi & ſacramentorum *ibid. §. 43.* (Quod omni„no verum eſt; Servator enim ſaltem interpretem agit „legum Moſaicarum ſeu juris naturalis, uti mox expli„cabimus:) *Alii* ajunt, Servatorem legibus Decalogi ali„quid addidiſſe, adeoque novam legem antiquæ jun„xiſſe. *ibid. §. 44.* Atque hanc ſententiam Grotius „adoptavit; ac ex hoc fundamento ſtatuit. 1) Serva„torem multa prohibere quæ Moſes permiſit: 2) Ser„vatorem virtutes a Moſe præceptas majori ſanctimo„nia exigere. *d. §. 44. n. 4. & 5. & u. 15.*

„At verius eſt, Servatorem eſſe ſaltem interpretem „legum Moſaicarum: Moſis enim leges, quatenus „morales ſunt, duo cootiuent. 1) Officia hominum „erga Deum: Moſes enim non tantum legem dixit ut „unusquisque alteri jus ſuum tribuat, ſed & ut illud „tribuat pia iotentiooe: & præterea, ut perfectiones „divinas imitetur i. e. perfectè agat. At *de priori* legis „parte magis ſollicitus ſuit, illamque pœnis temporali„bus munivit, quia ad ſecuritatem civitatis ſufficere ei „videbatur hominem ab homine tutum eſſe, jus ſuum „cuique tribuendo. *Alteram* legis partem ſub præce„ptis ſuis quidem comprehendit, (juſſu enim Dei eas „tulit, qui non niſi perfectiſſimo modo velle poteſt,) „at non eodem rigore ad animum piamque intentio„nem reſpexit, nec ejus defectum, aut oeglectum præ„ceptorum virtutum, formidine pœnæ coercere voluit; „tum quia ſecuritati civitatis præcipue proſpiciendi ani„mus erat, tum quia magiſtratus de puritate animi judi„care nequit. Atque hinc Iſraëlitæ actus perfectionis ci„tra metum pœnæ omittere potuerunt; Moſes enim „hanc juris naturalis partem conſcientiæ civium reli„quit.

„Hæc impunitas anſam Judæis dedit credendi, ſuf„ficere juxta verba legis vivere, præterea autem ad „obtinendam ſalutem nihil requiri: Servator errorem „hunc Judæis ob oculos poſuit, ipſosque ſalvos eſſe non „poſſe docuit niſi juſti eſſent amore juſtitiæ, & niſi „perfectiones divinas imitarentur. Quæ prolixe à nobis „expoſita ſunt in Diſſert. Prooem. III. §. 51.

„Quod autem lege Moſis etiam ea quæ perfectionis „ſunt comprehendantur, apparet ex ſumma præcepto„rum Moſis: Dilige Deum ex toto corde, ex tota ani„ma, & ex omoibus viribus, proximum autem ſicut „te ipſum. Deut. V. 5. ſeq. Levit. IX. v. 5. & 18. Quod „& rationibus probavi dict. Diſſ. Pr. III. §. fin. o. 6.

„Sed & alii Legislatores, etſi ea quæ honeſtatis ſunt „pœnis non coerceant, leges ſuas perfectiſſimo modo „ſtatuere ſolent: ICti Romani jurisprudentiam defi„niunt, *divinarum atque humanarum rerum ſcientiam,* „*&c.* per quam formulam intelligunt, *ſapientiam*; quæ „vox omnes perfectiones complectitur: quod ex Cice„rone aliisque philoſophis probat Lipſius. Iidem „ICti juſtitiam definiunt, *conſtantem ac perpetuam* „*voluntatem jus ſuum cuique tribuendi.* Prior pars de„finitioois omnibus virtutibus communis eſt; unde „virtus Stoicis conſentieus cum ratione, & perpetua „vitæ ratio vocatur: certiſſimo indicio, juſtitiam vir„tutem eſſe, & omnes perfectiones ſub illa definitio„ne contineri: Sane inter tria præcepta generalia ju„ris quoque ponitur *honeſte vivere.* Et regula ſpecia„lis in jure Romano eſt, quod ea, quæ contra bonos „mores ſunt, nec facere nos poſſe credendum ſit.

„Diſcrimen igitur antiquæ & novæ legis, quod „Grotius proponit, admitti non poteſt: vera diffe„rentia eſt, quod in veteri teſtameoto magis jura inter „homines contineantur; in novo fœdere autem, „præter credenda & ſacramenta, magis jura quæ inter „Deum & homines obtinent. *Differt. Prooem. §. 51. ſeq.*

„c) (ANTIQUAM LEGEM SUNT QUI URGENT PRO

„IPSO JURE NATURÆ.) Hoc omnino verum est quo„ad leges morales, quatenus securitati homi„num inter se prospiciunt. Præcepta vero novi fœderis „iisdem sunt ipsum jus naturæ, sed quæ magis perfectio„num regulas respiciunt.

„d) (MULTA ENIM EJUS VENIUNT EX DEI VO„LUNTATE LIBERA:) Non ex principiis internis; ex „*appetitu* nimirum *sociali*, & ex *humana natura:* „Author ad hanc antiquam legem refert concubi„natus, divortia, polygamiam, &c. *L. 1. c. 2. §. 6. n.* „*1. & 2.* Sed male: nam concubinatus, (perpetuus scilicet) „polygamia plurium fœminarum, & divortia ex ju„sta causa, nec lege Mosis, nec lege Evangelii prohiben„tur; divortia autem ex injusta causa, nec legibus Mo„sis permissa fuere. *Dissert. Prooem. III. §. 43.*

„e) (QUÆ TAMEN CUM VERO JURE „NATURÆ NUNQUAM PUGNANT:) Grotius „rationem in *l. 1. c. 1. §. f. n. 2.* hanc reddit: *quia cum* „*jus naturæ sit perpetuum atque immutabile, non potuit* „*a Deo, qui injustus nunquam est, quicquam adversus* „*id jus præcipi.* At frustra hæc dicuntur: jus divinum „morale ideo non pugnat cum jure naturæ, non quia „diversa sunt, sed quia continet ipsum jus naturæ: Atque „hinc mutari non potest, quia id quod Deus semel „voluit, nolle amplius non potest: *Dissert. Prooem.* „*XII. §. 61.*

„f) (ET EATENUS ARGUMENTUM INDE RECTE „DUCITUR:) Ita ut liceat civitatibus leges ferre ejus „sensus cujus sunt leges per Mosen datæ. *L. 1. c. 1. §.* „*17. n. 3.* At hæ leges non ideo justæ erunt quia ad „imitationem Legum Mosis, sed quia ad imitationem „legum naturæ feruntur; Leges enim *Mosis morales* „sunt ipsum jus naturæ, adeoque non errat qui leges „fert ejus sensus cujus sunt leges Moses. Atque ex hac „ratione justitiam pœnarum capitalium Author pro„bat *in L. 2. c. 2. §. 5. n. 6. seq.*

„Quod ad *reliquas lege Mosis* attinet, nimirum quæ „jus Ceremoniale & forense spectant, verum omnino „est, quod olim Mosis lege constitutum est ho„die quoque statui posse: *Vid. infr. §. 17. n. 3.* ubi „tres casus excipit, quos suo loco examinabi„mus;

„g) (DUMMODO DISTINGUAMUS JUS DEI, QUOD „DEUS PER HOMINES INTERDUM EXEQUITUR, ET „JUS HOMINUM INTER SE:) Sensus est, quod civita„tes leges ferre possint ejus sensus cujus sunt leges Mo„sis. Excipit autem casum, quando Deus *suum jus* per „homines exequitur: quo pertinent præcepta Dei da„ta Abræ de immolando filio; Israëlitis de auferen„dis vasibus Ægyptiis; & de exstirpandis populis damna„tis: *Vid. Dissert. Prooem. XII. §. 61. §. 100.* Ubi ve„ram hujus rei rationem explicavimus.

„h) (ET HUNC ERROREM:) Quasi antiqua lex sit „ipsum jus naturæ: Quod tamen vere ita se habere „probavimus: Vid. *Dissert. Prooem. III. §. 44. §. 45. §. 46.*

„i) (QUI POST NOVI FOEDERIS TEMPORA NUL„LUM ANTIQUI FOEDERIS USUM ESSE PUTANT.) „Quæ est sententia quorundam Anabaptistarum: *Gron.* „*b.* quos refutavimus *dict. Dissert. prooem. III. c. 2. Sect.* „*3. §. 41. Vid. Sixt. Senens. Biblioth. Sanct. Lib. 8. §. hæres.* „*1. &c.*

„k) (TUM OB ID QUOD JAM DIXIMUS:) Nimi„rum, quia leges illæ antiquæ veniunt ex libera Dei „voluntate, cui nos subjici debere intellectus ipse no„ster irrefragabiliter dictat: *Vid. supr. §. 12.*

„l) (TUM QUIA NOVI FOEDERIS EA EST NATU„RA, UT QUÆ AD VIRTUTES MORUM PERTINEN„TIA PRÆCIPIUNTUR IN VETERI FOEDERE, EADEM „ET IPSUM AUT MAJORA PRÆCIPIAT.) Legem enim „Evangelii plus exigere quam legem Mosis; & virtu„tes a Mose præceptas majori nobis sanctimonia præ„cipi putat; quod ex mente Authoris latius examina„vimus in *Dissert. Prooem. III. §. 44. n. 5.* Simulque de„monstravimus, Mosen, si actus virtutis præcipit, eas sem„per perfectissimo gradu præcepisse: Servatorem au„tem leges non statuisse: *ibid. §. 46. n. 2.*

„m) (ET HUNC IN MODUM USOS TESTIMONIIS „ANTIQUI FOEDERIS VIDEMUS ANTIQUOS CHRISTI„ANORUM SCRIPTORES.) Allegabant præcepta Mosis „circa ea quæ ad virtutes morum pertinebant; certis„simo indicio, post novi fœderis tempora adhuc „usum fuisse antiqui fœderis:

§. XLIX.

Ad percipiendam autem librorum ad antiquum fœdus pertinentium sententiam, non parum conferre nobis possunt [a] Hebræi scriptores, [b] ii maxime qui & sermones, & mores patrios habuerunt percognita.

„Commendat hic Author interpretes Hebræos: Ex „quibus SELDENUS omnia quæ ad hoc argumentum „pertinent compilavit, & jus aliquod naturæ & gen„tium *juxta disciplinam Ebræorum* formavit.

a) (Grot.) (HEBRÆI SCRIPTORES:) Ita sensit Cassianus institutione divinarum Scripturarum.

„b) QUI ET SERMONE ET MORES PATRIOS:) „Quo pertinent Maimonides in ductore dubitantium; „Philo, & Josephus. Etsi igitur in dogmaticis pa„rum proficere possint hi scriptores, in cæteris ta„men utiliter adhiberi possunt, teste Osiandro *in not.* *h. Casaub. Exerc. 16. n. 15.*

§. L.

[a] Novo fœdere in hoc utor, ut doceam, [b] quod non aliunde disci potest, [c] quid Christianis liceat: [d] quod ipsum tamen, contra quam plerique faciunt, à jure naturæ distinxi: pro certo habens, in illa sanctissima lege majorem nobis sanctimoniam præcipi, [e] quam solum per se jus naturæ exigat.

gat. Neque tamen omisi notare, [f] si qua sunt, quæ nobis commendantur magis, quam præcipiuntur, [g] ut à præceptis declinare sciamus nefas & pœnæ obnoxium, ad summa quæque contendere generosi esse consilii, [h] & sua non cārituri mercede.

,,a) (NOVO FOEDERE IN HOC UTOR, UT DOCE-
,,AM QUID CHRISTIANIS LICEAT:) Nam inter jura
,,divina voluntaria, quæ ex libera voluntate Dei fluunt,
,,unt, Author refert legem Evangelii; unde solos
,,Christianos inter se obligari ait. Vid. *Diss. Prooem.*
,,*III. c. 2. Sect. 3.*

,,b) (QUOD NON ALIUNDE DISCI POTEST:) quia
,,juxta hypothesin Grotii Servator in novo testamen-
,,to demum novam hanc legem antiquæ addidit.
,,*Diss. Prooem. III. §. 44.*

,,c) (QUID CHRISTIANIS LICEAT?) Systema Au-
,,thoris de Lege Evangelii proposui in dicta *Dissert. Pro-*
,,*oem. III. §. 39. seq.* & quomodo illam a lege Mosai-
,,ca distinguat, demonstravi ibidem §. 44.

,,d) QUOD IPSUM TAMEN, CONTRA QUAM PLE-
,,RIQUE EACIUNT, A JURE NATURÆ DISTINXI:)
,,Grotius sententiam eorum, qui statuunt *in Evangelio*
,,*extra præcepta credendi & Sacramentorum nihil*
,,*esse quod non sit juris naturalis*, refutat in *Lib. I. c. 2.*
,,*§. 6. n. 1.* ejusque duplicem rationem affert, (a) quia
,,lege Evangelii multa in vetitum eunt ex Dei volun-
,,tate libera, in quibus extra legem divinam nefas non
,,apparet. *L.* 1. *c. 2.* §. 6. *n.* 1. (2) quia in illa sanctissi-
,,ma lege major nobis sanctimonia præcipitur quam
,,solum per se jus naturæ exigit: *Multa enim sunt*, ver-
,,ba hæc sunt Authoris, *a quibus abstinere honestius esse*
,,*dictat ipsa ratio, non tamen ideo statim nefas in illis*
,,*est, sed accedente lege Servatoris illiciti fiunt, atque*
,,*hoc sensu ulterius nos obligari legibus Christi quam ju-*
,,*re natura. L. I. c. 2. §. 6. n. 2.* At hæc omnia gra-
,,tis dicuntur: Demonstravi in Dissertatione prooe-
,,miali III. *§. 39. & seq.* in legibus Mosis æque ac in
,,præceptis Servatoris nihil inveniri quod non sit
,,juris naturalis: (ubi rationibus Grotii satisfecimus
,,§. 43.) Et Servatorem tantum interpretem agere Le-
,,gum Mosaicarum, i. e. juris naturalis: *ibid. §.* 51. si-
,,mulque, quid occasionem præceptis Servatoris dede-
,,rit, explicavi *dict. §.* 43. *& §. fin.*

,,e) (QUAM SOLUM PER SE JUS NATURÆ:) Sive
,,sociale sive laxius: legem enim Evangelii multa et-
,,iam vetare ait, quæ jure sociali permissa sunt, *dict.*
,,*Diss. Prooem. III. §. 44. n. 3.* cui respondemus *ibidem.*

,,f) (SI QUÆ SUNT QUÆ COMMENDANTUR MA-
,,GIS QUAM PRÆCIPIUNTUR:) Non enim omnia dicta
,,Servatoris leges esse, vel ex lege venire ait, *L. 1. c. 3.*
,,*§. 3, n. 8. & 9.* Unde notat Christianos primorum
,,temporum, quod sæpius consilia divina pro præ-
,,ceptis amplexi fuerint. *L. 1. c. 2. §. 9. n. 4.* Cœterum
,,jure Canonico quoque hæc distinctio commendatur in
,,*c. 14. q. 1. c. 3.* Conf. *Diss. Prooem. III. §. 44. n. 2.*
,,*& n. 8.*

g) (UT A PRÆCEPTIS DECLINARE SCIAMUS NE-
,,FAS ET POENÆ OBNOXIUM, AD SUMMA QUÆQUE
,,CONTENDERE GENEROSI ESSE CONSILII:) Author
,,in jure naturæ laxiori hujus distinctionis usum com-
,,mendavit: præcepta enim juris illius naturæ ad eas
,,saltem virtutes spectare, ait, quæ aliis hominibus uti-
,,litatem afferunt: reliquas virtutes præscripta quidem
,,honesta esse ait, sed non obligantia. *Supra §. 10. &*
,,*l. 1. c. 1. §. 8. n. 1.* Quod systema uberius, & exem-
,,plis quoque, illustravimus in *Diss. Prooem. II §.* 9. Ean-
,,dem distinctionem repetit Author in lege Evangelii:
,,(quæ ipsum est jus naturæ laxius) nam hic quoque quæ-
,,dam præcipi sub lege pœnæ, quædam saltem commen-
,,dari ait. *d. l. 1. c. 3. §. 3. n. 8. & 9. & c. 2. §. 9. n. 4.* At ex
,,Dissertatione prooemiali II. repetendum est, omnia
,,honesta, sive aliis hominibus utilitatem afferant sive
,,non, virtutum nomine comprehendi, & ad perfectio-
,,num regulas pertinere: Cum vero juris naturalis sit co-
,,lere Deum, ejusque perfectiones imitari, necessario
,,sequitur, homines obligari ad omnia quæ perfectio-
,,nem sapiunt: *dict. Diss. II. §. 9. §. 36.* Hæc obliga-
,,tio autem tantum est intuitu Dei, qui præmium acti-
,,bus perfectis destinatum hominibus minus virtuo-
,,sis denegat. *ibid. §. 37.*

,,h) (ET SUA NON CARITURI MERCEDE:) Quæ-
,,nam sit illa spes præmii virtutibus propria Author
,,exposuit supra §. 11.

§. LI.

Synodici canones [a] qui recti sunt, collectiones sunt [b] ex generalibus legis divinæ pronunciatis, ad ea, quæ occurrunt, aptatæ. hi quoque aut monstrant, [c] quod divina lex præcipit, [d] aut ad id, quod Deus suadet, hortantur. [e] Et hoc veræ Ecclesiæ Christianæ est officium, ea, quæ sibi à Deo tradita sunt, tradere, & eo, quo tradita sunt, modo. [f] Sed & mores apud Christianos illos veteres, [g] & qui tanti nominis mensuram implebant, recepti, aut laudati, merito pro canonibus valent. [h] Secunda post hos auctoritas est eorum, qui suis quique temporibus pietatis & doctrinæ fama inter Christianos floruerunt, [i] neque gravis cujusquam erroris notati sunt. nam & hi

quæ dicunt, magna cum aſſeveratione, & quaſi comperta, [k] momentum non exiguum habere debent, ad interpretanda, quæ obſcura videntur, in ſacris literis, eoque majus, [l] quo & plurium apparet conſenſus, & propius accedi-tur ad primæ puritatis tempora, [m] cum nec dominatus adhuc [n] nec coitio ulla primitivam veritatem adulterare potuit.

Author ad illuſtrandum novum foedus commendat 1) Canones conciliorum, ex quibus conſtare, ait, quid lex divina præcipiat, aut quid ſaltem commendet. 2) Mores primorum Chriſtianorum. 3) Autoritatem patrum: Verum in genere notandum eſt, parum ſubſidii ad inſtruendum jus naturæ in his inveniri, quia Præceptorem ſuum ſecuti, non juris ſed perfectionis ſaltem regulas tradiderunt:

ADDITIO.

„Grotius ex his ſubſidiis præcepta virtutum, quæ „jus naturæ intuitu Dei conſtituunt, illuſtrat. *Vid. Diſſ. „Prooem. II. §. 30. ſeq.* Adeoque magni illa ſubſidia „ſunt momenti: Sane magis intereſſe generis humani „hanc juris naturalis partem, quam jura inter homi-„nes addiſcere, diximus in *Diſſert. Prooem. II. §. 38.*

„*a*) (QUI RECTI SONT:) Nam concilia aliquando „errant: Eccleſia non niſi quatuor univerſalia agnoſcit. „*Vid. B. Par. Diſſert. de jure circa hæreticos.*

„*b*) (EX GENERALIBUS LEGIS DIVINÆ PRONON-„CIATIS AD EA QUÆ OCCURRUNT APTATÆ:) Inter-„pretatio enim eorum quæ dubia ſunt in Sacra hiſto-„ria, nonniſi univerſæ eccleſiæ competit.

„*c*) (QUOD DIVINA LEX PRÆCIPIT:) ad eum ef-„fectum, ut Deus præmium æternæ ſalutis tribuat. „*Vid. §. præced. in fin.*

„*d*) (AUT AD ID QUOD DEUS SUADET, HORTAN-„TUR:) Dixerat enim Author, quædam a Deo com-„mendari magis quam præcipi *Vid. §. præc.* Canones „autem in hac quoque ſpecie occupari ait, dum hor-„tantur, ut homines ea faciant, quæ Deus ſuadet. At „hæc quoque partem juris naturalis conſtituere modo „diximus: Deum enim imitari tenemur in omnibus „quæ perfectionem quandam inferunt.

„*e*) (ET HOC VERÆ ECCLESIÆ CHRISTIANÆ EST „OFFICIUM &c.) Nam cum in fidei capitibus ſæpius „dubia quædam & controverſiæ oriantur, & quælibet „pars ex verbo Dei ſe pugnare, eoque nixam ſe teſta-„ri ſoleat, videndum omnino eſt, quænam ſit ſen-„tentia univerſalis eccleſiæ, ut inde formula fiat, „quam ſequentes pro membris Eccleſiæ Catholicæ „Chriſtianæ haberentur, atque ad ejus Eccleſiæ exer-„citia cultus jura & beneficia admitterentur; reliqui „autem ab hoc coetu excluderentur; potuitque eo ſe-„curius hæc totius Eccleſiæ ſententia pro regula ha-„ctenus haberi, quod tali ſuæ Eccleſiæ Servator ſpi-„ritum veritatis promiſerit, nec adeo conceſſurus ſit, „ſi pio zelo & veritatis ſtudio congregetur, ut a vero „aberret. *Vid. B. Parens in Diſp. de jure circa hæreticos „§. 11.*

„*f*) (SED ET MORES APUD CHRISTIANOS ILLOS „VETERES RECEPTI AUT LAUDATI,) i. e. mores pri-„mitivæ Eccleſiæ.

„*g*) (ET QUI TANTI NOMINIS MENSURAM IM-„PLEBANT:) i. e. qui ſe præſtiterunt dignos Chriſtia-„norum magnifico titulo. *Gron b.*

„*h*) (SECUNDO POST HOS EST AUTORITAS EO-„RUM, QUI SUIS QUIQUE TEMPORIBUS PIETATIS ET „DOCTRINÆ FAMÆ INTER CHRISTIANOS FLORUE-„RUNT:) Neque enim probabile eſt Eccleſias, quæ „ab Apoſtolis conſtitutæ ſunt, aut ſubito, aut omnes „defeciſſe ab iis, quæ Apoſtoli breviter perſcripta ore „liberalius explicaverant, aut etiam in uſum introdu-„xerant, quæ ſunt verba *Grotii l. 1. c. 2. §. 9.* Sæpius „tamen patres erraſſe extra omne dubium poſitum eſt; „hinc conſenſus eorum probabile tantum præbet „argumentum, ſi non cum ſcripturarum authoritate „congruit, plane rejici debet. *Zigl. b.*

„*i*) (NEQUE GRAVIS CUJUSDAM ERRORIS NOTATI „SUNT:) Ut Ebionitæ, Docetes, Manichæi, Arrius, „Origenes, & alii, quorum opiniones communi eccle-„ſiæ conſenſu improbantur,

„*k*) (MOMENTUM NON EXIGUUM HABERE DEBENT „AD INTERPETANDA QUÆ OBSCURA VIDENTUR:) At-„que ex hac ratione quatuor concilia oecumenica pro „norma haberi debent fidei Chriſtianæ, quia dubia, „quæ circa officium Chriſti, ejusque perſonam ac do-„ctrinam, ſtatim ab ejus obitu orta ſunt, communi con-„ſenſu deciduntur.

„*l*) (QUO ET PLURIUM APPARET CONSENSUS.) Ex „pluralitate enim aſſerentium factorum veritas pro-„batur.

„*m*) (CUM NEC DOMINATUS ADHUC &c.) i. e. Impe-„rium & Monarchia Papalis.

„*n*) (NEC COITIO ULLA:) i. e. ubi nullum Eccle-„ſiæ Schisma fuit.

§. LII.

Qui his ſucceſſerunt [a] Scholaſtici, [b] quantum ingenio valeant, ſæpe oſtendunt: [c] ſed in infelicia & artium bonarum ignara ſæcula inciderunt: quo minus mirum, ſi inter multa laudanda, [d] aliqua & condonanda ſunt. [e] Tamen ubi in re morum conſentiunt, vix eſt, ut errent: quippe perſpicaces admodum ad ea videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi poſſunt: [f] in quo ipſo tamen diverſa tuendi ſtudio laudabile præbent modeſtiæ exemplum,

ADDITIO.

„Gronovius, Aristotelis causam defensurus, ait, eum „non intelligere *contemtum voluptatum, opum, & bo-„norum*, & sic nec *iram*: quatenus hic contemtus ex „ratione oritur, sed quatenus ex feritate & stupidi-„tate originem ducit: At vel ex hac sola responsione „apparet, fateri asseclas Aristotelis contemtum, iram &c. „esse res indifferentes, ac non nisi abusu in vitia de-„generare: indeque proprie opposita non esse virtuti; „neque ideo vitia esse, quia in excessu peccatur, sed „quia a perfectione receditur.

§. XLIV.

Non recte autem universaliter positum [a] hoc fundamentum [b] vel ex justitia apparet, [c] cui oppositum nimium & parum; [d] cum in affectibus & sequentibus eos actionibus invenire non posset, [e] in rebus ipsis circa quas justitia versatur utrumque quæsivit: [f] quod ipsum primum est desilire de genere in genus alterum, quod in aliis merito culpat: [g] deinde minus suo accipere, potest quidem adventitium habere vitium, ex eo quod quis pro rerum circumstantiis sibi ac suis debeat; [h] at certe cum justitia pugnare non potest, [i] quæ tota in alieni abstinentia posita est. Cui hallucinationi similis illa est, [k] quod adulterium ex libidine, cædem ex ira proprie ad injustitiam pertinere non vult; cum tamen injustitia non aliam naturam habeat, [l] quam alieni usurpationem; [m] nec referat, ex avaritia illa [n] an ex libidine, an ex ira, an ex imprudente misericordia proveniat, an ex cupiditate excellendi, unde maximæ injuriæ nasci solent. Nam qualiacunque incitamenta contemnere hac tantum de causa, ne societas humana violetur, [o] hoc vero justitiæ proprium est.

a) (HOC FUNDAMENTUM:) quasi natura virtutum in mediocritate affectuum & actionum posita sit:

b) (VEL EX JUSTITIA APPARET.) Hic *quartus* est error Aristotelis, qui cum videret, medium in justitia non dari, neque excessum in justitia inveniri, fingit aliquam mediocritatem bonorum, & justitiam ponit medium inter plus & minus. Respondet his Grotius 1) Aristotelem nimium & parum referre saltem ad *res* circa quæ justitia versatur, non ad justitiam ipsam, quæ in habitu & affectu consistit; indeque ait Aristotelem desilire de genere ad genus. 2) Minus, suo accipere esse aliquando vitium ab accidenti, si quis *sibi & suis* debeat; sed cum justitia id non pugnare, quæ tota consistit in *alieni* abstinentia: At cum hæc obscura admodum sint, respondemus 3) falsum esse justitiam esse medium inter nimium & parum, utpote cum in mea potestate sit de bonis meis pro lubitu disponere; unde nunquam injuriam facio, si alii de meo plus tribuo: nec alter unquam injuria agit minus accipiendo. Salva enim justitia aliquis plus dare, alius minus accipere potest, Tota igitur virtus justitiæ consistit in abstinentia alieni; neque hic excessus fingi potest, quia nimium ab alieno abstinere non possum.

ADDITIO.

„Gronovius his regerit, duo esse media; Geome-„tricum seu *rationis*, & arithmeticum seu *rei*. In *ju-„stitia*, ait, esse partim medium *rationis* sive Geome-„tricum, partim *rei* sive arithmeticum. Sed in *cæteris* „*virtutibus* esse medium *rationis* sive Geometricum „Unde concludit, Aristotelem non desilire de genere „in genus, sed tantum dare explicationem & di-„stinctionem terminorum. Fateor me non intellige-„re mentem Gronovii: Res clara est, nec tot subti-„litatibus indiget. Dictum enim est, uti omnem „virtutem, ita & justitiam, in perfectione consistere; „adeoque eum demum justum dici, qui constantem „& perpetuam voluntatem habet jus suum cuique tribu-„endi. Unde sponte sequitur, excessum hic non dari, a-„deoque vitium, quod hactenus opponi posset, non exi-„stere: nemo enim nimis justus esse potest, uti bene Se-„neca *de vit. beat. C. 13. in virtute non verendum ne quid* „*nimium sit.* Plinius ait: *non veror, ne in amore modum* „*excesserim, neque enim periculum est ne sit nimium, quod* „*debet esse maximum. l. 8. Ep. 24. Conf. Sen. de ira l. 1,* „*c. 13.* Totum igitur vitium oppositum justitiæ con-„sistit in defectu, scil. in injuria: Neque obstat effa-„tum Ecclesiastis *cap. 7. v. 16. Non esto justus nimium,* „*neque sapere tibi videtor amplius &c.* nec non Brocar-„dicum illud: *summum jus summam esse injuriam, & bo-„num incremento posse fieri malum. Sen. l. 1. de Ira c. 13.* „Nam hic ipse excessus, hic rigor intempestivus judi-„cis, ideo in vitium abit, non quia nimium justus est, „sed quia a justitiæ ratione deflectit.

„*c*) (CUI OPPOSITUM NIMIUM ET PARUM:) Ju-„stitiam enim in æqualitate constituit Aristoteles, in-„justitiam autem in inæqualitate, si quis nimirum vel „plus vel minus suo habet. *Vid. l. 2. c. 12. §. 8.*

„*d*) (CUM IN AFFECTIBUS ET SEQUENTIBUS EOS „ACTIONIBUS INVENIRE NON POSSET:) In voluntate

„enim, affectu, & habitu jus suum cuique tribuendi, „excessus concipi non potest.

„e) (IN REBUS IPSIS, CIRCA QUAS JUSTITIA VERSATUR, UTRUMQUE QUÆSIVIT:) nimirum in commutatione rerum: nam ibi tantum plus vel minus „esse statuit. *Dict. c. 12. §. 8.*

„f) (QUOD IPSUM PRIMUM EST DESILIRE DE GENERE IN GENUS ALTERUM:) Genus enim de „quo Aristoteli quæstio est, in eo consistit, *quod natura virtutis in mediocritate affectuum actionumque „posita sit*: Ab hoc genere hic desilit in aliud genus; „in *justitia* enim naturam virtutis non in mediocri„tale *affectuum* actionumque ponit, (in his enim ni„mium & parum invenire non potuit) sed in *rebus* „circa quas justitia versatur.

„g) (DEINDE MINUS SUO ACCIPERE, POTEST QUIDEM ADVENTITIUM HABERE VITIUM EX EO QUOD „QUIS PRO RERUM CIRCUMSTANTIIS SIBI AC SUIS „DEBEAT:) Sensus est, quod si minus accipiendo quis „suum temere jactat, eoque efficit, ut vel ipse indi„geat, vel liberi ejus, &c. vitium hoc quidem fit, sed „saltem adventitium; non autem excessus justitiæ; „quia is qui suum jactat nihil alieni tenet, adeoque „justitiæ fines non excedit.

„h) AT CERTO CUM JUSTITIA PUGNARE NON „POTEST:) Adeoque *minus suo* accipere non est oppo„situm justitiæ;

„i) QUÆ TOTA IN ALIENI ABSTINENTIA CON„SISTIT,) Inter omnes enim virtutes sola justitia circa „aliena versatur. *Cic. l. 1. de Offic.*

k)(QUOD ADULTERIUM EX LIBIDINE, CÆDEM EX IRA:) Hic *quintus* est error Aristoteles; qui cum non potuerit medium invenire inter utajus & minus circa adulterium quod ex libidine fit, & cædem quæ ex ira, statuit hæc proprie ad justitiam non pertinere, sed ad Ethicam. Negat id Grotius; & omnino justitiæ ea vindicat, quia injuria omnis in usurpatione juris alieni consistit, sive illa ex ira, sive ex libidine proveniat: indeque omnia hæc incitamenta jure reprobari, ait, quia iis violatur humana societas! &c.

ADDITIO.

„Gronovius negat eam Aristotelis fuisse sententiam, „& potius asserit, eum hæc vitia non tantum ad justi„tiam universalem, sed & ad justitiam particularem re„tulisse: Ao jure an injuria Aristoteles accusetur vel „excusetur, parum interest: Nam, posita quoque sen„tentia Gronovii, certum est etiam in *adulterio ex li„bidine*, & *cade ex ira commissa*, semper peccari in „defectu, quia jus suum cuique nun tribuitur:

„l) (QUAM ALIENI USURPATIONEM.) Quæ in al„legatis vitiis consistit in violatione thori, & priva„tione vitæ: Adeoque in violatione juris alieni.

„m) NEC REFERAT AN EX AVARITIA) i. e. ob „lucrum.

„n) (AN EX LIBIDINE, AN EX IRA, AN EX IM„PRUDENTE MISERICORDIA &c.) Actio enim quæ ex „tali affectu sequitur repugnat justitiæ, quia jus alie„num turbat.

„o) (HOC VERO JUSTITIÆ PROPRIUM EST:) Duo „hic errat Author 1) quod ex illis incitamentis huma„nam societatem violari putet; 2) quod id justitiæ pro„prium esse dicat non violari societatem humanam: „Nam nec dari humanam societatem probavi„mus in *Differt. Proœm. I. §. 46.* nec justitiam con„sistere in non violanda societate humana, (qualis non „existit) sed in jure suo cuique tribuendo diximus Diss. „Proœm. XII. *§. 49. & seq.*

§. XLV.

Ut redeam, unde veneram, verum quidem est, virtutibus nonnullis accidere, ut affectus moderentur, *a* sed hoc non ideo, quod id sit virtuti omni proprium atque perpetuum, *b* sed quia recta ratio, quam virtus ubique *c* sequitur, *d* in quibusdam modum sequendum dictat, in quibusdam ad summa incitat: nam Deum nimium colere non possumus: *e* superstitio enim non eo peccat, quod Deum nimium colat, sed quod perverse: neque æterna bona nimium possumus appetere, neque æterna mala nimium formidare, neque peccata nimium odisse. *f* Vere igitur a Gellio dictum, esse quædam quorum amplitudines nullis finibus cohibeantur, & quæ quanto majora auctioraque sint, etiam tanto laudatiora sint. Lactantius, cum multum de affectibus disseruisset, *Non in his moderandis*, inquit, *sapientiæ ratio versatur, sed in causis eorum; quoniam extrinsecus commoventur: nec ipsis potissimum frenos imponi oportuit, quoniam & exigui possunt in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine.* Nobis propositum est Aristotelem magni facere, *g* sed cum ea libertate, quam ipse sibi in suos magistros veri studio indulsit.

„a) (SED HOC NON IDEO, QUOD SIT VIRTUTI „OMNI PROPRIUM:) Author hic respondet ad dubium, „*quod tamen virtutes aliquando affectus nostros moderentur*: Hoc enim non sequi, ait, ex natura perfe„ctionis, cujus ratio aliquando in medio, aliquando „in summo, aliquando in neutro consistit. Rationem enim

„enim aliquando certos fines præscribere, uti in liberalitate, parsimonia &c. aliquando vero ad summa „incitare, ut in justitia, cultu divino &c.

„b) (QUIA RECTA RATIO, QUAM VIRTUS UBIQUE SEQUITUR:) Nam virtus Authori nihil aliud „est, quam judicium recte conformatum ad æstimanda ea quæ delectant aut nocent. *Vide supra §. 9.*

c) (Grot.) (IN QUIBUSDAM MODUM SEQUENDUM DICTAT, IN QUIBUSDAM AD SUMMA EXCITAT:) Agathias libro V. in oratione Belisarii, τῶν γὰρ τῆς ψυχῆς κινημάτων, τὰ μὲν ὅσα πεφύκασι καθαρὸν ἔχειν καὶ ἀκραιφνὲς τὸ αἱρετὸν καὶ καθῆκον, τούτων ἐντελῶς καὶ δὴ ἀνθεκτέον. οἷς δὲ μέτεστι καὶ τῆς πρὸς τἀναντία ῥοπῆς καὶ ἐκνεύσεως, τούτοις οὐ διὰ πάντων χρηστέον ἀλλ' ἐς ὅσον ἔχουσι τὸ συμφέρον. τὸ μὲν οὖν φρονεῖν ἀμιγὲς ἀγαθὸν καὶ ἀνόθευτον ἅπαντες εἶναι φήσαιεν ἄν. τῆς δὲ ὀργῆς τὸ μὲν δραστήριον εὐκλεές, τὸ δὲ ὑπέρμετρον φευκτὸν καὶ ἀσύμφορον. *Ex animi motibus illi omnino simpliciterque arripiendi, in quibus id, quod officio convenit eligique dignum est, purum reperitur atque sincerum. At quibus accidit, ut & in malum vergant atque declinent, his non omnimode utendum, sed quatenus conducunt. Prudentia, bonum est merum & incorruptum, quod nemo negaverit. In ira id, quod actuosum, laudabile; quod modum excedit, vitandum ac damnum adferens.*

d) (SUPERSTITIO ENIM NON EO PECCAT, QUOD DEUM NIMIUM COLAT:) Hoc solo argumento tota mediocritas Aristotelis evertitur: Si enim omnis virtus in medio aliquo inter excessum & defectum consisteret, necessario sequitur, in religione quoque, & in odio peccati, duo opposita vitia ponenda esse: At certum est neque satis coli Deum, neque peccata nimium odio haberi posse:

ADDITIO,

„Gronovius, ut hic quoque *medium* inveniat, ait „Deum satis coli non posse cultu recto, & hactenus non „dari excessum, sed actionem humanam, per quam exercetur cultus, excedere modum & in excessum degenerare posse: Adeoque excedi posse in adeundo templum, in flectendo genibus, orando supinis manibus, „Eleemosynis ostentationis gratia dando, abstinendo „a rebus non prohibitis &c. unde infert religionem „mediam esse inter superstitionem & impietatem. „Verum hi actus humani aut ex animo totoque corde fiunt, & tum non sunt vitiosi, neque iis peccatur „sive in excessu sive in defectu: aut non pia intentione fiunt, tunc impietatem inferunt, adeoque ibi peccatur non in excessu sed in defectu, neque nimium „hic colitur Deus, sed perverse colitur.

„e) (VERE IGITUR GELLIO DICTUM.) Noct. Att. „l. 4. c. 9. Cui adde authoritates §. præc. lit. 6. allegatas.

„f) (SED CUM EA LIBERTATE QUAM IPSE SIBI „IN SUOS MAGISTROS:) Notum enim est Proverbium, quod ipse passim repetiit: *Amicus Socrates*, sed „*magis amica est veritas:* & alibi: *non æque Socratis* „*attendenda sunt dicta, quam veritati studendum:* „*apud Stanlej. Hist. Phil. part. 5. f. 413.* Unde in *Eth.* „*Lib. 1. c. 4.* ait: *cum enim & viri illi (a quibus præ*„*conceptas opiniones accepimus) & veritas in pretio* „*nobis sit, religio tamen postulat, veritatem ut præfe*„*ramus.*

§. XLVI.

[a] Historiæ duplicem habent usum, qui nostri sit argumenti: nam & exempla suppeditant & judicia. Exempla quo meliorum sunt temporum ac populorum, eo plus habent auctoritatis: [b] ideo Græca & Romana vetera cæteris prætulimus. Nec spernenda [c] judicia, præsertim consentientia: jus enim naturæ, [d] ut diximus, aliquo modo inde probatur: [e] jus vero gentium non est, ut aliter probetur.

Author historiæ usum laudat, utpote quæ suppeditat & facta (ex quibus usum & consuetudinem gentium, adeoque jus gentium secundarium inferri ait) & judicia proborum Authorum. Sed tantum habent probabilem authoritatem, & accedunt probationi juris.

a) (ET EXEMPLA SUPPEDITANT, ET JUDICIA:) *Exempla* sunt ipsa facta, *judicia* autem sunt Prudentum sententiæ de illis factis.

„b) (IDEO GRÆCA ET ROMANA:) Apud hos enim „solos humaniores litteræ floruere, unde reliquas gentes omnes barbaras vocarunt. *Vid. Liv. præf. &* „*Thucyd. L. 1. Sallust. in Cat. 8.* Intelligenda autem „sunt tempora apud Romanos ante annum ab U. C. 600. „i. e. ante bellum Punicum 3tium. Apud Græcos ante „bellum Peloponesiacum. Vid. *Gron. h. Thucyd. l. 3.* „*c. 110.*

„c) (JUDICIA:) Scl. Prudentum de exemplis & de „factis. Casum vide *l. 2. c. 18. §. 4. n. 3.*

„d) (UT DIXIMUS ALIQUO MODO:) Si scil. res „ex certis principiis certa argumentatione deduci potest. *Vid. supr. §. 40.*

„e) (JUS VERO GENTIUM NON EST, UT ALITER „PROBETUR:) Author supra declaravit, quod si ex „certis principiis, certa argumentatione causa universalis, propter quam plures idem affirmant, deduci „non possit, inde necessario sequatur esse jus gentium „voluntarium. *Vid. §. 40.* At sæpius jam dictum est non „dari jus gentium voluntarium, adeoque frustra de ejus „probatione quæri. *Vid. Dissert. Prooem. IV.*

§. XLVII.

Poëtarum & Oratorum sententiæ non tantum habent pondus: &

emplum, rationibus inter ſe certantes, non, qui mos nuper adeo literas inquinare cœpit, convitiis, turpi fœtu impotentis animi.

Scholaſticos laudat Author, quod acuta eorum ſint ſcripta: Quod quidem verum eſt, at illi parciſſime jura naturæ tractarunt, ſed vel Philoſophiam ſaltem, vel Theologiam: quæ utraque diſciplina ipſa in mera verba abiit.

„a) (SCHOLASTICI:) E ſchola patris Lombardi, „Magiſtri ſententiarum. *Vid. Gron. b.* Qui philoſo„phiam, & maxime logicam, tractant, jura vero, in„primis naturæ, vix tangunt. *Conf. §. 55.*

„b) (QUANTUM INGENIO VALEANT SÆPE OSTEN„DUNT:) Acutiſſima enim eorum ſcripta eſſe, negari „nequit.

„c) (SED IN INFELICIA ET ARTIUM BONARUM „IGNARA SECULA INCIDERUNT:) Eo enim tempo„re Philoſophiæ moralis ſtudium, quod in contem„platione & multiplicitate lectionum conſtat, incogni„tum fere fuit.

„d) (ALIQUA ET CONDONANDA SINT:) Si enim „errant, magis id imputari debet ruditati ſeculi:

„e) (TAMEN UBI IN RE MORUM CONSENTIUNT „&c.) i. e. in Ethicis, ubi de moribus agitur. Etſi „enim hæc præcepta morum ad diſciplinam juris na„turæ, quod inter homines obtinet, plane non perti„neant, inſignis tamen eorum uſus eſt in illa parte „juris naturalis, qua homines Deo obligantur.

„f) IN QUO IPSO TAMEN:) Commendat Author „Scholaſticos a modeſtia, & improbat methodum „convitiis certandi.

§. LIII.

Juris Romani ſcientiam profitentium tria ſunt genera. Primum eorum eſt, quorum opera in [a] Pandecte, [b] Codicibus Theodoſiano & Juſtinianeo, [c] & in Novellis conſtitutionibus apparent. [d] Secundum eos habet, qui Irnerio ſucceſſerunt, [e] Accurſium, [f] Bartolum, & tot alia nomina, quos penes diu fori regnum fuit. Tertium eos complectitur, [g] qui humaniores literas cum legum ſtudio conjunxerunt. [h] Primis multum defero: [i] nam & rationes ſæpe optimas ſuppeditant, ad demonſtrandum id quod juris eſt naturæ: [k] & eidem juri, [l] neque minus gentium juri, teſtimonium ſæpe præbent, ſic tamen, ut ipſi non minus quam alii [m] nomina hæc ſæpe miſceant; imo & jus gentium ſæpe vocent id [n] quod quorundam duntaxat populorum eſt, [mm] nec tanquam ex condicto, [o] ſed quod alii aliorum imitatione, aut fortuito receperunt. [p] Sed & quæ vere juris ſunt gentium ſæpe tractant promiſcue & indiſcrete cum his quæ juris ſunt Romani, [q] ut ex titulo de captivis & poſtliminio apparet. [r] Hæc ergo, ut diſcernerentur, laboravimus,

Author tres claſſes ICtorum facit, 1) eorum, qui in Pandectis, Codice & Novellis ſuam ſententiam declararunt. 2) Eorum, qui invento Piſis Digeſtorum opere ejus interpretationem primi ſuſceperunt. 3) Eorum, qui humaniores literas cum legum ſtudio conjunxerunt.

„a) (IN PANDECTE) Pandectæ dicuntur a πάντα & „δέχεσθαι, quia omnes juris antiqui materiæ in unum „corpus digeſtæ ſunt. In his Digeſtis continentur „leges Regum; interpretationes & reſponſa Pru„dentum, leges populi, edicta Prætorum, & conſti„tutiones Principum. Hæ pandectæ maximum uſum „in demonſtrando jure naturæ habent, quod facto ipſo „in Diſſert. Prooem. XII. probavi, Totum enim Sy„ſtema juris naturalis, ex jure Romano compoſitum, „ibi propoſui.

„b) (CODICIBUS, THEODOSIANO ET JUSTINIA„NEO:) Notandum eſt, jam ante Theodoſium Codi„ces duos collectos fuiſſe, quorum primus *Gregoria„nus* dicitur, & complectebatur conſtitutiones ab Ha„driano ad Valerianum: alter *Hermogenianus*, qui „a Claudio ad Diocletianum usque latas leges conti„nebat: Poſt hos ſecutus eſt Codex *Theodoſianus*, in quo „leges Conſtantini ad Theodoſium usque collectæ ex„ſtabant. Tandem *Juſtinianeus* prodiit, in quo Juſti„nianus conſtitutiones trium priorum Codicum, & „præterea a Theodoſii temporibus ad ſuum ſeculum „promulgatas collegit.

„c) (ET IN NOVELLIS CONSTITUTIONIBUS:) Quas „Juſtinianus poſt publicatum Codicem edidit.

„d) (SECUNDUM EOS HABET QUI IRNERIO SUC„CESSERUNT:) Poſt Juſtiniani tempora in utroque im„perio eviluit jus Romanum. Sane in Italia jam anno „493. Theodoricus Gothorum regnum ſtabilivit, pro„priumque jus ſtatuit: Secutum tum eſt regnum Longo„bardicum An. 568. Tandem Carolus M. victo An. 771. „Deſiderio, regnum Italiæ acquiſivit, ac priora jura con„firmavit. Adeoque periit quaſi omnis Juris civilis me„moria, usque ad Lotharii II. tempora, qui anno 1128. „inventis Piſæ pandectis Irnerium Romæ ac Bono„niæ jus Romanum publice docere juſſit: Atque is Ir„nerius primus corpus Juris gloſſis ſuis illuſtravit: „*Vid. Panzirol. de clar. jur. interpr. L. 2. c. 13.*

„e) (ACCURSIUM:) At multi celebres ICti eum an„teceſſerunt,

„tecesserunt; nimirum Martinus, OttoPapiensis,Bulgarus, Jacobus, Rogerius,Balduinus &c. *Vid.Panzirol. d. l. c. 14. usque ad c. 29.* Accursi fata vide *ibid. c. 29.*

„*f*) (BARTOLUM:) Vitam ejus, & merita in Jurisprudentiam, lege apud *Panzirol. d. l. c. 67.*

„*g*) (QUI HUMANIORES LITERAS CUM LEGUM STUDIO:) Uti Faber, Alciatus, Budæus, Antonius, Cujacius, Brissonius. &c.

„*h*) (PRIMIS MULTUM DEFERO:) At inter illos multum interest; ICti Romani, authores Pandectarum, veri & soli sunt authores juris; Illi præter lumen naturæ aliam normam jura statuendi non habuerunt. At jura quæ in Codicibus & Novellis continentur monarchiam sapiunt, & ab æquitate illa, quæ tempore Reipubl. obtinuit, passim recedunt.

„*i*) (NAM ET RATIONES OPTIMAS:) Ipsi enim testantur, jus Romanum collectum esse ex principiis juris naturæ seu gentium:

„*k*) (ET EIDEM JURI:) Scil. juri naturæ seu gentium:

„*l*) (NEQUE MINUS GENTIUM JURI:) Author putat ICtos Romanos juri gentium voluntario quoque testimonium præbere: At sæpius jam dictum est, tale jus gentium secundarium non dari, *Vid. Differt. Prooem. IV. §. 29.* & incognitum illud fuisse ICtis Romanis, eosque dum juri gentium testimonium præbent, de ipso jure naturæ id intellexisse probavimus *supra §. 17.* & *Differt. Prooem.IV. §. 33. seq.* Quo sensu vero jus naturæ a jure gentium distinxerint, alibi explicabimus: *Vid. l. 1. c. 1. §. 11.* & *dict. Differt. IV. §. 42.*

„*m*) (NOMINA HÆC SÆPE MISCEANT:) Et merito, quia vera & realis differentia inter jus naturæ & jus gentium non est: Utrumque enim, etiam ex ICtorum Romanorum doctrina, ex ratione oritur, utrumque Deum authorem habet, utrumque omnes homines obligat: *d. §. 17. dict. Differt. Prooem. IV. §. 33. & seq.*

„*n*) (ID QUOD QUORUNDAM DUNTAXAT POPULORUM EST:) Imo hoc sensu ICti nullibi jus gentium sumunt, uti mox videbimus: Add. Differt. Prooem. IV. §. 24. seq.

„*nn*) (NEC TANQUAM EX CONDICTO:) i. e. non ex communi consensu gentium, *Differt. Prooem. IV. §. 9. §. 24.* Atque ideo Author jus hoc *arctius* vocat, cum id quod tanquam ex condicto oritur jus Gentium *latius patens*, seu *proprie sic dictum*, vocare soleat. *Diff. Prooem. IV. §. 8.* At nec tale jus gentium ex condicto dari vidimus. Conf. *Differt. prooem. IV. §. 29.*

„*o*) (SED QUOD ALII ALIORUM IMITATIONE SEU FORTUITO. &c.) Author hanc speciem juris Gentium vocat legem civilem plurium gentium, *l. 2. c. 8. §. 1. l. 2. c. 3. §. 5.* seu jus gentium improprie sic dictum, *d. §. 1. n. 2.* quod pluribus gentibus placuit sine mutua obligatione. *l. 3. c. 1. §. 8. n. 2. & l. 2. c. 8. §. 26.* quod proinde ab uno populo inconsultis aliis mutari posse statuit: *l. 2. c. 3. §. 5. & c. 8. §. 1. n. 2.* eoque refert omnes modos acquirendi quos ICti juris Gentium dicunt. *d. c. 8. §. 2.* Conf. *Differt. Prooem. IV. §. 8. §. 9. §. 24. & Differt. VI. §. 49. seq.* Verum cum plane non detur jus gentium secundarium, nec proprie sic dictum, multo minus existentiam juris gentium improprie sic dicti agnoscimus: uti late probavimus in *Differt. Prooem. IV. §. 39. seq.* Neque eo sensu ICti Romani ullibi voce juris Gentium usi sunt: nam modi illi acquirendi, quos ICti ad jus Gentium referunt, pertinent ad jus gentium primævum, quod est ipsum jus naturæ: uti *d. l. 2. c. 8.* videbimus. Conf. *Differt. Prooem. XII. §. 242. seq.*

„Equidem negari nequit, dari quædam jura quæ apud plures gentes æque obtineant, ut testamentorum usus: lex illa de occidendo fure nocturno, non diurno: &c. At hæc sunt mera jura civilia, quæ quæque civitas ad utilitatem suæ civitatis constituit. *Vid. supr. §. 17.*

„*p*) (SED ET QUÆ VERE JURIS GENTIUM SUNT, TRACTANT PROMISCUE &c. CUM HIS QUÆ SUNT JURIS ROMANI:) Notandum hic est, ICtos Romanos nullibi promiscue tractare ea quæ *vere juris Gentium* (voluntarii) sunt, cum his quæ juris sunt Romani: Quia tale *jus Gentium* ipsis incognitum fuit. Cæterum hæc est natura juris civilis, ut *juri gentium*, seu naturæ, aliquid addat vel detrahat: atque id quoque contigit in materia de captivis & postliminio reversis.

„*q*) (UT EX TITULO DE CAPTIVIS ET POSTLIMINIO APPARET:) Hanc materiam a ICtis Romanis ex jure gentium tractatam esse ait Author, sed confuse nimis; ita,ut quæ juris gentium, quæque civilis Romani esse vellent, lector nequiret distinguere. *l. 3. c. 9. §. 1. n. 1.* Ad jus civile enim pertinere ait, quod postliminium non fit in his, qui virtute bellica superati sunt: *d. c. 9. §. 4. n. 2.* nec in transfugis: ibid. *§. 10.* nec in redemtis: *dict. §. 10. n. 2.* quod fingatur captum & reversum nunquam fuisse in hostium potestate: *l. 3. c. 9. §. 10. n. 3.* quod heredes ei, qui in captivitate mortuus est, succedant quasi retro mortuus sit. *d. §. 10. n. 4.*

„At suo loco videbimus, jura postliminii in genere ex juris naturalis principiis illustrari, & ICtos Romanos singulos fere casus ex istis principiis decidisse. Cæterum in quibusdam, ob utilitatem publicam, ICti recesserunt a jure naturali: quo pertinet (1) quod ea quæ in bello usum non habeant, postliminio non recipiantur: (2) quod bello captis non fit postliminium in pace: (3) quod capti & reversi, vel mortui, nunquam videantur fuisse in hostium potestate: (Adeoque ICti Romani nunquam hæc pro jure naturali venditarunt:) Quod vero (4) in transfugis postliminium non sit, id ex ipsa naturæ ratione sequitur. Denique & (5) verum non est redemtis postliminium non esse. *Vid. Differt. XII. §.*

„*r*) (HÆC ERGO, UT DISCERNERENTUR, LABORAVIMUS:) Ita enim Grotius *occupationem rerum nullius* ad jus naturæ pro certo rerum statu; (*Diff. Prooem. VI. §. 23.*) *occupationem rei hostilis*, & eam quæ fit *jure repressaliarum*, ad jus gentium voluntarium: (*ibid. §. 47. §. 48.*) *Incrementa fluvialia, acquisitionem per ventrem, specificationem, accessionem, perceptionem fructuum ex re aliena, traditionem, &c.* ad jus Romanum refert. (*ibid. §. 51.*) At in dissertatione prooemiali XII. *§. 242. seq. §. 251. seq.* rationibus naturæ probavimus, omnes hos acquirendi modos ex vero jure naturæ oriri.

§. LIV.

§. LIV.

[a] Secunda classis,[b] juris divini & historiæ veteris incuriosa,[c] omnes Regum Populorumque controversias definire voluit ex legibus Romanis,[d] assumtis interdum canonibus. Sed his quoque temporum suorum infelicitas [e] impedimento sæpe fuit, quo minus recte leges illas intelligerent [f] satis solertes alioqui, ad indagandam æqui bonique naturam: quo factum,[g] ut sæpe optimi sint condendi juris auctores, etiam tunc, cum conditi juris mali sunt interpretes. Audiendi vero tum maxime,[h] cum tali consuetudini, quæ nostrorum temporum jus gentium facit, testimonium perhibent.

Primi interpretes Juris Romani magnam authoritatem habent, quia commentarii eorum sunt foetus proprii ingenii, nullum alium ducem præter rationem habuerunt, illamque non ex Doctorum consensu, sed ex ipsis legibus sumsere: quamquam negari nequeat, eos paucissima Romanorum jura ex rationibus naturæ illustrasse, nedum principia juris naturæ rite intellexisse. Qui hos secuti sunt JCti pestes fuere jurisprudentiæ; Rhapsodias fecere ex commentariis prædecessorum, eorumque indices compilarunt, non de jure sed de opinionibus Doctorum certantes, unde jus controversum, tunc communes opiniones, & tandem communes contra communes ortæ sunt.

ADDITIO.

„Egregie infelicitatem hujus seculi describit Cujacius *in præf. parat. Hæc* (loquitur autem de glossis „primorum interpretum) *cum non explerent obtusiora ingenia, nec satis jus illustrare viderentur, supervenere alii, qui, non mutato nomine, glossas auctiores redderent quam pateretur ipsum glossarum nomen. Atque ita paulatim glossa gravidæ factæ quæsiverunt sibi liberos ingentes, immanes, insanos commentarios.* „apud *Zigl. h.*

„a) (SECUNDA CLASSIS:) Scil. eorum qui Irnerio „primisque interpretibus successerunt. *vid. §. præced.*

„b) (JURIS DIVINI ET HISTORIÆ VETERIS INCURIOSA:) Adeoque parum apta ad jura naturæ & gentium (quæ posteriora Grotius ex exemplis demum „& peritorum iudicio probari dixit *supra §. 46.*) „indaganda:

„c) (OMNES REGUM POPULORUMQUE CONTROVERSIAS DEFINIRE VOLUIT, EX LEGIBUS ROMANORUM:) Apparet hoc ex consiliis, quæ passim in „voluminibus illorum Autorum exstant; ubi consulti „de controversiis Regum &c. perpetuo rationes juris „civilis allegant.

„d) (ASSUMTIS INTERDUM CANONIBUS:) Postquam enim sub Lothario II. jura veterum Romanorum reviviscerent, & publica authoritate docerentur, Pontifex id obsuturum authoritati suæ ratus, per „Gratianum Monachum Pontificum decreta congessit, & ex veterum synodorum Canonibus multa „intexuit, quæ Pontificis authoritatem extollere & confirmare poterant: Et sic ad studium juris antiqui Romani, quod nunc civile vocatur, alterum accessit, „quod dicitur Canonicum: cujus patroni deinde inventi sunt Canonistæ & Scholastici. *vid. Gutbberl. „Chronol. in Loth. II. & Peucer. fol. 851. seq.*

„e) (IMPEDIMENTO FUIT, QUO MINUS LEGES „ILLAS RECTE INTELLIGERENT:) Bene tamen inter hos quoque distinguit B. Parens, nam primi interpretes corporis Juris ex sola ratione interpretabantur leges, sequentes autem indices compilabant, „& ex multitudine opinionum omnia decidebant: ex „illis aliquid, ex his nihil subsidii esse potest.

„f) (SATIS SOLERTES ALIOQUI, AD INDAGANDAM ÆQUI BONIQUE NATURAM:) i. e. justa statuebant, at rationes ignorabant.

„g) (UT SÆPE OPTIMI SINT JURIS CONDENDI „AUTORES &C. ETIAM TUNC CUM CONDITI JURIS „MALI SUNT INTERPRETES:) i. e. rectissime tradant quæ sunt juris, etsi ad jus male applicent, & obtorto collo trahant veterum JCtorum loca, unde id „colligunt. *Gron. h.*

„h) (CUM TALI CONSUETUDINI, QUÆ NOSTRORUM TEMPORUM JUS GENTIUM FACIT, TESTIMONIUM PERHIBENT:) Cum dictum jam sit, plane non „dari jus gentium voluntarium, frustra testimonium „perhiberent illi JCti de jure quod nec olim exstitit, „nec nostris temporibus existit.

§. LV.

[a] Tertii ordinis magistri,[b] qui Romani juris finibus se includunt, & in jus illud commune aut nunquam, aut non nisi leviter, exspaciantur; vix ullum habent usum, qui nostri sit argumenti:[c] Scholasticam subtilitatem cum legum & canonum cognitione conjunxerunt,[d] ita ut a controversiis etiam Populorum ac Regum non abstinerent, Hispani duo Covarruvias & Vasquius:[e] hic magna libertate,[f] modestius alter, nec sine exacto quodam judicio,[g] Historias magis eidem legum studio inserere aggressi sunt Gal-

li: quos inter magnum obtinent nomen Bodinus & Hottomanus, [h] ille perpetuo opere, [i] hic ſparſis quæſtionibus, quorum [k] & pronunciata & rationes [l] ſæpe nobis inquirendi veri ſuppeditabunt materiam.

„ Autor ait, recentiores JCtos, qui Scholaſticam ſubtilitatem cum legum & canonum cognitione, etiam in decidendis regum controverſiis, conjungebant, vix ullum uſum in diſciplina juris univerſalis habere, eoque refert Covarruviam & Vasquium.

„a) (TERTII ORDINIS MAGISTRI) Qui humaniores literas cum legum ſtudio conjunxerunt. *vid. §. præced.*

„b) (QUI JURIS ROMANI FINIBUS SE INCLUDUNT:) Qui verba legum captant, in rationes non inquirunt, nedum earum interpretationem in principiis naturæ quærunt.

„c) (SCHOLASTICAM SUBTILITATEM:) Cœpit ea anno circiter 1160. ejusque Author fuit Petrus Lombardus Pariſienſis, magiſter ſententiarum dictus, quia compoſuit quatuor libros ſententiarum: *Guthberl: chron. fol. 404.* quem tum ſecuti ſunt Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Johannes Duns, Scotus, Wilhelmus Occam &c. Hi dum a lectione Sacrorum Bibliorum longius receſſiſſent, & Ariſtotelis Philoſophiam ad Theologiam transtuliſſent, Sacrarum literarum ſtudium fere aboleverunt, indeque Pontificiæ traditiones invectæ ſunt: adeo ut in ſcholis nil niſi argutiæ metaphyſicæ & dialecticæ fuerint auditæ: qui abuſus etiam ad Jurisprudentiam tranſiit. conf. *ſupr. §. 52.*

„d) (ITA, ET A CONTROVERSIIS QUOQUE POPULORUM:) Quaſi authoritates Canonum, legumque Romanarum, diſtinctionibus metaphyſicis ſuffultæ, Regibus populisque legem dare valeant.

„e) (HIC MAGNA LIBERTATE:) Reſpicit Author ad doctrinam Vasquii aſſerentis Principem, qui inſontem inſultat, ipſo facto Principem eſſe deſinere. *Vid. inf. L. 2. c. 1. §. 9. n. 2.* quæ ſententia non tantum libera nimis, ſed & falſa & periculoſa admodum eſt.

„f) (MODESTIUS ALTER, NEC SINE EXACTO QUODAM JUDICIO:) Covarruvias negat Principem a privato, quem lædit, occidi poſſe. *tom. 1. c. 3. f. 68. n.* 6. unde merito modeſtiam ejus commendat Author. Sed & alia juris gentium capita circa bellum, & circa jura Principis, non ſine judicio tractat.

„g) (HISTORIAS MAGIS EIDEM LEGUM STUDIO:) Hiſtorias, indeque deſumpta exempla, commendavit Author, quia jus naturæ aliquo modo exinde probari, ait, jus gentium ſemper. *Vid. ſupra §. 46. & §. 54.*

„h) (ILLE PERPETUO OPERE. &c.) Scil. in libro quem inſcribit, de *republica*: Ubi multa de ſtatu reipublicæ, ejusque forma: de juribus Principis: de ſucceſſione regnorum: de juribus familiæ: de bellis & fœderibus diſſerit, eaque omnia exemplis gentium firmat.

„i) (HIC SPARSIS QUÆSTIONIBUS:) In libro cui nomen, *quæſtionum illuſtrium liber:* Hic varias quæſtiones de regnorum ſucceſſione, *q. 1. 2. 3. 4.* de jure poſtliminii, *qu. 5.* de fide ſervanda, *q. 6. &c.* propoſuit & decidit.

„k) (ET PRONUNCIATA:) i. e. ſententiæ ac deciſiones ejus: ſpeciatim in ſucceſſione regnorum.

„l) (SÆPIUS INQUIRENDI NOBIS VERI SUPPEDITABUNT OCCASIONEM.) *Vid. L. 2. c. 7. §. 27. & 30.*

§. LVI.

In toto opere tria maxime mihi propoſui, [a] ut definiendi rationes redderem quam maxime evidentes, & ut quæ erant tractanda [b] ordine certo diſponerem, [c] & ut quæ eadem inter ſe videri poterant, nec erant, perſpicue diſtinguerem.

Author ait, curam ſibi fuiſſe, ut tractatus ubique perſpicuus, definitiones evidentes, & ordo materiarum facilis ſit, ac denique negotia & cauſæ rite diſtinguantur.

„a) (UT DEFINIENDI RATIONES REDDEREM, QUAM MAXIME EVIDENTES:) Et unde facile eſſet, etiam ſi quid omiſſum ab eo eſſet, definire. *Vid. ſupr. §. 39.* Quo ſucceſſu, partim vidimus, partim in ſequentibus videbimus: Sane cum Grotius nec veram quidem definitionem juris naturæ dederit, & jus aliquod *ſociale, naturaque humana*, ſemoto Deo, principium obligationum fecerit, facile apparet, ex ejusmodi definitionibus nulla jura, nedum naturæ, deduci poſſe. Sed & vidimus Eum definitiones finxiſſe juris *divini univerſalis*, & *humani ſeu gentium:* quæ tamen jura non exiſtunt.

„b) (ORDINE CERTO DISPONEREM:) Ordo operis ſatis aptus eſt juxta inſtitutum Authoris; qui non totum jus naturæ tradere voluit, ſed præcipuam ejus partem, ſcil. *jus belli*. De ordine operis vide ſupra *§. 33. 34. 35. & 38.*

„c) (ET UT QUÆ EADEM INTER SE VIDERI POTERANT NEC ERANT:) Dixit enim ſe jus naturæ diſtinxiſſe a jure gentium, utrumque a jure civili. §. 40. §. 41. Se in gentium jure diſcreviſſe id quod vere & ex omni parte jus eſt, & id quod duntaxat effectum externum, ad inſtar illius juris primitivi habet. Se ſeparaſſe ea quæ juris ſunt proprie ac ſtricte ſic dicti, & quæ ex jure naturæ humano ſeu jure naturæ laxiori oriuntur. *Vid. ſupr. §. 41.* Se diſcreviſſe ea quæ vere ſunt juris Gentium ab eis quæ juris ſunt Romani; vel quorundam duntaxat populorum. *Vid. §. 53.* At notavimus ibidem omnia hæc diſcrimina nullum in prudentia juris naturalis uſum habere:

§. LVII.

§. LVII.

Temperavi me ab his, quæ alterius sunt tractationis, ut quæ docent [a] quid ex usu sit facere: quia ista suam habent artem specialem Politicam, [b] quam recte ita solam tractat Aristoteles, ut alieni nihil admisceat, [c] contra quam fecit Bodinus, apud quem hæc ars cum juris nostri arte confunditur. Nonnullis tamen locis [d] ejus quod utile est feci mentionem, sed obiter, & ut ipsum a justi quæstione apertius distinguerem.

Recte author politicam a jure naturæ distinguit: *Jus naturæ* docet, quid Princeps vel privatus præcise facere vel non facere teneatur: *politica* autem quid eis expediat. Sane in omni belli ac pacis negotio prima semper quæstio solet esse, an juste fieri possit, altera an conducat? *Conf. l. 3. c. 12. §. 7. n. 1. & l. 1. c. 3. §. 19.*

„*a*) (QUID EX USU SIT FACERE:) i. e. quid utile sit, quid expediat, quid conducat.

„*b*) (QUAM RECTE ITA SOLAM TRACTAT:) Politi-„ca definitur prudentia instituendæ conservandæ ac „regendæ reipublicæ: Justitia vero est prudentia su-„um cuique tribuendi: Hinc potest Princeps gravem „belli gerendi causam habere, sed eam negligere, for-„te quod non expediat ideo bellum inchoare; id vero „ex rationibus politicis constare Principi debet; Econ-„trario, sæpius contingit Principem ob levissimam „causam bellum gerere, si scil. id ei conducit, alias „forte bellum non gesturus: Et huc pertinet distinctio „inter causam justificam & suasoriam. *Vid. L. 2. c. 1.* „*§. 1.* posterior ad politicam pertinet.

„*c*) (CONTRA QUAM FECIT BODINUS:) Is artem „reipublicæ, & in genere quomodo gubernari de-„beat, tradere voluit; adeoque non regulas tantum „juris, sed & politicas adhibere debuit.

„*d*) (EJUS, QUOD UTILE EST, FECI MENTIONEM:) „Inprimis hoc fecit toto *capite 24. Libri secundi*: ubi „monita suppeditat, de non temere, etiam ex justis „causis, suscipiendo bello: Add. *l. 3. c. 25.*

§. LVIII.

Injuriam mihi faciet, si quis me [a] ad ullas nostri seculi controversias, aut natas, aut quæ nasciturae prævideri possunt, respexisse arbitratur. Vere enim profiteor, sicut Mathematici [b] figuras a corporibus semotas considerant, ita me in jure tractando ab omni singulari facto abduxisse animum.

a) (AD ULLAS NOSTRI SECULI CONTROVERSIAS:) Periculosa res est de Principum controversiis judicium ferre, neque privati est, tale judicium sibi arrogare: nisi vel Principis sui jura defendat, vel de controversiis præteritis judicium ferat.

„*b*) (FIGURAS A CORPORE SEMOTAS:) Adeoque „quæ in idea & solo conceptu mentis consistunt: „Nam mathematicæ disciplinæ a materia omni for-„mas separant, uti Author ait, *L. 2. c. 23. §. 1.*

§. LIX.

Dicendi genus quod attinet, nolui ad rerum tractandarum multitudinem adjungendo verborum copiam fastidium parere lectori, cujus utilitatibus consulebam. Itaque secutus sum, quantum potui, concisum & docenti conveniens loquendi genus: ut, tanquam in uno conspectu habeant qui negotia publica tractant, & quæ incidere solent controversiarum genera, & principia unde dijudicari possunt: quibus cognitis facile erit ad rem subjectam accommodare orationem & quantum lubet extendere.

§. LX.


Scriptorum veterum ipsa verba adduxi interdum, ubi talia erant, ut aut cum auctoritate, aut cum venustate singulari dicta viderentur: quod &

& in Græcis feci nonnunquam, ſed maxime ubi aut brevis erat ſententia, aut cujus gratiam ſperare non audebam Latino ſermone me poſſe asſequi: quem tamen ubique adjunxi, in eorum commodum, qui Græca non didicerunt.

§. LXI.

Quam vero in aliorum ſententiis ac ſcriptis dijudicandis mihi ſumſi libertatem, eandem ſibi in me ſumant, omnes eos oro atque obteſtor quorum in manus iſta venient. Non illi promtius me monebunt errantem, qnam ego monentes ſequar. Et jam nunc adeo, ſi quid hic pietati, ſi quid bonis moribus, ſi quid ſacris literis, ſi quid Eccleſiæ Chriſtianæ conſenſui, ſi quid ulli veritati diſſentaneum a me dictum eſt, id nec dictum eſto.

„Author tribus his poſterioribus §. §. §. ait 1) ſe dicendi genere conciſo uſum eſſe, addo, & Latio & „elegante, 2) Se ſcriptorum verba aliquando allegaſſe, 3) Se eandem, qua ipſe uſus eſt, libertatem „judicandi & monendi omnibus concedere: Et tandem cavet, quod ſi quædam religioni vel veritati contraria dixit, ea pro non dictis habere velit.



HUGO-

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI ET PACIS.
LIBER PRIMUS
CAPUT I.
Quid Bellum sit?

I. *Ordo operis.*
II. *Belli definitio, & origo nominis.*
III. *Jus pro attributo actionis describitur, & dividitur in rectorium & aquatorium.*
IV. *Jus pro qualitate dividitur in facultatem & aptitudinem.*
V. *Facultatis, sive juris stricte dicti, divisio in potestatem, dominium, creditum.*
VI. *Facultatis alia divisio: In vulgarem & eminentem.*
VII. *Aptitudo quid?*
VIII. *De justitia expletrice & attributrice: Easque proprie non distingui per proportionem Geometricam & Arithmeticam: Nec quod hac circa res communes, illa circa res singulorum versetur.*
IX. *Jus pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.*
X. *Juris naturalis definitio, divisio, & distinctio ab his quæ non proprie sic dicuntur.*
XI. *Instinctum cum aliis animantibus communem, aut proprium hominibus, non facere aliam juris speciem.*
XII. *Quomodo probetur jus naturale.*
XIII. *Juris voluntarii divisio in humanum & divinum.*
XIV. *Ius humanum dividitur in civile, civile arctius, & civile latius, quod est jus Gentium: Ejus explicatio, & quomodo probetur.*
XV. *Ius divinum dividitur in universale & unius populi proprium.*
XVI. *Iure Hebræorum nunquam obligatos fuisse alienigenas.*
XVII. *Quæ argumenta Christiani petere possint ex lege Hebræa, & quomodo.*

§. I.



Controversiæ eorum quos nulla juris civilis tenet communio, *b* qua-

a) (CONTROVERSIÆ EORUM QUOS NULLA JURIS CIVILIS TENET COMMUNIO:) i. e. lites inter summas potestates: Nam controversiæ illorum quos juris civilis tenet communio judicio deciduntur & transactione, non bello & pace.

ADDITIO.

„Quæritur, an hi quos juris civilis tenet communio obligentur præceptis juris naturalis, si legibus „civitatis nihil de iis statutum sit? Et merito id affirmatur: quia ipsa natura ejusque Author hæc „præcepta hominibus dedit, adeoque obtinent etsi „legibus civilibus nulla eorum mentio fiat. Imo etsi „aliquid præceptis naturalibus contrarium iis statuatur: „Egregie id firmat Cicero *de Legibus L. 2. p. m. 438. Nec „quia tempore Tarquinii lex de stupro non erat lata, idcirco non contra legem illam sempiternam S. Tarquinius „vim intulit Lucretia? Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delictis avocans, quæ non eum demum incipit lex esse cum „scripta est, sed tum, cum orta est: orta autem est cum „mente divina.* Atque hinc notanter Gajus ait: „*Omnes populos, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum „jure uti. l. 9. ff. de just. & jur. Conf. §. 3, Inst. de just. „& jur. & §. 5. Inst. de jure Nat. & Gent. &c.* Cives igitur inter se obligantur & ex jure naturali, & „ex jure civili.

b) (QUALES SUNT, ET QUI IN GENTEM NONDUM COIVERUNT:) Multi enim fuere, & hodieque sunt homines, qui nullo vinculo juris civilis inter se tenentur, ubi familia quæque separatim habitat; inter quas cum omnia omnibus sufficiant, nullæ lites existunt, adeoque nec judicio inter eas opus est: Exempla talia ex sacris litteris quoque nota sunt: Loth & Abraham patres singularum erant familiarum, nec in gentem coivere, nec communem judicem habuerunt: indeque solo jure naturæ tum inter se, tum cum aliis familiis utebantur: Tales quoque fuere Aborigenes apud Salustium, *Catil. 6.* Getuli apud eundem, *Jugurth. c. 18.* Cyclopes apud Euripedem, *in Tragoedia hoc nomine inscripta.* Tales perhibentur fuisse homines initio, qui instar ferarum in antris habitasse dicuntur antequam in civitates collecti sunt. *Cic. L. 1. de invent. pr.* Unde fabulæ ortæ Orphei & Deucalionis, quorum *ille* saxa & arbores, i. e. homines in speluncis saxis & Sylvis habitantes, in societatem coegit; *hic* ex ossibus homines fecit ossibus rejectis: *Conf. Orat. mea de progressu juris Europæi. & Becm. hist. orb. p. 1. c. 9. §. 8.*

quales sunt [c] & qui in gentem nondum coierunt, & qui inter se diversarum sunt gentium, [d] tum privati, [e] tum Reges ipsi, [f] quique par regibus jus obtinent, [g] sive illi optimates sunt, sive populi liberi, [h] aut ad belli aut ad pacis tempora pertinent. [i] Sed quia bellum pacis causa suscipitur, & nulla est controversia unde non bellum oriri possit, [k] occasione bellici juris quæcunque tales incidere solent controversiæ, recte tractabuntur: Ipsum deinde nos bellum [l] ad pacem, ut finem suum, deducet.

§. II.

[a] De belli ergo jure acturi, videndum habemus, [b] quid bellum sit de quo

ADDITIO.

„Exempla ejusmodi gentium collegit Author *Lib. I.* „*c. 4. §. 2.* quibus addendi Sarmazeni, *Ammian. Marc.* „*14. 10.* Odyrises, *Id.* 27. 28. Hunni, *Id. 31. 4.* Conf. „*Polyd. Vergil. de invent. rer.* 3. 9. Unde vero civita„tes originem ceperint, & quæ causa sit cur homi„nes in civitatem coiverint, alibi demonstravimus: „*Conf. Differt. Prooem. §. 612.*

„c) (ET QUI INTER SE DIVERSARUM SUNT GEN„TIUM:) Uti si duæ civitates seu gentes, ex pluribus fa„miliis constantes, invicem controvertunt. v. g. Spar„tani cum Atheniensibus. &c. Controversiæ igitur, quæ „inter hos oriuntur, non nisi bello decidi possunt.

„d) (TUM PRIVATI:) Duorum regnorum subditi in„ter se non jure aliquo civili, (quia communem supe„riorem non habent) sed solo jure naturæ tenentur: „De modo autem agendi inter duarum civitatum ci„ves infra agemus. *Vid. L. 1. c. 1. §. 1. L. 3. c. 15. §. 2.* „*l. 3. c. 25. & Differt. Prooem. VIII. §. 166.*

„e) (TUM REGES IPSI:) Si scilicet inter se con„trovertunt, nam cum superiorem non habeant, solo „jure belli controversiæ eorum diciduntur.

f) (QUIQUE PAR REGIBUS OBTINENT:) i. e. omnes potestates quæ summæ sunt, nec superiorem habent.

„g) (SIVE ILLI OPTIMATES SINT, SIVE POPULI „LIBERI. &c.) Author innuit triplicem statum; Re„gium, optimatum, & popularem:

h) (AUT AD BELLI, AUT AD PACIS TEMPORA PERTINET:) Omnes lites inter summas potestates, eorumque subditos, necessario referuntur aut ad *belli* aut ad *pacis* tempora: *Tertium* ergo tempus inter bellum & pacem medium non datur: Licet enim longæ aliquando contrahi inter partes litigantes soleant induciæ, illæ statum belli non tollunt, sed suspendunt; Eodem modo uti feriæ inter cives litem suspendunt, non dirimunt. Status igitur belli durat, donec vel ultima victoria vel pace finiatur.

Neque allegari potest *Lex 5. §. 2. ff. Capt. & postl.* ubi tempore *pacis* quoque inter eos, qui hostes non sunt, belli jura obtinent, quia id, quod ad alterum pervenit, ejus fit; Adeoque tertium hic tempus ex pace & bello mixtum dari videtur: At ex ipsis verbis legis apparet, statum ibi esse pacis, non hostilem, ibi, *in pace*; & mox, *hi hostes quidem non sunt.* Rationem autem, cur id quod ad alterum cum quo nobis amicitia non est pervenit ejus fiat, infra demonstrabimus. *Vid. infr. l. 3. c. 9.*

At, ais, dari bella civilia, quæ nec verum bellum sunt, nec ad pacis tempora referri possunt: Resp. Imo verus status pacis hic est, quia bellum non est nisi inter duos populos liberos: Pugnæ ergo civium inter se nec legitimum statum faciunt, nec eum mutant; Hoc ergo casu superior, vel ea pars cui superior accedit, alteram partem non jure belli sed jure imperii coercet.

Cæterum duo hæc tempora belli & pacis admodum celebrantur a veteribus scriptoribus: Justinianus in præfatione ad Institutiones, *omne tempus*, ait, *esse aut pacis aut belli*, i. e. legum vel armorum: Vespasianus Tito filio mandat, *ut bello armisque rempublicam attollat, sibi pacem domumque curæ fore. Tacit. L. 4. hist. 52.* Hinc formulæ: *pace & bello: sago & toga: domi militiaque. Vide Sallustium de bello civili c. 9. Add. prolig. §. 2.*

„i) (SED QUIA BELLUM PACIS CAUSA SUSCIPI„TUR:) Finis enim belli est, ut pax perpetua eo ob„tineatur: *L. 3. c. 15. §. 2. L. 3. c. 25. per tot:*

ii) (ET NULLA EST CONTROVERSIA, UNDE NON BELLUM ORIRI POSSIT:) Uti in Republica nulla est controversia, ex qua lites inter subditos oriri non possint, ita recte asseritur, inter summas potestates nullam esse controversiam ex qua bellum oriri nequeat. Uti enim ex omni jure privato mihi competit actio, ita ex omni jure publico Principi competit jus belli. *L. 2. c. 1. §. 2. n. 1.* Adeo, ut ex levissima quoque causa bellum suscipi possit, ut ex levissima causa processus intentari & actio institui. An vero id conducat alia quæstio est, quam separato capite tractat Author *L. 2. c. 25. per tot:* Quod igitur inter privatos est judicium, id inter gentes est bellum: bellumque nihil aliud est quam actio, quam summa potestas contra aliam intentat.

k) (OCCASIONE BELLICI JURIS, QUÆCUNQUE TALES INCIDERE SOLENT CONTROVERSIÆ, RECTE TRACTABUNTUR:) Eodem enim ordine processus gentium tractari debet, quo processus inter privatos: Atque hinc Author *Libro Primo* exponit, quænam personæ agere, i. e. bellum gerere possint. In *libro secundo* agit de causis, quæ in judicium publicum deduci, i. e. bello causam dare possunt. In *Libro tertio* agit de processu, i. e. de modo procedendi in bello, ubi simul de ultima victoria agit, quæ instar sententiæ est, & rei judicatæ.

l) (AD PACEM, UT FINEM SUUM DEDUCET:) Quia, uti dictum est, bellum pacis causa suscipitur.

„a) (DE BELLI ERGO JURE ACTURI:) In qua quæ„stione Author duo examinat, 1) sitne aliquod bel„lum justum, 2) quid in bello justum sit. *Vid. infr.* „*§. 3.*

„b) (QUID BELLUM SIT, DE QUO QUÆRITUR;

QUID

quo quæritur: [bb] quid jus quod quæritur. [c] Cicero dixit bellum certationem per vim. Sed usus obtinuit, ut [d] non actio, sed status eo nomine indicetur, [e] ita ut sit bellum status per vim certantium, [f] qua tales sunt: [g] Quæ generalitas omnia illa bellorum genera comprehendit, de quibus agendum deinceps erit: [h] Neque enim privatum hic excludo, [hh] ut quod reipsa prius sit publico, & haud dubie cum publico [i] communem habeat naturam,

,,*bb*) (QUID JUS &c.) Unde Author merito justitiam ex- ,,cludit a descriptione belli, quod *n. 3.* explicabitor.

c) (CICERO DIXIT BELLUM CERTATIONEM PER VIM:) Cicero ait, duo esse decertandi genera de jure, *alterum* per disceptationem, i. e. verbis & coram judice; Unde hodieque litis contestatio Germanis vocatur, Die Kriegs-Befestigung: *alterum* per vim, quando judicia cessant & superior non est. *Cicer. l. 1. off. c. 11.*

d) (Grotius) (NON ACTIO, SEO STATUS EO NOMINE INDICETUR:) Philo II. de legibus specialibus: *ὥσπερ γὰρ οἶμαι πολεμίες ἐ μόνον τὲς ἤδη ναυμαχῦντας ἢ πεζομαχῦντας νομιςέον, ἀλλὰ καὶ τὲς εἰς ἑκάτερον παρεσκευασμένες καὶ τὰς ἑλεπόλεις ἐφιςάντας τοῖς λιμέσι καὶ τείχεσι, κἂν μὴ συμπλέκονται, κρίνομεν.* *Hostes non soli existimantur, qui jam navali aut terrestri prælio certant, sed pro talibus habendi & qui Machinas admovent portubus aut moenibus, etiamsi nondum pugnam incipiunt.* Servius ad illud primæ Æneidos:

Nec bello major & armis,

bellum & consilium habet: arma tantum in actu ipso sunt. Idem ad VIII. *Bellum est tempus omne, quo vel præparatur aliquid pugnæ necessarium, vel quo pugna geritur. Prælium autem dicitur conflictus esse bellorum.*

ADDITIO.

Imo, hoc non usu saltem, sed ex sermonis proprietate est; nam certatio Ciceroni quoque non actum, sed jus seu facultatem certandi denotat: eodem modo, uti actio in jure Romano describitur, *jus* persequendi id quod nobis debetur; *§. 1. Inst. de Act.* hæreditas, *jus* succedendi in omne jus defuncti; ususfructus, *jus* utendi fruendi re aliena. &c.

Bellum igitur non denotat actum ipsum quo certatur, sed facultatem moralem seu jus certandi: Est enim bellum idem, quod actio, hæc autem, uti diximus, jus agendi denotat.

Insto, sæpius bellum esse ubi tamen jus seu facultas lædendi non est, uti tempore induciarum. Resp. per inducias suspenditur quidem illa facultas lædendi, at non tollitur; (nam alio tempore, aliaque vice ex eadem causa vis exerceri potest,) tunc autem demum jus sublatum dici potest, quando in perpetuum cessat; Uti enim jus agendi inter privatos non cessat etsi feriæ, vel justitium interveniat, sed demum per sententiam & transactionem; ita nec jus certandi per bellum finitur induciis, sed per ultimam demum victoriam aut pacem.

e) (ITA UT SIT BELLUM STATUS PER VIM CERTANTIUM:) Rectius, jus seu facultas legitima certandi per vim, pro defensione (quod necessario addendum erat) juris nostri: Nullum enim bellum justum est, nisi pro defensione juris nostri, & tunc justum erit licet cum offensione alterius suscipiatur.

ADDITIO.

,,Cum Author tantum quærat, quid *bellum* sit? non ,,quid *justum bellum* sit? merito cum Cicerone bel- ,,lum describit *certationem per vim:* Cicero enim non ,,intelligit actum certationis, ut pote qui prælium vel ,,pugna dicitur; sed totum illud spatium quo lis inter ,,disceptantes durat. Bene Isidorus, *differentiarum L.* ,,*2. 201. Inter bellum, aciem, prælium, & pugnam, hoc* ,,*interest, quod bellum dicitur totus conflictus, acies* ,,*ordinatur, prælium committitur, pugna geritur.*

f) (QUA TALES SUNT:) i. e. qua sunt certantes, adeoque quousque lis per pacem decisa non est.

,,*g*) (QUÆ GENERALITAS OMNIA ILLA BELLORUM ,,GENERA COMPREHENDIT:) Scil. publicum, (illudque ,,vel solenne vel minus solenne) privatum, & mix- ,,tum: de quibus suo loco agemus *Vid. l. 1. c. 3. §. 1.* ,,*& 4.*

h) (NEQUE ENIM PRIVATUM HIC EXCLUDO:) Privatum Authori est, quando privatus, qui ab alio vi petitur, per vim se defendit. *Vid. L. 1. c. 3. §. 1. n. 2.* Naturaliter enim vim vi repellere licet, adeoque justum hoc bellum est, sed privatum.

ADDITIO.

,,Imo, Authori bellum privatum est non solum si ,,quis ab alio vi petitur, adeoque quod ex moderami- ,,ne inculpatæ tutelæ geritur; sed quoties privatus jus ,,suum, vel alterius, vi & armis vindicat. Author ,,enim statuit natura non dari judicia, sed unum- ,,quemque esse tum sui tum alieni juris vindicem, & ,,jure gentium demum jus illud belli privati ad casum ,,inculpatæ tutelæ restrictum esse. Proleg. §. 41. & *Lib.* 3. ,,c. 18. §. 5. quæ refutavimus in *Differt. Prooem. VIII.* ,,*§. 167.*

,,*hh*) (UT QUOD REIPSA PRIUS SIT PUBLICO:) Ita ,,enim Horatius *1. Sat. 3.*

,,Cum prorepserunt primis animalia terris,
,,Mutum & turpe pecus glandem atque cubilia propter
,,Unguibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro,
,,Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus.

,,Nam institutis demum civitatibus injurias singulo- ,,rum publica authoritate vindicari Author ait; adeoque ,,bella publica demum cum civitatibus orta esse putat; ,,quod verum non esse vel exinde patet, quia familiæ ,,a natura sunt, quarum capita jus belli & judiciorum an- ,,te institutas civitates exercuisse alibi demonstrabi- ,,mus.

,,*i*) (COMMUNEM HABEAT NATURAM:) Nam ni- ,,hil interest, an pauci an plures invicem certent: ,,Utrumque bellum dici potest, i. e. certatio per vim.

ram, [k] quæ propterea eoque proprio nomine ſignanda eſt.

2. [l] Neque hujus nominis origo repugnat: [m] Eſt enim bellum ex voce veteri duellum, ut duonus quod fuerat factum eſt bonus, & duis bis. Duellum autem [n] a duobus dictum ſimili ſenſu [o] quo pacem unitatem dicimus. Sic Græcis ex multitudinis ſignificatione [oo] πόλεμος: Veteribus etiam [p] λύη a diſſolutione, quomodo & corporis diſſolutio [q] δύη.

3. [r] Neque uſus vocis laxiorem hanc notionem repudiat. Quod ſi quando belli nomen publico tantum tribuitur, [s] nihil id nobis obſtat, cum certiſſimum ſit [ſ] nomen generis ſæpe ſpeciei, præſertim excellentiori, peculiariter adhæreſcere. [u] Iuſtitiam in definitione non includo, quia hoc ipſum in hac diſputatione quærimus; ſitne aliquod bellum juſtum? [x] Diſtingui autem debet, id quod quæritur, ab eo de quo quæritur.

§. III.

„k) (QUÆ PROPTEREA EOQUE PROPRIO NOMINE „SIGNANDA EST:) Ita ſcilicet, ut quidem *belli* no„mine comprehendatur, ſed proprio nomine *belli* „*privati*, veniat.

„l) (NEQUE HUJUS NOMINIS ORIGO REPUGNAT:) „Adeoque bellum privatum ex vocis origine ſub „generalitate vocis *belli* continetur.

m) (EST ENIM BELUM EX VOCE VETERI DUELLUM:) Imo, eſt eadem vox; pronunciationis enim emolliendæ cauſa conſonans initialis vel non, vel vix exprimitur; altera vocalis vero concurſu conſonantis durius: unde pro *duellum* veteres pronunciarunt *vellum*, & tandem res uſu eo devenit, ut ſcriberetur *bellum*; exempla ſimilia in *duonis* & *duis* allegat Author, unde *bonus* & *bis* ortum eſt: Idque aliis vocum exemplis confirmatur, ita enim pro Guilhelmus, pro Guarenda &c. pronunciare Solemus Wilhelmus, Warenda &c.

ADDITIO.

„*Bellum* a veteri voce *duellum* eſſe Varro in *per„duelles 6. LL.* & Feſtus, voce *duellum* confirmant, „& Cicero quoque in *Orat. ad Brutum c. 45. Quid „vero licentius*, ait, *quam quod hominum quoque no„mina contrahebant, quo eſſent potiora? nam duellum, „bellum, duis bis: ſic Duellium eum, qui Pœnos claſſe „devicit, Bellium nominaverunt, cum ſuperiores ſem„per appellati eſſent Duellii:* & Quintilianus *Inſt. 1. 4: „ex duello bellum, unde duellios quidam dicere bellios „auſi:* Aliam belli derivationem ſuppeditat Theodo„ricus Gothorum Rex, apud Caſſiodorum *1. var. 30. „Belus ferreum gladium primus produxit, a quo & „bellum placuit nominari. Vid. Teſm. h.*

n) (A DUOBUS &c.) Quia duæ tantum partes ſunt adverſæ, etſi plures homines vel populi uni aut alteri adhæreant, unam enim plures illi defendunt cauſam: Unde ſimul apparet, ſi plures ſeparatam cauſam habent, plura eſſe duella ſeu bella, licet communibus viribus quisque ſuam defendat.

„o) (QUO PACEM UNITATEM DICIMUS:) Etſi plu„res ſub illa pace comprehendantur.

„oo) (Πόλεμος:) Bellum græcis eo nomine venit, „quaſi a πολύς, multus:

„p) (Λύη A DISSOLUTIONE:) quia bellum diſſolvit.

„q) (δύη) Quæ vox denotat infortunium, labores, „ſtrages, ærumnas &c. a δύω, occido, mergor. &c. „*Vid. Schrev. Lexic.*

„r) (NEQUE USUS VOCIS LAXIOREM HANC RA„TIONEM REPUDIAT:) Adeoque non tantum ex „origine vocis, ſed etiam ex ejus uſu, privatum bel„lum voce belli continetur.

s) (NIHIL ID NOBIS OBSTAT:) Diximus enim duellum, ſenſu etiam proprio, poſſe dici intuitu duarum perſonarum certantium.

„ſ) (NOMEN GENERIS SÆPE, SPECIEI PRÆSERTIM „EXCELLENTIORI, PECULIALITER ADHÆRESCERE:) „Exemplum alibi affert in *Cognatione*, quæ vox ge„neralis eſt, & etiam agnationem continet: at ali„quando ſumitur pro cognatione in ſpecie, & eatenus „opponitur agnationi, *Vid. l. 2. c. 16. §. 9.* Idem eſt „in *adoptione*, quæ iterum eſt vel arrogatio, vel ad„optio in ſpecie. Sic *liberi* ſunt vel *liberi* in ſpecie, „vel nepotes.

u) (JUSTITIAM IN DEFINITIONE NON INCLUDO:) Male Author excludit juſtitiam a definitione belli; Sane bellum non poteſt aliter definiri, quam *jus per vim agendi*: & hoc ipſum quæritur, *an tale jus detur?* Omnes reliquæ certationes per vim non bella ſunt, ſed latrocinia, & hoc ſenſu inter bruta quoque bella forent. *Conſ. l. 24. ff. de capt. & poſtl.*

x) (DISTINGUI AUTEM DEBET, ID QUOD QUÆRITUR, AB EO DE QUO QUÆRITUR:) Imo idem poteſt eſſe id quod quæritur, & id de quo quæritur. Ita enim actio eſt *jus perſequendi in judicio*, & tamen quæritur an Chriſtiano liceat actionem inſtituere. Ita Magiſtratus definitur perſona publica juri dicundo deſtinata, & tamen quæri ſolet an talis magiſtratus a natura ſit: Sed & ipſe Author jus naturæ definit quod juſtum eſt. *Vid. §. ſeq.* & tamen quæſivit in prolegomenis an tale jus naturæ detur. Atque eadem ratione in bello etiam quæri poteſt, quid ſit bellum, ſcil. *jus certandi per vim*, & an detur bellum, *ſeu tale jus certandi:* Bellum ergo neceſſario includit juſtitiam, & ad eſſentiam definitionis pertinet, ut juſtum ſit.

ADDITIO.

„Author recte mihi videtur ſeparare duplicem quæ„ſtionem, 1) quidnam bellum ſit: 2) an, & quodnam „bellum juſtum ſit? In priori quæſtione plane de ju„ſtitia non quæritur. Etſi enim facile concedam, bel-

§. III.

1. [a] De Jure Belli cum inscribimus hanc tractationem, primum [b] hoc ipsum intelligimus, [c] quod dictum jam est, sitne bellum aliquod justum, [d] & deinde quid in bello justum sit? [e] Nam jus hic nihil aliud [f] quam

„bellum esse *jus* certandi per vim, non tamen inde „infertur, bellum illud justum esse. Nam per *jus* „ibi intelligitur facultas seu libertas agendi, quæ esse „potest, etiamsi causa sit injusta: Ita enim actio in„ter privatos itidem denotat *jus* seu facultatem agen„di in judicio; neque tamen inde sequitur omnem „actionem justam esse, sed id ex sententia demum „apparere solet: Uti ergo in actione aliud est *id quod* „*quæritur, an* scil. & *quando actio justa sit?* aliud „de quo quæritur, scilicet *quid sit actio?* ita idem „quoque in bello distingui debet: Sane experientia „docet bellum geri inter duos, quorum alter saltem „justam habere causam potest: Ratione alterutrius „igitur bellum est sine justitia: adeoque hactenus jus a „bello separari potest & debet.

„*a*) (DE JURE BELLI CUM INSCRIBIMUS HANC „TRACTATIONEM: Author hactenus quæsivit, *quid* „*bellum sit?* non habita ratione justitiæ. *Vid. §. præc.* „jam quærit *de jure belli.*

„*b*) (HOC IPSUM INTELLIGIMUS, &c. SITNE ALI„QUOD BELLUM JUSTUM:) i. e. an bellare unquam „liceat, *Vid. c. 2. §. 1. n. 1.* quam quæstionem exami„nat *capite sequenti.*

„*c*) (QUOD DICTUM JAM EST:) Et quod in hac „disputatione est id de quo quæritur. *Vid. §. præc.*

„*d*) (ET DEINDE, QUID IN BELLO JUSTUM SIT:) „i. e. quid quantumque in bello liceat, & quibus mo„dis. *Vid. L. 3. c. 1. §. 1.* De *causis* ex quibus bellum „geri potest, mentionem hic non facit, quia contro„versias illas occasione saltem bellici juris tractat. *Vid.* „*supr. §. 1. n. 1.*

e) (NAM JUS HIC NIHIL ALIUD QUAM QUOD JUSTUM EST SIGNIFICAT:) Author tres ponit *juris* significationes: 1) *jus* sumit pro eo quod justum est, vel potius negative, pro eo quod injustum non est, i. e. quod socialitati non repugnat. *§. b.* 2) Pro qualitate morali, quæ personæ competit ad juste, i. e. socialitati & judicio recte conformato convenienter, aliquid habendum vel agendum. *§. 4.* 3) Pro præcepto & pro lege naturæ, unde oritur obligatio ad faciendum id, quod rectum est, *§. 4.*

At rectius juris significationes ad duas classes referuntur: *duæ* enim *priores* nihil aliud sunt, quam jus permissivum, & inferunt facultatem a natura concessam: tertia significatio infert jus præceptivum. *Conf. Pos. jur. gent. 1. & 2.*

ADDITIO.

„Grotius h. & sequentibus §. §. pro variis ju„rium speciebus (nam quatuor jura universalia fingit) „varias juris significationes proponit, quæ a nemine „hactenus eo sensu usitatæ fuerunt. Præterea singu„las has species per alias subdivisiones, adhibitis novis „terminis, adeo obscuras reddit, ut totum jus naturæ „incertum inde reddatur: Provocamus ad has ipsas „significationes, quæ juri naturali vix formam juris „relinquunt.

„Ait enim I) *jus* in abstracto significare id quod „*justum est*, vel potius negante sensu, *quod injustum* „*non est*; i. e. quod naturæ societatis humanæ non re„pugnat. *§. 3. n. 1. §. 10. n. 3. L. 1. c. 2. §. 1. n. 3.*

„Quia vero societas alia est æqualis alia inæqualis; „hinc *jus* hoc sensu aliud *rectorium*, aliud *æquato*„*rium* recte vocari ait. *§. 3. n. 2. L. 2. c. 25. §. 8. n. 1.*

„II) *Jus* in concreto, i. e. respectu habito ad perso„nam, significare, ait, *qualitatem moralem personæ com*„*petentem, ad aliquid juste habendum vel agendum.*

„*Qualitatem* autem illam *moralem* distinguit in „*perfectam* & *imperfectam*: Perfecta Grotio dicitur „*facultas*, quæ ICtis nomine *sui* venit: Eamque *jus* „*proprie & stricte sic dictum* appellat. Imperfectam „autem vocat *aptitudinem*. §. 4. & 5.

„Porro *Facultatem* illam duplicem esse ait: *vul*„*garem*; quæ usus particularis causa comparata est; & „*eminentem*, quæ competit communitati in partes, & res „partium, boni communis causa. *§. 6.*

„Denique facultatem respicere ait *justitiam expletri*„*cem*, Aptitudinem autem *justitiam attributricem*: ubi „simul probat, verum non esse quod in illa obtineat *pro*„*portio arithmetica*, in hac *geometrica*: nec quod illa „versetur circa *res singulorum*, hæc circa *res commu*„*nes. §. 8.*

„III) *Jus* idem valere ait quod *lex*: ut sit *regula* „*actuum moralium obligans ad id quod rectum est. §.* „*9. n. 1.*

„*Rectum* autem hic continere, ait non tantum, „quod *justum*, sed & quod *aptum* est; & laxius justum „ei dicitur. *d. §. 9. n. 1.*

„IV. *Jus ita acceptum* dividit in *jus naturale*, & *vo*„*luntarium. d. §. 9. n. 2.*

„*Jus naturale* esse ait, quicquid convenit cum natura „rationali, i. e. cum *natura sociali*, & cum *natura* „*humana. §. 10. n. 1.*

„Ubi notat 1) quædam *juris naturalis* dici non *pro*„*prie*, sed *reductive*, quibus jus naturale non repu„gnat. *§. 10. n. 3.* 2) Jus naturale non tantum agere „de iis *quæ citra voluntatem humanam existunt*, sed „de multis etiam *quæ voluntatis humanæ actum con*„*sequuntur. §. 10. n. 4.* 3) Esse quædam juris natu„ralis non simpliciter, sed pro certo rerum statu. §. „*10. n. 7.*

„V. *Jus voluntarium* (quod itidem voce *legis* com„prehendit *§. 9. n. 2.*) facit vel *divinum*; illudque tri„plex, *Adamiticum*, *Noachicum*, & *Legem Evangelii*: „*§. 13. §. 15.* Vel *gentium*, illudque vel latius, vel „arctius. &c. *§. 14.*

„Quid circa singulas has significationes monendum „sit in sequentibus §. §. notabimus: Interim hæc ipsa „farrago jurium, novæ hæ ac parum cognitæ defini„tiones, variæ ac inusitatæ divisiones & subdivisiones, „jus universale, seu naturæ, quod simplicissimum

est,

f quam quod justum est significat, *ff* idque negante magis sensu quam ajente

„est, oon tantum obscurum, sed &, ut modo diximus, incertum reddunt.

„Nos unam saltem *juris universalis* speciem admittimus, nimirum *jus naturæ:* adeoque triplex illud jus divinum universale, & jus gentium, tum latius patens tum arctius, non agnoscimus.

„Præterea negamus, *justum* natura esse quod coovenit cum natura humana, seu sociali: & *injustum* quod ei repugnat: indeque alibi probavimus jus naturæ sociale & jus humanæ naturæ ex sensu Authoris non dari.

Denique asserimus, juris naturæ divisiones (*a*) in æquatorium & recturium; (*b*) in qualitatem perfectam & minus perfectam (*c*) in facultatem vulgarem & eminentem, (*d*) in justitiam expletricem ac attributicem; nec non (*e*) distinctiones in jus naturæ proprie sic dictum, & reductive tale; (*f*) in ea quæ citra voluntatem hominum existunt, & quæ voluntatis humanæ actum coosequuntur; (*g*) io ea quæ juris naturalis sunt simpliciter, & quæ pro certo rerum statu obtinent; supervacaneas esse, & nulla ratione niti: Quod ex sequentibus principiis magis elucescet.

„I. Cum omnis quæstio de *jure* eo referatur, *quid natura justum sit*, i. e. *quid justitiæ naturali conveniat*, seu *quid homines licite facere possint, quid non possint?* id non aliter iotelligi potest, quam ex ipsa definitione justitiæ, quæ consistit *in jure suo cuique tribuendo.*

„II. Hæc igitur definitio supponit (1) jus cuique hominum quæsitum esse: (2) jus illud cuique tribuendum esse:

„III. Ex hac definitione apparet, jus, quatenus sumitur pro eo quod natura justum est, duplicem habere significationem: & (1) sumi pro jure quod cuique natura, i. e. ex voluntate Creatoris, suum, proprium, & quæsitum est: quod Grotius describit *facultatem moralem habendi vel agendi.* (2) Pro jussu, lege, & præcepto Authoris naturæ, jus illud tribuendi ei cui natura quæsitum est.

„IV. Hæ significationes non constituunt diversas juris species; nec vere diei potest, aliud esse jus concessivum seu permissivum, aliud præceptivum: sunt enim ejusdem juris naturæ partes: Etenim si *alicui jus* ex voluntate Creatores concessum, eoque *suum, proprium, & quæsitum est*, inde necessario sequitur, *alterum id jus ei tribuere debere. Objectum* igitur *juris naturæ* est, *jus* quod cuique suum est. *Effectus* autem hujus juris est lex, & præceptum *jus* illud tribuendi ei cujus est. Quod plenius probavimus *in Diss. Prooem. X.* §. 37. *& Diss. X.* §. 21.

„V. Hinc jam sponte sequitur definitio *juris naturalis.* Est enim *Lex jussus & præceptum Authoris naturæ jus suum cuique tribuendi:* Natura ergo *justus* est, i. e. licite agit, qui intra fines juris *sui* habet vel agit. *Injustus* autem est, & illicite agit, qui fines juris alterius turbat; adeoque unde obligatur ad jus suum cuique tribuendum.

„VI. Præcipua autem quæstio est, quæ nam sint illa jura cuique naturali ratione sua & propria? Et alibi diximus *jus cuique suum esse* vel intuitu Dei, vel intuitu hominum: *Deo* ut enti perfectissimo & omnium rerum Creatori. *Hominibus*, vel ex statu hominum, vel ex jure rerum, vel ex obligatione personæ:

„VII. Cum autem rite probari debeat *quæ nam jura cuique sua sint?* noo ad fictam aliquam societatem humanam, ejusque custodiam; nec ad vagum illud judicium recte coosormatum ad discernenda ea quæ noxia sunt & quæ delectant; nec ad triplex aliquod jus divinum universale; nec ad fabulam de placitis gentium convolamus, sed modos naturales, quibus omnis voluntas, adeoque & Authoris naturæ, probatur, & quos ratio suppeditat, adhibemus: ex quibus certissima ratione inferri potest quæ nam jura tum Deo, tum cuique hominum sua, propria & quæsita sint. Vid. Dissert. Prooem. XII. §. 41. *seq.*

„VIII. En principia simplicissima, cujusvis captui adaptata, uti oportet disciplinam quæ ex ratione fluit, & imprudentioribus quoque cognita esse debet. Sane ex his principiis omnia & singula naturæ jura necessario inferuntur, cujus periculum fecimus in Dissertatione prooemiali XII.

„*f*) (QUAM QUOD JUSTUM EST:) Hactenus bene: jus enim a justitia, seu ab eo quod justum est denominatur. *l. 1. pr. ff. just. & jur.*

„*ff*) (ID NEGANTE MAGIS SENSU QUAM AJENTE:) Imo ajente magis sensu quam negante: si enim aliquid justum est, eo ipso affirmatur id licite fieri posse, & cuique jus ita agendi suum, proprium & quæsitum esse: quod argumento ex ipso Authore desumto mox probabimus.

„Hinc minus recte Author infra §. 10. *n. 3.* tradit, *ea quæ hoc sensu juris naturalis dicuntur, non dici proprie sed reductive*, nam sensu maxime proprio jus sumitur pro eo quod justum est, imo nec aliter sumi potest. Sane ipse Grotius jus stricte sic dictum appellat, *quod NB. facultatem agendi in solo societatis respectu significat. l. 3. c. 1. §. 2. n. 1.* Nam eo ipso dum jus permittit, i. e. dum facultatem habendi vel agendi concedit, aliquid agit, & ex hac actione legis jus aliquod quæritur, quod cuique suum est. Idque Author *infra* §. 17. *n. 2.* confirmat, dum ait, *ex permissione, non minus quam ex præcepto sequitur, id NB. de quo lex agit contra jus naturæ non esse.*

„Grotius non sine ratione discrimen hoc, inter præcepta juris & ejus permissionem, toties inculcat: Cum enim ex ejus hypothesi jus naturæ ex internis fluat principiis, quæ nec a Deo mutari possint, ex sacris autem literis observaverit, Deum sæpius aliquid decrevisse quod juri naturæ contrarium videbatur, hoc dubium, adhibito illo discrimine inter præcepta & permissiooes juris, solvere conatur: ita ut Deus præcepta naturæ mutare non possit, permissa possit. Quod examinabimus infra *l. 1. c. 2. §. 5.*

g) ut

te,[g] ut jus sit quod injustum non est. [h] Est autem injustum, quod naturæ societatis ratione utentium repugnat. [i] Sic alteri detrahere sui commodi causa, contra naturam esse dicit Cicero, atque ita probat, [k] quia si id fiat, societas hominum & communitas evertatur necesse sit. Hominem homini insidiari nefas esse, evincit [l] Florentinus, [m] quia cognationem quandam inter nos constituerit natura. [n] Seneca: *Ut omnia inter se membra consentiant, quia singula servari totius interest; Ita homines singulis parcent, quia ad cœtum geniti sumus.* [o] *Salva enim esse societas nisi amore & custodia partium non potest.*

2. [p] Sicut autem societas alia est sine inæqualitate, ut

g) (UT JUS SIT QUOD INJUSTUM NON EST.) Anne hoc idem est ac si dicerem, verum est quod falsum non est.

ADDITIO.

„Grotius quid per *injustum* intelligat statim addit, „*quod scilicet societati rationis utentium repugnat:* „adeoque differentiam inter justum & injustum non „in incerto relinquit.

„At ex hoc ipso apparet justum Authori esse, *quod* „*societati convenit*, *Prol.* §. 7. *in fin.* & §. 8. *L. 3. c.* 1. „§. *2. n.* 1. qui sensus est aiens, non negans.

„*h*) (EST AUTEM INJUSTUM QUOD NATURÆ SO„CIETATIS &c. REPUGNAT.) Dixi ex hac definitio„ne *injusti* a contrario & necessario sequi, *justum* es„se quod societati ejusque appetitui congruit, quod „ipse asserit *proleg.* §. 6. Atqui hic sensus est ajens „non negans; Et hæc *permissio juris* est actio le„gis, non actionis negatio: de quo plenius agemus „*infra* §. 7. *n.* 1. Ceterum has definitiones justi & „& injusti veras non esse, nec ullam obligationem „inferre, in præcedentibus demonstravimus. *Vid. Pro„leg.* §. 8. & *Differt. Proœm.* 1. *per tot:* Nos ex defini„tione justitiæ probavimus, *justum* esse, i. e. jure fieri „posse, quicquid agitur intra fines juris sui a Deo cui„que concessi: *injustum* esse, quicquid fit extra illos „fines, i. e. si jus alterius turbatur. Hanc enim in„juriam homo reparare, eoque jus suum cuique tri„buere tenetur:

„Systema Grotii DE JURE NATURÆ SOCIALI expo„suimus in dissertatione proœmiali I. ejusque com„pendium exhibuimus in *not. ad proleg.* §. 8.

„*i*) (SIC ALTERI DETRAHERE SUI COMMODI „CAUSA CONTRA NATURAM ESSE.) Adeoque in„justum. *Vid. prol.* §. 8. *et infra L.* 2. *c.* 10. §. 2.

k) (QUIA SI ID FIAT, SOCIETAS HOMINUM ET COMMUNITAS EVERTATUR NECESSE SIT.) Verum non est, ideo prohibitum esse jus alteri quæsitum auferre quia id pugnat cum societate. Sed vera ratio est, quia alteri a natura, i. e. ab Authore naturæ, concessa est facultas sibi acquirendi; hanc facultatem qui impedit contra voluntatem Creatoris agit, eoque injuste. Sed & si ratio vera prohibitionis in repugnantia cum societate consisteret, non tamen ea esset primaria, sed secundaria: indeque debuisset Grotius allegare, ideo injustum esse, quia voluntati divinæ id repugnat, quæ homines sociales esse jussit

ADDITIO.

„Addimus talem societatem universalem generis „humani non existere, ejusque destructionem frustra „metui: adeoque male prohibitionem furti exinde „deduci:

„*l*) (FLORENTINUS.) Thesis vera est, at ratio, „quo Florentinus eam allegat sensu, impia est. *Vid.* „*Proleg.* §. 14. ubi mentem hujus JCti explicavimus.

„*m*) (QUIA COGNATIONEM QUANDAM INTER „NOS CONSTITUERIT NATURA.) Homo hominem „lædere non potest, non ex aliqua societatis aut co„gnationis ratione, sed quia Creator cuique homini „jus vivendi concessit, hoc ergo nemo hominum, „etsi alter plane cognatus non sit, intervertere potest „quia id repugnat voluntati Creatoris. *Vid. proleg.* §. 8.

„*n*) (SENECA.) Dogma, de societate inter homi„nes, ex impio principio originem duxisse, alibi ex ipso „Seneca demonstravimus. *Vid. Diss. proœm. I.* §. *19 seq.*

o) (Grot.) (SALVA ENIM ESSE SOCIETAS NISI AMORE ET CUSTODIA PARTIUM NON POTEST.) Seneca idem epistola XLVIII: *Hæc societas diligenter & sancte colenda est, quæ nos omnes omnibus miscet, & judicat aliquod esse commune jus generis humani.* Videri potest hac de re Chrysostomus 1. Cor. XI, 1.

p) (SICUT AUTEM SOCIETAS.) Cum Author omne jus naturæ ex appetitu *societatis humanæ* deducat; societates autem illæ vel æquales vel inæquales sint; ideo duas juris socialis species fingit: & jus quod ex societate æquali oritur vocat *jus æquatorium*, quia ibi omnes æquo jure inter se vivunt: quod ex societate inæquali oritur, vocat *rectorium*, quod obtinet inter eos, qui in societate inæquali vivunt, ut Imperantes & subditi. Quæ omnia corruunt sublata socialitate.

ADDITIO.

„Merito B. Parens improbat hanc distinctionem, „quia alibi probavimus appetitum societatis universa„lem inter homines non dari, adeoque nullum jus „ex non ente deduci posse: *Jus* igitur *sociale*, sive „*æquatorium* sive *rectorium*, nullum usum in disci„plina juris naturalis habet. Sane jus quod inter fra„tres, cives, amicos, fœderatos; item inter parentes & re„gentes, dominum & servum obtinet, non sequitur „ex aliqua societate sive æquali sive inæquali, sed ex „simplicissimo principio, nimirum ex præcepto Crea-

q ut inter fratres, r cives, s amicos, t fœderatos: u Alia inæqualis, καθ' ὑπεροχὴν Aristoteli, ut x inter patrem & liberos, y dominum & servum, z regem & subditos, aa Deum & homines: bb Ita justum aliud est ex æquo inter se viventium, cc aliud ejus qui regit & qui regitur, dd qua tales sunt: Quorum hoc jus ee rectorium, illud ff æquatorium recte, ni fallor, vocabimus.

§. IV.

a Ab hac juris significatione b diversa est altera, c sed ab hac ipsa veniens,

„toris jus suum cuique tribui volentis: non autem tri„bueretur, si jus fratri, civi, fœderato, Principi, „subditis &c. quæsitum auferre liceret:

„q) (UT INTER FRATRES:) Fratres enim socios „vocat ejusdem familiæ, qui proinde æquale jus ha„bent natura.

„r) (CIVES:) hos socios esse, ait, ejusdem civita„tis, & inter se æquales ex pacto.

„s) AMICOS:) inter hos nullo sensu societas fin„gi potest, omnium autem minime ex tali societate „jus aliquod æquatorium inferri posset.

„t) (FOEDERATOS:) intelligit socios æquali fœdere junctos. *Vid. l. 2. c. 15. §. 6. & 7.*

„u) (ALIA INÆQUALIS.) Ubi sociorum inæqua„lis est conditio. *d. l. 2. c. 15. §. 6.*

„x) (INTER PATREM ET LIBEROS:) Potius enim „est jus patris in filium: at id jus non oritur ex so„cietate aliqua inæquali, sed ex generatione.

„y) (DOMINUM ET SERVUM:) Verum est omne „jus domino in servum competere, nullum ser„vo in dominum: at id pariter non est ex societate „aliqua inæquali, sed ex jure belli; unde jus do„mino in servum tanquam in hostem, eoque crimi„ni reum, competit. *Diss. prooem. XII. §. 130.*

„z) (REGEM ET SUBDITOS:) Hic impar quidem „est conditio, sed jus hic itidem non oritur ex societate inæquali, sed ex pacto.

aa) (DEUM ET HOMINES.) Ziglero in not. h. dura videtur hæc assertio; at scrupulosus nimis in hac re est: Etsi enim ineffabilis inter Deum & homines sit differentia, est tamen conjunctio quædam inter utrunque ex fœdere, quod inter ipsos ex ipsa Dei confessione intercedit, & hactenus quædam societas est.

ADDITIO.

„Equidem Gentilium quoque Philosophi societa„tem inter Deum et homines, indeque & jus ali„quod agnoverunt. Ita enim Cicero: *Est igitur, „quoniam nihil est ratione melius, eaque in homine „& in Deo, prima homini cum Deo societas. Inter „quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio „communis est, quæ cum sit lex, lege quoque conso„ciati homines cum diis putandi sunt. L. I. de Leg.* „Verum, si dicendum quod res est, jura, quæ inter „Deum & hominem obtinent, non sequuntur ex ali„qua societate; quæ nulla est nisi ob communem uti„litatem. *Vid. inf. L. 2. c. 15. §. 6. & c. 13. §. 4.* Ta„lis societas autem cum Deo concipi nequit, quia „nulla utilitas Creatori a creatura præstari potest. „Homines ergo Deo jus ex ejus natura & essentia „quæsitum tribuere, i. e. Deum colere tenentur, non „jure societatis, sed ex natura & essentia Creatoris „perfectissimi, perfectionis enim æstimatio est cul„tus. Deus vero obligatur hominibus, eisque tenetur „promissa præmia præstare, non ex necessitate aliqua „extrinseca societatis, verum citra ullum societatis „respectum, ex promissione. Ciceronem autem ex „erroneo religionis principio societatem rationis „cum Deo statuisse, alibi vidimus; quia rationem pu„tat esse particulam auræ divinæ, adeoque portionem „divinitatis. *Diss. Proem. I. §. 19.*

„bb) (ITA IUSTUM ALIUD EST EX ÆQUO INTER „SE VIVENTIUM;) Fratres enim, cives, fœderatos „&c. ob æqualitatem societatis pari jure uti statuit.

„cc) (ALIUD EJUS QUI REGIT, ET QUI REGI„TUR:) Parentes enim et liberi, reges et subditi, &c. „impari jure utuntur ob inæqualem societatem, „quam Author inter eos intercedere putat.

„dd) (QUA TALES SUNT:) Principes enim „quædam peragunt non ut Principes, sed ut privati. „*L. 2. c. 14. §. 6.* In his igitur existimat Author æquali „eos jure uti cum reliquis civibus: quod verum est, „at id non sequitur ex societatis inæqualis jure.

„ee) RECTORIUM:) seu gubernatorium, quia „rectoribus populorum speciale jus in subditos quæ„situm esse ait. *Vid. L. 2. c. 25. §. 8. n. 1.* De justi„tiæ rectricis seu gubernatricis officio Author agit in„fra *L. 2. c. 20. §. 24. n. 1. §. 27. & c. 24. §. 7.*

„ff) ÆQUATORIUM:) quia jus naturæ æquat hos „socios, quorum conditio ex hypothesi Authoris „æqualis est. Nos passim jam probavimus, nullum „esse jus sociale, adeoque nec *rectorium* nec *æquato„rium:* simulque demonstravimus; jura hæc ex pla„ne alia ratione, citra ullum societatis respectum, „sequi.

a) (AB HAC JURIS SIGNIFICATIONE:) Qua jus in abstracto sumitur pro eo quod justum est, i. e. quod cum natura societatis convenit.

„b) (DIVERSA EST ALTERA:) qua jus in concre„to sumitur pro eo quod justum est intuitu personæ.

„c) (SED AB HAC IPSA VENIENS.) Ideo „enim personæ jus agendi competit quia *justum* est, „i. e. quia jure agit quod agit. Notandum tamen est, „hanc *significationem vocis* non venire a priori deno„minatione, ut Author statuit; quia in priori sensu „*jus* saltem *sociale* intelligit, cum in hac poste„riori significatione *jus* intelligat quod personæ competit non tantum ex *qualitate morali perfecta*, i. e.

ex

niens, [c] quæ ad personam refertur: [d] Quo sensu jus est, qualitas moralis [e] personæ competens, [f] ad aliquid juste habendum vel agendum. Personæ competit hoc jus, [g] etiamsi rem interdum sequatur, [h] ut servitutes prædiorum, [i] quæ jura realia dicuntur, [k] comparatione facta ad alia mere personalia: [l] Non quia non ipsa quoque personæ competant, [m] sed quia non alii competunt, quam qui rem certam habeat. [n] Qualitas autem moralis perfecta, facultas nobis dicitur; [o] Minus perfecta, aptitudo: [p] Quibus respondent in naturalibus, illi quidem actus, huic autem potentia.

§. V.

„ex vi sociali: sed & ex *qualitate morali minus per-* „*perfecta*, i. e. ex aptitudine, & ideo quia meretur, „& quia dignus est: Ut proinde hæc significatio pla- „ne diversa sit a priore.

„c) (QUÆ AD PERSONAM REFERTUR;) Adeoque „unde personæ jus competit agendi vel habendi.

„d) (QUO SENSU EST QUALITAS MORALIS &c.) „Quæ continet, & *facultatem* quæ ex jure sociali; & „*aptitudinem* quæ ex jure naturæ humanæ, seu laxio- „ri oritur: utramque autem ex principiis internis oriri „ait, adeo ut Deus abesse possit: Nos hanc signifi- „cationem non agnoscimus: Jus naturæ quo compe- „tit personæ, nisi ex voluntate & concessione Dei; ex „hac sola *jus cuique suum* esse, adeoque ex ea sola „facultas habendi vel agendi ei competere potest.

„e) (PERSONÆ COMPETENS:) adeoque in hac si- „gnificatione non quæritur quid in abstracto justum „sit, i. e. jure fieri possit. Sed in concreto, quid „intuitu personæ justum sit, i. e. quid persona jure „facere possit.

„f) (AD ALIQUID JUSTE HABENDUM VEL A- „GENDUM;) adeoque *jus* hic non denotat legem seu „præceptum, sed solam facultatem habendi vel agen- „di, i. e. jus permissivum: seu jus natura cuique „quæsitum. *Conf. §. seq.*

„g) (ETIAMSI REM INTERDUM SEQUATUR:) i. e. „etsi persona jus in ipsa re aliquando habeat.

h) (UT SERVITUTES PRÆDIORUM, QUÆ JURA REALIA DICUNTUR.). Etsi igitur dominus habeat jus in rem ipsam. illud ipsum jus personæ competit, & consistit in facultate, v. g. eundi &c.

ADDITIO.

Exemplum hoc non quadrat. Jure naturæ servitutes non pertinent ad jura realia, sed omne jus hic oritur ex pacto, unde tantum oritur obligatio personalis. *Vide Diss. Prooem. XII. §. 302.*

„Magis igitur huc pertinet *jus dominii*, hoc enim „est quidem *jus*, seu qualitas moralis personæ com- „petens, sed saltem intuitu rei, adeo ut omne jus „personæ exstinguatur exstincta re.

„i) QUÆ JURA REALIA DICUNTUR:) Postquam scili- „cet servitutes jure Romano inter jura in re relata sunt.

„k) (COMPARATIONE FACTA AD ALIA MERE „PERSONALIA:) i. e. ad jura quæ personæ non com- „petunt ideo quia res ejus est, sed quia aliquid ei de- „betur, vel ex contractu, vel ex delicto, vel ex variis „causarum figuris.

„l) (NON QUIA NON IPSA QUOQUE PERSONÆ „;COMPETANT.) Servitutes enim prædiorum domi- „nis prædiorum vicinorum, adeoque personæ con- „stituuntur, *l. 6. pr. l. 8. Com. præd.*

m) (SED QUIA NON ALII COMPETUNT, QUAM QUI CERTAM REM HABEAT:) adeoque qua possessoribus prædiorum. *l. 1. ff. Serv. l. 20. §. 1. A. R. D.*

n) QUALITAS AUTEM MORALIS PERFECTA FACULTAS NOBIS DICITUR:) quia ex qualitate illa morali personæ competente, sequitur plenissima *facultas* habendi, seu agendi, adeoque & *facultas* exigendi vindicandi &c,

o) (MINUS PERFECTA, APTITUDO,) Author per aptitudinem intelligit regulas perfectionis. *Vid. proleg. §. 9*: At ibidem notavimus, eam male inter species juris referri, quia ex perfectione nulla obligatio oritur: Præterea hæc *aptitudo* minus recte *qualitas moralis imperfecta* vocatur, cum non tantum æque, sed etiam magis perfecta sit ac *facultas*, quia latius virtutum regulæ patent quam regulæ juris.

ADDITIO.

„Repetendam hic est (1) neutram qualitatem voce „*juris* contineri, quoties cum Authore supponitur „Deum ab illa qualitate abesse posse. At (2) posito „Deo verum est utramque qualitatem *juris* nomine „venire. Jus enim naturæ continet non tantum jus „inter homines, sed etiam jus inter Deum & homi- „nes, quod etiam perfectionum regulas continet. Cæte- „rum (3) recte monet B. Parens, minus recte poste- „riorem juris naturalis partem *qualitatem imper-* „*fectam* vocari.

p) QUIBUS RESPONDENT IN NATURALIBUS ILLI QUIDEM ACTUS, HUIC AUTEM POTENTIA:) Putat Author, qualitatem moralem *perfectam*, seu id quod stricte & in specie justum dicitur, in naturalibus esse instar *actus*, *imperfectam* vero, seu virtutem, instar *potentiæ*. At nullo sensu distinctio inter actum & potentiam hic applicari potest: Nam diversi sunt actus, & cuique sua potentia. Uti igitur in *jure* aliud est actus, aliud potentia; ita *virtus* quoque suos habet actus, suasque potentias, utriusque actus & potentiæ autem essentia invicem differunt. Patet ex his, quam confusi adhuc fuerint conceptus Authoris in definiendo jure naturæ, & quo delapsus sit vir incomparabilis defectu verorum principiorum. Dictum jam est, qualitatem moralem minus perfectam plane non esse speciem juris.

§. V.

[a] Facultatem [b] Jurisconsulti nomine sui appellant, [c] nos posthac jus proprie aut stricte dictum appellabimus: [d] sub quo continetur [e] potestas tum in se, [f] quæ libertas dicitur, [g] tum in alios: ut patria, dominica: [h] dominium, ple-

ADDITIO.

„Ex hypothesi Authoris admitti potest distinctio „inter actum & potentiam: Author enim statuit *qua-„litatem moralem perfectam* verum jus tribuere, quod „persona, cui facultas illa competit, petere & exige-„re a tertio, & hactenus in *actum* deducere potest? „*Qualitas* autem *moralis minus perfecta*, oon verum „jus personæ tribuit, sed nititur sola convenientia & „aptitudine. Adeoque cum jus exigendi & petendi in-„de non competat, indeque in *actum* deduci non „possit, eatenus in *potentia* consistere dici potest.

„Nos in §. *prac.* jam demonstravimus, novas has „obscurasque vocum significationes, vagas illas de-„scriptiones, & inengnitas *qualitatum* divisiones „nullum in disciplina juris naturalis usum habere.

„a) (FACULTATEM:) i. e. qualitatem moralem „perfectam, quæ personæ competit ad aliquid juste ha-„bendum vel agendum. §. *praced.*

Facultas sæpius etiam sumitur pro facultate mere naturali, est enim à *facul*, quasi a facili potestate agendi, uti *Festus* interpretatur. *Vid. Calvin. Lex. jur. voc. jus.* hinc libertas definitur *facultas naturalis agendi quicquid lubet. l.* 4. *pr. ff. stat. hom.*

b) (JCTI NOMINE SUI APPELLANT:) Proprie & accurate loquendo *suum* non est *facultas*, sed facultatis objectum: Nomine *sui* enim nihil intelligitur quam *jus suum*, seu suum cuiusvis hominis: & cum quilibet de suo disponendo facultatem habeat, ea facultas erit vel *mea* vel *tua* vel *sua*; Ex quibus apparet *meum* facultatis nomine non venire posse nisi objective; quia *meum* dicitur in quo ego facultatem, i. e. potestatem agendi habeo: Eodem sensu & *tuum* dici potest facultas, in quo tu potestatem habes; & sic porro.

ADDITIO.

„Objectum facultatis moralis habendi vel agendi, „i. e. justitiæ naturalis, est *suum*: ea enim consistit „IN SUUM cuique tribuendo; Hinc formulæ: *suum* „*consequi l.* 15. §. 5. *de re jud. l.* 96. §. 1. *ff. de solut. l.* 4. „§. *idem Julianus. ff. de dol. except. l.* 14. *Novat.* „*l.* 37. *ff. jure fisci*, *l.* 7. *de cess. bon:* suum recipere. „*l.* 7. §. 6. *quod in fraud. cred.* Suum vindicare. *l.* 27. „§. 2. *de aur. & arg. leg.* Ad Suum pervenire. *l.* 1. *ff.* „*quod certo loco. l.* 1. §. *illud verum. ff. si quis test.* „Quibus denotatur *facultas* jus suum consequendi, „recipiendi &c.

„c) (NOS POSTHAC JUS PROPRIE AOT STRICTE „DICTUM APPELLABIMUS:) *Add. Diss. Prooem.* 3. §. 11. „Quia scil. verum jus inde personæ competit, quod „peti quoque & exigi a tertio potest. Uode Author „illud opponit juri naturæ improprie sic dicto, quod „ex aptitudine & convenientia alicui competit; quod „in sola potentia consistit; adeoque exigi ac vindica-„ri nequit. *Diss. prooem. I.* §. 16. *Diss. II.* §. 11.

„d) (SUB QUO CONTINETUR:) Rectius cum „JCtis Romanis dicimus MEUM esse, i. e. jus seu „facultatem moralem mihi competere, vel 1.) ex sta-„tu hominum, vel 2.) ex jure rerum, vel 3.) ex per-„sonæ obligatione. *Vid. supr.* §. 3. *lit. e. VI.*

„e) POTESTAS TUM IN SE, QUÆ LIBERTAS DI-„CITUR:) jus hoc cuique suum est ex statu homi-„num. Natura enim singulis hominibus facultatem „moralem dedit agendi quicquid lubet. §. 1. *Inst. de* „*jur. pers.* adeoque jus pro lubitu de suis actionibus „disponendi. Tertius igitur facultatem hanc natu-„ralem impedire absque injuria nequit.

f) (Grot.) (QUÆ LIBERTAS DICITUR:) quam propterea facultatis nomine optime definiunt Jurisconsulti Romani.

ADDITIO.

„Libertas enim definitur JCtis, *facultas natura-„lis agendi quicquid lubet. l.* 4. *pr. stat. hom.*

g) (TUM IN ALIOS, UT PATRIA, DOMINICA:) In genere quoque jura hæc sub libertate continentur; quia facultas domino & patri competit in filios & servos, quin & reliqua quoque, jam ab Authore relata, libertatem inferunt: Ita enim *ususfructus* est facultas utendi fruendi fundo: *pignus* potestas insistendi rei pignoratæ: *creditum* facultas persequendi id quod nobis debetur.

ADDITIO.

„Patria potestas non continetur sub statu libertatis, „sed sub statu familiæ: Dominica autem potestas est „privatio status libertatis: Illa oritur ex generatione, „hæc ex jure belli: Neutra ex jure aliquo sociali.

„Cæterum Grotius per *libertatem* non intelligit „quamlibet facultatem habendi vel agendi; sed *sta-„tum libertatis*, i. e. facultatem agendi quicquid lu-„bet, jure non restrictam.

h) (Grot.) (DOMINIUM.) *Jus pro dominio.* Scholiastes ad Horatium.

ADDITIO.

„Jus hoc cuique suum est ex *jure rerum*. Domini-„um enim est, quando res ipsa in meam proprietatem „transit, eoque mea fit, & a JCtis specialiori sensu „*meum* dicitur. *l.* 27. §. 2. *aur. leg.*

„Species autem dominii quoque est *hereditas*; quæ „proinde itidem a JCtis Romanis inter jura in re re-„fertur. Cum enim Pater tamquam caput familiæ „non sibi soli, sed suæ familiæ acquirat, & ea lege, „ut in liberis continuetur dominium; hoc ipsum do-„minium cum familia in liberos transfertur. Hinc „liberi dicuntur esse quodammodo domini bonorum „paternorum vivente patre: Adeoque hæreditas quo-„que voce *sui* continetur. *Vid. Diss. prooem. XII.* „§. 287.

„i) (PLE-

i plenum k sive minus plenum, ut usufructus, jus pignoris, l & creditum, m cui ex adverso respondet debitum.

§. VI.

a Sed hæc facultas b rursum duplex est: c Vulgaris scilicet, quæ usus

i) (PLENUM:) Si res plenissime in nostra potestate est, ut pro lubitu de ea disponere possimus.

ADDITIO.

„Author per *dominium plenum* intelligit quod ab „alio dominio non dependet:

k) (SIVE MINUS PLENUM:) Ubi facultas disponendi restricta est.

ADDITIO.

„Ex hypothesi Authoris primæ acquisitiones a „populo, aut populi capite ita fiunt, ut non solum im„perium, sed & privatum plenumque dominium gene„raliter primum populo quæreretur: atque ut deinde „particulatim in privatos ita fieret distributio, ut tamen „dominium eorum ab illo priori dominio penderet: „Atque huc pertinere ait, multas species juris in re. *L.2.c.3* „*§. 19.* Et hoc sensu etiam servitutes, & pignoris jus ad „dominium minus plenum refert, quia ab alio do„minio dependent: cujus effectum insignem hunc esse „ait, quod deficiente hoc jure res non fiat nullius, sed „ad plenum dominum redeat. *d. §. 19. n. f.*

„Nos infra demonstrabimus talem occupationem ge„neralem dominii contrariari naturæ dominii. Sed & por„ro probabimus dominia minus plena jure naturæ in„cognita esse, omnesque illas species, quas Author eo „refert, esse talia negotia unde non jus in re oritur, sed „sola persona obligatur ad aliquid dandum vel præstan„dum: Si igitur quis paciscitur ut alter habeat rem meam „jure *servitutis*, vel jure *pignoris*, per hanc dispositionem „non jus in rem ipsam transfero, sed alter agit con„tra me actione personali ut id quod promisi præstem. „*Dissert. Prooem. XII. §. 30. seq.*

„l) (ET CREDITUM:) Creditum nulla ratione ad „dominium minus plenum referri potest: etsi enim „id quod mihi debetur *meum* sit, *l. 7. ff. quæ in fraud.* „*cred. l. 15. §. 7. re jud.* non tamen *meum* est ex ju„re aliquo in re, sed ex obligatione personæ, quæ jus „quod meum est ideo mihi præstare tenetur, vel quia „contraxit, vel quia deliquit. &c.

m) (CUI EX ADVERSO RESPONDET DEBITUM:) Male debitum ad facultatem seu ad meum refertur: debitum enim potius supponit obligationem, adeoque necessitatem præstandi. Non igitur est in facultate debitoris solvere vel non solvere, sed is obligatur ex regulis justitiæ tribuere creditori quod ipsius est.

ADDITIO.

„Author debitum non refert ad *facultatem*, seu ad „*meum*: sed, ait, debitum *ex adverso* respondere credito. „Nam ex eo quod *meum* sit creditum, a contrario se„quitur debitorem aliquid *alieni* habere: Unde *credi*„*tum* a JCtis æs meum vocatur: *debitum* æs alienum. „Adeoque ex Authoris quoque doctrina debitum est jus „*alienum* quod tribui necessario debere, ait, ei cujus „est, quia alias societas everteretur. *Vid. supr. §. 3.*

„a) (SED HÆC FACULTAS:) Quæ *sui* nomine JCtis „venit, & quam Author appellat jus proprie & stri„cte sic dictum.

b) (RURSUM DUPLEX EST:) Author statuit, personæ competere facultatem habendi vel agendi aut ad *vulgares*, i. e. ad privatos usus; aut ad usus *publicos*: & hanc posteriorem facultatem jus dare, ait, in facultatem vulgarem, usus publici causa: At novi hi sunt termini, obscuri, & plerisque ignoti; rectius igitur jus stricte dictum est vel *publicum* vel *privatum*: nam ex jurisprudentia Romana cognitum est, omne jus vel publicum vel privatum esse. *§. fin. Inst. de just. & jur.*

ADDITIO.

„Grotius per facultatem eminentem non intelligit „*jus publicum* in genere: sed in specie illam *partem* „*juris publici*, quæ civitati jus dat in bona & jura sin„gulorum: Cives enim in civitatem coeuntes quasi „communi pacto promittunt se communem utilita„tem propriæ præferre velle. *Vid. Prol. §. 15. & 17.* „*l. 2. c. 13. §. 20. l. 3. c. 20. §. 7. n. 1, & C. 25. §. 3. n.* „*4. l. 1. c. 4. §. 4. & §. 7. n. 2. l. 3. c. 20. §. 9.* „Unde necessario sequitur, communitati jus compe„tere in partes, & res partium, boni communis causa: „Conf. *l. 1. c. 3. §. 6. n. 2.* ita, ut non tantum res sub„ditorum huic juri subjaceant, sed & eorum actiones. „*l. 3. c. 19. §. 7. & l. 2. c. 13. §. 20.* Atque hactenus „recte Author ait, in res singulorum majus esse jus ci„vitatis ad bonum commune, quam dominorum singu„larium. *b. §. 5.* & unumquemque reipublicæ magis „obligari quam creditori. *ibid.* Supponit autem Au„thor 1) ut id fiat utilitatis publicæ causa: *dict. loc.* 2) ut „damnum inde datum reparetur sumtu communi; *L.* „*2. c. 14 §. 7. §. 8. & §. 14. l. 3. c. 20. §. 7. n. 1. & §.* „*52.* adeo ut Princeps aliter faciens ipse ex propriis „teneatur ad reparandum. *d. c. 14, §. 8.*

„Atque hanc facultatem Author vocat dominium „eminens. *l. 1. c. 3. §. 6. n. 2,* vel supereminens *l. 2.* „*c. 14. §. 7.*

„Equidem 1) cum Author nihil aliud per *domi*„*nium eminens* intelligat quam id quod *jure impe*„*rii* in subditos licet, (unde dominium hoc & jus regen„di pro synonimis habet *l. 1. c. 13. §. 8. n. 6.*) res ip„sa censuram non meretur: at 2) cum vox *domini's* „sua natura facultatem pro lubitu disponendi, adeo„que & abutendi, inferat, tutius est ab ejusmodi „vocibus ob facilem earum abusum abstinere: Docet „enim experientia, eos qui auram aulæ captant mul„ta huic dominio eminenti (quod & plenitudinem „potestatis vocant) tribuere, quæ directo cum natu„ra justi imperii pugnant: uti quod Princeps ex ple„nitudine potestatis jus subditis quæsitum auferre, „quod judicata tollere possit, &c. de quo plenius *ad* „*l. 1. c. 3. §. 6. & l. 3. c. 7. §. 25. seq.*

„c) (VULGARIS SCILICET, QUÆ USUI PARTICU„LARIS

usus particularis causa comparata est, [d] et eminens, quæ superior est jure vulgari, [e] utpote communitati competens [f] in partes, [g] & res partium, [h] boni communis causa. [i] Sic regia potestas sub se habet & patriam & dominicam potestatem: [k] sic in res singulorum [kk] majus est dominium regis ad bonum commune, quam dominorum singularium: sic

„LARIS CAUSA COMPARATA EST.) Adeoque quæ „singulis hominibus competit ad agendum ea quæ ad „usus vulgares pertinent.

„d) (ET EMINENS, QUÆ SUPERIOR EST VULGARI:) Facultatem hanc eminentem alibi vocat „*dominium eminens*: quæ denominatio ob abusum admitti non debet, & rectius dicitur imperium. *Vid. l. 215. ff. V. S.* Quomodo autem imperium & dominium differant, mox explicabimus „*vid. L. 1. c. 3. §. 7. & §. 12.*

„e) (UTPOTE COMMUNITATI COMPETENS IN „PARTES.) Ex conventione scil. eorum qui in civitatem coeunt; nam coeuntes promittunt quod publicam utilitatem privatæ anteferre velint.

„f) (IN PARTES:) in membra illius communitatis, eorumque actiones.

„g) (ET RES PARTIUM:) i. e. in patrimonia „eorum qui membra sunt illius communitatis.

„h) (BONI COMMUNIS CAUSA:) adeoque ob utilitatem publicam. *L. 1. c. 3. §. 6. n. 2.* Nun ergo „pro lubitu Princeps facultatem vulgarem, i. e. jus „singulis quæsitum, auferre potest.

i) (SIC REGIA POTESTAS SUB SE HABET ET PATRIAM ET DOMINICAM POTESTATEM.) Imo distinctæ hæ sunt species, quæ non confundi debent, etsi in una persona concurrant. Certum enim est, potestatem regiam toto cœlo differre a potestate patria, nec commune aliquid inter utramque esse: Regiam Rex exercet publice, patriam privatim & domi; illam ex concessione populi habet, hanc ex generatione. Objecto quoque differunt, illa enim versatur in negotiis civilibus civitatis, hæc in domesticis. Sed & effectu, nam ex illa jus vitæ & necis competit, ex hac saltem jus educandi.

Egregie rem explicat Taurus Philosophus, qui, cum pater privatus in præsentia filii præsidis sedere nollet, ita disserit: *In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus, patrum jura cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paulum. Sed cum extra rempublicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari discumbatur: tum inter filium magistratum & patrem privatum publicos honores cessare,* NB. *naturales & genuinos oriri*: *apud Gell. l. 2. c. 2.*

Unde Rex potest esse in patria, potestate privati, & pater in potestate regia filii: ille parebit patri in negotiis domesticis, hic parebit filio in negotiis publicis. Exemplum illustre est in Ptolomæo Ægypti rege, qui regnum filio tradidit, & privatus ei officium inter satellites præstitit, omnique regno pulchrius patrem Regis esse dixit, apud *Justin. L. 16. c. 2.* Aliud Exemplum, sed infelicius, refert *Justinus L. 10. C. 1.* ubi Artaxerxes Dario filio regnum cessit. Quintus Fabius maximus filio suo Quinto Fabio, consuli & Imperatori belli, qui male in Samnites pugnaverat, legatus datus est, in quem proinde filius imperium habuit. Hic, cum ad castra venisset, filiumque cum 12. fascibus obvium haberet, jam 11 fasces equo prætervectus erat, at filius ultimum lictorem animadvertere jussit & clamare, ut ex equo descenderet; tum pater desiliens *experiri*, ait, *volui, fili, satisne scires te consulem esse. Liv. L. 24. c. 45. Val. Max. L. 2. c. 2. n. 4. Gell. N. A. l. 2. c. 2.* Idem fecit Fabius Rullianus Fabio Gurgiti filio, & filium triumphantem deinde secutus est. *Liv. L. 2. C. 2. Val. Max. l. 5. c. 7. n. 1.* Et recentiura exempla exstant in Carolo V. & Philippo I. qui regna filiis cesserunt. Regina Galliæ, filium allocuta, egregie duplicem hanc potestatem distinxit: Amo Te, ait, ut filium, veneror ut Dominum. *Gramm. L. 1. ad ann.* 1614. *pag. 33. Add. Priol. Hist. Gall. L. 6. Bœcl. in not. ad Grot. L. 2. C. 5. §. 1. Puffend. de Jur. nat. L. 6. c. 2. §. 8.*

Idem quoque dicendum est in concursu potestatis Regiæ & maritalis, qualia exempla noviora exstant in Regina Angliæ & Sueciæ; tunc enim maritus est in potestate uxoris regia; regina vero in potestate maritali privata.

ADDITIO.

„Mens Authoris plane alia est, nimirum filios & servos, etsi reverentiam & obedientiam debeant patribus „& dominis, majorem tamen debere civitati, ob eminentem illam facultatem: quod verum omnino est. In „concursu igitur harum potestatum merito præfertur „potestas civitatis: adeoque si pater vel dominus quædam facere jubeant filiis ac servis in præjudicium civitatis, hi tuto illud omittunt, & impune non parent.

k) (SIC IN RES SINGULORUM:) Philo περὶ Φυτεργίας. Καὶ μὴν ἀργυρός τε καὶ χρυσὸς καὶ ὅσα ἄλλα κειμήλια παρὰ τοῖς ἀρχομένοις θησαυροφυλακεῖται τῶν ἡγεμόνων μᾶλλον ἢ τῶν ἐχόντων ἐστίν. *Certe argentum, aurum, & quæ pretiosa alia apud subditos custodiuntur, eorum qui regnant magis sunt quam possidentium.* Plinius Panegyrico: *Cujus est quicquid est omnium, tantum ipse quantum omnes habent.* Et mox: *Ecquid Cæsar non suum videat?* Adde Sarisberiensem in Pulicratico lib. V. c. 1.

kk) (MAJUS EST DOMINIUM REGIS AD COMMUNE BONUM, QUAM DOMINORUM SINGULORUM.) Imo non majus est, sed alterius generis: nam quod Princeps dominio privatorum derogare possit, est consequens juris tuendi rempublicam; ad cujus conservationem quilibet de suo tribuere tenetur. Repetendum hic est, quod antea monuimus, tutius esse abstinere a voce dominii, ubi de juribus Principum in subditos agitur: quia vox dominii proprie non significat jus regendi & conservandi, sed id quod directo contrarium est, nimirum potestatem consumendi, abutendi, & pro lubitu de re disponendi.

l) Sic

f sic reipublicæ quisque ad usus publicos magis obligatur, quam creditori.

§. VII.

a Aptitudinem vero, *b* ἀξίαν, *c* id est dignitatem vocat Aristoteles, Michael Ephesius, id quod *e* secundum eam æquale dicitur, interpretatur τὸ προσαρμόζον & τὸ πρέπον, *d* *id quod convenit.*

§. VIII.

f) (SIC REIPUBLICÆ QUISQUIS AD USUS PUBLICOS MAGIS OBLIGATUS, QUAM CREDITORI:) Imo utrique quisque æque debet natura: quod vero pecunia publico debita prælationem habeat, id ex mero jure civili est, uti pleraque privilegia fisci.

ADDITIO.

„Si debitor aliquis debet & privato & reipublicæ „v. g. tributa, nec bona sufficiunt utrique de„bito solvendo, ipsa naturali ratione sequitur debi„tum publicum prius solvendum esse, quia ad de„fensionem publicam destinata est hæc pecunia: At„que hinc est, quod debita privata aliquando remitti „possint a Civitate, si utilitas publica id exigat: uti „sæpius factum sub Republica Romana.

a) (APTITUDINEM VERO ἀξίαν, i. e. DIGNITATEM, VOCAT ARISTOTELES.) Author *facultatem*, quæ *sui* nomine venit, *qualitatem moralem perfectam* appellat; at qualitatem moralem minus perfectam, vocat *aptitudinem*, *dignitatem*, vel rectius meritum.

b) (Grot.) (ἀξίαν:) Cicero de Officiis I: *Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, Principes sunt, patria, & parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus; Proximi liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium; Deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum etiam communis plerumque fortuna est: Quamobrem necessaria præsidia vitæ debentur iis maxime, quos ante dixi. Vita autem victusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiis vigent maxime.* Vide quæ infra dicentur libro II. capite VII. §. IX. & X. Seneca de Beneficiis libro IV. cap. II. ubi de testamentis agit: *Quærimus dignissimos? quibus nostris tradamus.* Ipsum locum vide. Adde Augustinum de Doctrina Christiana lib. I. X. cap. XXVIII. & XIX.

c) (i. e. DIGNITATEM:) dignum enim dicitur, quod valet, vel quod meretur, ut dignus loco, *&c. l. 19. ff. ad leg. falc. L. 4. C. de Leg.* Hinc dignitas Germanis Würde vocatur, a merito.

Apparet ergo, dignitatem Grotio nihil aliud esse quam id quod perfectum, honestum & laudabile, adeoque quod virtutis est: (utpote quæ ex merito mensuratur) quæ doctrina ad Ethicam pertinet, non ad jus naturæ: Unde perpetuus hic est error Authoris, qui ea quæ perfectionis sunt cum jure naturæ confundit.

ADDITIO.

„Verissimum est homini in hominem ex aptitudine „nullum jus competere: sed nec Grotius id asserit, „sed potius contrarium statuit. Ceterum obligatio„nem quæ ex perfectionum regulis intuitu Dei oritur „esse partem juris naturalis, negari nequit. *Vid.* „*Differt. Prooem. II. §. 31. seq.*

„*d*) (SECUNDUM EAM ÆQUALE DIXIT:) Nam „Author omnem obligationem mutuam ponit in æ„qualitate. *L. 2. c. 12. §. 8. & seq.* cum autem ei jus „naturæ duplex sit, *stricte sic dictum & laxius*, æ„qualitatem in priori sensu sumit juxta justitiam ex„pletricem, in hoc juxta justitiam attributricem: de „quibus *§. seq.*

„*e*) (ID QUOD CONVENIT:) juxta meritum scil. per„sonæ. Hinc justus eo sensu non est qui pecuniam „non rite dispensat, *vid. Prol. §.* 10. qui caritatis le„ges non observat, *L. 3. c. 11. §. 2.* qui liberalis aut mi„sericors non est, *Vid. §. seq. n. 1.* & in genere qui „virtutes omittit, quæ aliis hominibus dignis utili„tatem afferunt: *ibid.* At nullum jus exigendi inde „oriri ipse Grotius fatetur.

(*§. VIII.*) Author, jus sociale definiturus, illud dixit *qualitatem moralem*: hanc qualitatem iterum divisit in *perfectam* & *minus perfectam*, *illam* vocavit facultatem, *hanc* aptitudinem. Hic jam porro statuit in qualitate perfecta, seu facultate, obtinere *justitiam expletricem*; quæ plerumque respiciat *proportionem arithmeticam*: in hac vero obtinere *justitiam distributivam*; quæ plerumque respiciat *proportionem Geometricam*: quæ nunc plenius examinabimus.

Equidem proportionum usus in jure Philosophiæ Aristotelis debetur, utpote qui justitiam τὸ ἴσον, i. e. æquale, & consequenter medium inter plus & minus esse dixit, indeque ipsam justitiam proportionem vocavit: *Vid. Disp. nostra de proport. furt. & susp. §. 2. & disput. de proportionibus pag. 1.* & pro duplici proportione etiam duplicem justitiam fecit, *commutativam* scil. in qua servaretur proportio arithmetica, sive absoluta, ut in contractibus &c. & *distributivam*, in qua servaretur proportio geometrica sive comparata; ut in distributione præmiorum, (*vid. prol. §. 9.*) omnibusque virtutibus quæ aliis hominibus utilitatem afferunt. *Vid. h. §. n. 1. & dict. disp.*

Grotius probat quidem divisionem justitiæ in commutativam, quam expletricem vocat, & distributivam, quam attributricem (*alibi vero assignatricem. l. 2. c. 17. §. 2.*) appellat, sed proportionum usum negat: Nos jam olim in disputatione de proportionibus & *divisionem* illam, & *proportionum usum* rejecimus: Quod enim primum attinet, ficta & plane inutilis est illa distinctio in justitiam expletricem & attributricem, 1) quia posterior, fatente Aristotele & Authore,

§. VIII.

1. [a] Facultatem respicit justitia expletrix, [b] quæ proprie aut stricte justitiæ nomen obtinet, [c] συναλλακτικὴ Aristoteli, [d] nimis arcto vocabulo. [e] Nam

tantum aptitudinem respicit: adeoque usum non habet nisi in distribuendis præmiis, & exercitio virtutum quarundam; at eum objectum hoc non ad justitiam sed ad Ethicam pertineat, facile constat *justitiam* distributivam non dari: Sane 2) juxta regulas justitiæ quilibet præmia potest distribuere etiam inæqualiter, quin & immeritis dare, nam de jure suo disponit, neque tum contra regulas juris peccat; nec ideo a magistratu tamquam vindice jurium naturæ puniri potest, sed peccat contra regulas Ethices. Equidem 3) negari nequit in jure fieri distributiones, & quidem aliquando æqualiter, aliquando inæqualiter, ut in societate, pœnis &c. Sed ideo hæc proportio non fit species justitiæ: nam sæpe quoque calculatores, agrimensores &c. in jure adhibentur, neque tamen inde propria fit species juris calculatoria, agrimensoria &c. Neque 4) in re communi ejus usus est, ut quidam opinantur, quia in re communi quoque sæpissime distributio fit juxta regulas justitiæ expletricis. *Vid. §. 5. h. n.3.* Sed & porro Author merito distinctionem inter proportionem Arithmeticam & Geometricam a disciplina juris naturæ removet: *Vid. §, h. n. 2.* Nam justitia ipsa distributiva est non ens, purumque inventum Aristotelis, totamque hanc doctrinam ad Ethicam pertinere dixi: frustra ergo de proportione hujus justitiæ quæritur quæ nnn est.

ADDITIO.

„Usum hæc distinctio in nulla juris parte habet, adeo„que frustra circa has subtilitates laboramus sudantes: „Certum quippe 1) est, in justia *commutativa*, seu *exple„trice*, sæpius observari proportionem geometricam, & „e contrario in justitia distributiva proportionem arith„meticam. PRIUS patet exemplo (*a*) *hæreditatis*, ubi „hæredes pro rata obligantur. *L. 4. V. O.* (*b*) *juris accre„scendi* ubi portiones pro rata accrescunt hæredibus. *L. „66. hær. inst.* (*c*) *Societatis*, ubi lucrum & commodum „pro rata dividuntur. *L. 6. ff. pro soc.* Vid. *disp. B. Bar. „de proport. c. 2.* POSTERIUS in ipsa præmiorum di„stributione accidere potest, si enim merita sunt æqua„lia, æqualiter quoque distributio fieri debet. *d. disp. „c. 2.* Sed & 3) aliquando in eadem specie utræque pro„portiones concurrunt, uti si servus communis stipule„tur dominis in genere, acquirit utrique pro dominica „parte. *§. fin. stip. serv.* Si servus eis stipulatur expres„sis nominibus propriis, singulis æqualiter acquirit. *L. 37. „stip. serv.* adeoque vel geometrica vel arithmetica pro„portione hic acquiret, prout servus vel prius nomen „dominorum, vel nomen proprium dixit. *dict. disp. „de proport. c. 2.* Accedit 4) quod proportiones tan„tum ostendant quis numerus alii numero conveniat; „(proportio enim est numeri ad numerum majorem „vel minorem, seu rei ad rem comparatio) hæc ergo „proportio Jus non facit, nisi lex vel ratio talem con„venientiam, ut inter onera, fructus, &c. statuat. Sane 5) „proportiones tantum sunt instrumenta & quasi men„suræ, quibus debitum lege jam definitum computa„tur atque dividitur, adeoque non magis ad speciem „justitiæ referri possunt, quam mensura ad agrum, vel „additio & multiplicatio ad debitum quod computa„tur, *d. disp. c. 2.* Sed & 6) aut aliquis tenetur com„mutare vel distribuere, aut non tenetur; *illo casu* non „distribuit secundum proportionem: sed ex lege obliga„tionis, etsi nulla sit proportio: *hoc casu*, quia plane „non tenetur, nec tenetur ad proportionem: ut proin„de ex proportione nulla sit obligatio. Imo 7) multi „sunt casus juris, qui evidentem habent æquitatem & „justitiam, nec tamen ad ullam proportionem referri „possunt: Ita distributio onerum personalium ex ipsa „ratione naturali divisa est inter singulos cives sine ulla „proportione; Alia Exempla *vide in d. disp. cap. 2.* „Sed nec 8) ullum video effectum justitiæ illius com„mutativæ, ad proportionem arithmeticam exigendæ; „utpote cum in omnibus commutationibus divisio fiat „nnn ex proportione, sed vel ex lege vel ex voluntate „defuncti, vel denique ex dispositione partium: idque „sive æqualiter voluerit lex &c. distribui, sive inæqua„liter: Eodem modo uti 9) justitia distributiva (quæ „plane non ad jus strictum pertinet) non necessario sit ad „proportionem, neque præcise juxta merita, sed pro lu„bitu distribuentis, qui etiam indignis tribuere potest.

„*a*) (FACULTATEM RESPICIT JUSTITIA EXPLE„TRIX:) Omnis justitia est expletrix, quia semper ob„ligamur ad eam explendam.

ADDITIO.

„Grotius; & cum eo Doctores communiter, per „*justitiam expletricem* intelligunt eam justitiam quæ „supponit homini jus aliquod quæsitum esse, quod „alii ei tribuere, adeoque explere justitiam debent. Per „*justitiam attributricem* autem intelligunt eam justi„tiam quæ perfectionum regulas continet, ubi homi„ni nullum jus quæsitum, adeoque nihil est quod *ex„pleri* debet: Hæc ergo justitia tantum meritum „respicit, & ei qui plus meretur etiam plus distribuit, „minus autem ei qui minus meretur. Frustra autem „de his subtilitatibus disputari alibi demonstravimus.

„*b*) (QUÆ PROPRIE AUT STRICTE JUSTITIÆ „NOMEN OSTINET &c.) Hoc est, quod *supra §. 5.* „dixit, se facultatem, quam JCti *sui* nomine appellant, „posthac *jus proprie ac stricte dictum* appellaturum; „explere enim Latinis est satisfacere. *Gron. h.*

„*c*) (συναλλακτικὴ ARISTOTELI:) i. e. commutati„va juris.

d) (NIMIS ARCTO VOCABULO:) Recte hic Author nomen justitiæ commutativæ rejicit, quia non omnes species, nec omnia capita juris exhaurit; sed ad ea saltem jura pertinet, quæ ex consensu oriuntur, & causam continent: *L. 7. §. de pact. l. 19. V. S.* Neque sufficit cum Gronovio dicere denominationem a potiori desumi, *in not. ad h. §. pr.* nam debuisset nomen invenire quod plene rem explicaret: Sane privatorum non est rebus nomina imponere quæ rem non significant.

e) NAM

e Nam ut possessor meæ rei eam mihi reddat, non est ἐκ συναλλάγματος *f* & tamen ad eandem hanc justitiam pertinet: *g* Itaque ἐπανορθωτικὴν idem felicius dixit. *h* Aptitudinem respicit attributrix, *i* quæ Aristoteli διανεμητικὴ *k* comes earum virtutum, *l* quæ aliis hominibus utilitatem adferunt, *m* ut liberalitatis, *n* misericordiæ, *o* providentiæ rectricis.

2. Quod vero idem Aristoteles ab expletrice ait respici *p* proportionem

e) (NAM UT POSSESSOR MEÆ REI EAM REDDAT, NON EST ἐκ συναλλάγματος:) Necessitas restituendi rem ei cujus est, non oritur ex commutatione aliqua juris; dominus enim qui rem vindicat a possessore, non habuit animum jus in eum transferendi: *Vid. inf. L. 2. c. 10.* Ita delinquens non obligatur ex eo, quod is contra quem delinquitur jus in eum transtulerit.

ADDITIO.

„Imo ex principiis Authoris etiam jura in re sequuntur ἐκ συναλλάγματος, quia homines tacito pacto „post inventa dominia inter se convenisse ait, ut cuique „restituatur suum: *Vid. Gron. h.* Sed hæc ipsa prin„cipia vera non esse videbimus *infra l. 2. c. 10. §. 1. n. 2. 4.*

„*f*) (ET TAMEN AD EANDEM HANC JUSTI„TIAM PERTINET:) Nimirum ad justitiam exple„tricem, quæ in suum cuique tribuendo consistit, „etsi nulla commutatio subsit.

g) (ITAQUE ἐπανορθωτικὴν IDEM FELICIUS DIXIT:) i. e. correctoriam, quia juxta Aristotelem corrigit inæqualitatem, seu excessum vel defectum a medio: sed hanc quoque denominationem veram non esse *infra L. 2. c. 12. §. 8. seq.* videbimus, ubi æqualitatem illam refutamus.

ADDITIO.

„Correctoria justitia non omnia capita juris conti„net, sed ex hypothesi Authoris & Aristotelis saltem „ad contractus pertinet, quorum rationem in æqua„litate consistere statuunt: si proinde inæqualiter ali„quid in his contractibus fit, id corrigi debere „putant. Excludunt igitur ab hac justitia correctoria o„mnia jura quæ ex statu personarum, ex jure „rerum, item ex delictis, &c. oriuntur: certissimo „indicio justitiam in genere correctoriam dici non „posse.

h) (APTITUDINEM RESPICIT ATTRIBUTRIX:) scil. justitia; quam alibi distributivam & assignatricem vocat: At 1.) dictum jam est *ad §. IV. & §. VII.* aptitudinem non esse speciem justitiæ, sed disciplinam ab ea distinctam, unde ei nullo sensu justitia, adeoque nec distributiva applicari potest. 2.) Vera non est oppositio; nam in jure quoque, i. e. in justitia expletrice, aliquando distributio, & quidem juxta proportionem geometricam, observatur.

„*i*) (QUÆ ARISTOTELI διανεμητική:) a verbo „διανεμητᾶ, ex διὰ & νέμω tribuo.

„*k*) (COMES EARUM VIRTUTUM;) Sensus est, „quod justitia attributrix, quæ aptitudinem respicit, „i. e. id quod dignum est, comes fit earum virtutum „quæ aliis hominibus utilitatem afferunt; ita ut qui „liberalitatem, misericordiam, temperantiam, for„titudinem exercet, tum demum juste agat, si exer„ceat in eum qui dignus est, & qui meretur.

„*l*) QUÆ ALIIS HOMINIBUS UTILITATEM AF„FERUNT:) Ex quibus proinde solis obligationem „oriri putat Author, unde in *§. seq.* sollicite distin„guit hæc præcepta a consiliis, & iis præscriptis „quæ honesta sunt, at non obligantia: quæ latius exa„minavimus *in Diss. proœm. II. §. 8. §. 9.*

„*m*) (UT LIBERALITAS:) Ex regulis justitiæ distri„butivæ homo liberalis esse debet non nisi in meren„tes: An igitur, si in immerentes liberalis est, „peccat contra regulas justitiæ? Omnino: quia imi„tari perfectiones divinas (in qua imitatione omnis „ratio virtutum consistit) pars cultu divini est: „Deum autem colere est prima juris naturalis re„gula. *Conf. Diss. proœm. II. §. 32. seq. Diss. XII. §. 52. §. 68. & 97.*

„*n*) MISERICORDIA:) Author misericordiam ex„ercendam esse ait juxta justitiam distributivam, ita „ut sit tempestiva. &c. *Vid. L. 2. c. 20. §. 24. n. 2.* „Inprimis vero in bello ejus usum esse ait. *L. 3. c. 11. §. 7. & c. 15. §. fin.*

„Hæc autem obligatio ex hypothesi Authoris sal„tem est intuitu Dei: Hinc eam refert ad jus natu„ræ laxius, non ad jus sociale, quod homines inter se „obligat: Sane ipse Author fatetur clementiam li„berum habere arbitrium: *L. 2. c. 20. §. 23.* & id „quod ex misericordia debetur, nec in foro exigi, nec „armis deposci, *L. 2. c. 22. §.* 20. neque ob omissionem „misericordiæ aliquem puniri posse. *L. 2. c. 20. §.* 20.

„*o*) (PROVIDENTIÆ RECTRICIS:) i. e. ejus virtu„tis, quæ in prudentia consistit. *L. 2. C. 1. §. 9. n. 1.* „Hinc contra legem naturæ, i. e. contra jus naturæ „laxius peccare ait, qui actus suos non juxta pruden„tiæ regulas regit. *d. §. 9.*

p) (PROPORTIONEM SIMPLICEM, QUAM ἀριθμητικὴν VOCAT:) In arithmetica proportione est æqualitas singularum unitatum, quando nimirum duo numeri omnimoda unitatum æqualitate ab invicem distant, e. g. 2. 4. 6. 8. Aristoteles ideo in justitia commutativa utitur hac proportione, quia justitia ipsi est medium inter plus & minus, indeque excessus & defectus æqualiter distant a medio: Utrumque autem corrigendum esse ait per proportionem arithmeticam. Ponamus igitur *Sejo* legata esse 4 & *Cajo* 6. hæres contra intentionem testatoris *Sejo* solvit 2. *Cajo* vero 8. Justitia commutativa corrigit in priori defectum, in posteriori vero excessum; indeque 2. quæ *Cajus* plus accipit, ei detrahit, & *Sejo* qui 2. minus accepit, adjicit: quo ipso juxta voluntatem testatoris omnia inæqualitas corrigitur. Usus ergo hujus proportionis unicus hic est, ut doceat judicem qua ratione excessum ab una parte detrahere, & defectum ab altera parte supplere debeat. Sed quid, quæso, opus est operosa hac demonstratione? ad quid

nem simplicem, quam ἀριθμητικὴν vocat; Ab attributrice autem comparatam, quam [r] γεωμετρικὴν appellat, [s] quæ sola apud Mathematicos nomen habet proportionis; [t] ex eorum genere est, quæ sæpe locum habent, non semper: neque verò per se justitia expletrix ad attributrice [u] differt tali proportionum usu, sed materia circa quam versatur, ut jam diximus. [x] Itaque & contractus societatis expletur proportione comparata, & si unus tantum aptus inveniatur ad munus publicum [y] non alia quam simplici commensione attributio fiet.

3. Neque magis verum est quod a nonnullis dicitur, [z] attributricem versa-

tantæ ambages? nonne hæc plana sunt citra omnem proportionis doctrinam. Sane ratio dictitat, judicem *Cajo*, qui ex dispositione defuncti jus quæsitum habet, præcise 4. *Sejo* vero saltem 6. tribuere debere; quod si non facit, justitiam non exerçet, nec suum cuique tribuit.

r) (γεωμετρικὴν:) In geometrica proportione est æqualitas rerum, seu integrorum: e. g. 3, 6. 12. adeoque hic non conveniunt æquali unitatum numero, sed aliqua tamen ratione integri: uti 3 & 6. item 9 & 18. non unitatibus conveniunt, sed aliqua tamen convenientia in eo est, quod numerus ternarius ter in 9. & numerus nonarius bis in 18. contineatur. Hanc proportionem applicavit Aristoteles ad virtutes, (quæ in perfectione consistunt) & earum distributiones, ne scil. inæqualiter fiant, sed juxta modum meritorum dispensatio fiat. Ponamus igitur *Cajum* habere meritum 6 unciarum, *Sejum* vero meritum unciarum 18: si inter hos præmium viginti quatuor thalerorum distribuendum esset, juxta proportionem geometricam Cajo. 6. Sejo vero 18. thaleri tribuendi sunt, quia meritum hujus triplo majus est. Inutilis autem hæc proportionis doctrina, per se satis implicata, est in jure; uti enim virtutes ad disciplinam juris non pertinent, ita nec proportiones, quæ circa voluntatem versantur.

Ex quibus proinde demo concludo, in tractatu de jure naturæ distinctionem inter justitiam commutativam & distributivam, item inter proportionem arithmeticam & geometricam, nullum usum habere.

s) (Grot.) (QUÆ SOLA APUD MATHEMATICOS NOMEN HABET PROPORTIONIS:) Habitudinis comparationem vocat Cassiodorus. Est hujus proportionis, qua justitia attributrix uti solet, non incommoda apud Homerum descriptio:

Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸν ἔδωκε, χέρεια δὲ χείρον δόσκεν.
Præstanti dabat hic præstantia, vilia vili.

ADDITIO.

„Hæc proportio usum habere potest in jure, at „non qua justitiæ species, sed eodem modo ut agrimensura.

„*t*) (EX EORUM GENERE EST QUÆ SÆPE LOCUM HABET, NON SEMPER:) Imo numquam: Nam geometrica in Ethicis quidem locum habere potest, quia ipsa proportio perfectio est, non in juris disciplina. Arithmetica in neutra.

„*u*) (DIFFERT TALI PROPORTIONUM USU SED „MATERIA CIRCA QUAM VERSATUR.) Versatur „autem ex hypothesi Authoris justitia expletrix circa facultatem, seu id quod cuique suum est, adeo„que circa jus proprie & stricte sic dictum. *h. §. n. t.* „Justititia autem attributrix circa virtutes, quæ aliis „hominibus utilitatem afferunt. *ibid.*

x) (ITAQUE ET CONTRACTUS SOCIETATIS EXPLETOR PROPORTIONE COMPARATA.) Societas indubie pertinet ad justitiam expletricem, & tamen ibi distinctio fit juxta proportionem geometricam; certissimo indicio hanc proportionem non esse propriam justitiæ attributrici. Ego plus dico, æqualitatem, quæ in societate est, non oriri ex natura proportionis, sed ex ipsa justitiæ essentia, quia cuique pro rata lucrum debetur. Non ergo hæc distributio est ex aptitudine, seu ex merito aliquo; sed ex necessitate juris, quia ex re sua id lucrum ei debetur: non quia *id ei convenit*, (quod est æquale juxta aptitudinem *vid. §. 7.*) sed quia suum est, adeoque ad *facultatem moralem perfectam* pertinet.

Ponamus igitur socios fundum trium jugerum communem habere, ita ut alter duas alter unam saltem partem pro indiviso habeat: Si jam ex hoc communi fundo 30 fructuum nomine nascuntur, prior 20, posterior 10 saltem consequitur; non quia hic aptitudo, vel meritum, vel convenientia subest; sed quia duas partes jugerum habet, adeoque duas partes fructuum, tamquam e re sua, consequi debet.

y) (NON ALIA QUAM SIMPLICI COMMENSIONE ATTRIBUTIO FIET,) Recte hic ait Author, aliquando nullam esse proportionem in justitia attributrice, si scil. unus tantum aptus inveniatur: quia non est proportio ubi non sunt plures numeri.

z) (ATTRIBUTRICEM VERSARI CIRCA RES COMMUNES, EXPLETRICEM CIRCA RES SINGULORUM:) Quidam interpretes Aristotelem corrigere voluere, quia usum proportionum, ex sensit Aristotelis, vel nullum vel promiscuum deprehendebant; Unde aliam excogitarunt differentiam; scil. justitiam expletricem versari circa res singulorum, attributricem vero circa res communes.

At neque hactenus aliquis est proportionum usus: quia necessitas restituendi res singulorum æque est ex justitiæ essentia, ac necessitas restituendi res communes: utrobique res nobis tribuitur non ex proportionis alicujus ratione, sed quia res nostra est, vel in totum, vel pro parte.

CONTRA

versari circa res communes, expletricem circa res singulorum. [aa] Contra enim si quis de re sua legare velit, attributrice justitia uti solet: [bb] et civitas, quæ de communi reddit quod civium quidam in publicum impenderunt, nonnisi expletricis justitiæ officio fungitur. [cc] Recte hoc discrimen notatum à Cyri magistro: Nam cum Cyrus puero minori minorem tunicam, sed alienam, attribuisset, & majori contra majorem, docuit eum magister: ὅτι ὁ πότε μὲν καταςαθείη τῦ ἀρρόττοντος κριτής, ὗτω δέοι ποιεῖν. ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι ὁποτέρυ ὁ χιτὼν εἴη, τῦτο σκεπτέον τίς κτῆσισ δικαία ἐστὶ, πότερα τα βία ἀφελόμενον ἔχειν, ἤ τὸν ποιησάμενον ἢ πριάμενον κτήσασται; *Tunc quidem ubi constitutus esset arbitrator ejus quod cuique conveniret, ita agendum esse; At ubi judicandum esset utrius esset tunica, id spectandum* [dd] *utra possessio justior, eumne rem babere qui vi abstulisset, an qui fecisset aut emisset.*

§. IX.

I. [a] Est & tertia juris significatio, [b] quæ idem valet quod lex, [c] quoties vox

„*aa*) (CONTRA ENIM SI QUIS DE RE SUA LE„GARE VELIT, ATTRIBUTRICE JUSTITIA UTI SOLET:) „Etsi igitur legatum ad res singulorum pertineat, non „tamen spectat justitiam expletricem; quia tota res de„pendet ab arbitrio legantis, qui pro lubitu suo etiam „inæqualiter disponere, & uni plus, alteri minus re„linquere potest & solet. Adeoque verum non est, ju„stitiam expletricem versari circa res singulorum.

„*bb*) (ET CIVITAS, QUÆ DE COMMUNI REDDIT, „NON NISI EXPLETRICIS JUSTITIÆ OFFICIO FUN„GITUR:) Civitas enim, quæ debitum publicum sol„vit ex communi pecunia, explet justitiæ regulas, dum „suum cuique tribuit, adeoque verum non est, justiti„am attributricem versari circa res communes.

cc) (RECTE HOC DISCRIMEN NOTATUM EST A CYRI MAGISTRO:) Xenophon *in Cyropoedia L. 1. pag. 9.* refert, Cyrum casum sibi propositum male decidisse, & ideo a præceptore castigatum fuisse: Casus autem hic erat: Puer magno corpore, qui parvam tunicam habebat, alii puero parvo corpore, sed tunicam magnam habenti eam exuit, suaque permutare cogit: Cyrus id approbavit, convenientiusque esse judicavit, ut uterque aptam haberet tunicam. Sed a præceptore percussus & monitus est, ita se judicare potuisse si *de convenientia* quæreretur; at cum judicandum sit *utrius sit tunica?* de justa possessione, & quod cujusque sit, statuendum fuisse.

dd) (Grot.) (UTRA POSSESSIO JUSTIOR:) Vide eundem Xenophontem παιδείας secundo. Huc spectat Lex per Mosem data: *Non misereberis in judicio pauperis:* Exodi XXIII. 3. Levit XIX. 15. Oportet enim, ut Philo ait. τὰ πράγματα ἀφέλκειν τὸν τῶν δικαζομένων φαντασίας, *res abstrahere a litigatorum respectu.*

„(§. IX.) Author vocem *juris naturalis* triplici sensu „sumi ait, (*Vid. supr. §. 3.*) 1) pro eo quod justum est: vid. „§. 3. 2) pro qualitate morali quæ personæ compe„tit ad habendum vel agendum: (sive jus illud ex fa„cultate, sive ex aptitudine oriatur) *Vid. §. 4. & seq.* „3) pro præcepto seu lege, unde homines obligan„tur ad agendum tum ea quæ facultati, tum ea quæ „aptitudini conveniunt. *Vid. §. b.* Duas priores signi„ficationes hactenus explicavimus, jam de tertia juris „significatione agemus.

a) (Grot.) (EST ET TERTIA JURIS SIGNIFICATIO QUÆ IDEM VALET QUOD LEX:) Hoc sensu dixit Horatius;

Jura inventa metu injusti fateare necesse est.

Et alibi:

Jura neget sibi nata:

Ubi Scholiastes, *legum sit contemtor.*

ADDITIO.

Nos duplicem juris in genere speciem fecimus, *permissivum* nimirum & *præceptivum*: ad priorem referri possunt duæ priores Authoris significationes. *Vid. §. 3. & 4.* Hic de posteriori specie agit.

ADDITIO.

„Nostram de significatione vocis *juris* sententiam ex„plicavimus supra *ad §. 1.*

b) (QUÆ IDEM VALET QUOD LEX:) Seu præceptum ad cujus præscriptum omnes vitam instituere debent.

c) (QUOTIES VOX LEGIS LARGISSIME SUMITUR:) Imo largissimo sensu vox legis etiam jus permissivum continet, nam inter legis virtutes refertur *permittere. d. l. 7.* Cum igitur Author permissiones legis hic excludat, non potest lex largissimo sensu intelligi.

ADDITIO.

„Mens Authoris hæc est: Cum ei jusnaturæ aliud „sit *sociale* aliud *laxius*; *illud* jus in specie sic dictum „vocat, *hoc* impropriè & laxiori sensu. Hinc jam vo„cem legis quoque duplici sensu sumi posse ait; vel „*in specie* pro regula quæ obligat ad id quod societati „convenit; vel *largiori sensu*, pro regula quæ obligat „ad id quod præterea judicio *recte* conformato con„venit; Atque hoc posteriori sensu se legem natu„ræ intelligere ait, quatenus obligat *ad rectum*, *non* „*simpliciter ad justum. Vid. Diss. Proœm. II. §. 2, seq.*

vox legis largissime sumitur, ut sit [d] regula actuum moralium [e] obligans ad id quod rectum est. [f] Obligationem requirimus: [g] Nam consilia, & si quæ sunt alia præscripta, honesta quidem, sed non obligantia, [h] legis aut juris nomine non veniunt. [i] Permissio autem proprie non actio est legis, sed actionis negatio, [k] nisi quatenus alium ab eo cui permittitur obligat, ne impedimentum ponat. Diximus autem, [l] ad rectum obligans, non simpliciter ad justum, quia [m] jus hac ratione, non ad solius justitiæ, qualem exposuimus, [n] sed & aliarum virtutum materiam pertinet. [o] Attamen ab hoc jure, quod rectum est, laxius justum dicitur.

2. Plu-

d) „(REGULA ACTIONUM MORALIUM:) i. e. nor„ma juxta quam homines agere, vel non agere tenen„tur, & unde constat an iure an iniuria agant.

„*e*) (OBLIGANS AD ID QUOD RECTUM EST,) i. e. ad „id quod 1) socialitati, & 2) naturæ humanæ conve„nit: non ergo simpliciter ad iustum, de quo mox.

„*f*) (OBLIGATIONEM REQUIRIMUS:) i. e. ne„necessitatem agendi vel non agendi, unde lex a li„gando dicitur: Atque hinc lex a JCtis Romanis vo„catur *commune præceptum. l. 1. ff. Leg. Regula præ„ceptrix faciendorum, prohibitrix autem non faciendo„rum. l. 2. ff. de leg.* In *C. 1. X. de Constit.* tradi„tur, *legem esse de præcepto, & omnino observari de„bere.* Sane si nulla ex lege esset obligatio, sine ef„fectu foret præceptum. *Vid. Diss. Prooem. XII. §. 58. & „67.* Illam vero *obligationem* non sequi ex Autho„ris principiis internis, quæ Deum excludunt, supra „probavimus *proleg. §. 11.*

„*g*) (NAM CONSILIA, ET QUÆ SUNT ALIA „PRÆSCRIPTA, HONESTA QUIDEM, SED NON OBLI„GANTIA:) Author enim ad jus naturæ laxius, ade„oque ad *legem naturæ* largissime sumtam *pro eo quod „rectum est*, tantum refert eas virtutes quæ aliis ho„minibus utilitatem afferunt: reliquas enim virtutes „ait esse præscripta honesta quidem, sed non obligan„tia. *Vid. sup. §. 8. n. 1.* Exempla sunt *in l. 2. c. 7. „§. 4. n. 1. L. 3. c. 3. §. 6. n. 1. L. 2. c. 13. §. 8. L. 2. „c. 14. §. 6. n. 1. L. 3. c. 10. §. 12. n. 1. & 2. L. 1. c. 2. „§. 1. n. 3.* quæ plenius examinavi in *Diss. proœm. II. „§. 9.* ubi simul demonstravi, omnes virtutes referri „debere ad ea quæ honesta sunt, eoque obligantia: „*dict. diss. §. 36.*

h) (LEGIS AUT JURIS NOMINE NON VENIUNT:) quia nullam necessitatem agendi vel non agendi hic subesse statuit.

i) (PERMISSIO AUTEM PROPRIE NON ACTIO EST LEGIS, SED ACTIONIS NEGATIO:) Imo concessio superioris est vera actio, atque hinc etiam permissio inter actus legis refertur *in l. 7. ff. Legib. junct. l. 238. V. S.* Permissio ergo non est negatio actionis, sed prohibitionis & præcepti.

ADDITIO.

„Permissio omnino est pars legis, ejusque actio: „Dum enim lege naturæ prohibetur, ne jus aliis na„turali ratione quæsitum auferatur; dum, inquam, „præcipitur, ut jus suum cuique tribuatur, necessa„rio sequitur jus habendi vel agendi lege permissum „esse eis, quibus id absque injuria auferre nequit. „Atque hinc JCti Romani merito inter virtutes le„gis posuere, *permittere, L. 7. ff. Legibus.* At inde „non propria species *juris permissivi* efficitur, sed „permissio illa; i. e. facultas agendi lege approbata, est „*objectum* legis: cujus *effectus* est, ut alii jus hoc, „ex permissione & concessione divina cuique quæ„situm, tribuere teneantur.

„*k*) (NISI QUATENUS ALIUM AB EO CUI PER„MITTITUR OBLIGAT, NE IMPEDIMENTUM PO„NAT:) Omnis igitur permissio legis infert obli„gationem intuitu alterius, ne turbet eum cui ali„quid lege permittitur. *Vid. Diss. proœm. XII. §. 48.*

„*l*) AD RECTUM OBLIGANS NON SIMPLICITER „AD JUSTUM:) Author voce *recti* non tantum jus socia„le, sed & jus naturæ laxius comprehendit, i. e. apti„tudinem seu virtutum regulas: quia obligatio inde „oritur intuitu Dei.

„Exemplum quod Author affert de lege Zaleu„ci, quæ vinum bibere prohibet, non pertinet ad „jus naturæ, sive stricte sic dictum, sive laxius, (nam „neutro jure vinum bibere prohibitum est) sed ad „jus civile, quod etiam leges de actibus, qui in vitium „deflectere possunt, statuere potest & solet.

m) (Grot.) JUS HAC NOTIONE NON AD SOLIUS JUSTITIÆ, SED ET ALIARUM VIRTUTUM.) Exemplum sit in Zaleuci lege, pœnam irrogante ei, qui cuntra Medici præceptum vinum bibisset.

ADDITIO.

„Sensus est, jus, quatenus pro lege sumitur, con„tinere non tantum id, quod *proprie & stricte dicto „sensu justum*, i. e. societati conveniens est; sed & „quod *laxiori sensu* naturæ humanæ, seu judicio „recte conformatos conveniens, eoque *rectum* est.

„*n*) (SED ET AD ALIARUM VIRTUTUM MATE„RIAM PERTINET.) Nimirum ad earum, quæ aliis „hominibus utilitatem afferunt, ut liberalitas, mise„ricordia. &c. *Vid. supr. §. 8. n. 1.*

„*o*) (ATTAMEN AB HOC JURE QUOD RECTUM „EST, LAXIUS JUSTUM DICITUR:) Non tantum „continens *jus sociale*, sed et *jus naturæ humanæ*: „non tantum facultatem, sed & aptitudinem: adeo„que non tantum jus stricte sic dictum, sed & virtu„tum regulas:

„Systema Grotii de jure *naturæ laxiori*, seu *natu„ræ humanæ*, exposuimus in *dissertatione proœmiali* II.

2. p Juris ita accepti q optima partitio est, quæ apud Aristotelem extat, r ut sit aliud jus naturale, s aliud voluntarium; t quod ille legitimum vocat, u legis vocabulo strictius posito: Interdum & τὸ ἐν τάξει x constitutum. y Idem discrimen apud Hebræos reperire est, qui cum distincte loquuntur, jus naturale vocant z מצות, jus constitutum aa חקים, quorum illud bb δικαιώματα hoc cc ἐντολὰς solent vertere dd Hellenistæ.

§. X.

1. a Jus naturale b est dictatum rectæ rationis indicans actui alicui, ex

„II. ejusque compendium exhibuimus *in notis ad* „*Prol. §. 8.* ubi simul demoostravimus, hanc partem „juris naturalis cootinere. *officia hominum erga* „*Deum:* ejusque fontem oon esse judicium recte con„formatum ad discernenda utilia ab eis quæ suot noxia, „(ut Grotius docet:) sed voluntatem Dei qui vult co„li; quod jus Dei est, adeoque ei tribui ab hominibus „debet. *dict. diss. prooem. II. §. 33. usque ad finem.*

„p) (JURIS ITA ACCEPTI:) scil. largiori sensu, „quatenus sumitur pro eo quod *rectum* est:

„q)(OPTIMA PARTITIO EST:) Author jus qua„tenus pro LEGE sensu largissimo sumitur, i. e. qua„tenus humanum genus obligat ad id qnoo RECTUM „est; (& quod continet (1) jus naturæ sociale; (2) jus „naturæ laxius; (3) jus divinum voluntarium: nimi„rum Adamiticum, Noachicum, & legem Evange„lii; (4) jus gentium voluntarium, quod secunda„rium vocari solet.) dividit in jus *naturale* & *vo*„*luntarium.* Priora duo jura refert ad jus *natura*„*le:* duo posteriora ad jus *voluntarium.* At hæc „partitio vera ooo est, quia jus tale *voluntarium*, di„versum a *jure natura* non existit: Quod de jure di„vioo voluntario probavimus in *Dissert. proœm. III.* „& de jure gentium voluntario in *Dissert. prooem.* „*IV.*

„r) UT SIT ALIUD JUS NATURALE:) quo non „tantum jus sociale seu facultas, sed & aptitudo i. e. „virtutum præcepta continentur: uti plenius videbimus „*§. seq.*

„s) (ALIVO VOLUNTARIUM:) idque vel divi„num vel humanum: de quo infra *§. 13. seq.*

„t) (QUOO ILLE LEGITIMUM VOCAT:) Legiti„mum Aristoteli dicitur, quod lege civili statutum „est: adeoque plane alio sensu Aristoteles jus volun„tarium naturali opponit.

„u) (LEGIS VOCABULO STRICTIUS POSITO:) vox „*legis* largiuri sensu, quo Author eam sumit, oova & „incognita est; nec ullus JCtorum eam eo sensu ac„cepit. Aristoteles autem sensu proprio vocem le„gis hic sumsit pro lege civili, quam opponit naturali.

„x) (CONSTITUTUM:) scil. a superiore seu ma„gistratu.

„y) (IOEM DISCRIMEN APUO HEBRÆOS REPE„RIRE EST;) Noo eo sensu quo Author discrimen „id facit; quasi aliud sit *jus naturale*, tum *sociale* tum „*laxius;* aliud jus *voluntarium*, i. e. divinum univer„sale, & gentium: Neutrum enim Hebræi agnoscunt, „sed ex sensu Aristotelis distinguunt inter jus naturæ, „& forense, i. e. legitimum.

„z) (Grot.) (מצות:) משפט. Sic Maimooides libro III. c. XXVI.

„aa) (חקים.) A voce חק, i. e. *definitio*, unde „mandata Dei dicuntur חקים *definitiones*, seu præ„cepta. Vide late *Cocceji lexic. dict. voc.* Intelli„gunt autem vocem hanc, (quatenus eam distingvuot „a lege naturali,) de lege ceremoniali & forensi; „non de aliquo jure divino universali. Vide omnino „*Selden. de J. N. & Gent. lib. I. C. 8. f. 100. 101. 103. &* „*C. 10. f, 119.*

„bb) (δικαιώματα:) Per hanc vocem intelligunt „speciatim mandata Dei de externis ceremoniis. *Schre*„*vel, Lexic.*

„cc) (ἐντολάς) mandata, ab ἐντέλλομαι manda„tum impono. *Schrev. Lexic.*

„dd) (HELLENISTÆ:) i. e. LXX interpretes: de „quibus late agit Seldenus de J. N. & Gent. in in„dice, *voce Hellenistæ.*

a) (Grot. (JUS NATUURALE EST OICTATOM RECTÆ RATIONIS, INOICANS &c.) Philo libro, omnem virum bonum esse liberum. Νόμος δὲ ἀψευδὴς ὁ ὀρθὸς λόγος οὐχ ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς. *Lex mentiri nescia est ratio, quæ lex non ab hoc aut illo mortali mortalis, non in chartis aut columnis exanimis exanima, sed corrumpi nescia, quippe ab immortali natura insculpta in immortali intellectu.* Tertullianus de corona militis: *Quares igitur Dei legem, habes communem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis.* M. Anton. lib. II. τέλος λογικῶν ζώων, ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ *Finis animantium ratione utentium, sequi legem ac normam civitatis ac reipublica omnium antiquissima.* Adde Ciceronis locum de Republica III. quem adducit Lactantius VI. 8. Præclara sunt, quæ in hanc rem habet Chrysostomus XII. & XIII. de statuis. Nec spernanda quæ Thomas Secunda Secundæ LVII. 2 & Scotus III. dist. 37.

ADDITIO.

„Author definit hic jus naturale *laxiori sensu* sum„tum; quatenus cootinet & *facultatem*, quæ solius „*societatis* intuitu jus est, & proprie jus dicitur; & *jus* „*laxius*, quod ad virtutum materiam pertioet: & „quatenus opponitur juri divino voluntariu. *vid. §.* „*prac.*

b) EST DICTATUM RECTÆ RATIONIS:) Formula hæc nimis indefinita est, nam 1) hoc ipsum est quod

[c] ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali, [d] inesse moralem turpitudinem, [e] aut necessitatem moralem, [f] ac consequenter

quod quæritur, quid dictet recta ratio esse principium iuris naturæ? Ita quod quæstionis solvendæ causa affertur & respondetur, est ipsa quæstio. Quæritur, inquam, quodnam sano intellectu, seu recta ratione, sit principium adæquatum iuris naturæ? Et respondetur, quod conveniens est humano intellectui, seu rectæ rationis dictato. Idem scilicet per idem, incertum per æque iucertum, & perpetua principii petitio. Sane 2) ita nulla ars, disciplina, aut scientia est de cujus principio quæritur, quin in promtu sit responsio, quod intellectui humano convenit; quod dictat recta ratio. &c. Sed & nullum esset opificium de cujus peritia, imo nulla prope res, de qua quid sit quæratur, quin parata posset esse responsio, esse id quod dictat recta ratio. Sed & 3) intellectus humanus, vel recta ratio, non est causa ut aliquid bonum vel malum, justum vel injustum sit; sed contra: cum aliquid est boqum vel malum, justum vel iniustum, ea causa est quod recta ratio id tale iudicet, id ergo prius demonstrandum aliunde est: Naturam igitur invertunt, qui rectam rationem faciunt regulam rerum, cum e contrario res, earumque formæ & species, dent regulam intellectui. Denique & 4) periculosa est hæc definitio; quia etsi ratio omnibus hominibus sit communis, conclusiones tamen ejusdem rationis aliquando fallunt. Sæpius enim homines rècte se intelligere credunt & asserunt, adeoque quilibet dictatum suum rationi conveniens esse statuet; eoque modo quilibet se ab omni facinore excusare, & tyranni inprimis a tyrannidis vitio se liberare poterunt.

ADDITIO.

„Author *dictamen rectæ rationis* non indefinite hic „ponit, nedum pro *causa obligationis* illud affert: „sed supponit, *existere in nobis appetitum societatis, &* „*judicium recte conformatum* &c: ac inde concludit, *omnia ea esse juris naturalis quæ recta ratio nobis* „*indicat illis esse convenientia aut disconvenientia*: „Recta ratio igitur Authori nihil aliud est quam instrumentum cognoscendi ea quæ conveniunt naturæ „rationali, tum sociali tum humanæ.

„Nos alibi demonstravimus, rectam rationem quidem verum & unicum esse modum cognoscendi „jura naturæ: *Vid. Proleg.* §. 3. *pag.* 6. at simul demonstravimus eam ignorare societatem humanam, „adeoque *jus naturæ sociale*: Sed & perfectionum regulas, seu *jus naturæ laxius*, plane non sequi ex judicio recte conformato ad discernendum utilia a noxiis, probavimus. in Diss. Prooem. I. §. 18. *seq.* & Diss. „Prooem. II. §. 23. *seq.* Obiter autem hic notamus, Grotium per *rectam rationem* non intelligere *authorem* „*rationis*, uti Becmannus putat in not. *b. fol. 12.* quia, „ex hypothesi Authoris, recta ratio indicat convenientiam aut disconvenientiam cum natura sociali „& humana, etsi daretur Deum non esse. *Prol.* §. 11.

„c) (EX EJUS CONVENIENTIA AUT DISCONVENIENTIA CUM IPSA RATIONE NATURALI:) Author fontem juris naturalis, indeque sequentis obligationis erronee constituit *custodiam, societatis humano intellectui convenientem*: utpote quod late refutavimus in *Prodr. jur. gent. Exerc.* 1. §. 47. *seq.* Rectius definimus jus naturale, *quod Author naturæ*, i. e. Deus, *inter homines constituit*, quo sensu JCti quoque id definiverunt: quod ratio naturalis, sive providentia divina, inter omnes homines constituit: §. 1. §. 6. *Inst. I. N. G. & C.* unde jus naturæ a gentibus quoque Deo adscribi solet. *Instas*, de eo non dubitari Deum authorem esse juris naturalis, sed quæri saltem quid natura Deus inter homines constituerit? At 1) omnino de eo dubitatur, quia Grotius existere ait jus naturæ, etsi daretur Deum non esse: sed & 2) in quæstione quid Deus voluerit, verum non est eum nihil aliud constituisse, *quam ut homines custodiant societatem*; nam præterea infinita alia voluit, quæ voluntas ex factis elicitur: quæ exposuimus in *Pos. V.*

ADDITIO.

„Author hac definitione non saltem convenientiam „cum natura sociali, sed & convenientiam cum natura humana comprehendit; Nam duplicem rationem naturalem statuit, *socialem* scilicet & *humanam*, „hinc duplex quoque ei dictamen est rationis, eoque „duplex jus naturæ. *Prol.* §. 8. §. 9.

„Omnes igitur actus, qui conveniunt *naturæ sociali*, & tendunt ad custodiam societatis juxta dictamen rectæ rationis, Grotio justi dicuntur jure proprie „& stricte sic dicto, i. e. jure *sociali*. Qui vero conveniunt *naturæ humanæ*, i. e. *judicio recto conformato ad* „*eligendum ea quæ delectant aut nocent*, justi ei dicuntur jure naturæ *laxiori*: Adeoque omnes actus, qui repugnant naturæ *societatis*, injusti sunt jure proprie „sic dicto, i. e. *jure sociali: vid. supr.* §. 3. & qui repugnant *naturæ humanæ*, injusti sunt *jure laxiori. Vid.* „*Prol.* §. 9.

„Nos sæpius jam notavimus, *jus sociale & jus laxius* „ex sensu Authoris admitti non posse: adeoque jus naturæ nullo modo in convenientia sive cum natura „sociali, sive cum natura humana consistere: Jus naturæ quatenus inter homines obtinet consistit in „*jussu, lege, ac præcepto Creatoris, jus suum cuique tribuendi*. Atque hac simplicissima definitione omne jus „naturæ absolvitur. *Vid. Differt. Prooem. XII.* §. 51. *seq.*

„d) (INESSE MORALEM TURPITUDINEM:) adeoque „eum necessario omitti debere, quia scil. repugnat naturæ rationali, sive sociali sive humanæ.

„e) (AUT NECESSITATEM MORALEM,) i. e. necessario faciendum esse, quia scil. convenit cum natura „rationali, sive sociali sive humana.

„f) (AC CONSEQUENTER AB AUTHORE NATURÆ, „DEO, TALEM ACTUM AUT VETARI AUT PRÆCIPI:) „Ex prolegominis repetendum est, Authorem statuere, homines ad socialitatem, & ad sequendum judicium recte conformatum &c. obligari, etsi Deus non existeret. *Prol.* §. 8. 9. & 11. Hinc concludit Deum *consequenter* saltem actus tales vetare aut præcipere: „At iisdem locis jam notavi, sententiam hanc pugnare cum pietate duplici modo 1.) quod hominem sub-

ter [g] ab auctore naturæ Deo talem actum aut vetari aut præcipi.

2. [h] Actus [i] de quibus tale exstat dictatum, [k] debiti sunt [l] aut illiciti [m] per se, [n] atque ideo à Deo necessario præcepti aut vetiti intelliguntur: Qua

,,subjiciat alii causæ quam Deo: 2) quod Deum ministrum faciat ejus causæ, non authorem. Utrumque probavimus *d. §. 11.* & in sequentibus ulterius probabimus: Conf. Diss. Prooem. I. *§. 34. seq.* & *Diss. 11 §. 29.*

,,*g*) (AB AUCTORE NATURÆ:) Nam philosophi naturam duplicem faciunt, naturantem & naturatam, illa ipse Deus est: Hinc Plinius ait *Nat. qu. 45. Vis Deum naturam vocare, non errabis: est enim ex quo nata sunt omnia. &c.* Conf. *Sen. L. 4. benef. c. 7. & 8. Proclus. L. 5. C. 9. Tac. I. annal. in fin.* Grotius authorem naturæ hoc jus probasse ex eo infert, quia ipse voluit ut talia principia in nobis exstarent. *Vid. Prol. §. 12.*

h) (ACTUI DE QUIBUS TALE DICTATUM EXISTIT:) Author circa præmissam juris naturalis definitionem notat, 1) actus de quibus tale dictatum rectæ rationis exstat, esse PER SE licitos vel illicitos; atque inde Deum non potuisse aliter statuere, sed necessario illos vel vetasse vel præcepisse: quod in *Prol. §. XI.* refutavimus. 2) Differre jus naturæ a jure divino voluntario in eo, quod, uti dictum, Deus *illud* non potuerit aliter statuere, *hoc* vero non nisi ex liberrima voluntate sequatur; *infr.* n. 3. At itidem in Prolegomenis jam dictum est, omnia jura naturæ ex liberrima Dei voluntate sequi, neque tale jus, quod PER SE actus licitos vel illicitos faciat, existere. 3) Quædam dici juris naturalis reductive: verum cum Author hic nihil aliud intelligat, quam juris permissionem, supra jam notavimus, facultatem agendi a natura concessam verum jus naturale esse, sed permissivum. 4) Per abusum ea quæ honesta sunt, etsi non debita, juris naturalis dici: ubi bene Author jus & virtutem distinguit. 5) Quædam dici iuris naturalis quæ factum hominis supponunt, uti dominium; *infr* n. 4. sed ex infra dicendis apparebit, etsi illa acquirantur facto humano, tamen jus acquirendi seu facultatem immediate a natura concessam esse. 6) Jus naturæ habere intrinsecam bonitatem, adeo ut nec a Deo mutari possit: de *quo n. 5. & seq.* 7) Dari ius naturæ pro certo rerum statu. *Vid. n. 7.* Quod ibidem refutabimus.

i) (DE QUIBUS TALE EXSTAT DICTATUM:) circa quos ratio indicat inesse moralem turpitudinem, aut necessitatem moralem.

,,*k*) (DEBITI SUNT:) si scil conveniunt cum natura rationali.

,,*l*) AUT ILLICITI:) Si scil. disconveniunt cum natura rationali:

,,*m*) (PER SE) i. e. etsi detur Deum non esse: adeoque Author putat homines inter se ex appetitu societatis humanæ, & judicio discretivo obligari potuisse etsi Deus non existeret: indeque Deum saltem consequenter ea iura approbasse. Quam sententiam iam in præcedentibus refutavimus. *Add. Proleg. §. 11.*

n) (ATQUE IDEO A DEO NECESSARIO PRÆCEPTI AUT VETITI INTELLIGUNTUR:) Celebris hæc quæstio est, an actibus hominum iure naturæ insit intrinseca turpitudo, aut necessitas moralis, propter quam a Deo necessario præcepti aut vetiti sint? Ita Grotius sentit *h. §. 10.* & jure naturæ vetita non ideo turpia esse existimat, quia Deus vetuit, sed Deum vetuisse quia per se sunt turpia. Quem recte improbat B. *Puffend. L. 2. C. 3. §. 4.* sed rem non evolvit. Etenim Deus, ut summum bonum, eujusque voluntas in se perfectissima, sui ipsius i. e. omnis boni & perfecti regula ac norma est; atque hinc quæ vetat & ideo turpia sunt quia Deus vetuit, & vetuit ille, quia sunt turpia; Nihilque magis impium Deoque indignum videtur, quam fingere aliam Dei regulam quam Deum; aliam boni perfectique mensuram ac amussim, quam ipsum illud summum bonum & perfectum; aliud æqui bonique principium quam Ens illud summum, quod omnium rerum ac entium Ens, causa, ac regula est. Secus est in legislatore humano, cujus norma non sola voluntas est, sed salus populi, seu bonum publicum: quia hi sunt fines Imperii ipsi a Deo commissi, de quo mox. At Deus ubique ipse est sanctissimum suæ voluntatis exemplum, & suæ ipsemet regulæ perfectissimus author. Vid. Exercit. nostram I. ad Grot. quæ exstat *Vol. II. Disp. p.* 1406.

ADDITIO.

,,Cœpi jam dicere in *Proleg. §. 11.* Ex doctrina de intrinseca bonitate juris naturalis varias inferri conclusiones, quæ salva pietate consistere non possunt.

,,Rationes hujus rei adeo sunt evidentes, ut vix demonstratione opus habeant; nam 1) si actibus moralibus talis inesset bonitas aut turpitudo intrinseca, quæ a Deo non dependeret, sequeretur, Deum non esse causam omnium rerum quæ existunt, sed causam esse extra Deum, Deo vel superiorem vel coævam, in quam Deo adeo nullum jus est, ut Deus potius ejus legem sequi tenatur. Adeoque 2) Deus, qui est ens liberrimum & independens, alligatus esset ad illam legem, eamque necessario approbare teneretur, nec improbare posset: adeoque vel subjectus illi causæ, unde intrinseca bonitas oritur, esset, vel saltem ejus minister. Porro & 3) non potest doceri quid sit illa intrinseca bonitas: Equidem, Author ait eam consistere in convenientia aut disconvenientia cum natura rationali, i. e. in custodia societatis, & in observatione eorum quæ conveniunt judicio recte conformato &c. *Prol. §.* 8. 9. & 11. Verum præterea quod probatum jam sit non dari socialitatem, anne hic ipse appetitus societatis, & hoc ipsum judicium recte conformatum, (fatente ipso Authore *Prol. §.* 12.) originem a Deo habent? quomodo igitur asseri potest rem, quæ tota ab arbitrio Creatoris pendet, non tantum sine Deo existere; sed & creaturam libertatem sui Creatoris restringendi jus habere. Præterea 4) si daretur quædam bonitas intrinseca, extra Dei volunta-

Qua nota, [o] distat hoc jus non ab humano tantum jure. [p] sed & à divino voluntario, quod non ea præcipit aut vetat [r] quæ per se ac suapte natura aut debita sunt aut illicita, [s] sed vetando illicita, præcipiendo debita facit.

3. Ad

„tem, Deus contraria illis principiis præcipere non posset; at videmus Deum plures actus, quos in genere vetuit, certis casibus approbasse: certissimo indicio, malitiam actuum ab ejus voluntate dependere. Idque 5.) reipsa fatetur Author, licet verbis neget; Docet enim in §. seq. *Si quem Deus occidi præcipiat, non licitum fieri homicidium, quod vita & rerum supremo arbitro fit*: Si igitur Deus voluntate sua efficere potest, ut id quod in aliis casibus est homicidium, adeoque ex ratione sociali prohibitum, in hoc casu non ita dicatur, sequitur necessario, quod actuum bonitas & malitia a sola Dei voluntate dependeat: & hoc est quod contendo; extra prohibitionem Dei omnia esse indifferentia. Sane 6.) supra jam probavi omnes gentes solum Deum authorem & originem juris facere; adeoque extra Deum jus naturæ concipi non posse. Loco omnium potest esse testimonium Anaxagoræ, qui, licet indiscrete nimis, asseruit, non ideo Deum quid velle quia justum est, sed ideo justum esse quia Deus vult. *Vid. Grot. in not. b. Add. Prol. §. 3. pag. 6. in fin.*

„Atque hinc plerique fere interpretes Authorem hic corrigunt. *Vid. Puffend. de J. N. L. 2. c. 2. §. 4. et L. 1. c. 2. §. 6. Bæcler. in not. ad Grot. p. 136.* Conf. *Selden. de J. N. L. 1. c. 8.*

„Neque huic sententiæ *obstat* 1.) quod tamen omnes consentiant jus naturæ esse immutabile, quod verum non esset, nisi intrinseca ei inesset bonitas. Resp. consequentia fallit. Jus naturæ ex libera Dei voluntate oritur, at postquam semel statuit jus tale, illud mutare non potest, non quia per se & extra Dei voluntatem jus illud existit, sed quia quod Deus semel voluit, ex natura suæ perfectionis nolle amplius nequit.

„Neque 2) *obstat*, quod rerum veritates sint æternæ, ita ut nec Deus efficere possit, ne bis duo sint quatuor, quod non nisi ex intrinseca bonitate oriri potest. Resp. totum arcanum cur bis bina sint quatuor, ita ut nec Deus aliter facere possit, hoc est: quia bis bina & quatuor idem plane significant, eundemque numerum, scil. quatuor unitates. Si ergo Deus assereret bis bina non esse quatuor, sed quinque, mendacium diceret: eodem modo ac si assereret aquam esse ignem, hominem esse bovem. Pugnat igitur hæc assertio cum perfectione divina, non quia numero huic æterna bonitas inest, (frustra enim de bonitate & malitia æterna in ordine numerorum quæritur) sed quia Deus falsum asserere nequit. *Vide omnino infra n. 6.* Eodem recidit quod B. Leibnitzius nobis olim opposuit. *Uti proportionum & æqualitatum, ita & æquitatis & convenientiæ regulas æternis rationibus constare.* Nam per proportionum & æqualitatum regulas nihil aliud intelligit quam Brocardicum illud, Deum non posse efficere ne bis duo sint quatuor; cujus rationem jam explicavimus, quia scil. Deus falsum nomen rei affingere, vel rem facto contrariam allegare non potest: quæ necessitas non est extrinseca, sed fluit ex ipsa perfectione divina, quæ Deum mendacii reddit incapacem.

„Neque 3) *obstat* quod Leibnitzius ex libera illa Dei voluntate inferat, Deum ita jubere posse ut aliquis solius voluptatis suæ causa e. g. alios homines cruciet. Nam resp. si Deo nulla alia permittendi causa est, quam ut pessimi nebulonis voluptati gratificetur, pugnat id cum perfectione Dei. Alias autem Deus, vi summi quod in creaturam habet dominii, (de quo plenius agetur infra) hoc posse exemplo Jobi discimus, quem cum innocentem cruciare volupe erat Diabolo, Deus ei cruciandum bis permittit. *Job. 1. v. 2.* At ejus unica & sola causa non fuit voluptas Satanæ, nec pugnabat id cum bonitate Dei, ut eventus docuit. Accedit, quod cum nemo coram Deo innocens sit, Creator noster pro lubitu per morbos & cruciatus vitam nobis aufferre possit; nec misericordiæ ejus aliquid detrahitur: longe enim cruciatus illi infra id sunt quod meriti sumus, & satis ampla adhuc peccatorum seges superest in hominibus, in quibus misericordiæ Dei infinitæ locus est. Sed et perfecta demum meritorum pensatio alteri vitæ reservata est, nec ante plenarie fieri potest, quam homines actionum, quibus merentur, finem morte fecerint, earumque adeo mensuram impleverint. Tum enim demum modo perfectissimo Deus compensare cujusque merita, & pœnas distribuere ac præmia potest, quæ ex perfectione divina virtuosis vel malis debentur.

„o) (DISTAT HOC JUS NON AB HUMANO TANTUM JURE:) Scil. a jure gentium voluntario, quod alii secundarium vocant, de quo agetur infr. §. *XIV.* Verum cum nec jus naturale intrinsece bonum, nec jus gentium voluntarium detur, frustra de horum jurium differentia quæritur.

„p) (SED ET A DIVINO VOLUNTARIO;) Notam, qua distare Author ait jus naturale a jure divino universali, hanc constituit: quod *jus naturale*, (quod ex appetitu societatis humanæ, & judicio recte conformato &c. oriri ait,) intrinsece bonum sit, i. e. ex cipiis internis fluat, indeque a Deo necessario probari debeat, adeo ut nec mutari ab eo possit: cum e contrario *jus divinum voluntarium* a libera voluntate divina pendeat; adeoque non necessario, sed pro ejus arbitrio a Deo statuatur, indeque pro lubitu a Deo mutari possit. Sed & hæc nota fallit: Nam 1.) verum non est dari jus naturale intrinsece bonum. 2.) Diximus omnia jura naturæ ex liberrima voluntate divina oriri, indeque omne jus naturæ esse divinum voluntarium. *Vid. Proleg. §. 12.* De jure divino voluntario ex sensu Authoris plenius agemus infra §. *XV.* Conf. *Differt. proœm. III.*

„r) (QUÆ PER SE, AUT SUAPTE NATURA AUT DEBITA AUT ILLICITA SUNT:) quia scil. repugnant vel societati humanæ, vel judicio recte conformato ad discernendum ea quæ delectant vel nocent.

„s) (SED VETANDO ILLICITA, PRÆCIPIENDO DEBITA FACIT:) Adeoque quæ ideo justa sunt quia

„Deus

3. Ad juris autem naturalis intellectum, notandum est, [t] quædam dici ejus juris non proprie, sed ut scholæ loqui amant, reductive, quibus jus naturale non repugnat, [u] sicut justa modo diximus appellari ea, quæ injustitia carent: [x] Interdum etiam per abusionem ea, quæ ratio honesta, [y] aut oppositis meliora esse indicat, etsi non debita, solent dici juris naturalis.

4. Sciendum præterea, jus naturale non de iis tantum agere, [z] quæ citra voluntatem humanam existunt, sed de multis etiam, [aa] quæ voluntatis humanæ actum consequuntur. [bb] Sic dominium, quale nunc in usu est,

„Deus ex libera sua voluntate ea præcepit; cum jus na„turale ideo Deus voluerit, quia subsistit etiam re„moto Deo, & quia per se & intrinsece justum est.

t) (QUÆDAM EJUS JURIS NON DICI PROPRIE, SED REDUCTIVE:) Author supra §. 9. jam notavit permissionem non esse actionem legis, indeque eam ad præcepta juris naturæ non pertinere; At reductive eam ad jus naturale referri posse ait, quia scil. permittente aut saltem non repugnante lege naturæ quædam peraguntur: Verum ibidem jam dictum est, permissionem esse veram juris naturalis partem, homines enim quicquid agunt, agunt vel ex concessione Creatoris, vel ex præcepto ejus: utraque voluntas facit jus naturæ: Unde jus naturale dividitur in permissivum & præceptivum.

ADDITIO.

„Notavimus supra §. 3. n. 1. ea quæ jure naturæ per„mittuntur, esse *juris naturalis proprie sic dicti*; quia „supponunt jus, seu facultatem habendi vel agendi, a „Creatore concessum esse, i. e. licite ea fieri posse: „Diximus hanc ipsam permissionem esse actionem le„gis, non actionis negationem. Imo diximus *jus na„turæ* alio sensu sumi non posse; quia hoc sensu le„gem quoque naturæ continet, i. e. jussum Creatoris „ut jus, quod cuique suum est, cuique tribuatur.

„u) (SIC UT JUSTA MODO DIXIMUS, QUÆ INJUSTI„TIA CARENT:) i. e. quæ naturæ sociali non repu„gnant; nam *justa* tunc dici ait negante magis sensu „quam ajente. *Vid. supr. §. 3. & l. 1. c. 2. §. 1. n. 3. in fin.* „At *dicto* §. 3. notavimus, ea quæ justa sunt, i. e. quæ „jure permittente eoque licite fiunt, non reductive, „sed vere & proprie justa esse; eoque solo sensu jus „naturæ sumi posse.

x) (INTERDUM ETIAM PER ABUSIONEM EA QUÆ RATIO HONESTA ESSE INDICAT:) Author hic ea quæ virtutis sunt a jure bene distinguit.

ADDITIO.

„Author ad ea quæ ratio honesta esse indicat etsi „non debita, refert honesta quæ non in puncto con„sistunt, sed latius spatium habent, & sine turpitudi„ne omitti, vel aliter fieri possunt. *Vid. l. 1. c. 2. §. 1. „n. 3.* Nam Grotius distinguit inter eas virtutes, quæ „aliis utilitatem afferunt, & inter eas quæ honesta„tem saltem præ se ferunt, & commendantur: „*Prol. §. 30. l. 1. c. 1. §. 8.* Priores refert ad „præcepta juris naturæ, scil. laxioris. *Vid. sup. §. 8. „n. 1. junct. §. 9. n. 1.* Posteriores autem a jure na„turæ excludit, *ibid.* easque abusive ad præcepta referri „ait. *Vid. §. b. & l. 2. c. 14. §. 6. n. 1.* At verius est, „has quoque virtutes ad *jus naturæ* pertinere. *Vid. „Differt. proœm. II. §. 9. & 28.*

„y) (AUT OPPOSITIS MELIORA, ETSI NON DE„BITA.) Multa enim licite fieri posse ait, quæ hone„stius omittuntur: quod exemplis illustrat Author „*L. 3. c. 3. §. 6. n. 1. c. 4. §. 2. n. 1. c. 10. §. 1. & 2.*

„z) QUÆ CITRA VOLUNTATEM HUMANAM EX„ISTUNT;) adeoque quæ natura præcipit citra volun„tatem hominum: eoque Author refert jus utendi „rebus communibus ante divisionem. *Conf. l. 2. c. 2, „§. 2. seq.* & jus privata vi agendi ante institutas facto „hominum civitates: *L. 1. c. 3. §. 1. n. 2. & c. 4. §. 2.*

„aa) (QUÆ VOLUNTATIS HUMANÆ ACTUM CON„SEQUUNTUR:) adeoque ubi natura aliquid præcipit „ex suppositione; si scil. homines voluerint, quod „exemplo dominii & judiciorum nunc illustrabitur.

bb) (SIC DOMINIUM, QUALE NUNC IN USU EST, VOLUNTAS HUMANA INTRODUXIT:) quia scil. dominium per occupationem demum acquiritur. At cum per dominium non actus sed jus intelligatur, hoc omnino a natura est; exercitium autem hujus juris demum supponit hominum actiones.

ADDITIO.

„Ex hypothesi Authoris res terræ ab initio fuere „communes, adeo, ut singulis nulla in eas proprie„tas sed solum jus utendi re, ut communi, com„petierit. Multiplicato autem genere humano, ho„mines communi consensu res communes divisisse, „& non divisarum occupationem tacite permisisse fin„git; indeque concludit, ex hac demum voluntate „humana cuique rem propriam factam, dominia„que voluntate & facto hominum demum introducta „esse. *Vid. L. 2. c. 2. §. 1. n. 5. l. 2. c. 2. §. 2. n. 4. & 5. l. 2. „c. 9. §. 1. n. 2.*

„At in *Dissertatione proœmiali I. Cap. fin.* late pro„bavimus, 1.) verum non esse res ab initio fuisse com„munes: 2.) fabulam esse, quod de divisione rerum „communium, & de tacita concessione occupandi „res non divisas, fingit: 3.) jus dominii ab ipsa na„tura esse, & jus occupandi res nullius cum ipso ge„nere humano originem cepisse.

„Aliud exemplum, ubi Author jus naturale de iis „agere statuit *quæ voluntatis humanæ actum conse„quuntur*, occurrit in *judiciis*. Nam ex Grotii hy„pothesi jure naturæ unicuique privato competit jus „suam alteriusque injuriam vindicandi; at, quia mul„tæ inde confusiones orituræ fuissent, fingit, genus huma-

est, voluntas humana introduxit: " At eo introducto *dd* nefas mihi esse id arripere, te invito, quod tui est dominii, " ipsum indicat Jus Naturale: quare *ff* furtum naturali jure prohibitum *gg* dixit

„humanum consensisse, ut jus illud puniendi in „civitates conferatur: Adeoque, *posita hac voluntate* „*humana*, judicia a natura orta esse ait, *L. 1. C. 3. §. 1. n.* „*2. & C. 4. §. 2.* Verum hic quoque negamus, genus humanum unquam inter se constituisse ut per „judicia jus statueretur. Judicia a natura patribus fa„milias delegata sunt, hi pacto demum in civitates „coiverunt, inque eas omne jus suum vi agendi „contulerunt: Hactenus igitur judicia ex pacto „constituta sunt, adeoque ex ipso jure naturæ, vi eu„jus homines de suo jure disponere possunt. Quæ la„tius explicavimus in *Diss. Prooem. 1. c. fin. & Diss. XII. §.*

ee) (AT EO INTRODUCTO:) scil. per fictam illam „divisionem, ac tacite a genere humano inductam oc„cupationem rerum communium.

„*dd*) (NEFAS MIHI ESSE ID ERIPERE, TE INVITO, „QUOD TUI EST DOMINII:) Imo si id demum ex pa„cto & voluntate generis humani sequitur (quæ gra„tis hic fingitur, nec ulla ratione probari poterit) non „potest dici esse a natura: Cum tamen certum „sit, naturali ratione unumquemque vi facultatis „a Creatore sibi concessæ res terræ, quæ nulli„us sunt, occupare, i. e. suas facere & dominium in „eas acquirere posse: unde necessario infertur homi„ni rem juxta voluntatem Creatoris occupatam ab „alio auferri non debere.

„*ee*) (IPSUM INDICAT JUS NATURALE:) Imo pu„gnat, jus naturæ, i. e. principia interna id indicare, & „tamen dominia ex pacto & voluntate generis huma„ni originem cepisse.

„(QUARE:) Postquam scilicet voluntas humana introduxit dominia.

ff) (Grot.) (FURTUM NATURALI JURE PROHIBITUM DIXIT PAULUS.) Julianus, *ὁ δεύτερος νόμος* (post illum de Deo agnoscendo & colendo) *ἱερὸς φύσει καὶ θεῖος, ὁ τῶν ἀλλοτρίων πάντη καὶ πάντως ἀπέχεσθαι κελεύων. καὶ μήτε ἐν λόγῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐν αὐταῖς ταῖς λανθανούσαις τῆς ψυχῆς ἐνεργείαις ταῦτα ἐπιτρέπων συγχεῖν.* *Lex altera & ipsa suapte natura sancta atque divina ea est, quæ semper & ubique alienis abstineri jubet, neque vero aut verbo, aut facto, aut arcanis animi cogitationibus contra iri sinit*, Cicero de Officiis III. ex Chrysippo: *In vita sibi quemque petere quod pertineat ad usum, non iniquum est: Alteri surripere, jus non est.*

ADDITIO.

„Diximus furtum prohibitum esse primævo ju„re naturæ, & citra voluntatem humanam. Cui enim „concessa est a natura facultas occupandi, ei etiam con„cessa est facultas de re occupata disponendi: Sane „cum res terræ in nullius sint proprietate, adeoque „nullius; cuique hominum competit facultas naturalis „res illas occupandi & suas faciendi. Si igitur alius „hoc jus ab Authore naturæ cuique hominum con„cessum turbat, rem ei auferendo, i. e. furtum rei „faciendo, violat jus naturæ, & invertit voluntatem „Creatoris, indeque tenetur ad reparationem.

„Atque inde nulla gens fuit aliqualiter morata, „quæ non severe in crimen furti animadverterit, ut „de Ægyptiis, Scythis, Judæis, Indis, Bactrianis, Ar„nis, Locris, Persis, & ex lege Draconis id probat *Tes„marus in not. hic.*

„Neque *obstant* exempla gentium quæ furta permi„sere, ut apud Lacedæmones. *Xenoph. 4. exped. Cyri* „*n. 335. & Libro de republ. Laced. Plutb. in Lycurg.* „*Gell. N. A. L. 11. c. 18.* De Germanis id tradit *Cæs. bell. Gall.* „*Lib. 6.* de Ægyptiis *Diod. Sic. L. 2. c. 3.* de Cardacis „in Persia *Strabo L. 15. in f.* Nam apud Lacedæmo„nienses furta non impunita erant, sed si quis depre„hendebatur in furto in eum animadvertebatur. *Plutb.* „*in apophs. Lac. n. 4.* Leges igitur permittebant juven„tuti, ut auferre alter alteri rem potuerit, non ob tur„pia lucra, neque ad sumtum libidini præbendum, „comparandamque opulentiam, sed pro exercitio di„sciplinaque rei militaris; quod & furandi solertia & „assuetudo acueret obfirmaretque animos adolescen„tium & ad insidiarum astus, & ad vigilandi toleran„tiam & obrepend celeritatem, *Vid. Gell. d. l.* Ne„que credendum est, rem propriam factam fuisse eo„rum qui abstulerunt, sed vel judici vel sacerdotibus „delata fuit; uti statim de Ægyptiis exemplum affe„remus.

„Legem Persarum punitivam refert *Xenoph. in* „*inst. Cyr. L. 1. pr.* Apud Ægyptios res furtiva non ac„quirebatur auferenti, sed ad sacerdotes deferri jube„batur, quo redimi posset detracta quarta. *Diod. Sic.* „*L. 2. c. 3.*

„*Atqui* gentes Mercurium, Deum, protectorem „furtorum fecere, adeoque natura non videntur esse „prohibita: *Lactant. L. 5. c.* c. 10. Resp. hæc senten„tia orta est ex poetarum fabulis, qui Diis suis latro„cinia, adulteria, cædes, &c. affinxerunt; Sane ideo „hæc theologia mystica ab ipsis Gentilium Philoso„phis improbata fuit: Causam autem fabulæ de Mer„curio dedisse videtur, quod is præsit commerciis, „quæ cum omnium maxime defraudationibus subje„cta sint, per bonam consequentiam Gentiles præsi„dem eum fraudis, eoque furtorum, fecere.

„Denique non *obstat*, quod res natura communes „sint, & jure Gentium demum dominia sint introducta. „*L. 5. just. & jur.* adoque is, qui alii rem auffert, videatur „suo jure communitatis uti; indeque furta non jure „naturæ, sed jure gentium demum prohibita videri. „Resp. falsum est res a natura esse communes, „sed sunt nullius, eoque cedunt occupanti, i. e. oc„cupanti fiunt propriæ; dominia ergo cum ipso ge„nere humano orta sunt. *L. 1. ff. A. R. D.* Equidem „jure gentium demum dominia discreta dicuntur *in* „*d. l. 5.* At per jus gentium ICtus ibi intelligit ipsum „jus naturæ quod ratio naturalis constituit: *Vid. l. c.* „*ff. A. R. D.*

gg) (DIXIT

gg dixit Paulus Jurisconsultus: *hh* natura turpe Ulpianus: *ii* Deo displicere Euripides his in Helenæ versibus:

> *Namque odit ipse vim Deus: Nec divites*
> *Nos esse rapto, sed probe partis cupit.*
> *Spernenda, si non jure veniat, copia est.*
> *Communis æther hominibus, tellus quoque,*
> *In qua ampliare quique sic fas est domum,*
> *Ut ab alienis rebus ac vi temperet.*

5. *kk* Est autem jus naturale adeo immutabile; ut ne a Deo quidem muta-

„*gg*) (DIXIT PAULUS JCTUS &c.), in *l. 1. §. f. ff. „de furt: Nam hoc natura æquum est, neminem fieri „locupletiorem cum alterius jactura. l. 14. ff. Cond. ind.*

„*hh*) (NATURA TURPE:) *l. 12. ff. Verb. sign.* Atque hinc furti damnatus ipso jure fit infamis, etsi „in sententia id dictum non sit. *l. 1. l. 4. §. fin. His qui „not. inf. l. 7. in f. de Publ. jud. §. 3. Inst. De pœna tem. „litig.*

„*ii*) (DEO DISPLICERE EURIPIDES:) Vide simi„lem locum in Plauti *prologo Rudent. v. 10. Gron. b.*

„*kk*) (EST AUTEM JUS NATURALE ADEO IM„MUTABILE, UT NE A DEO QUIDEM MUTARI POSSIT:)

Explicavi hanc quæstionem in *Prodr. J. G. Ex. II. §. 32. seqq.* quam huc transcribere liceat: Verba hæc sunt: Nec minus inanis est altera illa quæstio: an Deus mutare jus naturæ possit? Etenim, cum quod Deus vult sit omnium optimum & perfectissimum, non potest aliud velle quod minus bonum, minusve perfectum est; non quod per impotentiam naturæ non possit aliter agere; sed quod per summam perfectionem voluntatis non possit aliter velle.

Blasphemiam Plinii, *L. 2. Hist. nat. c. 7.* (a qua nec alienus videtur *Cicero Lib. 4. acad. quæst. c. 16.*) sapit, cum Grotius *§. 10. n. 5.* inquit, *esse quædam ad quæ potentia Dei se non extendat: ut facere ne bis duo sint quatuor.* &c. quod stupendum videtur in tantis viris, cum revera ineptissimum & plane ridiculum sit. Decepit eos duplex abusus, qui licet ad demonstrationes morales, alterum opus, pertineat, hic tamen notari meretur.

Unus est, quod communi usu loquendi verbo *posse* ibi utimur, ubi intelligimus *impotentiam:* ut cum dicimus, *homo potest mori*, i. e. *non potest semper vivere:* Et contra, vocibus *non posse*, ubi intelligimus *potentiam:* ut cum dicitur *Deus non potest mori*, *non interire*, &c. exprimitur æternæ potentiæ & essentiæ plenitudo. Adeo vocum ludo deludi se passi sunt viri quoque egregii, ut per verba, quæ potestatem plenissimam & *omnipotentiam* significant, intellexerint *impotentiam*, & vice versa.

Alter, quod demonstrationes rerum inprimis præcedere debeat demonstratio verborum. Id vero non modo neglexere qui recens philosophati sunt, sed nec satis ea distinxere ab invicem. Quod olim, cum his studiis adhuc incumberem, me admutasse memini in *septimis objectionibus* adversus *meditationes Cartesii*, qui cum rectissime philosophari a se, quasi ex jusso Delphico inciperet, primamque veritatem faceret *cogitantem se esse*, adversarii, qui ex Aristotele illud primum esse hauserant *idem non posse simul esse & non esse*, ejus principium liquidissimum negabant; quibus ille huc ipso Aristotelis effato occurrere potuisset: nec ulla pugna, cum alterum sit verborum, alterum rerum principium: de quo alibi.

Ita, quod Grotius quærit, an Deus facere possit ne bis bina sint quatuor? In verbis non in facto consistit. Ais nimirum bina & quatuor sunt unum idemque: utrumque scilicet quatuor unitates; uti unum & tria, pariter sunt quatuor, scilicet totidem unitates; Quæritur ergo, an fieri posset, ne quatuor sint quatuor? seu an quatuor simul sint, & non sint. Idemque est in exemplo Plinii; an Deus facere possit, ne dies præteritus sit præteritus? &c. In quibus omnibus non quæritur de possibilitate facti, sed de veritate dicti: non, an Deus possit aliquid efficere, aliquid in aliud mutare, &c. sed an statuere, ut utrumque hoc unum sit, *esse*, & *non esse*; id est, an possit falsum dicere, mentiri? & sic de omnibus contradictoriis. Unde absurdissime conjungit Grotius cum hac quæstione alteram, an Deus, quod intrinsece (ut ipse sentit) malum est, permittere possit? cui supra satisfactum est

E contrario, ubi de vi facti quæritur, ut an Deus homicidium, furtum, &c. permittere possit? Grotius ineptissime huc refert ad vitium verbi: quasi permittente Deo desinat esse homicidium, furtum, &c. quod verba hæc vitium sonent. Quæ hoc Viro nimis quam indigna sunt. Non enim quæritur quo nomine factum vocetur; sed, (quoquomodo vocaveris,) an permittere possit hominem occidi: rem domino invito auferri. &c. Quanquam & falsum sit, verba homicidii, (quod & de fortuito aut casuali, ut vocant, dicitur, *l. 11. §. penult. ff. de pœn.*) significari semper vitium seu crimen. Quin vi verbi homicidium est, quoties homo occiditur.

Cæterum, res ipsa plana est: competere Deo plenam potestatem in hominum vitam, corpus, & bona, duplici jure: tum, quia omnia ipsius sunt, omniumque ipse Creator ac dominus est: tum, quia nemo hominum est quin commiserit ut mortem, aliaque mala meruisse intelligatur, & ideo de injuria queri non posit. Atque hoc jus Deus quotidie exercet immittendo, etiam piis, pestilentiam, vastitates, aliaque mortium & calamitatum mala. Verum, utitur

ille

mutari queat. Quanquam enim immensa est Dei potentia, dici tamen quædam possunt, ad quæ se illa non extendit; *mm* quia quæ ita dicuntur, dicuntur tantum, sensum autem, qui rem exprimat, nullum habent, sed sibi ipsis repugnant. *nn* Sicut ergo, ut bis duo non sint quatuor, ne a Deo quidem potest effici, *oo* ita ne hoc quidem, ut quod intrinseca ratio-

ille hac potestate perfectissimo modo, justaque proportione, pensando bona vel mala meritis. Unde, accepto ejus mandato, non putandum satisne bonum aut æquum sit? sed pro optimo habendum quod ipse voluit. Atque ita singularis laus fuit Abrahami, quod jussus immolare filium unicum nullus hæsitaverit an Deus potuerit id jubere, & ipsi obediendum fuerit. Ita, quod Hebræorum populus bona ab Ægyptiis commodato accepta secum abstulerit, cum Dei jussus, tum Ægyptiorum impietas, & operarum tot annis indebite & acerbissime exactarum injuria, satis defendit. Atque ita de aliis.

ADDITIO.

„In præcedentibus demonstravimus, jus naturæ sine Deo nec concipi; nec salva ratione statui posse, *juri naturæ inesse bonitatem intrinsecam, quam Deus necessario approbare teneatur*: adeoque causam hanc, cur mutare Deus jura naturalia non possit, falsam esse. Immutabilitas enim juris naturalis ex plane alia oritur causa, quam explicavi in tract. *de princ. jur. nat. part. I. fol. 38. seq.* Voluntas enim Dei, ut ut liberrima, tamen duo necessario complectitur: tum, ut non possit velle, nisi quod perfectissimum est: tum, ut non possit mutare, quod semel voluit. Non quod causa quædam extra Dei voluntatem sit quæ ei necessitatem hanc injiciat, sed quia ea necessitas intrinseca est ipsi voluntati, propter summam ejus perfectionem. Ita ut voluntas non possit non velle quod perfectissimum est: Non quod aliunde ad id adstringatur, sed quod ipsa voluntas in se perfectissima sit: Atque ita Deus id quod optimum est necessario facit; non quia non potest aliter facere, sed quia non potest aliter velle.

„Hinc explicantur facile omnia jura naturæ; quæ ad duo capita refero: sunt enim 1) jura inter Deum & homines, quæ nimirum in cultu divino consistunt, & ex ipsa ejus essentia summaque perfectione fluunt. Tantum jam abest, hæc mutari posse, ut potius contradictionem involveret, si Deus vellet se pro Deo non haberi; fierit autem hoc, si vellet ne coleretur, cum cultus ille sit perfectionis æstimatio: 2) jura inter homines ipsos; quæ nihil aliud esse ostendi, quam sanctissimæ hujus voluntatis placita; Hæc proinde mutari ideo non possunt, quia voluntas perfectissima etiam immutabilis est, cum mutatio pœnitentiam eoque imperfectionem inferat, & ignorationem pariter futuri, quæ in Deum non cadunt.

„*ll*) (DICI TAMEN QUÆDAM POSSUNT AD QUÆ EA SE NON EXTENDIT:) Imo non potest salva pietate dici, *Deum non posse quædam agere ob defectum potentiæ; quæ a causa quadam extra Deum procedit.* Omnia facere potest Deus quæ non inferunt contradictionem vel imperfectionem: illa enim per essentiam Dei, hæc per ejus perfectionem agere non potest: Impedimentum autem hoc non est a causa quadam extra Deum, (nimirum ex socialitate, aut natura humana, ut Grotius existimat.) sed a perfectione & essentia Dei, qui non potest velle nisi quod perfectissimum est:

„*mm*) (QUIA, QUÆ ITA DICUNTUR, DICUNTUR TANTUM, SENSUM AUTEM QUI REM EXPRIMAT NULLUM HABENT, SED SIBI IPSIS REPUGNANT:) Verba hæc sunt, quæ rem per se satis obscuram magis implicant: dictum jam est falsum esse, *dici quædam posse ad quæ potentia Dei se non extendat*: cur autem Deus id quod semel voluit mutare, &, quod cum perfectione ejus pugnat, velle non possit; id vidimus non esse ex defectu potentiæ, nec a causa quadam extranea, sed ex ipsa essentia & perfectione divina.

nn) (SICUT ERGO, UT BIS DUO NON SINT QUATUOR, NEC A DEO POTEST EFFICI.) Aliud est quærere, an Deus aliquid possit mutare, aliud an Deus id, quod falsum est, possit dicere verum. In proposita quæstione non de re ejusque mutatione, sed de nomine agitur: non quæritur an res ipsa mutari, sed an bis duo quinque dici, adeoque falsum nomen rei affingi possit, licet in posteriori quæstione eadem res maneat? Et hoc merito negatur: *bis duo* enim & *quatuor* eadem res sunt, si quis hæc *quinque* vocare vellet, non rem ipsam mutat, sed aliud nomen eidem rei dat, idque falsum, & sic esset falsiloquium, quod cum perfectione divina pugnat: Et hoc sensu quoque verum est *factum infectum fieri non posse*, quia contra veritatem aliquid assereretur: scilicet factum non esse, quod tamen revera factum est. Impossibilitas ergo hic non est a re, sed ab ipsa essentia & perfectione divina: Deus enim nihil potest velle, nisi juxta naturam suam, i. e. id quod perfectum est. *Vid supra n. t.*

„*oo*) (ITA NE HOC QUIDEM UT QUOD INTRINSECA RATIONE MALUM EST MALUM NON SIT:) Si daretur malum aliquod per se & intrinsece, i. e. quod etiam semoto Deo malum esset, vera omnino esset sententia Authoris; Deum non posse efficere ut id malum non sit, quia extra Deum causa in ipsa re foret, quæ eum impediret. Sed cum jam constet nihil mali esse nisi ex voluntate & prohibitione divina, sponte sequitur, otiosam hanc esse quæstionem, & frustra quæri an Deus velle possit, ne id malum sit, cum non possit concipi malum intrinsece tale, adeoque frustra de ejus mutatione quæratur. Quod igitur Deus id quod malum est, i. e. quod sua voluntate pro tali declaravit, & ideo prohibuit, non possit permittere, non est ex defectu potentiæ quæ ex re oritur, sed ex natura perfectionis, quia mutatio poenitentiam, eoque imperfectionem involveret.

pp) (XT

ratione malum est, malum non sit. pp Et hoc est quod significat Aristoteles, cum dixit: ἔνια εὐθὺς ὠνόμασαι συνειλημμένα μετὰ τῶν φαυλότητος. qq Nam ut esse rerum, postquam sunt & qua sunt, aliunde non pendet; ita & proprietates, quæ esse illud necessario consequuntur; rr Talis autem est malitia quorundam actuum comparatorum ad naturam sana ratione utentem. ss Itaque & Deus ipse secundum hanc normam de se judicari patitur, ut

„pp) (ET HOC EST QUOD SIGNIFICAT ARISTO„TELES, CUM DICIT. &c.) Aristoteles ait, *quædam „esse quæ statim ac nominantur cum malitia con„juncta sunt:* & recte: At rationem ejus Aristoteles „non ponit in principiis intrinsecis, nimirum in ap„petitu societatis, & convenientia cum ratione hu„mana; (quæ obligationem inferre Grotius ait etiam „remoto Deo.) Sed tota ratio malitiæ in eo consistit, „quod ratio dictitat ea a Deo esse vetita: Unde qui adul„terum nominat, exprimit hoc ipso actum vitiosum, „quia Author naturæ actum illum vitiosum declara„vit: Adulterium igitur non est malum antecedenter „respectu Dei, sed consequenter; & Deus non ve„tuit promiscuos concubitus, quia per se malum sunt; „sed ideo malum sunt, quia Deus inter rationales „creaturas eos prohibuit.

„qq) (NAM UT ESSE RERUM POSTQUAM S[illegible] „ET QUÆ SUNT, ALIUNDE NON PENDE[illegible] „PROPRIETATES, QUÆ ESSE ILLUD N[illegible] „CONSEQUUNTUR.) Verba hæc ita explicat G[illegible]„vius hic: *Uti res ex quo semel exstiterunt, speciem„que & habitum acceperunt, non aliam sumunt cau„sam; & quod sunt, non precario, sed jam per se „& ob suam materiam sunt; neque ut sint, alienum „beneficium expectare aut aliunde pendere necesse ha„bent, ita & affectiones, quæ illis naturis materiis„que necessario adhærent.* Hæc interpretatio æque „obscura est: Mentem authoris in sequenti nota expli„cabimus.

„rr) (TALIS AUTEM EST MALITIA QUORUN„DAM ACTUUM COMPARATORUM AD NATURAM „SANA RATIONE UTENTEM:) qualis? cujus nimi„rum essentia & proprietas aliunde non pendet: „Mens igitur Authoris hæc est: Ex ejus hypothesi appe„tus societatis humanæ, & judicium recte confor„matum ad discernanda utilia ab eis quæ nocent, „fluunt ex principiis internis, quæ subsistere ait et„iam remoto Deo. Uti igitur hæc principia sunt in„trinseca, nec ab alia pendent causa, ita & proprie„tates, quæ principia hæc necessario consequuntur, „(i. e. malitiam) aliunde non pendere, indeque nec a „Deo mutari aut tolli posse ait. At dictum jam est „(1.) appetitum societatis humanæ esse non ens, adeo„que frustra quæri an ab alia pendeat causa. 2.) Cum „ipse Author fateatur appetitum illum homini a „Deo inditum esse, *Prol.* §. 12. contradictio est, a Deo „originem habere & tamen sine eo existere posse. „Si autem 3.) causam a Deo habet, non pendet ab alia „causa, & sic tota ratio bonitatis intrinsecæ cessat.

„ss) ITAQUE ET IPSE DEUS SECUNDUM HANC „NORMAM DE SE JUDICARE PATITUR.) Sensus „est, quod Deus ipse agnoscat principia talia inter„na quæ ab alia causa non pendent, dum permittit „judicium ferri de suo procedendi modo, juxta „normam illorum principiorum internorum. At fal„sissimum est, Deum unquam, & in ullo actu huma„no, agnovisse malitiam aliquam intrinsecam, quæ „dependeret a causa aliqua extra Deum; i. e. ab ap„petitu aliquo societatis, aut judicio discretivo recte „conformato &c. Nec ex allegatis ab Authore scriptu„ræ locis apparet Deum pati de se judicari juxta „normam quæ aliunde est, aut ab alia causa pendet, „sed contrarium exinde potius elicitur: Deum nimi„rum se submittere judicio aliorum juxta normam, „quam ipse constituit, cujus ipse Author est, adeo„que quæ tota a Deo dependet. Nimirum conten„dit summum Numen, se Israelitas jure punire „*tamquam transgressores legum divinarum*, tamquam „rebelles voluntati divinæ, tamquam ingratos, & „immemor[illegible] beneficiorum divinorum. Sic enim „Abraham de [illegible]eo judicat, *eum non posse occidere ju„stum cum impio, non esse hoc judicium ejus qui ju„dicat omnem terram. &c. Gen. XVIII. 2.* & merito, „quia pœna non est nisi in sontes, i. e. in transgres„sores legum divinarum, & pugnaret cum perfectio„ne divina, pœnam sumere a justis, i. e. ab eis, qui vo„luntati Dei obtemperant: Quanquam negari nequeat, „Deum citra pœnam, ex jure summi Impe[illegible]quod ei in „creaturas competit, vitam eis adimere pro lubitu potuis„se: Sed & ex colloquio Abræ & [illegible]atis apparet, ho„mines justos vix dari, adeoque merito suo occisos „esse Sodomitas.

„Apud Esai. V. 3. Deus Israelitas ipsos judices con„stituit *num injuria eos exstirp[illegible]erit*, utpote reos „atrocissimorum criminum. Apud *Ezechielem* Ju[illegible] „dæis querentibus quod ob delict[illegible] parentum punian„tur, *(XVIII. 19.)* permittit judicium de justitia pœnæ: „*Audite*, ait, *domus Israel, numquid via mea non „est æqua? & non magis via vestra prava? XVIII. „25. & 29.* In quo autem norma istius judicii con„sistat explicat Propheta *d. c.* 18. *v.* 9. ubi justum de„scribit, *qui in præceptis Dei ambulaverit, & judi„cia ejus custodiverit, ut faciat veritatem*: Certissi„mo indicio, normam juxta quam Deus se judicari „patitur non esse extra Deum; & malitiam horum „actuum non aliunde pendere, sed a sola voluntate „Dei actus injustos declarantis. Apud *Jeremiam* „Deus, justitiam captivitatis Babylonicæ defendens, „allegat causam quod Israelitæ deseruerint Deum, „quod leges ejus non tenuerint, & Authorem legum „nescIverint. *c.* 2. *v.* 5. *seq. v.* 8. 11. 18. 14. 15. 17. & tan„dem concludit: propterea adhuc judicio contendam „vobiscum, & cum filiis vestris disceptabo. *d. c.* 2. „*v.* 9. Judicii ergo hujus ac disceptationis norma,

ut videre est Gen. XVIII, 25. Esai. V. 3. Ezech. XVIII, 25. Jerem. II, 9 Mich. VI, 2, Rom. II, 6. III, 6.

6. *tt* Fit tamen interdum ut in his actibus, de quibus jus naturæ aliquid constituit, imago quædam mutationis fallat incautos, *uu* cum revera non jus naturæ mutetur, quod immutabile est, sed res, de quo jus naturæ constituit, quæque mutationem recipit. Exempli gratia: Si creditor quod ei debeo acceptum ferat, *xx* jam solvere non teneor, non quia jus naturæ desierit præcipere solvendum, quod debeo, sed quia quod debebam deberi desiit: ut enim recte in Epicteto Arrianus: ὐκ ἀκρεῖ τὸ δανείσασθαι πρὸς τὸ ὀφείλειν, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι καὶ τὸ ἐπιμένειν ἐπὶ τῷ δανείῳ καὶ μὴ διαλελύσθαι αὐτό: *non sufficit ut debeatur pecunia, datam esse mutuam, sed oportet yy ut & maneat adhuc indissoluta mutui obligatio.* Ita si quem

„non est malitia quædam actuum intrinseca, quæ „aliunde non pendet; Sed lex quæ a solo Deo pendet, „qui coli voluit: Apud Micham *judicium Domini cum populo suo & cum Israel judicari dicitur n. 2. seq.* juxta quam normam? explicat id Propheta *d. c. 6. v. 8. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum & quid NB. dominus requirat a te: utique facere judicium & diligere misericordiam & solicitum ambulare cum Deo tuo.* Malitia igitur „horum actuum pendet a causa extrinseca, i. e. a lege divina; Denique *Apostolus* quærit ex Israelitis, „an Deus injustus sit, pœnas eis inferendo? *Rom. III. v. 5. & 6.* Recte id negat, & rationem allegat, „quod fidem non habeant legi divinæ. *d. c. 3. v. 3. junct. v.* 10. 11. 18. 19. *seq.* Norma igitur hujus judicii itidem non est ab aliqua malitia intrinseca, „sed a lege Dei.

tt) (FIT TAMEN INTERDUM, UT IN HIS ACTIBUS IMAGO QUÆDAM MUTATIONIS FALLAT INCAUTOS.) Uti cum incestus permittitur liberis Adami; Judæis nuptiæ cum defuncti fratris vidua; *Deut. XXV. v. 21.* parricidium Abrahamo; *Gen. XXII. 2.* Nam hos casus Deus numquam prohibitos voluit, sed ab omni ævo a lege prohibitiva excepit: si enim semel sub illa generali prohibitione eos comprehendisset, numque postea permittere potuisset, quia permissio illa fieret necessario cum mutatione divinæ voluntatis. At si nunquam prohibita ab eo hæc fuisse dicuntur, id quod ex post facto revelatum, a Deo vero ab æterno ita constitutum est, (utpote cui omnia sunt præsentia,) nulla facta fuit ejus voluntatis mutatio, sed semper eadem illa ac immota permansit.

ADDITIO.

„Verior responsio est, hos actus noo fuisse illicitos ex quo jussu Dei fiebant. Nam alibi notavimus, Deum præcipiendo *hominibus* quidem legem dedisse, non *sibi: illi* proinde soli invicem obligantur ex illa voluntate Creatoris, adeo ut suo arbitrio nihil illi voluntati contrarium peragere possint; *Deus* autem inde non tenetur, sed potius „liberrimam potestatem sibi reservavit in homines, eorumque vitam & bona; adeo, ut pro lubitu suo de illis disponere, & per ipsos homines hoc jus suum „exercere possit.

„Si proinde Deus injungit uni hominum ut alterum occidat, hoc ipso non mutatur jus naturæ; (quod „inter solos homines obtinet,) lex generis humani „salva manet, ne occidant se invicem; neque homo „hic occidit, sed Deus per hominem; actio igitur non „est hominis, utpote qui suo jure occidere nequit, sed „Dei, qui homine utitur tanquam suo instrumento.

„Adeoque cum Deus permisit, imo præcepit Adami liberis ut propagent humanum genus cum sororibus cohabitando, illi id non fecere suo jure [illegible]us inter homines in genere id fieri [illegible]bet) sed jussu Dei. Idem dicendum de „parricidio Abrahami, hic enim non sua authoritate „id exequi paratus fuit, sed jus Dei exequebatur. „Neque dici potest, mutationem voluntatis inferre „si Deus permittit quod semel prohibuit: Nam „prohibitio generi humano facta subsistit adeoque homines inter se aliquid agere contrarium prohibitioni divinæ suo jure non possunt. „Neque ea voluntas generaliter declarata mutatur si „Deus præcipit aliquid quod homines speciatim inter „se agere prohibentur, Deus enim suo jure agit, suumque jus exequitur, etsi per homines.

„*uu*) (CUM REVERA NON JUS NATURÆ MUTETUR, &c. SED RES DE QUA JUS NATURÆ CONSTITUIT, QUÆQUE MUTATIONEM RECIPIT:) Sensus „est, non fieri licitum homicidium, furtum, &c. sed „non esse homicidium. Quod statim refutabitur.

„*xx*) (JAM SOLVERE NON TENEOR, NON QUIA JUS NATURÆ DESIERIT, &c. SED QUIA QUOD DEBEBAM DEBERI DESIIT.) Imo nec hic imago est mutationis: nam debitor obligatur ad solvendum non ex intrinseca aliqua bonitate, sed quia voluntate sua jus in alium transtulit: si creditor jus hoc remittit, desinit debitum, quia is a cujus arbitrio tota obligatio dependet ita vult. Eadem igitur ratione homo obligatur juri naturæ quia Deus id voluit, & ideo jus est: Si vero Deus excipit quosdam actus ab hac lege universali, illi casus liciti sunt, quia prohibitio divina, quæ sola actum malum efficit, cessat.

„*yy*) (UT MANEAT ADHUC INDISSOLUTA „MUTUI OBLIGATIO.) Sola enim datio non facit mutuum, sed lex addita, ut tantundem ejusdem generis restituatur. *L. 2. pr. §. 1, l. 3. de rebus cred.* quamdiu igitur tantundem restitutum non est, tamdiu „manet mutua obligatio.

„zz.

ſi quem Deus occidi præcipiat, ſi res alicujus auferri, *zz* non licitum fiet homicidium aut furtum, *α* quæ voces vitium involvunt, ſed non erit homicidium aut furtum, *β* quod vitæ & rerum ſupremo domino auctore fit.

7. *γ* Sunt & quædam juris naturalis non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu: *δ* Sic communis rerum uſus naturalis fuit, quamdiu domina introducta non erant; *ε* Et jus ſuum per vim conſequendi ante poſitas leges.

§. XI

1. Diſcrimen autem quod *a* in Juris Romani libris exſtat, *b* ut jus immutabile aliud ſit *c* quod animantibus cum homine ſit commune, *d* quod

„*zz*) (NON LICITUM FIET HOMICIDIUM AUT FURTUM, SED NON ERIT HOMICIDIUM AUT FURTUM:) „Hæc ſententia Authoris 1) pugnat cum ejus principiis: ſi enim furta & homicidia per ſe illicita & intrinſece mala eſſent, Deus non poſſet efficere ut hi „actus non ſint furtum nec ſint homicidium. Nam „cum, ex hypotheſi Authoris, Deus neceſſario & conſequenter actus ejusmodi vetare debeat, non poſſet „ullo caſu illos permittere, i. e. efficere, ut actus ille „quo homo occiditur, non ſit homicidium. Sed & „2) aſſertio hæc Authoris, *homicidium non fieri licitum, ſed non eſſe homicidium*, falſiſſima eſt. Si „enim Deus jubet hominem occidi omnino eſt homicidium, &c. ſed definit eſſe crimen. Ita & alia „homicidia ſunt abſque crimine & culpa, uti invaſoris ex neceſſaria defenſione; reorum ex crimine capitali; hoſtium in bello; ſi mero caſu fiunt, &c. Hæc „igitur vera ſunt homicidia, ſed non crimina, quia ſemper excepta fuere a prohibitione & regula generali.

„*α*) (QUÆ VOCES VITIUM INVOLVUNT:) non ex „intrinſeca aliqua malignitate, uti Author putat, ſed „quia actus hos Deus, ſi ab hominibus propria authoritate fiunt, vitioſos declaravit: Quoties igitur autoritate Dei fiunt toties ceſſat vitium, quia jure Dei „fiunt eiusque juſſu.

„*β*) (QUOD VITÆ ET RERUM SUPREMO DOMINO „AUCTORE FIT:) Hoc ipſo omnem bonitatem intrinſecam ipſe evertit Author: nam ſi Deus voluntate „ſua efficere poteſt, ut id quod in aliis caſibus eſt homicidium, in hoc caſu non ita dicatur, ſequitur neceſſario, quod actuum bonitas & malitia a ſola Dei „voluntate dependeat:

„*γ*) (SUNT ET QUÆDAM JURIS NATURALIS NON „SIMPLICITER, SED PRO CERTO RERUM STATU:) „Fabulam hanc de jure naturæ pro certo rerum ſtatu „examinavimus *in Diſſ. prooem. I. Cap. fin. Conf. ſup.* „*n. 4.*

„*δ*) (SIC COMMUNIS RERUM USUS FUIT, QUAM „DIU DOMINIA INTRODUCTA NON ERANT:) Ex hypotheſi igitur Authoris *jus utendi rebus communibus* „*terræ* eſt naturale pro certo rerum ſtatu, i. e. quamdiu homines per diviſionem, & conceſſam tacite occupationem, non introduxere dominia. At triplex „hic error occurrit, quod Author aſſerat 1) ab initio „rerum uſum fuiſſe communem. 2) Poſtea demum introducta eſſe dominia. 3) Introductionem hanc dominiorum eſſe iuris naturalis non ſimpliciter, ſed pro „certo rerum ſtatu.

„Nam quod ad *primum* attinet, infra demonſtrabitur res ab initio non fuiſſe communes ſed nullius, „indeque cedere neceſſario occupanti. Et tum, quod „ad *ſecundum* attinet, apparebit jus occupandi res nullius, „i. e. jus dominii, cum ipſo genere humano originem „cepiſſe; quia cum ea facultate occupandi & de re occupata diſponendi, in quo totum dominium conſiſtit, creati ſunt homines: Indeque, quod *Tertium* ſpectat, falſum eſſe *dominia eſſe juris naturalis pro certo rerum ſtatu*, i. e. poſtquam reum uſus communis eſſe „deſiit, quia nunquam talis rerum ſtatus, ubi res communes fuere, exſtitit. *Vid. Sup. n. 4.*

„*ε*) (ET JUS SUUM PER VIM CONSEQUENDI ANTE „POSITAS LEGES:) Author ait, unumquemque privatum ab initio judicem ſibi injuriæ illatæ fuiſſe, „ſed homines poſt ea jus illud in ſocietatem transtuliſſe: indeque jus injurias per vim vindicandi refert „ad certum rerum ſtatum, qui obtinuit ante ſocietates hominum; & qui ſublatus eſt conſtitutis civitatibus facto hominum. At hoc modo omnia pacta, omnesque contractus eſſent juris naturalis pro certo rerum „ſtatu. Plenius hanc materiam examinavimus in *Diſſ.* „*Prooem. I. cap. fin.*

„Quo ipſo ſimul figmentum illud de jure naturæ „in ſtatu integro, & de jure naturæ in ſtatu corrupto „extenſo, quam primus Alberti in *Comp. jur. nat.* invenit, refellitur. Ariſtoteles. *L. 1. pol. C.* 3. jam hanc „doctrinam refutavit, & *jus naturæ ſemper ut in bo-* „*mine integro ſpectari debere* docuit.

a) (IN JURIS ROMANI LIBRIS:) ſcil. in Digeſtis, *l. 1. §. 1. ff. juſt. & jur.* & in Inſtitutionibus. *§.* 2. Inſt. *I. N. G. & C.*

„*b*) (UT JUS IMMUTABILE ALIUD SIT:) Nam & „jus naturale & jus gentium immutabilia ſunt. *§. pen.* „*Inſt. I. N. G. & C.* ibi, *Sed naturalia quidem jura* „*quæ apud omnes gentes peræque obſervantur, di-* „*vina quadam providentia conſtituta, ſemper firma* „*atque immutabilia permanent.* Sane inſtinctus quoque „omnibus animantibus inditus perpetuus eſt, & perpetuam cauſam habet.

„*c*) (QUOD ANIMANTIBUS CUM HOMINE SIT COM- „MUNE:) ICti Romani jus naturale a jure gentium diſtinguere

„ſtinguere, imo invicem opponere videntur: *Jus e-*
„nim *naturale* definiunt, *quod natura omnia anima-*
„*lia docuit. l. 1. ff. de juſt. & jur.* & *cujus animalia*
„*quoque peritia cenſentur, d. l. 1.* At *jus gentium* id
„demum dicunt, *quod ratio naturalis inter homines*
„*conſtituit. d. l. 1.*

„Equidem inepta plerisque videtur deſcriptio illa
„*juris naturalis*, quæ brutis ſcientiam, peritiam quin
„& communionem aliquam juris tribuit; cum omne
„jus hominum tantum intelligentium proprium ſit
„*§. fin. Inſt. de jure nat. & gent. &c.* Alii verum jus
„naturæ hic deſcribi, ajunt, & etiam cum brutis jus
„naturæ eſſe hominibus, indeque natura nefas eſſe
„animal offendere, aſſerunt: (jus enim in bruta ho-
„mini ex jure divino demum competere putant. *Gen.*
„*I. 26. & 28.* jus vero veſcendi carnes demum poſt
„lapſum. *Gen. IX, 2. 3.*) Hinc concludunt, bruta quo-
„que obligari ad id quod natura æquum & bonum eſt;
„indeque noxiam committere, quod delictum eſt,
„*arg. tot. tit. Inſt. & ff. ſi quadr. pauper. l. 1. pr. §.*
„*2. & 6. ff. eod.* Atque hanc ſententiam acriter de-
„fendunt Mæſtertius *de juſt. legum Rom. lib. I. dub. 7.*
„*ibique Dd.* Alber. Gentilis *lib. 3. ep. c. 1.* Covarruvi-
„as *in relect. Cap. peccatum part. 2. §. 11. n. 4.* Carra-
„ſius *de juris arte p. 2. c. 3.* Suaretz *de legib. L. 2. C. 17.*
„idque ex mente Thomæ. *I. 2. qu. 85. & II. 2. quæſt.*
„*7. art. 3.*

"Alii excuſant ICtos, eosque ex erroneis religio-
„nis ſuæ principiis hanc deſcriptionem hauſiſſe pu-
„tant: Originem enim eam traxiſſe putat Puffendor-
„fius ex Metempſychoſi, ſeu transmigratione anima-
„rum; Cum enim animæ in beſtias quoque tranſire,
„adeoque hactenus ratione uti dicuntur, inde con-
„jecturantur ICtos ex illo ſuppoſito brutis jus ali-
„quod naturæ tribuiſſe. *Puffend. jur. nat. L. 2. C. 3.*
„*§. 5.* Alii ajunt improprie ius tribui brutis propter
„umbram rationis quæ in ipſis eſt. *Grot, h. §. 11.*

„Communiter Doctores diſtinguunt inter jus & in-
„ter inclinationem ſeu motum naturæ, ac contendunt,
„jus naturæ brutis quoque commune eſſe quod ad in-
„clinationem, non quod ad jus attinet. Vid. *Brunnem.*
„*ad leg. 1. §. 3. & 4. ff. de juſt. & jur.* Eamque ſenten-
„tiam olim quoque defendi in jure meo controverſo.
„Dixi nimirum *jus naturale*, quod ad *rem & actus*
„*naturales* attinet, ad animalia pertinere, quia hæc
„quoque ſeſe conjungunt, fœtum procreant, eum-
„que educant: At *jus*, qua jus, ad ea non pertinere,
„quia animalia hos actus non exercent ad formam &
„amuſſim juris, ſed per ſolum inſtinctum: quæ di-
„ſtinctio inter jus & actum ex ipſis verbis legis innui
„videtur: poſtquam enim JCtus ex jure naturali animan-
„tibus communi *conjunctionem maris & fœmina* de-
„ſcendere dixit, quæ rem & actum ſignificat; ſtatim
„addit, *quod nos matrimonium appellamus*, eoque
„indigitat rem hanc inter homines alio modo, & ju-
„xta rationem juris, peragi debere: Verum in alle-
„gatis textibus nihil de *inclinatione*, *de re*, *& de actu*
„*juris naturalis* dicitur: ſed loquitur JCtus *de præ-*
„*ceptis juris naturalis* ex quibus jus civile ortum
„eſt, & de ipſo *jure naturali* ait, illud eſſe, quod na-
„tura omnia animalia docuit; atque hoc *jus* brutis
„quoque commune eſſe traditur, *d. pr. d. l. 1.* ibi:
„Nam jus istud *non humani generis proprium ſed*
„*omnium animalium.* Et mox, *videmus enim cætera*
„*quoque animalia, feras etiam, hujus juris pe-*
„*ritia cenſeri:* Atque hinc idem JCtus differentiam
„*juris* naturalis & gentium in eo ponit, quod *illud*
„omnibus animantibus, *hoc* ſolis hominibus inter ſe
„commune ſit: Certiſſimo indicio ipſum *jus* hic tri-
„bui animantibus, nec inter jus & ejus actum di-
„ſtingui.

„Verius ergo eſt, improprie *jus naturale* hic denotare
„*facultatem* & *potentiam* agendi juxta motum, ſen-
„ſum, & inſtinctum materiæ (i. e. corpori omnium
„animantium) ab Authore naturæ inſitum: Hæc *po-*
„*tentia* agendi non dependet ab ulla rationis regula,
„ſed a ſolo naturæ motu. Hoc *jus*, ſeu *hæc facul-*
„*tas*, eſt effectus non ratiocinationis, ſed naturæ ma-
„terialis; Homines æque ac bruta ad *jus hoc* i. e. ad
„hanc facultatem feruntur ſola naturæ vi, omni ſe-
„poſita ratione: Atque hactenus omnino verum eſt,
„feras etiam hujus *juris*, i. e. *potentiæ*, peritas cenſe-
„ri; atque hunc verum & genuinum vocis *juris na-*
„*turalis* in illo loco ſenſum eſſe, tum ex ipſa JCti
„hypotheſi, tum ex ſubjectis exemplis, tum ex aliis
„Digeſtorum locis, tum ex oppoſitione cum eo jure
„naturæ quod ex ratione deducit, & quod jus gen-
„tium vocat Ulpianus, tum ex uſu Philoſophorum
„&c. demonſtravimus *in Diſſ. proœm. IV. §.*

„Cæterum nullo ſenſu juſtitiam in bruta cadere
„poſſe nunc demonſtrabimus: Nam 1) omne jus, ex quo
„obligatio oritur, non niſi ex ratione innoteſcit, ſup-
„ponit enim voluntatem ſuperioris, & quidem talem
„voluntatem, quæ ex juſtis rationis concluſionibus in-
„fertur: Cum autem bruta ſuperiorem non cogno-
„ſcant, nec juſſum ejus intelligant, nec jus aliquod,
„unde obligentur, in iis concipi poteſt. Unde 2)
„inter ipſos homines illi qui exercitio ſaltem ratio-
„nis deſtituuntur, indeque per juſtas concluſiones vo-
„luntatem illam ſuperioris percipere non poſſunt,
„juris non ſunt capaces, neque ex delicto, nec ex alio
„negotio civili obligantur: quod in infantibus & fu-
„rioſis obſervare licet. *l. 14. ff. Off. præſ.* Idque 3)
„de brutis quoque diſerte traditur in *l. 1. §. 4. ſi qua-*
„*drup.* Ubi Ulpianus ait, pecudem injuriam facere
„non poſſe. Conf. *l. 1. ff. Injur.* Quæ quæſo 4) non ſeque-
„rentur monſtra ex hoc principio. Si enim anima-
„lia intelligerent voluntatem & juſſum ſui Creatoris,
„eique obligarentur, ſequeretur bruta quoque cole-
„re debere Deum, quod abſurdum eſt: Sequeretur 5)
„pecudes violantes illam voluntatem divinam æternis
„pœnis obnoxias fore; adulteria, furta, aliaque crimi-
„na ab iis committi; indeque pœnas quoque iis
„infligendas eſſe, quæ nec a judice in caſibus de qui-
„bus diſpenſare non licet, remitti poſſent. Sed &
„6) ſequeretur, hominem jus in animalia non habe-
„re, eumque ſine injuria pecudi nec jugum impone-
„re, nec illam occidere poſſe: adeoque judicem in
„talem hominem, tanquam beſticidam, animadverte-
„re debere. Quæ omnia cum rationi & experien-
„tiæ contraria ſint, merito omnes gentes judica-
„runt jus in bruta non cadere. Præter autoritates a
„Grotio *hoc §. 11.* ibique in notis a Teſmaro, aliis-
„que, allegatas, egregie id firmat Auguſtinus in
„*Can. mulier. &c. 15. qu. 1.* ibi, *quæritur quomodo ſit*
„*reum pecus, cum ſit irrationale, nec ullo modo le-*
„*gis capax.* Add. *Seld. J. G. l. 1. c. 4. & 5. Cic. l. 1.*
„*d.*

[d] quod arctiori significatu vocant jus naturæ, [e] aliud hominum proprium, [f] quod sæpe jus gentium nuncupant, [g] usum vix ullum habet. [h] Nam

„*de leg. c. 7. & de offic. L. 1. c. 4. Salmaf. de usur. c. 9. Juven. Sat. 14. Cic. L. 2. de fin.*

„Neque his *obstat* 1) quod tamen negari non possit in brutis quoque rationem exstare, quod tum ex cerebri situ, tum ex deliberatione & ratiocinandi facultate extra dubium ponitur: Equidem persuadere nunquam mihi potui motus animalium esse meram machinam, & effectum sensuum seu materiæ: Sane si motus illi admirandi qui in elephante, in simiis, in canibus, in apibus, araneis, formicis, &c. inveniuntur, qui ordinem adeoque prudentiam supponunt, qui ad certum finem prævia deliberatione agunt, ex machina sensuum, i. e. ex materia proveniunt, nihil obstare video, cur non & hominum actiones ac motus eidem machinæ tribui possint; nec causam video cur *priores* motus *instinctui*, *posteriores* vero *rationi* tribuantur.

„At exinde non sequitur justitiam quoque in bruta cadere: nam ad id requiritur ut notitiam habeant Dei, ut intelligant ejus voluntatem, & ut metuant ejus pœnam; quæ omnia cum in brutis cessent, nulla ratio juris in illis superest.

„His ita positis, metuendum non est ne ratio humana cum ratione bestiarum confundatur; nam humana ratio id præcipuum habet, quod ea sola Deum, legislatorem, cognitum habeat, adeoque sola ejus voluntatem intelligat, indeque bonum & malum distinguere, eoque poenas vel præmia mereri valeat? Ratio brutorum hæc omnia ignorat, Deus horum rationi alios præscripsit fines, nulla ei inest notitia Creatoris, nulla distinctio boni & mali ex ea sequitur, nulla cognitio meriti ac demeriti. Adeoque tota brutorum ratio spectat solos actus physicos, neutiquam vero actus morales, utpote qui in brutis concipi non possunt.

„Neque, quod 2) *objici* solet, definitio Ulpiani aliquod subsidium doctrinæ adversariorum tribuit; quia dictum jam est *jus naturale* ab Ulpiano sensu particulari accipi *pro facultate*, pro *potentia* materiæ insita, pro *motu materiali*, juxta quem Creator omnia animantia agere jussit: Ex hoc *jure naturali* (i. e. ex hac facultate, potentia & motu naturali) quod solu sensu non ratione percipimus, non infertur justitia, seu ars, æqui & boni nisi præterea ratio accedat, & ex illa demum intelligatur quis jusserit, quid jusserit, & in quem finem jusserit:

„Neque *obstat* 3) quod ICti Romani noxiam tribuant pecudi, adeoque delictum: *Vid. L. 1. pr.* ibi *quæ lex* (scil. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur) *voluit aut dari id quod nocuit, i. e. id animal quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ offerre:* NOXIA AUTEM EST IPSUM DELICTUM: Resp. *Noxia* seu *delictum* quod animal committere dicitur, nihil aliud significat quam *damnum*: Ita enim sæpius in jure delictum pro damno accipitur ut *in l. 11. §. p. de poen.* ubi casu aliquis delinquere i. e. damnum dare dicitur; indeque is qui ita casu delinquit male non agit. *per text. expr. in §. 4. Inst. de Leg. Aquil.* Idque verba quoque legis indigitare videntur, quia verba illa *noxia autem est ipsum delictum* se referunt ad verba præcedentia, quæ animal *quod noxiam commisit*, (i. e. damnum dedit) dedi volunt: adeoque delictum idem est quod damnum. Hinc ipse ICtus statim fatetur pecus injuriam facere non posse quod sensu caret: *l. 1. §. 3. si quadrup.* quia delictum verum sine injuria non committitur. *l. 1: l. 5. C. Leg. Corn. Sicc. l. 31. ff. Leg. Aquil.* Denique vox ipsa *noxia* a nocendo est; unde *noxium* & *innoxium* damnosum vel non damnosum dici solet.

d) (QUOD ARCTIORI SIGNIFICATIONE VOCANT JUS NATURÆ:) i. e. potentiam, facultatem, vim & motum naturæ.

„*e*) (ALIUD HOMINUM PROPRIUM:) Quod præter potentiam naturalem, etiam necessitatem moralem supponit; cujus causa est ratio, non sola vis naturæ.

„*f*) (QUOD SÆPE JUS GENTIUM NUNCUPANT:) JCti Romani, cum de jure naturæ quod inter rationales creaturas obtinet agunt, semper intelligunt jus gentium. Neque præterea aliud jus gentium, quod non sit simul jus naturæ, agnoscunt. Ideo autem jus gentium vocant, quia inter omnes gentes observatur. *§. p. Inst. de rer. div.* Unde Cicero *in Tusc. quæst. l. 1.* ait, *omni in re consensionem omnium Gentium legem naturæ putandum esse.*

„Atque hinc est, quod ICti Romani promiscue usi fuerint voce *juris naturæ, & juris gentium. Paulus* ait: Is *natura* debet, quem *jure gentium* dare oportet, cujus fidem secuti sumus: Gajus *in l. 2. ff. de rer. div.* aerem, aquam, mare & littora refert ad res *naturali jure* communes: at in *l. 4. eod.* hanc communionem ex *jure gentium* deducit: ibi: *quia non sunt juris gentium uti mare*: Unde Imperator quoque, postquam asseruit maria & littora *jure naturæ* esse communia, *§. 1. & 2. Inst. Rer. div.* idem mox tribuit *juri gentium, §. 5. & 14. eod.* Idem Gajus *in L. 7. ff. Acq. rer. dom.* statuit, quarundam rerum dominium nos nancisci *jure gentium*, id autem statim definit, *quod ratione naturali inter omnes homines peræque observatur.* Sed & porro idem ICtus *in l. 3. pr. ff. Acquir. rer. dom. & l. 3. ff. rer. div.* inter modos acquirendi dominii *juris naturalis* refert occupationem rerum quæ nullius sunt, & per quam res nostræ fiunt: cum tamen Hermogenianus discretionem dominiorum *juri gentium* tribuat in *l. 5. ff. just. & jur.* unde furta *jure naturali* prohibita dicuntur. *l. 1. §. fin. ff. de furt. & l. 42. ff. de V. S.* Denique prohibitio incestus *juri naturali* adscribitur *in l. 14. ff. de rit. nupt.* In *l. fin. eod.* tribuitur juri Gentium. *Conf. l. 38. §. 2. ff. de adult. l. 5. §. 1. ff. Cond. sine causa.* Cicero quoque promiscue his vocibus utitur: is enim *in l. 3. de off. c. 5.* ait. *Neque hoc solum natura*, i. e. *jure gentium, sed etiam legibus populorum, constitutum est.* Atque hinc notanter Gajus & Paulus duo saltem iura in republica obtinere ajunt, *naturale & civile*: certissimo indicio, *naturale* ipsis idem esse quod *jus gentium. Conf. l. 6. ff. de Just. & jur. Arist. Nicom. V. 10 & Not. ad proleg. §. 17.*

g) USUM VIX ULLUM HABET:) Imo usus ejus insignis est 1) ad intelligendam iuris naturalis originem, & natu-

[b] Nam juris proprie capax non est nisi natura præceptis utens generalibus quod recte vidit Hesiodus;

Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων:
Ιχθύσι γὰρ καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
Εστέμεν ἀλλήλȣς. ἐπεὶ ȣ̓ δίκη ἐςὶ μετ' αὐτῶν.
[i] Ανθρώποισι δὲ ἔδωκε δίκην ἣ πολλὸν ἀρίςη.

Humano generi nam lex datur ab Jove summo
Quippe feræ, pisces, avium genus alti volantum
Mutua se vertunt in pabula, juris egentes.
Justitia at nobis quæ res est optima, cessit.

In equis, in leonibus justitiam non dicimus, inquit Cicero de officiis primo. Plutarchus in vita Catonis majoris, νόμῳ μὲν γὰρ καὶ δικαίῳ πρὸς ἀνθρώπȣς μόνον χρῆσθαι πεφύκαμεν: *Lege & justitia adversus homines tantum natura utimur.* Lactantius lib. V. *In omnibus enim videmus animalibus quæ sapientia*

naturam, ac unde ab altera specie juris naturæ differat: Utrumque enim a natura, i. e. authore naturæ, originem habet; Alterius natura consistit in solo motu naturali & instinctu, alterius in ratione; Alterum omnibus animantibus commune est, alterum solis hominibus: 2) Multum facit hæc distinctio ad probationem juris naturalis inter homines; docetur enim esse a natura, quod natura in omnibus animantibus condidit. Sane ex quo instinctus in brutis æque ac in hominibus deprehenditur, evidentior apparet voluntas divina, quæ instinctus illos voluit hominibus cum brutis esse communes, adeoque eo certior est facultatis agendi vel non agendi ratio: In cæteris enim actibus dubitari adhuc de voluntate Creatoris potest, at ubi voluntatem suam signis adeo certis declaravit, nulla amplius dubitandi ratio superesse potest.

ADDITIO.

„ICti Romani ea iura naturæ quæ ex sola ratione „sequuntur, distinxere ab illis naturæ iuribus quæ præ„terea ex instinctu, ex motu materiæ indito oriuntur, „& hactenus reliquis animantibus communia sunt: „indeque recte ius naturæ materiale vocari pos„sunt.

„Huius igitur discriminis nullus alius usus est, quam „ille quem B. Parens secundo loco notavit; Nimi„rum, ut ex his motibus a Creatore omnibus animan„tibus inditis eo certius de voluntate Creatoris con„stet, actus hos licitos esse: Sed, cum præterea Deus „hominibus rationis usum concesserit, ex hac ra„tione constat, motus illos naturales non promiscue „licitos esse, sed intra fines per rationem præscriptos: „Hinc conjunctionem maris & fœminæ licitam esse „ex instinctu probatur; sed ratio nos docet eum fal„tem fieri debere *ad individuam vitæ consuetudinem*, „i. e. per matrimonium: Et sic in cæteris. Discri„men hoc ex mente JCtorum Romanorum illustravi„mus supra *in not. ad §. 3. & in Diss. Prooem. IV. §. „42. seq.*

„*b*) (NAM JURIS PROPRIE CAPAX NON EST NI„SI NATURA PRÆCEPTIS UTENS GENERALIBUS:) „Quid per hæc præcepta generalia intelligat Author „explicavit in *Proleg. §. 7. & 8.* scil. custodiam socie„tatis humanæ rationi convenientem, & convenientiam „cum natura humana, seu judicio recte conformato „ad discernendum utilia ab eis quæ nocent. *Proleg.* „*§. 9.* Cum vero hæc principia generalia non agno„scamus, inprimis in disciplina iuris, alia ratio cur „ius in bruta non cadat afferri debet: Sane iuris ca„paces sunt saltem illæ creaturæ, quæ ratione utuntur „& voluntatem Creatoris intelligunt, adeoque quibus „cognitum est, quid agere vel non agere debeant. Hanc „autem intelligentiam natura eiusque Author solis „hominibus concessit; bruta enim neque Deum co„gnitum habent, neque eius voluntatem intelligunt, „neque sciunt bene aut male se agere: Frustra igi„tur brutis ius statueretur, quæ nullam boni malique no„titiam habent, frustra pœnæ ponerentur quarum ratio„nem ignorant; egregie Lactantius, *nesciunt enim ma„lum esse nocere*: Quod plenius in præcedentibus expli„cavimus.

i) (Ἀνθρώποισι δὲ ἔδωκε δίκην) Juvenalis Satyra XV.

Venerabile soli
Sortis ingenium divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendisque artibus apti,
Sensum e coelesti demissum, traximus arce,
Cujus egent prona & terram spectantia. Mundi
Principio indulsit communes Conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præstare juberet,
Dispersos trahere in populum &c.

Chrysostomus ad VII. Rom. τὸν τῆ δικαίȣ καὶ ἀδίκȣ λόγον ȣ̓δὲ κινεῖν δεῖ ἐπὶ τῶν ἀψύχων καὶ ἀναισθήτων.

k) NO-

tia carent conciliatricem sui esse naturam. [k] *Nocent enim aliis ut sibi prosint: Nesciunt enim quia malum est nocere. Homo vero, quia scientiam boni & mali habet, abstinet se a nocendo etiam cum incommodo suo.* [l] Polybius, cum narrasset quibus initiis primum convenissent homines, addit, [m] si quis in parentes aut beneficos injurius fuisset, fieri non potuisse, quin id cæteri ægre ferrent, ratione addita: τῦ γὰρ μένȣς τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεσι νȣ̃ καὶ λογισμȣ̃, φανερὸν ὡς ȣ̉κ ἂν εἰκὸς παρατρέχειν αὐτȣ̀ς τὴν προειρημένην διαφορὰν καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλον ζώων, ἀλλ' ὑπισημαίνεσθαι τὰ γινόμενα [n] καὶ δισαρνεῖσθαι τοῖσ παρȣ̃σι *Quoniam enim humanum genus hoc aliis animantibus distat, quod mente ac ratione utitur,* [o] *omnino credibile non est tam alienum a natura sua actum ab ipsis dissimulatum iri, ut in aliis animantibus: sed quod factum est, revocatum iri ad animum cum offensæ significatione.* Lib. VI.

2. Quod [p] si quando [q] brutis animantibus justitia tribuitur [r] id fit improprie, [s] ex quadam in ipsis umbra rationis atque vestigio. At

„*k*) (NOCENT ENIM ALIIS UT SIBI PROSINT.) „Imo sæpius sibi nocere ut prosint aliis ipse Author „probavit *supra in proleg. §. 7.*

„*l*) (POLYBIUS :) *Lib. VI. C. 4.*

m) (Grot.) SI QUIS IN PARENTES AUT BENEFICOS INJURIUS FUISSET:) Exemplum vide in Chamo, *Gen. X.* 22. ubi pœna sequitur.

n) (Καὶ δυσαρεςεῖσθαι:) Chrysostomus XIII. de statutis, καὶ γὰρ τὸ συναγανακτεῖν τοῖσ ὑβριζομένοις φυσικὸν ἅπαντες ἔχομεν. ὐθέως ȣ̃ν τοῖς ἐπηρεάζȣσιν ἐχθροὶ γινόμεθα κἂν μηδὲν ὦμεν αὐτοὶ πεπονθότες. *Natura id habemus, ut indignationem nostram conjungamus cum iis qui male tractati sunt. Illico enim injuriosis hominibus infensi fimus, etiamsi ad nos nulla pars injuria pervenit.* Scholiastes ad Horatium Satyra III. lib. I. *Sensus aliter indignatur & animus, cum audierit homicidium factum: aliter cum furtum.*

„*o*) (OMNINO CREDIBILE EST:) Injuria in *pa*„*rentes* non exinde demum illicita fit, quod credibi„le sit alios eam ægre laturos: sed tum ex commu„ni hominum jure, quo nemini injuriam inferre li„cet; tum ex lege generationis, vi cujus liberi re„verentiam debent parentibus a quibus orti sunt, & cu„jus sanctimoniæ rationem exponemus *infra l.2.c.5.§.1.* „Injuria in *beneficos* prohibetur ex solo jure com„muni hominum, quod vult neminem a nobis lædi „debere.

p) (Grot.) (SI QUANDO:) Divinationem quandam justitiæ in elephantis notat Plinius lib. VIII. cap. V. Idem libro X. narrat aspidem fuisse quæ suum ipse catulum necaret, quod is catulus hospitis filium interemisset,

„*q*) (BRUTIS ANIMANTIBUS JUSTITIA TRIBUI„TUR:) Imo hæc nunquam tribuitur brutis: Et „supra jam dictum est, JCtos dum *jus naturale* eis „commune faciunt intelligere potentiam, faculta„tem, vim, & motum naturæ materialem. Sane „Ulpianus, Author illius definitionis, alibi a bruitis „injuriam non inferri ait, quia sensu i. e. ratione ca„rent. *l. 1. §. 3. ff. si quadrup.*

r) (ID FIT IMPROPRIE EX QUADAM IN IPSIS UMBRA RATIONIS:) Male Author brutis umbram rationis tribuit; quicquid enim agunt non ex ratione agunt, sed ex instinctu. Equidem Author in notis suis *ad h. §.* allegat quædam exempla de elephante & aspide, atque exinde concludit in brutis quoque umbram rationis, eoque & justitiæ existere. De elephante enim asserit Plinius *Hist. l. 8. c. 1.* quod in eis amoris & gloriæ voluptas, probitas, prudentia, æquitas, religio quoque siderum solisque, ac lunæ veneratio sit, eos non conscendere naves, maria transituri, nisi prævio rectoris jurejurando de reditu, & *c. 5.* ait fuisse tale animal, quod græcè quoque scripserit: quod thema usque ad *cap. 6.* persequitur. De aspide idem refert Plinius *Lib. 10. cap. 47.* quod suum ipse catulum necaverit, quod is catulus hospitis filium interemisset. Sed fabulæ hæ sunt, quibus scatet totus Plinii liber.

Neque *obstat* pœnam aliquando infligi brutis: Ita enim lex ea comburere jubet in crimine sodomiæ, &c. Nam id non fit in pœnam, sed ne memoriæ & offensio horrendi criminis inter homines versetur. Sic si noxæ deduntur animalia, id non est pœna ratione noxæ, sed ratione domini, cui magis imputatur quod talia animalia vitiosa habuerit: *l. 1. §. 8. & 11. ff. si quadrup.*

s) (Grot.) (EX QUADAM IN IPSIS UMBRA RATIONIS:) Seneca de ira libro I. cap. III. feras ira carere dixit, sed pro ira habere impetum. *Muta animalia*, ait, *humanis affectibus carent: habent autem similes illis quosdam impulsus.* Sic in bestiis non esse κακίαν sed οἱονεὶ κακίαν non vitia, sed vitiorum simulacra dixit Origenes contra Celsum. ὡς ἂν θυμȣ̃σθαι τὸν λέοντα *velut irasci leonem*: Peripatetici apud Porphyrium de non esu animantium tertio.

[t] An vero actus ipse de quo jus naturæ constituit, sit nobis communis cum aliis animantibus, [u] ut prolis educatio; an nobis proprius, [x] ut Dei cultus, [y] ad juris ipsam naturam nihil refert.

§. XII.

1. Esse autem aliquid juris naturalis, probari solet [a] tum ab eo quod prius est, [b] tum ab eo quod posterius. Quarum probandi rationum [c] illa subtilior est, [d] hæc popularior. A priori, [e] si ostendatur rei alicujus convenien-

ADDITIO.

„Author in *proleg.* §. 7. distinxit homines a brutis, „quod hæc agant ex principio intelligente aliquo ex„trinseco, atque hoc principium umbram rationis „vocat.

„t) (AN VERO ACTUS IPSE, DE QUO JUS NA„TURÆ CONSTITUIT, SIT NOBIS COMMUNIS CUM „ALIIS ANIMANTIBUS:) Quidam enim actus æque „brutis ac hominibus sunt communes: & quia natu„ra hactenus æquales motus indidit utrisque, JCti hos „actus speciatim ad jus naturæ retulerunt; i. e. ad „facultates agendi naturales: Obligatio autem ex his „actibus non oritur nisi inter homines, qui actus illos „peragunt juxta rationis regulas, utpote quæ motus „illos naturales temperant, certisque finibus inclu„dunt.

„u) (UT PROLIS EDUCATIO:) Huc pertinet quo„que conjunctio maris & fœminæ, *l. 1. §. 3. eod.* & „necessaria defensio, quam inter prima naturæ ideo „refert Author infra *c.* 2. §. 1. Hos enim actus ex „solo motu naturali ac instinctu, citra rationem seu „intelligentiam legis, & homines & bruta peragunt.

„x) (UT DEI CULTUS:) Et omnia reliqua jura „quæ non ex motu materiali, sed ex ratione & in„tellectu sequuntur, atque ideo juris gentium esse dicun„tur.

„y) (AD JURIS IPSAM NATURAM NIHIL RE„FERT:) Certum enim est bruta actus illos non „perficere ex ratione, i. e. ex cognitione aliqua le„gis, seu voluntatis divinæ; ex qua sola necessitatis „& pœnarum ratio, i. e. jus naturæ sequitur, sed „ex sola naturæ vi ac motu materiali: Vid. *Tesm.* „*b.* Cæterum jam dictum est, JCtum per *jus natu„rale* tantum intelligere potentiam *naturæ*.

(§. XII.) Author duos modos probandi jura naturæ constituit, alterum a priori, quando nimirum aliquid convenit cum natura rationali, alterum a posteriori, quando omnes gentes consentiunt & aliquid pro jure habent. Prior non est modus probandi universalis; posterior præsumtionem facit.

„a) (TUM AB EO QUOD PRIUS EST:) i. e. per certas „rationis conclusiones, si nimirum ex iis constat jus „seu facultatem habendi vel agendi alicui quæsitum „esse.

„b) (TUM AB EO QUOD POSTERIUS;) quando „recta illatio non ex naturæ principiis procedit, sed „ex communi aliquo consensu. *Proleg.* §. 40.

„c) (ILLA SUBTILIOR:) quia ex ratione proce„dit. *d.* §. 40.

„d) (HÆC POPULARIOR:) quia ex exemplis & ju„diciis proborum virorum desumitur. *Prol.* §. 40. „*&* 45.

e) (SI OSTENDATUR ALICUJUS REI CONVENIENTIA AUT DISCONVENIENTIA NECESSARIA CUM NATURA RATIONALI AC SOCIALI:) Cum enim principium juris naturæ Authori sit *custodia societatis humanæ*, inde infert, ea quæ conveniunt illi custodiæ esse juris naturalis: dum enim Deus vult societatem, voluit etiam eam conservari. Atque hæc probatio Authoris dicitur *a priori*.

Nos non tantum aliud principium juris naturæ, scil. voluntatem divinam posuimus, sed & modos legitimos probandi jura naturæ in *Pos.* 4. explicavimus. Sane modi ab Authore relati non sunt universales; nam etsi inde probentur ea jura quæ societati conveniunt vel repugnant, non tamen reliqua jura naturæ inde sequuntur. Repetendum igitur est ex *Posit. I.* homines tamdiu libere omnia agere donec facultas illa restricta probetur a Deo, qui solus superior est: idque *jus permissivum* dicitur:

Voluntas autem Dei restrictiva, i. e. *jus præceptivum* probatur

1.) Ex motu universali omnibus hominibus indito; ex illo enim motu apparet Deum id cujus motum toti humano generi indidit enixe voluisse.

2.) Ex actione Creatoris probatur, Deum id quod agit voluisse, quia alias non egisset.

3.) Ex fine creationis necessario infertur voluntas agentis si is necessarius sit: is enim vult qui ad certum finem i. e. cum intentione aliquid facit.

4.) Ex medii necessitate: Si enim Deus quædam vult, & ad certum finem vult, necessario etiam ea voluisse videtur sine quibus finis ille obtineri nequit.

5.) Ex perfectione Creatoris: nam si per ipsam suam perfectionem aliter velle non potuit, inde sequitur, Deum necessario id voluisse.

ADDITIO.

„Grotius utrumque jus naturæ, & *sociale* & *la„xius*, seu jus *humanæ naturæ*, a *priori* probari ait, „quando actus convenit vel disconvenit cum *na„tura sociali* aut *humana*. Cum vero sæpius dictum, „& in *Dissertatione proœm. I. & II.* late demon„stratum sit non existere societatem humanam „adeoque nec *jus sociale*: Præterea *jus laxiori sensu „sumtum* non sequi ex natura humana, seu *judicio „recte conformato ad eligendum quæ prosunt vel no„cent*, facile inde constat, ex convenientia vel discon„venientia cum natura sociali & humana nullum „jus naturæ inferri. Quod vel ex eo solo extra o„mne dubium ponitur, quia Grotius Deum ab his ju-

venientia necessaria *f* cum natura rationali ac sociali; a posteriori vero, si non certissima fide, certe probabiliter admodum, *g* juris naturalis esse colligitur id quod apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale esse creditur. *h* Nam universalis effectus universalem requirit causam: *i* Talis autem existimationis causa vix ulla videtur esse posse, præter sensum ipsum, communis qui dicitur.

2. Hesiodi est dictum a multis laudatum:

Φήμη δ᾽ ὄυτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ
Λαοὶ Φημίζωσι

Non etenim penitus vana est sententia, multi
quam populi celebrant.

k Τὰ κιονῆ Φαινόμενα πιςά, *quæ communiter ita videntur fida sunt*, ajebat Hera-

„juribus excludit, adeoque superiorem, qui generi „humanu legem dare potest. demit.

„Rectius B. Parens principium juris naturalis „in *voluntate Dei* ponit, & *quid voluerit* ex „quinque probandi modis, ab ipsa ratione desum-„tis, deducit. Hos probandi modos late exposui-„mus in *Dissertatione proœmali X.* & nos illustravi-„mus in *Differt. prooem. XII.* §.24. *seq.*

„Cum veru plerique Doctores juris naturalis re-„gulam quandam generalem, seu propositionem uni-„versalem, sub qua omnis & singula jura naturæ con-„tineantur, desiderent; hurum quoque desiderin satis-„fecimus, ac ex ipsa definitinne justitiæ demon-„stravimus *Deum voluisse ut jus suum cuique tri-„buatur*. Sane re ipsa in Dissertatinne proœmiali „XII. probavimus, nullum jus naturæ superesse quod „nnn necessarin ex hac regula sequatur, atque ex illis „demonstrandi modis deduci possit. *Vid. Prol. p. 17.*

„*f*) (CUM NATURA RATIONALI AC SOCIALI:) „Duplicem hanc naturam *in proleg.* §. 8. & 9. exa-„minavimus. *Rationalis* natura circa virtutes & regu-„las perfectionum versatur, at male ejus funda-„mentum ponitur in judicio recte conformato ad „discernenda utilia a noxiis. *Socialis* natura fi-„gmentum est, & talem non dari ibidem demon-„stravimus.. Sed etsi detur, non tamen erit modus „probandi universalis, quia talia sunt jura naturæ „quæ plane ex socialitate non sequuntur; alia quæ „ei contrariantur, & alia quæ conveniunt sociali-„tati, & tamen natura probibentur. *Diss. pr. 1. §. 41. seq.*

g) (JURIS NATURALIS ESSE COLLIGITUR ID QUOD APUD OMNES GENTES, AUT MORATIORES OMNES TALE ESSE CREDITUR:) Hæc probandi ratin non est perpetua, quia gentes sæpius in aliquid consentiunt, non quod putent id descendere ex jure naturæ, sed quod communis necessitas aut utilitas consensum illum eliciat: Sed tunc consensus ille non probat jus naturæ, sed *jus gentium secundarium*. Interim negari nequit consensum hunc præsumtinnem facere: Sane si cum nostris probandi modis coovenit, eo certior est demonstratio juris naturæ. Atque hactenus verum est quud Cicero *L. 1. Tusc. in pr.* ait, *omnium consensus natura vox est.*

ADDITIO.

„Gentium consensus, utut universalis, caute ad-„modum adhibendus est. Sæpius enim consen-„tiunt gentes in principium quod notorie falsum „est, quo pertinet communis gentium doctrina de „æternitate materiæ: Sic in demonstrationibus „juris naturæ sæpius fallit ille consensus: „Omnes enim gentes polytheismum & Idolorum „cultum admittunt, nun tamen inde sequitur hæc „esse juris naturæ; & actus hos esse natura licitos.

„*h*) (NAM UNIVERSALIS EFFECTUS UNIVER-„SALEM REQUIRIT CAUSAM:) Hoc verum est, si „recta illatio ex naturæ principiis procedit, uti „ipse Author asseruit in *proleg.* §. 40.

i) (TALIS AUTEM EXISTIMATIONIS CAUSA VIX VIDETUR ESSE POSSE PRÆTER SENSUM IPSUM, COMMUNIS QUI DICITUR:) Imo traditio quoque parentum, peregrinatiooes, ratinnes utilitatum, quæ inter plerasque gentes sunt communes, quin & communis error causa esse potest universalis consensus, quod ex doctrina de polytheismo &c. apparet.

„(HESIODUS.) sequuntur autoritates quæ multum „tribuunt consensui universali gentium, quibus ad-„de *Lactant.* 5. 13. ibi: *non est stultitia in quam tan-„ta hominum millia per orbem totum una & pari „mente consentiunt*; Conf. *supra proleg.* §.40.

„Monet autem Author se intelligere gentes mo-„ratiures: Sunt enim quædam gentes adeo feræ, ut „potius bestiarum, quam hominum numero ha-„bendi sint.

k) (Grot.) (τὰ κοινῆ Φαινόμενα πιςὰ:) Aristnteles Nicom. X, 11. ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ τοῦτο εἶναι Φαμὲν ὁ δὲ ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίςιν ὀ πάνυ πιςότερα ἔχει. *Quod omnibus ita videtur, id ita esse dicimus, qui vero hanc fidem velit tollere nihilo ipso credibiliora dicit.* Seneca: *In tanta judiciorum diversitate referendam bene merentibus gratiam omnes uno tibi, quod ajunt, ore affirmabunt.* Quintilianus: *Consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut vivendi, consensum bonorum.* Josephus antiquæ historiæ XVI. ἔθνος μὲν γὰρ ὐδέν ἐςι γένος ὃ τοῖς αὐτοῖς. ἀεὶ χρῆται κατὰ πόλεις ἔθ᾽ ὅπη πολλῆς γινομένης τῆς δια-

Heraclitus statuens λόγον τὸν ξυνὸν optimum esse veritatis κριτήριον. Aristoteles: κράτιστον πάντας ἀνθρώπους φαίνεσθαι συνομολογοῦντας τοῖς ῥηθησομένοις: *potentissima probatio est, si in id quod dicimus omnes consentiant.* Et
l Tusc. Cicero: *In re consensio omnium gentium jus naturæ putanda est.* [l] Se-
Ep. 117 neca: *Argumentum veritatis est aliquid omnibus videri.* [m] Quintilianus: *Pro certis habemus ea in quæ communi opinione consensum est.* Non frustra autem dixi gentes moratiores: nam, ut recte notat Porphyrius, [n] τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται, ἐξ ὧν οὐ προσήκει τοὺς εὐγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καταψεύδεσθαι φύσεως: *quædam nationes efferatæ sunt, & factæ inhumanæ, ex quibus non oportet ab æquis judicibus æstimatione facta humanæ naturæ convitium fieri.* Andronicus Rhodius: παρ' ἀνθρώποις τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἐστὶ δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται. εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει. οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ: *Apud homines recta sanaque mente præditos immutabile est jus illud naturæ quod dicitur. Quod si his, qui morbido distortoque sunt animo, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mentitur qui mel dulce esse dicit, ideo quod ægrotis aliter videatur.* A quibus non abit Plutarchi illud in vita Pompeji: φύσει μὲν ἄνθρωπος οὔτε γέγονεν, οὔτ' ἐστὶν ἀνήμερον ζῶον, οὐδ' ἄμικτον. ἀλλ' ἐξίσταται τῇ κακίᾳ παρὰ φύσιν χρώμενος, ἔθεσι δὲ καὶ τόπων καὶ βίου μεταβολαῖς ἐξημεροῦται: *natura quidem nullus hominum aut est aut fuit ferum atque insociabile animal, sed efferatur ubi extra naturæ modum* pec-

φορᾶς. τὸ δίκαιον δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπιτήδειον, λυσιτελέστατον δ' Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, οὐ πλεῖστον οἱ παρ' ἡμῖν νόμοι λόγον ἔχοντες, ἀπᾶσιν ἡμᾶς, εἰ καθαρῶς ἐμμένοιμεν αὐτοῖς, εὔνους καὶ φίλους ἀπεργάζονται· διὸ καὶ ταῦτα παρ' ἐκείνων ἡμῖν ἀπαιτητέον· καὶ δέον οὐκ ἐν διαφορᾷ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἴεσθαι τὸ ἀλλότριον, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς καλοκἀγαθίαν ἐπιτηδείως ἔχειν, τοῦτο γὰρ κοινὸν ἅπασι καὶ μόνον ἱκανὸν διασώζειν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον: *Moribus gens nulla est quæ iisdem tota utatur, sæpe oppidatim discrepatur plurimum At jus ipsum omnibus æqualiter hominibus expedit, tam barbaris utile quam Græcis, cujus quidem rationem habentes maximam, quæ apud nos sunt leges, faciunt nos, eas pure modo observemus, cunctis hominibus benevolos & amicos. Talia sunt quæ exigi a legibus par est. Neque illas aversari a se alienas arbitrari debent alii, in eo quod institutis differunt, sed id potius spectandum an ad virtutem ac probitatem sint accommodata. Hoc enim ad omnes communiter pertinet, solumque per se sufficit ad tuendum hominum vitam.* Tertullianus præscriptione adversus hæreticos: *Quod apud multos unum invenitur, non est erratum sed traditum.*

„ l) (SENECA:) *cum de animæ æternitate disserimus non leve momentum apud nos habet consensus „hominum aut timentium inferos aut colentium: „Epist. 117.*

m) (QUINTILIANUS:) *Inst. lib. 5. c. 10.*

n) (Grot.) Τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται Justinus colloquio cum Tryphone: πλὴν ὅσοι ἀπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ἀπὸ φαύλης ἀναστροφῆς, καὶ ἐθῶν φαύλων, καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν: *Exceptis illis qui ab impuris spiritibus abrepti, & per malam educationem, instituta, prava & leges iniquas corrupti, naturales notiones perdiderunt.* Philo libro omnem bonum esse liberum: διὸ καὶ θαυμάσαι ἄν τις τῆς ἀμβλυωπίας τοὺς τρανὰς οὕτω πραγμάτων ἰδιότητας μὴ συνορῶντας: *merito igitur miretur quis, tantam illis offusam caliginem, ut tam claras rerum proprietates non videant.* Chrysostomus oratione, Christum Deum esse: μὴ τοίνυν ἀπὸ τῶν διεφθαρμένων τὰς γνώμας, τὰς κρίσεις ποιοῦ τῶν πραγμάτων: *Ne ergo rerum dijudicationem ab illis mutuare quibus corruptus est animus.*

ADDITIO.

„Tales Florus *lib.* 3. *c.* 4. pingit Thraces „qui cum parentibus cohabitant; qui decrepitos pa„rentes, ne alere teneantur, occidunt; qui cadaveri„bus suorum pro cibo utuntur. *Plutb. de fort. Alex.* „328. *Cic.* 1. *Tusc.* 45. *Vid. Gron. h.* alia exempla al„legavimus *supra* §. 1.

o) Grot.

peccare assuescit, rursumque alia consuetudine, vitæque & locorum mutatione redit ad mansuetudinem. Aristoteles descriptionem hominis, Top. v. 1. ex eo quod ipsi proprium est, hanc facit: ἄνθρωπος, ὁ ζῶον ἥμερον φύσει: *homo animal est suapte natura mansuetum.* Idem alibi: δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν Pol. I. v. τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει, καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις: *quid naturale sit spectandum in his quæ bene secundum naturam se habent, non in depravatis.*

§. XIII.

[a] Alteram juris speciem esse diximus jus voluntarium, [b] quod ex voluntate originem ducit: [c] estque vel humanum [d] vel divinum.

§. XIV.

I. [a] Ab humano incipiemus, quia id pluribus innotuit. Est ergo hoc [b] vel civile, [c] vel latius patens, [d] vel arctius. [e] Civile est quod à potestate civili proficiscitur. [f] Potestas civilis est, quæ civitati præest. [g] Est autem civitas cœtus perfectus liberorum hominum, [h] juris fruendi

o`(Grot.) (Ζῶον ἥμερον φύσει) Idem dicit Chrysostomus XI. de statuis. Latius id explicat Philo dialogo: ἀγελαστικὸν γὰρ καὶ σύννομον ζῶον τὸ ἡμερώτατον ἡ φύσις γεννήσασα πρὸς ὁμόνοιαν καὶ κοινωνίαν ἐκάλεσε, λόγον δοῦσα συναγωγὸν εἰς ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν ἠθῶν. *Quod animantium esse debeat mansuetissimum, idem natura fecit gregale & cœtus appetens, & ad concordiam societatemque vocavit, sermonem etiam præbens qui ingenia attemperando & ad consensum perducendo conciliaret.* Idem de Mundi immortalitate: ἡμερώτατον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος, λόγον δωρησαμένης φύσεως αὐτῷ γέρας, ᾧ καὶ τὰ ἐξηγριωμένα πάθη κατεπᾴδεται καὶ τιθασσεύεται. *Mansuetissimum animantium homo est, ut cui natura pro munere sermonem dederit quo affectus quantumvis efferati velut incantando cicurantur.*

„a) (ALTERAM JURIS SPECIEM DIXIMUS jus vo„LUNTARIUM) Author dixit jus idem significare „quod lex, quatenus lex pro regula actionum mo„ralium sumitur, quæ obligat ad id quod rectum „(non ergo saltem ad id quod justum) est. *Vid.* §. 9. „*n.* 1. Jus hoc sensu sumtum dividit *in naturale* & „*voluntarium. d.* §. 9. *n. c.* Hactenus de *jure natu*„*rali* egit: Sequitur nunc *jus voluntarium.*

„b) (QUOD EX VOLUNTATE ORIGINEM DUCIT) „Nimirum vel ex libera voluntate Dei, quod vo„cat *jus divinum voluntarium universale*: vel ex vo„luntate hominum, idque vocat *jus gentium volun*„*tarium.*

„c) ESTQUE VEL HUMANUM:) Quod homines „inter se voluntate sua constituerunt propter com„munem utilitatem. *Vid. Proleg.* §. 17. *Adde* §. „*seq.* Estque vel Civile vel gentium.

„d) (VEL DIVINUM:) Quod scilicet ex libera vo„luntate Dei sequitur. *Vid. Proleg.* §. 12. & §. 48. „*Adde infra* §. 15.

„a) (AB HUMANO INCIPIEMUS, QUIA ID PLURI„BUS INNOTUIT:) Tota hæc tractatio supervacua „est, quia jus humanum quod omnes gentes obli„get non datur: Jus civile autem hujus loci non „est.

„b) (VEL CIVILE.) Quod quæque civitas ad suas „utilitates constituit, vocaturque jus civile, quasi „jus proprium ipsius civitatis, quæ sunt verba Justi„niani in §. 1. *I, de I. N. G. & C.* Quatenus jus civile „a jure naturæ descendat vidimus *in Proleg.* §. „15. & §. 16.

„c)(VEL LATIUS PATENS:) Quod Doctores vo„cant jus gentium secundarium. Et quod gentes pro„pter utilitatem magnæ illius civitatis inter se consti„tuerunt: adeoque quod obligat ex condicto seu ex „mutua obligatione. *Vid. Diss. Prooem. IV.* §. 81.

„d)(VEL ARCTIUS:) Quod apud plures gentes ob„tinet non tanquam ex condicto, sed quod alii „aliorum imitatione, aut fortuito receperunt. *Pro*„*leg.* §. 43. Vid. *Dissert. Prooem. IV.* §. 24.

„e) (CIVILE EST, QUOD A POTESTATE CI„VILI PROFICISCITUR:) Cujus fontem explicavit „Author. in *Prol.* §. 15. quia singuli dum coiverunt „in civitatem promiserunt, sive tacite sive ex„presse, se secuturos id quod civitas constituisset: „adeoque ex hoc pacto jura civilia orta ait:

„f) (POTESTAS CIVILIS EST, QUÆ CIVITA„TI PRÆEST:) Sive civitas illa sit respublica, sive re„gnum, sive aristocratia: *Vide infra c. 3.* §. *6. seq.*

„g) (EST AUTEM CIVITAS:) Civitas est cœtus „juris tuendi causa congregatus, arg. *l.* 239. §. *pen.* „*V. S.* Hinc dissolvitur civitas quoties communio „illa juris desinit, uti si imperium aufertur; unde „Capuam sublato imperio corpus civitatis esse de„siisse ait Livius *L.* 26. *c.* 16. Add. *l. 2. c. 9.* §. *3. seq.*

„h)(JURIS FRUENDI, ET COMMUNIS UTILITATIS „CAUSA:) Prius essentiam civitatis constituit, & in eo „solo communis utilitas consistit: Non ergo sufficit

di & communis utilitatis cauſa ſociatus. [i] Jus arctius patens & ab ipſa poteſtate civili non veniens, [k] quanquam ei ſubditum, varium eſt, [l] præcepta patria, [m] dominicà, [n] & ſi qua ſunt ſimilia in ſe continens. [o] Latius autem patens eſt jus Gentium, id eſt [p] quod Gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit. [q] Multarum addidi, [r] quia vix ullum jus reperitur [s] extra jus naturale, [t] quod ipſum quoque

„communis utilitas, quia etiam prædonum ſocie„tas communis utilitatis cauſa contrahitur, neque ta„men ea eſt civitas. *Vid. l. 3. c. 3. §. 2. n. 1.*

i) (JUS ARCTIUS PATENS, ET AB IPSA POTESTE CIVILI NON VENIENS &C. VARIUM EST:) Abundat hæc ſpecies juris, & continetur ſub jure civili: nec magis eo arctius eſt, quam teſtamenta, contractus, tutelæ &c. quæ ſunt tantum partes juris civicivilis, uti quodlibet aliud negotium, & alias tot ſpecies eſſent, quod cauſæ: *Vid. Diſſ. Prooem. IV. §. 24.*

ADDITIO.

„Author male hoc jus arctius diſtinguit a jure „civili, nam etſi plures forte gentes ſive aliorum „imitatione, ſive fortuito idem jus in ſuis civitati„bus conſtituerint, id non aliter obtinet quam jus „civile, cui ſoli cives cujusque civitatis obligantur, „non civitates inter ſe.

„*k*) (QUANQOAM EI SUBDITOM:) Imo non ſub„ditum ſaltem eſt, ſed & ab ipſa poteſtate civili ve„nit, utpote quæ vel expreſſe, vel tacito conſenſu „jura illa conſtituit.

„*l*) (PRÆCEPTA PATRIA &C. CONTINENS:) Ple„raque jura patriæ poteſtatis quæ jure Romano re„cenſentur, imo ipſum jus vitæ & necis, in ratione „naturali fundatur: adeoque jus patriæ poteſtatis „nullo modo ad jus gentium arctius referri poteſt. „*Vid. Differt. Prooem. XII. §.* 159.

„*m*) (DOMINICA:) Jura poteſtatis dominicæ, quo „pertinet jus vitæ & necis, item jus acquirendi „per ſervum, ſunt juris naturalis; adeoque ſi apud „plures gentes obtinent id ex ratione & cauſa uni„verſali ſequitur: de quo plenius *L. 3. C. 6. Vid.* „*Diſſ.* Prooem. *XII.* §. 133.

„*n*) (ET SI QUA SINT SIMILIA:) Sic apud plu„res gentes obtinet diſtinctio inter furem noctur„num & diurnum, ut ille occidi poſſit, non hic: „porro teſtamentorum uſus apud plures gentes in„valuit, neque tamen ibi ulla ratio naturalis ſubeſt. „Hæc igitur jura ſunt mere civilia, quæ non valent „in civitate, niſi ex juſſu & authoritate civilis pot„eſtatis.

„*o*) (LATIUS AUTEM PATENS EST JUS GEN„TIUM:) Ideo autem latius patens Authori vocatur, „quia ab omnibus gentibus, aut ſaltem ab omnibus „morationibus tanquam ex condicto receptum eſt: „cum ex hypotheſi Authoris jus arctius a quibusdam „ſaltem gentibus, & non ex condicto ſit receptum. „*Proleg. §. 53.*

p) (QUOD GENTIUM OMNIUM, AUT MULTARUM VOLUNTATE VIM OBLIGANDI ACCEPIT:) Definitionem hujus juris gentium exhibet Imperator in §. 2. *Inſt. de I. N. G. & C. quod uſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes humanæ inter ſe conſtituerunt.* Duo ergo jure Romano requiruntur, ut aliquid ſit juris gentium ſecundarii: 1) ut ab omnibus vel ſaltem morationibus gentibus ſit receptum; 2) exigente uſu & humanis neceſſitatibus: Unde ceſſante illa neceſſitate ceſſat jus gentium, adeo ut ſi a pluribus gentibus idem ius receptum ſit, id non ſit ius gentium, quia non ex communi utilitate & neceſſitate, ſed ex arbitrio cujusque civitatis pro ſua utilitate conſtitutum eſt:

Hujus juris duplex eſt uſus: 1) quod huic juri debeantur formæ negotiorum; commerciorum enim iura inde orta ſunt, actiones datæ, omnesque pene contractus eo iure conſtituti ſunt. *l. 5. ff. juſt. & jur. §. 2. Inſt. de I. N. G. & C.* 2) Ex hoc iure gentium introducta ſunt bella, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata, captivitates & ſervitutes quoque inde ortæ ſunt. *d. l. 5. d. §. 2.*

ADDITIO.

„Syſtema Grotii de iure gentium voluntario, eo„que tum latius patente tum arctiori, late expoſui„mus *in Diſſertatione Prooemiali IV.* ejusque com„pendium exhibuimus *in not. ad Proleg. §. 17.* ſi„mulque demonſtravimus, tale ius gentium non „dari. *d. Diſſ. §. 24. ſeq.* illudque inventum eſſe Tri„boniani. *ibid. §. 46.* Adeoque omnia quæ hic „de tali jure diſputantur ſupervacua ſunt.

q) (MULTARUM ADDIDI:) Sufficit enim jus gentium voluntarium inter eos ſtatui inter quos mutua commercia ſunt: de aliis enim vel ignotis res non curatur, quia cauſa ceſſat, ſcilicet communis utilitas vel neceſſitas.

ADDITIO.

„Dixi nullum uſum eſſe ejus juris, quod Genti„um voluntarium Author vocat, quia omnia præ„cepta, quæ ad hoc jus referuntur vel ex vero jure „naturæ fluunt, vel plane præcepta non ſunt. *Diſſ.* „*Prooem. IV. §. 29.*

„*r*) (QUIA VIX ULLUM JUS REPERITUR:) Imo „ſi jus univerſale eſt, quod omnes homines obligat, „neceſſario omnibus Gentibus commune eſſe debet: „Cæterum vidimus jus gentium plane jus non eſſe, ne„dum univerſale.

s) (EXTRA JUS NATURALE:) Utpote quod per rationem communem animis ſingulorum hominum inſcriptum eſt. At ſæpius dictum eſt rationem illam non conſiſtere in ſocialitate, ſed in executione voluntatis divinæ.

t) (QUOD IPSUM QUOQUE GENTIUM DICI SOLET.) Nam promiſcue a JCtis Romanis & philoſophis

que gentium dici solet, omnibus gentibus commune. Imo sæpe in una parte orbis terrarum est jus gentium quod alibi non est, [x] ut de captivitate [y] ac postliminio suo loco dicemus.

2. [z] Probatur autem hoc jus gentium pari modo quo jus non scriptum civile, [aa] usu continuo & testimonio peritorum. Est enim hoc jus, ut recte notat Dio Chrysostomus, εὑρημα βίȣ καὶ χρόνȣ [bb] repertum temporis & usus. Atque in eam rem maximam nobis usum præbent [cc] illustres annalium conditores.

§. XV.

1. [a] Jus voluntarium divinum quod sit, satis ex ipso vocum sono intel-

„phis sumi hæ voces solent. *Vid. sup.* §. 11. nec alio „sensu ipsis jus aliquod gentium cognitum est. *Diss.* „*Proœm. IV.* §. 36. *Add. supr.* §. 12. *lit. f.*

„*u*) (IN UNA PARTE ORBIS TERRARUM EST „JUS GENTIUM, QUOD ALIBI NON EST:) quia „quædam saltem gentes consensere; apud reliquas „igitur remansit jus naturæ: sed diximus talem „consensum, adeoque tale jus gentium particula„re non dari.

„*x*) (UT DE CAPTIVITATE:) Jus gentium de „captivitate nec semper receptum fuisse, nec apud „omnes, Author ait *L. 3. c. 8. §. 8. & 9.* At 1.) jus „capiendi personas non demum ex jure gentium, „sed ex ipso jure naturæ oriri videbimus *d. c. 8.* „*§. 1. 2.)* quod quædam gentes jure suo non utan„tur id non speciale efficit ius gentium, sed hoc fluit „ex facultate disponendi de re sua & de jure suo.

„*y*) (AC POSTLIMINIO.) Hoc enim apud quas„dam gentes restrictum, apud alias externum esse „Author ait *L. 3. c. 9. §. 1. §. 10. §. 11. §. 15.* Verum „eadem hic est responsio: jus postliminii ex „ipsis iuris naturæ principiis fluit. *Vid. d. c. 9. §.* „*2. & 4.* adeoque male ad ius gentium refertur. „Conf. *proleg.* §. 53. Si vero ius illud naturale ob „rationem utilitatis ab aliqua vel quibusdam genti„bus mutatur, aut restringitur, eo non fit jus gen„tium, sed hoc erit jus civile: Ipse Author id fa„tetur *d. c. 9. §. 10.* *Cæterum jure civili id ipsum* „*jus, quod ea attinet quæ intra civitatem agun*„*tur, & adstringi additis exceptionibus aut con*„*ditionibus, & produci ad alia commoda potest.*

„*z*) (PROBATUR AUTEM HUC JUS GENTIUM „PARI MODO, QUO JUS NON SCRIPTUM CIVILE:) „ad jus non scriptum civile probandum requiritur „1.) actuum frequentia, *L. 1. C. quæ sit long. cons.* „2.) diuturna consuetudo, *L. 32. §. 1. l. 35. de Le*„*gibus.* 3.) introducta ab eo qui jus statuere „potest.

„At inter gentes neque ex actuum frequentia, „neque ex diuturna consuetudine jus aliquod non „scriptum, quod gentes inter se obliget, oritur. „Nam 1.) tertium requisitum ibi cessat, quia hæc „consuetudo non a superiore introducitur, qui ta„cita sua voluntate actibus publicis & iteratis autho„ritatem præstet; sed hic supponitur gentes plures, „inter se æquales, actus quosdam frequenter ad„mittere: Id igitur ex libera voluntate gentium ci„tra ullam necessitatem contingit, adeoque eadem „libertate actus illos omittere possunt. Sane 2.) „cum pactum expressum de statuendo tali jure nul„lum interveniat, probari deberet gentes actus „illos reiterasse animo se obligandi. Si proinde gens „altera contendit se actus humanitatis causæ & „amicitiæ jure admisisse, adeoque nunquam ani„mum se obligandi habuisse, quomodo altera gens „contrarium probare poterit?

„Repetendum igitur ex præcedentibus est, „jus gentium non dari, nec ejus usum aliquem es„se inter gentes, inprimis cum omnia jura quæ eo „referri solent vel non sint juris præcepta, vel ex „vero jure naturæ sequantur. *Vid. Diss. Proœm. IV.* „*§. 32. §. 37. seq. §. 41.*

„*aa*) (USU CONTINUO ET TESTIMONIO PERI„TORUM;) Idem tradidit Author in proleg. *§. 40. &* „*46.* ubi rationem quoque addit, *ubi enim multi di*„*versis temporibus ac locis idem pro certo affirmant,* „*id ad causam universalem referri debet; quæ si* „*recta illatione ex naturæ principio non procedit, ne*„*cessario ex libera voluntate ortum habet.* At tale „jus gentium universale non existere sæpius dictum „est: si vero contingit plures eodem jure uti, v. g. „ut septimus aliquis dies sanctificetur; ut decimæ „præstentur sacerdotio; ut quilibet in casum mor„tis de rebus suis disponere possit, &c. Hoc non „jus aliquod gentium efficit, sed quælibet gens „sive ad imitationem sive fortuito id suo consensu „recepit. Unde inter recipientes nulla obligatio „oritur, nec inde jus genti in gentem quæritur. „*Vid. proleg. §. 53. dict. Diss. IV. §. 41.*

„*bb*) (REPERTUM TEMPORIS ET USUS:) Legi„tur hoc Chrysostomi dictum in *orat. 86.* At cum „tempus & usus non sit modus obligandi, necessa„rio sequitur jus gentium nullum dari.

„*cc*) (ILLUSTRES ANNALIUM CONDITORES:) „*Vid. proleg. §. 46.* ubi ideo inprimis historiæ usum „commendavit.

„*a*) (JUS VOLUNTARIUM DIVINUM:) Author jus „naturæ largissime sumtum distinxit in naturale „& voluntarium *§. 9.* hoc in humanum vel divi„num. *§. 13.* Jus humanum hactenus explicavit. Hic „de jure divino agit.

„Author definit jus divinum voluntarium toti „humano generi datum, *quod ex divina vo*„*luntate ortum habet*, vel ut in *proleg. §. 12.* rem expli-

„explicat, *quod ex libera Dei voluntate venit.* Quo ipso jus hoc distinguit & a *jure naturali* §. *b.* (quod existere ait etsi detur Deum non esse: *prol.* §. *11.* adeoque quod Deus consequenter i. e. necessario probat, *Supra* §. *10.* quia tales motus naturales in nobis existere voluit: *d.* §. *12.* Unde nec Deum id mutare posse statuit *d.* §. *10.*) & a *jure gentium* quod non ex voluntate Dei sed gentium ortum est.

„Doctores hoc jus divinum vocant *positivum universale*; eoque cum Authore referunt 1) præceptum de non esu sanguinis, 2) Legem de sabbatho, 3) jus decimarum, 4) incestus prohibitionem: horum omnium enim prohibitio cum ipsis non appareat ex natura sociali vel ex humana natura, ex libera Dei voluntate eam sequi concludunt.

„Ego tale *jus divinum voluntarium* seu *positivum universale*, toti humano generi datum, & a jure naturali distinctum. non existere pro certo habeo. Neque enim video, qui tale jus positivum universale, quod ex sola revelatione fit, & omne genus humanum obliget, statui aut usui esse possit. Nam 1.) non exstat talis revelatio universalis, nec ea probari poterit. Posito enim revelationem ab initio factam esse toti humano generi, paucissimis personis comprehenso, non tamen id sufficit ad successores obligandos. Sed singulis hominibus nascituris denuo id jus insinuandum fuisset, id enim si forte negligentia parentum &c. factum non esset, illi hoc jure, quippe ipsis non revelato, non obligarentur. Oportuit itaque omnino ad hoc ut necessario perpetuaret hoc jus cum omni humano genere, ac singulis ubique innutescere posset, opere illud perpetuo & facto permanente declarari. Tali enim facto, semper & ubiqoe ob oculos posito, demum fit ut omnes homines, etiam id vitio suo non animadvertentes, sint ἀναπολόγητοι, qua de causa Apostolus in probando hoc jure naturæ ad sola hæc opera provocat, soloque hoc indicio gentes coarguit. *Rom. 1. v. 18. seq.*

„Frustraneum igitur 2.) fuisset tale jus quod omnes homines obligare, & ad finem usque mundi durare debuit, nudis verbis promulgari, quæ facile oblivione delentur; tantum abest, ut inde cum omnium hominum posteritate mundique ævo, perennandi necessitas, uti oportet, sequatur: quod & ipse Author agnoscit, dum statuit, homines huic juri non obligari nisi quatenus innotuit.

„Sed & 3.) negamus jura quædam a Deo humano generi publicata esse, de quibus ex solo lumine revelationis constet, & quod non ex lumine rationis simul appareat. Sane ex lumine revelationis hausimus modum creati orbis, humani generis ejusque lapsi redemtionem, & quæ eo pertinent; nec non jura sacra & secularia Judæis indulta. &c. At quæ hoc verbo revelato continentur jura universalia, quibus omne genus humanum adstringi debuit, eadem ex lumine quoque rationis apparent. Ut adeo non videam cui usui sit, aliam a jure naturæ juris universalis speciem confingere.

„Quod autem 4.) omnia jura quæ ad hoc jus divinum voluntarium referuntur ex lumine rationis quoque, i. e. ex jure naturæ sequantur, hoc apparet ex lege *de non esu sanguinis*, quæ omnibus Noachidis revelata fuit, *Gen. 9. v. 9.* & naturali ratione nititur: Lex enim illa non loquitur de quolibet sanguine viventis animalis, sed de sanguine sacrificiorum cruentorum, quem idololatræ comedere solebant. Hunc cultum prohibuit Deus Noachidis, scil. cultum idolorum, qui per comestionem idoli seu sanguinis viventis celebrabatur: Idque evidenter apparet ex legibus Mosis, ubi lex de non esu sanguinis NB. inter jura sacra refertur, & prohibitio disertis verbis ad sacrificiorum sanguinem restringitur, *Lev. III. 17. & c. VII. v. 23. 25. & 26. c. XVII. v. 10. Deut. XII. 16.* a quo extranei quoque abstinere debebant. *Deut. XIV, 21.* Unde notanter abstinentia ab idolo & a sanguine ab Apostolo conjunguntur; & in Concilio Apostolorum conversis ad Christum, ut utroque abstinerent injunctum fuit. *Actor. XVIII. v. 20. & 29. & c. XXI. v. 25.* Nec alienus ab hoc sensu est Maimonides. *More Nebochim. part. 3. c. 48.* qui causam prohibitionis itidem in cultu idolorum ponit, *quoniam ita eo seculo facere solebant reges gentium; etiam idololatria causa ita faciebant; scil. animali abscindebant membrum aliquod atque illud comedebant.* & in *cap. 46.* ita ait: *Dixit Deus, ponam faciem meam in comedentem sanguinem eodem modo quo de illo qui filium suum Molocho immolat: ponam faciem meam in virum illum. Neque occurrit hac ratio loquendi in alio præcepto præter ista duo de idololatriis & commestione sanguinis, quia illius commestio ad speciem aliquam Idololatria, dæmonum videlicet cultum, ansam & occasionem præbebat.* Atque hanc rationem ex Orientalium libris late *cap. 46. 47. &* 48. explicat.

„Equidem, quod 5.) præceptum de sabbatho attinet, negari nequit legem de sanctificando septimo die in ipsa historia creationis exstare; eoque publicatam videri toti humano generi, quod tum in duabus personis consistebat. Adeoque exemplum hic exstare videtur juris divini voluntarii universalis, quod ex lumine rationis deduci nequit. Resp. Imo Deus non statim ab initio sanctificavit septimum diem, neque legem talem Adamo ejusque posteris tum declaravit: sed hæc lex primum per decalogum data, eoque solis Judæis revelata fuit. *Vid. Stryk. de jure sabbath. c. 1. n. 30. seq. Spener de Leg. Ebr. L. 1. C. 4. Sect. 8. seq. Gomar. de orig. sabbath. c. 4. §. 63. seq.* Scriptor autem Geneseos hanc legem historiæ creationis ideo adjecit, quia creatio causa illius legis postea secutæ fuit. *Stryk. d. l.* Adeoque lex de sabbatho neque ex lumine rationis, neque ex revelatione universali sequitur, sed est lex mere civilis.

„Porro & 6.) jus decimarum mere civile esse ex infra dicendis *ad* §. *fin.* apparebit, ubi simul probabimus Christianos ad eam legem non obligari.

„Denique & 7.) incestum quoque, sodomiam, autocheiriam &c. non jure demum divino voluntario prohiberi, sed ex ipso lumine rationis actuum horum turpitudinem sequi, probavimus in

Differt.

intelligimus? [b] id nimirum, quod ex voluntate divina ortum habet: [c] Quo discrimine a jure naturali, [d] quod item divinum dici posse diximus, internoscitur. [e] In hoc jure locum habere potest [f] quod nimium indistincte dicebat Anaxarchus apud Plutarchum in Alexandro; non ideo id Deum velle, quia justum est, sed justum esse, id est jure debitum, quia Deus voluit.

2. Hoc autem jus [g] aut datum est humano generi, [h] aut populo uni. [i] Humano generi ter jus datum a Deo reperimus, [k] statim post hominem conditum, [l] iterum in reparatione humani generis post diluvium

„*Differt. prooem. III.* & porro demonstrabi„mus ad *L.* 2. *c.* 5. §. 12. *seq. L.* 2. *c.* 1. §. 8. & 9. „*l.* 2. *c.* 19. §. 5. *L.* 2. *c.* 20. §. 44. *n.* 1. & *L.* 2. *c.* „5. §. 8.

b) (ID NIMIRUM QUOD EX VOLUNTATE DIVINA ORTUM HABET:) Sæpius jam dictum est, omne jus naturæ esse divinum voluntarium, adeoque obligandi vim non accipisse a quodam socialitatis motu, sed a libera voluntate divina, prout eam Deus declaravit verbis vel factis: De factis unde jus naturale cognoscitur egimus in *pos.* 4. & passim; Hic de voluntate verbis declarata agitur. Hæc voluntas verbis declarata non infert obligationem universalem, quia revelatio ad omnes non pervenit, nisi quatenus naturale quoque est: unde jura Adamo & Noachidis data a Deo non obligant omnes homines, nisi quatenus ex ratione ipsis innotescunt.

ADDITIO.

„Nostram de jure divino universali sententiam „late explicavimus in dissertatione procemiali III. „compendium ejus initio hujus §. proposuimus.

„*c*) (QUO DISCRIMINE A JURE NATURALI „INTERNOSCITUR:) quod non ex voluntate divi„na ortum habere statuit, sed ex appetitu societa„tis & ex natura rationali: quamquam Deus „consequenter quoque id approbaverit. *Vid. pro„leg.* §. 8. 10. & 11. & *sup.* §. 3. & *seq.*

„*d*) (QUOD ITEM DIVINUM DICI POSSE DIXI„MUS:) *Vid. supr. Proleg.* §. 12. Non quasi Deus ejus „Author sit, nam Grotius statuit jus naturale existe„re etsi detur Deum non esse; *proleg.* §. 11. sed „quia consequenter saltem id approbat, dum vo„luit ut talia principia in nobis existerent. *d.* §. 12.

e) (IN HOC JURE:) Scilicet quod ex Dei voluntate libera oritur: verum alibi diximus regulam Anaxarchi in omni jure obtinere; ut id demum justum sit quod superior voluit: adeoque Deum non ideo quid velle quia justum est; sed ideo quid justum esse, quia Deus voluit. Recte igitur Abderita ait, jus & fas assidere Jovi ut, quicquid voluit, jus & fas sit.

f) (QUOD NIMIUM INDISTINCTE:) Nam male Philosophus id applicabat ad factum Alexandri Clytum injuria occidentis, argumentum enim a Deo, nulli legi obnoxio, ad Alexandrum legibus divinis subditum salva pietate duci non poterat.

g) (AUT DATUM EST HUMANO GENERI.) Hoc jus divinum voluntarium vocant positivum universale, quod tamen fatentur non obligare nisi eos ad quos notitia pervenit: Verius autem est, justum non esse universale, etsi enim omnibus tunc viventibus revelatum sit, non tamen revelatum est nascituris, nisi ex traditione ad eos pervenerit; quæ non pervenit ad omnes, quia Creator contentus fuit suam voluntatem non nisi verbis declarare, non facto ac monumento perpetuo ac publico, nec quod in omnium conspectu positum est. Etsi igitur omnibus in præsens hominibus voluntatem revelaverit, non tamen totum humanum genus obligare voluit, ad quod notitia voluntatis perventura non esset.

„*h*) AUT POPULO UNI:) *vid.* §. *seq.*

„*i*) (HUMANO GENERI TER JUS DATUM:) Au„thor in *proleg.* §. 13. supposuit, Deum ipsa juris „naturæ principia datis legibus magis conspicua fe„cisse, etiam iis, quibus imbecillior est ad ratio„cinandum vis animi; dum vagam vetuit in diversa „trahentes impetus, illos quippe vehementiores ad„dictius regens, & fine ac modo coercens. At „in sequentibus probabimus hæc præcepta totidem „esse naturæ jura, indeque jus naturæ revera ex „libera voluntate Dei oriri.

„Systema Grotii de triplici hoc jure divino vo„luntario, nimirum de jure Adamitico, Noachi„co, & lege Evangelii exposuimus *in Differtatione „prooemiali III.* ejusque compendium exhibuimus *in „not. ad proleg.* §. 12. ubi simul demonstravimus, *duas „priores* juris species somnium esse Rabbinorum, ac „præcepta quæ eo referuntur esse ipsa naturæ „jura. *Tertiam* autem continere eam partem ju„ris naturalis, quæ officia hominum erga Deum ex„plicat, adeoque proprie ad officia hominum in„ter se, de quibus solis hic agimus, non perti„nere.

k) (STATIM POST HOMINEM CONDITUM.) Consistebat illud jus in concesso dominio in terram; & in lege quam duplex arbor repræsentabat, quarum altera facultatem agendi quicquid lubet infert; altera vero illam libertatem restringit, eique modum præscribit. Arborem enim duplicem nihil aliud esse quam symbolum juris naturæ, tum permissivi tum præceptivi, alibi probabimus.

l) (ITERUM IN REPARATIONE GENERIS HUMANI POST DILUVIUM:) Præcepta Noachidarum referuntur septem 1.) de cultu Dei extraneo, 2.) de abusu nominis divini, 3.) de homicidio, 4.) de incestu

Ee 2

luvium [m] postremo in sublimiori reparatione per Christum. Tria hæc jura haud dubie [n] omnes homines obligant, ex quo quantum satis est ad eorum notitiam pervenerunt.

§. XVI.

1. [a] Ex omnibus populis unus est [b] cui peculiariter Deus jura dare dignatus est, [c] populus scilicet Hebræus, quem sic alloquitur Moses Deut. IV, 7. *Quæ gens tam magna cui Dei propinqui, sicut dominus Deus noster, ad omnia vota quæ ei facimus? quæ gens tam magna, cui sint constitutiones & jura æqua, qualis est lex hæc tota, quam ego hodie coram vobis propono?* Psalmographus CXLVII. *Indicat Deus verba sua Jacobo, constitutiones ac jura sua Israëli: non ita fecit genti ulli; ideo jura ista non noverunt.*

2. Nec dubitandum, quin fallantur [d] Judæorum illi (quos inter [e] Tryphon in disputatione cum Justino) [f] qui existimant etiam alienigenis

incestu, 5) de furto, 6) de judiciis, quibus addunt 7) de non esu sanguinis, quod Maimonides omittit. *Vid. Seld. de jur. nat. L. 1. c. 10.* Verum omnia hæc præcepta, excluso septimo, sunt juris naturalis, & neque a jure naturali, neque a legibus quæ ex arboribus duabus sequuntur, differunt.

ADDITIO.

„Fabulam de septem præceptis Noachidis ex„posuimus in *Differt. Prooemiali III. §. 24.* Jura au„tem quæ eo referri solent, esse vera jura naturæ, „& ex lumine rationis sequi, probavimus *ibid. §. 27.* „*seq.*

m) (POSTREMO IN SUBTILIORI REPARATIONE PER CHRISTUM:) Imo hoc non est novum jus, quin plane jus non est, Servator non legislatorem agit, nec jura statuit, sed tanquam virtutum Doctor leges perfectionis inculcat: Atque hinc perpetuo suum regnum distinguit a regno mundano; illud enim in docendo, hoc in jubendo consistit. Quod *cap. seq.* plenius probabitur.

ADDITIO.

„Legem Evangelii, i. e. Leges perfectionum quas „Servator inculcat, partem esse juris naturalis ne„gari nequit, idque probavimus in *Differt. Prooem.* „*III. §. fin.* Ex hoc jure autem nulla obligatio oritur „intuitu aliorum hominum, quia nullum jus exi„gendi inde consequuntur: sed intuitu Dei saltem, „cujus perfectiones homines imitari tenentur. Cum „igitur & Grotius & B. Parens in eo conveniant, „nullum inter eos dissensum superesse demonstravi „in *Differt. II. §. 21. seq.*

„*n*) (OMNES HOMINES OBLIGANT EX QUO „QUANTUM SATIS AD EORUM NOTITIAM PER„VENERUNT:) fatetur igitur ipse Author jura hæc „universalia non esse, quia non obligant nisi singu„lis revelata probentur.

„*a*) (EX OMNIBUS POPULUS UNUS EST:) *Vid.* „*Deut. IV.* 8. Equidem plurimi sunt populi qui le„ges suas a summo numine se accepisse gloriantur. „At fraudes leges illas ferentium dudum detectæ sunt, „Fidem autem historiæ Mosaicæ evidentissimis ar„gumentis probavit Grotius in aureo tractatu de ve„ritate religionis Christianæ. Jus autem quod „Deus Israelitis per Mosen dare dignatus est, tri„plex fuit, *morale* seu *naturale*, *Ceremoniale*, & *foren*„*se*. De *primo* Author hic non loquitur, quia il„lud sub jure universali largissimo sensu sumto & „de quo in præcedentibus egit, comprehen„dit. *Vid. Proleg. §. 11. & sup. §. 10.* Unde erroneo „Zieglerus & Osiander arguunt Grotium quod hic „legem a Deo datam restringat ad Judæos, quia „Grotius hic tantum loquitur de jure divino volunta„rio soli populo Judaico dato; adeoque de lege fo„rensi & ceremoniali. Equidem negari nequit, „Decalogum, aliasque leges Mosis soli populo He„bræo datas esse, eumque solum ex hac lege, tan„quam civili, obligari: at id non impedit, quo mi„nus aliæ quoque gentes eadem præcepta, quatenus „naturalia sunt, observare debeant. Illæ autem „gentes tenentur his legibus, non tanquam legi Mo„sis, sed tanquam juri naturæ.

„*b*) (CUI PECULIARITER DEUS JURA DARE DI„GNATUS EST:) Præter jura naturæ, quæ in decalo„go continentur, Hæbreis dedit jus ceremoniale & „forense. *Vid. infra n. 7.*

„*c*) (POPULUS SCILICET HEBREUS:) Quatenus „etiam comprehenduntur Abrahami posteri omnes. „*Vid. infra n. 6.*

„*d*) (JUDÆORUM ILLI:) Quidam enim judæo„rum idem sentiunt quod Grotius. *Munster. ad Gen.* „*9. 4. Gron. b.*

„*e*) (TRYPHON:) Celebris per dialogum Justini „Martyris, quem hic contra Judæos scripsit ad alle„gatum Judæum, omnium tunc temporis Judæo„rum celeberrimum, juxta *Euseb. Pamphili hist.* „*4. c. 18. Vid. Tesm. b.*

„*f*) (QUI EXISTIMANT ETIAM ALIENIGENIS, „SI SALVI ESSE VELLENT, SUBEUNDUM FUISSE „LEGIS HEBRAICÆ JUGUM:) Celebris hæc quæstio „fuit inter Judæos, an gentiles, si salvi esse velint, obli-

genis, si salvi esse vellent, subeundum fuisse legis Hebraicæ jugum. g Neque

„obligati fuerint servare legem Ebræorum positi-
„vam? Affirmat id Trypho: Negat Maimonides in
„*Helcbot Melakim. c. 8.* qui tradit, gentiles obli-
„gatos fuisse servare septem saltem præcepta Noachi-
„ca: *Quicunque susceperit in se septem præcepta, at-*
„*que monens ea cantius observaverit, ipse est ex*
„*iis qui vocantur pii ex gentibus mundi, atque ei*
„*sors est in seculo futuro. Conf. Munster. ad Gen. 9.*
„*4. & Gron. b.* Cum priori sentit *Osiander*, cum
„posteriori *Grotius*; & pro hac posteriori senten-
„tia militant *Clemens Alexandrinus*, *Chrysostomus*,
„& *Justinus Martyr*, allegati a *Gron. b.* Gronovius
„ipse distinguit inter jus forense & ceremoniale: *il-*
„*lud* ad salutem gentibus non fuisse necessarium,
„*boc* fuisse, saltem dubitanter ait *in not. b.* ubi ra-
„tionem addit, quod vetus testamentum sit typus
„futuri Servatoris, i. e. Christi; extra Christum au-
„tem nullam esse salutem. *Nam* ait, *ut in novo te-*
„*stamento agnum immolatum pro peccatis mundi*
„*monstrant verbum & sacramenta, ita agnum im-*
„*molandum in veteri testamento monstrabant cære-*
„*monia & sacrificia, & ut nos vitam æternam spe-*
„*ramus per fidem in Christum, qui jam apparuit &*
„*pro nobis satisfecit patri, ita prior ætas per Chri-*
„*stum in fidem apparitnrum & satisfacturum: Ex-*
„*tra Christum autem non est salus, quantum qui-*
„*dem nobis revelatum est.* Et dissentientibus op-
„ponit dictum Pauli *ad Ephesios II, 12.* ubi Judæos
„conversos ita alloquitur: *vos illo tempore fuistis*
„*separati a Christo, alieni a civitate Israelitarum,*
„*expertes foedernm, promissionis spem non babentes,*
„*& atbei in mundo.* Quæ in sequentibus plenius
„examinabimus.

g) (NEQUE ENIM EOS OBLIGAT LEX, QUIBUS DATA NON EST.) Nun ergu observatio legis positivæ necessaria fuit gentibus ad salutem, qui, cum iis publicata nun fuerit, ad incognita obligari non poterant: Nec movet ratiu Osiandri, quod fuerit typus futurorum & Christi, sine quo nulla salus ast: Resp. hoc ipsum juris positivi fuit ut cæremuniæ essent typus, & ideo hi ritus soli ecclesiæ Judaicæ lege ceremoniali injuncti sunt; quibus proinde non obligantur gentiles, utpote iis ooo datis nec publicatis.

At, ais, credere debueruot in futurum Servatorem si salvi esse voluere: quæ est ratio Osiandri & Gronovii. Resp. rem credere debuere, noo typos Judæis tantum injunctos.

Ais porro, non potuisse gentes citra Judaismum noscere Christum. Resp. Imo potuere ex lectione vaticinorum & Judæorum consuetudine.

ADDITIO.

„Verum est, & bene coutra Osiandrum & Gro-
„novium observat B. Parens, legem Ebræorum, qua
„talem, & licet typum futurorum cootineat, nul-
„la ratione ad salutem fuisse necessariam, quia mo-
„dus satisfaciendi, qui per typum illum indigita-
„batur, ex ratione non constabat, sed ex sola reve-
„latione; quæ proinde eos solos obligabat quibus
„revelata est.

„Equidem regerit Gronovius: *Judais quidem,*
„*electo populo, legem primum datam esse: sed ut*
„*conditionem fœderis quod cum illis pepigerat*
„*Deus, promittens cælestia gaudia si quis illam*
„*servaret: si quis igitur de alienis participare, foe-*
„*dus illud & ejus commodis frui vellet, huic conse-*
„*quenter jussum fuisse*, ait, *ut sibi quoque legem il-*
„*lam datam putaret* &c. At facile concedimus,
„exteros commodis fœderis illius cum populo Ju-
„daico initi frui non posse, nisi cunditiunibus
„ejusdem fœderis se submittant. At extra illud
„fœdus salutem oon esse, hoc est quod conce-
„dere haut possumus.

„Neque *obstat* extra Christum, quem typus ille
„respiciebat, nullam esse salutem: Nam hoc verum
„saltem est in illis quibus typus ille revelatus fuit;
„reliqui enim ductum naturæ secuti alia media ex-
„piandi peccata, per sacrificia &c. adhibuerunt, &
„hoc, cæteris paribus, sufficiebat: Sane nec post ad-
„ventum Messiæ asserere ausim, gentiles, quibus
„Christus sese non maoifestavit, ob ignorantiam
„Evangelii damnari debere, idqne ex sequentibus ra-
„tionibus, Nam 1.) cum justitia divina pugnare
„videtur si Deus gentiles, qui juxta vires naturæ
„corruptæ Deum colunt, qui corruptionis suæ
„gnari, per media rationi suæ conveoientia satis-
„facere Deo student, ideo damnare vellet, quod
„verum mediatorem ipsis non revelavit. Sed &
„2.) misericordiæ divinæ vis fieri videtur, si sta-
„tuere velim, Deum quibusdam saltem hominibus,
„in pari corruptione adeoque in pari damnationis
„gradu constitutis, media saletis revelasse, re-
„liquos vero neglexisse. Inprimis cum 3.) ratio
„misericordiæ in omnibus hominibus eadem sit.
„Ideo enim Deus humano generi mediatorem pro-
„misit, quia Adami posteri non tam suo vitio
„quam vitio primorum parentum peccant, adeoque
„non tam ex proposito quam ex necessitate pec-
„cati originalis injuriam numini inferunt, leges
„ejus transgredieodo: Perfectioni igitur divinæ
„convenientissimum esse videtur asserere, Deum
„(qui certum satisfaciendi mudum non publicavit)
„etiam per ea media, quæ ratio toti humano ge-
„neri suppeditat, tamdiu moveri ad misericordiam
„debere, quamdiu verum satisfaciendi modum sin-
„gulos ignorare voluit.

„Neque 4.) me peccare hac in re puto, cum sa-
„pientissimus Servator omnibus Christianis injun-
„gat, *ne alios damnent:* Sane 5.) confirmatur hæc
„sententia ex sacræ scripturæ dictis. Ipse Servator
„ait, Judæos peccatum habituros non fuisse si non
„venisset ipse, si locutus eis non fuisset, si opera
„non fecisset. &c. Nunc autem ubi omnia viderint &
„audierint, nullam excusationem eos habituros ait.
„*Job. XV, 22. 24.* Ex hoc asserto Servatoris sequi-
„tur gentes, qui eum nec audiverunt nec viderunt,
„excusabiles esse, inprimis cum gentiles typum
„non habuerint futuri Servatoris, qui solis Judæis re-
„velatus fuit. 6.) Servator permittit Judæis ne cre-
„dant si non faceret opera divina: *Job. X, 37.*

que enim eos obligat lex quibus data non est, [h] At quibus data sit lex, ipsa loquitur: [i] Audi Israël & passim fœdus [k] cum ipsis ictum, [l] ipsi in

„probabilis ergo fuit defectus fidei in illis qui Chri-
„sti opera non viderunt. 7.) Paulus postquam sup-
„posuit fidem ex auditu, auditum autem ex præ-
„dicatione Christi sequi, *Rom. X*, 17. inde conclu-
„dit, quomodo ergo credent illi quem non au-
„dierunt, aut quomodo audient sine prædicatione,
„*ibid. v. 14.* Unde videtur nihil imputari posse
„eis, qui non audierunt verbum Evangelii: Idem
„Paulus 8.) tradit eos qui sine lege peccaverunt
„etiam sine lege perituros esse. Neque hactenus
„gentes se excusare posse, ait, ignorantia legis; quia
„naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, & legem
„(scil. divinam) non habentes ipsi sibi lex sunt,
„qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus
„suis; testimonium reddente illis conscientia ipso-
„rum, & inter se invicem cogitationum accusan-
„tium aut etiam defendentium extrema illa die.
„*Rom. II. v. 12. seq.* Apparet igitur gentiles judi-
„catos iri juxta legem naturæ, quæ sola tunc ipso-
„rum accusationi vel justificationi inserviet: Unde
„9) notanter Paulus alibi ait, *si igitur præputium*
„*justitiam legis* (scil. naturalis) *custodiat, nonne præ-*
„*putium illius in circumcisionem reputabitur. Rom.*
„*X. 26.* quo ipso indigitat, gentiles jus naturæ ser-
„vando idem facere quod Judæi legem Mosis ob-
„servantes: Atque ex hoc principio 10) idem Pau-
„lus Cornelium, gentilem, docet, *in omni gente*
„*qui timet Deum & operatur justitiam, acceptum*
„*ei esse. Act. X, 35.* Accedunt 11) Exempla sacræ scri-
„pturæ; Hiob fuit Idumæus, i. e. gentilis, & tamen
„describitur vir simplex & rectus, ac timens Deum
„& recedens a malo, cui non similis esset in terra;
„*Job. 1. & 8. II.* 3. & qui non obstantibus afflictio-
„nibus retinuisset innocentiam. *XX. 3.* Deus Eliæ
„commendat viduam, quæ Sareptæ in Sidonia de-
„gebat, & in ejus favorem miracula edidit. 1 *Reg.*
„*XVII. 9. 14. 17. 24.* Ita *Act. X. v. 7.* mentio fit mi-
„litis timentis Deum: *& Cap. XVI.* 14. Lydia a
„cultu divino commendatur. Idque 12) non tan-
„tum Maimonides in ante allegato loco statuit, sed
„& Patres quidam id asserere non erubuerunt: loco
„omnium est locus Justini Martyris *in apol. 1. pro*
„*Christ. pag. 91. Qui cum ratione vixerunt Christia-*
„*ni sunt, quamvis Athei habiti sint, quales inter*
„*Græcos fuere Socrates, Heraclitus, & alii similes.*
„*Add. Casaub. adversus Baronium Ex 1.*

„Atqui extra Christum nulla est salus: Sane Pau-
„lus, cum Ephesiis statum naturalem in quo ante re-
„generationem fuere, ob oculos poneret, *vos*, ait,
„*illo tempore fuistis separati a Christo, alieni a ci-*
„*vitate Israelitarum, expertes foederum, promissio-*
„*nis spem non habentes, & athei in mundo*, Resp.
„Apostolus alloquitur Ephesios, qui ante prædica-
„tionem Evangelii gentiles, adeoque expertes & foe-
„derum & promissionum populo judaico factarum,
„ac idololatræ, & hactenus Athei fuerunt. De
„his ait, exclusos eos fuisse a commodis Evange-
„lii, quæ nunc ad eos quoque pertinerent: Adeo-
„que non asserit Ephesios olim a promissione ex-
„clusos, & quod Athei (qui Deum perverse co-
„lerent) fuerint, damnatos antea fuisse. Si, quod sup-
„ponimus, adhibitis naturæ & rationis viribus ens en-
„tium adorarent, &, Christi mediatoris haut gnari, ens
„illud iratum precibus & sacrificiis oblatis placa-
„rent; cæterum virtutes morales ad imitationem
„perfectionum divinarum exercerent. Hinc totam
„rem judicio & interpretationi divinæ relinquimus, &
„pia intentione credimus, Deum Christianis forte pro-
„prium & eminentiorem beatitudinis gradum de-
„stinare, atque hunc salutis gradum Christianis
„destinatum ad gentiles non pertinere.

h) (Grot.) (AT QUIBUS DATA SIT LEX IPSA LOQUITUR *Audi Israël*) ita sentit & Moyses Maimonides, & probat sententiam suam ex Deut. XXXIII. 4.

ADDITIO.

„Author hanc rationem repetit *infra n. 6. Quia*
„*obligatio extra jus naturæ venit ex voluntate le-*
„*gem ferentis: Deum autem voluisse ut alii quam*
„*Israelitæ ista lege tenerentur, nullo indicio potest de-*
„*prehendi.*

„*i*) (AUDI ISRAEL:) Adeoque publicata & re-
„velata est solis Israelitis. Equidem Gronovius exi-
„stimat, ex hac formula non sequi legem de qua
„Moses loquitur tantum pertinere ad Israelitas:
„ 1) quia ea voce non intelligi debet Israel secun-
„dum carnem, sed secundum spiritum; ut Israel sint
„omnes fideles. 2) Similem esse præfationem deca-
„logi, sive legis moralis; & tamen Decalogum ob-
„ligare omnes homines. *Resp. ad* 1) Non nego, sæ-
„pius vocem Israël pro fidelibus accipi, at eo sen-
„su hic per rei naturam accipi non potest, quia De-
„us legem dedit Judæis, eamque his solis publicavit,
„quæ proinde ad gentiles respicere non potuit, qui
„præsentes non fuerunt, & cum quibus tunc nullum
„negotium fuit Judæis. *Resp. ad* 2) Verum non est,
„decalogum obligare omnes homines qua decalo-
„gum; etsi enim præcepta quædam naturalia eo con-
„tineantur, gentiles ad ea servanda obligabantur
„non vi decalogi, sed jure naturali: Judæi autem
„tenebantur ex duplici vinculo; tum, quia naturalis
„ratio præcepta illa dictabat, tum, quia lege civili
„observantia præceptorum naturalium iis injuncta
„fuit. Eodem modo, uti jus Romanum solum popu-
„lum Romanum obligabat, *§. 3. & 4. J. Jur. nat. &*
„*gent.* etsi illud collectum sit ex principiis juris na-
„turalis & gentium. *§. fin. ff. de just. & jur.* Quan-
„do igitur gentiles ad quædam jura obligari dicuntur,
„id non est ex lege decalogi, sed ex jure naturæ,
„quod obligaret exteros etiam sine decalogo. Sed &
„obligabantur ex dispositione juris positivi, si scil id
„dictum ut exteri non minus ac indigenæ legi naturæ
„tenerentur.

„*k*) (CUM IPSIS:) adeoque non cum gentilibus.

„*l*) (IPSI IN PECULIAREM POPULUM DEI AD-
„SCITI DICUNTUR:) Cujus prærogativa præcipua
„hæc erat; quod Deus legem suam ipsis commise-
„rit, eisque regnum & sacerdotium tradiderit. *Rom.*
IX. v. 4.

in peculiari Dei populum adsciti dicuntur, quod verum esse agnoscit, & m ex loco Deuteron. XXXIII, 4. probat Maimonides.

3. n Quin inter ipsos Hebræos vixerunt semper aliqui exteri homines

„*IX. v.* 4. Equidem opponit Gronovius *in not. b.*
„*Judæis quidem, electo populo, legem primum datam*
„*esse, sed ut conditionem fœderis quod cum illis*
„*pepigerat Deus, promittens coelestia gaudia si*
„*quis illam servaret. Si qui ergo de alienis parti-*
„*cipare, foedus illud, & commodis ejus frui vellet,*
„*huic consequenter jussum fuisse, ut sibi quoque le-*
„*gem illam datam putaret: Quemadmodum leges*
„*XII. Tabb. non sunt posita nisi civibus Romanis;*
„*itaque eos exteros non obligare. At si quis peregri-*
„*nus privilegia & honores civis Romani appeteret,*
„*eum non potuisse se excludere ab obligatione juris*
„*Quiritum*: At verum non est præmia cœlestia esse
„tantum conditionem fœderis cum populo judaico
„initi: ea enim absque fœdere, ex natura perfe-
„ctionis divinæ, tribuit Deus omnibus hominibus
„Dei voluntatem perficientibus: quod consensu o-
„mnium gentium, quæ pœnas & merita post mor-
„tem statuunt, confirmatur: Equidem cum præ-
„terea Deus etiam alias leges præscripserit Judæis,
„verum est ideo singularia præmia ipsis eum pro-
„misisse sub conditione, si illas leges observaverint.
„Et hæc singularia præmia sunt conditio fœderis
„initi; & de his verum est, quod illi qui com-
„modis hujus fœderis frui volunt a jure forensi
„& cæremoniali excludere se nequeant.

m) (EX LOCO DEUTORONOMII XXXIII.) *Legem nobis præcepit Moyses, hæreditatem multitudinis Jacob.*

n) (QUIN INTER IPSOS HEBRÆOS VIXERUNT SEMPER ALIQUI EXTERI HOMINES &c.) Author, ut probet gentiles non obligatos fuisse legibus Judæorum positivis, provocat ad exempla proselytorum, qui non tenebantur nisi legibus naturæ, quatenus in decalogo & præceptis Noachicis comprehendebantur.

ADDITIO.

„B. Parens originem Proselytorum egregie ex-
„plicat in *prodr. jur. gent. Ex.* 2. §. 47. *seq.* Verba
„ejus hæc sunt. Sunt in populo jure & usu gen-
„tium duæ incolarum in genere species: alii o-
„riginarii, seu indigenæ; alii adoptati vel assum-
„ti, (*conf. l.* 4. 16. *C. de Incol. l.* 1. 6. *ff. ad munic.*)
„Hi in sacris Proselyti dicuntur, & eodem jure
„duplices sunt; alii fiunt domicilio constituto,
„proselyti domicilii vel portæ dicti, & specialiter
„incolæ, quos domicilium facit; (*conf. l.* 1. *C. Incol.*)
„alii speciali quoque in jus civitatis judaicæ alle-
„ctione, (*conf. l.* 6. *l.* 7. *C. eod. tit. d. l.* 1.) quos Pro-
„selytos juris vocant. Reliqui advenæ sunt. Per-
„peram igitur *Osiand. ad Grot. L.* 1. *Cap.* 1. *th.* 16.
„*obs.* 2. *in f.* tres proselytorum species fingit, &
„mercenarios addit, quasi ex loco *Exod. XII. v.*
„45. sed erronee.

„Proselyti domicilii, & advenæ, peregrini sunt,
„ac jure gentium utuntur, & priores illi ad mu-
„nera & ontra civilia tenentur: (*conf. d. l.* 6.
„*C. de Incol.*) Proselyti juris autem ut justi ci-
„ves ad omnes leges civiles ac ritus sacrorum, et-
„iam circumcisionis, tenebantur. Tales enim
„eodem jure cum indigenis gaudent, etiam quoad
„honores; modo pleno jure civium in jus civita-
„tis recepti sint; alias quatenus jus civitatis Judai-
„cæ concessum fuit; id enim in arbitrio conce-
„dentis est. *Vid. Auton. J. G. cap.* 20. §. 46. *& seq.*
„Unde in magnum tamen Synedrium legi oon po-
„tuisse constat; quippe quod a speciali Dei jussu
„ex Senioribus Israel constitutum fuit, & in quod
„nec ipsi indigenæ eligi promiscue potuerunt. *Num.*
„11, *v.* 16. *Petr. Cun. de republ. Hebr. l.* 1. *c.* 1.
„*Schikard de jur. reg. cap.* 1. *Theor*, 2.

„At jus gentium omnibus, etiam peregrinis,
„commune fuit. Quo & pertinet cultus veri Dei,
„& quæ jure gentium ad eum requiruntur: (*conf.*
„*l.* 2. *ff. de J. & J.*) uti adoratio; etiam in loco
„communi ædis publicæ aliis rebus non dicato: &c.
„ut & sacrificiorum oblatio: nam & ista inter
„gentes ubique recepta fuere.

„Dixi, *cultus veri Dei:* Idolatricus enim, non
„jus sed abusus gentium, a præcipuis quoque gen-
„tium prudentibus improbatus: (coof. *Euseb. præp.*
„*Evang. lib.* 11. *c.* 13. *& lib.* 13. *c.* 12. 13.) nec in
„jure Romano, etiam qua a paganis statutum, nisi
„unius Dei cultus assertus est. Unde & tales ob-
„lationes rejectæ sunt. *Lev.* 22. *v.* 25.

„Etsi autem sacrificiorum usus sit juris gentium,
„tamen alii atque alii ritus passim sanciti vel rece-
„pti sunt, ad quos, eum sint meri juris eivilis,
„peregrini non obligabantur, nisi ea lex ad ipsos
„quoque extensa fuerit, quod expresse factum est
„in modo oblationis: de quo *num.* 15. *v.* 15.
„*& seq.*

„Unde solvitur quæstio Grotii *in th.* 16. An
„potuerint isti e paganismo peregrini hoc cultu
„juris gentium, etsi noo circumcisi, salvari? Resp.
„Potuere equidem suo jure legitimo, ut Judæi
„suo, quia quod hi ultra jus gentium juris habue-
„re merum jus civile fuit, quod ad gentes & pe-
„regrinos nihil pertinebat. Nihil igitur huc facit
„quod ajunt: veteres ritus fuisse typos futurorum
„& Christi; & eam proinde doctrinam recipere
„debuisse qui salvi esse vellent: Quod & sensit
„doctiss. Groo. *ad* §. 16. *n.* 2. Sed procul a sco-
„po! Præterquam enim quod jam diximus eos
„ritus esse mere juris eivilis, 1.) nondum quæritur
„de separatione lapsus humani, sed de potestate le-
„gis exacte servatæ: nam quod illa iam exacte ser-
„vari noo potest, non est a vitio legis, sed homi-
„num. Sed & 2) hoc ipsum, ut illi ritus essent
„typi, non est a natura, sed ab instituto & lege ei-
„vili, quæ propria Judæorum fuit: Neque 3) typis
„istis alia vis data, quam significare Christum. Ille

nes εὐσεβεῖς καὶ σεβόμενοι τὸν Θεόν qualis [o] Syrophœnissa Matth. XV, 22. [p] qualis ille Cornelius Actor. X, 2. τῶν σεβομένων ἑλλήνων, Actor XVII, 4. Hebraice חסידי אומות [q] pii ex gentibus: ut legitur [r] titulo Thalmudico de Rege. [s] Talis qui est, in lege dicitur בן נכר Levit. XXII, 25. גר ותושב Levit. XXV, 47. ubi Chaldæus dixit [t] incolam incircumcisum. Hi

„vero cognosci potuit non ex solis typis, sed magis ex lectione vaticiniorum sacrorum, & consuetudine Judæorum, inter quos ille publice docebatur. Hactenus B. Parens.

„Dictis hoc addendum adhuc est, aliqualem „differentiam fuisse inter proselytos justitiæ & indigenas, 1) ratione Moabitarum & Ammonitarum, qui etsi Judaismum profiterentur non admittebantur ad honores. 2) Ratione matrimonii, „quod cum quibusdam proselytis plane interdictum „erat, cum quibusdam saltem respectu sexus masculini. *Seld. de I. N. L. 5. c. 14.*

„o) (SYROPHOENISSA:) quæ apud *Matth. XV.* „22. vocatur mulier Cananæa, apud Marcum *VII.* „26. Græca, Syrophœnissa gente, ob latitudinem extensarum coloniarum terræ Cananeæ & Græcæ. „Sunt qui putarunt mulierculam hanc fuisse ex posteritate viduæ illius Sidoniæ ad quam mittebatur „Elias tempore magnæ illius inopiæ. *1 Reg. 17. v. 9.* „*Vid. Tesm. b.*

„p) (QUALIS ILLE CORNELIUS:) Gronovius, in „notis hic, existimat animo eum judaizasse, quia „non potuit esse religiosus, & perpetuo in veneratione veri Dei mansisse, si verum Deum non norat, uti norat tum nemo gentilium nisi judaismi „edoctus: Hinc conjecturatur eum vere Judæum „fuisse, sed a publica professione metu amittendæ „militiæ abstinuisse. Neque enim potuisse manere „civem Romanum & militem, honoratum præsertim, si palam judaismum professus fuisset: Concludit igitur Cornelium credidisse foedus & promissionis spem penes Judæos fuisse, ac privata religione Judæorum Deum coluisse, nec tamen in legem „eorum transiisse. Idque tum necessarium non „fuisse, quia jam venisset Christus, & legi satisfecisset. Huic igitur erranti conscientiæ occurrentem „Deum misisse ei Apostolum Petrum. Resp. Hoc „ipsum in quæstione est, an gentilis possit esse religiosus, & in veneratione Dei manere? Ego ex rationibus supra allatis id Dei judicio reliqui; Etsi „enim verum cultum ignorent, ideo excusandos eos „ipse Apostolus ait, quia modus colendi revelatus „ipsis non fuit. Illi igitur Deum colunt quantum naturalis ratio, & humana infirmitas permittit; Imo propter hanc ipsam infirmitatem mediis „utuntur expiandi peccata, ideoque sacrificia Deo „offerunt.

„Nihil igitur obstat quo minus Cornelius, inter „judæos versatus, veram & rationi convenientem „ideam de Deo ejusque attributis habuerit, ac cultum naturali ratione cujvis hominum cognitum „enti perfectissimo exhibuerit, atque ex eo capite „æternæ damnationi exemtus fuerit. Sane Actorum scriptor hunc militem Romanum, eoque Gentilem, *pium, religiosumque virum* appellat, *qui perpetuo in veneratione veri Dei esset &c.*

„Cæterum Baronius conjecturatur, hunc Cornelium ex nobili Corneliorum gente ortum fuisse, „quia ex legione, quæ vocatur Italica, esse dicitur. „*Act. X 2. Conf. Euseb. Hist. L. 2. c. 3. Tesm. b.*

„q) (PII EX GENTIBUS:) Qui Paulo Thessalonicæ prædicanti adjuncti esse dicuntur: Gronovius „vertit, *pii nationum de gentibus.* Adeoque pii inter „gentes esse possunt, etsi cultum Judæorum ignorent. *Actor. XVI,* 4. Repetendum hic est quod Petrus prædicto Cornelio testatus est, in omni gente, „qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptum „ei esse. *Actor. X.* 34.

r) (Grot.) TITOLO THALMUDICO DE REGE:) Et titulo de Synedrio cap. XI.

„s) (TALIS QUI EST IN LEGE DICITUR:) filius „peregrinationis.

t) (Grot.) (INCOLAM INCIRCUMCISOM:) De tali agitur & Exodi XII, 45. A quo distinguitur proselytus, id est circumcisus advena, ut ostendit collatio loci Num. IX, 14. De piis illis incircumcisis multa habet Maimonides libro de Idololatria c. X. §. 6. Idem in commentario ad Misnajoth, & alibi sæpe, pios illos ex gentibus participes ait futuros bonorum futuri sæculi. Chrysostomus ad Romanos cap. II. ποῖον Ἰουδαῖον ἐνταῦθά φησιν, ἢ περὶ ποίων ἑλλήνων διαλέγεται; τῶν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. οὔπω γὰρ εἰς τοὺς τῆς χάριτος ἔφθασε χρόνους ὁ λόγος: *quem Judæum hic indicat, & de quibus Græcis differit? de iis qui ante Christi adventum fuere: nondum enim ad Gratiæ tempora perducta est oratio.* Deinde: ἕλληνας δὲ ἐνταῦθά φησιν, οὐ τοὺς εἰδωλολατροῦντας, ἀλλὰ τοὺς θεοσεβοῦντας, τοὺς τῷ φυσικῷ πειθομένους λόγῳ, τοὺς πλὴν τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν συντελοῦντα διατηροῦντας. Exemplaque dat in Melchisedeco, Jobo, Ninivitis, Cornelio. Mox: ἕλληνα δὲ πάλιν οὐ τὸν εἰδωλολάτρην ἀλλὰ τὸν θεοσεβῆ καὶ ἐνάρετον καὶ τῶν νομικῶν παρατηρήσεων ἀπηλλαγμένον φησί: *Græcos hic dicit non idolorum cultores, sed in Deum pios, naturali rationi obsequentes, qui, præter Judaica instituta, cuncta quæ ad pietatem facerent servabant. Et Græcum rursum vocat, non cultorem idolorum, sed pium, virtute præditum, a legis vero ritibus liberum.* Eundem in sensum trahit illud, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος *lege solutis ut lege solutus:* & oratione XII. de Statuis: ἕλληνα ἐνταῦθα καλεῖ οὐ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν προσκυνοῦντα μὲν τὸν Θεὸν μόνον, οὐκ ἐνδεδεμένον δὲ τῇ τῶν Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων ἀνάγκῃ, σαββατισμοῖς λέγω καὶ περιτομῇ

Hi, ut narrant ipsi Hebræorum magistri. [u] leges Adamo & Noæ datas servare tenebantur, [x] abstinere ab idolis, [y] & sanguine, [z] & aliis quæ infra suo loco memorabuntur [aa] at non idem leges proprias Israelitarum. Itaque cum [bb]Israelitis non liceret vesci carne bestiæ, quæ

τομῇ καὶ καθαρισμοῖς διαφόροις, ἀλλὰ φιλοσοφίαν ἅπασαν καὶ εὐσέβειαν ἐνδεικνύμενον. Græcum hic appellat, non idolis deditum, sed unius Dei invocatorem, talem tamen qui Judaicarum rituum necessitati alligatus non est, sabbathum puta observationibus, circumcisioni, variis ablutionibus: interim qui in omnibus sapientia studium pietatemque ostendit.

„u) (LEGES ADAMO ET NOÆ DATAS SERVARE „TENEBANTUR:) quia sunt leges naturæ quibus totum humanum genus obligatur, & ubi speciali re„velatione opus non est, quia ex ratione omnibus „hominibus insita fluunt. Leges igitur naturæ „non differunt a legibus Adamo & Noacho dato: „hasque somnium esse Rabbinorum alibi diximus. „Adamo enim jus naturæ sub figura arborum de„claratum fuit. Noacho præter legem de vitanda „idololatria (quæ itidem naturalis est) alia lex pu„blicata non est.

„x) (ABSTINERE AB IDOLIS:) Nam colere „Deum naturæ lex est; cum ergo extranei quoque „juri naturæ obligentur, ipsi quoque Deum cole„re tenentur, eoque a cultu idolorum abstinere.

y) (ET SANGUINE:) Equidem leges cæremoniales ad alias gentes non pertinent, nisi appareat legislatorem Deum eas peregrinis quoque communes esse voluisse. Apparet hoc de esu sanguinis, quo primum omnibus Noachidis seu gentibus, deinde per Mosen constanter & mira severitate peregrinis quoque interdixit, atque ut sanguinem animalium, quibus vescentur, in terram velut aquam effunderent, jussit *Lev. c. III. v. 17. c. VII. c. 26. & 27. c. XVII. v. 10. seq. XIX. v. 26. Deut. c. XII. v. 16. & 23. seq. c. XV. v. ult.* At ubi id restringitur ad eos peregrinos qui inter Judæos habitarunt, & ad quorum proinde notitiam lex pervenit: certo indicio alios ex lege non teneri: Quin quod magis mirum est, idem quoque gentibus recens ad Christum conversis in Concilio Apostolorum injunctum fuit. *Act. Cap. XV. v. 20. & 29.* An autem cum omnibus hodie Christianis illa lex ex sacris literis innotuerit, omnes etiam nunc ea teneantur? etsi ratio ejus sibi constare videatur, tamen hac vice suspendere judicium malim. *Vid. Seld. de J. G. L. 7. c. 1.*

Apparet ex hac revelatione, sanguinem viventis debuisse esse signum vetiti homicidii; quod etiam a bestiis se vindicaturum ait Deus. *Gen. IX.* Deus ergo hominis sanguinem sacrum & inviolabilem, ipsumque sanguinem brutorum quasi sacramentum hujus prohibitionis statuit: Sanguinem non ederis, ait, quia requiram sanguinem vestrum de manu brutorum. *Gen. IX. v. 4. & 5.*

Hoc a natura sciri nequit; non enim sequitur, hominum sanguis non debet effundi, ergo nec brutorum edi; ille vindicari debet a quovis homine & bruto, ergo abstinendum quoque a sanguine bruti. Signum ergo hoc ab instituto est: unde etiam ratio prohibitionis cessat in sanguine mortuorum, quia signum ibi cessat; homo enim mortuus non occiditur sed vivus: unde morticinia & suffocata ab extraneis comedi possunt.

ADDITIO.

„Equidem nova hæc & ingeniosa est explicatio „B. Parentis, quod scil. Deus lege hac revelata „constituerit sanguinem brutorum quasi sacra„mentum sanguinis humani, atque hinc ejus, dum „vivit, esu abstinendum. Hoc autem signum non „a natura sed ex instituto esse ait, indeque nemi„nem ei obligari nisi cui id revelatum sit, uti „fuit Proselytis tam justitiæ quam domicilii.

„At hac sententia posita sequeretur Christianos „quoque huic legi teneri, quia ipsis quoque reve„lata hæc lex est, quod tamen praxi ecclesiarum „Christianarum repugnat. Verius ergo est, legem „illam loqui non de quolibet sanguine, sed de „sanguine sacrificii, adeoque de esu idoli. Ido„lum enim ejusque sanguis edi non debent, quia „comedentes participarent de re, quæ diabolorum „est, cum quibus nihil commune habere fas est: „uti id explicat *Paul. 1. Chor. X, 19. seq. & v. 27. „& 28.* Ideo igitur esus idoli prohibetur, quia „hic ipse esus cultus non Dei, sed idolorum est. „*ibid Cap. 8. v. 1. 4. 5. 6. 10.* Hoc igitur præce„ptum ipsa lex naturæ est, quæ non tantum in„digenas, sed & exteros, totumque humanum genus „obligat, uti id latius explicavimus *in Differt. „Proœm. III. §. 24. seq.*

„z) (ET ALIIS, QUÆ INFRA SUO LOCO ME„MORABUNTUR:) nimirum leges de homicidio, „adulterio, concubitu incestuoso, violenta rapina &c. *Vid. infra c. 2. §. 5. n. 8. & Diss. Proœm. III. Sect. 1. 2. & 3.*

„aa) (AT NON ITEM LEGES PROPRIAS ISRAE„LITARUM:) i. e. jus cæremoniale & forense; „Hoc enim obligat tantum quibus publicatum est, „at Judæis tantum publicatum fuisse dictum est. Certissimo indicio observantiam legum Mosaica„rum ad salutem non fuisse necessariam.

bb) (ISRAELITIS NON LICERET VESCI CARNE BESTIÆ, QUOD FATO SUO PERIISSET:) Quemadmodum a jure differt quod honestum & pulchrum est; ita ab injuria quod turpe & sordidum: & quemadmodum a sensuum judicio pendet quid pulchrum sit, ita & e contrario quid sordidum: illud movet sensus ad appetendum ad mirandum, honorandum &c. hoc ad refugiendum, spernendum, abominandum. &c. Hujusmodi quæ sunt, non sunt proprie turpia aut moraliter mala; sed vilia tamen & contemta, & non videntur ab initio creationis, & a statu per-

quæ fato ſuo periiſſet, peregrinis tamen inter ipſos viventibus id licebat. Deuter. XXV, 21. [cc] Niſi quod quibuſdam legibus ſpecialiter expreſſum eſt, ut incolæ iis non minus quam indigenæ teneantur.

4. [dd] Extraneis etiam, qui aliunde advenirent, neque inſtitutis Hebraicis ſubjicerentur, [ee] in templo Hieroſolymitano licuit Deum adorare, & victimas offerre, [ff] ſtantibus tamen in loco peculiari ac ſeparato a ſtatione Iſraelitarum. 1. Reg. qui latinis III. Reg. VIII, 41. 2 Maccab. III, 35. Joh. XII, 20. Actor. VIII, 27. [gg] Neque Eliſæus Naamani Syro, [hh] neque Ionas Ninivitis, [ii] neque Daniel Nebuchodonoſoro, neque Prophetæ alii Tyris, Moabitis, Ægyptiis, ad quos ſcribunt, unquam ſignificarunt opus ipſis eſſe ut Moſis legem ſuſciperent.

5. [kk] Quod de tota lege Moſis dixi, idem & de circumciſione, [ll] quæ legis

fecto, ſed a natura & rerum corruptione, quam & gentes agnoverunt ſeu ab execrationibus illis quæ revelatæ in ſacris ſunt, exſtitiſſe. Atque hæc referri poſſunt inter ea quæ levis notæ maculæ dicuntur *in l. 27. C. de inoff. teſt.*

Tale quid eſt morticinum quod dicitur, & cujusque animalis cadaver. Etſi ergo eſus illius jure gentium vetitus non appareat, tamen ipſa humana natura, quæ non eſt plane effecata, eum ſua ſponte nauſeat ut rem impuram & immundam. Hinc Deus populo ſuo ideo ejus eſum interdixiſſe dicitur, quia eum ſibi ſanctum & mundum eſſe voluit. *Deut. XIV. v. 21. Lev. XVII. v. 15. &c. XXII. v.* 8. unde tot lavationum ritus. Peregrinos autem non quidem vetuit ea emere iisque veſci; *Deut. d. v.* 14. at immundi tamen & ipſi fuere: *Lev. XVII. v.* 16. unde horum convictu Judæis uti licitum non non erat, niſi mundati fuiſſent. *d. v* 15. *L. 7. v.* 21. *Lev. XXII. v. 4. ſeq.* Similia viſa ſunt menſtrua muliebria &c.

ADDITIO.

„Populus Judæorum ſanctus fuit Deo; *Deuter.* „*XIV.* 1. & ideo prohibebatur ne morticinum, „rem ſordidam, tangat. *ibid. v.* 8. nec comedat, „*ibid. v.* 21. Adeoque hæc lex ad jus cæremoniali „pertinet.

„cc) (NISI QUOD QUIBUSDAM LEGIBUS SPECIA„LITER EXPRESSUM EST, UT INCOLÆ IIS NON MI„NUS QUAM INDIGENÆ TENEANTUR:) Sed tum „ratione incolarum lex illa obligat tanquam jus ci„vile, cui extranei quamdiu in territorio commo„rantur omnino ſubſunt, uti ex juris gentium prin„cipiis id demonſtravit *B. Parens in Diſp. de fund.* „*in territ. juriſd.*

dd) (EXTRANEIS ETIAM:) Legem Moſis, ejusque obſervantiam ad ſalutem non fuiſſe neceſſariam, Author exemplis probat: peregrinis enim licebat in templo adorare & victimas offerre, quia Deum colere eſt lex naturæ: at ad reliquos ritus non admittebantur. Sed & porro ait Author, prophetas nunquam ſignificaſſe gentilibus quos inſtruxerunt ut Moſis legem ſuſciperent.

„ee) (IN TEMPLO HIEROSOLYMITANO LICE„RET DEUM ADORARE:) Camerarius Reginæ Can„daces venerat adorare in Hieruſalem, qui erat Æ„thiops, adeoque gentilis. *Vid. Actor. VIII, 22.*

ff) (STANTIBUS TAMEN IN LOCO PECULIARI:) Vide Joſephum ubi Templi Salomonis hiſtoria tractatur.

ADDITIO.

„Arcebantur extranei a templi ingreſſu interiori, „exemplo publicani *Luc. c.* 18. *v.* 13. quin nec po„terant ritus & cæremonias judaicas adhibere co„lendo Deo, ſub pœna capitali. *Seld. I. N. L.* 3. *c.* „4. 5. & 6.

gg) (NEQUE ELISÆUS NAAMANI SYRO:) Idem ſentit Hilarius ad Matth. XII.

ADDITIO.

„Hiſtoria Naamani legitur *2. Reg. V, 19.* de cu„jus vero ſenſu vide *Dyk Noſce te ipſum c. 16. vid.* „*Teſm. b.*

hh) (NEQUE JONAS NINIVITIS:) *Vid. Ion. c. III.*

„ii) (NEQUE DANIEL NEBUCHODONOSORO, „NEQUE PROPHETÆ &C. UNQUAM SIGNIFICARUNT:) „Non omiſſuri ſi exiſtimaſſent alienigenis, ſi ſalvi eſſe „vellent, ſubeundum fuiſſe legis Hebraicæ jugum.

kk) (QUOD DE TOTA LEGE MOSIS DIXI:) Quærit Author, an peregrini e paganiſmo potuerint ſalvari obſervato cultu juris gentium, etſi non circumciſi fuerint? Reſp. potuere equidem ſuo jure legitimo, ut Judæi ſuo: quia, quod hi ultra jus gentium juris habuere, merum jus civile fuit, quod ad gentes & peregrinos nihil pertinebat.

„ll) (QUÆ LEGIS QUASI INTROITUS ERAT:) Cir„cumciſio enim erat nota characteriſtica legis Mo„ſaicæ, eaque conſtituebat fœdus quod inter Deum „& Hebræos intercedebat: *Gen. XVII, 2. ſeq.* a „quo proinde excludebantur omnes non circumci„ſi: neque Judæus eſſe poterat niſi circumciſus.

mm) HOC TANTUM INTEREST, QUOD LEGE MOSIS ISRAELITAE SOLI TENEANTUR:) Nam his ſolis

legis quaſi introitus erat, dictum volo. [mm] Hoc tantum intereſt, quod lege Moſis Iſraëlitæ ſoli tenebantur, circumciſionis * autem lege tota Abrahami poſteritas: [nn] unde Idumæos à Judæis coactos circumciſionem ſuſcipere in hiſtoriis Hebræorum [oo] & Græcorum legimus. Quare qui populi extra Iſraëlitas circumciſi ſunt (ſunt àutem complures, quorum [pp] Herodotus, [qq] Strabo, Philo, Juſtinus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Epiphanius, [rr] Hieronymus

ſolis, non omnibus Abræ poſteris, leges a Moſe datæ ſunt:

*) (CIRCUMCISIONIS AUTEM LEGE TOTA ABRAHAMI POSTERITAS.) Diſſentit *Oſiander in not. ad Grot. h. §. Obſ. 5.* qui aſſerit legem hanc ad ſolos Iſraëlitas eſſe reſtrictam, quia ipſe Deus fatetur fœdus tantum cum Iſaaco ictum eſſe; idque per oppoſitionem ad Iſmaelem. Gen. XVI, 19. 20. Reſp. lex tamen data eſt toti domui, & familiæ Abrahami, etſi effectus fœderis non conjunctus ſit ubique.

Etſi vero plures gentes circumciſione uſæ ſint non tamen inde efficitur jus gentium ſecundarium, quia non a gentibus eſt introductum ob communem uſum vel mutua commercia, ſed ex cauſa particulari familiæ: adeoque jus ſoli iſti familiæ cohæret, & licet illa familia in plures gentes diſceſſerit, eſt tamen merum jus familiæ, quod in unaquaque gente obtinet, tanquam parte illius familiæ:

ADDITIO.

„Ad dubium Oſiandri tollendum addi poteſt, ef„fectus quosdam illius fœderis etiam ad Iſmaelis po„ſteros pertinuiſſe Gen. XXI, v. 13. 18.

„Cæterum lex circumciſionis ideo non poteſt ad „jus gentium ſecundarium referri, quia *jus gentium* „*voluntarium* non exiſtit: & ſupra jam dictum eſt, quæ„dam apud plures gentes obſervari tum ex cauſa „fortuita, tum ad imitationem aliorum, tum ob „utilitatem cuique civitati propriam: Atque ad ul„timum caput referendus eſt circumciſionis uſus, „qui inter quasdam gentes ob præputii magnitudi„nem neceſſarius eſt, adeo ut & fœminæ quoque ei „ſeſe ſubmittere debeant, ne ob labiorum exuberan„tiam impediatur procreatio. Conſ. *Euthymium Mo*„*nachum in ſuis Mahomethanicis*: Cæterum ad ſa„lutem eam non eſſe neceſſariam vel exinde patet, „quia ſolis Hebræis non autem omnibus Abræ po„ſteris leges a Moiſe datæ ſunt. Hinc quoque in primo „Synodo Apoſtolorum diſerte ſtatutum fuit, circum„ciſionem non eſſe neceſſitatis. *Act. XV, v. 1. V. 24. ſeq.*

„mm) (UNDE IDUMÆOS A JUDÆIS COACTOS:) „Cum ſubegerat Hyrcanus Idumæos, edixit man„ſuros illos in patria, ſi circumcidi, & legibus Ju„daicis uti vellent; Illi amore patriæ ducti „& circumciſionem & reliquam juxta judaicos ritus „vivendi formulam admiſerunt: Atque eo tempo„re eis contigit ut deinceps Judæi eſſent. *Ioſeph.* „*Antiq. Lib. 13. c. 17.*

„oo) (ET GRÆCORUM:) Eos enim coactos eſſe „in judaiſmum tranſire diſerte ait Ammonius in li„bro *de diff. verb.* Unde Straboni & Stephano in„ter Judæos cenſiti Idumæi. *Vide Seld. de I. N. L.* „*2. c. 2. in ſ.*

„pp) (HERODOTUS:) Hiſt. L. 2. ubi de Colchis „& Æthiopibus id teſtatur. *Adde Diod. Sic. L. 2.*

„qq) (STRABO:) Idem de Ægyptiis aſſerit *Lib.* „17. de Troglodytis Vide *Diod. Sic. L. 4. c. 3.* de „Lydis *Martial. L. 6. ep. 39.* de circumciſione va„riarum gentium vide *Cuna. de rep. Hebr. L. 3. c. 5.* „De Mahumetanis res nota eſt.

„rr) (HIERONYMUS EOS CREDIBILE EST AB IS„MAELE, AUT AB ESAVO, AUT EX CETHURA „POSTERIS VENISSE:) Gronovius in not. h. miram „hanc conjecturam vocat; Addens, & Ægyptios & „Colchos & Æthiopas circumciſione uſos eſſe, teſte „Herodoto. Hos autem non Kethuræ, non Eſavi, „aut Iſmaelis, nec omnino Heberi aut Semi proge„niem fuiſſe: Sed Ægyptios ac Æthiopas a Chami „filiis deſcendere, Meſreno ſcil. (unde Ægyptis Hebræ„is terra Meſraim,) & Chuſo, unde iiſdem Æthiopia „terra Chuſi. Colchos a Japetidis: verba Gronovi „hæc ſunt. *Atqui & Ægyptios & Colchos & Æthy*„*opas circumciſione uſos, teſtis Herodotus. Hos au*„*tem non Cethuræ, non Eſavi, aut Iſmaelis, nec omni*„*no Heberi & Sethi progenies, ſed Ægyptii ac Æthio*„*pes a Chami filiis deſcendunt, Meſreno, unde Ægy*„*ptus Ebrais terra Meſraim, & Chuſo, unde iiſdem* „*Æthiopia terra Chuſi. Et credibile eſt Ægyptios ac*„*cepiſſe circumciſionem ab Hebrais inquilinis, Æthio*„*pas ab AEgyptiis. Colchi, autem, origine Scythæ Ja*„*petidæ fuerunt, & videntur circumciſionem illam* „*accepiſſe ab Aegyptiis cum Seſoſtris, expeditione* „*in Aſiam facta, coloniam Aegyptiorum ibi colloca*„*viſſet, cujus meminit etiam Cornelius Flaccus Lib. V.* „*Argon. 418. Seſoſtrin autem ſucceſſiſſe Pharaoni in ma*„*ri rubro ſubmerſo ſentit Uſſerius in chronologicis.*

ss) (Grot.) (AUT EX CETHURÆ POSTERIS:) Ex his orti videntur Æthiopum illi, quos circumciſis annumerat Herodotus: Homeritas illos vocat Epiphonius.

„tt) (IN ALIIS OMNIBUS:) Extra poſteritatem „Abrahami.

uu) (LOCUM HABEBAT PAULI ILLUD: &c.) adeoque in his ſufficit, ut jura naturæ peragant: nec circumciſio ibi neceſſaria eſt.

xx) (Grot.) (NATURA SUAPTE:) τοῖς τῆς φύσεως λογισμοῖς, *collectionibus naturalibus*, ait Chryſoſtomus. Idem mox: διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, εἰσὶ θαυμαστοὶ ὅτι νόμου οὐκ ἐδεήθησαν. *Ob hoc, inquit,* *admi-*

mus, meminerunt) eos credibile eſt ab Iſmaële, aut ab Eſavo, aut ex Cethuræ poſteris veniſſe.

6. Cæterum [u] in aliis omnibus [uu] locum habebat Pauli illud, Rom. II, 14. *Cum gentes quæ legem non habent,* [xx] *natura ſuapte* [yy] (id eſt moribus ex primævo fonte manantibus: [zz] niſi quis malit illud *natura* referre ad præcedentia, ut opponantur Gentes Judæis, [aaa] quibus ſtatim natis lex inſtillabatur) *faciunt ea quæ legis ſunt; iſti legem non habentes ſibi ſunt lex:* [bbb] *ut qui oſtendant ipſum opus legis mentibus ſuis inſcriptum, ſimul teſtimonium reddente ipſorum conſcientia, & cogitationibus ſeſe mutuo accuſantibus, aut etiam excuſantibus.* Et illud ibidem 26. *Si præputium* (id eſt præputiatus homo) [ccc] *obſervet mandatum legis,* [ddd] *nonne præputium illius pro circumciſione reputabitur?* Bene ergo in Joſephi hiſtoria Ananias Judæus Izaten Adiabenum (Ezaten hunc Tacitus vocat) docebat [eee] etiam citra circumciſionem Deum recte coli, & propitium haberi poſſe. Nam quod extranei multi circumciſi ſunt, [fff] & per circumciſionem legi ſe obligarunt, (ut expli-

Antiq. lib XX, c. 2.

admirandi ſunt quod lege opus non habuerint. Idem ἀρκεῖ ἀντὶ τȢ νόμȢ τὸ συνειδὸς καὶ λογισμός. *Sufficit pro lege conſcientia & rationis uſus.* Tertullianus adverſus Judæos: *Ante legem Moyſis ſcriptam in tabulis lapideis, legem fuiſſe contendo non ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & a patribus cuſtodiebatur.* Non longe hinc abit Iſocrateum illud δεῖ τȢ̀ς εὖ πολιτευομένȢς ȣ̓ τὰς ϛοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον; *Qui bona republica frui velint, ii debent non literis implere porticus, ſed in animis quod juſtum eſt ferre.*

„yy) (ID EST, MORIBUS EX PRIMÆVO FONTE „MANANTIBUS:) uti de Scythis refert Juſtinus *l. 2.* „*c. 2. juſtitiam gentis ingeniis coli non legibus.* Ubi „notandum eſt, Grotio fontem primævum eſſe con„venientiam cum appetitu Societatis humanæ, vel „cum humana natura. *proleg. §. 7. §. 8. §. 9.* No„bis vero fons primævus eſt voluntas Dei per ratio„nem declarata humano generi, ut jus ſuum cuique „tribuant. *Vid. dict. §.* 8. & de hac naturæ lege loquitur „Apoſtolus.

„zz) NISI QUIS MALIT ILLUD NATURA REFER„RE AD PRÆCEDENTIA:) Quaſi Apoſtolus innuat, „gentes legem Moyſis ſervare per ſupernaturalem „quandam omnibus hominibus communem gratiam, „cum Judæi eam ſervent ex publicatione & inſtitu„to: quod recte rejicit Oſiander *in not. b.* opponi„tur enim ibi diſerte lex quæ ſcripta eſt, legi „quæ ex ſola ratione innoteſcit.

aaa) (QUIBUS STATIM NATIS LEX INSTILLABA„TUR:) Per præcepta parentum & magiſtro„rum.

„bbb) (UT QUI OSTENDANT IPSUM OPUS LE„GIS, MENTIBUS INSCRIPTUM:) Adeoque qui præ„cepta legis Moſaicæ peragunt, quatenus ex ratione „percipi poſſunt.

ccc) OBSERVET MANDATUM LEGIS:) Quatenus ſcilicet ex ratione cognoſci poteſt: adeoque quatenus lex eſt moralis.

„ddd) (NONNE PRÆPUTIUM ILLIUS PRO CIR„CUMCISIONE REPUTABITUR:) i. e. nonne æque ju„ſtus erit ac Judæus.

eee) (Grot.) (ETIAM CITRA CIRCUMCISIONEM DEUM RECTE COLI ET PROPITIUM HABERI POSSE:) Ipſe Tryphon, de rigore remittens, Juſtino ſic ait: μένοντι σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ φιλοσοφίας τρόπῳ ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας: *ſi in illa philoſophandi ratione manſiſſes, erat tibi reliqua ſpes aliqua ſtatus melioris.*

ADDITIO.

„Gronovius hic notat, eodem Joſephi loco alium „Judæum, Eleazarum, monuiſſe regem, grandem „injuriam Deo & legi fieri, & magnam eſſe impie„tatem quod agnita veritate non circumcideretur; „& huic paruiſſe Izaten, atque hinc in omni vita, „Deo propitio ac vindice, felicem & magnum fu„iſſe. Verum hæc non pugnant: Nam ſi Izates „juxta inſtituta Judæorum vixiſſet, verum Deum „agnoviſſet, & cultum Idolorum aboleviſſet, ſalvus fie„ri ex jure naturæ potuiſſet, uti omnes extranei apud „Judæos Deum adorantes: At non fuiſſet Judæus, „adeoque nec commoda fœderis ad eum pertinuiſ„ſent. Cum igitur Izati intentio fuerit ad religio„nem judaicam transſire, *Joſeph. antiq. L. 20. c. 2.* „merito Eleazar ſuſtinebat eum Judæum non eſſe, „adeoque regem nec ad ſingularia præmia, ſive tem„poralia ſive ſpiritualia, adſpirare poſſe, niſi ritibus „judaicis, quo circumciſio pertinebat, ſe ſubjece„rit, quod in ſequentibus optime explicat Author.

„fff) (ET PER CIRCUMCISIONEM LEGI SE OB„LIGARUNT) Circumciſionem enim legis quaſi „interitum fuiſſe dixit *ſup. n. 5.* idque fecerunt par„tim ut jus civitatis adipiſcerentur; Uti enim nemo

plicat Paulus Gal. V, 3.) id fecerunt partim, ut jus civitatis adipiscerentur. *ggg* (nam Proselyti, qui Hebræis גרי צדק hospites justitiæ, * pari jure erant cum Israelitis, Num. XV.) *hhh* partim ut earum promissionum essent participes, *iii* quæ non communes humano generi, *kkk* sed Hebræo populo erant peculiares: quanquam non negem *lll* posterioribus seculis accessisse etiam in nonnullis pravam opinionem, quasi extra Judaismum salus non esset.

7. Hinc colligimus, nulla parte legis Hebrææ, *mmm* qua lex est proprie, nos obligari, quia obligatio extra jus naturæ venit *nnn* ex voluntate legem ferentis. Deum autem voluisse, *ooo* ut alii quam Israelitæ ista lege tenerentur, nullo indicio potest deprehendi. *ppp* Non igitur, nos quod attinet, probanda est ulla legis abrogatio: *qqq* nam nec abrogari potuit eorum respectu, quos nunquam obstrinxit. Sed ab Israelitis ablata est obligatio, *rrr* quoad ritualia quidem, statim postquam

„nemo civis Romanus fit, nisi Quiritum juri se „submittat, ita nemo civis Judæorum fieri poterat, nisi ritus eorum adoptasset.

ggg) (NAM PROSELYTI:) De his egimus *supra n.* 5.)

*) Grot.) (PARI JURE ERANT CUM ISRAELITIS:) Justinus colloquio cum Tryphone: *προσήλυτος περιτεμνόμενος, ἰς τῷ λαῷ προσκεχώρηκεν, ἐστὶν ὡς αὐτόχθων. Proselytus qui circumcisus populo se aggregavit, par est indigena.*

ADDITIO.

„*Proselytus* ergo *justitia* erat, qui, præter verum „cultum, ritus quoque & cæremonias judaicas complectebatur: cujus tres sunt notæ, circumcisio, „baptismus, & oblatio. *Seld. de success. ad leg.* „*Hebr. c.* 26. *Crocius in obed. n.* 5. *Proselytus do*„*micilii* autem fuit, qui observabat præcepta No„achica, seu jus naturæ; adeoque ad ritus & cære„monias Judæorum non obligabatur. *R. Moses* „*in Iad. chazecha bilchot Issau. c.* 14. hoc modo id „explicat: *qui in se suscipit non colere idololatriam,* „*& tenere præcepta reliqua; mandata posteris Noa,* „*quique nec circumcisus, nec baptizatus est, ecce* „*hunc susceperunt ut quendam a piis mundi.* Dif„ferentiam tamen aliqualem adhuc mansisse vidi„mus *supra n.* 3.

hhh) (Grot.) (PARTIM UT EARUM PROMISSIONUM ESSENT PARTICIPES:) Et ob id ad Paschalis ritus communionem admittebantur.

„*iii*) (QUÆ NON COMMUNES HUMANO GENE„RI:) nam horum merita non ex singulari pa„cto, sed ex ratione naturali, quæ in perfectione „divina fundatur, æstimantur.

„*kkk*) (SED HEBRÆO POPULO ERANT PECU„LIARES:) Deus enim non tantum æterna præmia „longe majora Judæis promisit, sed & tempora„riam felicitatem, cujus arbitrium penes Deum, „citra hoc pactum, adeo esse alibi diximus, ut „citra imperfectionis notam cuique hominum bo„na auferre, cruciatus imponere, omnisque ge„neris mala ipsis inferre possit. *Vid. supra §.* 10. „*n.* 2. At hoc arbitrium Deus in favorem Judæo„rum remisit, sub conditione si leges divinas ob„servaverint.

„*lll*) (POSTERIORIBUS SECULIS ACCESSISSE ET„IAM IN NONNULLIS PRAVAM OPINIONEM:) „quæstionem, an gentilis extra Judaismum vel „Christianismum salvari possit? supra jam explica„vi, totamque rem judicio divino reliqui. Ipse „Gronovius, qui pro negativa pugnat, Christiane „tandem & pie addit: *Nos tamen ex durissimis* „*non sumus, nec misericordiam Dei circumscribi*„*mus, & quid de bonis ac honestis viris in paga*„*nismo statuerit, arcano illius & adorando judicio* „*relinquimus.*

„*mmm*) (QUA LEX EST PROPRIE:) i. e. quate„nus solis Judæis publicata est: nam etsi contine„antur sub illa lege jura naturæ, ea tamen non ob„ligant gentiles vi legis publicatæ, sed vi volun„tatis divinæ per rationem declaratæ. *Vid. §.* 16. *n.* 1.

„*nnn*) (EX VOLUNTATE LEGEM FERENTIS.) „Lex enim est quod superior voluit.

„*ooo*) (UT ALII QUAM ISRAELITÆ ISTA LE„GE TENERENTUR;) Probavit id Author *supra n.* 1. „jus enim forense cum republica desiit; jus cæremo„niale autem adventu & morte Servatoris, qui est „complementum typi & rituum.

„*ppp*) (NON IGITUR, NOS QUOD ATTINET, „PROBANDA EST ULLA LEGIS ABROGATIO:) „Cum enim negemus legem Mosis unquam genti„bus latam esse, frustra de probatione abrogationis „quæritur.

„*qqq*) (NAM NEC ABROGARI POTEST:) Priva„tio enim supponit habitum.

„*rrr*) (QUOAD RITUALIA QUIDEM STATIM „POSTQUAM LEX EVANGELII COEPIT PROMOL„GARI:) Hoc generale nimis est: dicendum est „desiisse morte Christi; ita enim vaticinium „Danielis nos docet, a die edicti de restauranda urbe,

quam lex Evangelii cœpit promulgari; [sss] quod Apostolorum principi clare fuit revelatum, Act. X, 15. quoad cætera vero, [ttt] postquam populus ille per excidium urbis & desolationem præcisam sine spe restitutionis populus esse desiit.

8. Nos vero alienigenæ non id Christi adventu consecuti sumus, [uuu] ut Mosis lege non teneremur, sed ut qui antea [xxx] spem tantum satis obscuram in Dei bonitate positam habere poteramus, [yyy] nunc diserto fœdere fulciamur, [zzz] utque in unam ecclesiam coalescere possimus cum Hebræis, filiis Patriarcharum, sublata ipsorum lege, quo velut intersepimento a nobis distinebantur, Ephes. II, 14.

§. XVII.

1. [a] Cum ergo directam obligationem lex per Mosem data in nos inducere non possit, ut jam ostendimus, videamus, [b] ecquem alium usum habere possit, tum in hac de jure belli, [c] tum in similibus aliis quæstionibus. [cc] Id enim scire ad multa refert.

2. Primum ergo ostendit lex Hebræa, id quod ea lege præcipitur [d] non esse contra jus naturæ. Nam cum jus naturæ, ut ante dixi-

„urbe, usque ad Christum, 60 septimanas intercedere, *Dan. IX. v.* 25. iis elapsis finem accepturum peccatum, deletum iri iniquitatem, & impletum iri visionem & prophetiam. *ibid. v.* 24. At finis illarum septuaginta hebdomadum incidit in diem mortis Servatoris, ut alibi ex principiis chronologicis probavimus.

„*sss*) (QUOD APOSTOLORUM PRINCIPI CLARE FUIT REVELATUM:) Deus enim mortuo Servatore jussit Petrum manducare quadrupedia, serpentia, &c. Judæis olim immunda: addens rationem, non esse communia quæ Deus purificavit. *Act.* X, 13. Exinde ergo apparet legem cæremonialem desiisse.

„*ttt*) (POSTQUAM POPOLUS ILLE PER EXCIDIUM URBIS POPULUS ESSE DESIIT:) Civitate enim sublata omne jus tollitur, quod ei inhæret; & frustra de jure forensi quæritur, ubi populus non est qui eo utatur; factum autem id est sub Tito. *Cunæ. de republ. Ebræor. L.* 1. *c.* 7.

„*uuu*) (UT MOSIS LEGE NON TENEREMUR,) utpote cui nunquam obligati fuimus, & quæ diu desiit. *Vid. n. præced.*

„*xxx*) (SPEM TANTUM SATIS OBSCORAM IN DEI BONITATE POSITAM HABERE POTERAMUS:) Nullum enim fœdus cum Deo nobis fuit, nulla promissio. Ratio, cui homines relicti erant, non sufficiebat (ob corruptionem humanæ naturæ) ad implendas naturæ leges; media igitur expiationis quæsivere homines; at verum & unicum ac sufficiens medium ignorabant: unde sæpius illa ipsa media peccata augebant. Tristis ergo satis erat conditio gentilium.

„*yyy*) (NUNC DISERTO FOEDERE FULCIAMUR:) Servator enim eadem præmia, quæ olim solis Judæis propria erant, omnibus in eum credentibus promittit.

„*zzz*) UTQUE IN UNAM ECCLESIAM COALESCERE POSSIMUS, SUBLATA IPSORUM LEGE:) Si enim lex Judæorum adhuc subsisteret, hi nunquaquam cum Christianis in unam ecclesiam transire possent: at sublata lege, etiam cæremoniali, nullum amplius superest impedimentum.

(§.XVII.) Author hactenus solide admodum probavit leges Mosis, etiam quæ typum continent, non obligare nec gentiles nec hodie Christianos. Triplicem tamen ejus legis esse usum docet; 1.) quod omnia quæ lege illa præcipiuntur, non contrarientur juri naturæ. 2.) Quod similes tuto possint statui leges. 3.) Quod inde ea quæ virtutis & perfectionis sunt, hauriri possint.

a) (CUM ERGO DIRECTAM OBLIGATIONEM LEX PER MOSEN DATA IN NOS INDUCERE NON POSSIT:) Quia solis Judæis publicata fuit, adeoque cum earum republica desiit.

b) (ECQUEM ALIUM USUM TUM IN HAC DE JURE BELLI &c.) Ita enim ea quæ Deus Judæis in gerendis bellis permisit, semper licite etiam a Christianis fiunt, nec censeri possunt esse contraria juri naturæ.

c) (TUM IN SIMILIBUS ALIIS:) ut in materia usurarum: *Vid. l.* 2. *c.* 12. *§.* 20. pœnarum capitalium: *L.* 1. *c.* 2. *&* 3. *n.* 6. *seq.* &c.

„*cc*) (ID ENIM SCIRE AD MULTA REFERT:) Nimirum (1) an id quod ex lege præcipitur sit contra jus naturæ? *Vid. §. h.* 12. *n.* 2. (2) An civitati nunc leges ferre liceat ejus sensus cujus sunt leges per Mosem datæ? *h. §. n.* 3. (3) An virtutes a Mose præceptæ a Servatore majori gradu præcipiantur. *h. n.* 4.

d) (NON ESSE CONTRA JUS NATURÆ:) Deus enim

diximus [e] sit perpetuum atque immutabile, [f] non potuit a Deo, qui injustus nunquam est, quicquam adversus id jus præcipi. Adde quod lex Mosis vocatur [g] immaculata & recta, Psalm XIX, qui Latinis XVIII, 6. & Apostolo Paulo [h] sancta, justa, bona, Rom. VII, 12.

[i] De præceptis loquor; [k] nam de permissis distinctius agendum est: [l] permissio enim, quæ lege fit, [m] (nam quæ nudi est facti, & impedimenti remotionem significat, huc non pertinet,) [n] aut plena est, quæ jus dat ad aliquid omnino licite agendum; [o] aut minor plena, quæ tantum impunitatem dat apud homines, [p] & jus ne quis alius impedire licite possit. [q] Ex prioris generis permissione [r] non minus quam ex præcepto sequitur id [s] de quo lex agit [t] contra jus naturæ non esse. [u] De posteriori genere [x] aliter se res habet. [y] Sed

enim Author est utriusque juris, is autem contraria velle nequit.

„e) (SIT PERPETUUM AC IMMUTABILE:) Equidem verum hoc est, at non ex ratione quam „Author allegavit *supra §. 10.* quasi juri naturæ intrin„sece insit turpitudo vel bonitas, quæ in conve„nientia cum natura sociali & rationali consistat: „sed quia Deus quod semel voluit nolle amplius „non potest.

„f) (NON POTUIT A DEO, QUI INJUSTUS „NUNQUAM EST, QUICQUAM ADVERSUM IN JUS „PRÆCIPI:) Hæc ratio supponit aliquid justum na„tura esse antecedenter ad Deum, adeoque ideo „Deum aliquid præcipere, quia per se justum est: „Nam hinc concludit, Deum quod per se inju„stum est admittere non posse. At *d. §.* 10. jam „probavi, nihil Deum velle quia justum est, sed „ideo justum esse quia Deus voluit: convenien„tiam autem illam cum natura sociali fabulam es„se, & naturam rationalem, eo quo Author eam accipit sensu, ad juris species plane non pertinere. „*Vid. proleg. §. 9. & L. 1. c. 1. §. 11.*

„g) (IMMACULATA ET RECTA:) quia & jura „naturæ continet.

„h) (SANCTA, JUSTA, BONA:) Nam Deum „authorem habet.

„i) (DE PRÆCEPTIS:) adeoque quatenus obli„gatio inde oritur, id est, quatenus necessario ali„quid omitti vel necessario fieri debet.

„k) (NAM DE PERMISSIS DISTINCTIUS AGEN„DUM:) In his enim obvenire ait, ut lege Judai„ca quandoque aliquid permittatur quod per se „justum non est, sed saltem impunitatem habet.

„l) (PERMISSIO ENIM QUÆ LEGE FIT:) Si „scil. aliquid permittitur beneficio legis, relaxando „legem. Vid. infra *L. 2. c. 2. §.* 23.

„m) (NAM QUÆ NUDI EST FACTI, ET IMPEDI„MENTI REMOTIONEM SIGNIFICAT, HUC NON „PERTINET:) Id est si Deus non approbat, sed non „impedit, etsi impedire possit: uti dum permittit „actus vitiosos ab hominibus vitiosis committi. „Hæc permissio huc non pertinet, quia nudi facti „est, & significat saltem Deum non voluisse impe„dire, non autem approbasse: uti Author id „explicat *L. 1. c. 8. §. 7. n. 3.*

„n) (AUT PLENA EST, QUÆ JUS DAT AD ALI„QUID OMNINO LICITE AGENDUM:) In qua per„missione proinde nihil est quod cum naturæ jure „pugnat.

„o) (AUT MINOR PLENA, QUÆ TANTUM IMPU„NITATEM DAT APUD HOMINES:) quo refert permis„sionem legis dimittendi uxorem, ob qualemcunque „offensam: item permissionem sumendi vindictam ab „eo qui læsit *l. 1. c. 2. §. 7. n. 8.* Qualia plurima jure „gentium voluntario permitti ait. Vid. *Diss. Prooem. IV. §. 65. seq.*

„p) (ET JUS NE QUIS ALIUS IMPEDIRE LICI„TE POSSIT:) Quia lex impunitatem dat, etsi res „per se justa non sit.

„q) (EX PRIORIS GENERIS PERMISSIONE:) ubi „conceditur jus ad aliquid licite agendum.

„r) (NON MINUS, QUAM EX PRÆCEPTO:) Nam „quod in lege Hebræa præcipitur non esse contra „jus naturæ, docuit *supra n.* 2.

s) (DE QUO LEX AGIT:) Adeoque permissio est actio legis, cum tamen contrarium asserit supra §. 9.

„t) (CONTRA JUS NATURÆ NON ESSE:) Si enim „permissio legis jus dat ad aliquid *licite* agendum, „supponitur ratione naturali nihil iniqui subesse, „alias non *licite* ageretur: Adeoque actus ita per„missi liciti sunt, non quia lege Mosis permittun„tur, sed quia liciti sunt ipso jure naturæ. Ne„que ullum dari poterit exemplum actus, qui lege „Mosis jus det ad *licite* agendum: & qui non ante il„lam legem jure naturæ permissus fuerit.

u) (Grot.) (DE POSTERIORI GENERE:) Vide Chrysostomum ad finem VII. ad Romanos.

„x) (ALITER SE RES HABET:) Quando Deus „Hebræis aliquid permittit minus plene, ita ut sal„tem impunitatem det, & jus ne alius impedire „possit; hoc casu Author ait, id quod lex agit posse „contrariari juri naturæ: Atque huc refert „permissionem legis Mosaicæ de dimittenda uxore, „& jus ultionem exigendi a lædente in judicio. *L.* „*1. c. 2. §. 7. n. 8.*

„Equidem male Author huc refert exempla al„legata, quia permissio de dimittenda uxore non de„mum ex lege Hebræa oritur, sed ab ipsa natura: uti „plenius demonstrabimus cit. loco: Jus autem ul-

 tionem

y Sed raro locum habet hæc collectio: *z* quia cum permittentia verba ſint ambigua, magis ex jure naturæ interpretari nos convenit utrius generis ſit permiſſio, quam ex permiſſionis modo ad jus naturæ argumentando procedere.

3. Huic primæ obſervationi affinis eſt altera, *aa* licere nunc his qui imperium inter Chriſtianos obtinent, leges ferre ejus ſenſus cujus ſunt leges per Moſem datæ, niſi ſi quæ ſint leges, *bb* quarum tota ſubſtantia ad tempus Chriſti exſpectati & Evangelii nondum revelati pertineat, *cc* aut niſi Chriſtus ipſe contrarium, aut in genere, aut in ſpecie, conſtituerit: *dd* nam his tribus cauſis demptis nulla poteſt alia excogitari, *ee* cur, quod olim Moſis lege fuit conſtitutum, nunc ſit extra ea quæ licent.

4. Tertia obſervatio hæc ſit: *ff* quicquid ad eas virtutes pertinens quas Chriſtus a ſuis diſcipulis exegit, lege Moſis præceptum eſt, *gg* id nunc etiam, ſi non & amplius, a Chriſtianis præſtandum. Fundamentum

tum

„tionem exegendi privata authoritate nunquam jure „naturæ permiſſum fuit; uti probavimus *in Differt.* „*Prooem. VIII.* §. 22. *ſeq. Diſſ. XII.* §. 610. *ſeq.* „Cæterum an & quatenus Deus permittendo dero„gare poſſit juri naturæ in diſſertatione procemia„li I. §. 59. *ſeq.* & *ſupra* §. 10. *n.* 5. latius exami„navimus.

„*y*) (SED RARO LOCUM HÆC HABET COLLE„CTIO:) Quod ſcil. permiſſio legis ſit minus plena, & „repugnet juri naturæ: præſumtionem enim potius „in contrarium eſſe tradit.

„*z*) (QUIA CUM PERMITTENTIA VERBA SINT „AMBIGUA, MAGIS EX JURE NATURÆ INTER„PRETARI NOS CONVENIT UTRIUS GENERIS SIT „PERMISSIO:) Senſus eſt: quod Lex Moſis, ſi quid „permittit, non facile videatur contra naturæ le„gem permittere; adeoque cum verba permittentia „ſint ambigua, conſilium dat, ut ex ipſo potius ju„re naturæ interpretatio ſumatur an actus aliquis „ſit plene licitus, an ſaltem impunitus.

„Cæterum, an aliquid contra legem naturæ a Deo „permitti poſſit, vel permiſſum jure Hebræo ſit, „ex allegata diſtinctione inter permiſſionem plenam „& minus plenam nulla ratione decidi poteſt: Fon„tes deciſionis exhibuimus in *Diſſ. Prooem. I.* §. *59. ſeq.*

„*aa*) LICERE NUNC HIS QUI IMPERIUM INTER „CHRISTIANOS OBTINENT, LEGES FERRE EJUS „SENSUS:) Melior enim legum norma dari nequit, „quam qua ipſe Deus, author legum, uſus eſt.

„*bb*) (QUARUM TOTA SUBSTANTIA AD TEMPUS CHRISTI EXSPECTATI ET EVANGELII NONDUM REVELATI PERTINEAT:) Princeps igitur „Chriſtianus non poteſt leges ferre quæ reſpiciunt „futurum mediatorem, quia nobis de vero ejus ad„ventu conſtat: Hinc legem ſtatuere non poteſt de „fratris vidua ducenda; etſi Moſes talem legem tu„lerit: quia data fuit Judæis, ne exciderent ſpe „ſuſcipiendi Meſſiam ex ſua ſobole; hæc ratio ad„ventu Chriſti ceſſat.

„*cc*) (AUT NISI CHRISTUS IPSE CONTRARIUM „AUT IN GENERE, AUT IN SPECIE CONSTITUE„RIT:) Sæpius dictum jam eſt Chriſtum nullas le„ges conſtituiſſe, ſed ſtatutas ſaltem Judæis inculcaſ„ſe: Adeoque in foro ſoli, de quo ſolo hic quæritur, „Princeps ſtatuere quædam poteſt, etſi cum do„ctrina Servatoris non conveniant. Sic v. g. non „punimr adulterium quod in ſola concupiſcentia „conſiſtit, etſi Servator illud ethico ſenſu pro adulte„rio habeat: ſic leges naturæ & civiles permittunt, „jus ſuum perſequi in judicio ſolius vindictæ cau„ſa, quod pugnat cum præceptis Evangelii.

„*dd*) (HIS TRIBUS CAUSIS DEMTIS:) Utpote ex „quibus juxta hypotheſin Authoris non licet Prin„cipi Chriſtiano leges ferre ejus ſenſus, cujus ſunt „leges per Moſen datæ.

„*ee*) (CUR, QUOD OLIM MOSIS LEGE FUIT CON„STITUTUM, NUNC SIT EXTRA EA QUÆ LICENT:) „quia, uti dictum eſt, non poſſunt falli Principes „qui imitantur leges a Deo approbatas.

ff) (QUICQUID AD EAS VIRTUTES PERTINENS QUAS CHRISTUS A SUIS DISCIPULIS EXIGIT LEGE MOSIS PRÆCEPTUM EST:) Author hic duas confundit diſciplinas jus & virtutem, ſive jurisprudentiam & Ethicam: Moſes nullas virtutes præcepit, ſed jura conſtituit. E contrario divinus Servator nulla jura conſtituit, ſed virtutum regulas inculcavit.

Unde duo ſequuntur: 1.) Jura quæ ex præceptis Moſis a Servatore allegantur, non novam eſſe legem, ſed jus civile Hebræorum: 2.) præcepta, quæ præterea Servator de ſuo addit, non eſſe leges, ſed præcepta ſeu regulas virtutis: Neque Chriſtus illa inculcat tanquam leges, neque inde neceſſitas, aut obligatio oritur.

gg) (Grot.) (ID NUNC ETIAM, SI NON AMPLIUS, A CHRISTIANIS PRÆSTANDUM:) Tertullianus de pudicitia: *libertas in Chriſto non fecit innocentiæ injuriam, manet lex tota pietatis, veritatis, conſtantiæ, caſtitatis, juſtitiæ, miſericordiæ, benevolentiæ, pudicitiæ.*

ADDITIO.

tum hujus obſervationis eſt, [bb] quod quæ virtutes a Chriſtianis exiguntur, ut humilitas, patientia, dilectio, [ii] exiguntur in majore gradu [kk] quam ſtatu legis Hebraicæ exigebantur, idque merito, [ll] quia etiam promiſſiones cœleſtes in Evangelio multo clarius proponuntur. [mm] Hinc lex vetus comparatione Evangelii dicitur fuiſſe nec perfecta, [nn] nec ἄμεμπτος, Hebr. VII, 19. VIII, 7. & [oo] legis finis dicitur Chriſtus, Rom. X, 4. 5. [pp] lex autem manuductrix ad Chriſtum, Gal. III, 25. [qq] Sic

ADDITIO.

„Grotius refert *legem Evangelii* inter jura divina „univerſalia, eamque omnes homines obligare ait, „quibus revelata eſt: quod ſyſtema late examinavimus „in *Diſſert. Proœm. III. §. 39. ſeq.* Inter alios effe- „ctus hujus juris hunc quoque eſſe ait, *quod* „*virtutes lege Moſis præceptas & commendatas ma-* „*jori gradu exigat. dict. Diſſ. §. 44. n.* 5. quod re- „futavimus *ibid. §. 46. n.* 2.

„Cæterum ſæpius jam dictum eſt, Grotium non „confundere diſciplinas juris & virtutis, ſed eas cu- „rate diſtinguere, atque vere ei eum principiis B. Pa- „rentis convenire. *Vid. Diſſ. Proœm. II. §. 31. ſeq.*

„*bb*) (QUOD, QUÆ VIRTUTES A CHRISTIA- „NIS EXIGUNTUR, UT HUMILITAS, PATIENTIA, „DILECTIO &c.) Chriſtiani præcepta Chriſti ſe- „qui tenentur non tanquam præcepta legislatoris: „*dict. Diſp. III. §.* 45. Sed tanquam præcepta na- „turæ quæ obligant homines intuitu Dei: *ibid. §. f.* „*n. 11.* & quæ in foro Soli impune quidem negligun- „tur, ſed in foro Poli omnino pœnis ſubjacent.

ii) (Grot.) (EXIGUNTUR IN MAJORI GRADU.) Chryſoſtomus de Virginitate XCIV, *μείζονα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ τὴν ἀρετὴν, ὅτι πολλὴ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν καὶ μεγάλη τῶν τοῦ Χριστοῦ παρουσία ἡ δωρεά. Major nunc virtus oſtendenda eſt, quia multa nunc ſpiritus effuſa eſt gratia, & ingens donum eſt Chriſti adventus.* Similia habet idem oratione, Eſſe ex negligentia vitia; & de jejuniis tertio; & ad Romanos VI, 14. & VII, 5. Adde Irenæum lib. IV. cap. XXVI. Scriptor ſynopſeos ſacræ ſcripturæ, quæ inter opera eſt Athanaſii, de capite quinto Matthæi agens, *ἐπιτείνει τὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐντολάς, intenſiora facit hic Chriſtus legis præcepta.*

„*kk*) (QUAM STATU LEGIS HEBRAICÆ EXIGE- „BANTUR:) Moſes ſuis legibus neque humilita- „tem, neque patientiam, neque dilectionem, qua- „tenus in puritate animi conſiſtunt, præcipit, nec „hactenus eas virtutes legibus pœnalibus muni- „re vel potuit vel voluit. *Vid. Diſſ. Prooem. III.* „*§. 44. n. 5. & §. 46. n. 2.*

ll) (QUIA ETIAM PROMISSIONES COELESTES IN EVANGELIO MULTO CLARIUS PROPONUNTUR.) In genere juris perfectiſſima fuit lex Ebræorum: at in genere morum non ſufficiebat lex, neque enim mores ſunt objectum legis.

Hunc autem defectum Servator ſupplevit, & perfectionum doctrinam, quam Phariſæi non negligebant tantum, ſed & inutilem ad acquirenda præmia Judæis promiſſa putabant, Judæis inculcat: Atque hoc apparet ex perpetua oppoſitione legum Moſis, ſuæque doctrinæ: ubi non improbat jura, ſed ad perfectionem eam non ſufficere ait: Anguſta nimis eſt innocentia juxta legem bonum eſſe, latius officiorum regulæ patent.

ADDITIO.

„In *Diſſertatione proœmiali III. §. pen. & ult.* au- „thoritatem præceptorum Servatoris explicavimus; „eumque interpretem agere legum Moſaicarum pro- „bavimus: occaſionem ſimul expoſuimus, quæ Ser- „vatori anſam dedit Judæos docendi: ipſi enim ope- „ra legis faciebant, parum de perfectionum re- „gulis, de mentis puritate, & de pia intentione ſolli- „citi. Putabant enim, ad ſalutem ſufficere juxta „verba legis bonum eſſe: Hunc abuſum damnat „Servator, hunc errorem manifeſtat, & præter ea „quæ legis ſunt etiam virtutis exercitium ad ſalu- „tem neceſſarium eſſe tradit, indeque perfectio- „num regulas Judæis explicat & inculcat, quæ „præcipua juris naturalis pars ſunt, & officia ho- „minum erga Deum continent. *d. §. ult. n. 11.*

„*mm*) (HINC LEX VETUS COMPARATIONE EVAN- „GELII DICITUR FUISSE NEC PERFECTA;) Reſp. „Apoſtolus loquitur de lege cæremoniali, typus „enim imperfectus fuit. *Vid. Hebr. VII. v. 11. 12. 13.* „*16. 17. 18. & 19.* atque in tantum melioris teſtamen- „ti ſponſor dicitur eſſe Chriſtus, *ibid. v. 22. & v.* „*27. & 28.* & de typis in ſpecie id explicat Apoſto- „lus *VIII. v. 4. 5. 6. & 7.* Cæterum dictum jam „eſt, veterem legem quoad capita juris fuiſſe per- „fectiſſimam: virtutum enim diſciplina ad legem „non pertinebat, ſed Prophetarum id officium erat, „admodum neglectum tempore Servatoris.

„*nn*) (NEC ἄμεμπτος:) i. e. inculpata.

„*oo*) (LEGIS FINIS DICITUR CHRISTUS:) Ve- „rum hoc eſt de lege cæremoniali; nam legem fo- „renſem duraſſe etiam poſt Chriſtum usque ad exci- „dium urbis, ipſe Author *§. præc. in fine* fatetur. To- „ta autem illa lex cæremonialis in operibus conſi- „ſtit, in ſacrificiis, in diebus feſtis, in commu- „ſtione rerum mundarum; His omnibus finem „fecit Servator, & hinc optime Apoſtolus in epi- „ſtola ad Romanos, inprimis in *c. IX. & c. X.* do- „cet, juſtitiam quæ ex operibus eſt nullam eſſe, „typo jam ceſſante, & ſolam juſtitiam, quæ ex fi- „de in Chriſtum oritur, juſtificare. *d. c. 10. v. 4.* „*5. & 6.*

„*pp*) (LEX AUTEM MANDUCTRIX AD CHRI- „STUM:) Hoc verum eſt de lege cæremoniali, non „de reliquis.

qq Sic lex vetus de Sabbato, & altera de decimis, monstrant Christianos obligari ne minus septima temporis parte ad cultum divinum, nec minus fructuum decima, in alimenta eorum, qui in sacris rebus occupantur, aut similes pios usus, seponant.

qq) (SIC LEX VETUS DE SABBATHO, ET ALTERA DE DECIMIS MONSTRANT CHRISTIANOS OBLIGARI.) Quod ad *priorem* attinet, certum est legem *de sanctificando die septimo* ipsi Adamo generis humani parenti, non solis Judæis, datum, adeoque omnibus manifestatam esse. Certum porro est, nullo naturæ opere perpetuo cognosci peculiaris septimi diei præ cæteris conditionem: neque, cognito etiam Creatorem sex diebus finivisse creationis opus, inde constaret voluisse septimum peculiariter esse sanctum, sed & hoc ab expressa revelatione est, *Gen. II. v. 3.* ubi hoc specialiter additur. Hæc igitur lex est omnibus lata, & causa ejus hominum communis est; at eos tantum obligat ad quos revelatio manavit, & quatenus manavit. Obligantur igitur populi Christiani hac lege, quæ cum sacris literis hodie ipsis vulgata est; sed hactenus saltem, ut post sex dies operarum septimus Deo consecretur, non autem ut dies qui dicitur Saturni aut Sabbati; quasi iste sit ipse dies septimus orbis conditi: neque enim id revelatum est, neque ea mens legis esse potuit, quia e contrario certum utique est ne eundem quidem ubique terrarum simul diem, sed eodem tempore alibi diem esse, alibi noctem. Quin compertum hodie est in occasum profectis, & circumnavigato orbe reversis, integrum diem excidisse. Indeque accidit, cum in littoribus maris Tartarici & vicinis insulis, quasi in confinio ortus & occasus, & Hispani & Portugalli loca teneant, ad quæ illi in occasum, hi in ortum tendendo navigent; ut hodienum idem Hispanis sit Solis, qui Portugallis est Saturni dies. *Becm. hist. univ. c. 1. §. 9.* Quin nec id quidem definiri potest, an dies Saturni sit idem ipse dies, qui orbe condito septimus fuit; & a tanto intervallo dierum computus nunquam erraverit, aut fefellerit, aut nullam variationem passus fuerit; præsertim ex eo, quod sub Josua contigit, *Josu. X. v. 13. Ecclesf. XLVI. v. 36.* et sub Ezechia *II. Reg. XX. v. 9. & 10. Esai. XXXVIII. v. 8.* Satisfactum igitur legi, si exactis sex diebus profestis septimus sit festus, & Deo vacet. *Vid. Prodr. Jur. Gent. Ex. 2. §. 4. & 44.* At *posterior* lex revelata, *de decimis solvendis*, ad alios populos non pertinet; quia nullibi in alios lata aut ad peregrinos extensa, sed soli populo Judaico seu Israelitico data fuit. *Vid. Prodr. d. l. §. 46.*

Videtur igitur Author hic indulgere Gallis pontificiis, qui decimas esse juris naturalis dicunt; Cum tamen jus decimarum apud ipsos Judæos non nisi tanquam jus civile obtinuerit: Sane nulla ratio naturalis, nec ullum factum perpetuum naturæ exstat, ex quo necessitas decimarum inferri possit. Quin decimæ sunt numeri, qui ex instituto hominum, adeoque juris positivi sunt. *Vid. J. publ. nostrum c. 23. §. 55.*

Neque *obstat*, jus decimarum apud plures gentes in usu esse: Resp. Mos hic non potest esse ex jure naturali, uti jam vidimus: neque ex jure gentium voluntario, quia cessat communis necessitas vel usus exigentia: sed casu id contingere potest, vel ad imitationem, ut in testamentis &c. Unum enim illustre exemplum sufficit aliquando ad inducendam consuetudinem apud plures gentes: Ita enim Semiramidis regnum causam dedit successioni fœminarum in Oriente. Ita ex facto Abrahami, cujus nomen in Oriente inter gentiles etiam celebratur, mos decimas solvendi ortus esse potest.

Neque porro *obstat*, quod Abraham, pater credentium, decimas solverit Melchisedecho sacerdoti: Resp. is citra ullam naturæ legem ex sola pietate, adeoque ex liberrima voluntate decimas solvit, neque ullibi legimus Melchisedechum eas tanquam debitum postulasse.

ADDITIO.

Lex Sabbatii est lex mere civilis, quæ solos Judæos obligabat, uti plenius demonstravimus *supra §. 15. n. 2. & Diss. Proœm. III. §. 46.* Sed & legem de *decimis* esse mere positivam probavimus *in dict. Diss. Prooem. III. §. 46.* simulque rationem dedimus, cur apud Judæos Levitis naturali quoque ratione solvi debuerint.

LIBER PRIMUS
CAPUT II.
An Bellare unquam justum sit?

I. *Jus naturæ bello non repugnare. probatur rationibus.*
II. *Historia.*
III. *Consensu.*
VI. *Jus gentium non repugnare bello probatur.*
V. *Jus divinum voluntarium, ante Evangelii tempus, bello non repugnare probatur, cum solutione objectionum.*
VI. *Ad quæstionem, an bellum cum jure Evangelico pugnet, præmonita.*
VII. *Argumenta pro negante sententia ex sacris literis.*
VIII. *Solutio argumentorum ex sacris literis pro parte ajente.*
IX. *Examinatur veterum Christianorum circa hanc rem consensio.*
Negans privato consilio potius, quam præcepto nixa, reprobatur.
X. *Affirmans, publica ecclesiæ auctoritate, consensu, & temporum usu confirmatur.*

Visis

[a] Viſis juris fontibus, [b] ad primam ac generaliſſimam veniamus quæſtionem, quæ hæc eſt, [c] an bellum aliquod juſtum ſit, [d] ſive an bellare unquam liceat.

§. I.

„a) (VISIS JURIS FONTIBUS:) Sed quibus? Varios enim fontes fecit; Nimirum 1) fontem juris „naturæ ſocialis, 2) juris naturæ laxioris, ſeu naturæ „humanæ, 3) juris divini univerſalis, 4) juris gentium voluntarii: Nos omnes hos jurium fontes „non agnoſcimus, eosque refutavimus in *Diſſ.* „*proœm. I. II. III. & IV.* Ac demonſtravimus, omnium „jurium fontem eſſe *voluntatem Dei jus ſuum cuique tribuendi. Diſſ. Prooem. XII.* §. 49. *ſeq.*

„Merito ergo B. Parens *in prodromo juris gentium fol. 110.* Grotium notat, quod mira confuſione tam varia jurium genera fingat ac cumulet, novisque ac inſolentibus vocabulis involvat, „ſpecies generi ſuo opponat, & nova ea genera „faciat, nec inter ſe rite diſcernat.

„b) (AD PRIMAM AC GENERALISSIMAM VENIAMUS QUÆSTIONEM:) Si enim bellum juſtum „nullum datur, fruſtranea eſſet tota tractatio; „fruſtra quæreretur de cauſis belli, fruſtra de ejus „proceſſu, & fruſtra denique de modis finiendi &c.

„c) (AN BELLUM ALIQUOD JUSTUM SIT:) „Nam Author ſollicite diſtinxit bellum a belli jure ſupra *c. 1. §. 2.* quia diſtingui debere dixit id „quod quæritur, ab eo de quo quæritur. *d.* §. *2.* „De *priori* quæſtione egit capite præcedenti, de „*poſteriori* hoc capite agitur.

d) (SIVE AN BELLARE UNQUAM LICEAT?) Author contra Anabaptiſtas, qui bellum juſtum dari negant, bella quædam licita eſſe probat 1) ex jure naturæ brutis communi, i. e. ex motibus omnibus animantibus a natura inditis, quos prima naturæ vocat. *§. 1. n. 1.* 2.) Ex ratione, & natura ſocietatis, quæ non omnem vim inhibet, ſed eam demum quæ ſocietati repugnat. *§. 1. n. 2. 5. & 6.* 3.) Ex ſacra hiſtoria, inprimis exemplis bellorum Deo vel jubente vel approbante geſtorum. *§. 2.* 4.) Ex conſenſu gentium, *§. 3.* 5) Ex jure gentium voluntario. *§. 4.* 6.) Ex jure divino voluntario, quod ſcil. revelatum nobis eſt tum in vetere Codice, *§. 5.* tum in novo. *§. 6.* 7) Ex veterum Chriſtianorum doctrina. *§. 9. & 10.* Denique & 8) dubia removet. *§. 7. & 8.*

At cum omnia quæ de juſtitia bellorum Author tradit, vaga nimium ſint, nihilque juris inferant, nedum licentiam bellorum probent, veram juris bellorum rationem præmittere neceſſarium erit.

Primo certum & indubitatum eſt, Creatorem humano generi non tantum jus occupandi res terræ dediſſe, ſed & facultatem de illis diſponendi; eoque jus agendi omnia ea, ſine quibus facultatem illam exercere non poſſumus: Si ergo alia defendendi juris noſtri ratio præter vim non aſt, ea quoque licita erit. Hæc medii neceſſitas inprimis 2.) vera eſt in illis qui ſuperiorem non cognoſcunt: ſine quo igitur Princeps vel reſpublica jus ſuum conſequi vel defendere nequit, id natura licitum eſt, at adverſario reparationem negante Principes ſine vi bellica jus ſuum defendere non poſſunt, ergo vis bellica licita eſt. Atque hac ratione uſus eſt Pontius Dux Samnitium contra Romanos apud *Liv. L. 9, c. 1.* ubi ait, *juſtum eſt bellum, quibus neceſſarium, & pia arma, quibus nulla relinquitur ſpes niſi in armis:* eoque nomine firmat Samnites ſuos, & id verum ait *Livius d. l. c. 2.* Unde *Cicero 1. off, c. 11.* docet, *cum duo ſint genera decertandi per diſceptationem & vim, confugiendum eſſe ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore.* Hac ratione Caracalla fratricidium quoque ſuum defendere nititur in oratione ad milites apud Herodianum *L. 4. in Anton. Carac. Juſtum & neceſſarium eſt, ſi alius alium occidere velit, vindicare potius injuriam quam expectare.* (Ratio quidem hæc bona, ſed factum, fratrem id voluiſſe, dubium erat.) Alias autoritates vide apud Grotium *h. §. n. 6.* Probatur 3.) licentia bellorum ex officii magiſtratus natura & fine. Finis conſtituti magiſtratus eſt defenſio jurium civitatis, ea ergo intentio naturæ eſt: unde nihil Deo carius eſſe hoc fine ait Scipio apud Ciceronem in *Somn. Scip. c. 3.* Hoc adverſus extraneos invitos imperio fieri nequit, cui non ſunt ſubjecti: ſupereſt ergo ut bello fiat. Unde ſimul apparet his caſibus bella non ſaltem eſſe voluntatis ſed & neceſſitatis, & partem officii. Porro 4.) ex inſtinctibus naturæ defenſionem neceſſariam licitam eſſe apparet, omne enim animal fertur ad ſui defenſionem natura; Creator omnibus animantibus hunc motum indidit, adeoque contradictio foret, appetitum hunc a Deo eſſe, & tamen Deum illum improbare: at bellum nihil aliud eſt quam defenſio neceſſaria juris denegati. Atque hæc ratio late ab Authore in præcedentibus tractata eſt. Imo Creator non tantum motum ſui conſervandi, ſeque defendendi, omnibus animantibus indidit; ſed & (5 arma armorumque ſenſum ac media dedit, ut poſſint exequi, & quidem ea parte dedit, qua magis viribus pollent. Cum igitur alius horum armorum uſus non ſit, merito concluditur, defenſionem neceſſariam fini creationis, adeoque & voluntati Creatoris eſſe conſentaneam. Denique & 6.) communi gentium conſenſu, quin ex utroque fœdere, ac patrum eccleſiæ autoritate, id in ſequentibus probat Author.

ADDITIO.

„Nihil eſt quod his rationibus addi poſſit, quæ „eo redeunt: Quod natura cuique hominum facultates agendi vel habendi, i. e. jura quædam a „Creatore conceſſa ſint? Si proinde alius jura illa „turbat vel aufert, contra voluntatem Creatoris „adeoque injuria agit, quam reparare, i. e. jus ſuum „cuique tribuere tenetur. Si autem nolit injuriam „reparare; ſi nolit jus ſuum cuique tribuere, neceſſario ſequitur vi alterum ad id cogi poſſe, quia „fruſtra Deus jura illa cuique hominum conceſſiſ-

„set, si tertius impune jura illa auferre vel turba-
„re posset.

„Cum vero B. Parens passim hanc de bellorum
„licentia materiam tractaverit, loca hic inserere
„liceat.

„PRIMUS occurrit in *Exercit. II. ad Grot. §. seq.* ubi
„ita rem explicat. Natura cuique facultatem tantum
„dedit in actiones & res suas non alterius; sed con-
„tra, huic ipsi in suas propriam pariter concessit:
„per *pos. 5. n.* 1. 2. quæ proinde invicem impedire non
„possunt: unde sequitur, hominem homini ejusve
„rebus vim inferre natura non posse.

„Ab eodem plane capite fluit ex adverso, si
„tu mihi rebusve meis vim inferas, me jus meum
„tueri & vim arcere posse: quia data mihi a na-
„tura de actionibus rebusque meis statuendi facul-
„tate, & jam illud datum permissumque est sine
„quo de iis statuere ac disponere, impedimentum-
„que tollere non possum. per *pos. 4. n. 4.* Quo-
„ties ergo tu meo me jure meoque arbitrio uti non
„sinis, tu mihi vim facis impediendo, non ego
„tibi impedienti resistendo. (*Conf. l.* 11. *ff. de vi*
„*& vi arm.*) Quoniam igitur in id constitutum in
„terris est summum imperium ut cujusque jus tue-
„atur, per *Pos. 13.* sequitur, quoad ejus copia
„est me jus per vim tueri non posse, at implo-
„rato summi imperii officio seu per judicia posse.
„Hinc, si deficiat imperii aut judicis copia, con-
„sequens plane est, hominem vi quoque se ac jus
„suum tueri posse, atque tum unicum illud quod
„superest, & quod adeo necessarium est, mei
„tuendi medium esse licitum. per *pos.* 4. *n.* 4. Ne-
„que vero tum ego tibi vim infero, sed a te mihi
„illatam defendo. Conf. *d. l.* 11. *&* l. 17. *ff. de vi*
„*& vi arm.*

„Cum igitur, quoties inter ipsas summas pote-
„states de jure contenditur, semper deficiat impe-
„rii & judicii facultas, quippe quod nullum illæ
„agnoscunt; sequitur, si neutra pars injuriam fa-
„teri & ultro satisfacere velit, nunquam aliud ipsis
„restare medium juris sui asserendi quam vim & ar-
„ma. Hoc igitur tum est justum utrinque bellum,
„etsi non possit esse justa utrinque belli causa: nam
„hæc committitur tum Deo, quem solum judicem
„& superiorem habent, judicio, pendetque justitia
„causæ ab ejus eventu. *Vid. Disp. de Just. præl*
„*exit.*

„Hanc permissionem vi suum jus tuendi si alia
„via reliqua non sit, ipse æternus Creator illustri-
„bus argumentis præterea declaravit, etenim hoc
„studium sui defendendi ipse ingeneravit non ho-
„minibus tantum, sed & omni animantium ge-
„neri, idque tanta cura & admiranda providen-
„tia, ut non tantum in natura animantium mo-
„tum & affectum sui defendendi, qui omnium ex-
„tensissimus & acerrimus, omniumque reliquo-
„rum motuum, quibus feruntur ad id quod sibi
„suisque bonum videtur, principium & causa est;
„sed & arma & instrumenta sui tuendi creaverit,
„& nec arma solum, sed & armorum sensum im-
„presserit, adeo ut jam ante quam notæ illæ fue-
„rint, vim suam sentiant, & sciant qua corporis
„parte maxime valeant ad vim abigendam & ad
„sui defensionem: quæ latius exponit & autorita-
„tibus firmat Grotius *cap. 2. §. 1.* & in notis, quo
„nos remittimus.

„Cum itaque tanta sollicitudine æternus Crea-
„ator prospexerit animantibus, ut inprimis curam
„haberent sui conservandi & tuendi, sine qua nul-
„la quoque species conservari posset; eamque adeo
„hoc facto suo probaverit, & imprimendo quasi
„commendaverit, nullatenus dubitari potest, quin
„si hæc defensio non possit nisi per vim fieri, hanc
„quoque permissam voluisse, per *Pos. 4. n. 4. Conf.*
„*Cic. Lib. 5. de finibus bon. cap. 9. seq.* ubi hoc ar-
„gumentum, omne animal seipsum diligere, imo
„omnem naturam esse sui conservatricem, per-
„quam egregie & copiose persequitur.

„Quid vero præterea insulsius & ineptius est,
„quam dubitare, num pro necessaria defensione
„bella geri possint? cum & oporteat; nec licitum
„saltem id sit, sed & officii: Ea enim est princi-
„palis illa pars summi imperii, quæ in juris ac ju-
„stitiæ, adeoque in ipsa divinæ voluntatis execu-
„tione, occupata est, & vi gemina exercetur:
„*Una* in subditos contumaces seu maleficos jure
„imperii specialiter dicti; *altera* in hostes jure
„belli per *Pos. 13. & 14.* Et utraque vis tantum ab-
„est ut minus licita sit, ut & teneatur ea uti is
„cui tutela & executio juris & justitiæ a Creatore
„vice sua injuncta est.

„SECUNDO, peculiari dissertatione, *de justitia*
„*bellorum*, B. Parens demonstravit bellare aliquan-
„do licitum esse. Idque hac ratione probat:
„Naturæ lex evidens est, quod nemo & ne
„summa quidem potestas, possit simul esse pars &
„judex per tradita *in disp. de postlim.*

„Jus enim supponimus controversum inter duos,
„i. e. quod quæque pars suum esse judicat & asserit:
„Quæritur ergo judicium tertii, quo jus illi, cujus
„est, tribuatur; & quod proinde necessario diver-
„sum esse debet a judiciis partium: his enim jam
„decisum cuique est, suum esse jus, illo demum
„cognoscendum ac decidendum, cujus sit: his in-
„ducitur contrarientas, illo componitur: hæc in
„propria causa, dum quisque naturali affectu sibi
„ludet, non amplius sunt libera ad verum jus cui-
„que tribuendum, hoc ergo a propria causa diver-
„sum plane esse debet.

„Hoc igitur jure non videtur summa potestas
„jus aliquod vindicare posse, nisi de eo prius per
„tertium seu arbitrum constiterit.

„Verum generali gentium consuetudine obtinuit,
„ut sine tali arbitro decernere armis possint: quæri-
„tur an recte? & quidem videtur id negandum,
„cum gentes de naturæ decretis disponere non
„possint: Cæterum ex alio fonte recte defenditur
„hoc jus belli, quod scilicet conceditur summis po-
„testatibus ex necessitate per modum sortis seu aleæ.
„Nam arbitrium illud sine potestate non sufficit, nec
„propterea Princeps suo judicio cedere voluerit:
„quin cum multa a judice injungenda hinc inde sint
„partibus, alterutra partium paritionem denegante,
„& deficiente vi coactiva, arbitrium plane futurum
„esset delusorium.

„Jure ergo Principum dubio, cujus explican-
„di alia ratio non est, gentes rem sorti, seu bel-
„li aleæ committunt: uti & privatorum jus in
dubio

§. I.

1. [e] Hæc autem ipsa quæstio, [f] ut & aliæ quæ deinceps sequentur, [g] ad jus naturæ primum exigenda est. M. Tullius Cicero [h] tum tertio de Finibus, [i] tum aliis in locis, ex Stoicorum libris erudite disserit, [k] esse quædam prima naturæ, Græcis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, [l] quædam con- Gell. XII. c. V.
sequentia, [m] sed quæ illis primis præferenda sint. [n] Prima naturæ vocat, [o] quod simulatque natum est animal, ipsum sibi conciliatur

[p] &

„dubio sorte dirimi solet. *l.* 14. *judic. l.* 5. *fam. ercisc.*
„*l.* 24. §. 14. *fideic. libert.* §. 23. *Inst. de legat.* & merito: Si
„enim nihil casu, & absque summi naturæ arbitri
„directione contingat, dubitandum non est, quin
„sortis eventus non casu sed arbitrio numinis futu-
„rus sit. Ita Salomo: sors in sinum jacitur, sed
„tota cadit arbitrio Domini. *Prov.* 16. *v. ult.* Inpri-
„mis ergo ad hoc rerum arbitri judicium recte con-
„fugiunt Principes, utpote qui immediate ab eo de-
„pendent, & quorum solus ille est judex compe-
„tens, cum alium judicem non habeant. Ita idem
„Salomo: Sors litem componit, & decidit inter
„summas potestates. *Prov.* 18. *v.* 18. *Conf.* 1. *Sam.* 14.
„*v.* 41. 42. *Jon. I. v.* 7. *Caus.* 1. *c.* 4. *q.* 2. Non
„obst. *c.* 7. *q.* 5. *Eod. & tt. de sortileg. &c.*

„Sortis autem modus Principibus proprius est alea
„belli: tum quod Principes ad executionem juris
„ab ipsa natura gladio armati sunt; *disp. de sum.*
„*pot.* tum quia hic modus solus superest, quo pars
„stare cogitur judicio sortis; vi scilicet victoriæ ul-
„timæ, qua ipse hostis redigitur in potestatem vi-
„ctoris, quæ est finis armorum.

„TERTIO B. Parens In Disp. *de jure victoria* jus
„bellorum deducit, & in §. 7. ita rem explicat.
„Bellum est potestas jus nostrum vi vindi-
„candi ab extraneis, a quibus imperio, cui subjecti
„illi non sunt, non possumus. Bellorum igitur, at-
„que in bellis occidendi, vastandi, prædandi jura,
„sola necessitate rerum nostrarum tuendarum con-
„stituuntur, & Principes, cum per judicem, quem
„non habent, aut aliter contra extraneos invitos
„non possunt, vi ac armis jura sua concessione na-
„turæ vindicant; quæ & Ciceronis ratio est. *Lib.* 1.
„*offic.* Facultas enim defendendi, quæ omnibus ho-
„minibus, quin & brutis a rerum Creatore data est,
„desineret, si unicum illud remedium, quo solo
„defensio fieri contra invitos potest, aufferretur.
„Hoc igitur necessario indulsit eadem natura, quæ
„illam concessit; & ut vulgo dicitur, dato fine da-
„tur quoque medium, sine quo finis obtineri ne-
„quit. Bellum itaque Princeps gerit, non ut judex,
„quia in extraneos imperium nullum habet; sed ut
„pars, & eo jure, quo vel privatis, quando Judicis
„nulla copia est, nec aliter ipsi possunt, morte ad-
„versarii quoque se ac sua defendere, nulla lege pro-
„hibente, licet.

„Omne igitur jus belli hac regula definitur, quod
„omnia illa in bello licita sint, sine quibus repara-
„tio juris nostri obtineri nequit. Ideo enim bellum
„juste geritur ut jus suum, quod aliter non potest,
„Princeps recuperet. Hic finis est totius negotii,
„uti finis cujusque actus & prælii est victoria, quam
„Imperatori propositam esse non uno loco refert
„Cicero. *Lib.* 8. *ad Attic. ep.* 11. *& in fragm. de rep.*
„*lib.* 5. Præliis itaque victorias, victoriis jus suum
„tueri ac vindicare Princeps intendit.

„*e*) (HÆC AUTEM IPSA QUÆSTIO:) Scl. an bel-
„lare unquam liceat?

„*f*) (UT ET ALIÆ, QUÆ DEINCEPS SEQUEN-
„TUR) Ubi scil. de causis belli & de belli processu
„quæritur:

„*g*) (AD JUS NATURÆ:) Sensu laxiori sumto,
„quo continetur non tantum jus naturæ sociale, sed
„& jus naturæ rationalis seu humanæ. *Vid. L.* 1. *c.*
„1. §. 9. junct. *proleg.* §. 9. Vid. *anteb. h.* §. 1. *n.* 3.
„*in f. & n.* 5.

„*h*) (TUM TERTIO DE FINIBUS:) *pag. m.* 107.
„*& pag.* 109.

„*i*) (TUM ALIIS IN LOCIS:) Scilicet *lib.* 5. *de*
„*finibus bon. & mal. p. m.* 144. 145. 146. *&* 147. *add.*
„*lib.* 4. *eod. p.* 127.

„*k*) (ESSE QUÆDAM PRIMA NATURA:) Prima
„naturæ ita describit Cicero *d. pag.* 147, *quæ infixa*
„*sunt in ipsa natura, comprehenduntur que suis cu-*
„*jusque sensibus, sic ut contra si quis dicere velit non*
„*audiatur:* Alibi ea vocat initia naturæ, *d. fol.* 109.
„prima invitamenta naturæ. *d. fol.* 144.

l) (QUÆDAM CONSEQUENTIA SED QUÆ ILLIS
PRIMIS PRÆFERENDA SUNT:) nimirum notiones con-
venientiæ rerum cum ipsa ratione. *Vid. n.* 2. Quod
specialius postea explicat,, convenientiam necessa-
riam cum natura rationali & sociali. *n.* 3. *in f. & n.*
5. *pr.*

m) (PRIMA NATURÆ VOCAT:) Intelligit Ci-
cero motus illos quibus natura ferimur ad defensi-
onem juris nostri. separandi autem sunt hi mo-
tus ab illis, qui ex corrupta hominis natura pro-
cedunt, quod innuere videtur Author *n.* 2. at ex-
primere nequit. Bœclerus tractatum satis ine-
ptum de primis naturæ scripsit, nam ex se satis pa-
tet qui nam motus omnibus animantibus natura
inditi sint.

„*m*) (SED QUÆ PRIMIS ILLIS PRÆFERENDA
„SUNT.) quia prima illa ex motu naturæ, conse-
„quentia autem ex ratiocinationandi facultate ori-
„untur. *Vid. n. seq.*

„*o*) (QUOD SIMULATQUE NATUM EST ANIMAL
„IPSUM SIBI CONCILIATUR;) Cicero *Lib.* 4.
„*de fin. pag. m.* 128. ait, primam ex natura nos habe-
„re appetitionem, ut conservemus nos ipsos. Et
„*Lib.* 5. *de fin. pag. m.* 146. ait, *omne animal seipsum di-*
„*ligit, & simul ac ortum est, id agit, ut se con-*
„*servet.* Plures autoritates colligit Tesmarus. h. *Vid.*
„*Plato L.* 5. *de Leg. p.* 731. *Sen. ep.* 121. *& ep.* 82.

[p] & commendatur ad se conservandum, [q] atque ad suum statum, [r] & ad ea quæ conservantia sunt ejus status, diligenda: [s] alienatur autem ab interitu, iisque rebus quæ interitum videantur afferre. [t] Hinc etiam ait fieri, ut nemo sit, quin cum utrumvis liceat, aptas malit & integras omnes partes corporis, quam easdem usu imminutas aut detortas habere: [u] primumque esse officium, ut se quis conservet in naturæ statu; [x] deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sint, [y] pellatque contraria.

2. [z] At post hæc cognita sequi notionem convenientiæ rerum cum ipsa

,,*Item L. 5. benef. c. 9. Gell. Noct. Att.* 12. 5. Cicero l. *off.* 4. singula capita eorum, quæ ad prima naturæ pertinent, recenset: *principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur, omniaque quæcunque ad vivendum sunt necessaria, inquirat & paret, ut pastum, ut latibula, ut alia ejusdem generis. Commune autem animantium omnium est conjunctionis appetitus, procreandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt.*

,,*p*) (ET COMMENDATUR AD SE CONSERVANDUM:) i. e. non tantum ad conservandum vitam & membra, sed & res quarum acquisitio & retentio ad vitam utilis & necessaria est. *Vid. n. 4. seq.*

,,*q*) (ATQUE AD SUUM STATUM:) i. e. corpus, & facultates agendi.

,,*r*) (ET AD EA QUÆ CONSERVANTIA SUNT EJUS STATUS; DILIGENDA,) adeoque & vim, si status ille aliter conservari nequit, adhibendi.

,,*s*) (ALIENATUR AUTEM AB INTERITU, IISQUE REBUS QUÆ INTERITUM VIDENTUR AFFERRE:) Seneca rem ita explicat *Ep. 121. nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis: simul enim conciliatur naturæ suæ, quidque & quæ juvant, illa petit, læsura reformidat.*

,,*t*) (HINC ETIAM:) scil. ex motu illo, quo animantia feruntur ad sui, membrorumque suorum, conservationem.

,,*u*) (PRIMUMQUE ESSE OFFICIUM UT SI CONSERVET IN NATURÆ STATU:) Quia omne animal, simulatque natum est, sibi commendatur ad suum statum diligendum: quæ sunt verba Grotii *in pr. h. n.*

,,*x*) (DEINCEPS UT EA TENEAT, QUÆ SECUNDUM NATURAM SINT:) i. e. quæ ad conservationem ejus status pertinent. Nam ad hæc quoque diligenda animal illud simulatque natum est, sibi commendari dixit. n. 1. Convenit hoc cum Principiis Stoicorum, qui vitam beatam in eo posuere, *naturam sequi*, seu *naturæ convenienter vivere*, quod late explicat Lipsius in manud. &c. *diss.* 14. *usque ad diss.* 23.

,,*y*) (PELLATQUE CONTRARIA:) i. e. ea quæ naturæ repugnant.

z) (Grot.) (AT POST HÆC COGNITA SEQUI NOTIONEM CONVENIENTIÆ RERUM CUM IPSA RATIONE:) Seneca epistola CXXIV: *quemadmodum omnis natura bonum suum nisi consummata non profert, ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est.*

ADDITIO.

Dixit Author, quædam esse prima naturæ, quædam consequentia. Exposuit, quænam sint illa naturæ initia, seu prima invitamenta naturæ: *n. præc.* hic jam explicat consequentia, seu notiones convenientiæ rei cum ipsa ratione, i. e. cum natura rationali ac sociali. *Vid. n. 5.* Intelligit igitur Author per rectam rationem, eam quæ convenit cum appetitu sociali & rationali. Hanc convenientiam ideo pro regula actionum moralium constituit, quia prima illa naturæ, i. e. instinctus naturæ, indefinita sunt, adeoque restringi debent per illam convenientiam cum natura rationali & sociali. Nos alibi demonstravimus, motus depravatos a motibus naturalibus secerni debere, non ex natura sociali, sed ex positione nostra juris gentium quarta.

ADDITIO.

,,Bene notandum est, Authorem per prima naturæ nihil aliud intelligere quam motus naturæ, instinctus naturales, ac facultatem & jus agendi juxta illos motus: quod jus naturam omnia animalia docuisse, indeque brutis commune esse dixit Ulpianus. Cum vero homini ratione prædito non promiscue motus illos sequi concessum sit, sed tantum quatenus rationi conveniunt: tota quæstio eo redit, quando rationi convenire videantur? Author ait, quando motus illi cum natura sociali & rationali conveniunt. *Vid. n. 3. in f, & n. 5. pr.* Hinc differentiam inter bruta & homines alibi hanc constituit, quod illa agant ex principio aliquo intelligente externo; hominibus autem, qui circa similia similiter agere norunt, cum appetitu societatis insit facultas sciendi agendique secundum generalia præcepta. *Prol.* §. 7.

,,Cum vero satis probatum sit, naturam socialem & rationalem in sensu Authoris nullam inferre obligationem, convenientia cum his naturis non potest regulam actionum moralium constituere. (Conf. quæ notavimus *ad proleg.* §. 7.) Neque proinde justitia bellorum inde defendi.

,,Vera igitur ratio, cur bellare licitum sit, non ea est quam Author affert, *quia id non repugnat naturæ sociali & naturali:* sed quia Deus voluit jus suum cuique tribui, finis autem ille absque bello obtineri nequit.

,,*aa*)

ipſa ratione, quæ corpore eſt potior, [aa] atque eam convenientiam, [bb] in qua honeſtum ſit propoſitum, pluris faciendam quam àd quæ ſola primum animi appetitio ferebatur; [cc] quia prima naturæ commendent nos quidem rectæ rationi, [dd] ſed ipſa recta ratio carior nobis eſſe debeat, quam illa ſint, a quibus ad hanc venerimus. [ee] Hæc cum vera ſint & ab omnibus, qui judicio ſunt præditi, facile aſſenſum impetrent, ſequitur in examinando jure naturæ primum videndum [ff] quod illis naturæ initiis congruat, [gg] deinde veniendum ad illud, [hh] quod quanquam poſt oritur, [ii] dignius tamen eſt, [kk] neque ſumendum tantum ſi detur, ſed omni modo expetendum

3. [ll] Hoc ipſum vero, quod honeſtum dicimus, [mm] pro materiæ diverſitate, [nn] modo (ut ita dicam) in puncto conſiſtit, ut ſi vel minimum inde abeas, ad vitium deflectat; [oo] modo liberius habet ſpatium, ita ut & fieri laudabiliter, & ſine turpitudine omitti aut aliter fieri poſſit,

„*aa*) (ATQE EAM CONVENIENTIAM &c. PLU„RIS FACIENDAM:) Prima enim naturæ ſunt effe„ctus inſtinctus; convenientia autem illa effectus ra„tionis. Illa brutis communia ſunt, hæc ſolis ho„minibus propria eſt. Egregie Salluſtius *Catilin. pr.* „*Animi imperio corporis ſervitio magis utimur:* „*alterum nobis cum Diis, alterum cum belluis com*„*mune eſt.*

„*bb*) (IN QUA HONESTUM SIT PROPOSITUM:) „quando propoſitum honeſtum ſit *Vide n. ſeq.*

„*cc*) (QUIA PRIMA NATURÆ COMMENDENT „QUIDEM NOS RECTÆ RATIONI:) i. e. ab illa ad „hanc proficiſcimur. *Gron. b.* Ex ratione enim, i. e. „ex fine Creationis demum eluceſcit an homo ra„tione præditus motus illos naturæ ſequi jure poſſit.

dd) (Grot.)(SED IPSA RECTA RATIO CARIOR NOBIS ESSE DEBEAT, QUAM ILLA SINT A QUIBUS AD HANC VENERIMUS. &c.) Seneca epiſtola LXXVI: *Id in quoque optimum eſt cui naſcitur, quo cenſetur; in homine optimum quid eſt? Ratio.* vide & epiſtolam CXXI & CXXVIII. Juvenalis Satyr. XV.

melius nos
enim Zenonis præcepta movent: neque enim omnia, quædam
Pro vita facienda monent.

ADDITIO.

„Rationem, cur præferri debeat cauſa intelligens „primorum naturæ, ipſis initiis naturæ, jam dedimus; „ſcil. quia illa ex ratione, hæc ex ſolo inſtinctu, „ex appetitu & motu naturæ procedunt.

„*ee*) (HÆC CUM VERA SINT ET AB OMNIBUS, „QUI JUDICIO PRÆDITI SUNT, FACILE ASSENSUM „IMPETRENT:) Vires animi viribus corporis præ„ferendas eſſe omnium gentium conſenſu conſtat. „*Vid. Orat. B. Par. an reſpubl. armis magis quam* „*legibus defendatur.*

„*ff*) (QUID ILLIS NATURÆ INITIIS CONGRU„AT:) i. e. primis illis naturæ, motibus illis na„turalibus, appetitui illi confuſo ſeſe conſervandi.

„*gg*) (DEINDE VENIENDUM AD ILLUD:) i. e. „ad cauſam intelligentem, cur illa prima naturæ „hominibus indita ſint.

„*hh*) (QUOD QUAMQUAM POST ORITUR:) ſcil. „per ratiocinationem.

„*ii*) (DIGNIUS TAMEN EST:) Quia eſt effectus „rationis.

„*kk*) (NEQUE SUMENDUM TANTUM SI DETUR, „SED OMNI MODO EXPETENDUM:) Imo nec omit„tendum, niſi pœnæ divinæ ſe ſubjicere velint „homines. *Proleg. §. 11.*

„*ll*) (HOC IPSUM VERO QUOD HONESTUM DI„XIMUS:) Et quod pluris faciendum eſſe dixit, „quam & ad quod prima naturæ nos ducunt. *Vid.* „*n. præced.* Ad intellectum eorum quæ ſequuntur „repetendum eſt ex præcedenti capite, Authorem „ad *jus naturæ, laxiori* ſenſu ſumtum, etiam referre „*virtutum obligationem*; at non omnium, ſed tan„tum earum, quæ aliis hominibus utilitatem affe„runt. *L. 1. c. 1. §. 8.* Et hoc eſt quod hic innuit, *ho*„*neſtum* pro diverſitate materiæ *vel* in puncto con„ſiſtere, ut debeat fieri; *vel* latius habere ſpatium, „ut poſſit fieri vel non fieri. In examinando autem „jure naturæ ſe tantum priori ſenſu honeſtum ſu„mere ait. Adeoque Authori injuſtum eſt, quicquid „rationi, (ſeu honeſto quod in puncto conſiſtit) „adeoque naturæ ſociali & rationali repugnat: *§. h.* „*n. 3. in fin. & n. 5. pr.*

„*mm*) (PRO MATERIÆ DIVERSITATE:) Quæ„dam enim virtutes præceptum continent, adeoque „ad jus naturæ laxius pertinent: quædam vero com„mendantur ſaltem, ſed non obligant. Ad illa Gro„tius refert eas virtutes quæ aliis hominibus utili„tatem afferunt: Quam hypotheſin Authoris ple„nius expoſui & examinavi *L. 1. c. 1. §. 8. n. 1.* „Conſ. *Diſſert. Procem. II. §. 8. & 9.*

„*nn*) (MODO IN PUNCTO CONSISTIT, UT SI „VEL MINIMUM INDE ABEAS, IN VITIUM DEFLE„CTAT:) Adeoque unde obligatio agendi oritur „*Vid. l. 1. c. 1. §. 9.*

„*oo*) (MODO LIBERIUS HABET SPATIUM, ITA „UT ET FIERI LAUDABILITER, ET SINE TURPI-

Kk 2 TUDI-

possit, *pp* ferme quomodo ab hoc esse ad hoc non esse statim fit transitus; *qq* ac inter aliter adversa, *rr* ut album & nigrum, reperire est aliquid interpositum *ss* sive mixtum, sive * reductum utrinque. *tt* Et in hoc posteriori genere *uu* maxime occupari solent leges *xx* tum divinæ *yy* tum humanæ, id agendo, *zz* ut quod per se laudabile tantum erat, etiam deberi incipiat. *α* Supra autem diximus, de jure naturæ cum quæritur, hoc quæri, *β* an fieri aliquid possit non injuste: injustum autem id demum intelligi quod necessariam *γ* cum natura rationali *δ* ac sociali habet repugnantiam *ε* Inter prima naturæ *ζ* nihil est quod bello repugnet

„TUDINE OMITTI, AUT ALITER FIERI POSSIT:) „Adeoque unde nulla agendi obligatio oritur: nam „consilia, & si qua sunt alia præscripta, honesta „quidem sed non obligantia, legis aut juris nomi„ne non venire dixit *l.* 1. *c.* 1. §. 9. etsi per „abusionem aliquando juris naturalis vocentur. *l.* „1. *c.* 1. §. 10. *n.* 4.

„*pp*) (FERME QUOMODO AB HOC ESSE AD ALI„UD ESSE STATIM FIT TRANSITUS:) Grotius, „doctrinam de primis naturæ, per se satis cognitam „& evidentem, hac interpretatione obscuram admo„dum reddit. Quædam enim existere ait, quæ, ubi „existere desinunt, in oppositum aliquod statim & „necessario transeunt: ita enim inter vitam & mor„tem non datur intermedium, sed qui definit vive„re eo ipso momento mortuus est. Atque simili „ratione Author ait honestum, quatenus justitiam „naturalem continet, statim ac inde receditur, fie„ri inhonestum & injustum. *Conf. l.* 1. *c.* 1. §. 8. *n.* 2.

„*qq*) AC INTER ALITER ADVERSA:) ubi non „fit transitus ab hoc esse ad hoc non esse.

„*rr*) (UT ALBUM ET NIGRUM, REPERIRE EST A„LIQUOD INTERPOSITUM:) Album enim dum ex„istere desinit, non statim & necessario transit in „oppositum nigrum, sed alium colorem interme„dium induere potest: Atque simili ratione Author „ait aliquando id quod honestum est, non statim „fieri inhonestum si negligitur, sed rem arbitrii ac „libertatis manere: idque semper ex hypothesi Gro„tii contingit, si virtutes illæ ad aliorum utilitatem „non pertinent. *Vid. L.* 1. *c.* 1. §. 8. *n.* 1.

„*ss*) (SIVE MIXTUM:) Scl. ex albo & nigro:

„* (REDUCTUM UTRINQUE:) Etenim quædam di„ci juris naturalis reductive, docuit supra *L.* 1. *c.* 1. §. 10. „*n.* 3. non quia jure naturæ obligationem inferunt, „sed quia juri naturali non repugnant, adeoque si„ne turpitudine peragi vel omitti possunt: & huc „quoque refert ea quæ honesta sunt, sed non obli„gantia, quæ per abusionem dici juris naturalis „ait. *dict.* §. 10. *n.* 3. Gronovius in notis „refert huc illud Horatianum in *Lib.* 1. *ep.* 18. „*Virtus est medium vitiorum & utrinque reductum.* „At Grotius, alio ac Horatius sensu, ait *reductum* ali„quid utrinque esse. Horatius enim innuit virtutem „in mediocritate consistere. *Vid. Prol.* §. 33.

„*tt*) (ET IN POSTERIORI GENERE) i. e. in hone„sto quod liberius spatium habet, & quod pertinet ad „præscripta honesta quidem sed non ad obligantia. „*L.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 1. *L.* 2. *c.* 15. §. 10. *n.* 1. *L.* 3. *c.* „3. §. 6. *n.* 3. *cap.* 4. §. 2. *n.* 1. *cap.* 11. §. 4. *n.* 3. *c.* 14. §. 6. &c.

„*uu*) (MAXIME OCCUPARI SOLENT LEGES:) *Vid. Diss.* „*Prooem. II.* §. 9.

„*xx*) (TUM DIVINÆ) intelligit leges Adamiticas, No„achicas, & Evangelii. *L.* 1. *c.* 2. §. 6. *n.* 2. Eoque re„fert divortium & concubinatum; ibi enim nefas „non apparere putat absque lege divina.

„*yy*) TUM HUMANÆ:) Intelligit jus gentium volun„tarium, & leges civiles. Exemplum juris gentium „affert in successione collateralium: jus gentium „enim ideo, quod testator præsumatur voluisse id „quod honestissimum est & quod officio congruit, „iis deferre hæreditatem ait. *L.* 2. *c.* 7. §. 3. §. 9.

„*zz*) (UT QUOD PER SE LAUDABILE TANTUM ERAT, „ETIAM DEBERI INCIPIAT:) Exemplum est in *l.* 1. „*ff. Peric. & comm. rei vend.*

„*α*) (SUPRA AUTEM DIXIMUS.) *L.* 1. *c.* 1. §. 3. & §. „10. *n.* 3.

„*β*) (AN FIERI ALIQUID POSSIT NON INJUSTE,) „nam ex mente Grotii non sufficit quærere *an aliquid* „*fieri possit juste*: quia abusive etiam justum dici potest „quod juri non repugnat: quod examinavimus *dict.* „*lib.* 1. *c.* 1. §. 3. & §. 10. n. 3.

„*γ*) (CUM NATURA RATIONALI,) Quid autem in„telligat per naturam rationalem, explicavit *in prol.* „§. 9. nimirum, quando quid convenit judicio recte „conformato ad æstimanda quæ delectant aut no„cent, citra societatis respectum. *ibid* Atque hoc *jus* „*natura laxius* vocat; cui quæ repugnant, contra jus „naturæ, humanæ scilicet, esse ait, *Prol.* §. 9.

„*δ*) (AC SOCIALI:) per naturam socialem intelligit „appetitum societatis, i. e. communitatis non qualis„cunque, sed tranquillæ, & pro sui intellectus modo „ordinatæ. *Proleg.* §. 6. Ad hanc enim societatem cu„stodiendam obligari homines ait, *Prol.* §. 8. & quic„quid huic naturæ sociali repugnat, *injustum* esse „asserit. *Vid. L.* 1. *c.* 1. §. 3.

ε) (INTER PRIMA NATURÆ:) i. e. inter motus „illos naturæ, quibus unumquodque animal sibi con„ciliatur & commendatur ad se conservandum, *n.* 1. „etiam citra respectum convenientiæ rerum cum „ipsa ratione. *n.* 2.

„*ζ*) (NIHIL EST QUOD BELLO REPUGNET:) Cer„tum enim est omnibus animantibus vehementissi„mum motum natura indiditum esse sese conser„vandi, & omnem vim alienam a se amovendi.

η) (NAM

pugnet, imo omnia potius ei favent: η nam & finis belli, θ vitæ membrorumque conservatio, ι & rerum ad vitam utilium aut retentio aut acquisitio κ illis primis naturæ maxime convenit, λ & vi ad eam rem si opus sit uti, nihil habet a primis naturæ dissentaneum, μ cum animantibus singulis vires ideo sint a natura attributæ, ut sibi tuendis juvandisque sufficiant. ν Xenophon: τὰ ζῶα ἐπίςαται τινα μάχην ἕκαςα, ὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλȣ μαθόντα ἢ παρὰ τῆς φύσεως *omnia animantium genera pugnam norunt aliquam, quam non aliunde quam a natura didicerunt.* In Halieuticon fragmento est:

Omnibus hostem
Præsidiumque datum sentire & noscere teli
Vimque modumque sui.

Horatius dixerat

Dente lupus, cornu taurus petit; unde, nisi intus
Monstratum?

Lucretius vero amplius:

Sentit enim vim quidque suam, qua possit abuti.
Cornua nota prius vitulo quam frontibus exstant.
ξ *Illis iratus petit atque infensus inurget.*

Quem

„η) (NAM ET FINIS BELLI:) Qui consistit in „defensione necessaria jurium nostrorum.

„θ) (VITÆ MEMBRORUMQUE CONSERVATIO;) „Nihil hominibus pretiosius est vita & corpore, & „vehementissimus est motus, qui nos ad eorum con„servationem ducit

„ι) (ET RERUM AD VITAM UTILIUM RETENTIO „AUT ACQUISITIO:) Negari nequit naturam nobis „instinctum indidisse ad acquirenda & retinenda ea „quæ ad vitam utilia sunt, pertinent enim ad con„servationem vitæ

„κ) (ILLIS PRIMIS NATURÆ MAXIME CONVE„NIT:) Nam ex Cicerone *prima natura* descripsit, „quod simulatque natum sit animal, ipsum sibi con„cilietur, & commendetur ad se conservandum at„que ad suum statum, & ad ea quæ conservantia „sunt ejus status, deligenda: *Vid. supr. n.* 1.

„λ) (ET VI AD EAM REM SI OPUS SIT UTI „&c.) i. e. si aliter jus nostrum servari nequit, tunc „enim demum agitur de necessaria defensione, seu „conservatione sui.

„μ) (CUM ANIMANTIBUS SINGULIS VIRES IDEO „A NATURA SINT ATTRIBUTÆ:) Certissima ratio, „Deum approbasse bella, hæc est, quod non tan„tum motum sese defendendi omnibus animantibus „indiderit, sed & arma dederit, ac ea in robustis„sima corporis parte constituerit, imo usum horum „armorum solo naturæ instinctu & homines & ani„mantia docuerit; unde necessario sequitur Deum „voluisse ut homines se defendant.

„ν) (XENOPHON:) *Instit.* 2. *p. m.* 56.

ξ) (Grot.) (ILLIS IRATUS PETIT ATQUE INFENSUS INURGET.) Martialis:

Vitulusque inani fronte prurit ad pugnam.

Porphyrius tertio de non esu animalium: πρῶτον μὲν ἕκαςον οἶδεν εἴτε ἀσθενὲς ἐςιν εἴτε ἰσχυρόν. καὶ τὰ μὲν φυλάτ]εται, τοῖς δὲ χρῆται. ὡς πάρδαλις μὲν ὀδȣσιν. ὄνυξι δὲ λέων καὶ ὀδȣσιν. ἵππος δὲ ὁπλῇ, καὶ βȣς κέρασι; *novit quodque animantium quæ pars sui infirma sit, quæ valida, illi cavet, hac utitur. ut dentibus pardalis, leo & unguibus & dentibus; equus ungula, bos cornibus.* Chrysostomus de Statuis undecimo: τὰ ἄλογα πάλιν ἐν τῷ σώματι τὰ ὅπλα ἔχει, οἷον ὁ βȣς τὰ κέρατα, τȣς ὀδόντας ὁ σῦς ὁ ἄγριος, τȣς ὄνυχας ὁ λέων. ἐμοὶ δὲ ȣκ ἐν τῇ φύσει τȣ σώματος τὰ ὅπλα κατέθετο ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἔξω τȣ σώματος, δεικνὺς ὅτι ἥμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι ȣκ ἀεί μοι τῶν ὅπλων τȣτων καιρός. καὶ γὰρ πολλάκις μὲν αὐτὰ ἀποτίθημι, πολλάκις δὲ μεταχειρίζομαι. ἵν' ȣν ἐλεύθερος ὦ καὶ ἀπολελυμένος καὶ μὴ διηνεκῶς ἀναγκάζωμαι βαςάζειν τὰ ὅπλα, ἐποίησεν αὐτὰ κεχωρισμένα τῆς φύσεως εἶναι τῆς ἐμῆς. quæ postrema optime conveniunt cum iis quæ ex Galeno in contextu sequuntur. Hoc enim dicit: *Ratione qua carent, arma in ipso habent corpore, ut bos cornua, dentes aper, ungues leo. At mihi non in corporis natura Deus arma posuit, sed extra corpus; hoc ipso ostendens mansuetum animal esse hominem, neque semper talium armorum mihi esse tempus. Nam telum sæpe depono, resumo interdum. Ut igitur liberior solutiorque sim, neque semper cogar portare arma, fecit ea sejuncta esse a mea natura.*

ADDITIO.

„Tesmarus *in not. h. t.* alias authoritates affert, „scil. Pheraulæ apud *Xenoph. Inst.* 2. *p.* 56. *pugnam* „*equidem homines universos a natura nosse video,* „*quemadmodum & aliorum animalium quælibet ali-*

Quem ſenſum Galenus ſic exprimit: Φαίνεται γȣ̃ν ἕκαςον ἐκείνῳ τῷ μέρει τȣ̃ σώματος ἀμυνόμενον ὃ τῶν ἄλλων ὑπερέχει, μόσχος μέν κυρίττων πρὶν Φῦσαι τα κέρατα. πῶλος δ' ἵππȣ λακτίζων, ȣ̓δέπω ςερεαῖς ταῖς ὁπλαῖς: ὥσπερ γε τὸ μέν σκυλάκιον δάκνειν ἐπιχειρȣ̃ν, κᾂν μηδέπω κρατερȣ̀ς ἔχει τȣ̀ς ὀδόντας. *Videmus animantium quodque eo ad ſui tutelam uti quo maxime valet. Nam & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & equuleus nondum firmatis ungulis calcitrat, & catellus dentibus nondum robuſtis morſitat.* Idem Galenus de uſu partium primo, hominem animal eſſe ait ad pacem bellumque natum, cui arma quidem agnata non ſint, ο ſed apta armis parandis ac tractandis manus: qua etiam pro armis uti ſponte ſua nec aliunde id π edoctos infantes videmus. Sic & Ariſtoteles de partibus animalium quarto, capite x. ϱ manum homini eſſe ait pro haſta, pro enſe, & pro armis quibuslibet quia omnia poteſt ſumere ac tenere.

5. σ Recta autem ratio ac natura ſocietatis, τ quæ ſecundo υ ac potiore loco ad examen vocanda eſt, φ non omnem vim inhibet, ſed eam demum quæ ſocietati repugnat, χ id eſt, quæ jus alienum tollit. ψ Nam ſocietas eo tendit ut ſuum cuique ſalvum ſit communiope ac conſpiratione: ω Quod facile intelligi poteſt αα locum habiturum

„*quam pugnam norunt, quam non aliunde atque ab* „*ipſa natura didicerunt, v. g. bos cornu ferire no-* „*vit, equus ungula, canis ore, dente aper; Atque* „*etiam omnia hæc animalia cavere ſibi ab eis no-* „*runt, a quibus eſt cavendum maxime, etiam ſi nul-* „*lius unquam magiſtri ludum frequentaverint.* La- „ctantius *in l.* 6. *c.* 10. ait; *Deus qui cæteris ani-* „*mantibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea mu-* „*nimentis ab incurſu & periculo tutiora fecit:* Et „*l.* 3. *c.* 22. de animalibus ſermonem faciens, ita per- „git, *quæ vel ad perferendam vim temporum, vel ad* „*incurſiones a ſuis corporibus arcendas, naturalibus* „*munimentis providentia coeleſtis armavit.*

„ο) (Grot.) (SED APTA ARMIS PARANDIS AC TRACTANDIS MANUS:) Caſſiodorus de anima: *Et quoniam neque cornu, neque dente, neque fuga* (ſicut alia animalia) *corporis humani forma ſe prævalet vindicare, robuſtus illi thorax, brachiaque conceſſa ſunt: ut illatam injuriam manu defenderet, & objectu corporis quaſi quodam clypeo vindicaret.*

„π) (EDOCTOS INFANTES VIDEMUS:) qui cum „uſum rationis non habent, non poteſt non natu- „ra ipſis hunc motum indidiſſe.

„ϱ) (MANUM HOMINI ESSE AIT PRO HASTA) „Lucretius *5.1285.* ait:

„*Arma antiqua, manus, denteſque, ungueſque fuerunt.*

Horatius *1. Sat. 3.* ita canit:

Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro

Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus.

„σ) (RECTA AUTEM RATIO, AC NATURA SOCIETATIS.) Per *rectam rationem* intelligit jus na- „turæ humanæ, ſenſus naturæ laxius ſic dictum: „per *naturam ſocietatis* intelligit jus ſociale: Neu- „trum jus admittimus, adeoque ex neutro bellorum „juſtitia probari poteſt.

„τ) (QUÆ SECUNDO LOCO AD EXAMEN VOCANDA EST.) Primo enim loco examinavit an „bella primis naturæ repugnent. *Vid. ſupra n.* 4.

„υ) (AC POTIORE:) Dixit enim cauſam intel- „ligentem potiorem eſſe primis naturæ. *Vid. ſupr.* „*n.* 2.

„φ) (NON OMNEM VIM INHIBET, SED EAM „TANTUM QUÆ SOCIETATI REPUGNAT:) Dixi- „mus (1) non dari ſocietatem humanam, adeoque „fruſtra de repugnantia vis cum ea ſocietate quæ- „ri. (2.) Si daretur talis ſocietas non tamen bella „inde licita fieri probavimus *in Diſſ. Prooem. I. §. 71.* „Hinc (3) licentiam bellorum ex plane alia ratione „probavimus initio hujus §.

„χ) (I. E. QUÆ JUS ALIENUM TOLLIT:) nam „ſecundum principia Authoris, jus meum eſt quic- „quid cum natura ſocietatis convenit; alienum, „quicquid ei repugnat. *Proleg. §.* 9.

„ψ) (NAM SOCIETAS EO TENDIT UT SUUM „CUIQUE SALVUM SIT COMMUNI OPE:) Plenius „hæc principia Author explicavit in *Proleg. §.* 7. *§.* „16. *§.* 23. Cum vero humana ſocietas non detur, ve- „rum quoque non eſt jura ſingulorum communi ope „defendi debere.

„ω) (QUOD:) nimirum quod ex natura ſocia- „li vis bellica licita ſit.

„αα) (LOCUM HABITURUM, ETSI DOMINIUM „INTRODUCTUM NON ESSET:) Communis vox eſt, „bella orta eſſe ex dominio, ex meo & tuo: Author hoc

rum, etiamsi dominium ββ (quod nunc ita vocamus) introductum non esset. γγ Nam vita, membra, libertas, sic quoque propria cuique essent, ac proinde non sine injuria ab alio impeterentur. δδ Sic & rebus in medio positis uti, & quantum natura desiderat eas absumere, jus esset occupantis: εε quod jus qui ei eriperet, faceret injuriam. ζζ Hoc ipsum autem ηη nunc, postquam ex lege aut usu dominium formam suam accepit, θθ multo intelligitur facilius: quod exprimam ιι Tullii verbis: *Ut, si unumquodque membrum sensum suum haberet, ut posse putaret se valere si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse est: sic si unusquisque nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatque, quod cuique possit, emolumenti sui gratia,* κκ *societas hominum & communitas evertatur necesse est: nam sibi ut quisque malit quod ad usum vitæ pertineat, quam alteri acquiri, concessum est non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.* De offic. III.

6. λλ Non est ergo contra societatis naturam sibi prospicere, atque

„hoc negat, & probat defensionem necessariam ju„rium nostrorum locum habituram, etsi nullam „rerum proprietatem haberemus: quia 1.) extra bo„na alia jura homini competunt, scil. vita, mem„bra, honor, libertas &c. quæ, si auferuntur vel „violantur, vi defendi possunt, 2.) Quia ex hypo„thesi Authoris hominibus competit jus occupandi „usum rerum natura communium: atque hunc u„sum quem Author a dominio distinguit, armis „defendi posse, concludit.

„Equidem *prior* ratio vera est, at *posterior* ratio „falso nititur fundamento, negamus enim res na„tura esse communes, & hominibus solum jus oc„cupandi usum in primævo rerum statu competi„isse: Verius est res omnes natura esse nullius, eas„que cedere occupanti jure dominii: *l. 2. c. 3. §. 1.* „*&* 4. adeoque dominium a natura introductum „esse, & cum genere humano originem cepisse, „ut JCtus loquitur in *l. 1. ff. A. R. D.*

„ββ) (QUOD NUNC ITA VOCAMUS:) Dominia „enim, qualia nunc sunt, non a natura, sed acce„dente demum voluntate hominum introducta esse „Author putat, ante autem hanc introductionem „res omnes fuisse communes. *Vid. Diss. Procem.* „*1. Cap. fin. & Diss. Procem. 6. §. 9. seq.*

„γγ) (NAM VITA, MEMBRA, LIBERTAS SIC „QUOQUE PROPRIA CUIQUE ESSENT:) Hæc ergo „jura nostra sunt & armis defendi possunt, etsi non „sint in dominio: Conf. *l. 2. c. 17. §. 2. n.* 1. cer„tissimo indicio, dominia rerum bellis causam non „dedisse.

„δδ) (SIC ET REBUS IN MEDIO POSITIS UTI, „ET QUANTUM NATURA DESIDERAT EAS ABSU„MERE:) Hunc enim solum usum rerum, quoad „proprietatem communium, instar dominii tunc „fuisse ait. *L. 2. c. 2. §. 2. n.* 1.

„εε) (QUOD JUS QUI EI ERIPERET FACIT IN„JURIAM:) quia repugnat societati humanæ, eo„que Authori injustum est.

„ζζ) (HOC IPSUM:) Nimirum, quod injuriam „faciat is, qui jus alii quæsitum tollit.

„ηη) (NUNC, POSTQUAM EX LEGE AUT USU „DOMINIUM FORMAM SUAM ACCEPIT:) Ex hypo„thesi Authoris dominia orta sunt ex divisione re„rum communium, & concessa tacite facultate oc„cupandi res non divisas: præterea formam domi„nium accepisse ait, tum ex jure Gentium. *Vid.* „*L. 2. c. 8. per tot.* tum ex lege civili. *l. 2. c. 7. §. 7.* *c. 8. §. 1. §. 8. & §.* 16. Quæ plenius examinavimus „in Dissertatione procemiali I. *§. 78. seq.* & VI. *§. 1. §. 14.*

„θθ) (MULTO INTELLIGITUR FACILIUS:) In„troducto enim dominio non tantum jus utendi „sed & ipsa proprietas auferretur, quæ major est „injuria.

„ιι) (TULLII) *l. 3. off.*

„κκ) (SOCIETAS HOMINUM ET COMMUNITAS „EVERTATUR NECESSE EST:) Tota hæc ratio Ci„ceronis, quod scil. ab alieno abstinere debeamus „ne evertatur societas, falsa est: Nam cum nulla „societas humani generis existat, frustra metuitur „ne illa evertatur: Abstinentiam ab alieno ex pla„ne alio principio fluere demonstravi *supra proleg.* „*§. 8. & L. 1. c. 1. §. 10. n.* 4. quod homines obli„garet, etsi nulla societas inter homines existat.

„λλ) (NON EST ERGO CONTRA SOCIETATIS „NATURAM SIBI PROSPICERE &c. DUM JUS ALIENUM „NON TOLLATUR:) Probavit Grotius in primis „naturæ nihil esse quod bello repugnat, quia omne „animal natura fertur ad sui jurisque sui conser„vationem: probavit porro, nec rectam rationem „nec naturam societatis (quæ consequentia primo„rum naturæ vocat) omnem vim inhibere, quia „societas in eo consistit, ut jus suum cuique com„muni ope salvum sit. Hinc jam concludit, non es„se contra naturam societatis, adeoque nec contra „jus naturæ, vim adhibere quæ jus alterius non „violat, sed nostrum conservat.

 „μμ) (AC

que consulere, dum jus alienum non tollatur: μμ ac proinde nec vis, quæ jus alterius non violat, injusta est: quod idem Cicero ita extulit: *Cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.* Idem alibi: *Quid est quod contra vim fieri sine vi possit?* νν Apud Ulpianum est: *Vim vi repellere licere Cassius scribit, idque jus natura comparatur; apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere.* ξξ Ovidius dixerat:

Ep. Fam. XII. 3.
L. 1. §. vim vi. D. *de vi & vi armata.*

Armaque in armatos sumere jura sinunt.

§. II.

I. [a] Id quod dicimus, non omne bellum juri naturæ adversari, probatur amplius ex sacra historia. [b] Nam cum adversus reges quatuor, qui Sodoma diripuerant, Abrahamus cum ministris ac fœderatis suis armatus victoriam reportasset, Deus [c] per sacerdotem suum Melchisedecum factum ejus probavit; ita enim illi Melchisedecus: *Laus sit Deo altissimo, qui tradidit hostes tuos in manum tuam,* Gen. XIV, 20. At ceperat arma Abrahamus, ut ex historia apparet, [d] sine speci-

„μμ) (AC PROINDE NEC VIS, QUÆ ALTERIUS „JUS NON VIOLAT, INJUSTA EST:) quia non est „contra naturam societatis sibi consulere, & jus „suum conservare.

„νν) (APUD ULPIANUM EST:) in *l.* 1. §. 27. „*ff. de vi & vi arm.* Florentinus quoque inter ju„ra gentium, & quidem post religionem erga „Deum & parentes, ponit *ut vim atque injuriam* „*propulsemus. L.* 3. *ff. just. & jur.* ubi addit rationem: „*nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam* „*corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.* Pau„lus *in L.* 45. §. 4. *ff. ad Leg. Aquil.* ait, *vim vi* „*defendere omnes leges, omniaque jura permittunt:* „Et Gajus in *l.* 4. *eod. Nam adversus periculum* „*naturalis ratio permittit, se defendere.* Canones in „*dict.* 1. *c.* 7. ajunt: *juris natura esse violentia per* „*vim repulsionem.*

„ξξ) (OVIDIUS:) *L.* 3. *de art. amand. v.* 491 „Alias authoritates affert Tesmarus in *not. ad h.* §. „*Vide Herodian.* 3. 6. *& c.* 4. *Busbeq. ep.* 3. *Thuan.* „*L.* 36. *&* 41. Sophocles *in Oedip. Colon. v.* 220. ait „*non meretur pœnam divinam, qui injuria affectus* „*ulciscitur.* Sallustius *de bello Jugurth. c.* 22. *Ad*„*herbalem dolis vita sua insidiatum, quod ubi compe*„*risset, sceleri obviam ivisse: Populum Romanum neque* „*recte neque pro bono facturum, si ab jure gentium* „*se prohibuerit.* Xenophon. *Inst.* 1. *p.* 26. *quid ergo* „*vel justius est, quam vim propulsare. &c.* Marcelli„nus 23. 2. *Irruentibus armis externis, lex una est* „*& perpetua, salutem omni ratione defendere.* Thu„cydides 1. *p. m.* 38. *non lædere alios, sic ne ipsi læ*„*damni vim propulsare, in hoc colitis æquitatem.* „Livius *L.* 9. *c.* 1. *Justum est bellum quibus neces*„*sarium, & pia arma, quibus nulla nisi in armis* „*spes relinquitur. Add. Auth. infra* §. 3.

(§. II.) *a*) Author probat ex veteri testamento bella fuisse licita, exemplo Abrahami; item septem populorum quos Israelitis exscindendos dedit Deus; Mosis; Josuæ; judicio Davidis. &c. ipsumque Deum de modo bella gerendi leges dedisse ait.

„*b*) (NAM CUM ADVERSUS REGES QUATUOR „ABRAHAMUS CUM MINISTRIS AC FOEDERATIS „SUIS ARMATUS. &c.) De hoc bello quærit Tes„marus *in not. b.* an justum fuerit? quia & no„ctu gestum, & non indictum est. Ac respon„det, indictionem esse juris positivi, nec eam „requiri, si de justitia causæ naturaliter constet. „Verum fallit hæc ratio: quia indictio, vel saltem „clarigatio in bello omnino necessaria est. *Vid. L.* „3. *c.* 3. Verior ergo est responsio, in bello de„fensivo non opus esse indictione, uti late id evin„cit Author in *L.* 3. *c.* 3. §. 6. cum ergo tale fuerit „bellum Abrahami, eoque nulla indictione opus fu„erit, frustra porro quæritur, an injuria noctu quo„que arceri possit.

„*c*) (PER SACERDOTEM SUUM MELCHISEDE„CUM:) quem regem terræ Salem fuisse ajunt: „Causa autem cur magnus hic Dei pontifex Abræ „benedicendi causa advolaverit, fuit admiratio vi„ctoriæ quam cum paucissimis comitibus, nec uno „eorum amisso, reportavit contra quatuor reges, qui „quinque reges sibi hostiles vicerant, *Genes. XIV.* „*per tot.* quod sine ope divina fieri non potuisse merito suspicabatur. *Philo Judæus in libro de Abram.* „& *Perer. ad d. c.* 14. *vid. Tesm. h.*

„*d*) SINE SPECIALI MANDATO:) Ex sola de„fensionis familiæ suæ necessitate.

„*e*) FRE-

ſpeciali Dei mandato: [e] fretus igitur jure naturæ vir, non ſanctiſſimus tantum, ſed & ſapientiſſimus, [f] etiam extraneorum Beroſi atque Orphei teſtimonio. [g] Hiſtoria ſeptem populorum quos Iſraelitis exſcindendos Deus tradidit [h] non utar: fuit enim ibi mandatum ſpeciale ad exſequendam rem a Deo judicatam in populos maximorum criminum reos: [i] unde hæc bella in ſacris literis Dei bella proprie nominantur, quippe Dei juſſu non humano arbitrio ſuſcepta. [k] Ad rem magis pertinet quod Amalecitas vim ſibi inferentes Hebræi, ducibus Moſe ac Joſua, armis repulerunt. Exod. XVII. [l] quod Deus ante factum non juſſerat, poſt factum probavit.

2. [m] Sed & leges generales ac perpetuas de modo gerendi belli Deus

,,e) (FRETUS IGITUR JURE NATURÆ:) quod defenſionem neceſſariam juris tum ſui tum familiæ ſuæ permittit.

,,f) (ETIAM EXTRANEORUM BEROSI ATQUE ORPHEI TESTIMONIO:) Beroſi verba nobis ſervavit Joſeph. *Antiq. hiſt. L. 1. c. 8. Poſt Cataclyſmum decima ſtirpe apud Chaldæos* vir *exſtitit juſtus & eximius, inter cœtera cœleſtium peritus.* Orphei teſtimonium ex vetuſtiſſimo Orphicorum ſcripto refert Clem. Alexandr. in *Strom. 5. & Euſeb. Lib.* 13. *c.* 11.

,,*Nemo illum novit mortalia cuncta regentem.*
,,*Unicus ille niſi Chaldæo ſanguine cretus.*
,,*Norat enim ſolis, qua ſe aſtrum lege notaret,*
,,*Et circum terram magnus ſi volveret orbis.*

,,Sed & præterea Hecatæus librum ſcripſit de Abrahamo, qui periit. Theodorus in carmine de Judæis Abrahamum ſanctum vocat. Damaſcenus, amicus ille Auguſti & Herodis, eum regem Damaſcenum facit, quod & Juſtinus *L.* 36. *c.* 2. refert, Artapanus Eupolemus & Demetrius ejus mentionem faciunt apud Euſeb. præp. *Ev. L.* 9. *c.* 16. *fol.* 61. 62. 63. Ælius Lampridius ait, Alexandrum Severum Abrahamo, Chriſto, & Appollinio divinos honores exhibuiſſe *in vit. Alex. Sev. c.* 29. Sane apud Indos hodieque Abrami nomen ſumma in veneratione eſſe tradit Bernier *dans ſon voyage des Indes.*

,,g) HISTORIA SEPTEM POPULORUM:) Nomina ſeptem populorum hæc ſunt: Cananitæ, Hevitæ, Phereſitæ, Girgaſitæ, Ammoritæ, Jebuſitæ. *Deut. VII. v. 1. Joſ. III. v.* 10. videatur *Gron. h.* & inf. *L.* 2. *c.* 13. §. 4. quibus poſtea ex nova cauſa acceſſere Amalekitæ *Exod. XVII. v.* 14. de quibus mox.

,,h) (NON UTAR, FUIT ENIM IBI MANDATUM SPECIALE AD EXEQUENDUM. &c.) Recte dicit Author, bellorum licentiam ex his exemplis probari non poſſe, quia Iſraelitæ non ſuo jure vim intulerunt his gentibus, ſed juſſu & mandato Dei: hinc non bella hæc erant, ſed executiones Imperii divini. Repetendum enim eſt quod Author monuit *in proleg.* §. 44. diſtingui debere jus Dei quod Deus per homines interdum exercet, & jus hominum inter ſe.

,,Adeoque fruſtra quæritur an bella hæc juſta fuerint? cum, ut dictum eſt, vera bella non fuerint, ſed executiones juſſu ſuperioris ſuſceptæ. Vid. notata ad *proleg.* §. 27.

,,i) (UNDE HÆC BELLA IN SACRIS DEI BELLA PROPRIE NOMINANTUR:) Vide infra *L.* 3. *c.* 11. §. 9. *n.* 1. *& L.* 2. *c.* 13. §. 13. *n.* 2. Cunæus *de republ. Hebræor. L.* 2. *c.* 19.

,,k) (AD REM MAGIS PERTINET:) Nam ſuo jure ibi vim intulerunt.

,,l) (QUOD DEUS ANTE FACTUM NON JUSSERAT,) Imo prohibuerat: nam Amalecitæ deſcendebant ab Amalec Eſavi nepote *Gen. XXXVI,* 12. Indeque Amalec vocatur dux in terra Edom. *d. c.* 36. §. 16. & 43. At Iſraelitis expreſſe Deus prohibuit pugnare contra Eſavi poſteros. *Deut. II.* 5. & noluit abominari Idumæos, ſeu populos Edom. *Deut. XXIII. v.* 7. Hinc etiam non continebantur ſub populis exſcindendis: *Exod. II. v.* 8. *&* 17. & cauſa damnationis poſtea demum ſupervenit, quia ſcil. Iſraelitas armis prohibuere a tranſitu. *Exod. XVII. v.* 18. *ſeq. Num. XXIV,* 20. *Deut. XXV,* 17. *ſeq.* Ex eo enim tempore Deus minatus eſt ſe nomen ejus deleturum. *Exod. XVII. v.* 14. quod factum eſt ſub rege Saul. 1. *Sam. XV. v.* 2. *ſeq.* Atque ex pari cauſa, & ob denegatum tranſitum, Ammonitæ & Moabitæ, etſi ſub populis damnatis non continerentur, ab omni commercio in æternum cum Judæis excluſi fuerunt, *Deut. XXIII. v.* 6. cum Idumæi ſaltem excluſi fuerint ad tertiam uſque generationem. *ibid. Add. infra* §. 6. *n.* 3.

,,Hactenus igitur ex Amalecitarum exemplo omnino conſtat bella quædam a Deo probari, quia non tantum probavit victoriam ab hoſte illo reportatam, ſed & adeo populus ille in ſe convertit Dei indignationem, ut minatus ſit, ſe nomen Amalecitarum deleturum. *Exod. XVII. v.* 14.

,,m) (SED ET LEGES GENERALES AC PERPETUAS DE MODO GERENDI BELLI DEUS POPULO SUO PRÆSCRIPSIT:) Teſmarus *in not. h. l.* ait non ſequi Deum legibus rem incluſiſſe, ergo licitam eſſe; Ita enim Deum etiam divortiis leges poſuiſſe, non tamen inde ſequi eum divortia probaſſe. &c. At fallit hæc argumentatio: Nam cum perfectione divina pugnat leges de re ferre; (i. e.

Deus populo suo præscripsit Deut. XX, 10. 15. [n] eo ipso ostendens justum bellum etiam sine mandato speciali suo esse posse; [o] nam aperte ibidem causam septem populorum ab aliorum populorum causa distinguit At cum de justis causis belli suscipiendi nihil ibidem edicat, [p] eo ipso ostendit eas naturaliter satis esse manifestas: [q] qualis causa tuendorum finium in bello Jephtæ adversus Ammonitas, Jud. XI. [r] violatorum legatorum, in bello Davidis adversus eosdem, II. Sam. X. Simul notandum quod dicit [s] divinus ad Hebræos scriptor, Gedeonem, Baracum, Samsonem, Jephten, Davidem, Samuelem, atque alios [t] per fidem debellasse regna, invaluisse in bello, exercitus exterorum vertisse in fugam, XI, 33. 34: quo loco, [u] ut istius dissertationis series docet, in fidei nomine includit persuasionem, qua id quod fit Deo placere creditur. Sic & Davidem sapiens femina ait præliari Dei prælia, 1. Sam. XXV, 28. [x] id est pia ac justa.

§. III.

„velle rem illam certis adhibitis ritibus fieri, & „tamen eam non probare: Præterea divortia jure „naturæ intra fines a Deo præscriptos, omnino li„cita esse demonstrabimus *infra L. 2. c. 5. §. 9.* „*n. 2.* Sic ex eo quod Deus leges præscripsit de jure „regis, necessario infertur Deum imperium regi„um probasse, etsi factum populi expetentis re„gem improbaverit.

„Quod denique refert, magistratus de lupanari „& furtis admittendis sæpius leges ferre neque ta„men ea probari, ad Deum non pertinet, quia „constat nec furta nec lupanaria a Deo probari, „nedum de iis admittendis unquam leges a Deo „latas esse. Quatenus vero Magistratus ob utilita„tem publicam his factis impunitatem tribuere „possint & soleant, alia quæstio est.

„*n*) (EO IPSO OSTENDENS JUSTUM BELLUM ET„IAM SINE MANDATO SPECIALI SUO ESSE POSSE:) „frustra enim præscriberet leges, si bella illicita „forent, & ab hominibus nulla ratione geri pos„sent.

„*o*) (NAM APERTE IBIDEM CAUSAM SEPTEM „POPULORUM AB ALIORUM POPULORUM CAUSA „DISTINGUIT.) *Deut. XX. v. 15.* Postquam enim po„pulo suo procedendi modum præscripsit, ita per„git: *Sic facies cunctis civitatibus, quæ a te pro„cul valde sunt, & non sunt de his urbibus, quas „in possessionem accepturus es.*

„*p*) (EO IPSO OSTENDIT EAS NATURALITER „MANIFESTAS SATIS ESSE:) Si enim dubium ali„quod circa belli causas fuisset, probabile est, eum „causas illas expositurum fuisse.

„*q*) (QUALIS CAUSA EST TUENDORUM FI„NIUM.) Rex enim Ammonitarum vindicabat ter„ras, quas Mosen ejus præcessoribus abstulisse fin„gebat, a finibus Arnon usque Jeboc atque Jorda„num. *Jud. c. XI. v. 13.*

„*r*) (VIOLATORUM LEGATORUM:) Author causam „hanc naturaliter cognitam esse gentibus hic af„firmat: at alibi ait, jus de non violandis legatis non „ut jus naturale ex certis rationibus oriri, sed ex vo„tate gentium modum accepisse. *Vid. infra L. 2. c.* „*18. §. 4. n. 2.* Priorem sententiam veram esse *d. c. 18.* „plenius probabimus.

„Præterea aliæ passim causæ, quæ pro justis repu„tantur, in sacris occurrunt: ita pro defensione fami„liæ bellum gessit Abraham, idque Deo acceptum „fuisse patet ex benedictione Melchisedech. *Gen. XIV. v. 12. seq.* Pro defensione sui necessaria Is„raelitæ bellum gessere contra Amalecitas, qui resti„terunt Israelitis in via, cum ascenderent de Ægypto. „*Exod. XVII. v. 8. & Deut. XXV. v. 17. seq. 1. Reg.* „*XV. v. 2. seq.* Ita pro justa causa habetur denega„tio transitus. *Vid. Num. XXI. v. 21. Jud. II. v. 19.* „*Deut. II. v. 36. seq.*

„*s*) (DIVINUS AD HEBRÆOS SCRIPTOR:) *Pau„lus ad Ebr. XI. v. 32. seq.*

„*t*) (PER FIDEM DEBELLASSE REGNA. &c.) „Adeoque in re licita & Deo grata versati „sunt.

„*u*) (AT ISTIUS DISSERTATIONIS SERIES DO„CET:) Præmisit enim Apostolus per fidem Abe„lem consecutum esse testimonium justi a Deo, *c. XI.* „*v.* 4. Henochum per fidem placuisse Deo „*v.* 5. Denique per solam fidem placere nos posse „Deo, *v. 6.* &c.

„*x*) (ID EST PIA AC JUSTA:) Nam dehorta„batur Davidem ne innoxium sanguinem effundat: „*1. Sam.* XXV. *v. 31.* quia Deus ipsum non elegisset „ducem, ut injuriam armis committeret, „sed ut præliaretur prælia domini. *ibid. v.* „*28.*

§. III.

[a] 1. Probatur idem quod diximus [b] omnium gentium ac præcipue ſapientium conſenſione [c] De vi qua vita defenditur notus Ciceronis locus, ipſi naturæ teſtimonium perhibens: [d] *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet,* [e] *omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Idem: *Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, a corpore, a capite, a vita ſua propulſarent.* [f] Cajus Juriſconſultus: *adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.* [g] Florentinus Juriſconſultus: *Jure hoc evenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur.* Joſephus: Φύσεως γὰρ νόμος ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι τὸ ζῆν ἐθέλειν, διὰ τοῦτο καὶ τοὺς φανερῶς ἀφαιρουμένους ἡμᾶς τούτου πολεμίους ἡγούμεθα: *Eſt enim naturæ lex illa* [h] *quæ in omnibus valet, ut velint vivere, idque ipſum eſt quapropter eos, qui vita manifeſte nos volunt ſpoliare, hoſtes cenſemus.*

Pro Milone.

L. 3. quod. D. ad L. Aquil. L. ut vim D. de Juſt. & jure.

De bello Jud. l. III. c. 25.

2. Adeoque manifeſtam æquitatem hoc habet, [i] ut in beſtiis etiam [k] quæ juris non rem ipſam ut diximus, ſed umbram habent quandam, diſtinguamus inter vim, quæ injuriam infert & quæ propulſat. Nam cum dixiſſet [l] Ulpianus, animal [m] quod ſenſu, id eſt rationis uſu caret,

L. 1. D. ſi

a) (§. III.) Author porro ex gentium conſenſu bellum juſtum dari probat.

„b) (OMNIUM GENTIUM &c. CONSENSU:) Nam „quoties multi diverſis temporibus ac locis idem af„firmant, id ad cauſam univerſalem referri debet, „quæ ſi ex recta illatione procedit, jus naturæ in„dicat. *Proleg. §. 40. & 46.*

„c) (DE VI QUA VITA DEFENDITUR:) Adde „authoritates *ſupra §. 1. n. 4. 5. & 6.* allegatas.

„d) (EST HÆC NON SCRIPTA SED NATA LEX) „i. e. lex naturæ, quæ non verbis revelata, ſed ra„tioni inſita eſt.

e) (Grot.) (OMNIS HONESTA RATIO ESSET, EXPEDI„ENDÆ SALUTIS:) Seneca: *Tutela certiſſima ex „proximo eſt, ſibi quiſque permiſſus eſt.* Quintilia„nus VII. Cap. II. *primum in omni genere debet eſſe „defenſio, quia natura potior eſt ſalus noſtra, quam „adverſarii pernicies.* Bene ergo in Trachiniis So„phocles.

εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο,

Ζεύς τ' ἂν συνέγνω σὺν δίκῃ χειρουμένῳ.

Nam ſi ſe ipſe tutaſſet palam

Veniam dediſſet jure pugnanti Deus.

Vide & Wiſigotthorum legem lib. VI. tit. 1. c. 6

ADDITIO.

„Idque adeo Author verum eſſe ait, ut invaſor non „tantum occidi, *L. 2. c. 1. §. 2.* ſed & innocentes, „qui interpoſiti defenſionem aut fugam, ſine qua „mors evadi non poteſt, impediunt, transfodi aut „obteri poſſe contendat: de quo vide *L. 2. c. 1. §. 4.*

f) (CAJUS JCTUS.) *L. 4. ff. de iuſt. & iur.*

„g) (FLORENTINUS:) *L. 3. ff. eod.*

„h) (QUÆ IN OMNIBUS VALET,) i. e. quæ a toto „humano genere obſervatur.

„i) (UT IN BESTIIS ETIAM &c. DISTINGUA„MUS INTER VIM QUÆ INJURIAM INFERT, ET„QUÆ PROPULSAT:). Imo JCti non adeo deſipiunt, „ut vim offenſivam etiam in beſtiis tamquam juri „naturæ contrariam improbent, nullibi enim JCti „id tradunt, uti mox plenius explicabitur.

„k) (QUÆ JURIS NON REM IPSAM &c. SED „UMBRAM HABENT QUANDAM:) An & quatenus „bruta ratione prædita ſint, & quatenus illorum ra„tio a ratione humana differat, vidimus *ſupra L. 1. „c. 1. §. 11. n. 1.* At nullo modo juris capacia, nec „umbram rationis eis ineſſe, pluribus probavimus „*ibid. n. 2.*

„l) (ULPIANUS:) *L. 1. §. 3. ff. ſi quadr. paup.*

m) (Grot.) (QUOD SENSU, I. E. RATIONIS USU CARET:) Similem in modum Seneca de feris loquitur: *Adeo etiam quæ extra intellectum atque æſtimationem beneficii ſunt poſita, aſſiduitas tamen meriti pertinacis evincit.* Vide totum locum de beneficiis libro I. Cap. III. & compara quæ ad Præfationem ex Philone poſuimus.

quadr. paup fec. §. Ait. & §. Cum arietes. Adde Exod. XXI, 18. caret, non posse injuriam fecisse, [n] mox tamen subjungit, [o] cum arietes vel boves commisissent & alter alterum occidisset, Q. Mutio auctore distinguendum, ut si quidem is periisset qui aggressus erat, cessaret actio; si is qui non provocaverat, competeret actio. [p] Cui explicando serviet illud Plinii: *Leonum feritas inter se non dimicat, serpendum morsus non petunt serpentes; sed si vis inferatur, nulla est cui non sit ira, non sit anima injuriæ impatiens, & prompta, si noceat, ad se defendendum alacritas.*

§. IV.

[a] 1. De jure naturali ergo, [b] quod & gentium dici potest, [c] satis constat eo bella non omnia improbari.

2. [d] Jure autem gentium voluntario itidem non damnari bella satis nos docent historiæ; [e] & omnium populorum leges ac mores. L. Ex hoc jure D. de just. & jure. Imo [f] jure gentium introducta esse bella [g] dixit Hermogenianus: [h] quod paulo aliter quam vulgo accipi solet interpretandum censeo: nempe ut

„n) (MOX TAMEN SUBJUNGIT:) *d. l. 1. §. 11.*

„o) (CUM ARIETES VEL BOVES COMMISISSSENT, „ET ALTER ALTERUM OCCIDISSET. &c.) Imo ICtus non ideo distinguit inter offensionem & defensionem, quasi illa in brutis quoque ob umbram rationis illicita sit, (nam in brutis illicitum statui non potest) sed ideo, quia quæstio ibi proponitur quis damnum pati debeat, an dominus illius animalis quod vim intulit, an dominus animalis quod vim passum est? & merito JCti ajunt priorem id ferre debere, quia illi qui animal tale noxium habuit aliquid imputari potest, alteri nihil: Adeoque ex hac æquitate posterior agit contra dominum animalis aggredientis, ut vel animal quod noxiam commisit dedat, aut æstimationem solvat. *L. 1. §. 1. si quadr. pauper.* Hæc igitur distinctio non fit intuitu bestiæ, quasi ex umbra rationis discrimen cognoscat inter offensionem & defensionem; i. e. inter vim justam & injustam, sed intuitu dominorum: inter hos enim leges succurrunt domino cujus animal vim patitur, contra dominum bestiæ aggredientis.

„p) (CUI EXPLICANDO INSERVIET ILLUD PLINII:) Imo alio plane sensu hæc verba a Plinio allegantur: ICtus enim ait, dominum animalis aggredientis damnum resarcire debere; Plinius vero saltem ait, animalia sua natura non offendere sui similes, nisi ad sui defensionem: quod etiam Ælianus. *1. Var. 14.* tradit. *Idem ille*, loquitur de Aristotele, *affirmat Cygnos cum aquilis bellum gerere, verum ita, ut injuriam a se propulsent, non ut inferant priores:* Ex Plinii igitur verbis neque locus ICti explicari, neque inde elici potest, vim offensivam in brutis quoque ullo modo improbari.

a) (§. IV.) Author licentiam bellandi probare pergit ex jure gentium secundario, quia nulla gens existit, quæ necessariam defensionem non probat; idque ex historia demonstrat.

„b) QUOD ET GENTIUM DICI POTEST:) Scilicet „*primarium*: quod Doctores opponunt juri gentium „*secundario.*

„c) (SATIS CONSTAT, BELLA NON OMNIA IMPROBARI:) Rationes allegavit, tum quia in bello nihil est quod primis naturæ repugnet; tum quia recta ratio ac natura societatis eam demum vim prohibet, quæ societati repugnat. At dictum jam est, ex neutra demonstrari bella licita esse. Nos alio modo bellandi licentiam ex naturæ principiis probavimus.

„d) (JURE AUTEM GENTIUM VOLUNTARIO ITIDEM NON DAMNARI BELLA, DOCENT HISTORIÆ:) Tale jus gentium secundarium non dari, nec ejus aliquem usum esse in disciplina juris naturalis supra dictum est. *Vid. Diss. Proem. IV.* adeoque frustra quæritur an bella repugnent juri huic gentium, quod non existit.

„e) (ET OMNIUM POPULORUM LEGES ET MORES:) Ex his non sequitur jus gentium secundarium, sed si mores illi rectæ rationi conveniunt, indicant, & eo magis probant verum jus naturæ.

f) (Grot.) JURE GENTIUM INTRODUCTA ESSE BELLA:) Scriptor vitarum illustrium in Themistocle. *Professus est, Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium facere possent, Deos publicos suosque patrios ac penates quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse.*

„g) (DIXIT HERMOGENIANUS) *in l. 5. ff. just. & jur.* Loquitur scil. JCtus de jure gentium quod ratio naturalis inter omnes homines constituit, & quod etiam naturale dicitur: *L. 1. c. 1. §. 11.* non ergo de jure gentium secundario.

„h) (QUOD PAULO ALITER, QUAM VULGO ACCIPI SOLET INTERPRETANDUM CENSEO:) Arcanum hoc Authoris late explicavimus supra *L. 1. c. 1. §. 14.* At tota hæc subtilitas corruit posito principio

[i] ut certa bellorum forma a jure gentium ſit introducta, [k] quam formam, quæ habeant bella, ea peculiares ex jure gentium effectus conſequantur: unde diſtinctio naſcitur, [l] qua utendum nobis erit infra, [m] in bellum ſolenne juris gentium, quod & juſtum, [mm] id eſt plenum, dicitur, [n] & non ſolenne, [o] quod tamen non ideo juſtum eſſe deſinit, id eſt juri congruens. [p] Nam aliis bellis, [q] modo æqua ſubſit cauſa, [r] jus gentium non adſiſtit quidem, ſed nec reſiſtit, [s] uti infra latius explicabitur. [t] *Jure gentium* (inquit Livius) *ita comparatum eſt, ut arma armis propulſentur.* L. XLII. Et [u] Florentinus [x] jus eſſe gentium ait, ut vim atque injuriam propulſemus, ut corpus noſtrum tuteamur. L. ut vim D. de juſt. & jur.

§. V.

„cipio jus gentium voluntarium univerſale nec da-„ri, nec per naturam dari poſſe.

„i) (UT CERTA BELLORUM FORMA A JURE „GENTIUM SIT INTRODUCTA:) Formam autem „illam in eo conſiſtere ait, ſi bellum a duabus ſum-„mis poteſtatibus geratur, & publice decretum ac indictum ſit. *Diſſ. Prooem. IV. §. 20. & IX. 63. ſeq.*

„k) (QUAM FORMAM QUÆ HABENT BELLA EA „PECULIARES EX JURE GENTIUM EFFECTUS CON-„SEQUANTUR:) Repetit hoc Author paſſim, & in-„fra *L. 3. c. 4. §. 1.* ait, ejuſmodi belli, inter duos „populos eorumque capita indicti, effectus quoſdam „eſſe proprios, qui bellum ex ſua natura non ſe-„quuntur: Qui autem ſint illi effectus juri na-„turæ contrarii notavimus ſupra *L. 1. c. 1. §. 14.* ſcl. „1) ut juſtum hoc bellum dicatur licet juſta cauſa „non ſit: 2) ut interficere hoſtem, capere & va-„ſtare res hoſtiles liceat ultra quantitatem debiti & „pœnæ: 3) ut nemo ideo a vicinis bello peti, ne-„que in terris eorum tanquam homicida vel fur „conveniri; neque 4) res hoſtiles captæ, apud „medios inventæ, vindicari a priſtinis dominis poſſint: „ſed 5) capiens apud omnes in poſſeſſione tuendus „ſit: 6) ut quædam, quæ jure naturæ permiſſa ſunt, „bellum gerens facere non poſſit, ſed ea omittere „teneatur, niſi apud gentes ideo reus fieri velit. „Qui effectus omnes ſponte ſua corruunt ſublata „cauſa, i. e. ſublato jure gentium voluntario, quale „non dari ſæpius dictum eſt. *Vid. Differt, Prooem.* „*IV. §. 21. §, 22. & Diſſ. XX. Sect. 4. per tot.*

„l) (QUA UTENDUM NOBIS ERIT INFRA.) *L. 1. c.* „*3. §. 4. L. 3. c. 3. per tot. & L. 4. §. 1.*

„m) (IN BELLUM SOLENNE JURIS GEN-„TIUM QUOD ET JUSTUM DICITUR:) *So-„lenne* Authori dicitur quia ſolennitates juris gen-„tium habet: nimirum ſi bellum a duobus popu-„lis geritur, & publice indictum eſt. *d. l. 3. c. 3. §. 5.* „*juſtum* ei dicitur, non quod naturæ jure licitum „ſit, ſed quod effectus externi dominii ei tribuun-„tur, quos antea recenſuimus. Quæ omnia ex prio-„ribus ſolvuntur. *Dict. diſp. IV. §. 20. & IX. Sect. 2. per tot.*

„mm) (I. E. PLENUM:) Author bella in genere „vel plena vel minus plena eſſe ait *L. 3. c. 1. §. 2. n. 3.* „illa ſunt quæ populus populo infert. L. *3.* c. 2. §. 2. n. „3. Hæc, cum nun ad illam plenitudinem belli ven-„tum eſt ubi omnia in alium populum licent, attamen „violenta quadam executione ad jus obtinendum opus „eſt. d. c. 2. § 2. n. *3.* & 4. Eoque refert jus repreſſalia-„rum. *Vid. Diſſ. Prooem. IX. §. 29. ſeq.*

„n) (ET NON SOLENNE:) Quod ſcl. vel non in-„dictum, vel non a ſumma poteſtate geſtum eſt. „Vid. *L. 1. c. 3. §. 4. & c. 4. §. 1. & 2. d. diſp. VIII. §.* „70. *ſeq.* At tale bellum minus ſolenne non dari ple-„nius probabimus in notis *ad d. §. 4. Add. dict. diſp.* „*VIII. §.* 168.

„o) (QUOD TAMEN NON IDEO JUSTUM ESSE „DESINIT, I. E. JURI CONGRUENS:) Senſus eſt, „quod non minus juſtum ſit, etſi non ſit ſolenne: „eodem modo uti codicillus, etſi non habeat ſo-„lennitates teſtamenti, adeoque non ſit diſpoſitio „ſolennis, non tamen deſinit eſſe juſta diſpoſitio.

„p) (NAM ALIIS BELLIS:) Scl. quæ ſolennia non „ſunt; quo pertinent privata vel mixta, *c. 3. §. 1,* „*&* 2. Rationem hujus rei dat Author *L. 3. c. 3.* „*§. 11. & 12.* quia jus gentium voluntarium genti-„bus tantum proſpicit, non his qui ſine gente ſunt, „aut pars gentis: quod in allegato loco examinabimus.

„q) (MODO ÆQUA SUBSIT CAUSA:) Nam bel-„lum quod ſolenne eſt, i. e. quod ſolennitates præ-„dictas juris gentium habet, Authori juſtum eſt et-„ſi juſta cauſa non adſit. *Diſſ. Prooem. IX. §. 63. ſeq.*

„r) (JUS GENTIUM QUIDEM NON ADSISTIT, „SED NEC RESISTIT:) Juxta Authorem enim jus „gentium format ſaltem bella publica ſive ſolennia, „adeoque *non aſſiſtit* cæteris bellis minus ſolenni-„bus, ſive privata ſint ſive mixta, cujus rei rationem „antea ex Authoris libro 3. c. 3. §. 11. & 12. ſup-„peditavimus. Sed *nec reſiſtit*, quia jus gentium ea „quæ juris naturalis ſunt non improbat. At omnia „hæc in vanum dicuntur, quia bella jure gentium „ſolennia non dantur, ſed unum ſaltem genus bello-„rum jure naturali exiſtit, cui certa forma eodem „jure præſcripta eſt: uti plenius capite ſequenti, & „in notis ad *L. 3. c. 1.* videbimus.

„s) (UT INFRA LATIUS EXPLICABITUR.) *Vid. L.* „*3. c. 3. §. 11. & 12. Adde Diſſ. Prooem. 4. §. 20. ſeq.* „*& differt. IX. §. 63. ſeq.*

„t) (JURE GENTIUM INQUIT LIVIUS:) Imo Li-„vius non loquitur de jure gentium voluntario, „ſed de jure naturæ, quod ſolum Romanis dicitur „jus gentium. *Vid. Liv. l. 42. c. 41.*

„u) FLORENTINUS:) *L. 3. ff. juſt. & jur.*

„x) (JUS ESSE GENTIUM AIT:) Imo nec JC-„tus de jure gentium voluntario loquitur, ſed de „jure naturæ. *Vid. ſupra §. 1. in f.*

§. V.

1. [a] De jure divino voluntario [b] major est difficultas: [c] neque hic objiciat quisquam jus naturæ esse immutabile, ac proinde [d] a Deo nihil in contrarium potuisse constitui: [e] id enim verum est in iis quæ jus naturæ vetat aut præcipit, [f] non in iis, quæ jure naturæ licent tantum: [g] nam quæ ejus sunt generis, [h] cum proprie juris naturæ non sint, [i] sed extra jus naturæ, & vetari possunt & præcipi.

2. [k] Solet ergo primum a nonnullis contra bellum adferri lex data

ta

„a) (DE JURE DIVINO:) quod consistit in lege „Adamitica, Noachica, & lege Evangelii: *Vid.* „*Diss. Prooem. III. Sect. 1. 2. & 3.*

„b) (MAJOR EST DIFFICULTAS:) inprimis circa „legem Evangelii.

„c) (NEQUE HIC OBJICIAT QUISPIAM JUS NA„TURÆ ESSE IMMUTABILE:) De qua immutabilitate „egit *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 5. rationem autem immuta„bilitatis constituit in principiis internis juris na„turalis, quæ obligare dixit, etsi detur Deum non „esse. *Prol.* §. 8. 9. 11. *d.* §. 10. *n.* 1. & 2.

„d) (ADEOQUE A DEO NIHIL IN CONTRARIUM „CONSTITUI:) Vis argumenti hæc est: quod magis vi„deatur esse difficultas de jure divino voluntario „circa licentiam bellorum; quia cum jure naturæ, „quod ex principiis internis fluit, bella licita sint, „Deus mutare jus illud non potuit.

„e) (ID ENIM VERUM EST IN IIS QUÆ JUS „NATURÆ VETAT AUT PRÆCIPIT,) adeoque in iis „quæ naturæ rationali aut sociali repugnant, eoque „ina natura, & remoto quoque Deo, injusta sunt. „*Vid. l.* 1. *c.* 1. §. 3. *n.* 1. §. 10. *n.* 3, & *c.* 2. §. 1. *n.* 3.

„f) (NON IN IIS QUÆ JURE NATURÆ LICENT „TANTUM:) Quæ enim lege tantum permittuntur, „non proprie juris naturalis dici putat: quod refu„tavimus *supra L.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 1. & §. 17.

„g) NAM QUÆ HUJUS SUNT GENERIS:) Scil. ut „liceant tantum & a natura permittantur.

„h) (CUM PROPRIE JURIS NATURÆ NON SINT:) „Permissionem proprie non esse actionem legis, sed „actionis negationem dixit *L.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 1. & „§. 17.

„i) (ET EXTRA JUS NATURÆ:) Grotius passim „in hoc tractatu a *jure naturæ* distinguit ea quæ „saltem jure permittuntur: Ea enim minus pro„prie *juris naturalis* dici ait, & reductive sal„tem, *L.* 1. *c.* 1. & 3. & §. 10. *n*, 3. imo extra jus na„turæ §. *h.* Ratio hujus inventi in promtu est: „cum enim is jura naturæ deducat ex principiis in„ternis, quæ obligarent etsi detur Deum non esse, „necessario quoque statuere debuit jura illa nec a „Deo mutari posse, quia principia illa interna per „se obligant, nec causam a Deo habent, nec ab eo „pendent.

„Cum autem observaverit multa, quæ jure naturæ „principiis illis internis conveniunt, a Deo vetari, „dubium illud solvere credidit distinguendo inter „*præcepta juris naturæ*, & ejus *permissionem:* ita ut „hæc mutari a Deo possit, non illa.

„At gratis hæc dicuntur: ex præcedentibus enim „(1) repetendum est *permissionem* juris esse veram & „præcipuam juris naturæ partem, quæ in ipsa de„finitione justitiæ continetur: In omni enim jure „supponitur jus alicui quæsitum, i. e. facultatem „agendi vel habendi concessam esse: Hæc igitur per„missio vere & proprie juris naturalis dicitur; ejus„que effectus est, ne alii jus agendi impedire possint: „Si proinde (2) hæc permissio a principiis internis, „nimirum ex appetitu sociali fluit, in quæ Deo nul„lum jus competit, & quæ a Deo non dependent, „quo jure hic illam permissionem vetare possit „non video: Sane (3) ipse Grotius fatetur ea quæ ju„re naturæ, i. e. ex principiis internis permittuntur, „jus dare ad aliquid licite agendum, ad eum effe„ctum ne alius actionem impedire possit. *Vid.* „*supra c.* 1. §. 17. *n.* 3: si alius impedire non pot„est nec Deus poterit, quia Deo nullum jus in „illos actus naturali jure permissos competeret. To„ta igitur hæc tractatio (4) supervacua est, & po„sito principio, Deum esse authorem juris natura„lis, sponte corruit: Ex eo enim sequitur Deum „nec id quod semel præcepit, nec id quod semel „permisit, mutare posse: Non autem mutat si jus „inter homines constitutum non tollit, sed suo jure „supremo dominii utitur; quod uberius explicavi„mus supra *Proleg.* §. 11. & *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 1. *n.* 5.

k) (SOLET ERGO &C. CONTRA BELLUM AFFERRI LEX DATA NOÆ EJUSQUE POSTERIS:) Ex principiis, quæ initio hujus capitis exposui, profligatur, penitus telum illud, quod Anabaptistæ petunt ex præcepto de non fundendo sanguine Noachidis dato *Gen. IX. v.* 6. & in decalogo repetito: *Exod. XX. v.* 13. qui in utriusque præcepti generalitate ita sententiam suam designunt, ut dimoveri inde se non patiantur. Et sane quæ Grotius respondet *c.* 2. §. 5. *seqq.* magis obfirmabunt hominum pertinaciam, quam frangent: adeo illa languent & frigent & nervum rei non solvunt.

Ut igitur nihil generalitati utriusque præcepti derogetur, dicimus illud præceptum, quod solis hominibus datum est, nihil pertinere ad jus & potestatem summi imperii: quippe quod exercetur non jure hominis, sed vice & nomine ipsius Dei, qui ipse illud per summos in terris magistratus exercet. Legem itaque istam, de non fundendo sanguine, Deus hominibus tulit non sibi, aut iis quibus vices ipse suas in terris concessit. Præcipit hac lege ne homo hominem occideret; nullius ergo hominis jus est hominem occidere: at summi Magistratus gladium, seu imperium suum pa-

co

ta Noæ ejusque posteris: ubi Deus sic loquitur, Gen. IX, 5. 6. [l] *Quin etiam sanguinem vestrum, id est animarum vestrarum, reposcam: ab omni bestia reposcam eum: atque etiam de manu hominis alterius, utpote fratris, reposcam hominis animam.* [m] *Quisquis effuderit sanguinem hominis, qui est in homine, sanguis ejus effundetur: quia hominem ad effigiem suam fecit Deus.* Hic ergo [n] quidam illud, quod de reposcendo sanguine dicitur, generalissime intelligunt, & alterum de effundendo vicissim sanguine, [o] comminationem esse volunt, non approbationem, [p] quorum neutrum mihi se persuadet. Nam interdictum de sanguine non effundendo [q] latius non patet, quam quod in lege est, *Non occides*, quod neque capitalibus suppliciis, neque bellis obstitisse manifestum est. Lex ergo [r] tam hæc, [s] quam illa, [t] non tam novi

ce & bello homines exequuntur, non ut homines, sed ut ministri Dei, unde quæ exercent Dei judicia, dicuntur & Dei bella. Hic jussus specialiter de eo qui sanguinem fudit additur *Gen. c. IX. §. 6. sanguis ejus fundetur:* per quos nisi per summos magistratus? Hi ergo geminam omnino personam sustinent, & spectantur vel ut nudi homines, quo respectu non magis illi quam alii homines sanguinem hominis fundere possunt, vel ut Dei quasi legati & ministri, seu vicarii in officio tuendæ & exequendæ justitiæ cum in subditos, tum in hostes divinitus ipsis permisso, quin injuncto. Sed nec magis pugnat hoc præceptum cum defensione necessaria privati, quia causa & author hujus necis non est qui se defendit, sed ipse occisus qui invasit, eoque alterum ad necessitatem sui defendendi compulit.

ADDITIO.

„Ego verum hujus loci sensum late explicavi in „*Diss. Proœm. III.* §. 30. ejusque compendium statim „exponam.

„*l*) (QUIN ETIAM SANGUINEM VESTRUM &c. „REPOSCAM, AB OMNI BESTIA REPOSCAM;) An „ergo bestia injuriam facit? Videtur id asseri hoc lo- „co, quia bestia pœnam patitur, æque ac homo sui „congenerem interficiens. Equidem variæ de sen- „su hujus loci apud Ebræos sunt sententiæ, quas „refert Seldenus *de jur. nat. l. 1. c. 5. fol.* 63. *seq.* „& nos exposuimus in *Diss. Proœm. III.* §. 28. „Probavimus ibidem vocem Ebraicam non deno- „tare bestiam, sed *viventem* i. e. *hominem.* Cur „vero Deus statim speciatim *hominis, viri, & fra- „tris* mentionem facit? Si enim voce *viventium* „*homines* intelliguntur, sequentia verba inutilia fo- „rent, & bis hominum mentio fieret: Resp. sequen- „tia verba intelligenda sunt de *homine qui simul* „*frater est.* Atque hinc Samaritanus quoque ver- „tit, *de manu viri & fratris ejus*: Et Rabbinorum „quidam verba illa explicant de cæde hominis seu „socii, apud *Selden. l. 4. c. 1. fol. 475. d. Diss. III. §. 39.*

„*m*) (QUISQUIS EFFUDERIT SANGUINEM HO- „MINIS:) legem de homicidio ex jure Ebræorum „late explicat *Seld. L. 4. c. 1.*

„*n*) (QUIDAM ILLUD QUOD DE REPOSCENDO „SANGUINE DICITUR, GENERALISSIME INTELLI- „GUNT.) ita ut nullo casu sanguinem hominis ef- „fundere liceat, adeoque nec bello.

„*o*) (COMMINATIONEM ESSE VOLUNT NON AP- „PROBATIONEM:) adeoque quando Deus ait, *quis- „quis effuderit sanguinem hominis, sanguis ejus ef- „fundetur* &c. exinde non sequi putant jam id fie- „ri posse ab homine; adeoque Deum id non appro- „bare, sed saltem minari sanguinem homicidæ ite- „rum effusum iri, vel per malos, vel etiam alia ra- „tione.

„*p*) (QUORUM NEUTRUM SE MIHI PERSUADET;) „Non *prius*, quia alia occasio fuit legis illius spe- „cialis: nimirum Deus prohibuit idola comedere, „& eandem pœnam constituit in talia sacrificia „quæ in homicidas constituta erat; quia is qui idolis „sacrificia offert animam perdit, adeoque homici- „da est,: quod latius explicavimus in *Diss. prooem.* „*III.* §. 30, *seq.* Non *posterius*, quia Deus omnino „probat effusionem sanguinis etiam ex variis aliis „causis v. g. propter læsam majestatem divinam, „incestum, & propter comestionem idoli. Pœnam „autem homicidii ipso jure naturæ, & ex natura ta- „lionis, in effusione reciproca sanguinis consistere „infra *l. 2. c.* 20. demonstrabitur. *Conf. Disp. B.* „*Par. de sacros. jure talionis.* Cœterum de jure oc- „cidendi in bello vide *infra L. 3. c. 4. §. 1.*

„*q*) (LATIUS NON PATET QUAM QUOD IN LE- „GE EST, NON OCCIDES:) Refutat Author eos, qui „prohibitionem hujus legis intelligunt de omni effu- „sione sanguinis, etiam quæ in bello & a magistra- „tu fit; & ait, Deum eandem legem prohibitivam „postea in decalogo dedisse, neque tamen ideo sive „bella prohibita fuisse, sive judicia capitalia.

„*r*) (TAM HÆC:) scil. non occides.

„*s*) (QUAM ILLA:) scil. de non effundendo san- „guine.

„*t*) (NON TAM NOVI ALIQUID CONSTITUIT:) „licet enim talis lex statuta a Deo non esset, ex „ipsa tamen ratione naturali constat, neminem homi- „num posse vitam alii homini a Deo concessam abs- „que injuria auferre, indeque si aufert ad repara- „tionem seu ad talionem teneri. Sed modo di- „ximus, legem illam plane non de homicidio nec de

ejus

novi aliquid constituit, ᵘ quam jus naturæ prava consuetudine obliteratum declarat atque repetit; ˣ unde verba intelligenda sunt in eo sensu qui vitium includit: ʸ sicut homicidii nomine non quamvis hominis cædem intelligimus, sed destinatam & innocentis. Quod vero sequitur de sanguine vicissim effundendo, ᶻ videtur mihi non factum nudum, sed jus continere.

3. ᵅ Rem ita explico. ᵝ Natura non iniquum est, ut quantum quisque fecit mali, tantundem patiatur, juxta illud, quod ᵞ Rhadamanthi jus dicitur:

Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκηκ' ἰθεῖα γένοιτο.

Quæ fecit si quisque ferat jus fiet & æquum.

ᵟ Seneca pater hanc sententiam sic retulit: *Justissima patiendi vice, quod quisque alieno excogitavit supplicio, excipit suo.*ᵉ Ex hujus naturalis

„ejus pœna agere, sed de pœna ejus qui idolum „comedit, quod latius probavimus *in Diss. III. §. 30.*

„u) (QUAM JUS NATURÆ PRAVA CONSUETUDINE „OBLITERATUM DECLARAT:) Author supponit io „statu naturæ unicuique jus fuisse homicidam occidendi, at id post tempora Nuachi ob abusum penitus prohibitum fuisse. *Vid. n. seq. 3. & 5.*

„x) (UNDE VERBA ILLA INTELLIGENDA SUNT „IN EO SENSU, QUI VITIUM INCLUDIT:) Vitium „autem illud in abusu occidendi promiscue, qui „gigantum tempore obtinuerat, consistere putat.

„y) (SICUT HOMICIDII NOMINE NON QUAM„VIS HOMINIS CÆDEM INTELLIGIMUS, SED DESTI„NATAM ET INNOCENTIS:) Hunc errorem jam „ootavimus supra *L. 1. c. 1. §. 10.* Nam omnino „quævis hominis cædes est *homicidium*, at non sem„per est crimen, hinc dantur etiam homicidia ca„sualia, atque ad talia homicidia, quæ absque cri„mine fiunt, pertinent cædes hominum quæ „a magistratu vel in bello fiunt.

„z) (VIDETUR MIHI NON FACTUM NUDUM SED „JUS CONTINERE:) Sensus est; verba de non ef„fundendo vicissim sanguioe non nudam commina„tionem continere, quasi minetur Deus sanguinem „ejus aliquando, sive casu sive alio modo effusum „iri, sed approbationem divinam inferre, & quod „jure quoque effundi possit: quod omnino verum „est.

α) REM ITA EXPLICO:) Author ad illustrationem illius legis, de vicissim effundendo sanguine, supponit 1) natura cuique homini, insonti, & paris criminis non reo, licitum esse homicidam occidere; idque exemplo Caini probat. 2) Haoc licentiam restrictam fuisse, Deumque illam repressisse in Caino, ob paucitatem hominum; *ibid.* & hinc Lamechum simili facinore perpetrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promisisse. *n.* 4. 3) Deum, instaurato post diluvium humano genere, reduxisse primævam illam licentiam propter crudelitatem gigantum, qui promiscuas cædes exercebant, ac permisisse ut insons esset qui occideret homicidam. n. 5. seq. At 4) propter abusum gentes tandem hoc jus privatum puniendi sustulisse, illudque solis magistratibus tribuisse; *d. n. 5. & L. I. c. 3. §. 1. n. 2. l. 2. c. 20. §. 9. n. 4.* exceptis tamen 5) quibusdam casibus, ubi jus vindictæ privatæ hodieque permissum esse ait. Denique & 6) hanc suam interpretationem probat exemplis Abrahami & Mosis, qui non obstante lege Noæ arma sumserunt. n. 6. *seq.*

„β) (NATURA NON INIQUUM EST, UT QUAN„TUM QUISQUE FECIT MALI, TANTUNDEM PATIA„TUR:) De hoc jure talionis ejusque ratione natura„li vide *l. 2. c. 20. §. 1. & Disp. B. Parentis de Sa„crosancto talionis jure.*

γ) (Grot.) (RHADAMANTHI JUS:) Apud Apollodorum lib. II. Νόμος Ῥαδαμάνθυ ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι ἀθῷον εἶναι. *Lex Rhadamanthi, si quis se ultus sit de eo, qui prior vim intulerit, impune id ferat.*

ADDITIO.

„Varia nomina juris talionis vide in *B. Parentis „Disp. de SS. jur. tal. §. 7. add. L. 2. c. 20. §. 1.* Voca„tur autem jus Rhadamanthi, quia Rhadamanthus, „Jovis & Europæ filius, cum fratribus Minoe & „Æaco, judex apud inferos factus fingitur, *Serv. ad „Æn. 6. v. 566. Theseus apud Tragicum in Herc. „Fur. v. 731.* Formula autem secundum quam jus „dixit hæc refertur.

„Quod quisque fecit, patitur, authorem scelus
repetit,
„Suoque premitur exemplo nocens.

„δ) (SENECA PATER:) *Præfat. 5. controv.*

ε) (EX HUJUS ÆQUITATIS NATURALIS SENSU CAIN PARRICIDII SIBI CONSCIUS, DIXERAT:) Speciale fuit in Caino: Deus ipse causam decidit, poenam ei dictaverat, eumque extorrem esse jussit: Cum igitur pœnam semel a supremo judice dictatam sustinuerit, non potuit genus humanum sibi ulterius judicium io eum arrogare. Cain igitur non allegat quasi id juris naturæ sit, ut NB. *quicunque* eum interficere posset: sed ex terrore conscientiæ metuebat ne id fieret, adeoque non jus allegat, sed metum suum.

ADDI-

ralis æquitatis ſenſu, Cain parricidii ſibi conſcius dixerat, Gen. IV, 14. *qui inveniet me, interficiet me.* Sed Deus primis illis temporibus, aut ob hominum raritatem, & quia paucis adhuc graſſantibus minus opus erat exemplo, ζ id quod naturaliter licitum videbatur, edicto repreſſit, η & contactum quidem ac commercium homicidæ defugi voluit, ϑ at vitam ei non eripi, quomodo & Plato in legibus conſtituit, & olim in Græcia uſurpatum his verſibus docet Euripides:

Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι
Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν ὐκ εἰῶν περᾶν,
Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅς τις αἷμ' ἔχων κυρεῖ.
Φυγαῖσι δ' ὁσίουν, ἀνταποκτεῖναι ,, δὲ μή.
Quam bene parentum provida ætas ſtatuerat:
Ut cogeretur de via decedere,
Hominumque viſu cæde patrata nocens,
Fugaque lueret triſte, non letho, ſcelus!

Quo & illud pertinet Thucydidis: εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων, μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτὰς (τὰς ζημίας) παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ εἰς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι. *Credibile eſt antiquitus quamvis gravium delictorum* ι *leves fuiſſe poenas; ſed cum eæ progreſſu temporis contemnerentur, ventum ad mortem.* Lactantius: *Adbuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen bomines, ſupplicio capitis afficere.* Lib. III. Lactant, lib. 2 1.

4. Ab uno facto illuſtri ſumta conjectura κ divinæ voluntatis in legem ivit, λ ita ut Lamechus quoque μ ſimili facinore perpetra-

ADDITIO.

„Obiter hic notamus, ſcriptores quosdam ſignum, quod Deus Caino impreſſit, in coloris mutatione conſtituiſſe, atque ex eo nigrorum gentem ortam eſſe tradidiſſe: Quam fabulam merito „rejicit Labat *dans ſa nouvelle relation de l'Afrique.*

ζ) (ID QUOD NATURALITER LICITUM VIDEBATUR, EDICTO REPRESSIT.) Imo nunquam ſingulis hominibus hæc licentia competiit, *vid. Diſſ. Proœm. I. §. 80. §. 81. & Diſſ. VIII. §. 22. & 23.* adeoque non poteſt dici eam edicto divino in Caino repreſſam fuiſſe: Quod vero pœnæ talionis exemtus fuerit, id non ob paucitatem hominum factum, ſed quia Deus, uti dictum eſt, immediate judicem egit.

„η) (ET CONTACTUM QUIDEM AC COMMERCIUM HOMICIDÆ DEFUGI VOLUIT:) Author reſpicit ad exilium Caini.

„ϑ) (AT VITAM NON ERIPI:) Potuit enim „Deus eximere reum pœnis hominum, pœnam „ipſe ſtatuendo.

„ι) (Grot.) (LEVES FUISSE POENAS:) Servius ad primum librum Æneidos: *Lueris, perſolveris: Et hic ſermo a pecunia deſcendit: antiquorum enim poena omnes pecuniaria fuerunt.* Et ad librum ſecundum: *Expendere, tractum eſt a pecunia: nam apud majores pecuniarias poenas conſtat fuiſſe, cum adhuc rudi ætate pecunia ponderaretur, quod ad capitis poenam deinde uſurpatum eſt.* Ad ſextum: *Pendere tractum eſt a pecuniaria damnatione.* Memorat Plinius Hiſtoriæ Naturalis lib. VII. cap. LVI: primum capitis judicium in Areopago eſſe actum.

„κ) (CONJECTURA DIVINÆ VOLUNTATIS IN LEGEM IVIT:) At 1.) verum non eſt Deum edicto „voluiſſe reprimere licentiam puniendi quæ unicuique privato, etiam non læſo; competiit, nam „talis licentia generalis nunquam obtinuit. 2.) Verum igitur non eſt, conjecturam illam voluntatis „in legem abiiſſe.

„λ) (ITA UT LAMECHUS QUOQUE SIMILI FACINORE PERPETRATO IMPUNITATEM SIBI AB HOC EXEMPLO PROMISERIT:) Varias de hoc facto Lamechi conjecturas vide apud Oſiandrum *in obſ. ad h. §. 3.* Vera hujus effati mens hæc eſſe „videtur, quod Lamechus parilis criminis ſibi conſcius, & vindictam familiæ ſuæ metuens, deterrere familiam voluerit, quaſi Deus ipſi quoque „exemplo Caini criminis impunitatem dederit: „adeoque Lamechus non jus vindicandi necem negat, ſed vindictam, quam metuebat, minis a ſe „avertere ſtudebat: Quod vero quidam ajunt Lamechum interfeciſſe Cainum, vel eum cœcum ex errore tale quid commiſiſſe, indeque vindictam a ſe „ideo ſumi non poſſe jactaſſe, fabula eſt, *vid. Teſm. h.*

μ) (Grot.) (SIMILI FACINORE PERPETRATO:) Aut

petrato impunitatem sibi ab hoc exemplo promiserit, Gen. IV, 24.

5. ν At cum jam ante diluvium gigantum ætate promiscue invaluisset cædium licentia, instaurato post diluvium humano genere, ξ ne mos idem invalesceret, ο severius occurrendum Deus censuit: & repressa prioris sæculi lenitate, π quod natura non iniquum esse dictabat & ipse permisit, ϱ ut insons esset qui homicidam occidisset, σ quod postea institutis judiciis summas ob causas ad judices solos restrictum est; τ ita tamen ut moris pristini vestigium manserit, in jure ejus qui occisum sanguine proxime attingeret, etiam post Mosis legem, υ qua de re infra fusius agetur.

6. φ Magnum habemus auctorem nostræ interpretationis, Abrahamum χ qui cum legem Noæ datam non ignoraret, arma sumsit in reges qua-

Aut potius, si quid simile perpetrasset: nam hunc sensum ferunt verba quæ apud Mosen.

ADDITIO.

„Videtur Author hic innuere Lamechum non „vere perpetrasse crimen, sed saltem conditionem „posuisse: SI TALE QUID PERPETRASSET: Verum „id repugnat verbis sacræ scripturæ *Gen. IV. v. fin.* „ibi: *quoniam occidi virum in vulnus meum & a-„dolescentulum in livorem &c. Gron. h.*

„ν) (AT CUM JAM ANTE DILUVIUM GIGAN-„TUM ÆTATE PROMISCUA INVALUISSET CÆDIUM „LICENTIA:) Imo id nullibi dicitur, sed sacra pa-„gina saltem recenset tyrannos exstitisse, & tyran-„norum filios vi duxisse uxores quas vellent.

„Quæri solet an unquam gigantes exstiterint? „multi enim dubitant gigantes unquam fuisse: at „contrarium constat 1.) ab ipsa experientia, quia „hodieque tales exstant, & seculo nostro visi sunt. „Sane 2.) primos homines naturali victu contentos, „omnisque luxus expertes, viribus & proceritate „corporis prævaluisse ratio ipsa innuit. Accedit 3) „exemplum Goliath: & 4.) assertio sacræ paginæ „*Gen. VI. v. 4.* (quanquam quidam per gigantes intel-„ligant potentiores qui opprimere inferiores sole-„bant;) Exempla Gigantum 5.) vide *apud Gellium* „*Noct. Att. 3. c. 10. Plinium Hist. 7. 16. Juvenalem* „*Sat. 15. 70. Augustinum de civit. Dei 15. c. 9.* ibi-„que *Ludov. Vives. Vellejum Paterculum 1. 5.*

„ξ) (NE MOS ITERUM INVALESCERET:) At ta-„talis mos nunquam ante diluvium obtinuit.

„ο) (SEVERIUS DEUS OCCURRENDUM CENSUIT:) „Per legem scilicet Noæ datam de non effundendo „sanguine. *Gen. IX. v. 5. & 6.*

„π) (QUOD NATURA NON ESSE INIQUUM DI-„CTABAT, ET IPSE PERMISIT:) Dixi jam 1.) ve-„rum non esse ante diluvium promiscuas cædes ob-„tinuisse: & ideo Deum graviores leges contra ho-„micidia statuisse. Verum 2.) non est, naturam „unquam dictasse æquum esse homicidam occidi a „quocunque privato. Verum quoque 3.) non est, „Deum per legem Noæ datam permisisse ut pro-„miscue insons esset qui homicidam occidisset; „Deus enim vult quidem sanguinem vicissim effun-„di, sed per legitimam potestatem.

ϱ)(Grot.) (UT INSONS ESSET QUI HOMICIDAM OC-CIDISSET:) Josephus: *παραινῶ μέν τοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι καὶ καθαρεύειν φόνου καὶ δράσαντάς τι τοιοῦτο κολάζεσθαι. Edico ut a cæde humana pura habeantur manus: quod si quis cædem commiserit, pœnam ferat.*

„σ) (QUOD POSTEA INSTITUTIS JUDICIIS SUM-„MAS OB CAUSAS AD JUDICES SOLOS RESTRICTUM „EST.) Summæ illæ causæ, quas Author hic præ-„texit, ei sunt abusus, quia in rebus nostris & no-„strorum affectu corrumpi solemus. *Vid. L. 2. c. 20.* „*§. 8. n. 4.* & *Diss. Prooem. VIII. §. 22.*

„τ) (ITA TAMEN UT MORIS PRISTINI VESTI-„GIUM MANSERIT IN JURE EJUS QUI OCCISUM „SANGUINE ATTINGERET.) Author putat vestigium „illius licentiæ primariæ puniendi reos superesse „in vindice sanguinis, qui ut proximus hæres ne-„cem defuncti vindicare tenebatur. *Num. 35. v. 13.* „*Conf. Seld. de J. N. L. 4. c. 1. in fin.* vide *plenius* „*infra L. 7. c. 20. §. 8. n. 4. 5. 6.* At ex hoc vesti-„gio apparet, antiquam licentiam non promiscue „obtinuisse, sed saltem intuitu familiæ.

„υ) (QUA DE RE INFRA FUSIUS AGETUR:) „Scil. *cap. 3. per tot. & L. 2. c. 20. §. 3. usque ad* *§. 21. & §. 40.*

„φ) (MAGNUM HABEMUS AUTOREM NOSTRÆ „INTERPRETATIONIS, ABRAHAMUM:) Imo hæc „interpretatio Authoris, quod scilicet jure naturæ „cuique privato jus sit occidendi homicidam; „quod ob paucitatem hominum tempore Caini & „Lamechi id prohibitum fuerit; quod reductum „fuerit gigantum ætate jus primævum; at propter „abusum legis Noæ denuo restrictum, & institutis „civitatibus penitus abolitum fuerit, nulla ratione „confirmatur ex allegatis exemplis. Ex iis in genere „quidem probatur, injurias, bello & judiciis vindi-„cari posse, at plane inde non probatur jure natu-„ræ cuique privato, etiam qui læsus non est, jus „esse homicidam occidendi; Nedum inde pro-„batur gigantum ætate promiscuam invaluisse cæ-„dium licentiam, eique severius post diluvium oc-„currere voluisse Deum.

„χ) (QUI CUM LEGEM NOÆ DATAM NON „IGNORARET, ARMA SUMSIT IN REGES QUATUOR:) Abra-

quatuor, ut quæ plane crederet cum ea lege non pugnare. ⱷ Sic & Moses Amalecitis ᵚ populum oppugnantibus arma jussit opponi, [aa] naturæ scilicet jure usus: [bb] nam Deum de hac re speciatim consultum non apparet. Exod. XVII, 9. Adde jam quod [cc] capitalia supplicia nec in homicidas tantum, sed & in alios facinorosos usurpata apparet, [dd] non modo apud populos extraneos, [ee] sed apud ipsos piæ doctrinæ alumnos. Gen. XXXVIII. 24.

7. Nimirum [ff] conjectura divinæ voluntatis, [gg] ipsa naturali ratione adjuvante, a similibus ad similia processerat, ut quod in homicidam constitutum erat, [hh] in alios quoque eximie nocentes non iniquum videretur. Sunt enim quædam [ii] quæ vitæ æquiparantur, ut

„Abrahamus vel privatus fuit, vel Princeps superiore carens; utroque casu bellum licitum jure naturæ fuit: *Priori* enim casu jure necessariæ defensionis arma sumsit pro vindicanda injuria, non alii sed sibi suæque familiæ illata: neque enim a superiore, utpote qui bello victus erat, auxilium sperare potuit. *Posteriori* casu jure belli vi summæ potestatis pro liberando fratre & familia arma sumsit: neutrum facturus, si putasset lege Noæ promiscue vetitum fuisse aliquem occidere.

„ⱷ) (SIC ET MOSES AMALECITIS &c. ARMA JUSSIT OPPONI:) Israelitæ erant liber populus, qui summa potestate gaudebat, adeoque jure oppugnabat gentes denegantes ea quæ juris gentium sunt: Moses igitur convictus erat legem Noæ huic bello non obstitisse. At inde non sequitur, quod Author vult, cuique privato jus esse homicidam occidendi.

„ᵚ) (POPULUM OPPUGNANTIBUS:) rectius transitum negantibus. *Exod.* 17. *v.* 8. *seq. Num.* 24. 20. *Deut.* 25. *v.* 17. *seq.*

„aa) (NATURÆ SCL. JURE USUS:) Quo quilibet læsus, ex hypothesi Authoris, jus suum etiam privata autoritate defendere potest. At id ibi non dicitur.

„bb) (NAM DEUM DE HAC RE CONSULTUM NON APPARET:) Nec opus fuit, quia ratio naturalis voluntatem Dei satis explicavit: dum enim jura quædam hominibus concessit, etiam media defensionis permisit; quia alias uti illis juribus homines non possent, & frustra Deus jura ills concessisset.

„cc) (CAPITALIA SUPPLICIA, NEC IN HOMICIDAS TANTUM, SED ET IN ALIOS FACINOROSOS USURPATA APPARET:) Certissimo indicio sanguinem effundere ob crimen non contrariari legi Noæ. At inde nulla ratione inferri potest jus illud cuique privato competiisse, & lege Noæ sublatum esse.

„dd) (NON MODO APUD POPULOS EXTRANEOS:) i. e. sub foedere non comprehensos: sane judicia capitalia inter omnes gentes obtinere experientia docet, quod proinde apud multos diversis temporibus obtinet, ex causa universali procedere necesse est. *Vid. Proleg.* §. 40. & *l.* 1. *c.* 1. §. 12. *n.* 1.

„ee) (SED APUD IPSOS PIÆ DOCTRINÆ ALUMNOS) i. e. apud judæos qui legem Noachicam non ignorabant. Exemplum occurrit in Thamare, cui ob adulterium commissum mortem minitabatur Jehuda *Gen.* 38. *v.* 24. Magister pistorum laqueo suffocatus fuit ob furtum. *Gen.* 40. *v. penult.* Sic & in crimen incestus pœna capitis statuta est, *Vid. Levit.* 18. & 20. nec non in violatores nominis divini, *Lev.* 24. *v.* 14-16. & in homicidas. *ibid. v.* 17. &c.

„ff) (CONJECTURA DIVINÆ VOLUNTATIS &c. A SIMILIBUS AD SIMILIA PROCESSERAT:) Author originem pœnarum capitalium hic explicat. Ait nimirum Deum per legem Noachi saltem in homicidas mortis pœnam statuisse, at gentes ob identitatem rationis id etiam ad alia delicta, quæ homicidio comparantur, adjuvante ipsa ratione naturali, extendisse: & sic ex conjectura voluntatis divinæ reliquas pœnas capitales ortas esse.

„Nos, ubi de origine pœnarum agemus, summ demonstrabimus omnium pœnarum rationem in reparatione injuriæ per tantundem consistere: quoties igitur illud tantundem non nisi per mortem obtineri potest, toties pœnæ capitales non tantum jure infligi possunt, sed etiam infligi debent. Atque ex hac ratione B. Parens in adulteriis pœnam mortis natura statutam ait in *Disp. de SS. jure talionis* §. 32. Præterea ob utilitatem publicam ultra talionem ad modum malitiæ mortis pœnas statui posse, demonstravit *ibid.* §. *penult.*

„Interest autem omnino scire quænam pœnæ capitales natura statutæ sint, quia Principes, qui sunt vicarii Numinis & executores legum naturæ, de ejusmodi pœnis dispensare non possunt, cum e contrario illas, quas ex utilitate publica ipsi ultra talionis rationem statuunt, remittere, easque in aliam pœnam commutare possint.

„gg) (IPSA NATURALI RATIONE ADJUVANTE:) Quia scl. pœnæ ratio consistit in tantundem patiendo; si proinde extra pœnam capitis non patere tur tantundem, hæc ipsa pœna mortis naturali quoque ratione licita erit.

hh) (IN ALIOS QUOQUE EXIMIE NOCENTES:) qui nisi capite plecterentur tantundem non paterentur.

„ii) (QUÆ VITÆ ÆQUIPARANTUR:) Adeoque qua-

[kk] ut existimatio [ll] pudor virginalis, [mm] fides matrimonii, aut sine quibus vita tuta esse non potest, [nn] ut imperii societatem continentis reverentia: adversum quæ qui faciunt, ii homicidis meliores non videntur.

8. Huc pertinet vetus, [oo] quæ apud Hebræos exstat, traditio, [pp] leges plures Noæ filiis datas a Deo, quæ non omnes a Mose narratæ sint [qq] quia satis erat ad ipsius institutum eas postea in lege peculiari Hebræorum esse comprehensas. Sic [rr] adversus nuptias incestas legem veterem, quanquam a Mose* suo loco non memoratam, exstitisse apparet Levit. XVIII. Inter ea autem quæ Noæ liberis Deus edixit, hoc quoque ajunt fuisse, [ss] ut non homicidia tantum, [tt] sed & adulteria, & [uu] concubitus incesti, item [vv] violentæ rapinæ morte punirentur. Quod ipsum confirmant Jobi verba c. XXXI, 11.

9. Jam vero data per Mosem lex sanctionibus capitalibus [ww] rationes adjicit, quæ apud alios populos non minus quam apud Hebræum populum valent: ut [xx] Levit. XVIII, 24. 25. 27. 28 Pſ.

„quarum violatio non nisi cum sanguine compensari potest.

„kk) (UT EXISTIMATIO:) Qui enim hanc aufert ipsam vitam adimere videtur, utpote cum talis injuria alterum consortio honestorum virorum eximat.

„ll) (PUDOR VIRGINALIS:) Si quis virginem invitam violat: vix enim tantundem aliter hic definiri potest, nisi per pœnam capitis. Quid enim is, qui vim alieno corpori intulit, ac existimationem virginis sanctissimasque propagationis leges violavit, justa proportione pati posset præter ultimum supplicium, non video.

„mm) (FIDES MATRIMONII:) In adulteros justa talione pœnam mortis statui posse egregiis rationibus probavit *B. Parens in disp. de SS. jure tal. §. 32.*

„nn) (UT IMPERII SOCIETATEM CONTINENTIS REVERENTIA:) Adeoque non repugnat rationi naturali crimen læsæ majestatis morte punire, quia in eum qui contra fidem datam, & contra juramentum, jura civitatis evertit, &c. alia talionis ratio vix est: inprimis cum accedat mandatum divinum apud Josuam. *c. 1. in f. Quisquis rebellaverit præstituto tuo & non auscultaverit verbis tuis, in omnibus quæ præceperis eis, morte plectatur.*

„oo) (VETUS QUÆ APUD HEBRÆOS EXSTAT TRADITIO:) Grotius inter jura divina voluntaria supra retulit jus, quod in reparatione generis humani post diluvium Noacho datum est. *L. 1. c. 1. §. 15. n. 2.* At in dissertatione Prooemiali III. *§. 13. seq.* probavi somnium hoc esse Rabbinorum.

„pp) (LEGES PLURES NOÆ FILIIS DATAS A DEO QUÆ NON OMNES A MOSE NARRATÆ SUNT.) Imo nullum vestigium legum apparet quæ a Deo filiis Noæ datæ sint, præter legem de idolo non comedendo, quæ lex ipsa naturalis est.

„qq) (QUIA SATIS ERAT AD IPSIUS INSTITUTUM &c.) Sensus est, Mosen in historia Noæ non omnes recensuisse leges huic a Deo datas, quia superfluum ipsi visum fuit mentionem earum eo loco facere, cum easdem suis legibus inseruerit, idque ad institutum Mosis, declarandi nimirum prohibitionem divinam, satis fuisse: At dictum est, nullam legem, præter eam de sanguine idoli non comedendo, & quæ ipsa naturalis est, Noæ datam esse, nec dari opus fuisse, quia omnes quæ ad jus Noachicum referri solent leges, ex ipsa ratione naturali satis cognitæ erant, quod in singulis videbimus.

„rr) (ADVERSUS NUPTIAS INCESTAS LEGEM VETEREM EXSTITISSE APPARET Levit. XVIII.) Quia gentes ob id crimen ejectæ dicuntur. *Lev. XVIII, v. 27. seq.* At nuptias incestas ipsa ratione naturali prohiberi alibi probavimus. *Vid. l. 2. c. 5. §. 13.* adeoque hæc lex nulla ratione ad leges positivas divinas Noæ datas referri potest *Add. Diss. Pr. XII. §.*

„* (SUO LOCO) nimirum in historia Noæ.

„ss) (UT NON HOMICIDIA TANTUM:) Diximus in præcedentibus legem Noæ datam non loqui de homicidio, sed de commestione sanguinis idoli, huic autem crimini eandem pœnam a Deo decerni quæ homicidio: cujus rei rationem explicavimus *ibidem.*

„tt) (SED ET ADULTERIA:) Pœna mortis in adulteros ipsa naturali ratione statuta est, quod late exposuimus in *Differt. Prooem. XII. §. 142. §. 555.*

„uu) (CONCUBITUS INCESTI:) In quibusdam gradibus pœna mortis jure Mosaico statuta est: at eam vel jure naturæ vel lege Noachica sancitam esse probari nequit.

„vv) (VIOLENTÆ RAPINÆ:) Pœna mortis in raptores jure civili statuta est, non autem jure naturæ, nec jure Noachico.

„ww) (RATIONES ADJICIT QUÆ APUD ALIOS POPULOS NON MINUS &c. VALERENT:) Adeoque ubi eadem est prohibendi ratio: si proinde ratio illa apud Hebræos sufficit ad poenam mortis infligendam, alii populi tuto imitari hunc morem possunt.

„xx) (LEVIT. XVIII, 24. 25. 27. 28.) Gentes enim damnatæ ejectæ ac deletæ ideo dicuntur, quia omnibus crimini-

yy Psal. CI, 5. Prov. XX, 8. zz Et peculiariter de homicidio dicitur terra non posse expiari nisi sanguine homicidæ fuso, Num. XXXV, 31. 33. αα Præterea absurdum cogitatu est, Hebræo populo indultum, disciplinam & salutem publicam ac singulorum munire pœnis capitalibus, ac se bello tueri, cæteris autem regibus gentibusque idem eodem tempore non licuisse: ββ Neque tamen reges eos aut gentes unquam a prophetis admonitos, improbari a Deo usum capitalium suppliciorum ac bella omnia, γγ sicut de aliis peccatis admoniti sæpe sunt.

10. Imo contra quis non credat, cum lex Mosis de judiciis expressam habuerit divinæ voluntatis imaginem, δδ recte ac pie facturas fuisse nationes quæ inde sibi exemplum peterent? εε quod certe Græcos, Atticos præsertim, fecisse credibile est: ζζ unde tanta in jure veteri Attico & quod inde sumtum est Romano XII. tabularum cum legibus Hebræis similitudo est. Sufficere hæc videntur, ηη ut appareat

„minibus, quorum catalogum præmisit, sese contaminassent: Si proinde apud alios populos quidam eorundem criminum rei sunt, eadem pœna tuto dictari poterit.

„yy) (PSALM. CI. 5. PROV. XX. 8.) His locis in genere traditur delendos esse impios: at sanctionibus his capitalibus nullæ adjiciuntur rationes.

„zz) (ET PECULIARITER DE HOMICIDIO DICITUR TERRA NON POSSE EXPIARI NISI SANGUINE HOMICIDÆ FUSO:) Sanguis enim clamare dicitur, & apud Deum postulare vindictam. *Gen. IV*, 10. Sed & huic piaculo obligari ipsam terram, i. e. omnes regionis incolas, certum est; quia in statu populari, qualis erat status Israelitarum, toti populo imperium, adeoque & jus puniendi competebat, quod si negligeret, merito a tota terra, i. e. ab integro populo, sanguinem illum reposcit Deus.

„αα) (PRÆTEREA ABSURDUM COGITATU EST:) Nulla enim ratio dari potest cur pœnæ capitales & bella apud Hebræos licita, apud alias autem gentes illicita sint.

„ββ) (NEQUE TAMEN REGES EOS AUT GENTES UNQUAM A PROPHETIS ADMONITOS:) admoniti autem fuissent, si sanctiones capitales illicitas credissent.

„γγ) (SICUT DE ALIIS PECCATIS ADMONITI SÆPE SUNT:) Exemplum est in Ninive incolis: *Jonæ c. 3. v. 4.*

„δδ) (RECTE ET PIE FACTURAS FUISSE NATIONES, QUÆ INDE SIBI EXEMPLUM PETERENT:) Dixit enim Author supra *L. 1. c. 1. §. 17. n. 3.* licere nunc his qui imperium inter Christianos obtinent leges ferre ejus sensus, cujus sunt leges per Mosen datæ.

„εε) (QUOD CERTE GRÆCOS, ATTICOS PRÆSERTIM, FECISSE CREDIBILE EST:) Imo nec de eo constat, nec opus fuit ab aliis gentibus exempla petere, quia ratio satis hæc dictabat.

„Equidem Tertullianus in *apol. adv. gent.* 45. gentes ita alloquitur; *sciatis, ipsas quoque leges vestras, quæ videntur ad innocentiam pergere, de divina lege ut antiquiori forma mutuatas:* Sane *Platonem*, communem Græciæ legislatorem, apud Ægyptios vicinosque populos diu victitasse, ibique leges & jura didicisse, communis fama est: idque ex Judæis *Aristobulus* & *Josephus*, ex philosophis *Numenius*, ex patribus *Justinus Martyr*, *Clemens Alexandrinus*, *Eusebius*, *Cyrillus Alexandrinus* & *Theodoritus* testantur apud Stanlej. *Hist. vet. phil. P. IV. fol.* 287. vide B. Lenfant in Diss. speciali, quæ inserta est *Biblioth. German. tom. 2. art. 5.* Sed & de *Pythagora* idem perhibent *Josephus*, *Jamblichus*, *Cyrillus* & *Theodoritus* apud *Lenfant d. l.* At fabulam hanc solidissimis rationibus refellit idem *Lenfant d. l.*

„ζζ) (UNDE TANTA IN JURE VETERI ATTICO ET ROMANO XII. TAB. CUM LEGIBUS HEBRÆIS SIMILITUDO EST:) Certum est *jus Atticum* cum Romano in pluribus convenire; quod integris tractatibus demonstraverunt *Meursius* in Themide Attica; *Petitus* in legibus Atticis, *Prætejus* in jurisprud. vet. seu Comment. in leges Draconis & Solonis. *Rittershusius* in collatione actionum Atticarum & Romanarum. *Woldenburgius* in principiis juris Rom. i. e. de legibus Draconis & Solonis. Sed & *Lacedæmoniorum leges* cum Romano jure apprime conveniunt, quod Cragius in libro de *republ. Laced.* probat: Denique jus Atticum & Romanum similitudinem aliquam habere cum *legibus Mosis*, apparet ex fragmentis juris civilis cum legibus Mosis collatis a Pythæo. Nec mirum id est, quia una ratio est naturalis omnibus hominibus communis, cujus proinde principia inter omnes gentes æque conspirant.

„ηη) (UT APPAREAT LEGEM NOÆ DATAM NON EUM HABERE SENSUM QUEM VOLUNT, QUI BELLUM OMNE EO ARGUMENTO IMPUGNANT:) Qui, quod de reposcendo sanguine dicitur, generalissime intelligunt; & alterum de effundendo vicissim sanguine comminationem esse volunt, non approbationem. *Vid. supra n. 3.* Diximus enim

reat legem Noæ datam non eum habere sensum quem volunt, qui bella omnia eo argumento impugnant.

§. VI.

1. [a] Speciem majorem habent, [b] quæ ex Evangelio contra bellum adferuntur; in quibus examinandis non illud mihi sumam, quod sumunt multi, in Evangelio extra præcepta credendi & sacramentorum nihil esse quod non sit juris naturalis: id enim, quo sensu a plerisque sumitur, verum non puto.

2. Illud libens agnosco, [c] nihil nobis in Evangelio præcipi quod non naturalem habeat honestatem: [d] sed non ulterius nos obligari legibus Christi quam ad ea ad quæ jus naturæ per se obligat, cur concedam, non video. [e] Et qui aliter sentiunt mirum quam sudent, [f] ut probent quæ Evangelio vetantur ipso jure naturæ esse illicita, [g] ut concubinatum, [h] divortium, [i] matrimonium cum pluribus fœminis. Sunt quidem hæc ejusmodi ut [k] eis abstinere honestius esse

„enim legem Noæ datam loqui de sanguine idoli, „quod Deus comedere prohibet sub pœna capitali, „homicidis statuta: adeoque judicia capitalia ex „hoc loco aperte probantur.

a) (SPECIEM MAJOREM HABENT &c.) Author probaturus lege Evangelii bella licita esse, varias opiniones de obligatione quæ ex Christi lege oritur, recenset. *Alii* enim dicunt omnia præcepta Servatoris esse jus naturæ, præter ritus & res salutis; *alii* e contrario statuunt, omnia ejus dogmata continere saltem interpretationem legum Mosaicarum. Utrumque refellit Author, & *tertiam* refert opinionem, leges scil. Servatoris majorem nobis sanctimoniam præcipere, quam solum jus naturæ, vel leges Mosis exigunt.

ADDITIO.

„Doctrinam de lege, Evangelii, ejusque obli„gatione, late exposui *in dissert. prooem. II. cap. fin.*

„*b*) (QUÆ IN EVANGELIO &c.) Evangelium „non improbat bella tanquam justitiæ naturali con„traria, sed tanquam pugnantia cum summa per„fectione.

ADDITIO.

„Author jam improbavit hanc sententiam in „proleg. §. 50. hic rationes affert:

„*c*) (NIHIL NOBIS IN EVANGELIO PRÆCIPI, QUOD NON NATURALEM HABEAT HONESTATEM:) „Servator non præcipit per modum legis, sed „exponit præcepta juris naturæ, promittit præ„mia observatoribus illorum jurium, & minatur „pœnas æternas immorigeris.

„*d*) (SED NON ULTERIUS NOS OBLIGARI LEGI„BUS CHRISTI &c. CUR CONCEDAM, NON VIDEO:) „Concedere tamen necessario debet. Cum enim „Servator Christianis id præscribat quod, ipsa ratio „naturalis dictat, nihil superest cui ulterius homo „obligari possit: jus naturæ enim omnia comple„ctitur officia tum intuitu Dei, tum intuitu homi„num inter se.

„*e*) (ET QUI ALITER SENTIUNT:) i. e. qui „ajunt, omnia quæ in novo fœdere præcipiuntur „esse juris naturalis.

„*f*) (UT PROBENT QUÆ EVANGELIO VETAN„TUR IPSO JURE NATURÆ ESSE LICITA:) Equi„dem per modum legis nihil vetatur in Evange„lio, adeoque nec concubinatus, nec divortium: &c. „et hactenus merito dissentientes notantur. At o„mnes hos actus ipso jure naturæ esse illicitos, & „ideo a Servatore improbari, contra Authorem as„serimus, & suis locis probabimus.

g)(Grot.)(UT CONCUBINATUM:) Spectat huc illud Hieronymi: *Aliæ sunt leges Cæsaris, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit.*

ADDITIO.

„Si de concubinatu temporario loquitur, verum „omnino est eum non tantum cum jure divino, „sed etiam cum jure naturali pugnare: perpetuus „autem neutro jure prohibetur.

„*h*) (DIVORTIUM:) Si sine justa causa & alte„ra parte invita fit divortium, omnino repugnat „juri naturali. *Vid. L. 2. c. 5. §. 9.*

„*i*) (MATRIMONIUM CUM PLURIBUS FOEMINIS:) „Nam Polygamiam, qua una fœmina plures du„cit maritos, contrariari juri naturæ demonstra„bitur *d. l. 2. c. 5. §. 9.*

„*k*) (ABSTINERE HONESTIUS ESSE DICTET „IPSA RATIO:) Adeoque Grotius nec ex jure „naturæ laxiori has prohibitiones oriri statuit, quia „ex ejus hypothesi jus naturæ laxius non pertinet „ad ea quæ honesta quidem sunt, at non obligan„tia. *L. 1. c. 1. §. 9. & §. 20. n. 3.* Hinc ex lege „divina voluntaria demum has prohibitiones deducit, „quia leges divinas in eo maxime occupari solere „ait, ut id quod per se laudabile tantum est, etiam debe-

esse dictet ipsa ratio; [l] at non talia ut absque lege divina nefas in illis appareat. Ad illud vero [m] quod Christiana lex præcipit, ut alii pro aliis mortis periculo nos objiciamus, 1. Joh. III, 16. [n] quis dicat ipso naturæ jure nos obligari? Justini dictum est: τὸ κατὰ φύσιν βιῶν οὐδέπω πεπιστευκότος ἐστίν: [o] *Secundum naturam vivere ejus est, qui nondum credidit.*

3. Sed ne illos quidem sequar qui aliud sibi sumunt non exiguum, [p] Christum scilicet in tradendis præceptis quæ extant Matth. V, & deinceps, interpretem tantum agere legis per Mosem datæ. Aliud enim

„deberi incipiat. *L. 1. c. 2. §. 1. n. 3. L. 2. c. 2. §. 1.* „*n. 2.* Quæ principia satis alibi refutavimus. *Conf.* „*Differt. prooem. II.*

„*l*) (AT NON TALIA UT ABSQUE LEGE DIVINA NEFAS IN ILLIS APPAREAT:) Imo nefas in „illis actibus apparet ex ipsa ratione naturali. Alia „igitur ratione impugnanda hæc est dissentientium opinio, & dicendum, Servatorem plane non leges seu jura statuere, sed jura a natura statuta tum intuitu Dei tum intuitu hominum „inter se, Judæis exponere, illustrare, & observantiam hujus juris eis inculcare.

„*m*) (QUOD CHRISTIANA LEX PRÆCIPIT:) Vitam pro alterius salute exponere est lex naturæ „intuitu Dei: adeoque hæc lex non a Servatore „statuta est, sed is legem natura statutam laudat & „commendat, conf. 1. *epist. Joh. III. v. 16. Add.* „*Rom. V. v. 7.*

„Sane Ethnicis quoque gloriosum visum fuit „pro patria, pro parentibus, pro amicis mori. *Sen.* „*controv.* 10. *Cassiod. 3. Var. 24. Liv. 5. c. 51. & l.* „*9. c. 4. Horat. 3, 2. Vid. Tesm. b.*

„*n*) (QUIS DICAT IPSO JURE NATURÆ NOS „OBLIGARI:) Homines ipso jure naturæ tenentur „imitari perfectiones divinas: at hæc obligatio saltem obtinet intuitu Dei, qui præmium cuique „actui perfecto destinavit. *Diss. Proœm. II. §. 36.*

o) (Grot.) (SECUNDUM NATURAM VIVERE EJUS EST QUI NONDUM CREDIDIT:) Locus Justini est ad Zenam idemque sensus apud Originem in excerptis illis, quæ Philocalia dicuntur.

ADDITIO.

„Ex hoc dicto Justini infert Author aliud esse jus „naturæ, aliud jus Evangelii: at ex ipsa inspectione apparet, Justinum jus naturæ opponere non legi Evangelii, sed *statui gratiæ* per Evangelium revelatæ: Homo igitur qui secundum naturam, i. e. rationi convenienter vivit, distinguitur ab eo cui Evangelium revelatum est, qui „fidem habet Christo, adeoque qui *credit* in Christum: non qua legislatorem, sed qua Prophetam „& NB. mediatorem inter Deum & homines.

p) (CHRISTUM SCIL. IN TRADENDIS PRÆCEPTIS INTERPRETEM TANTUM AGERE LEGIS:) Recte Author rejicit illos qui ajunt Servatorem præceptis suis tantum interpretari legem Mosis; Rationes ejus hæ sunt: 1.) quia Servator suas leges opponit legibus Mosis: 2.) quia lex antiqua duo continet jus ipsum & mentis puritatem; hanc solam restaurare Servatorem ait, indeque 3.) concludit Servatoris verba non continere nudam interpretationem, sed eum mentis puritatem majori gradu præcipere:

Ut vero constet, quænam sit authoritas Evangelii in traditione juris naturæ, dicimus Christum veterem & suam doctrinam perpetuo distinguere, quod illa de jure, hæc de virtute, majorique perfectione agat: In præceptis ergo quæ Matth. V. extant, Christus non interpretatur legem Mosis, utpote quod legislatoris & superioris est; sed ait legem non sufficere ad salutem, indeque alia media salutis suppeditat, & doctrinam perfectionum populo prædicando explicat. Præterea hortatur Auditores, ne metu pœnæ leges observent, sed ut ultro & amore justitiæ id faciant, atque hoc ipsum perspicuum maxime fiet ex exemplis quibus Servator utitur: ubi postquam veterum doctrinam seu jus recensuit, statim opponit novam suam doctrinam, quæ plane legis partem non facit, sed virtutum regulas continet.

Postquam igitur Servator dixit: *Antiquis dictum fuit non occides*: statim addit, *ego vero dico vobis, iram & odium quoque pro homicidio esse.* Servator ergo hic non interpretatur legem Mosis, quasi etiam lex & pœna de homicidio ad eum pertineat qui irascitur fratri, eumque odio habet, quis enim sanus hoc dixerit? sed quod juxta regulas perfectionis, & sensu Ethico, homicidium commisisse videatur, qui de illo committendo cogitat.

Pari ratione ait, legem dixisse *non mœchaberis:* ipse autem ait, *etiam cogitationes libidinosas esse adulterium.* Non quasi lex ejusque pœna etiam ad intentionem interpretatione quadam extendi debeat; sed quod is, qui adulterium cogitando perfecit, juxta regulas perfectionis ad castitatis præmium aspirare non possit, adeoque hactenus pro adultero habeatur. Hæc igitur dogmata Servatoris juri antiquo opposita, non sunt partes juris, nullum inde est vinculum juris, nulla inter homines reparandi necessitas; sed sunt regulæ virtutis, quas homines impune negligunt. Sane alius inde effectus non est, quam ut homo eas negligens perdat spem præmii singulis virtutibus destinati: quæ sigillatim illustrabimus infra *ad §. 8. n. 2.*

ADDITIO.

„Christum interpretem tantum agere legis per „Mosem datæ statuerunt *Coccejus de fœd. cap. 12.* „*n. 757.* & *Altingus Theol. elenct. p. 411.* non ergo „novæ latorem. Lex enim antiqua ex eorum hypothesi itidem divina est, eoque perfecta, cui nihil addi

enim sonant verba toties repetita, *Audistis dictum fuisse veteribus*: *Ego vero dico vobis*: q quæ oppositio, sed & Syriaca & aliæ versiones ostendunt, r illud *veteribus* significare ad veteres, non a veteribus; ut *vobis* est ad vos, non a vobis. s Veteres autem illi non alii fuerunt, quam

„addi aut detrahi potest, *Deut. 4. 2. & 12. v. 32. Ps. 19. v. 8.* &quæ obedientiam omnem, nonmodo externam sed etiam internam, complectitur: *Matth. XXII. v. 38. & 39. Deut. XXVII. v. 26.* eoque & vitam æternam & pollicetur & dare potest servantibus. *Lev. 18. v. 5. Deut. XXX. v. 19. Luc. X. v. 25. & 28.* collatisque inter se locis ad *Rom. X. v. 5. Gal. III. v. 12.* Conferatur Gronovius *in not. b.* ubi hanc communem sententiam omnium protestantium esse ait. Unde negat legislatorem proprie dici Christum quatenus medius ac interpres novi testamenti est, quia Mosi ejusque legi opponitur tamquam gratiæ & virtutis, auctor. *Joh. 1. v. 17.* officiumque habet proferre Evangelium ex sinu patris, intercedere & fieri victima pro nobis, & dato spiritu sancto nos patri reconciliat. *Joh. I. v. 18. Matth. XX. v. 28. 2 Corinth. V. v. 19. 20. 21.* Addit porro, ad munus Propheticum in erudiendo populo pertinuisse instaurationem & vindicationem legis, remotis Pharisæorum additamentis & pravis interpretationibus: Cæterum nec alias legis præcepta tradidisse, sive per se sive per Apostolos, quam Moses, nec aliam explicationem addidisse, quam quæ a Prophetis tradita est, & tradi debuit.

„Hanc sententiam rejicit Author, cujus rationes & systema late exposuimus in *Dissert. Prooem. III. §. 44. seq.* Nostra autem principia explicavimus *ibid. §. 46.*

„q) (QUÆ OPPOSITIO &C. OSTENDUNT:) Argumentum Authoris hoc est Servator opponit sua præcepta illis præceptis quæ *veteribus* Judæis per legem Mosis data sunt: ergo non agit interpretem harum legum; quia pugnare videtur præcepta opponi, & tamen esse oppositi interpretationem: Resp. præcepta Servatoris & legis Mosaicæ hic non opponuntur, sed ejusdem legis partes saltem distinguuntur. In omni enim lege, & præcipue in lege Mosis, duo continentur 1) necessitas agendi vel non agendi intuitu hominum: 2) obligatio intuitu Dei, qui legem illam vel tulit vel approbavit. Legislatores, adeoque & Moses, circa *primam* legis partem præcipue solliciti sunt, securitati enim reipublicæ ac civium saltem prospiciunt, ac violatores illius securitatis pœnarum aspectabilium formidine coercent: *Alteram* autem partem sub legibus quidem suis comprehendunt, utpote quas perfectissimo modo statuunt, at pœnis eas non muniunt: indeque Judæi impune omittere partem illam legis in foro soli poterant.

„Non tamen plane negligebant legislatores Judæi hanc partem, sed Doctores publice constituebant, qui officia hominum erga Deum hominibus inculcarent, eosque docerent non sufficere ad salutem juxta legem bonum esse, nisi quoque pia intentione, & amore justitiæ legibus parerent. Atque hinc notanter Servator ait *diligendum esse Deum & proximum*, ac ea regula absolvi *legem & NB. Prophetas.*

„At Pharisæi, Doctores judæorum, *posteriorem* legis partem non curabant, verba saltem legum captabant, populumque docebant, salvum aliquem fieri posse opera legis faciendo, vel actus virtutis exercendo; etsi non amore justitiæ & virtutis id faciat, sed metu pœnæ, vel ostentationis causa &c.

„Hunc errorem Pharisæorum increpat & corrigit Servator, allegando Mosen suas leges ad statum imbecillitatis humanæ accommodasse, ac securitati civium saltem prospicere voluisse, ac solis actibus eo tendentibus necessitatem agendi vel non agendi imposuisse ajebat: utpote quod sufficeret, ad evitandas pœnas in violatores illius securitatis statutas: Hinc merito addit, id non sufficere ad salutem, sed ad eam consequendam *alteram* quoque partem legis (quam Moses pœnis non munivit, sed arbitrio & conscientiæ civium reliquit, cujusque curam Doctoribus commisit,) necessariam esse, adeoque Pharisæos officio suo non defungi, dum hanc partem suæ curæ commissam negligunt, & opera saltem legis vel virtutum commendant.

„Ex his igitur apparet 1) Servatorem non opponere sua præcepta legibus Mosis, sed eam alteram legis partem commendare & populo & Pharisæis, qui priori parte contenti secundam quæ prior est, insuper habebant, neque eam inculcabant populo; Quod ipse Author ita explicat *infra n. 4.* & nos latius explicavimus *in Dissert. Prooem. III. §. 46.* 2) Servatorem non novas leges statuere, sed præcepta ejus esse ipsum jus naturæ, quatenus officia hominum erga Deum respiciunt; & in regulis perfectionum, adeoque in puritate animi consistunt, in quam pœna ab hominibus vix constitui potest. *l. 20. ff. de Poen.*

„r) (ILLUD VETERIBUS SIGNIFICARE AD VETERES:) Facile id concedimus: At dictum jam est, inde non sequi oppositionem inter præcepta Servatoris & Mosis, sed Servatorem rationem legis explicare; quod illa saltem securitati civium prospiciat, indeque ratione habita imbecillitatis humanæ lata sit, & quod perfectionis regulas non excludat, sed eam doctoribus Pharisæis relinquat: hos autem increpat quod hanc partem legis insuper habeant,

„s) (VETERES AUTEM NON ALII FUERE, QUAM QUI MOSIS TEMPORE VIVERENT:) nimirum populus Israeliticus, cui Moses leges illas dedit.

t) NAM

quam qui Mosis tempore vivebant [t] nam quæ ut veteribus dicta recitantur, non legisperitorum sunt, sed Mosis, aut verbotenus, aut sensu: *non occides*, Exod. XX, 30. *Quisquis occiderit, tenebitur judicio*, Levit. XXI, 21. Num. XXXV, 16. 17. 30. *Non mœchaberis*, Exod. XX, 30. *Quisquis dimiserit uxorem, det ei libellum divortii* Deut. XXIV, 1. *Non pejerabis, sed reddes domino quæ juraveris.* Exod. XX, 7. Num. XXX, 2. [u] *Oculum pro oculo, dentem pro dente*, [x] (supple, reposcere liceat in judicio) Levit. XXIV, 20. Deut. XIX, 21. *Diliges* [y] *proximum tuum*, (id est, Israelitam) Levit. XIX, 18. & *odio habebis inimicum tuum*, [z] puta septem populos quibuscum amicitiam colere, quorumque misereri vetantur. Exod. XXXIV, 11. Deuter. VIII, 1. [α] His addendi Amalecitæ, in quos Hebræi jubentur bellum habere implacabile, Exod. XXVII, 19. Deuter. XXV, 19.

4. [β] Sed ad intelligentiam verborum Christi omnino notandum, legem per Mosem datam dupliciter accipi: aut secundum id quod commune habet cum aliis legibus, quæ ab hominibus condi solent; [γ] quatenus scilicet graviora delicta pœnarum aspectabilium formidine

„t) (NAM QUÆ UT VETERIBUS DICTA RECITANTUR NON LEGISPERITORUM SUNT, SED MOSIS,) i. e. non sunt verba Pharisæorum & principum ecclesiæ, qui legisperiti erant, *vid. n.* 2. Sed „verba Mosis ad veteres dicta, quibus Servator „suam doctrinam opponit.

„u) (OCULUM PRO OCULO, DENTEM PRO DENTE:) Rationem juris talionis videbimus infra *L.* „1. *c.* 20. interim vide quæ de vero sensu divinæ illius legis tradit B. Parens *in Disp. de SS. jure talionis* §. 35.

„x) (SUPPLE, REPOSCERE LICEAT IN JUDICIO:) „Jure naturali id cuique privato licuisse, Author „statuit, & institutis demum judiciis ad solos judices restrictum fuisse. *Vid. supra* § 5. *n.* 5. quod „alibi plenius explicabimus.

„y) (PROXIMUM TUUM i. e. ISRAELITAM:) „Adeoque lex hæc pertinebat ad Israelitas, ne hi „invicem sævirent, vel bella gererent: unde opponuntur inimicis, seu septem populis damnatis, „in quos sævire debebant. *Vid. L.* 1. *c.* 2. §. 8. *n.* 9.

„z) (Grot.) PUTA SEPTEM POPULOS:) In hos „odium lege permitti, ait illustrissimus Abarbanel „ad Deut. XXIII, 21.

ADDITIO.

De his septem populis egimus supra §. 2. *n.* 1. & latius agetur infra *L.* 2. *c.* 13. §. 4.

„α) (HIS ADDENDI AMALECITÆ:) Non etiam „Ammonitæ & Moabitæ. *Deut. XIII. v. 6. Vid. supra* §. 2. *n.* 6. & *infra L.* 2. *c.* 15. §. 9. *n.* 5. Occasionem & causam damnationis vidimus *d.* §. 2. *n.* 2.

„β) (SED AD INTELLIGENTIAM VERBORUM „CHRISTI OMNINO NOTANDUM, LEGEM &c. DUPLICITER ACCIPI:) Optime Grotius mentem Servatoris hic explicat. Lex dupliciter potest accipi *vel* „quatenus securitati civium prospicit, & legibus „pœnalibus munitur: *vel* quatenus etiam mentis „puritatem requirit.

„Legislatores *priori* sensu leges statuunt: & hoc „sensu, ad evitandas scil. pœnas civiles, sufficit si quis „jus suum cuique tribuit, etiamsi tribuat metu pœnæ: „at id non sufficit ad procurandam salutem, sed impleri lex *secundo* sensu debet; i. e. jus suum cuique tribui debet amore justitiæ, & pia intentione: „hoc jus Dei est, quod legislatores pœnis non „muniunt, sed conscientiæ civium relinquunt; cæterum curam ejus doctoribus privatis committunt. „Civis igitur qui metu pœnæ ab alieno abstinet, „pœnis civilibus non subjacet: sed Deus vindex est hujus imperfectionis, quia solus de „puritate mentis judicium ferre potest.

„Servator igitur *posteriori* sensu legem sumit, „eamque partem legis populo inculcat: quam proinde Moses non excludit a sua lege, sed non punit, ejusque curam Doctoribus committit: Hi autem Doctores verbis legis Mosaicæ inhærebant, & „alteram partem insuper habebant, ac legis opera „non tantum impunitatem in civitate, sed etiam æternam salutem procurare docebant: Quod improbat Servator, verum sensum legis Mosaicæ interpretando. *Vid. supra lit. q.*

„γ) (QUATENUS SCILICET GRAVIORA DELICTA POENARUM ASPECTABILIUM FORMIDINE COERCET.) Cum enim leges humanæ securitatem „reipublicæ saltem respiciant, ea secura reddi citra formidinem pœnæ non potest.

dine coercet, Hebr. II, 2. [δ]& populum Hebræum hac ratione in ſtatu civilis ſocietatis continet, [ε] quo ſenſu dicitur: νόμος ἐντολῆς σαρκικῆς, Hebr. VII, 13. [ζ] & lex factorum: Rom. III, 27. aut ſecundum id [η] quod legi divinæ eſt proprium, [θ] quatenus ſcilicet etiam mentis requirit puritatem, [ι] & actus aliquos, qui ſine temporali pœna omitti poſſunt: [κ] quo ſenſu vocatur νομὸς πνευματικὸς, Rom. VII, 14: [λ] exhilarans animum, Pſ. XIX. qui Latinis XVIII, 9. [μ] Legisperiti & Phariſæi [ν] priore illa parte contenti, [ξ] ſecundam, quæ prior eſt, inſuper habebant, neque inculcabant populo: [ο] quod verum eſſe non ex noſtris duntaxat libris, ſed ex Joſepho quoque & magiſtris Hebræorum oſtendi poteſt.

5. Sed etiam [π] ſecundam hanc partem quod attinet, ſciendum eſt, virtutes, quæ a Chriſtianis exiguntur, [ρ] etiam Hebræis aut commendari, [τ] aut præcipi; ſed non præcipi in eo gradu ac

,,δ) (ET POPULUM HEBRÆUM HAC RATIONE ,,IN STATU CIVILIS SOCIETATIS CONTINET:) ,,De eujus ſocietatis ſlatu unice ſollicitus fuit Moſes ,,legislator.

,,ε) (QUO SENSU DICITUR &c.) i. e. lex man- ,,dati earnalis. *Epiſt. ad Hebr. VII. v. 16.* quæ nihil ,,ad perfectum adducit. *ibid. v.* 39. Conf. *Gal. IV.* ,,*v.* 9.

,,ζ) (ET LEX FACTORUM:) at id enim ut Ju- ,,dæus pœnis eximatur ſufficiebat præcepta legis ,,impleviſſe.

,,η) (QUOD LEGIS DIVINÆ EST PROPRIUM:) Si ,,enim Deus legem dat, eam dat perfectiſſimo ,,modo.

,,θ) (QUATENUS SCILICET ETIAM REQUIRIT ,,MENTIS PURITATEM;) ita ut legis præcepta non ,,metu pœnæ, ſed amore juſtitiæ impleantur. At bene ,,notandum, leges humanas quoque non exclude- ,,re mentis puritatem a legibus, etſi eam pœnis tem- ,,poralibus non coerceant. Sane utramque par- ,,tem JCti Romani ſub definitione juſtitiæ com- ,,prehenderunt: juſtitiam enim definiunt (a) *con-* ,,*ſtantem atque perpetuam voluntatem* (b) *jus ſuum* ,,*cuique tribuendi. Vid. Diſſ. Prooem. III.* §. 46.

,,ι) (ET ACTUS ALIQUOS QUI SINE TEMPO- ,,RALI POENA OMITTI POSSUNT:) v. g. dimittere ,,uxorem ob quamlibet offenſam: exigere ultio- ,,nem ab eo qui læſit. &c. *vid.* §. *ſeq. n.* 8. quæ ple- ,,nius ibidem examinabimus.

,,κ) (QUO SENSU VOCATUR νόμος πνευματικὸς) ,,Lex ſpiritualis. Rom, VIII, 14. quæ ad perfectio- ,,nem ducit. *ad Hebr. VII. v.* 19.

,,λ) (EXHILARANS ANIMUM:) Quia tutam red- ,,dit conſcientiam.

,,μ) (LEGISPERITI ET PHARISÆI: &c.) Privati ,,Judæorum Doctores.

,,ν) (PRIORE ILLA PARTE CONTENTI:) Suffi- ,,cere enim credebant ad ſalutem juxta verba legis ,,bonum eſſe.

,,ξ) (SECUNDAM, QUÆ PRIOR EST, INSUPER ,,HABEBANT:) Adeoque parum ſolliciti erant de ,,puritate mentis, & de actibus virtutum; quibus ,,ſolis præmia æterna deſtinantur.

,,ο) (QUOD VERUM ESSE NON EX NOSTRIS ,,DUNTAXAT LIBRIS, SED EX JOSEPHO QUOQUE:) ,,Egregie id explicat Pridau in libro de *la religion* ,,*des Juifs.*

,,π) (SECUNDAM HANC PARTEM:) Quæ in ,,puritate animi conſiſtit.

,,ρ) (ETIAM HEBRÆIS AUT COMMENDARI:) ,,Perfectionum regulæ non tantum Hebræis com- ,,mendantur per Prophetas; ſed & naturali ratione ,,toti humano generi commendantur: Non enim ſo- ,,lum jus a natura dijudicari, ſed omnia honeſta & ,,turpia, ait Cicero *L.* 1. *de leg. c.* 63. Seneca 4. ,,*de benef. c.* 16. ita rem explicat, *virtus in omnium* ,,*animam lumen ſuum dimittit, qui non ſequun-* ,,*tur eam vident.* Hinc nulli præcluſam virtutem ,,eſſe, omnibus patere, omnes admittere ait, *L.* 3. ,,*de benef. c.* 18. Et alibi docet: mani induci vir- ,,tutibus humanis regulam, quia una eſt ratio re- ,,cta ſimplexque. *Ep.* 66. *p. m.* 233. Idem *ep.* 108. ,,ait: *Omnibus natura fundamenta dedit, ſemenque* ,,*virtutum, omnes ad omnia iſta nati ſumus.* Un- ,,de etiam nullum dogma virtutum in novo fœdere ,,exiſtit, quod non Ethnicorum Philoſophis cogni- ,,tum fuerit: illud ipſum, de benefaciendo inimi- ,,cis, quod adeo celebratur, a Doctoribus genti- ,,lium paſſim inculcari videmus. Quod late proba- ,,vit Anonymus in libello nuper edito, cui titulus ,,*Hiſtoire de la philoſophie payenne &c. Conf. Lipſ.* ,,*in manud.* 2. *Diſſ.* 10. At cognitas habet homo ,,perfectionum regulas, non tanquam leges naturæ ,,quibus homines inter ſe obligantur; ſed tanquam ,,leges naturæ quibus homo Deo, enti perfectiſſimo, ,,obligatur. Adeoque homo eas peragere tenetur, etſi ,,lex eas nec præcipiat nec commendet.

,,τ) (AUT PRÆCIPI, SED NON PRÆCIPI IN ,,EO GRADU, QUÆ CHRISTIANIS:) Verum 1.) non ,,eſt Hebræis puritatem mentis *præcipi* lege Moſis: ,,alibi diximus, neceſſitatem, quæ omni legi cohæ- ,,ret, repugnare eſſentiæ virtutis. Si igitur actus virtutis

υ ac latitudine qua Christianis. φ Utroque autem hoc sensu Christus sua præcepta opponit veteribus: χ unde liquet verba ejus non continere nudam interpretationem. Hæc autem sciri non ψ ad hoc tantum, quod nunc in manu est, refert, ω sed & ad multa alia, ne legis Hebraicæ auctoritate supra quam æquum est utamur.

§. VII.

1. a Omissis ergo argumentationibus quæ minus se nobis probant. Primum ac præcipuum testimonium quo bellandi jus à Christi lege non plane tolli probamus, esto Pauli illud ad Thimotheum I, II, 1. 2. 3. *Hortor ergo ante omnia ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro quibusvis hominibus: pro regibus* 1.

„virtutis lege Mosis præcipitur, sufficit ad immunitatem pœnæ actum exerceri; nec quæritur an quis „amore virtutis actum peregerit. Multo minus verum 2) est, Servatorem illam paritatem mentis „*præcipere* in vim legis, is enim non legislatorem „agit, sed Doctorem: Denique & 3) verum non „est a Servatore virtutes inculcari major gradu. „Nam cum Hebræi, æque ac Christiani, regulas perfectionum a natura cognitas habuerint, dicendum „omnino est, eodem gradu utrisque virtutes præcipi ipsa naturæ lege.

„υ) (AC LATITUDINE:) Eadem virtutum est „latitudo in veteri ac novo testamento. Imo apud „omnes gentes: Regula enim perfectionum ubique „eadem est, alias non esset regula.

„φ) (UTROQUE AUTEM HOC SENSU CHRISTUS „SUA PRÆCEPTA OPPONIT VETERIBUS:) Tum „quia non primam legis Mosaicæ partem, sed alteram, quæ in puritate mentis consistit, & quam „Pharisæi neglexere, inculcat: tum quia hanc ipsam „posteriorem partem in excellentiori gradu præcipit.

„χ) (UNDE LIQUET VERBA EJUS NON CONTINERE NUDAM INTERPRETATIONEM:) Imo continent veram interpretationem, sed doctrinalem: „quia rationem dat, cur Moses ea quæ ad perfectionem legis pertinent, nimirum puritatem mentis, „pœnis non muniverit.

„ψ) (AD HOC TANTUM, QUOD NUNC IN MANU EST:) Et quod probandum suscepit: Nimirum veram esse oppositionem inter præcepta Servatoris & Mosis; adeoque Christum non esse interpretem legis.

„ω) (SED ET AD MULTA ALIA, NE LEGIS HEBRAICÆ AUTORITATE SUPRA QUAM ÆQUUM EST „UTAMUR:) Multa enim legibus Mosis permitti ait, „quæ tamen lege Evangelii prohibentur. Catalogum exhibuimus in *Differt. Prooem. III. Sect. 5. n. 4.* „*& 5.* Cæterum de legis Mosaicæ authoritate late „egit Author supra *l. 1. c. 1. §. 16. & 17.*

a) (OMISSIS ERGO ARGUMENTATIONIBUS:) Hic Author probat ex novo fœdere, bella aliquando licita esse, & undecim colligit argumenta, quæ legi omnino merentur: Hoc saltem notamus, quod Author bella & judicia capitalia merito conjungat, quia utraque negant Anabaptistæ, & ex justitia unius alterius licentia necessario sequitur: quo ipso solvitur dubium Gronovii, qui pleraque argumenta ab Authore allata jus quidem gladii, non vero jus bellorum demonstrare causatur.

ADDITIO.

„Ut compendio rationes ex novo fœdere de„sumtas exhibeam, licentia bellorum probatur „1) *ex 1 Thim. II. v. 1. seq.* Ubi Paulus pro „regibus & magistratibus preces fundere jubet, eos„que constitutos, ait, ut malos puniant. 2) Ex *Rom.* „*XIII. v. 4.* ubi Paulus docet magistratui non re„sistendum, idque a Deo esse. 3) Ex *Luc. III. v. 14.* „ubi Johannes Baptista milites ad baptismum acce„dentes non hortatur ut militiam deserant, sed sti„pendio contentos esse jussit; ubi simul dubium, „quod aliud possit docere Christus aliud Johan„nes, removet. 4) Si Christus judicia capitalia & „bella improbasset, scelerumque licentiam, quæ ex „defectu judiciorum capitalium oritura esset, ap„probasset, distincte & clare hanc mentem decla„raturus fuisset, quod tamen nullibi factum appa„ret. 5) Tota respublica Judaica subsistebat tempo„ribus Christi, adeoque & judicia a Mose consti„tuta, quibus Servator ipse, & Apostoli, æque ac „omnes Christiani se subjectos profitebantur. 6) „Cornelius, vir pius, militiam egit, & conversus „eam non deseruit, 7) Sergius Paulus, Christia„nismum amplexus, magistratum non mutavit. „8) Paulus usus est ope militari contra insidias sibi „structas. 9) Tributa magistratibus solvenda esse, & „Servator statuit & Apostoli: finis autem tributo„rum est, ut subditi his subsidiis tuti reddantur „contra malos. 10) Paulus *Actor. XXV. v. 11.* ait; *si* „*crimen morte dignum commisi non recuso mori;* „ergo non improbat judicia capitalia, quia illis se „in aliquem casum submittit. 11) Christus non su„stulit jus Mosis nisi quatenus separat Judæos a gen„tibus, i. e. quoad ritus: in cæteris ergo salva man„sit lex Mosis, quæ probat jus magistratus, jus gla„dii, & jus bellorum.

„Ex his rationibus satis constat, bella adeo juri „naturæ non esse contraria, ut nec cum perfectione, „quæ in Evangelio exponitur, pugnent, modo ten„dant ad necessariam juris reparationem.

bus & quibusvis in eminentia constitutis: [b] *ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate ac sanctitate. Nam id bonum gratumque est apud Deum Servatorem nostrum; qui omnes homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire.* Tria enim hinc docemur: [c] Gratum esse Deo ut reges fiant Christiani: ut Christiani facti reges maneant: Quod ita expressit Justinus Martyr: εὐχόμεθα τὲς βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας μετὰ τῆς βασιλικης δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας εὑρεθηναι. *Hoc precamur, ut Reges & Principes simul cum regali potestate etiam sanam mentem consequantur:* & in libro cui nomen constitutiones Clementis, precatur Ecclesia [d] χριςιανὰ τὰ τέλη, id est, magistratus Christianos: Deinde & hoc Deo gratum esse, [e] ut Christiani reges Christianis aliis vitam tranquillam præstent.

2. [f] Quomodo vero? Alibi id explicat, Rom. XIII, 4. *Dei minister est tuo bono quod si feceris, quod malum est, metue,* [g] *non enim frustra gladium gerit: nam Dei minister est, vindex ad iram ei, qui quod malum est fecerit.* [h] Jure gladii per complexionem omnis quidem coercitio intelligitur: quomodo etiam apud Jurisconsultos interdum; [i] sed ita tamen ut pars ejus summa, id est verus gladii usus, non excludatur. Huic loco illustrando non parum servit Psalmus secundus, qui quanquam in Davide suam habuit veritatem [k] plenius tamen & perfectius ad Christum pertinet: ut discere est Actor. IV, 25. XIII, 33. Hebr. V, 5. Is autem Psalmus reges omnes hortatur ut Dei filium venerabundi suscipiant: hoc est, ut se ministros ei exhibeant, qua

b) Grot.) (UT TRANQUILLAM AC QUIETAM VITAM DEGAMUS, CUM OMNI PIETATE AC SANCTITATE:) Seneca Epistola LXXIII, philosophiæ fideliter deditos falso ait contemtores magistratuum ac regum existimari. *E contrario*, ait, *nulli adversus illos gratiores sunt: nec immerito, nullis enim plus præstant, quam quibus frui tranquillo ocio licet.* Digna est quæ legatur epistola, ubi & hoc: *Hujus pacis beneficium, ad omnes pertinentis, altius ad eos pervenit qui illa bene utuntur.*

„*c*) (GRATUM ESSE DEO UT REGES FIANT „CHRISTIANI:) Hinc merito gavisa est Christiana „ecclesia, converso ad eum Constantino M. *La„ctant. Lib. de fals. rel. c. 1.*

d) (Grot.) (*χριςιανὰ τὰ τέλη, id est, magistratus Christianus:*) Nisi hic interpretari malis, Christianum vitæ exitum.

„*e*) UT CHRISTIANI REGES CHRISTIANIS ALIIS „VITAM TRANQUILLAM PRÆSTENT:) Hinc Ter„tullianus *apol. adv. gent. c. 30.* testatur, Christia„nos precari Imperatoribus solitos fuisse *vitam pro„lixam, imperium securum, domum tutam, exer„citus fortes, senatum fidelem, populum probum, „orbem quietum &c.*

„*f*) (QUOMODO VERO:) Dum ergo Paulus vult ut „reges Christiani aliis vitam tranquillam præstent, „necessario quoque probat bella; quia sine armis „& milite id fieri nequit. *Tac. hist. 4. c. 14. Liv. „L. 2. c. 55.*

„*g*) (NON ENIM FRUSTRA GLADIUM GERIT:) „Idque patres, & ecclesiæ Christianæ doctores com„muni ore fatentur. *Vid. Hieron. in loc. c. 2. Hay„mo in c. 13. ad Rom. cujus verba relata sunt in „Caus. 13. qu. 5. c. 39. Conf. Theodulus presbyter „Celesyriensis ad Rom. c. 13.*

„*h*) (JURE GLADII PER COMPLEXIONEM OMNIS „QUIDEM COERCITIO INTELLIGITUR:) Jus gladii in „sacris significat proprie jus vitæ & necis, seu ju„dicia capitalia, JCti imperium merum vocant. „*L. 3. ff. de Iurid. l. 70. ff. de R. I. arg. l. 8. §. 1. „ff. de poen.*

„*i*) (SED ITA TAMEN UT PARS EJUS SUM„MA, I. E. VERUS GLADII USUS, NON EXCLUDA„TUR:) Verus autem usus gladii consistit in violen„ta coercitione, quæ fit per effusionem sangui„nis.

„*k*) (PLENIUS TAMEN ET PERFECTIUS AD „CHRISTUM PERTINET:) Osiander *in obs. ad h. §.* „solitarie eum de Christo agere contendit. idque „probat tum ex eo, quia huic regi in hoc Psalmo „tribuitur dominium in omnes gentes, & in fines „orbis terrarum, v. 8. Imperium autem Davidis „exiguis Judææ finibus fuerit terminatum; tum ex „eo quia præcipitur, ut omnes reges, & quidem in „per-

[l] qua reges sunt scilicet, ut recte explicat Augustinus, cujus verba ad hanc rem pertinentia apponam: *In hoc reges, sicut eis divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum reges sunt, si in regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad divinam religionem.* Et alibi: *Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea quæ contra jussa domini fiunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo.* [m] *Aliter enim servit, qua homo est, aliter qua rex est.* mox: *In hoc ergo serviunt domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quæ non possunt facere nisi reges.*

Contra Gref. Gram. lib. III.

Ad Bonif. Ep. 50.

3. [n] Secundum argumentum præbet nobis is ipse locus, cujus partem citavimus ad Rom. XIII. ubi potestas summa, qualis est regia, a Deo esse dicitur, & [o] Dei ordinatio vocatur, unde infertur, [p] ei & parendum & honorem exhibendum, [q] & quidem ex animo: & qui ei resistit, cum Deo resistere. [r] Si ordinationis voce res intelligeretur, quam Deus tantum non vult impedire, quomodo se Deus habet circa actus vitiosos, [s] jam inde nulla honoris, nulla obedientiæ, ad animum maxime pertinentis, obligatio sequeretur: [t] nec quicquam diceret 11.

perpetuum, sine ullo fine huic regi se submittant; v. 10. & 11. tum denique quia promittitur salus & beatitudo omnibus illis conferenda, qui fiduciam suam in hoc rege collocarent; & e contrario maledictio æterna qui ei parere recusarent, atque ita iram ejus in se concitarent, *v.* 11.

l) (QUA REGES SUNT:) Rex duplici modo considerari potest, ut *homo* & ut *rex*: *priori* modo æqualis est omnibus cæteris hominibus, jura ejus privata hactenus sunt, subest patriæ potestati, obligatur ex pactis, &c. æque ac alii homines. *Posteriori* modo superiorem non habet, omnium rerum arbitrium penes eum est, quatenus scil. arbitrium ad salutem reipublicæ tendit.

m) (ALITER ENIM SERVIT, QUA HOMO, ALITER QUA REX EST:) Qua homo servit Deo si præceptis naturæ, uti omnes reliqui homines, obtemperat: qua rex autem servit Deo justitiam administrando, quam supremum Numen curæ ejus commisit.

n) (SECUNDUM ARGUMENTUM:) Author judicia capitalia hic apertissime probat ex *Rom. XIII.* ubi 1.) judicia dicuntur ordinatio Dei, cui qui resistit, ipsi Deo resistere dicitur: 2.) dum ergo adeo laudat atque commendat, necessario quoque ea approbat: unde 3.) infertur, cum contraria velle non possit, hanc potestatem cum voluntate Dei non pugnare.

o) (DEI ORDINATIO DICITUR:) quod infra, ubi de origine summæ potestatis agetur, late demonstrabitur: *Vid. L.* 1. *c.* 4. §. 4.

p) (EI ET PARENDUM ET HONOREM EXHIBENDUM:) Vices enim Dei gerit, adeoque proximus Deo honor & obedientia debetur Principibus.

q) ET QUIDEM EX ANIMO:) Verba Apostoli hæc sunt: *Quapropter necesse est subjici non solum propter iram, sed & propter conscientiam*, quod explicat Author *l. 1. c. 4. §. 1.* scil. fieri id debere non ex formidine mali, sed ex ipso sensu officii nostri, quo non hominibus tantum sed & Deo obligamur.

r) (SI ORDINATIONIS VOCE RES INTELLIGERETUR, QUAM DEUS TANTUM NON VULT IMPEDIRE.) Anabaptistæ, ut locum hunc Pauli effugiant, dicunt Deum ordinasse jus gladii permissive, eodem modo uti alia mala permittit, vel potius non impedit: Bene Author hic respondet, ordinationem illam juxta mentem Apostoli a Deo non tantum non impediri, sed & probari, quin obligationem hominibus injungi: nam Apostolus inde 1.) infert homines ex conscientia subjici tali potestati, 2.) ideo obedientiam & honorem magistratui deberi, & 3) resistentem magistratui resistere Deo: quæ omnia necessitatem & obligationem supponunt.

s) (JAM INDE NULLA HONORIS NULLÆ OBEDIENTIÆ OBLIGATIO SEQUERETUR:) Obligatio enim est vinculum juris, quo necessitate adstringimur ad aliquid agendum vel non agendum: At si Deus non probat, non ordinat, non statuit magistratum; sed eum, tanquam rem per se illicitam, saltem non impedit, omnis obligationis ratio cessat: adeoque tantum abest ut Apostolus commendare hanc ordinationem, aut cultum ac honorem ei tribuere, & resistentiam prohibere potuerit ut potius resistentiam suadere debuisset; rei illicitæ enim homo resisteret & cultum ac honorem negaret ordinationi per se vitiosæ.

t) (NEC QUICQUAM DICERET APOSTOLUS, &c. QUOD NON LATROCINIIS ET FURTIS CONVENIRET:)

ceret Apoſtolus, ubi hanc poteſtatem tantopere prædicat atque commendat, quod non latrociniis & furtis conveniret. [u] Sequitur ergo ut ordinata hæc poteſtas voluntate Dei approbante intelligatur: unde porro infertur, cum Deus ſibi contraria non velit, [x] hanc poteſtatem cum voluntate Dei per Evangelium revelata, & [y] omnes homines obligante, non repugnare.

4. Neque eliditur hoc argumentum eo, quod qui in imperiis erant eo tempore cum hæc Paulus ſcriberet, [z] dicuntur alieni fuiſſe a Chriſtiana pietate: nam primum id ita univerſim verum non eſt. Nam Sergius Paulus Cypri Proprætor Chriſto nomen pridem dederat, Act. XIII, 12. ut jam taceam quod de [aa] Edeſſenorum rege vetus fama tradidit, [bb] non nihil forte falſo inquinata, ſed ut videatur ex vero originem trahere. [cc] Deinde, non de perſonis quæritur an impiæ fuerint, ſed an illa functio in iis impia fuerit, quod dicimus ab Apoſtolo negari, quando illam functionem dicit a Deo inſtitutam [dd] etiam pro illo tempore, ac propterea honorandam etiam [ee] intra animi receſſus, [ff] quibus proprie ſolus Deus imperat. Potuit ergo & Nero, & rex ille Agrippa, quem ad Chriſti religionem amplectendam Paulus tam ſerio invitat. Actor. XXVI, Chriſto ſe ſubjicere, [gg] & retinere hic regiam, ille imperatoriam poteſtatem: [bb] quæ ſine jure gladii & armo-

„RET:) Nam eodem ſenſu dici poſſet, Deum furta & latrocinia ordinaſſe, i. e. ea non impediviſſe: indeque juxta Anabaptiſtas concludi poſſet latronibus & furibus honorem eſſe exhibendum; & qui iis reſiſtunt, reſiſtere ordinationi divinæ: quod abſurdum eſſet.

„u) (SEQUITUR ERGO UT OROINATA HÆC POTESTAS VOLUNTATE DEI APPROBANTE INTELLIGATUR:) Quia per conſcientiam ei homines ſubjiciuntur; quia ei reſiſtentes Deo reſiſterent; & quia ejus reverentia hominibus injungitur.

„x) (NANC POTESTATEM CUM VOLUNTATE DEI PER EVANGELIUM REVELATA NON PUGNARE:) Ex eo igitur quod Deus voluntatem ſuam Chriſtianis revelavit, & judicia a Deo ordinata eſſe declaravit, neceſſario infertur, judicia ejus voluntati non contrariari; non enim Deus ſibi contraria velle poteſt.

„y) (OMNES NOMINES OBLIGANTE:) Lex Evangelii non obligat omnes homines qua lex a Servatore lata, ſed qua lex naturæ, quæ officia hominum erga Deum continet, & quæ homines obligaret etſi Servator nihil de his officiis dixiſſet. Cæterum notandum eſt, ipſum Grotium ſtatuiſſe, legem Evangelii non omnes homines obligare, ſed eos tantum quibus revelata eſt. *Vid. l.* 1. *c.* 1. *§.* 15. *n.* 1.

„z) (DICUNTUR ALIENI FUISSE A CHRISTIANA PIETATE:) Adeoque probari ſaltem videri judicia in regibus infidelibus, non in Chriſtianis.

aa). (Grot.) (EDESSENORUM:) Eſt Edeſſa in Oſroene. Nomen Abgari frequens illis locis. Apparet ex nummis, Tacito, Appiano, Dione tum in pridem editis, tum in novis excerptis, Capitolino.

„*bb*) (NON NIHIL FORTE FALSO INQUINATA:) Nam traditur Abgarum regem dediſſe ad Chriſtum, & accepiſſe ab eo epiſtolas. Euſeb. *L.* 1. *hiſt. c.* 14 Sed jam olim eas pro Apocryphis habitas fuiſſe probat Oſiander *b. §. obſ. III. Conf. Richard. Montacut. orig. eccleſ. p.* 2. *n.* 69. *& Gron. b.*

„*cc*) (DEINDE NON DE PERSONIS QUÆRITUR, AN IMPIÆ FUERINT, SED AN ILLA FUNCTIO IN IIS IMPIA FUERIT:) Optime Author diſtinguit inter perſonam, & officium perſonæ cohærens: officium ſanctum eſſe poteſt, licet a peſſimo homine adminiſtretur: Ita tyranni æque ac juſti reges utuntur titulo *Dei gratia.* Neque enim his titulis indicatur quales ſint, ſed quales vi officii eſſe debeant: Atque hac ratione vera omnino eſt concluſio Authoris, *piam rem eſſe imperium etſi ab impio teneatur.*

„*dd*) (ETIAM PRO ILLO TEMPORE:) Ubi reges alieni erant a Chriſtiana pietate.

„*ee*) (INTRA ANIMI RECESSUS:) i. e. conſcientiæ motu.

„*ff*) (QUIBUS:) Scil. receſſibus, i. e. conſcientiæ.

„*gg*) (ET RETINERE:) quia ordinatio Dei, quæ impio verum jus concedit, multo magis jus tribuit fideli.

„*bb*) (QUÆ SINE JURE GLADII:) Conferantur notata *ad præced. n.* 2. *pr.*

„*ii*) (PIA

armorum intelligi nequit. Sicut ergo olim [ii] pia erant facrificia fecundum legem, quamvis ab impiis facerdotibus celebrata; fic [kk] pia res eft imperium, quamvis ab impio teneatur.

5. Tertium argumentum petitur ex Joannis Baptiftæ verbis, qui III.
ferio interrogatus a militibus Judæis [ll] (cujus gentis multa millia Romanis militaffe ex Jofepho & aliis fcriptoribus manifeftiffimum eft) quid haberent faciendum ut iram Dei effugerent: [mm] non eos militia abire juffit, quod facere debebat fi ea erat Dei voluntas, fed abftinere concuffionibus & fallaciis, ftipendiisque effe contentos, Luc. III, 14. Ad hæc Baptiftæ verba, cum apertam fatis militiæ approbationem contineant, multi refpondent, quæ Baptifta præfcripfit ita difcrepare a Chrifti præceptis, [nn] ut aliud docere potuerit Baptifta aliud Chriftus: quod quo minus admittam, hæc obftant. Joannes & Chriftus [oo] eodem exordio doctrinæ, quam afferebant, fummam indicarunt. *Refipifcite: appropinquavit enim regnum coelorum*, Matth. III, 2. IV, 17. Chriftus ipfe [pp] regnum coelefte [qq] (id eft legem novam: nam legem regni nomine appellare Hebræis mos eft) dicit coepiffe invadi a diebus Baptiftæ, Matth. XI, 12. Joannes dicitur prædicaffe baptismum poenitentiæ in remiffionem peccatorum. Marc. I, 4. Tantundem feciffe dicuntur Apoftoli Chrifti nomine. Actor. II, 38. Exigit Ioannes fructus dignos poenitentia, & iis qui talem fructum non proferunt, excidium minatur, Matth. III. 8. & 10. [rr] Exigit opera dilectionis fupra legem,

„ii) (PIA ERANT SACRIFICIA SECUNDUM LEGEM:) „Confirmat hæc Athanafius *in cap. 8. dift. 19. Non „quæritur quis vel qualis prædicet, fed quid prædi„cet. Nam baptisma, five ab adultero vel a furo da„tum fuerit ad percipientem munus venit illibatum. „Nam & Judas cum fuerit facrilegus atque fur, „quicquid egit inter apoftolos pro dignitate commif„fa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc de„trimenta fenferunt, declarante hoc ipfum domino „manifeftiffima voce: Scribæ & Pharifæi fuper Ca„thedram Mofis fedent, quæ dicunt, facite, quæ au„tem faciunt, facere nolite; dicunt & non faciunt. „Quicquid igitur ad hominum profectum quilibet „in ecclefia minifter pro officio fuo videtur operari, „hoc totum contineri, implente divinitatis effectu.*

kk) (Grot.) PIA RES EST IMPERIUM QUAMVIS AB IMPIO TENEATUR:) Bene hoc exfequitur ad hunc locum epiftolæ ad Romanos Chryfoftomus.

„ll) (cujus GENTIS MULTA MILLIA ROMANIS „MILITASSE;) Chriftiani demum Imperatores, Ar„cadius & Honorius, militiam Judæis ademerunt: „*Vid. Comment. Caftilionis de columm. triumph.*

„mm) (NON EOS MILITIA ABIRE JUSSIT, QUOD „FACERE DEBEBAT;) Vim hujus argumenti egre„gie demonftrat Auguftinus *ep. 5.* aliisque rationi„bus jus militandi probat *ep. 205.*

„nn) (UT ALIUD DOCERE POTUERIT BAPTISTA, A„LIUD CHRISTUS:) Optime Author huic objectioni re„fpondet, & probat, doctrinam Baptiftæ eandem effe „quæ Chrifti, tum quia præcurfor Chrifti dicitur, tum „quia jus ceremoniale per baptisma Baptiftæ fubla„tum eft.

„oo) (EODEM EXORDIO DOCTRINÆ:) Certiffimo „indicio, non aliud docere Baptiftam aliud Chri„ftum.

„pp) (REGNUM COELESTE DICIT COEPISSE INVA„DI A DIEBUS BAPTISTÆ.) Ex vaticinio enim Da„nielis apparet in medio ultimi feptenarii inftitutio„nem fœderis futuram: At, terminum illum mediæ „feptimanæ feptimæ, curate cum baptismo Johan„nis convenire, alibi demonftrabimus.

„qq) (ID EST LEGEM NOVAM:) fæpius dictum „eft, Servatorem legem non ftatuere, nedum novam, „fed eum utramque juris naturalis partem, nimi„rum & officia hominum inter fe & officia ho„minum intuitu Dei, Chriftianis inculcare, Legem„que Mofis ab iniquis Pharifæorum interpretatio„nibus purgare.

„rr) (EXIGIT OPERA DILECTIONIS SUPRA LE„GEM:) Nimirum præcipit in allegato loco ut qui „habet duas tunicas, det non habenti, hæc fupra le„gem exiguntur. At ex hoc ipfo exemplo apparet,

gem, Luc. III, 11. Lex dicitur duraſſe uſque ad Ioannem, ss id eſt ab illo incepiſſe doctrina perfectior, Matth. XI, 13. tt Et principium Evangelii a Ioanne ducitur, Marc. I, 1. Luc. I, 77. Ipſe Ioannes hoc nomine major Prophetis; Matth. XI, 9. Luc. VII, 26. miſſus ſcilicet ad dandam cognitionem ſalutarem populo, Luc. II, 77. ad Evangelium annuntiandum, Luc. III, 18. Neque usquam Joannes Jeſum uu a ſe diſtinguit præceptorum diſcrepantia (quanquam quæ generalius & confuſius, & rudimentorum more a Joanne ſunt indicata, eadem diſerte tradidit Chriſtus vera lux) xx ſed eo quod Jeſus eſſet promiſſus ille Meſſias, Actor XIX, 4. Joan. I, 29. rex ſcilicet regni coeleſtis, qui daturus eſſet in ſe confidentibus vim Spiritus Sancti. Matth. III, 11. Marc. I, 8. Luc. III, 16.

IV. 6. Quartum hoc eſt argumentum, quod mihi ponderis non exigui videtur. Si tollatur jus capitalium ſuppliciorum, & armis cives tuendi adverſus latrones ac prædones, yy maximam inde ſecuturam ſcelerum licentiam & quaſi diluvium malorum, zz cum nunc quoque conſtitutis judiciis ægre reprimatur improbitas. Quare ſi mens Chriſti fuiſſet, talem rerum ſtatum, qualis auditus nunquam fuerat, inducere, α haud dubie verbis quam maxime diſertis ac ſpecialibus edicendum ei fuerat, ne quis de capite judicaret, ne quis arma ferret; quod feciſſe nuſquam legitur: β nam quæ adferuntur, aut valde ſunt generalia, aut obſcura. γ Docet autem ipſa æquitas & communis ratio, non tantum verba generalia contrahi, & ambigua commode explicari, ſed & a proprietate uſuque recepto verborum diſcedi nonnihil, ut is ſenſus evitetur, qui maxima ſecum incommoda ſit allaturus.

V. 7. δ Quintum ſit, quod nullo argumento oſtendi poteſt lex Moſis, quæ

„Servatorem id non per modum legis exigere, ſed „commendare liberalitatem ſubveniendo egenis: „Hæc non erat materia legis Moſaicæ, quæ tantum „de ſuo cuique tribuendo agebat.

„ss) (ID EST AB ILLO INCEPISSE DOCTRINA „PERFECTIOR.) Imo hic non eſt ſenſus illorum verborum: Lex ideo dicitur duraſſe usque ad Johannem, quia prophetiæ & leges ceremoniales adventu Baptiſtæ, i. e, in medio ſeptimanæ ſeptimæ, „finiebantur: Sane regulæ perfectionum in veteri „teſtamento eædem ſunt quæ in novo.

„tt) (ET PRINCIPIUM EVANGELII A JOANNE „DUCITUR.) Dictum enim eſt, juxta vaticinium Danielis foedus finiri in medio ſeptimanæ ſeptimæ; „in quod tempus incidit baptismus Johannis.

„uu) (A SE DISTINGUIT PRÆCEPTORUM DISCREPANTIA:) Uterque enim docet, nemioem regnum coelorum intrare poſſe niſi veram agat poenitentiam, „i. e. iratum numen placare ſtudeat.

„xx) (SED EO QUOD JESUS ESSET PROMISSUS „ILLE MESSIAS:) Nam duplex munus obiit Jeſus, „in eo diverſus tum a Johanne, tum ab aliis prophetis. *Vid.*

„yy) (MAXIMAM INDE SECUTURAM SCELERUM „LICENTIAM:) Regula certa eſt, ſi non dautur magiſtratus & judicia, quilibet agere quicquid lubet, „& omnia perpetrare crimina inter homines impune poterit.

zz) (Grot.) (CUM NUNC QUOQUE CONSTITUTIS JUDICIIS ÆGRE REPRIMATUR IMPROBITAS:). *Διὰ τούτους δικαστήρια καὶ νόμοι καὶ τιμωρίαι καὶ διάφοροι κολάσεων τρόποι. propter hos ſunt judicia, & leges, & ſupplicia, totque poenarum modi.* Chryſoſtomus in ſermone ad Patrem fidelem.

α) (HAUD DUBIE VERBIS QUAM MAXIME DISSERTIS:) Atque tali ſpeciali præcepto eo magis „opus fuiſſet, cum judicia juſſu Dei fuerint inſtituta.

„β) (NAM QUÆ ADFERUNTUR, AUT VALDE „SUNT GENERALIA AUT OBSCURA:) Adeoque per „alia loca aut explicari aut reſtringi debent.

„γ) (DOCET AUTEM IPSA ÆQUITAS:) De hac „interpretandi ratione vide late *L. 2. c. 16. §. 12.* „13. 14.

„δ) (QUINTUM SIT:) Argumentum hoc eſt: „Stante republica Hebræorum manſit obligatio legis, „etiam quæ ad judicia pertinebat: Judæi igitur converſi & magiſtratum gerentes, (uti plurimi gerebant

quæ ad judicia pertinebat, ε desiisse priusquam urbs Hierosolyma exscinderetur, ζ & cum ea tum species tum spes reipublicæ concideret: nam η neque in lege Mosis ullus terminus isti legi præfinitur, θ neque Christus aut Apostoli usquam de istius legis cessatione loquuntur, ι nisi quatenus id comprehensum videri potest in reipublicæ (ut diximus) destructione: κ imo contra, Paulus summum Pontificem ait constitutum ut judicium ferret secundum legem Mosis, Actor. XXIII, 3. Christus ipse in præfatione præceptorum suorum ait, λ non venisse se ad solvendam legem, sed ad implendam. Matth. V, 17. μ quod quem de ritualibus sensum habeat non obscurum est: ν Implentur enim lineamenta adumbrantia cum perfecta rei species exhibetur: de legibus autem ad judicia pertinentibus ξ quomodo verum esse potest, si Christus, ο ut quidam existimant, adventu suo ea sustulit? Si autem mansit obligatio legis π quamdiu stetit Hebræorum respublica, ϱ sequitur ut Judæi etiam ad Christum conversi, si ad magistratum vocarentur, eum defugere non potuerint & σ ut

„bant) juxta leges illas judiciarias judicare debe„bant, certissimo indicio, judicia capitalia cum Ev„angelii doctrina non pugnare.

„ε) (DESIISSE PRIUSQUAM URBS HIEROSOLYMA „EXSCINDERETUR:) Autor adventu Christi leges He„bræorum, excepta ceremoniali, sublatas non esse „ait, sed secuto demum excidio id factum esse sta„tuit, & merito: 1) Quia species & spes reipubli„cæ adhuc subsistebat, adeoque & leges. 2) Quia, „in lege Mosis tempus quo durare debet additum „non est. 3) Quia Christus & Apostoli nullibi di„xere legem Mosis finitam esse. Potius contra 4) „Paulus ait summum Pontificem judicare secun„dum legem Mosis. *Act.* 23. v. 3. 5) Servator te„statur se venisse ut impleat legem non ut tollat, „quod asseri non posset, si adventu ejus leges judi„ciariæ sublatæ essent.

„ζ) (ET CUM EA TUM SPECIES TUM SPES REI„PUBLICÆ CONCIDERET:) *Vid: sup. L. 1. c. §. 16. n. 7.* „mutata enim specie reipublicæ ipsum imperium „tollitur. *L. 2, c. 9. §. 6.*

„η) (NEQUE IN LEGE MOSIS ULLUS TERMINUS ISTI „LEGI PRÆFINITUR:) Adeoque tamdiu durat do„nec sublata probetur.

„θ) (NEQUE CHRISTUS ET APOSTOLI DE LEGIS „ILLIUS CESSATIONE LOQUUNTUR:) Imo sæpius ad „legem illam provocant, uti mox videbimus.

„ι) (NISI QUATENUS ID COMPREHENSUM VIDE„RI POTEST IN REIPUBLICÆ DESTRUCTIONE:) Quia „tunc totum imperium tollitur civitatis, adeoque & „civitatis leges.

„κ) (IMO CONTRA:) Servator juvenem, media sa„lutis explorantem, remittit ad legem Mosis: & La„zarus hominem divitem ad legem & Prophe„tas.

„λ) (NON VENISSE SE AD SOLVENDAM LEGEM „SED AD IMPLENDAM:) Liberando homines a sup„pliciis, quibus lex in peccantes fulminat. *Gron.* „*b.*

„μ) (QUOD QUEM DE RITUALIBUS SENSUM „HABEAT:) Christus implevit legem ceremonia„lem exhibendo Messiam, qui omnibus sacrificiis „& victimis significatus est. *Vid. Gron. b. & Grot.* „*l. 1. c. 1. §. 16. n. 7.*

„ν) (IMPLENTUR ENIM LINEAMENTA ADUM„BRANTIA, CUM PERFECTA REI SPECIES EXHIBE„TUR:) Rem ita explicat *Gron. in not. b:* Ut in „pingenda imagine primum ducuntur lineæ quæ„dam quibus signantur extremitates partium; dein „vacuum illud quod fuit inter extremitates colori„bus impletur & tum exhibetur perfecta rei spe„cies, cessantque notari primi illi ductus: Sic le„gem ceremonialem completam dici vult, quum „qui rudibus & primis quasi lineis adumbratur „Christus, in effigie & corpore apparuit, & sacri„ficium, quod in Judaismo simulabatur, præstitit.

„ξ) (QUOMODO VERUM ESSE POTEST, SI CHRI„STUS &C. ADVENTU SUO EA SUSTULIT:) Contra„dictio enim est Christum sustulisse leges, & ta„men eum venisse ut eas impleat, iisque satisfaciat.

„ο) (UT QUIDAM EXISTIMANT.) *Vid. supra* „*proleg. §. 48. ibique Gronov.*

„π) (QUAMDIU STETERIT RESPUBLICA:) Jus „enim forense desiit postquam populus, per exci„dium urbis, & desolationem præcisam, sine spe re„stitutionis populus esse desiit. *L. 1. c. 1. §. 16. n. 7.*

„ϱ) (SEQUITUR UT JUDÆI ETIAM AD CHRI„STUM CONVERSI SI AD MAGISTRATUM VOCA„RENTUR, EUM DEFUGERE NON POTUERINT.) „Sequela hæc certissima est: lege Mosis capitalia „judicia erant constituta, respublica Judæorum dura„bat vivente Servatore; adeoque magistratus, etsi „Christiani, juxta regulas illius reipublicæ jus di„cere tenebantur.

σ ut judicare non aliter debuerint, quam Moſes præſcripſerat.

8. Ego ſane omnia expendens ne leviſſimam quidem conjecturam reperio, qua motus vir aliquis pius τ illa tunc Chriſti loquentis verba audiens, υ aliter exiſtimare potuerit. φ Illud agnoſco: χ ante Chriſti tempus quædam fuiſſe permiſſa, ψ ſive quoad impunitatem

„σ) (UT JUDICARE NON ALITER DEBUERINT QUAM MOSES PRÆSCRIPSERAT:) Equidem *Ziglerus in not. h. §.* tradit, potuiſſe tum aliter in eorum cauſis judicari ac Moſes præſcripſerat; quia in provinciæ formam Judæa jam redacta erat, &c. & beneficio ſaltem Cæſarum indultum fuit ut patrio jure uterentur. Sed poſtquam beneficium hoc obtinuerunt certum eſt eos nec potuiſſe nec debuiſſe judicari, niſi juxta leges Moſis. Vid. B. Parens *in tract. de Auton. jur. gent. c. 17. per tot.*

„τ) (ILLA TUNC CHRISTI LOQUENTIS VERBA:) Scil. ſe non veniſſe ad ſolvendam legem ſed ad implendam,

„υ) (ALITER EXISTIMARE POTUERIT:) Scil. quaſi venerit ad tollendam legem Moſis.

„φ) (ILLUD AGNOSCO &c.) Grotius occurrit hic objectioni, quæ ipſi, poſitis ejus principiis, merito fieri potuit: Supponit enim Grotius ante adventum Chriſti multa fuiſſe permiſſa, quæ Chriſtus prohibuit: hinc ſequi videtur, Chriſtum prohibendo id quod lege permiſſum erat, ſuſtuliſſe legem. His reſpondet, inter permiſſiones illas legis & præcepta Chriſti non eſſe repugnantiam, ſed diverſitatem:

„At (1.) poſitis principiis Authoris, omnino vera eſt repugnantia: Si enim admittitur, Servatorem ea quæ lege Moſis permiſſa fuere probibuiſſe, i. e. jus ex lege mihi quæſitum ſuſtuliſſe, neceſſario ſequitur, hoc præceptum repugnare legi Moſis, quæ jus mihi quæſitum eſſe voluit: (2) Otioſum plane eſt hoc dubium: Negamus enim lege Moſis quædam permiſſa eſſe quæ Servator ſuis præceptis ſuſtulerit; quod ex ſequentibus mox exemplis magis apparebit. *Conf. Diſſ. prooem. III. §. 46. n. 1.*

„Res ita ſe habet: Jura naturalia quædam reſpiciunt *homines inter* ſe, quædam *ſolum Deum:* priora continentur ſub regula, quæ jus cuique hominum quæſitum tribui vult: poſteriora autem pro objecto habent cultum Dei, qui præcipue conſiſtit in eo, ut jus ſuum cuique tribuamus amore juſtitiæ; & ut perfectiones divinas imitemur, i. e. virtutes exerceamus.

„*Prior* pars juris naturalis eſt objectum uti omnium legislatorum, ita & Moſis. Illi, ſecuritati civitatis proſpicere volentes, in id ſaltem intenti fuere ut jus ſuum cuique tribuatur, ſive id metu pœnæ, ſive ex animi puritate fiat.

„*Alteram* autem juris naturalis partem, nimirum puritatem animi circa actus juſtitiæ, & perfectionum regulas, non legum præceptis comprehendebant, nedum pœnis muniebant; ſed eam arbitrio civium relinquebant, & merito, quia nemo de receſſibus his internis judicare poteſt: Cæterum non approbabant vitia & peccata, ſed ideo Doctores publice conſtituebant, qui regulas perfectionis populo inculcarent, puritatem animi ei commendarent, & pœnas divinas negligentibus minarentur.

„Hic ſtatus reipublicæ per adventum Chriſti mutatus non fuit: Leges ejus temporis pariter ſaltem ſecuritati reipublicæ conſulebant; at præterea Doctores publice conſtituti erant, qui perfectionum regulas, quæ ſub præcepto non comprehendebantur, nec comprehendi poterant, populo inculcarent, prœmia & pœnas divinas, virtutibus & peccatis deſtinata explicarent, adeoque alteram juris naturalis partem populum docerent.

„Quia vero Doctores illi hanc partem inſuper habebant, verbis & rigori legis inhærebant, ſola legis opera populo commendabant, adeoque ea quæ perfectionis ſunt, quaſi ad ſalutem non neceſſaria, negligebant, ideo Servator hanc Phariſæorum negligentiam & ignorantiam improbat, ac populo declarat non ſufficere legis opera perficere, ſed præterea requiri, ut perficiantur amore juſtitiæ, ſed nec virtutum actus mereri, niſi accedat puritas mentis &c. *Vid. ſupra §. 6. n. 3. lit. p. & q. & n. 4. lit. β.*

„Ex his igitur aperte apparet, verum non eſſe quod Servator quædam prohibeat quæ lege Moſis permiſſa fuere. Præterea ex dictis conſtat, diverſitatem inter permiſſa legis & præcepta jam obtinuiſſe ante Servatorem: Nam aliud ſtatuebant leges Moſis, aliud præcipiebant Prophetæ & Doctores: Leges proſpiciebant ſoli ſecuritati civium, earumque regula erat; *jus ſuum cuique tribuere:* hi præcipue puritatem mentis populo inculcabant, eorumque principium erat, *colere Deum, imitarique ejus perfectiones.*

„Idem igitur obtinuit tempore Servatoris: aliud ſtatuebant leges illius temporis, aliud præcipiebant virtutum Doctores, quorum officium Servator in ſe ſuſcepit. Atque hoc ſenſu verum eſt, quod diverſitas ſit inter permiſſa legis & præcepta Servatoris.

„χ) (ANTE CHRISTI TEMPUS:) ubi legisperiti & Phariſæi populum inſtituebant.

„ψ) (SIVE QUOAD IMPUNITATEM EXTERNAM:) quo Author refert dimiſſionem uxoris ob qualemcunque offenſam, & ultionem injuriæ: *Vid. §. h. l. 2. c. 5. §. 9. n. 2. & 3.* & *l. 2. c. 20. §. 10. n. 2.* celebrationem nuptiarum cum pluribus fœminis. *L. 2. c. 5. §. 9. n. 1.* exactionem uſurarum ab extraneis: *l. 2. c. 12. §. 20. n. 3.* & *cap. 20. §. 42.* & concubinatum. *Infra §. 8. n. 7. l. 2. c. 20. §. 42.* Impunitatem autem illam tantum in ea permiſſione locum habere, ait, quæ minus plena eſt. *Vid. ſupra c. 1. §. 17. n. 2.* Nos in præcedentibus probavimus, lege Moſis nihil permiſſum eſſe quod

„non

tatem externam, ω sive etiam quoad animi puritatem, αα (nunc enim ista distinctius exquirere, nec opus, nec otium est) ββ quæ Christus suam disciplinam sectantibus licere noluit; γγ ut ob qualemcumque offensam uxorem dimittere, δδ ab eo qui læserit in judicio exigere ultionem: sed inter Christi præcepta & illas permissiones est εε diversitas quædam, non est repugnantia. ζζ nam qui uxorem retinet, ηη qui ultionem sibi privatim debitam remittit, nihil facit contra legem θθ imo hoc facit quod lex maxime vult. Longe aliud est in judice, ιι cui lex non permittit, sed imperat ut homicidam morte puniat, reus ipse futurus apud Deum ni fecerit. κκ Huic si Christus interdicit ne homicidam morte puniat, omnino contrarium legi præcipit, λλ solvit legem.

9. Sextum sit argumentum μμ ab exemplo Cornelii Centurionis, VI.
qui & Spiritum sanctum, signum indubitatum justificationis, a Christo

„non plenum jus det. Quod suo loco in singu„lis exemplis demonstrabimus.

„ω) (SIVE ETIAM QUOAD ANIMI PURITATEM:) „i, e. quoad alteram illam partem legis, quam le„gisperiti & Pharisæi insuper habebant. *Vid. su„pra §. 6. n. 4. & 5.*

„αα) (NUNC ENIM ISTA DISTINCTIUS „EXQUIRERE NEC OPUS NEC OTIUM EST:) „Sæpius dictum est lege Mosis nihil per„mitti quoad impunitatem, sed id verum jus esse; „De differentia inter ea quæ licent & quæ impunita„tem saltem habent; item, inter ea quæ licita sunt etsi „forte aliud quid fieri possit laudabilius; & quæ „circa illas differentias notavimus, vide *L. 3. c. 4. „§. 2. l. 2. c. 5. §. 28. l. 3. c. 11. §. 1. Proleg. §. „41.*

„ββ) (QUÆ CHRISTUS LICERE NOLUIT:) Sed „nec Doctores veteris testamenti licere voluere. „Ideoque utroque tempore affectus vitiosi illiciti „fuerunt, etsi præceptis civilibus non fuerint compre„hensi, nec pœna in eos statuta.

„γγ) (UT OB QUALEMCUNQUE OFFENSAM U„XOREM DIMITTERE:) Lege Mosis id nunquam „permissum fuit, nec uxor nisi ob justam causam „dimitti potuit. *Vid. l. 2. c. 5. §. 9.* Divortium „igitur neque pugnat cum lege, neque cum purita„te mentis, indeque hactenus neque diversitas „neque repugnantia est inter legis permissionem „& præcepta Christi.

„δδ) (AB EO QUI LÆSERAT IN JUDICIO EXI„GERE ULTIONEM:) i. vindictam explendi doloris. „*Vid. l. 2. c. 20. §. 5. n. 1.* Hanc enim vitiosam „esse Author ait *ibid. §. 43. n. 5.* At hæc ipsa vin„dicta æque vitiosa fuit ante adventum Christi, & „omnes moralium Doctores eam improbarunt. „Idem postea fecit Servator, adeoque hic quoque „non est diversitas inter permissionem legis „& præcepta Servatoris, nedum repugnantia.

„εε) DIVERSITAS QUÆDAM NON REPUGNAN„TIA:) Si principia Authoris admittimus vera „subesset repugnantia: Diversa autem omnino sunt, „quia permissiones legis tantum statum civilem re„spiciunt, non attenta animi puritate, præcepta au„tem Servatoris animi puritatem injungunt.

„ζζ) (NAM QUI UXOREM RETINET NIHIL FA„CIT CONTRA LEGEM;) Si Servator præcipit ut quis „uxorem retineat, non solvi legem ait: unde con„cludit, inter permissionem legis & præcepta Serva„toris non esse repugnantiam. At in præcedentibus „demonstravimus, omnino subesse repugnan„tiam si dimittere non potest, sed eam retine„re tenetur; tollit enim libertatem quæ juxta legem „marito competit.

„ηη) (QUI ULTIONEM SIBI PRIVATIM DEBITAM „REMITTIT:) Hic nihil contra legem facit. Sed si „Servator præcipit ut remittat, arbitrium remitten„di ei hoc præcepto aufertur, quod omnino pu„gnat cum libertate quam lex marito concessit.

„θθ) IMO HOC FACIT QUOD LEX MAXIME VULT) „Imo lex id non vult, sed rem arbitrio mariti vel „læsi relinquit: quod si præcepto auferretur, id omni„no pugnat cum legis permissione.

„ιι) (CUI LEX NON PERMITTIT, SED IMPERAT „UT HOMICIDAM MORTE PUNIAT:) Sensus est, „quod Christus, si ea quæ permissa sunt „prohibet, non tollat legem, sed tunc demum, cum „prohibet ea quæ imperata sunt: At priori quoque „casu tolli legem, sublata quippe libertate agendi, „dictum est.

„κκ) (HUIC SI CHRISTUS INTERDICIT:) Scl. ju„dici cui lex imperat.

„λλ) (SOLVIT LEGEM:) Prohibet enim ne faci„at id quod vi legis necessario facere debet. Ad„eoque hic non est diversitas, sed repugnantia.

„μμ) (AB EXEMPLO CORNELII CENTURIONIS:) „*Act. 10. v. 22. seq.*

 νν) A

ſto accepit, & in nomen Chriſti a Petro Apoſtolo baptizatus eſt: militiam autem abdicaſſe aut ad eam abdicandam ᵛᵛ a Petro monitus non legitur. Sunt qui reſpondeant, cum de religione Chriſtiana a Petro ſit inſtitutus, ξξ ſimul cenſeri debere inſtitutum de militia deſerenda. Hi, ſi quidem certum eſſet atque indubitatum inter Chriſti præcepta contineri interdictum militiæ, aliquid dicerent: ſed cum id nuſquam alibi diſerte exſtet, certe de ea re aliquid hoc ſaltem loco, qui id maxime poſcebat, dicendum fuerat, ne poſt ventura ætas officii ſui regulas ignoraret. Neque vero ſolet Lucas, ubi perſonarum qualitas ſpecialem quandam vitæ mutationem deſiderabat, id ſilentio præterire, ut videre eſt tum alibi, ᵒᵒ tum Actor. cap. XIX, 19.

VII. 10. Septimum huic ſimile petitur ex eo quod de Sergio Paulo cœpimus dicere: nam in ejus converſi hiſtoria ππ nullum eſt indicium ejurati magiſtratus, aut admonitionis factæ ut ejuraretur. ϱϱ Quod autem non narratur, cum narrari, ut diximus, maxime attineat, id nec factum cenſendum eſt.

VIII. 11. Octavum eſſe poteſt, quod Paulus Apoſtolus, σσ intellectis Judæorum in ſe inſidiis, Tribuno indicari eas voluit; & cum Tribunus milites ei addidiſſet, quorum præſidio in itinere adverſus vim omnem tutus eſſet, nihil contradixit, ττ neque Tribunum aut milites monuit, Deo non placere ut vis vi repellatur. Atqui is erat Paulus, qui nullam occaſionem edocendi officii aut omitteret ipſe, ᵘᵘ aut omitti ab aliis vellet. II. Timoth. IV, 2.

12. No-

„ᵛᵛ) (A PETRO MONITUS, NON LEGITUR :) „quod tamen fieri debuiſſet ſi bellare licitum non „fuiſſet. Ita nec Servator alium Centurionem, „cujus fidem miratus eſt, hortatur ut militiam de„ſerat. *Matth. VIII. v. 8. ſeq. Luc. VII, v. 2. ſeq.*

„ξξ) (SIMUL CENSERI DEBERE INSTITUTUM „DE MILITIA DESERENDA:) Bene his reſpondet „Author, verum id fore ſi talis lex de deſerenda „militia extitiſſet, at cum talis non fuerit, merito „ait Servatorem in ſpecie prohibere eum a militia „debuiſſe, quod cum non fecit, concludendum „inde eſt, rem per ſe illicitam non fuiſſe.

„ᵒᵒ) (TUM ACTOR. XIX:) ubi converſionem re„cenſet eorum qui habitabant Epheſi, & de iis „ait, quod facta converſione, adeoque mutata „priori vita, libros magicos combuſſerint. *v. 19.*

„ππ) (NULLUM EST INDICIUM EJURATI MA„GISTRATUS:) Ejurari magiſtratus Latinis ideo „dicitur, quia abeuntes a conſulatu pro concione „jurare ſolebant, ſe nihil contra leges feciſſe, *vid.* „*Gron. b.* Sic Plinius loquitur in Epiſtolis, *eju„rato magiſtratu privatum ſe facere*; ſed & *eju„rare imperium* apud Tacitum *3. hiſt. c. 68.* & *eju„rare militiam* apud Plautum invenitur.

„ϱϱ) (QUOD AUTEM NON NARRATUR, CUM „NARRARI MAXIME ATTINEAT, ID NEC FACTUM „CENSENDUM:) Si enim Paulus magiſtratum rem „illicitam credidiſſet, debuiſſet hortari proconſu„lem, ut a magiſtratu abiret.

„σσ) (Grot.) (INTELLECTIS IN SE JUDÆORUM INSIDIIS:) Utitur hujus loci authoritate Concilium Africanum: *Quorum contra furorem poſſumus non inſolita nec a ſcripturis aliena impetrare præſidia, quando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt, factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmovit auxilio.* Utitur & ſæpe Auguſtinus, ut Epiſt. L. quæ eſt ad Bonifacium: epiſtola CLIV. ad Publicolam, ubi hæc: *Neque ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret.* Idem epiſtola CLXIV. *Paulus egit ut ſibi tuitio etiam armatorum daretur.*

„ττ) (NEQUE TRIBUNUM AUT MILITES MO„NUIT:) uti monere debuiſſet, ſi Deo non place„ret ut vis vi repellatur, legitur hiſtoria *Actor.* „*XXIII. v. 24.*

„ᵘᵘ) (AUT OMITTI AB ALIIS VELLET:) ita„que enim hortatur Timotheum, ut nullam præ„dicandi, monendi minandi, &c. occaſionem præ„termittat.

„φφ)

12. Nonum accedat, quod rei honestæ ac debitæ finis proprius IX.
non potest non esse honestus ac debitus. φφ Tributa ut solvamus honestum est, χχ atque etiam præceptum conscientiam obligans, ut Paulus ψψ Apostolus explicat: tributorum autem finis est, ut potestates publicæ habeant ωω unde sumtum faciant ad bonos tuendos, ac coërcendos malos, Rom. XIII, 3. 4. 6. Tacitus opposite ad hanc rem: *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.* Cui dicto simile est Augustini illud: *Ad hoc tributa præstamus, ut propter necessaria militi stipendium præbeatur.* *Hist. IV.* *Lib. XXII. contra Faustum cap. 47.*

13. Decimum argumentum præbet locus ille Actor. XXV, 11. ubi X.
Paulus ita loquitur: *Si injuria quenquam affeci, & dignum aliquid morte commisi* aaa *non recuso mori* Unde colligo ita censuisse Paulum, etiam post publicatam Evangelii legem quædam esse crimina quæ morte plecti æquitas ferat, aut etiam exigat: bbb quod & Petrus docet 1 Epist. cap. II, 19. 20. Quod si ea tum fuisset Dei voluntas, ut capitalibus judiciis absisteretur, potuerat quidem purgare se Paulus, ccc sed non debuerat in hominum animis eam relinquere opinionem, quasi capite plectere nocentes nunc non minus quam olim liceret. Probato autem capitales poenas post Christi adventum recte exerceri, ddd simul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adversus nocentes multos & armatos: qui ut rei fiant, acie vincendi sunt. Vires enim & resistentia nocentum, eee sicut in prudenti deliberatione suum habere momentum potest, fff ita de jure ipso nihil imminuit.

„φφ) (TRIBUTA UT SOLVAMUS HONESTUM EST:) „Rationem juris gentium explicabimus *infra c. 3.* „*§. 6. n. 2. Scil.* ex medii necessitate, quia aliter salva respublica esse nequit.

„χχ) (ATQUE ETIAM PRÆCEPTUM CONSCIENTIAM OBLIGANS:) Nam subditi jure naturæ tenentur opera & opibus defendere civitatem: *Vid.* „*infr. C. 5. §. 3.*

„ψψ) (APOSTOLUS EXPLICAT:) *ad Rom. 13. v.* „7. Ipse Servator, quæsitus an Imperator jure censum exigere possit? respondet, dandum Cæsari „quæ Cæsaris sunt Matth. *c. 22. v. 21.*

„ωω) (UNDE SUMTUM FACIANT AD BONOS „TUENDOS, ET COERCENDOS MALOS:) Finis ergo „tributorum honestus est, tendit ad salutem reipublicæ, quæ non nisi judiciis & armis procurari „potest.

aaa) (Grot.) (NON RECUSO MORI:) Sic & Act. XXVIII, 18. Justinus Apologetico, II. *κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον χριστιανοὺς καὶ ὑφ' ὑμῶν, ἀξιοῦμεν. Ut autem puniatur qui non convenienter preceptis illis vivunt, & nomine solo sunt Christiani, & quidem a vobis, & nos optamus.*

„*bbb*) (QUOD ET PETRUS DOCET:) *qua enim* „*gratia est, si peccantes & collaphizati suffertis.*

„*ccc*) (SED NON DEBUERAT IN ANIMIS HOMINUM EAM RELINQUERE OPINIONEM:) Uti reliquisset, si morti se obtulisset, cum id non liceret.

„*ddd*) (SIMUL PROBATUM ARBITROR BELLUM „ALIQUOD LICITE GERI, PUTA ADVERSUS NOCENTES PLURES ET ARMATOS, QUI UT REI FIANT, „ACIE VINCENDI SUNT:) Author ait, positis judiciis capitalibus, i. e. jure puniendi unum, poni „quoque bella, i. e, jus puniendi plures, *quia plures nocentes & resistentes non nisi acie victi rei fiunt:* „adeoque bella sunt judiciorum capitalium species, „quia acie victi rei fiunt. Atque hæc vera ratio est, „cur bello capti non tantum servi fieri, sed & occidi possint, utpote cum in eos tanquam in reos „animadvertere liceat: Unde Author alibi hostes „inter eos refert qui mori meruerunt. *l. 3. c. 4. §.* „*4. & 15. Conf. L. 2. c. 22. §. 3. n. 2.*

„*eee*) (IN PRUDENTI DELIBERATIONE SUUM HABERE MOMENTUM POTEST:) i. e. potentia nocentum movere aliquando læsos potest, ut desistant „potius a jure suo, quam ut exponant rempublicam „bellorum discrimini, sed hoc ad politicas rationes „pertinet. *Conf. proleg. §. 57. & L. 3. c. 12. §. 7. n. 1:*

„*fff*) (ITA DE JURE IPSO NIHIL IMMINUIT,)

XI. 14. Undecimum esse potest, quod [ggg] Christi lex solam legem Mosis, [hhh] qua gentes ab Hebræis separabat, sustulit, Ephes. II, 14.

15 [iii] Quæ autem natura [kkk] & bene moratarum gentium consensu honesta censentur, adeo non sustulit, [lll] ut sub generali præcepto omnis honesti ac virtutis comprehenderit. Phil. IV, 8. 1 Cor. XI, 13, 14. Jam vero [mmm] criminum poenæ, [nnn] & arma quæ injuriam arcent, [ooo] natura habentur laudabilia, [ppp] & ad justitiæ, [qqq] & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atque hic [rrr] obiter notandus eorum est error, qui Israëlitarum jus ad bellum deducunt ex eo solo quod terram Cananæam illis Deus dedisset. [sss] Est enim hæc justa quidem causa, [ttt] sed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella gesserunt: [uuu] & ipsi Israëlitæ postea aliis de causis, [xxx] ut David ob legatos violatos. Tum vero [yyy] quæ humano jure quisque possidet, [*] non minus ejus sunt, quam si Deus donasset: [zzz] id autem jus per Evangelium non tollitur.

§. VIII.

„nimirum de jure puniendi eum vel eos qui injuriam fecere. *Vid. Diss. Prooem. III. §. 45.*

„ggg) (CHRISTI LEX:) Dixi Christum legem „non statuere:

„hhh) (QUA GENTES AB HEBRÆIS SEPARABAT:) „Imo non sustulit legem, quia derogare legi est legem statuere, in quo non consistebat officium „Servatoris. Sed vetus lex ceremonialis desiit, quia usque ad adventum Christi saltem durare debuit; quo existente vis legis exstincta fuit: „adeoque recte notat Groovius *h. §.* Servatorem „legem ceremonialem non tam sustulisse, quam implevisse. Idque patet ex iis quæ Author dixit supra *n.* 7

„iii) (QUÆ AUTEM NATURA HONESTA SUNT „ADEO NON SUSTULIT;) Honesta a natura non „potuit tollere Servator, neque per modum legis, „quia legislator non est; neque per modum consilii, „quia ipse est honestorum norma & doctor.

„kkk) (ET BENE MORATARUM GENTIUM CONSENSU:) Imo talis honestas, si non a natura est, est mere civilis, adeoque Servator potuisset quædam præcepta his moribus contraria absque imperfectione tradere.

„lll) (UT SUB GENERALI PRÆCEPTO OMNIS „HONESTI AC VIRTUTIS COMPREHENDERIT:) De „honestis natura id verum est, at de quibusvis honestis ex usu gentium id negamus.

„mmm) (CRIMINUM POENAE:) i.e. judicia capitalia.

„nnn) (ET ARMA QUÆ INJURIAM ARCENT:) „i.e. justa bella.

„ooo) (NATURA HABENTUR LAUDABILIA:) quin „aliquando absque injuria omitti non possunt.

„ppp) (ET AD JUSTITIÆ:) Quia per judicium „& per bellum homines obligantur, ut suum cuique tribuant.

„qqq) (ET AD BENEFICENTIÆ:) quia poenis & armis efficitur, ut quilibet tutus sit contra injurias aliorum.

„rrr) (OBITER NOTANDUS EST EORUM ERROR:) „Quidam Anabaptistarum contendunt sola bella „jussi Dei suscepta justa esse, exemplo bellorum ab „Israelitis gestorum; omnia alia bella esse injusta.

„sss) (EST ENIM HÆC JUSTA QUIDEM CAUSA:) Sola voluntas Dei, terras has Israelitis concedentis, „sufficit ut bellum secundum voluntatem Dei „gestum pro licito habeatur. Neque iniquitas hic „subest intuitu Numinis, qui sibi jus disponendi de rebus humanis, easque possessoribus per mortem, per manus impias, per varios casus auferendi, reservavit; adeoque dum aliis ea bona tribuit, suo jure utitur: quod exemplo Israelitarum „apparet, quibus Deus jussit vasa Ægyptiis auferre. *Vid. Diss. Prooem. I. §. 59. 60.*

„ttt) (SED NON UNICA, NAM ET ANTE EA „TEMPORA PII RATIONIS DUCTU BELLA GESSERUNT:) „Adeoque Israelitæ non tantum bella gessere ad acquirendas terras a Deo datas, sed & alia: quo referri debent exempla Abrahami, & bella Israelitarum cum Amalecitis, de quibus *supra* §. 2.

„uuu) (ET IPSI ISRAELITÆ POSTEA ALIIS DE „CAUSIS:) vide exempla *d.* §. 2.

„xxx) (UT DAVID OB VIOLATOS LEGATOS:) „II. Sam. 10. De justitia bellorum ob violatos legatos. *Vide L. 2. c. 18. §. fin. conf. supr. §. 2.*

„yyy) (QUÆ HUMANO JURE QUISQUE POSSIDET:) „i. e. ex dispositione hominum.

„*) (NON MINUS EJUS SUNT, QUAM SI DEUS DONASSET:) Deus enim cuivis hominum facultatem „concessit de re sua disponendi, eamque in alios transferendi: Si proinde jus aliquod ab homine in hominem translatum est, possessor jus ex voluntate „quoque divina consequitur, quod tueri armis „potest.

„zzz) (ID AUTEM JUS PER EVANGELIUM NON „TOLLITUR:) Quia Servator jura quæsita subditis „Romanorum nec auferre potuit, nec voluit.

§. VIII.

Videamus nunc etiam [a] quibus argumentis ſe fulciat adverſaria ſententia, quo facilius judicet pius æſtimator utra præponderent.

I. Primum adferri ſolet [b] vaticinium Eſaiæ, qui futurum dicit, [k] ut populi gladios contundant in ligones, & lanceas in falces, neque gladium ſumant alius in alium, neque bellum ultra addiſcant, II, 4. Sed hoc vaticinium aut ſub conditione quadam accipiendum eſt: quemadmodum multa alia; ut nimirum intelligamus talem fore rerum ſtatum [c] ſi omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant atque impleant, quam ad rem Deus nihil ſua ex parte paſſurus ſit deſiderari: [d] certum autem

„a) (QUIBUS ARGUMENTIS SE FULCIAT ADVERSARIA SENTENTIA:) Scil, Anabaptiſtarum, aliorumque qui & judicia capitalia & bella pro illicitis habent.

„b) (Grot.) (VATICINIUM ESAIÆ:) Id de pace quæ orbi contigit beneficio Romani imperii interpretatur Chryſoſtomus, oratione Chriſtum eſſe Deum: καὶ ὅτι οὐ παγία ἐστὶ μόνον καὶ ἀκίνητος καὶ ἀῤῥαγής, ἀλλὰ καὶ πολλὴν πρυτανεύσει τῇ οἰκουμένῃ εἰρήνην καὶ αἱ μὲν κατὰ πόλεις πολυαρχίαι καταλυθήσονται, καὶ αἱ μοναρχίαι, μία δέ τις ἔσται βασιλεία εἰς πάντας αἱρεθεῖσα, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐν εἰρήνῃ ἔσται, οὐ καθάπερ ἔμπροσθεν. τὸ μὲν παλαιὸν χειροτέχναι πάντες καὶ ῥήτορες ὅπλα ἐτίθεντο καὶ ἐπὶ παρατάξεως ἑστήκασαν. τοῦ Χριστοῦ δὲ παραγενομένου πάντα ἐκεῖνα διελύθη καὶ εἰς μέρος διωρισμένον τὰ τῶν πολέμων περιέστη. *Neque vero prædictum tantum eſt, ſtabilem fore, immotam, atque inconcuſſam hanc religionem, ſed cum ea adventuram orbi pacem, deſituras illas in ſingulis civitatibus plurium potentias, regnaque ipſa, & unum fore ſuper omne imperium, ac ejus pleraque pacem habitura, contra quam ante fiebat: olim enim & opifices & oratores induebant arma, conſiſtebant in acie. Poſt Chriſti vero adventum ceſſavit mos iſte. & ad definitum hominum ordinem redacti ſunt actus bellici.* Habes ſenſum plane eundem apud Euſebium de præparatione l. 1. c. 10.

ADDITIO.

Reſpondet Author ad hoc vaticinium pacem fore, ſcil. ſub conditione; ſi omnes Chriſti legem ſuſcipiant, & Chriſtiane vivant: vel, ſi pure intelligendum eſſet, expectandum eſſe illud tempus, quod nondum veniſſe experientia docet: Adeoque Author ſupponit venturum aliquod tempus quo licita non ſit defenſio juris neceſſaria. Vera reſponſio eſt, vaticinia non eſſe leges & præcepta, ſed narrationes futuri, aliud igitur eſt futurum prædicere, alind futurum præcipere: Authores faſtorum prædicunt tempeſtates; non faciunt, non jubent: prædicuntur bona, mala, hæreſes, & indifferentia; non tamen ideo leges ſunt: verba ſunt narrativa non diſpoſitiva. Sed & porro promittitur pax, ſcil. homines ſe invicem læſuros amplius non eſſe, non vero prohibetur illo vaticinio, ne ſi aliquis hominum pacem nolit, contra eum ſe defendere liceat.

c) (Grot.) (SI OMNES POPULI CHRISTI LEGEM SUSCIPIANT ATQUE IMPLEANT.) Nam de Chriſtianis Juſtinus: οὐ πολεμοῦμεν τοῖς ἐχθροῖς, *non pugnamus in hoſtes.* Plane ut de Eſſenis Philo, in oratione omnem bonum eſſe liberum: βέλων, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, ἢ κράνους, ἢ θώρακος, ἢ ἀσπίδος οὐδένα παρ' αὐτοῖς ἀνεύροις δημιουργὸν ἢ ὁπλοποιὸν ἢ μηχανοποιόν. *Nullum inter eos reperias qui aut gladium aut galeam aut loricam aut ſcutum fabricet, nullum qui aut arma conficiat, aut machinas.* Simile eſt quod Chryſoſtomus ait 1. ad Corinth. XIII, 3. *Si eſſet inter homines qualis oportet dilectio, nullas fore pœnas capitales.*

ADDITIO.

„At tunc non deſinet jus belli, ſed injuria: & „ſic defenſio non erit, non quia jus non eſt ſe de„fendendi, ſed quia nemo eſt qui offendit.

„d) (CERTUM AUTEM EST, SI OMNES SINT „CHRISTIANI, ET CHRISTIANE VIVANT, NULLA „FORE BELLA:) Jus belli quidem tunc manſurum „eſſet, ſed actu bella non gererentur, quia nemo „injuriam facturus eſſet. Cæterum Eſaiam non „reſpexiſſe ad talem ſtatum vel exinde apparet, „quia idem quoque de gentilibus, & eodem jure „dici poſſet; *ſi omnes gentiles juxta leges na„turæ viverent, nulla bella fore.* Idque probat „Lactantii locus ab Authore allegatus. Hoc „negari nequit, plures Patres vaticinium id intelle„xiſſe de pace, quæ orbi contigit beneficio Roma„ni Imperii: ut ex Chryſoſtomo & Euſebio ob„ſervavit Author. Teſmarus illud refert ad tempo„ra Auguſti, ubi cunctis humani generis pacem „exſtitiſſe, & ideo Jani templum clauſum fuiſſe te„ſtatur. *Vid. Flor. L.* 4. *c.* 12. *n.* 64. *Suet. in Aug. c.* 22. „Idem illud refert ad pacem ſpiritualem, quæ in„ter diſſitiſſimas eccleſias fuit ante Conſtantinum. „De qua *Euſeb. in vit. Conſtant. L.* 3. *c.* 6. & 7. „Sed & Junius & Tremellius hoc tempus „exponunt de temporibus novi teſtamenti, „quibus ſcil. gentes inter ſe alieniſſimæ concilia„buntur adductæ ad unum Deum, unam fidem, „unum baptiſma, unum corpus & unum ſpiritum, „i. e. eccleſiam unam. *Zigl. b.* Unde Origines, Baſilius

autem est, si omnes sint Christiani, & Christiane vivant, nulla fore bella: quod [e] Arnobius ita enuntiat: *Si omnes omnino qui homines esse se non specie corporum, sed rationis intelligunt potestate, salutaribus ejus pacificisque decretis aurem vellent commodare paulisper, & non fastu & supercilio tumidi suis potius sensibus quam illius commilitonibus crederent, universus jamdudum orbis, mitiora in opera conversis usibus ferri, tranquillitate in mollissima degeret, & in concordiam salutarem incorruptis fœderum sanctionibus conveniret.* Lactantius vero hoc modo: *Quid fiet, si omnes in concordiam consenserint? quod certe fieri poterit, si pernicioso & impio furore projecto innocentes ac justi esse velint.* [f] Aut intelligendum est pure; [g] quo modo si accipiatur, docet res ipsa impletum hoc nondum esse, sed implementum ejus, [h] ut & conversionis generalis Judæorum, adhuc exspectandnm. Utrovis autem modo sumas, [i] nihil hic inferri potest adversus bellorum justitiam, quamdiu sunt qui pacis amantes pace frui non sinunt, sed vim eis intentant.

2. [k] Ex quinto Matthæi càpite plura argumenta depromi solent, ad quorum dijudicationem opus est animo repeti, quod paulo ante diximus; [l] si Christo id fuisset propositum omnia capitalia judicia, & jus bellorum tollere, [m] facturum id fuisse verbis quam maxime expressis

„silius, Chrysostomus, Hieronymus, & Gregorius completum jam esse vaticinium in novo testamento statuunt, testante *Osiandro in obs. b.*

„e) (ARNOBIUS:) *Lib. I. adv. gent. fere in fine.*

„f) (AUT INTELLIGENDUM EST PURE:) i. e. talem statum futurum esse, absque ulla conditione.

„g) (QUO MODO SI ACCIPIATUR, DOCET RES IPSA IMPLETUM HOC NONDUM ESSE, &c. SED IMPLEMENTUM EJUS &c. ADHUC EXPECTANDUM:) Experientia docet, statum hunc nondum exstitisse, quia quotidie videmus vim aliis inferri.

„h) (UT ET CONVERSIONIS GENERALIS JUDÆORUM:) De hoc mysterio vide *Wendelin. in Phys. Sect. 2. c. 19. n. 1. & Zigl. in not. b.* Alii hoc merito in dubium vocant; tum quia illam universalem conversionem gentis Judæorum impugnat maledictio illa gravissima, de qua *Ps. XCV. v. 11. & Ps. CIX. v. 17. Matth. VIII, 11. & XXIV. 25.* tum quia consistere non videntur hæc duo: generalis Judæorum conversio, & tanta raritas fidei in ultimis temporibus, de quo *Luc. XIIX, 9.* tum quia ingressus gentium cum consummatione seculi immediate nectitur. *Luc. XXI, 24. 25. vid. Osiand. in Obs. I. ad h. 2.*

„i) (NIHIL HINC INFERRI POTEST ADVERSUS BELLORUM JUSTITIAM, QUAMDIU SUNT QUI PACIS AMANTES PACE FRUI NON SINUNT:) Non, si *sub conditione* vaticinium illud intelligatur, quia conditio nondum existit, nec omnes sunt Christiani, nec omnes Christiane vivunt; Non si *pure*; quia, cum alii aliis quotidie vim inferant, certum est casum vaticinii nondum exstitisse.

„k) (EX QUINTO MATTHÆI CAPITE PLURA DESUMI SOLENT:) quibus scil. tam bella quam judicia capitalia improbari videntur: Author his reponit 1.) Servatorem, si voluisset ea tollere, id facturum fuisse verbis expressis, 2.) loqui eum de injuriis minoribus, quas bello vel per judicia capitalia recuperare non liceret.

„Verum dictum sæpius est, Servatorem nec legem tollere, neque legislatoris vices agere; Exponit quatuor virtutes homileticas, quas adeo pro legibus non venditat, ut ea potius juri Hebræorum opponat: nam 1.) patientiam commendat, eamque opponit vindictæ quæ jure exerceri potest: 2.) mansuetudinem opponit actioni, quæ ad rem ablatam recuperandam nobis competit: 3.) officiositatem opponit juri, quod cuique competit in suas actiones: 4.) liberalitatem opponit juri, quod quis habet in res suas. *Conf. supra §. 6 n. 3.* Hæ oppositiones non inferunt contrarietatem, nec invicem pugnant, nam alterum ad jus pertinet, alterum ad perfectionis regulas. Qui jure agit impune agit, sed nihil meretur; ex perfectione autem felicitatis exspectatio oritur. *Conf. supr. §. 6. n. 8. lit. ee.*

„l) (SI CHRISTO ID PROPOSITUM FUISSET OMNIA JUDICIA CAPITALIA TOLLERE:) Servator hoc jus, magistratibus Judæorum lege Mosis quæsitum, tollere nec voluit nec potuit.

„m) FACTURUM ID FUISSE VERBIS QUAM MAXIME

preſſis ac ſpecialibus, ob rei magnitudinem ac novitatem: [n] eoque magis, quod nemo Judæus aliter cogitare poterat, quam leges Moſis ad judicia & rempubiicam pertinentes vim ſuam in homines Judæos habere debere, quamdiu ſtaret illa reſpublica. Hac ergo de re præmoniti locorum ſingulorum vim ordine exploremus.

3. Adverſariæ ergo ſententiæ munimentum ſecundum ex iſtis [n] verbis petitur: *Audiſtis dictum fuiſſe*, [o] *oculum pro oculo & dentem pro dente.* [p] *Ego vero dico vobis, ne obſiſtite injurioſo*, (לרשע) [q] quod Græci vertunt τῷ ἀδικοῦντι, Exod. II, 13. [r] ſed cædenti te in dexteram maxillam, alteram quoque obverte. [s] Hinc enim inferunt quidam, nullam injuriam aut repellendam, aut vindicandam, [t] ſive publice, [u] ſive privatim. Atqui non hoc dicunt verba: [x] neque enim magiſtratus hic alloquitur Chriſtus, ſed eos qui impetuntur, [y] nec de quavis agit injuria, ſed de tali qualis eſt alapa; [z] ſequentia enim verba reſtringunt præcedentium generalitatem.

4. Sic in præcepto ſequente: [aa] *Qui velit tecum litigare, ut tunicam*

„XIME EXPRESSIS:) Author uſus eſt hoc argumen„to §. *præc. n. 6.*

„n) (EO MAGIS, QUOD NEMO JUDÆUS ALITER „COGITARE POTERAT:) Imo nec ipſi Chriſtiani „aliter cogitare potuerunt: Reſpublica Judæorum „ac lex Moſis ſubſiſtebat; Servator privatam age„bat vitam; ipſe officium judicis ſibi oblatum re„ſpuebat; ſimulque declarabat regnum ſuum non „eſſe temporale. *Vid. §. præced. n. 7.*

„o) (OCULUM PRO OCULO, DENTEM PRO „DENTE:) Quo ſenſu id veteribus dictum ſit, ex„plicabitur infra *L. 2. c. 20.* Interim *vide Diſp. B.* „*Par. de SS. jure talionis. §. 35.*

„p) (EGO VERO DICO VOBIS NE OBSISTITE „INJURIOSO:) Servator non improbat legem Mo„ſis, nedum eam tollit, nec tollere potuit: ſed „laudabilius eſſe, ait, injurias remittere, & patien„tiæ exemplum prodere: Adeoque hæc referri de„bent ad ea quæ injuſta non ſunt, ſed quæ oppoſi„ſitis meliora. *Vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 10. n. 3.*

q) (Grot.) (QUOD GRÆCI VERTUNT τῷ ἀδικοῦντι:) Ut & Lucas in Stephani oratione: ὁ ἀδικῶν τὸν πλησίον.

r) (SED CÆDENDI TE IN DEXTERAM MAXILLAM ALTERAM QUOQUE OBVERTE:) Hæc verba comparata ſunt intelligenda, ut potius perferenda ſit alapa, quin & altera maxilla obvertenda, quam vindicta ſumenda. Res ita ſe habet: Chriſtus ponit doctrinam virtutum in excellentiſſimo gradu, fines vero non præſcribit, utpote qui ex natura virtutum ultro ſequuntur: Si ergo per talem patientiam augeretur malitia lædentis, vel alii ex unius impietate exemplum ſumturi eſſent, patientia non foret perfectio, ſed imperfectio. Memmius populum Romanum monet, *ne ignoſcendo malis boni perditum eant*, *Salluſt. Jugurth. cap. 31.* & mox ait: *bonus tantummodo ſegnior fit, ſi negligas, & malus improbior.*

Certum igitur eſt Servatorem hic nihil aliud agere, quam ut virtutem patientiæ commendet. Unde ex Hebræorum dicendi more, *maxillam obvertere*, nihil aliud ſignificat, quam patienter ferre. *vid. Grot, in not. ad n. 8.*

„s) (HINC ENIM INFERUNT QUIDAM.) Scil. „Anabaptiſtæ, & jam olim Eſſeni.

„t) (SIVE PUBLICE:) i. e. per magiſtratum vel „per arma.

„u) (SIVE PRIVATIM:) i. e. jure neceſſariæ de„fenſionis.

„x) (NEQUE ENIM MAGISTRATUS HIC ALLO„QUITUR CHRISTUS:) adeoque magiſtratibus nihil „præſcribit, ſed iis qui læduntur: hinc de vindicta „publica intelligi Servatoris effatum non poteſt,

„y) NEC DE QUAVIS AGIT INJURIA, SED DE „TALI QUALIS EST ALAPA:) Imo Servator de quavis „injuria agit. Sane ſive in magna, ſive in leviori „injuria, perfectius eſt ignoſcere lædentibus, & „Deo vindictam committere.

„z) (SEQUENTIA ENIM VERBA RESTRINGUNT „PRÆCEDENTIUM GENERALITATEM:) Imo ratio „utrobique eadem eſt.

aa) (QUI VELIT TECUM LITIGARE UT TUNICAM ACCIPIAT, DIMITTE ILLI ETIAM PALLIUM:) Hic Servator inculcat alteram virtutem nimirum manſuetudinem. Legibus enim ſtatutum erat, unicuique jus eſſe rem ſuam via juris repetendi; ſane nulla injuria fit ei qui rem alienam tenet, ſi eam reſtituere cogitur. At magis perfecte, ait, agere eum qui amore pacis juri ſuo non tantum renunciat, ſed & beneficium addit pallium concedendo; atque hoc ultimum non præcipit, non jubet, ſed commendat Servator: Eandem quoque diſtinctionem invenire licet in jure civili, nam ibi quoque pro regula ſtatuitur, neminem debere jus ſuum indefenſum relinquere *l. 40. pr. ff. pet. hered.* & tamen in *l. 4. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* Ulpianus ait

nicam accipiat, dimitte illi etiam pallium: non omnis provocatio ad judicem aut arbitrum prohibetur, [bb] Paulo interprete, qui lites non omnes prohibet, 1. Cor. VI. 4. [cc] sed vetat Christianos in prophanis auditoriis inter se litigare, idque ad Judæorum exemplum, apud quos recepta erat sententia: [dd] *Qui adducit negotia Israelitica ad extraneos, polluit nomen Dei:* sed vult Christus [ee] ad exercendam patientiam nostram, [ff] de rebus quæ facile sunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunica, si opus sit, pallium, non contendi judicio, [gg] sed quamvis optimo jure nitamur omitti juris persecutionem. Philostr. II-15. [hh] Apollonius Tyanæus negabat Philosophi esse περὶ χρυσίȣ διαλέγεσθαι [ii] de pecuniola litigare. *Non improbat Prætor* [kk] (inquit Ulpianus) *factum ejus qui tanti babuit re carere, ne propter* L. item si §. 1. D. de alien. Jud. mut. causa fa-cta, *eam sæpius litigaret. Hæc enim cogitatio ejus, qui lites exsecratur, non est vituperanda.* Quod hic probari a probis ait Ulpianus, [ll] hoc Christus imperat, [mm] ex rebus honestissimis & probatissimis deligens præ-

verecunda cogitatio ejus qui lites execratur, (qui scil. omittit possessionem, & tanti habet re carere, ne propter eam sæpius litigaret) *non est vituperanda.*

Sed hie quoque repetendum est, Servatorem non loqui de qualibet remissione juris sui, quæ aliquando in vitium degenerat. Servator ponit regulam virtutum, sed uti dictum est, terminos non præscribit, adeoque intra terminos saltem perfectionis mansuetudinem commendat; non ergo si imperfectio vel scandalum publicum inde oriturum esset, si v. g. ipsi vel nostri re illa indigeremus, vel si alii inde exemplum sumturi essent. Quando vero addit Servator, præterea pallium quoque dandum esse, figurata & comparata hæc est locutio, scil. pallium potius daodum quam actione instituta tunicam vindicare.

„bb) (PAULO INTERPRETE QVI LITES NON „OMNES PROHIBET:) Sed & alibi sit gentilem „quoque magistratum a Deo constitutum esse. *Rom. c. 13.* Paulus coram magistratu gentili causam suam „egit, *Act. XXIV.* quin ipse ad Cæsaris tribunal „provocavit. *Act. c. XXV. v. 20. & 21. c. XXVI.* „*v. fin.* Sed & Christianos primæ ecclesiæ contra „vim illatam magistratus auxilium implorasse patet „ex Augustini *ep. 164. Nostri adversus illicitas & „privatas vestrorum violentias a potestatibus ordi„natis tuitionem petunt, non qua vos persequantur, „sed qua se defendant.*

„cc) (SEO VETAT CHRISTIANOS IN PROPHANIS „AUDITORIIS INTER SE LITIGARE:) Imo nec id „vetat; Christus enim non vetat, sed tanquam vir„tutum & perfectionum Doctor saltem commen„dat & monet, ne inter Christianos id fiat. Cæ„terum ipsos Christianos quoque in profanis audi„toriis coram gentili magistratu litigasse observa„vit *Osiander h.*

„dd) (QUI AODUCIT NEGOTIA ISRAELITICA „AO EXTRANEOS POLLUIT NOMEN DEI:) Servator „non respicit ad exemplum Judæorum; sed lauda„bilius esse, ait, plane non litigare, sive in christia„norum sive in extraneorum auditoriis.

„ee) (AO EXERCENOAM PATIENTIAM NO„STRAM:) Adducit ergo homines ad perfectio„nem, noo per modum legis, nedum novæ, sed „per modum commendationis; uti præcedentes „Doctores & Prophetæ fecerunt, salva cæterum „lege.

„ff) (DE REBUS, QUÆ FACILE SUNT RECUPE„RABILES:) Imo ratio Servatoris generalis est, & „ad res quoque pretiosiores pertinet; perfectius „enim est non litigare de qualicunque re.

„gg) (SEO QUAMVIS OPTIMO JURE NITA„MUR OMITTI JURIS PERSECUTIONEM;) Modo pa„tientia illa non degeneret in vitium, atque hioc „videmus Paulum, jussu Ananias colapho percussum, „objurgasse jubentem, eique maledixisse: *Actor. „XXIII. pr. seq.* quis causam Dei defendebat in „concilio, quam deserere sine vitio non potuit.

„hh) (APOLLONIUS THYANÆUS:) cujus vitam „scripsit Philostratus, fabulam hanc temporibus „Claudii subornatam fuisse ad diminuendam fidem „miraculorum Christi, ajunt.

„ii) (OE PECUNIOLA LITIGARE:) Epicharmi „dictum est apud *Ælianum 2. Var. 34. Optimi viri „qui mutuo contenditis & litigatis de paucis diebus,* „& *Cicero 2. off. 18.* ait: *multa multis de jure suo „cedenda, a litibus vero quantum liceat, & nescio „an paulo plus etiam quam liceat, abhorrendum.* „vid. *Tesm. h.* Idem quoque in bello observandum „monent omnes, ne ob rem minimam bellum sus„cipiatur. *Vid. L. 2. c. 22. §. 5. 6.* Georgii Pachy„merii dictum est, *injustum atque absurdum esse, „tot ac tantos populos ob res minutas diffidere.*

„kk) (INQUIT ULPIANUS;) *L. 4. §. 1. de al. jud. „mut.*

„ll) (HOC CHRISTUS IMPERAT:) Imo Christus „non imperat, sed hortatur saltem, commen„dat, &c.

„mm) (EX REBOS HONESTISSIMIS ET PROBA„TISSIMIS OELIGENS PRÆCEPTORUM SUORUM MA„TERIAM:) Verum est, dogmata Servatoris ex re„bus honestissimis desumta esse, quia officium ejus

præceptorum ſuorum materiam, [nn] At non hinc recte colligas etiam parenti, etiam tutori nefas fore id ſine quo liberi, ſine quo pupilli ſuſtentari nequeant, ſi cogatur apud judicem defendere. [oo] Aliud enim eſt tunica & pallium, aliud totum illud unde vivitur. In Clementis conſtitutionibus de homine Chriſtiano dicitur, ſi litem habeat, σπουδαζέτω διαλύεσθαι κἂν δέῃ βλαφθῆναί τι, [pp] *det operam, ut tranſigat: etiamſi quid damni accipiendum ſit.* Quod ergo de moralibus dici ſolet hic quoque locum habet, [qq] non conſiſtere hæc in puncto, ſed habere ſuam quandam latitudinem. L. 1. c. XLV.

5. Sic in eo quod deinceps ſequitur, [rr] *qui angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo:* [ss] non dixit dominus de centum milliaribus, quod iter hominem a ſuis negotiis longius abduceret, ſed de uno, & ſi ita uſu veniat, de duobus; quæ deambulatio quaſi pro nihilo ducitur. Senſus ergo eſt, [tt] in his quæ nobis non multum ſunt incommodatura non urgendum nobis eſſe jus noſtrum, ſed cedendum plus etiam quam alter poſtulet, [uu] ut & patientia & benignitas noſtra omnibus innoteſcat.

6. Sequitur porro: [ww] *Petenti abs te dato, & volentem a te mutuo ſume-*

„ejus in docendo & prædicando regulas perfectio„nis conſiſtit. Cæterum Author paſſim repetit, „quod hic ait, præcepta Servatoris ex eis quæ ho„neſta ſunt non præcepta, deſumta eſſe. *Vid. Diſſ.* „*Proœm. II. §.* 44. *n.* 2.

„*nn*) (AT NON HINC RECTE COLLIGAS ETIAM „PARENTI, ETIAM TUTORI NEFAS FORE &c.) „Adeo igitur actio & juris amiſſi vindicatio non eſt „illicita, ut potius tutor teneatur vindicare, & vi„tium eſſet, ſi omitteret.

„*oo*) (ALIUD ENIM EST TUNICA ET PALLIUM; „ALIUD TOTUM ILLUD UNDE VIVITUR;) Cum „enim priores res facile ſunt recuperabiles, poſte„rius autem difficilius, atque ideo ejus perſecutio„nem concedi debere ait: Nos utrobique eandem ra„tionem eſſe putamus: quo pretioſior enim eſt „res, eo major eſt perfectio.

„*pp*) (DET OPERAM UT TRANSIGAT ETIAM„SI QUID DAMNI ACCIPIENDUM SIT:) Conſilii „hoc eſt, & laudabiliter agit qui tranſigit: quod „etiam in bellis commendat Author *L.* 2. *c.* 23. §. 8.

„*qq*) (NON CONSISTERE IN PUNCTO, SED HA„BERE SUAM QUANDAM LATITUDINEM,) De la„titudine morali agetur *L. II. c.* 1. §. 5. Conf. *ſupra* „*l.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 3.

rr) (QUI ANGARIABIT TE AD MILLIARE UNUM, ABI CUM EO DUO:) Hæc tertia virtus eſt, charitas ſcil. ſeu officioſitas: ex ratione juris enim quilibet jus in ſuas ſaltem actiones habet, non in actiones alterius: adeoque injuria agit qui me invitum angariat, i. e. cogit ad milliare unum, indeque actione intentata repelli poteſt. At virtutum Doctor, Chriſtus, generoſius eſſe ait potius ultra id quod alter exigit, facere, indeque duo potius milliaria cum eo abire quam injuriam vindicare: Modo hæc charitas non deflectat in vitium, ſed maneat intra fines perfectionis, quos jam notavimus.

„*ss*) (NON DIXIT DOMINUS DE CENTUM MIL„LIARIBUS:) Tunc enim negotia propria negligere„mus, vel nebulonis malitiæ indulgeremus, quo „caſu charitas in vitium degenerat.

„*tt*) IN HIS QUÆ NOBIS NON MULTUM SUNT „INCOMMODATURA:) Imo majoris generoſitatis „eſt ea quoque agere, quæ nobis incommoda pro„curant.

uu) (Grotius). (UT ET PATIENTIA ET BENIGNITAS NOSTRA INNOTESCAT:) Juſtinus Apologetico II. περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι καὶ ἀοργήτους ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι. *Quæ dixit huc pertinent, ut adverſus omnes ſimus patientes, officioſi, minime iracundi.*

ADDITIO.

„At hæc patientia & benignitas magis innote„ſcit in his, quæ nobis multum ſunt incommo„datura.

ww) (Grot.) (PETENTI ABS TE DATO ET VOLENTEM A TE MUTUO SUMERE NE REJICE:) Juſtinus Apologetico eodem: εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη· παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, &c. *De communicando vero facultatibus noſtris cum egentibus, & ne quid ad gloriam aucupandam faciamus, hæc dixit: omni petenti date,* &c. Alibi: παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες, *communicantes noſtra omni egenti:* Cyprianus teſtimoniorum lib. III, 1. *Nemini negandam eleemoſynam.* item illic: *omni poſcenti te dato, & ab eo qui voluerit mutuari, ne averſatus fueris.*

ſumere ne rejice [xx] Si in infinitum hoc producas, nihil durius. [yy] Qui domeſticorum curam non agit, infideli eſt deterior, inquit Paulus 1 Tim. V, 8. Sequamur ergo eundem Paulum optimum legis herilis interpretem, qui Corinthios excitans ad beneficentiam in Hieroſolymitanos exercendam [zz] *non* inquit, *ut aliis ſit laxamentum, vobis res anguſtæ, ſed ut æquabiliter* [αα] *veſtra copia ſuccurrat illorum inopiæ.* 2 Cor. VIII, 13. id eſt [ββ] (Livii verba [γγ] in re non diſſimili uſurpabo) ut ex eo quod adfluit opibus veſtris ſuſtineatis neceſſitates aliorum: qui ſenſus eſt [δδ] & in Cyro Xenophontis ἅ ἂν ἴδω περισσὰ ὄντα τῶν ἐμοὶ χρημάτων τούτοις τὰς ἐνδείας τῶν φίλων ἐξαρκοῦμαι. [εε] Similem æquitatem adhibeamus interpretando præcepto, quod jam a nobis recitatum eſt.

7. [ζζ] Lex Hebræa ſicut divortii libertatem indulgebat, ut ſævitiæ maritorum in uxores occurreret: [θθ] ita etiam privatæ ultioni [ηη] ad quam gens illa valde prona erat, coërcendæ, jus læſo fecerat ab eo qui læſerat, [ιι] non manu ſua [κκ] ſed apud judicem, [λλ] exigere talionem: quod

ADDITIO.

Hæc eſt quarta virus quam Servator commendat, ſcil. liberalitas: Ex regulis juris conſtat, mihi ſoli jus in res meas competere, non alii; adeoque nemo eleemoſynas a me exigere poteſt, neneque mutuum invitus dare cogor. *L. 11. ff. R. I.* Servator autem ex perfectionis regulis docet, generoſum eſſe de ſuo aliis benefacere; indeque maxime commendat liberalitatem, & præmia promittit ejusmodi actibus virtuoſis deſtinata: adeoque non ex neceſſitate legis, ſed ex virtutum regula hæc facimus. Ubi tamen itidem notandum, ita liberalitatem exercendam eſſe, ne in vitium degeneret, uti ſi in indignum beneficia conferuntur.

„xx) (SI IN INFINITUM HOC PRODUCAS, NIHIL „DURIUS:) Imo in infinitum hoc produci poteſt, „modo intra fines perfectionis maneat; nec in vi„tium degeneret:

„yy) (QUI DOMESTICORUM CURAM NON AGIT „INFIDELI EST DETERIOR:) Non quia multum „dat, ſed quia tunc deſinit eſſe virtus ubi familia „damnum inde ſentit.

„zz) (NON INQUIT, UT ALIIS SIT LAXAMEN„TUM, VOBIS RES ANGUSTÆ:) nam tunc eſſet viti„um & imperfectio.

„αα)(Grot.) VESTRA COPIA SUCCURRAT ILLORUM INOPIÆ:) Seneca de beneficiis ſecundo, Dabo egenti, ſed ut ipſe non egeam. Chryſoſtomus in locum ad Corinthios hic productum: ὁ Θεὸς τὸ κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, καὶ καθ᾽ ὃ ἔχει τις, οὐ καθ᾽ ὃ οὐκ ἔχει. *Deus pro facultate poſcit, quatenus habet quis, non quatenus non habet.* Quod ut recte intelligatur, accedant ſequentia, ἐπαινεῖ μὲν τὸ ὑπὲρ δύναμιν, οὐκ ἀναγκάζει δὲ τούτους ποιῆσαι τ αὐτὸ. *Laudat quidem quod facultates exſuperat,* (nempe in Theſſalonicenſibus) *ſed hos* (Achæos ſcilicet) *non cogit idem facere.*

„ββ) (LIVII VERBA) *in L. 6. c. 16.*

„γγ) (IN RE NON DISSIMILI:) Omnes genti„les liberalitatem non aliter pro virtute habent, „quam ſi quis ita erogat ne ipſe egeat. *Vid. Sen. 1. „benef. 15. Cic. 2. off. 15, & 18. Sadi Roſar. Perſ. c. „1. p. 99. vid. Teſm. b.*

„δδ) (ET IN CYRO XENOPHONTIS:) Gronovius „hæc verba ita tranſtulit. *Quod de meis opibus mi„hi ſuperſit, & indigentiam amicorum ſuſtento.*

„εε) (SIMILEM ÆQUITATEM ADHIBEAMUS IN„TERPRETANDO PRÆCEPTO:) Scl. ut petenti demus, „ſed non in infinitum, & ne ipſi egeamus. In ge„nere dicendum, petenti dandum intra fines per„fectionis.

„ζζ) (LEX HEBRÆA SICUTI DIVORTII LIBERTA„TEM INDULGEBAT, UT SÆVITIÆ MARITORUM IN „UXORES OCCURRERET:) Imo hæc non eſt ratio le„gis. Nam divortia ipſo jure naturæ licita ſunt, qua„tenus vel fiunt communi conſenſu, vel ex juſta „cauſa: At quia divortia plerumque vel ex lubrici„tate, vel ex alio vitio contingere ſolent, merito „improbantur a Servatore, non tanquam juri, ſed „tanquam virtuti contraria: de quo plenius infra „*L. 2. c. 5. §. 9. n. 2. ſeq.*

„θθ) (ITA ETIAM PRIVATÆ ULTIONI.) Quam Au„thor jure naturæ licitam, Caini exemplo reſtrictam, „mox iterum permiſſam, & lege tandem Noæ da„ta reiteratam, at inſtitutis poſtea judiciis in ma„giſtratum tranſlatam eſſe ait. *Vid. ſupra §. 5. per „tot.*

„ηη)(AD QUAM GENS ILLA VALDE PRONA ERAT) *Vide Fleury des moeurs des Iſraelites.*

„ιι) (NON MANU SUA:) Quod tamen naturæ „jure unicuique privato licere Author ſtatuit. *d. §. „5.*

„κκ) SED APUD JUDICEM:) In quem privatos „jus ſuum puniendi tranſtuliſſe ait. *Vid. Prol. „§. 41.*

„λλ) (EXIGERE TALIONEM) i. e. exigere ut al„ter tantundem mali patiatur. *Vid. L. 2. c. 20.*

„μμ)

quod lex etiam XII. tabularum fecuta eft; μμ *Si membrum rupit, talio efto.* Chriftus vero νν majoris patientiæ magifter tantum abeft, ut illam in jam læfo probet vindictæ flagitationem, ξξ injurias quasdam ne arceri quidem vult, aut vi, aut judicio. οο At quales injurias? tolerabiles fcilicet, ππ non quod non in atrocioribus quoque laudabile hoc fit, ϱϱ fed quod reftrictiore quadam patientia contentus fit, σσ ideo exemplum pofuit in alapa, quæ non vitam impetit, non corpus mutilat, fed tantum contemtum quendam noftri fignificat, ττ qui nos nihilo deteriores facit. υυ Seneca, libro de conftantia fapientis, φφ injuriam a contumelia dividit: *Prior illa*, inquit, *natura gravior eft; hæc levior & tantum delicatis gravis, qua non læduntur, fed offenduntur. Tanta eft animorum diffolutio & vanitas, ut nihil quidam acerbius putent. Sic invenies fervum, qui flagellis quam colaphis cædi malit.* Idem alio loco: *Contumelia eft minor injuria, quam queri magis,* χχ *quam exfequi poffumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putaverunt.* Sic apud Pacuvium quidam: *Patior facile injuriam, fi eft vacua a contumelia:* ψψ & apud Cæcilium alius:

Facile ærumnam ferre posfim, fi inde abeft injuria;
Etiamque injuriam, nifi contra conftat contumelia.

Demofthenes: ὐδὲ γὰρ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέρος δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ᾽ ὕβει. *Nec enim tam grave hominibus ingenuis verberari, quamquam & hoc grave, quam per contumeliam verberari.* Is quem dixi Seneca ωω paulo inferius ex contumelia dolorem, ααα affectum effe ait quem

„μμ) (SI MEMBRUM RUPIT. TALIO ESTO;) „Omnibus fere gentibus, etiam barbaris, hæc talionis lex cognita eft. De cujus vero fenfu agemus „*L.* 2. *c.* 20.

„νν) (MAJORIS PATIENTIÆ MAGISTER:) Qui „proinde perfectionis regulas docet, non leges ftatuit.

„ξξ) (INJURIAS QUASDAM NE ARCERI QUIDEM „VULT AUT VI AUT JUDICIO.) Imo non prohibet id „fieri, neque enim leges Servator ftatuit, fed hortatur, fuadet, commendat ne injuriam quis vindicet.

„οο) (AT QUALES INJURIAS? TOLERABILES SCI.) „Imo in genere de omnibus injuriis id afferit Servator, etiam de gravioribus: quia eadem utrobique eft ratio, & generofi animi eft contemnere „quaslibet injurias, modo non in vitium degeneret „patientia.

ππ) (Grot.) (NON QUOD NON IN ATROCIORIBUS QUOQUE LAUDABILE SIT:) Vide Chryfoftomum dicto jam loco.

„ϱϱ) (SED QUOD RESTRICTIORE QUADAM PA„TIENTIA CONTENTUS SIT;) Imo in infinitum „patientia Deo grata eft, at intra fines perfe„ctionis.

„σσ) (IDEO EXEMPLUM POSUIT IN ALAPA:) „At eadem hic ratio quæ in atrocioribus injuriis „obtinet; imo major eft perfectionis gradus ignofcere ei qui membrum mutilavit, quam qui alapam dedit. Idque Gentiles quoque agnoverunt, „& magnas injurias remittere inter virtutum dogmata pofuerunt. *Vid. Salluft. Cat.* 9. *Sen.* 1. *de* „*Clem. c.* 5. *& c.* 20. *Gell. N. A. c.* 7. *§.* 3. *Ælianus* „*II. Var.* 15. *aliique apud Tefm. h.*

„ττ) (QUI NOS NIHILO DETERIORES FACIT:) „At jus nobis quæfitum, perinde ac in atrocioribus „criminibus aufert.

„υυ) (SENECA LIBRO DE CONSTANTIA SAPIEN„TIS.) *c.* 4. *&* 10.

„φφ) (INJURIAM A CONTUMELIA:) Imo in „fenfu juris injuria & contumelia funt fynonima: „*pr. Inft. de injur.* ubi injuria in fpecie definitur „quæ in alterius contumeliam committitur, a contemnendo. *dict. pr.*

„χχ) (QUAM EXEQUI POSSUMUS:) i. e. ulcifci „*§.* 2. *Inft. his qui fui vel al. vid. Gron. h. Add.* „*Suet. in Jul. Cæf. c.* 67. *in Vefpaf. c.* 14. *Sen. de* „*ira L.* 1. *c.* 12.

„ψψ) (ET APUD CÆCILIUM ALIUS.) Nonius „*pag.* 430. *Vid. Gron. h.*

„ωω) (PAULO INFERIUS:) de conftantia *cap.* 10.

„ααα) (AFFECTUM ESSE AIT, QUEM HUMILITAS „ANIMI MOVEAT:) Contumelia eft omne id quo „aliquis fit contemtior, & hæc in fpecie injuria dicitur.

quem humilitas animi moveat [bbb] contrahentis se, ob factum dictumve inhonorificum.

8.[ccc] In tali ergo circumstantia [ddd] patientiam Christus præcipit: & ne quis tritum illud objiciat, [eee] *Veterem ferendo injuriam invitas novam:* addit, [fff] potius etiam ferendam esse alteram injuriam, quam propulsandam priorem: [ggg] quia scilicet nihil inde ad nos mali pervenit, [hhh] nisi quod in stulta persuasione positum est. [iii] Maxillam obvertere in Hebraismo est patienter ferre, ut apparet Esa. XXX, 6. Jer. III, 3. [kkk] præbere os contumeliis dixit Tacitus historiarum tertio.

III. 9. Tertium argumentum peti solet ex eo quod apud Matthæum sequitur: *Audistis dictum fuisse,* [lll] *diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum:* [mmm] *Ego vero dico vobis, diligite inimicos vestros, benedicite eis qui vos execrantur, precamini pro eis qui infesti vobis sunt & vos persequuntur.* Sunt enim qui exi-

„dicitur. *L. 2. pr. de obs. par. præst. Vid. jus meum* „*controv. p. 2. tit. 47. qu. 1.*.

„bbb) (CONTRAHENTIS SE:) i. e. turbantis se.

„ccc) (IN TALI ERGO CIRCUMSTANTIA:) Scil. „in injuriis tolerabilibus.

„ddd) (PATIENTIAM CHRISTUS PRÆCIPIT:) 1.) Verum non est Christum præcipere patientiam per „modum legis. 2) Verum non est Christum sal„tem commendare patientiam in injuriis tolerabili„bus: major enim perfectio est in tolerantia atro„cium injuriarum; modo is qui patitur fines „virtutis non excedat.

„eee) (VETEREM FERENDO INJURIAM INVITAS „NOVAM:) i. e. das audaciam lædenti ad iterum „te offendendum. *vid. Gron. h.* Tritum hoc appel„lat Author, quia passim apud Scriptores occur„rit. *Vid. Gell. N. A. l. 17. c. 14. Cic. 1. off. II. Thuan. L.* „*42. pr. Add. Tesm. h. & Author infra L. 2. c. 20.* „*§. 8.*

fff) (Grot.) (POTIUS ETIAM FERENDAM ESSE ALTERAM INJURIAM QUAM PROPULSANDAM PRIOREM:) Chrysostomus VII. ad Romanos: ταύτη γάρ ἡ λαμπρὰ νίκη, τὸ πλεῖον αὐτῷ παρασχεῖν ὧν βούλεται καὶ τοὺς ὅρους τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τῇ δαψιλείᾳ τῆς οἰκίας ὑπερβῆναι μακροθυμίας. *Hæc egregia victoria, plus illi largiri quam velit & fines improbæ in illo libidinis liberalitate propria patientia transcendere.*

ADDITIO.

„Hoc verum est, & perfectioni conveniens, „modo non indulgeatur nebulonis malitiæ, & is „ad aliis male faciendum invitetur: Hoc enim casu „patientia degeneraret in vitium,

„ggg) (QUIA SCIL. NIHIL INDE AD NOS MA„LI PERVENIT:) Imo etsi malum inde ad nos per„veniat: quia tum eo major est perfectio atrocio„rem remittere injuriam, modo intra fines virtu„tis patientia maneat.

hhh) (Grot.) (NISI QUOD IN STULTA PERSUASIONE SITUM SIT:) Chrysostomus de Statuis prima: ὕβρις ἐκ ἀπὸ γνώμης τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διαθέσεως τῶν πασχόντων ἢ συνίσταται, ἢ ἀπόλλυται. *Contumelia non ab inferentis animo, sed ex judicio eorum qui patiuntur, aut fit aut perit.*

ADDITIO.

„Uti si quis accepta alapa eum qui impegit oc„cidat ad honorem recuperandum; perversa „enim ejusmodi judicia nec rem nec rei æstima„tionem immutare ait *Grot. l. 2. c. 1. §. 10. n. 2.* ubi „opinionem hanc examinabimus.

„iii) (MAXILLAM OBVERTERE IN HEBRAISMO „EST PATIENTER FERRE:) Ut proinde sensus ef„fati Servatoris sit, non saltem primam, sed & „reiteratam injuriam patienter ferendam esse: sed „intra fines perfectionis.

kkk) (Grotius) (PRÆBERE OS CONTUMELIIS:) Præbere os, eo sensu & apud Terentium est Adelphis.

lll) (DILIGES PROXIMUM TUUM, ET ODIO HABEBIS INIMICUM TUUM:) Equidem hoc ultimum non additur *Lev. XVIII, 18.* Sed Judæi id supplebant ex præcepto divino speciali, quod septem damnatos populos odio haberi jubet. Hoc præceptum Judæi nimium extendebant, & cum saltem fœdus & amicitiam contrahi prohibuerit Deus, ipsi personas intrinseco prosequebantur odio. Merito igitur hoc improbat virtutum doctor, & officia humanitatis non esse deneganda personis damnatorum ait: Neque enim populi illi injuriam fecere israelitis, neque hi suam causam agebant, sed causam Dei, adeoque personas diligere, iisque bene cupere potuerunt. Sed & porro Judæi a contrario ex illa lege *Lev. XVIII.* ita argumentabantur: Si diligere debemus amicos, sequitur odio habendos inimicos: hoc recte improbat Servator, non quod contra leges, adeoque injuria, agerent odio habendo inimicos, sed quia id pugnat cum perfectione, cujus regulas inculcat Servator.

„mmm) (EGO VERO DICO VOBIS:) adeoque ex „ratione legis impune odisse inimicum licebat, ne-

que

existimant cum tali dilectione & beneficentia adversum inimicos, & infestos [nnn] pugnare tum judicia capitalia, tum bella. [ooo] Sed facile id refellitur, si ipsum illud legis Hebraicæ dictum consideremus. Præcipiebatur Hebræis ut proximum diligerent, [ppp] Hebræum scilicet: ita enim vocem proximi ibi sumi ostendit Levit. XIX, [qqq] comma 17. collatum cum commate 18. [rrr] At non eo minus imperatum erat magistratibus occidere homicidas, & alios graviter sontes: [sss] non eo minus tribus undecim ob delictum atrox iusto bello persecutæ sunt tri-

„que enim lex de puritate intrinseca animi sollicita „esse solet: Huic licentiæ juris Servator opponit „virtutis regulas, quæ odium illud, utpote perfe„ctioni contrarium, improbant, idque merito. At „idem docuere Hebræorum Doctores veteres, dilecti„onem enim inimici etiam in veteri foedere præce„ptam fuisse Groovius probat ex *Exod. 23. V. 4.* „*5. Prov. 25. v. 22.* ejusque rei exemplum in Elisæo af„fert. *Vid. 2 Reg. 6. 22.*

„Neque hoc dogma de diligendo inimico inco„gnitum gentilium philosophis fuit, qui æque subditis „perfectionis præcepta inculcabant: Hi quoque doce„bant multo latius patere officiorum quam juris „regulas: Hi quoque legem, quæ odisse lædentes „permittit, non sequendam esse monebant, sed lau„dabilius & generosius esse dicebant inimicis „benefacere. *Senec. L. 4. benef. c.* ait: *Si Deos imi„taris, da ingratis beneficia, nam & sceleratis sol „oritur, & piratis patent maria*, quæ ipsa quoque „ratio Servatoris est *Matth. V. Vid. Aug. ep. 54.* Py„thagoras Cleobulus, Ariston, Chion, Marcus An„toninus &c. maximum vindictæ genus esse tradunt, „inimicos sibi amicos reddere: Verba eorum vide „in tractatu Anonymi, *Histoire de la philosophie „payenne p. 2. f. 871. seq.* Apuleius *florida p. 779.* „ait, *Philosophia me docuit, non tantum beneficia a„mare, sed etiam maleficium, magisque judicio im„pertire quam commodo*: Confutius suam sententiam „esse ait, *eo quod rectum justumque est compensa„to injurias, & odia benefactis. Confuc. scient. Sinic. „L. 3. p. 106.* & alibi: *Beneficiis compensare odia; „hoc enim vero est perampli pectoris virtus & pie„tas.*

nnn) (PUGNARE TUM JUDICIA CAPITALIA TUM „BELLA:) quia non videmur diligere eos quos mor„te afficimus.

ooo) (SED FACILE ID REFELLITUR:) Author ut „hoc evitet argumentum; *diligere proximum jubet „Servator, ergo nec bella nec judicia capitalia in pro„ximum exercere licet*: respondet 1.) legem loqui „de proximo Hebræo, & tamen eandem legem ju„dicia capitalia & bella statuisse ac permisisse. *n.* 9. „2) Etsi Evangelii lege vox *proximi* ad omnes ho„mines extensa sit, eo tamen non impediri quo„minus omne in omnes homines liceat, quod an„tea licuit in Judæos. n. 10. 3) Etsi quoque major „gradus dilectionis in Evangelio præcipiatur, ta„men id intelligendum esse, nisi major ac justior „dilectio impediat, uti si nocentem punio, ut in„nocentem salvum faciam *d. n. 10.* 4) Juberi nos „diligere inimicum Dei exemplo, at Deum malos „punire. Neque. 5) id pugnare cum lenitate Dei, „Servatoris, & Apostolorum, quia hæc justitiam „non excludit. *n.* 11. At dubium his rationibus „non eximitur: Vera responsio est, Servatorem „velle ut personam proximi, etiam nocentis, di„ligamus, non causam nec crimina ejus. Commen„dat Christus, ut jus nostrum remittamus, nec læsi „vindictam quæramus, non autem vult impune sce„lera committi. Sane magistratus dum crimina „punit, non suum jus vindicat, non suam injuriam „ulciscitur, sed causam Dei agit, legum violata„rum pœnam poscit vice Dei, cujus autoritate le„ges divinas exequitur: Tantum igitur abest, ut „possit magistratus remittere talem injuriam, ut po„tius teneatur causam Dei vindicare, etsi perditis„sime diligat nocentem. Equidem ex his satis pa„tet, magistratum non peccare contra leges dile„ctionis puniendo crimina, i. e. exequendo jura „divina: at privatus omnino contra regulas di„lectionis, contumeliam sibi illatam vindicando, „agere videtur, adeoque hactenus quidem merito „improbat Servator hanc impotentiam animi, ut„pote perfectioni (non legi) contrariam, sed ex eo „non infertur, judicia capitalia vel bella esse illici„ta.

ppp) (Grot.) (HEBRÆUM SCL.) Cui par proselytus. Leges autem de non nocendo etiam ad incolas illos incircumcisos de quibus actum cap. 1 §. 16. porrigebantur: ita Thalmudici.

ADDITIO.

„Ita explicavit hoc effatum *sup. §. 6. n. 3.* Equi„dem proximi nomen satis late alias patet, & pro „toto humano genere sumi solet. *Vid. prol. §. 14.* „*& sup. §. 6. n. 3.* Sed hic de proximo Hebræo „intelligi debet.

„*qqq*) (COMMA 17. COLLATUM CUM COMMATE „18.) Qui enim priori commate proximus & frater „appellantur, in posteriori vocantur cives, *nam me„mineris injuriæ civium tuorum. Vid. Gron. h.*

„*rrr*) (AT NON EO MINUS IMPERATUM ERAT „MAGISTRATIBUS OCCIDERE HOMICIDAS:) Adeo„que præceptum de diligendo Hebræo non pugnat „cum præcepto de tollendis homicidis &c.

„*sss*) (NON EO MINUS TRIBUS UNDECIM OB „DELICTUM ATROX JUSTO BELLO PERSECUTÆ „SUNT: &c.) Equidem verum est non pugnare dilectio„nem proximi cum jure belli gerendi, sed eo scru„pulus non eximitur, quod odium Judæis quasi in„jun-

tribum Benjamiticam, Jud. XXI. [ttt] non eo minus recte David, [uuu] qui prælia Domini præliabatur, regnum fibi promiffum ab Isbofeto armis repetit.

10. [xxx] Sit ergo nunc porrecta latius proximi fignificatio ad homines quosvis. Omnes enim in communem gratiam funt recepti: nulli populi a Deo devoti: [yyy] licebit tamen [zzz] in omnes [ααα] quod tunc in Ifraëlitas licuit, [βββ] qui diligi æque tunc jubeantur [γγγ] ut nunc quivis homines. [δδδ] Quod fi etiam velis in Evangelica lege majorem dilectionis gradum imperari, concedatur & hoc, dum illud quoque conftet [εεε] non omnes æqualiter diligendos, fed [ζζζ] magis patrem quam extraneum. [ηηη] Sic etiam bonum innocentis [θθθ] bono nocentis, [ιιι] bonum commune privato ante habendum [κκκ] ordinatæ dilectionis lege. [λλλ] Ex dilectione autem innocentium nata funt & judicia capitalia & pia bella. Vide fententiam moralem [μμμ] quæ extat Prov. XXIV, 11. Debent ergo Chrifti præcepta de fingulis diligendis atque ad

„junctum fuerit: Nos diximus id ex perverfa interpretatione præcepti de exftirpandis gentibus damnatis ortum effe; quarum caufam damnabat Deus, non vero officia humanitatis fingulis denegare jubet.

„ttt) (NON EO MINUS RECTE:) i. e. non obftante præcepto de diligendo proximo.

„uuu) (QUI PRÆLIA DOMINI PRÆLIABATUR:) i. e. qui non nifi jufta bella gerebat. *Vid. fup.* §.2. *n.* 2.

„xxx) (SIT ERGO NUNC PORRECTA LATIUS PROXIMI SIGNIFICATIO AD HOMINES QUOSVIS:) Adeoque & ad gentiles; ita ut nunc omnes homines æqualiter diligi debeant.

„yyy) (LICEBIT TAMEN:) Non obftante illa extenfione vocis proximi.

„zzz) (IN OMNES:) Scl. homines in communem gratiam receptos.

„ααα) (QUOD TUNC IN ISRAELITAS LICUIT:) i. e. fontes punire, & injuriam armis repellere.

„βββ) (QUI DILIGI ÆQUE TUNC JUBEBANTUR:) Cum fupplicia licite exercerent, & bella jure gererent.

„γγγ) (UT NUNC QUIVIS HOMINES:) Certiffimo indicio fupplicia & bella non pugnare cum præcepto dilectionis.

„δδδ) (QUOD SI ETIAM VELIS IN LEGE EVANGELICA MAJOREM DELECTIONIS GRADUM IMPERARI, CONCEDATUR ET HOC:) Non dari legem Evangelicam, neque ea aliquid imperari fæpius dictum eft. Sed & id negavimus, dilectionem in novo foedere majori gradu imperari, dilectio etiam in veteri teftamento a Prophetis perfectiffimo modo commendabatur.

„εεε) (Grot.) (NON OMNES ÆQUALITER DILIGENDOS:) Tertullianus adverfus Marcionem IV. *Secundus gradus bonitatis eft in extraneos: in proximos primus.* Hieronymus adverfus Pelagium dialogo 1. *Præceptum eft mihi ut diligam inimicos & orem pro perfecutoribus num quid juftum eft, ut ita diligam quafi proximos & confanguineos; ut inter æmulum & neceffarium nulla diftinctio fit?*

„ζζζ) (SED MAGIS PATREM QUAM EXTRANEUM:) Ita uxorem præferendam parentibus Servator docet. *Luc. 19. v. 5.* Religionis focios extraneis præfert. Paulus *Gal. VI, 10.* Patriæ potius quam liberis confulendum ait Juftinus *lib. II. c. 5.* & magis quoque quam amicis. *Sophocl. in Antig. v. 187 Add. Vopisc. c. 6. Tac. Ann. I. 42. Cic. 1. off. 17. Gell. 5. 13. apud Tesm. h.*

„ηηη) (SIC ETIAM BONUM INNOCENTIS:) *Vid. inf. L. 2. c. 20. §. 10. n. 8.* Bonum innocentis eft ut puniatur noxius, ne impunitas augeat in ifum & fimiles improbitatem. *Gron. h.*

„θθθ) (BONO NOCENTIS:) Ut ei parcatur & nihil luat. *Gron. h.* At dictum jam eft Servatorem non velle ut caufam, ut crimen inimici diligamus, neque ut caufam Dei & reipublicæ deferamus, fed ut injuriam nobis illatam remittamus.

„ιιι) (BONUM COMMUNE:) Ut refrenentur delicta fupliciis.

„κκκ) (ORDINATÆ DILECTIONIS LEGE:) i. e. pofita quoque lege dilectionis rite ordinatæ.

„λλλ) (EX DILECTIONE AUTEM INNOCENTIUM NATA SUNT ET JUDICIA CAPITALIA ET PIA BELLA:) Quia ideo pœnas nocentibus infligi exiftimat ut tuti fint innocentes: At hic finis eft mere civilis; vera & unica poenarum ratio naturalis eft reparatio injuriæ, quæ fit infligendo reo tantundem mali quantum fecit.

„μμμ) (QUÆ EXSTAT PROVERB. XXIV.) Verba hæc funt: *Eripe raptos ad mortem; nam a declinantibus ad necem an cohiberes te:* Verum non loquitur de magiftratu puniente aut bellum gerente: nec criminis reos morti eripiendos tradit, fed eos qui injuria a privatis violantur. *Vid. Pf. 82. v. 4.* Ipfe enim commate præc. 6. bella probat, & commate 21. hortatur, ut metuant regem, nec fe jungant rebellibus.

ννν)

15. Qui sexto affertur locus Ephes. VI, 12. *Induite universam illam armaturam Dei, ut possitis stare adversus artes diaboli:* [31] *quia non est vobis lucta adversus sanguinem & carnem* (supple, *tantum,* [32] more Hebræo,) *sed adversus imperia*, & quæ sequuntur: [33] agit de pugna quæ Christianorum est qua sunt Christiani, [34] non quam communem habere cum aliis hominibus certis eventibus possunt. VI.

16. Jacobi locus, qui septimo affertur, IV, 1. [35] *Unde bella & pugnæ inter vos? nonne ex voluptatibus vestris quæ militant in membris vestris? Concupiscitis & non habetis: invidetis & affectatis: nec potestis nancisci: pugnatis & bella geritis, nec obtinetis, eo quod non petitis: Petitis & non accipitis, eo quod male petitis, ut in voluptates vestras absumatis:* nihil continet universale: tantum dicit bella & pugnas [36] quibus tum Hebræi dispersi inter se misere collidebantur, (cujus historiæ partem aliquam apud Josephum videre est,) [37] ortum habuisse ex causis non probis, [38] quod nunc etiam contingere scimus & dolemus. Sensum ab hoc Jacobi loco non alienum habet, [39] Tibulli illud: VII. *Ant. l. XVIII. cap 11. & seq.*

[40] *Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuere,*
[41] *Fagïnus astabat cum scyphus ante dapes,*

Et

„*v. 11.* Non quadrat hæc comparatio; potestas „Apostolorum, protectioque divina, non defe„runt sub Imperatoribus, sed augmentum potius „cepere.

31) (QUIA NON EST VOBIS LUCTA ADVERSUS SANGUINEM ET CARNEM, SED ADVERSUS IMPERIA:) Author respondet, Apostolum agere de pugna Christianorum, qua talium, non qua communis est aliis: Dic, comparare Apostolum pugnas contra tentationes, & contra hostes carnales; has non improbat, nedum prohibet, sed harum arma non sufficere in illis ait. Adeoque mens Apostoli hæc est; quod verbo divino se munire debeant contra artes diaboli, utpote cum non pugnandum sit contra hostes carnales, ubi arma sufficerent; sed contra imperia, i. e. contra tentationes diaboli, quæ non nisi ex verbo divino repelli possunt.

„32) (MORE HEBRÆO:) Vox *tantum* hic male „adjicitur, nam in totum hic excluditur lucta ad„versus carnem, i. e. adversus hostes carnales; „quia armaturam Dei proprie non contra carnales „hostes induimus, sed ad evitandas tentationes spi„rituales.

„33) (AGIT DE PUGNA QUÆ CHRISTIANORUM „EST QUA SUNT CHRISTIANI:) Verba hæc sunt „quæ nihil significant: diximus jam agere Apo„stolum de pugna adversus tentationes diaboli.

„34) (NON QUAM COMMUNEM HABERE CUM „ALIIS HOMINIBUS. &c.) Quæ scil. in necessaria de„fensione jurium a Creatore concessorum consistit, „ad quam non sufficit sola armatura Dei, qua con„tra tentationes diaboli cavere nobis possumus, „sed ea requirit arma carnalia.

35) (UNDE BELLA ET PUGNÆ INTER VOS? NONNE EX VOLUPTATIBUS VESTRIS:) Author respondet agi ibi de injustis belli causis: Dic, improbare Apostolum bella, & merito; sed tantum a parte ejus qui causam dat, qui voluptatis suæ causa alium lædit &c. Hæc ratio in eo, qui jus suum defendit, cessat.

„36) (QUIBUS TUM HEBRÆI DISPERSI INTER SE „MISERE COLLIDEBANTUR:) graves enim motus in„ciderant Judæorum apud Mesopotamiam ac Ba„byloniam habitantium, quales cædes & calami„tates nunquam memorari in superioribus tempo„ribus ait Josephus. *L. 18. Antiqu. c. 12.*

„37) (ORTUM HABUISSE EX CAUSIS NON PRO„BIS.) At illi qui bello se defendunt non possunt „dici pugnare ex causa non proba; adeoque di„cendum potius est loqui Apostolum saltem de iis, „qui causam dedere bello, & quidem civili.

„38) QUOD NUNC ETIAM:) Scil. inter Christia„nos.

„39) (TIBULLI ILLUD:) *Lib. I. Eleg. 9.*

„40) (DIVITIS HOC VITIUM EST AURI, NEC BELLA FUERE:) Cupiditatem divitiarum omnium „malorum & dissensionum, adeoque & bellorum „esse causam ait *Aristophanes apud Plutarchum &* „*Sophocl. Antigon. v. 300 Seneca pater controv. 2.* „*9. Lactant. 5. c. 5.* Seneca *Lib. 3. de ira cap. 32.* „de pecunia sermonem faciens, ait: *hac tam percusso*„*ribus gladios quam legionibus tradit.* Sunt tamen „etiam aliæ causæ; Ita enim libidinem dominan„di plerumque bellorum causam esse exemplis pro„bant *Livius l. 57. Augustin. civ. Dei. 3. 14 Helmold. 1.* „*Sclav. 1. Arrian. de exp. Alex. l. 7. Sallust. Catil.* „*33. Senec. ep. 14. 22. 31. 87. 94. Vid. Tesm. h.*

„41) (FAGINUS ASTABAT:) quum ligneo po„culo contenti essent. *Ovid. 8. 670. Gron. h.*

nicam accipiat, dimitte illi etiam pallium: non omnis provocatio ad judicem aut arbitrum prohibetur, [bb] Paulo interprete, qui lites non omnes prohibet, 1. Cor. VI. 4. [cc] sed vetat Christianos in prophanis auditoriis inter se litigare, idque ad Judæorum exemplum, apud quos recepta erat sententia: [dd] *Qui adducit negotia Israelitica ad extraneos, polluit nomen Dei:* sed vult Christus [ee] ad exercendam patientiam nostram, [ff] de rebus quæ facile sunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunica, si opus sit, pallium, non contendi judicio, [gg] sed quamvis optimo jure nitamur omitti juris persecutionem.

Philostr. II. 15. [hh] Apollonius Tyanæus negabat Philosophi esse περὶ χρυσίȣ διαλέγεσθαι [ii] de pecuniola litigare. *Non improbat Prætor* [kk] (inquit Ulpianus) *factum ejus qui tanti habuit re carere, ne propter eam sæpius litigaret. Hæc enim cogitatio ejus, qui lites exsecratur, non est vituperanda.* Quod hic probari a probis ait Ulpianus, [ll] hoc Christus imperat, [mm] ex rebus honestissimis & probatissimis deligens præ-

L. item si §. 1. D. de alien. Jud. mut. causa fa-cta.

verecunda cogitatio ejus qui lites execratur, (qui scil. omittit possessionem, & tanti habet re carere, ne propter eam sæpius litigaret) *non est vituperanda.*

Sed hic quoque repetendum est, Servatorem non loqui de qualibet remissione juris sui, quæ aliquando in vitium degenerat. Servator ponit regulam virtutum, sed uti dictum est, terminos non præscribit, adeoque intra terminos saltem perfectionis mansuetudinem commendat; non ergo si imperfectio vel scandalum publicum inde oriturum esset, si v. g. ipsi vel nostri re illa indigeremus, vel si alii inde exemplum sumturi essent. Quando vero addit Servator, præterea pallium quoque dandum esse, figurata & comparata hæc est locutio, scil. pallium potius dandum quam actione instituta tunicam vindicare.

„bb) (PAULO INTERPRETE QUI LITES NON „OMNES PROHIBET:) Sed & alibi ait gentilem „quoque magistratum a Deo constitutum esse. *Rom. c. 13.* Paulus coram magistratu gentili causam suam „egit, *Act. XXIV.* quin ipse ad Cæsaris tribunal „provocavit. *Act. c. XXV. v. 20. & 21. c. XXVI.* „*v. fin.* Sed & Christianos primæ ecclesiæ contra „vim illatam magistratus auxilium implorasse patet „ex Augustini *ep. 164. Nostri adversus illicitas &* „*privatas vestrorum violentias a potestatibus ordi-* „*natis tuitionem petunt, non qua vos persequantur,* „*sed qua se defendant.*

„cc) (SED VETAT CHRISTIANOS IN PROPHANIS „AUDITORIIS INTER SE LITIGARE:) Imo nec id „vetat; Christus enim non vetat, sed tanquam vir„tutum & perfectionum Doctor saltem commen„dat & monet, ne inter Christianos id fiat. Cæ„terum ipsos Christianos quoque in profanis audi„toriis coram gentili magistratu litigasse observa„vit *Osiander h.*

„dd) (QUI ADDUCIT NEGOTIA ISRAELITICA „AD EXTRANEOS POLLUIT NOMEN DEI:) Servator „non respicit ad exemplum Judæorum; sed lauda„bilius esse, ait, plane non litigare, sive in christia„norum sive in extraneorum auditoriis.

„ee) (AD EXERCENDAM PATIENTIAM NO„STRAM:) Adducit ergo homines ad perfectio„nem, non per modum legis, nedum novæ, sed „per modum commendationis; uti præcedentes „Doctores & Prophetæ fecerunt, salva cæterum „lege.

„ff) (DE REBUS, QUÆ FACILE SUNT RECUPE„RABILES:) Imo ratio Servatoris generalis est, & „ad res quoque pretiosiores pertinet; perfectius „enim est non litigare de qualicunque re.

„gg) (SED QUAMVIS OPTIMO JURE NITA„MUR OMITTI JURIS PERSECUTIONEM;) Modo pa„tientia illa non degeneret in vitium, atque hinc „videmus Paulum, jussu Ananias colapho percussum, „objurgasse jubentem, eique maledixisse: *Actor.* „*XXIII. pr. seq.* quia causam Dei defendebat in „concilio, quam deferere sine vitio non potuit.

„hh) (APOLLONIUS THYANÆUS:) cujus vitam „scripsit Philostratus, fabulam hanc temporibus „Claudii subornatam fuisse ad diminuendam fidem „miraculorum Christi, ajunt.

„ii) (DE PECUNIOLA LITIGARE:) Epicharmi „dictum est apud *Ælianum 2. Var. 34. Optimi viri* „*qui mutuo contenditis & litigatis de paucis diebus,* „& *Cicero 2. off. 18.* ait: *multa multis de jure suo* „*cedenda, a litibus vero quantum liceat, & nescio* „*an paulo plus etiam quam liceat, abhorrendum.* „vid. *Tesm. h.* Idem quoque in bello observandum „monent omnes, ne ob rem minimam bellum sus„cipiatur. *Vid. L. 2. c. 22. §. 5. 6.* Georgii Pachy„merii dictum est, *injustum atque absurdum esse,* „*tot ac tantos populos ob res minutas dissidere.*

„kk) (INQUIT ULPIANUS;) *L. 4. §. 1. de al. jud.* „*mut.*

„ll) (HOC CHRISTUS IMPERAT:) Imo Christus „non imperat, sed hortatur saltem, commen„dat, &c.

„mm) (EX REBUS HONESTISSIMIS ET PROBA„TISSIMIS DELIGENS PRÆCEPTORUM SUORUM MA„TERIAM:) Verum est, dogmata Servatoris ex re„bus honestissimis desumta esse, quia officium

ejus

præceptorum suorum materiam, [nn] At non hinc recte colligas etiam parenti, etiam tutori nefas fore id sine quo liberi, sine quo pupilli sustentari nequeant, si cogatur apud judicem defendere. [oo] Aliud enim est tunica & pallium, aliud totum illud unde vivitur. In Clementis constitutionibus de homine Christiano dicitur, si litem habeat, σπουδαζέτω διαλύεσθαι κἂν δέῃ βλαφθῆναί τι, [pp] *det operam, ut transigat: etiamsi quid damni accipiendum sit.* Quod ergo de moralibus dici solet hic quoque locum habet, [qq] non consistere hæc in puncto, sed habere suam quandam latitudinem. L. 1. c. XLV.

5. Sic in eo quod deinceps sequitur, [rr] *qui angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo:* [ss] non dixit dominus de centum milliaribus, quod iter hominem a suis negotiis longius abduceret, sed de uno, & si ita usu veniat, de duobus; quæ deambulatio quasi pro nihilo ducitur. Sensus ergo est, [tt] in his quæ nobis non multum sunt incommodatura non urgendum nobis esse jus nostrum, sed cedendum plus etiam quam alter postulet, [uu] ut & patientia & benignitas nostra omnibus innotescat.

6. Sequitur porro: [ww] *Petenti abs te dato, & volentem a te mutuo sume-*

„ejus in docendo & prædicando regulas perfectionis consistit. Cæterum Author passim repetit, „quod hic ait, præcepta Servatoris ex eis quæ honesta sunt non præcepta, desumta esse. *Vid. Diss. „Proœm. II. §. 44. n. 2.*

„nn) (AT NON HINC RECTE COLLIGAS ETIAM „PARENTI, ETIAM TUTORI NEFAS FORE &c.) „Adeo igitur actio & juris amissi vindicatio non est „illicita, ut potius tutor teneatur vindicare, & vitium esset, si omitteret.

„oo) (ALIUD ENIM EST TUNICA ET PALLIUM; „ALIUD TOTUM ILLUD UNDE VIVITUR;) Cum „enim priores res facile sunt recuperabiles, posterius autem difficilius, atque ideo ejus perfecutionem concedi debere ait: Nos utrobique eandem rationem esse putamus: quo pretiosior enim est „res, eo major est perfectio.

„pp) (DET OPERAM UT TRANSIGAT ETIAM- „SI QUID DAMNI ACCIPIENDUM SIT:) Consilii „hoc est, & laudabiliter agit qui transigit: quod „etiam in bellis commendat Author *L. 2. c. 23. §. 8.*

„qq) (NON CONSISTERE IN PUNCTO, SED HA- „BERE SUAM QUANDAM LATITUDINEM,) De latitudine morali agetur *L. II. c. 1. §. 5.* Conf. *supra „l. 1, c. 2, §. 1. n. 3.*

rr) (QUI ANGARIABIT TE AD MILLIARE UNUM, ABI CUM EO DUO:) Hæc tertia virtus est, charitas scil. seu officiositas: ex ratione juris enim quilibet jus in suas saltem actiones habet, non in actiones alterius: adeoque injuria agit qui me invitum angariat, i. e. cogit ad milliare unum, indeque actione intentata repelli potest. At virtutum Doctor, Christus, generosius esse ait potius ultra id quod alter exigit, facere, indeque duo potius milliaria cum eo abire quam injuriam vindicare: Modo hæc charitas non deflectat in vitium, sed maneat intra fines perfectionis, quos jam notavimus.

„ss) (NON DIXIT DOMINUS DE CENTUM MIL- „LIARIBUS:) Tunc enim negotia propria negligeremus, vel nebulonis malitiæ indulgeremus, quo „casu charitas in vitium degenerat.

„tt) IN HIS QUÆ NOBIS NON MULTUM SUNT „INCOMMODATURA:) Imo majoris generositatis „est ea quoque agere, quæ nobis incommoda pro- „curant.

uu) (Grotius). (UT ET PATIENTIA ET BENIGNITAS NOSTRA INNOTESCAT:) Justinus Apologetico II. περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι καὶ ἀοργήτους ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι. *Quæ dixit huc pertinent, ut adversus omnes simus patientes, officiosi, minime iracundi.*

ADDITIO.

„At hæc patientia & benignitas magis innotescit in his, quæ nobis multum sunt incommodatura.

ww) (Grot.) (PETENTI ABS TE DATO ET VOLENTEM A TE MUTUO SUMERE NE REJICE:) Justinus Apologetico eodem: εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη· παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, &c. *De communicando vero facultatibus nostris cum egentibus, & ne quid ad gloriam aucupandam faciamus, hæc dixit: omni petenti date, &c.* Alibi: παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες, *communicantes nostra omni egenti:* Cyprianus testimoniorum lib. III, 1. *Nemini negandam eleemosynam.* item illic: *omni poscenti te dato, & ab eo qui volueris mutuari, ne aversatus fueris.*

sumere ne rejice [xx] Si in infinitum hoc producas, nihil durius. [yy] Qui domesticorum curam non agit, infideli est deterior, inquit Paulus 1 Tim. V, 8. Sequamur ergo eundem Paulum optimum legis herilis interpretem, qui Corinthios excitans ad beneficentiam in Hierosolymitanos exercendam [zz] *non* inquit, *ut aliis sit laxamentum, vobis res angustæ, sed ut æquabiliter* [αα] *vestra copia succurrat illorum inopiæ.* 2 Cor. VIII, 13. id est [ββ] (Livii verba [γγ] in re non dissimili usurpabo) ut ex eo quod adfluit opibus vestris sustineatis necessitates aliorum: qui sensus est [δδ] & in Cyro Xenophontis ἃ ἀνίδω περισσὰ ὄντα τῶν ἐμοὶ χρημάτων τούτοις τὰς ἐνδείας τῶν φίλων ἐξαρκοῦμαι. [εε] Similem æquitatem adhibeamus interpretando præcepto, quod jam a nobis recitatum est.

7. [ζζ] Lex Hebræa sicut divortii libertatem indulgebat, ut sævitiæ maritorum in uxores occurreret: [θθ] ita etiam privatæ ultioni [ηη] ad quam gens illa valde prona erat, coërcendæ, jus læso fecerat ab eo qui læserat, [ιι] non manu sua [κκ] sed apud judicem, [λλ] exigere talionem: quod

ADDITIO.

Hæc est quarta virus quam Servator commendat, scil. liberalitas: Ex regulis juris constat, mihi soli jus in res meas competere, non alii; adeoque nemo eleemosynas a me exigere potest; neque mutuum invitus dare cogor. *L. 11. ff. R. I.* Servator autem ex perfectionis regulis docet, generosum esse de suo aliis benefacere; indeque maxime commendat liberalitatem, & præmia promittit ejusmodi actibus virtuosis destinata: adeoque non ex necessitate legis, sed ex virtutum regula hæc facimus. Ubi tamen itidem notandum, ita liberalitatem exercendam esse, ne in vitium degeneret, uti si in indignum beneficia conferuntur.

„*xx*) (SI IN INFINITUM HOC PRODUCAS, NIHIL „DURIUS:) Imo in infinitum hoc produci potest, „modo intra fines perfectionis maneat; nec in vi„tium degeneret:

„*yy*) (QUI DOMESTICORUM CURAM NON AGIT „INFIDELI EST DETERIOR:) Non quia multum „dat, sed quia tunc desinit esse virtus ubi familia „damnum inde sentit.

„*zz*) (NON INQUIT, UT ALIIS SIT LAXAMEN„TUM, VOBIS RES ANGUSTÆ:) nam tunc esset viti„um & imperfectio.

„*αα*)(Grot.) VESTRA COPIA SUCCURRAT ILLORUM INOPIÆ:) Seneca de beneficiis secundo, Dabo egenti, sed ut ipse non egeam. Chrysostomus in locum ad Corinthios hic productum: *ὁ Θεὸς τὰ κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, καὶ καθ' ὃ ἔχει τις, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει. Deus pro facultate poscit, quatenus habet quis, non quatenus non haber.* Quod ut recte intelligatur, accedant sequentia, *ἐπαινεῖ μὲν τὸ ὑπὲρ δύναμιν, οὐκ ἀναγκάζει δὲ τούτους ποιῆσαι τ αὐτό. Laudat quidem quod facultates exsuperat,* (nempe in Thessalonicensibus) *sed hos* (Achæos scilicet) *non cogit idem facere.*

„*ββ*) (LIVII VERBA) *in L. 6. c. 16.*

„*γγ*) (IN RE NON DISSIMILI:) Omnes genti„les liberalitatem non aliter pro virtute habent, „quam si quis ita erogat ne ipse egeat. *Vid. Sen. 1. „benef. 15. Cic. 2. off. 15, & 18. Sadi Rosar. Pers. c. „1. p. 99. vid. Tesm. b.*

„*δδ*) (ET IN CYRO XENOPHONTIS:) Gronovius „hæc verba ita transtulit. *Quod de meis opibus mi„hi superfit, & indigentiam amicorum sustento.*

„*εε*) (SIMILEM ÆQUITATEM ADHIBEAMIS IN„TERPRETANDO PRÆCEPTO:) Scl. ut petenti demus, „sed non in infinitum, & ne ipsi egeamus. In ge„nere dicendum, petenti dandum intra fines per„fectionis.

„*ζζ*) (LEX HEBRÆA SICUTI DIVORTII LIBERTA„TEM INDULGEBAT, UT SÆVITIÆ MARITORUM IN „UXORES OCCURRERET:) Imo hæc non est ratio le„gis. Nam divortia ipso jure naturæ licita sunt, qua„tenus vel fiunt communi consensu, vel ex justa „causa: At quia divortia plerumque vel ex lubrici„tate, vel ex alio vitio contingere solent, merito „improbantur a Servatore, non tanquam juri, sed „tanquam virtuti contraria: de quo plenius infra „*L. 2. c. 5. §. 9. n. 2. seq.*

„*θθ*) (ITA ETIAM PRIVATÆ ULTIONI.) Quam Au„thor jure naturæ licitam, Caini exemplo restrictam, „mox iterum permissam, & lege tandem Noæ da„ta reiteratam, at institutis postea judiciis in ma„gistratum translatam esse ait. *Vid. supra. §. 5. per „tot.*

„*ηη*)(AD QUAM GENS ILLA VALDE PRONA ERAT) *Vide Fleury des moeurs des Israelites.*

„*ιι*) (NON MANU SUA:) Quod tamen naturæ „jure unicuique privato licere Author statuit. *d. §. „5.*

„*κκ*) SED APUD JUDICEM:) In quem privatos „jus suum puniendi transtulisse ait. *Vid. Prol. „§. 41.*

„*λλ*) (EXIGERE TALIONEM) i. e. exigere ut al„ter tantundem mali patiatur. *Vid. L. 2. c. 20.*

„ *μμ*)

quod lex etiam XII. tabularum secuta est; μμ *Si membrum rupit, talio esto.* Christus vero νν majoris patientiæ magister tantum abest, ut illam in jam læso probet vindictæ flagitationem, ξξ injurias quasdam ne arceri quidem vult, aut vi, aut judicio. οο At quales injurias? tolerabiles scilicet, ππ non quod non in atrocioribus quoque laudabile hoc sit, ϱϱ sed quod restrictiore quadam patientia contentus sit, σσ ideo exemplum posuit in alapa, quæ non vitam impetit, non corpus mutilat, sed tantum contemtum quendam nostri significat, ττ qui nos nihilo deteriores facit. υυ Seneca, libro de constantia sapientis, φφ injuriam a contumelia dividit: *Prior illa*, inquit, *natura gravior est; hæc levior & tantum delicatis gravis, qua non læduntur, sed offenduntur. Tanta est animorum dissolutio & vanitas, ut nihil quidam acerbius putent. Sic invenies servum, qui flagellis quam colaphis cædi malit.* Idem alio loco: *Contumelia est minor injuria, quam queri magis,* χχ *quam exsequi possumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putaverunt.* Sic apud Pacuvium quidam: *Patior facile injuriam, si est vacua a contumelia:* ψψ & apud Cæcilium alius:

Facile ærumnam ferre possim, si inde abest injuria;
Etiamque injuriam, nisi contra constat contumelia.

Demosthenes: ὐδὲ γὰρ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέρος δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβει. *Nec enim tam grave hominibus ingenuis verberari, quamquam & hoc grave, quam per contumeliam verberari.* Is quem dixi Seneca ωω paulo inferius ex contumelia dolorem, ααα affectum esse ait quem

„μμ) (SI MEMBRUM RUPIT TALIO ESTO;) „Omnibus fere gentibus, etiam barbaris, hæc talionis lex cognita est. De cujus vero sensu agemus „*L.* 2. *c.* 20.

„νν) (MAJORIS PATIENTIÆ MAGISTER:) Qui „proinde perfectionis regulas docet, non leges statuit.

„ξξ) (INJURIAS QUASDAM NE ARCERI QUIDEM „VULT AUT VI AUT JUDICIO.) Imo non prohibet id „fieri, neque enim leges Servator statuit, sed hortatur, suadet, commendat ne injuriam quis vindicet.

„οο) (AT QUALES INJURIAS? TOLERABILES SCL.) „Imo in genere de omnibus injuriis id asserit Servator, etiam de gravioribus: quia eadem utrobique est ratio, & generosi animi est contemnere „quaslibet injurias, modo non in vitium degeneret „patientia.

ππ) (Grot.) (NON QUOD NON IN ATROCIORIBUS QUOQUE LAUDABILE SIT:) Vide Chrysostomum dicto jam loco.

„ϱϱ) (SED QUOD RESTRICTIORE QUADAM PA„TIENTIA CONTENTUS SIT;) Imo in infinitum „patientia Deo grata est, at intra fines perfe„ctionis.

„σσ) (IDEO. EXEMPLUM POSUIT IN ALAPA:) „At eadem hic ratio quæ in atrocioribus injuriis „obtinet; imo major est perfectionis gradus ignoscere ei qui membrum mutilavit, quam qui alapam dedit. Idque Gentiles quoque agnoverunt, „& magnas injurias remittere inter virtutum dogmata posuerunt. *Vid. Sallust. Cat.* 9. *Sen.* 1. *de* „*Clem. c.* 5. & *c.* 20. *Gell. N. A. c.* 7. §. 3. *Ælianus* „*H. Var.* 15. *aliique apud Tesm. b.*

„ττ) (QUI NOS NIHILO DETERIORES FACIT:) „At jus nobis quæsitum, perinde ac in atrocioribus „criminibus aufert.

„υυ) (SENECA LIBRO DE CONSTANTIA SAPIEN„TIS.) *c.* 4. & *10.*

„φφ) (INJURIAM A CONTUMELIA:) Imo in „sensu juris injuria & contumelia sunt synonima: „*pr. Inst. de injur.* ubi injuria in specie definitur „quæ in alterius contumeliam committitur, a con„temnendo. *dict. pr.*

„χχ) (QUAM EXEQUI POSSUMUS:) i. e. ulcisci „§. 2. *Inst. his qui sui vel al. vid. Gron. b. Add.* „*Suet. in Jul. Cas. c.* 67. *in Vespas. c.* 14. *Sen. de* „*ira L.* 1. *c.* 12.

„ψψ) (ET APUD CÆCILIUM ALIUS.) Nonius „*pag.* 430. *Vid. Gron. b.*

„ωω) (PAULO INFERIUS:) de constantia *cap.* 10.

„ααα) (AFFECTUM ESSE AIT, QUEM HUMILITAS „ANIMI MOVEAT:) Contumelia est omne id quo „aliquis fit contemtior, & hæc in specie injuria dicitur.

quem humilitas animi moveat [bbb] contrahentis se, ob factum dictumve inhonorificum.

8.[ccc] In tali ergo circumstantia [ddd] patientiam Christus præcipit: & ne quis tritum illud objiciat, [eee] *Veterem ferendo injuriam invitas novam:* addit, [fff] potius etiam ferendam esse alteram injuriam, quam propulsandam priorem: [ggg] quia scilicet nihil inde ad nos mali pervenit, [hhh] nisi quod in stulta persuasione positum est. [iii] Maxillam obvertere in Hebraismo est patienter ferre, ut apparet Esa. XXX, 6. Jer. III, 3. [kkk] præbere os contumeliis dixit Tacitus historiarum tertio.

III. 9. Tertium argumentum peti solet ex eo quod apud Matthæum sequitur: *Audistis dictum fuisse,* [lll] *diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum:* [mmm] *Ego vero dico vobis, diligite inimicos vestros, benedicite eis qui vos execrantur, precamini pro eis qui infesti vobis sunt & vos persequuntur.* Sunt enim qui exi-

„dicitur. *L. 2. pr. de obs. par. præst. Vid. jus meum* „*controv. p. 2. tit. 47. qu. 1.*

„*bbb*) (CONTRAHENTIS SE:) i. e. turbantis se.

„*ccc*) (IN TALI ERGO CIRCUMSTANTIA:) Scil. „in injuriis tolerabilibus.

„*ddd*) (PATIENTIAM CHRISTUS PRÆCIPIT:) 1.) Verum non est Christum præcipere patientiam per „modum legis. 2). Verum non est Christum salvtem commendare patientiam in injuriis tolerabili„bus: major enim perfectio est in tolerantia atro„cium injuriarum; modo is qui patitur fines „virtutis non excedat.

„*eee*) (VETEREM FERENDO INJURIAM INVITAS „NOVAM:) i. e. das audaciam lædenti ad iterum „te offendendum. *vid. Gron. h.* Tritum hoc appel„lat Author, quia passim apud Scriptores occur„rit. *Vid. Gell. N. A. l. 17. c. 14. Cic. 1. off. H. Thuan. L.* „*42. pr. Add. Tesm. h. & Author infra L. 2. c. 20.* „*§. 8.*

fff) (Grot.) (POTIUS ETIAM FERENDAM ESSE ALTERAM INJURIAM QUAM PROPULSANDAM PRIOREM:) Chrysostomus VII ad Romanos: ταύτη γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη, τὸ πλεῖον αὐτῷ παρασχεῖν ὧν βύλεται, ϰ̀ τὺς ὅρυς τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας αὐτῦ τῇ δαψιλείᾳ τῆς οἰκίας ὑπερβῆναι μακροθυμίας. *Hæc egregia victoria, plus illi largiri quam velit & fines improbæ in illo libidinis liberalitate propriæ patientiæ transcendere.*

ADDITIO.

„Hoc verum est, & perfectioni conveniens, „modo non indulgeatur nebulonis malitiæ, & is „ad aliis male faciendum invitetur: Hoc enim casu „patientia degeneraret in vitium,

„*ggg*) (QUIA SCIL. NIHIL INDE AD NOS MA„LI PERVENIT:) Imo etsi malum inde ad nos per„veniat: quia tum eo major est perfectio atrocio„rem remittere injuriam, modo intra fines virtu„tis patientia maneat.

hhh) (Grot.) (NISI QUOD IN STULTA PERSUASIONE SITUM SIT:) Chrysostomus de Statuis prima: ὕβρις ὐκ ἀπὸ γνώμης τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διαθέσεως τῶν πασχόντων ἢ συνίσταται, ἢ ἀπόλλυται. *Contumelia non ab inferentis animo, sed ex judicio eorum qui patiuntur, aut fit aut perit.*

ADDITIO.

„Uti si quis accepta alapa eum qui impegit oc„cidat ad honorem recuperandum; perversa „enim ejusmodi judicia nec rem nec rei æstima„tionem immutare ait *Grot. l. 2. c. 1. §. 10. n. 2.* ubi „opinionem hanc examinabimus.

„*iii*) (MAXILLAM OBVERTERE IN HEBRAISMO „EST PATIENTER FERRE:) Ut proinde sensus ef„fati Servatoris sit, non saltem primam, sed & „reiteratam injuriam patienter ferendam esse: sed „intra fines perfectionis.

kkk) (Grotius) (PRÆBERE OS CONTUMELIIS:) Præbere os, eo sensu & apud Terentium est Adelphis.

lll) (DILIGES PROXIMUM TUUM, ET ODIO HABEBIS INIMICUM TUUM:) Equidem hoc ultimum non additur *Lev. XVIII, 18.* Sed Judæi id supplebant ex præcepto divino speciali, quod septem damnatos populos odio haberi jubet. Hoc præceptum Judæi nimium extendebant, & cum saltem fœdus & amicitiam contrahi prohibuerit Deus, ipsi personas intrinseco prosequebantur odio. Merito igitur hoc improbat virtutum doctor, & officia humanitatis non esse deneganda personis damnatorum ait: Neque enim populi illi injuriam fecere israelitis, neque hi suam causam agebant, sed causam Dei, adeoque personas diligere, iisque bene cupere potuerunt. Sed & porro Judæi a contrario ex illa lege *Lev. XVIII.* ita argumentabantur: Si diligere debemus amicos, sequitur odio habendos inimicos: hoc recte improbat Servator, non quod contra leges, adeoque injuria, agerent odio habendo inimicos, sed quia id pugnat cum perfectione, cujus regulas inculcat Servator.

„*mmm*) (EGO VERO DICO VOBIS:) adeoque ex „ratione legis impune odisse inimicum licebat, neque

existimant cum tali dilectione & beneficentia adversum inimicos, & infestos [nnn] pugnare tum judicia capitalia, tum bella. [ooo] Sed facile id refellitur, si ipsum illud legis Hebraicæ dictum consideremus. Præcipiebatur Hebræis ut proximum diligerent, [ppp] Hebræum scilicet: ita enim vocem proximi ibi sumi ostendit Levit. XIX, [qqq] comma 17. collatum cum commate 18. [rrr] At non eo minus imperatum erat magistratibus occidere homicidas, & alios graviter sontes: [sss] non eo minus tribus undecim ob delictum atrox iusto bello persecutæ sunt tri-

„que enim lex de puritate intrinseca animi sollicita
„esse solet: Huic licentiæ juris Servator opponit
„virtutis regolas, quæ odium illud, utpote perfe-
„fectioni contrarium, improbant, idque merito. At
„idem docuere Hebræorum Doctores veteres, dilecti-
„onem enim inimici etiam in veteri foedere præce-
„ptam fuisse Gronovius probat ex *Exod. 23. V. 4.*
„*5. Prov. 25. v. 22.* ejusque rei exemplum in Elisæo af-
„fert. *Vid. 2 Reg. 6. 22.*

„Neque hoc dogma de diligendo inimico inco-
„gnitum gentilium philosophis fuit, qui æque subditis
„perfectionis præcepta inculcabant: Hi quoque doce-
„bant multo latius patere officiorum quam juris
„regulas: Hi quoque legem, quæ odisse lædentes
„permittit, non sequendam esse monebaot, sed lau-
„dabilius & generosius esse dicebant inimicis
„benefacere. *Senec. L. 4. benef. c.* ait: *Si Deos imi-*
„*taris, da ingratis beneficia, nam & sceleratis sol*
„*oritur, & piratis patent maria*, quæ ipsa quoque
„ratio Servatoris est *Matth. V. Vid. Aug. ep. 54.* Py-
„thagoras Cleobulus, Ariston, Chion, Marcus An-
„toninus &c. maximum vindictæ genus esse tradunt,
„inimicos sibi amicos reddere: Verba eorum vide
„in tractatu Anonymi, *Histoire de la philosophie*
„*payenne p. 2. f. 871. seq.* Apuleius *florida p. 779.*
„*ait, Philosophia me docuit, non tantum beneficia a-*
„*mare, sed etiam maleficium, magisque judicio im-*
„*pertire quam commodo*: Confutius suam sententiam
„esse ait, *eo quod rectum justumque est compensa-*
„*to injurias, & odia benefactis. Confuc. scient. Simc.*
„*L. 3. p. 106.* & alibi: *Beneficiis compensare odia;*
„*hoc enim vero est peramph pectoris virtus & pie-*
„*tas.*

nnn) (PUGNARE TUM JUDICIA CAPITALIA TUM
„BELLA:) quia non videmur diligere eos quos mor-
„te afficimus.

ooo) (SED FACILE ID REFELLITUR:) Author ut
„hoc evitet argumentum; *diligere proximum jubet*
„*Servator, ergo nec bella nec judicia capitalia in pro-*
„*ximum exercere licet*: respondet 1.) legem loqui
„de proximo Hebræo, & tamen eandem legem ju-
„dicia capitalia & bella statuisse ac permisisse. *n.* 9.
„2) Etsi Evangelii lege vox *proximi* ad omnes ho-
„mines extensa sit, eo tamen non impediri quo
„minus nunc in omnes homines liceat, quod an-
„tea licuit in Judæos. n. 10. 3) Etsi quoque major
„gradus dilectionis in Evangelio præcipiatur, ta-
„men id intelligendum esse, nisi major ac justior
„dilectio impediat, uti si nocentem punio, ut in-
„nocentem salvum faciam *d. n. 10.* 4) Juberi nos
„diligere inimicum Dei exemplo, at Deum malos
„punire. Neque. 5) id pugnare cum lenitate Dei,
„Servatoris, & Apostolorum, quia hæc justitiam
„non excludit. *n.* 11. At dubium his rationibus
„noo eximitur: Vera responsio est, Servatorem
„velle ut personam proximi, etiam nocentis, di-
„ligamus, non causam nec crimina ejus. Commen-
„dat Christus, ut jus nostram remittamus, nec læsi
„vindictam quæramus, non autem vult impune sce-
„lera committi. Sane magistratus dum crimina
„punit, non suum jus vindicat, non suam injuriam
„ulciscitur, sed causam Dei agit, legum violata-
„rum pœnam poscit vice Dei, cujus autoritate le-
„ges divioas exequitur: Tantum igitur abest, ut
„possit magistratus remittere talem injuriam, ut po-
„tius teneatur causam Dei vindicare, etsi perditis-
„sime diligat nocentem. Equidem ex his satis pa-
„tet, magistratum non peccare contra leges dile-
„ctionis puniendo crimina, i. e. exequendo jura
„divina: at privatus omnino contra regulas di-
„lectionis, contumeliam sibi illatam vindicando,
„agere videtur, adeoque hactenus quidem merito
„improbat Servator hanc impotentiam animi, ut-
„pote perfectioni (uon legi) contrariam, sed ex eo
„non infertur, judicia capitalia vel bella esse illici-
„ta.

ppp) (Grot.) (HEBRÆUM SCL.) Cui par prose-
lytus. Leges autem de non nocendo etiam ad in-
colas illos incircumcisos de quibus actum cap. 1
§. 16. porrigebantur: ita Thalmudici.

ADDITIO.

„Ita explicavit hoc effatum *sup. §. 6. n. 3.* Equi-
„dem proximi nomen satis late alias patet, & pro
„toto humano genere sumi solet. *Vid. prol. §. 14.*
„*& sup. §. 6. n. 3.* Sed hic de proximo Hebræo
„intelligi debet.

„*qqq*) (COMMA 17. COLLATUM CUM COMMATE
„18.) Qui enim priori commate proximus & frater
„appellantur, in posteriori vocantur cives, *nam me-*
„*mineris injuriæ civium tuorum. Vid. Gron. h.*

„*rrr*) (AT NON EO MINOS IMPERATUM ERAT
„MAGISTRATIBUS OCCIDERE HOMICIDAS:) Adeo-
„que præceptum de diligendo Hebræo non pugnat
„cum præcepto de tollendis homicidis &c.

„*sss*) (NON EO MINUS TRIBUS UNDECIM OB
„DELICTUM ATROX JUSTO BELLO PERSECUTÆ
„SUNT: &c.) Equidem verum est noo pugnare dilectio-
„nem proximi cum jure belli gerendi, sed eo scru-
„pulus non eximitur, quod odium Judæis quasi in-

15. Qui sexto affertur locus Ephes. VI, 12. *Induite universam* VI.
illam armaturam Dei, ut possitis stare adversus artes diaboli: [31] *quia non est vobis lucta adversus sanguinem & carnem* (supple, *tantum;* [32] more Hebræo,) *sed adversus imperia*, & quæ sequuntur: [33] agit de pugna quæ Christianorum est qua sunt Christiani, [34] non quam communem habere cum aliis hominibus certis eventibus possunt.

16. Jacobi locus, qui septimo affertur, IV, 1. [35] *Unde bella & pugnæ inter vos? nonne ex voluptatibus vestris quæ militant in membris vestris? Concupiscitis & non babetis: invidetis & affectatis: nec potestis nancisci: pugnatis & bella geritis, nec obtinetis, eo quod non petitis: Petitis & non accipitis, eo quod male petitis, ut in voluptates vestras absumatis:* nihil continet universale: tantum dicit bella & pugnas [36] quibus tum Hebræi dispersi inter se misere collidebantur, (cujus historiæ partem aliquam apud Josephum videre est,) [37] ortum habuisse ex causis non probis, [38] quod nunc etiam contingere scimus & dolemus. Sensum ab hoc Jacobi loco non alienum habet. [39] Tibulli illud: VII. *Ant. l. XVIII. cap 11. & lib. seq.*

[40] *Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuere,*
[41] *Faginus astabat cum scyphus ante dapes,*

Et

„v. 11. Non quadrat hæc comparatio; potestas „Apostolorum, protectioque divina, non defie„runt sub Imperatoribus, sed augmentum potius „cepere.

31) (QUIA NON EST VOBIS LUCTA ADVERSUS SANGVINEM ET CARNEM, SED ADVERSUS IMPERIA:) Author respondet, Apostolum agere de pugna Christianorum, qua talium, non qua communis est aliis: Dic, comparare Apostolum pugnas contra tentationes, & contra hostes carnales; has non improbat, nedum prohibet, sed harum arma non sufficere in illis ait. Adeoque mens Apostoli hæc est; quod verbo divino se munire debeant contra artes diaboli, utpote cum non pugnandum sit contra hostes carnales, ubi arma sufficerent; sed contra imperia, i. e. contra tentationes diaboli, quæ non nisi ex verbo divino repelli possunt.

„32) (MORE HEBRÆO:) Vox *tantum* hic male „adjicitur, nam in totum hic excluditur lucta ad„versus carnem, i. e. adversus hostes carnales; „quia armaturam Dei proprie non contra carnales „hostes induimus, sed ad evitandas tentationes spi„rituales.

„33) (AGIT DE PUGNA QUÆ CHRISTIANORUM „EST QUA SUNT CHRISTIANI:) Verba hæc sunt „quæ nihil significant: diximus jam agere Apo„stolum de pugna adversus tentationes diaboli.

„34) (NON QUAM COMMUNEM HABERE CUM „ALIIS HOMINIBUS &c.) Quæ scil. in necessaria de„fensione jurium a Creatore concessorum consistit, „ad quam non sufficit sola armatura Dei, qua con„tra tentationes diaboli cavere nobis possumus, „sed ea requirit arma carnalia.

35) (UNDE BELLA ET PUGNÆ INTER VOS? NONNE EX VOLUPTATIBUS VESTRIS:) Author respondet agi ibi de injustis belli causis: Dic, improbare Apostolum bella, & merito; sed tantum a parte ejus qui causam dat, qui voluptatis suæ causa alium lædit &c. Hæc ratio in eo, qui jus suum defendit, cessat.

„36) (QUIBUS TUM HEBRÆI DISPERSI INTER SE „MISERE COLLIDEBANTUR:) graves enim motus in„ciderant Judæorum apud Mesopotamiam ac Ba„byloniam habitantium, quales cædes & calami„tates nunquam memorari in superioribus tempo„ribus ait Josephus. *L. 18. Antiqu. c. 12.*

„37) (ORTUM HABUISSE EX CAUSIS NON PRO„BIS.) At illi qui bello se defendunt non possunt „dici pugnare ex causa non proba; adeoque di„cendum potius est loqui Apostolum saltem de iis, „qui causam dedere bello, & quidem civili.

„38) QUOD NUNC ETIAM:) Scil. inter Christia„nos.

„39) (TIBULLI ILLUD:) *Lib. I. Eleg. 9.*

„40) (DIVITIS HOC VITIUM EST AURI, NEC BELLA FUERE:) Cupiditatem divitiarum omnium „malorum & dissensionum, adeoque & bellorum „esse causam ait *Aristophanes apud Plutarchum* & „*Sophocl. Antigon. v. 300 Seneca pater controv.* 2. „*9. Lactant. 5. c. 5.* Seneca *Lib. 3. de ira cap. 32.* „de pecunia sermonem faciens, ait: *hæc tam percusso„ribus gladios quam legionibus tradit.* Sunt tamen „etiam aliæ causæ; Ita enim libidinem dominan„di plerumque bellorum causam esse exemplis pro„bant *Livius I. 57. Augustin. civ. Dei. 3. 14 Helmold. 1.* „*Sclav. 1. Arrian. de exp. Alex. l. 7. Sallust. Catil.* „*33. Senec. ep. 14. 22. 31. 87. 94. Vid. Tesm. h.*

„41) (FAGINUS ASTABAT:) quum ligneo po„culo contenti essent. *Ovid. 8. 670. Gron. h.*

Et apud Strabonem non uno loco notatum videas, [42] innocentissime agere eas gentes, quarum victus est simplicissimus. Non abeunt hinc ista [43] Lucani:

O prodiga rerum
Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Et quaesitorum terra pelagoque ciborum
Ambitiosa fames, & lautae gloria mensae!
Discite quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. Non erigit aegros
Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus,
Non auro myrrhaque bibunt sed gurgite puro
Vita redit: satis est populis fluviusque Ceresque.
Heu miseri, qui bella gerunt.

Cui adjungi potest Plutarchi illud in Stoicorum contradictionibus: οὐδεὶς γὰρ φύεται ἀνθρώποις πόλεμος ἄνευ κακίας. ἀλλὰ τὸν μὲν φιληδονία, τὸν δὲ πλεονεξία τὸν δὲ φιλοδοξία τις ἢ φιλαρχία συῤῥήγνυσι. *Nullum inter homines bellum non ex vitio nascitur,* [44] *aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia,*

42) (Grot.) (INNOCENTISSIME AGERE EAS GENTES QUARUM VICTUS EST SIMPLICISSIMUS:) Dicit idem Philo de vita contemplatrice, citans Homeri illud:

Γλακτοφάγων ἀβίωντε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Lactomedonum inopumque hominum justissima qua gens.

Justinus de Scythis: *Aurum & argentum non proinde ut reliqui mortales appetunt.* Mox: *haec continentia morum quoque illis justitiam indidit nihil alienum concupiscentibus: quippe ibidem divitiarum cupido est ubi & usus.* Et de Scythis in eandem sententiam locus lectu dignus apud Gregoram lib. II. Taxiles Alexandro: τί δεῖ πολέμων καὶ μάχης ἡμῖν, Ἀλέξανδρε, πρὸς ἀλλήλους, εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμενος ἡμῶν ἀφῖξαι, μήτε τροφὴν ἀναγκαίαν, ὑπὲρ ὧν μόνων ἀνάγκη διαμάχεσθαι νοῦν ἔχουσιν ἀνθρώποις. *Quid inter nos, Alexander, bellis & praeliis opus, quando neque ut aquam, neque ut victum necessarium a nobis auferas huc venisti, pro quibus solis pugnare est hominum ratione utentium?* Diogenis dictum huc pertinet: οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι, *non enim ex his qui polentam edunt, aut fures existunt, aut bellorum auctores.* Porphyrius lib. II. de non edendis animalibus: τὸ εὐδάπανον καὶ εὔπορον πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν συντελεῖ καὶ τῶν ἁπάντων, *quicquid paratu facile est & levis sumtus, ad pietatem perpetuam & quidem omnium confert.*

ADDITIO.

„Atque haec aurea aetas vocatur, ubi homines „naturam incorrupte sequebantur, eamque & le„gem habebant & ducem. *Sen. ep. 90. Conf. supra* „*prol. §. 8.* hinc Sallustius in oratione ad Caesarem „huic suadet, ut reducat paupertatis amorem in „Romam, & adimat divitiis honoribus.

„43) (LUCANI:) *Pharsal. L. 4 v. 374.*

44) (Grot.) (ALIUD EX VOLUPTATUM CUPIDITATE, ALIUD EX AVARITIA, ALIUD EX HONORUM AUT IMPERII NIMIO STUDIO CONFLATUR:) Verissimam, sed parum meditatam hominibus sententiam, multis egregiis veterum expressam verbis, quid nocebit & aliorum dictis non minus efficacibus confirmare? Athenaeus Philosophus apud Diogenem Laertium;

Ἄνθρωποι μοχθεῖτε τὰ χείρονα καὶ διὰ κέρδος
Ἄπληστον νεικέων ἄρχετε καὶ πολέμων.
In mala sudatis miseri: sine fine cupido
Vos agit in rixas bellaque praecipites.

Fabianus Papyrius in controversiis Senecae patris: *Ecce instructi exercitus, saepe civium cognatorumque conserturi manus, constiterunt, & colles equis utrinque complentur, & subinde omnis regio trucidatorum corporibus consternitur, illatorum multitudius cadaverum, vel spoliantium. Si quaesieris aliquis, quae causa hominem adversus hominem in facinus coegit? nam neque feris inter se bella sunt: nec, si forent, eadem hominem decerant, placidum proximumque divino genus. Quae tanta vos fert ira, cum una stirps idemque sanguis sitis, vel quae furia in mutuum sanguinem egere: quod tantum malum humano generi sorte vel fato infectum? an ut convivia poculis exstruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enim vero & laudanda sunt, propter quae mensam & lacunaria sua potius quam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne quid ventri negetur libidinique, orbis servitium expetendum est? quid tandem sic pestifera ista divitiae experiuntur, si, ne in hoc quidem, ut libris relinquantur?* Philo ad Decalogum: χρημάτων ἔρως ἢ γυναικὸς, ἢ δόξης, ἢ τινος ἄλλης τῶν ἡδονῶν αἴτιος.

ritia, aliud ex honorum aut imperii nimio studio conflatur. 45 Justinus cum Scytharum instituta laudasset; *Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia alieni foret: profecto non tantum bellorum per omnia secula terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum & arma quam naturalis fatorum conditio raperet.* Apud Ciceronem est de Finibus primo: *Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur.* Maximus Tyrius: νῦν μεςὰ πάντα πολέμȣ. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι πλανῶνται πανταχȣ͂, περὶ πᾶσαν γῆν τὰς πλεονεξίας ἐπεγείρȣσαι. *Nunc omnia bellis plena: Ubique enim oberrant cupiditates, & per omnes terras excitant appetitum rerum alienarum.* Jamblichus: καὶ γὰρ πολέμȣς καὶ ςάσεις καὶ μάχας ȣ̓δὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τȣ́τȣ ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν οἱ πόλεμοι γίγνονται. *Bella, pugnas, seditiones corpus præbet & corporis cupiditates. Nam rerum utibilium caussa bella oriuntur.*

17. Quod vero Petro dictum est: 46 *Qui gladio ferit, gladio peribit*, cum non ad bellum communiter spectatum, 47 sed ad bellum privatum proprie pertineat (nam & 48 Christus ipse inhibitæ aut ne- VIII.

ἀπεργαζομένων, ἆρα γε μικρῶν καὶ τῶν τυχόντων ἄιτιος γίνεται κακῶν; ȣ̓ διὰ τȣ͂το συγγένειαι μὲν ἀλλοτριȣ͂νται τὴν Φυσικὴν ἔυνοιαν μεθαρμοζόμεναι πρὸς ἀνήκεςον ἔχθραν. χῶραι δὲ μεγάλαι καὶ πολυάνθρωποι ςάσεσιν ἐμΦυλίοις ερημȣ͂νται. γῆ δὲ καὶ θάλαττα πληρȣ͂ται τῶν κεκαινȣργημένων ἀεὶ συμφορῶν ναυμαχίαις καὶ πεζαῖς ςρατιαῖς; οἱ γὰρ ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πρός τε ἑαυτȣ̀ς καὶ πρὸς ἀλλήλȣς τραγῳδηθέντες πόλεμοι πάντες ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἐῤῥύησαν ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς: *Pecuniarum amor, aut femina, aut gloria, aut alicujus demum rei quæ voluptatem pariat, an parvorum duntaxat & vulgarium malorum causa est? Ob hoc alienantur à cognatis cognati, naturali benevolentia in odium insanabile mutata. Regiones autem magnæ & fœcundæ populorum civilibus vastantur dissidiis. tum vero & terra & mare implentur calamitatibus, novis semper repertis per pedestres navalesque acies. Nam bella illa Græcorum Barbarorumque aut inter se, aut horum in illos, etiam tragœdiis decantata, ab uno fluxere fonte cupiditatis, sive illa divitiarum, sive gloriæ, sive voluptatum fuit.* Plinius hist. nat. lib. II. cap. III. *Placatiore tamen ea* (Terra) *ob hoc utimur, quod omnes hi opulentiæ exitus, ad scelera, cædes & bella tendunt, quamque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus.* Hieronymus adversus Jovinianum II. *Diogenes tyrannos & subversores urbium bellaque vel hostilia vel civilia, non pro simplici victu olerum pomorumque, sed pro carnium & epularum delitiis asseris excitari.* Chrysost. 1.Cor.XIII,3. εἰ γὰρ ἀπαντες ἠγάπων καὶ ἠγαπῶντο ȣ̓δὲν ἂν ἠδίκησεν ȣ̓δεὶς, ἀλλὰ καὶ Φόνοι καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι, καὶ ςάσεις καὶ ἁρπαγαὶ καὶ πλεονεξίαι, ἢ πάντα ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνει τὰ πονηρά: *Nam si mutuo se diligerent homines, nemo alterum afficeret injuria, procul essent cædes & pugnæ, & bella, & seditiones. & rapinæ, & defraudationes, & quicquid est malorum.* Idem ad patrem fidelem de opulentis loquens: ȣ̓ διὰ ἐκείνȣς ςάσεις καὶ πόλεμοι καὶ μάχαι καὶ πόλεων κατασκαΦαὶ καὶ ἀνδραποδισμοὶ καὶ δȣλεῖαι καὶ αἰχμαλωσίαι καὶ Φόνοι καὶ τὰ μυρία ἐν τῷ βίῳ κακά; *Nonne per hos adveniunt seditiones & bella, & pugnæ, & urbium excidia, & plagiæ, & servitutes, & captivitates, & cædes, & innumera vitæ mala?* Claudianus:

Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu,
Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret,
Non ventus quateret puppes, non machina muros.

Agathias historiarum primo: ἐς δὲ πλεονεξίαν καὶ ἀδικίαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ αὐθαίρετα καταλισθαίνȣσαι, πολέμων καὶ ταραχῶν ἅπαντα ἐμΦορȣ͂σιν. *Hominum animi, sponte ad nimias cupiditates injustitiamque delapsi, implent omnia bellis ac tumultibus.* Concludam multa bene dicta uno Polybii: αὐτάρκεια τȣ͂ βίȣ, Φιλοσοφία αὐτοδίδακτος. *Animus necessariis contentus, alio ad sapiendum magistro non eget.*

45) (JUSTINUS:) *Lib. 1. cap. 1. & L. 2. c. 2.*

„46) (QUI GLADIO FERIT, GLADIO PERIBIT:) „Author respondet Servatorem loqui de bello „privato: Dic, loqui eum de gladii abusu, nam „Petrum alloquitur, hominem privatum.

„47) (SED AD BELLUM PRIVATUM PROPRIE „PERTINEAT:) Imo privatum bellum non illici„tum est, si ad necessariam defensionem spectat; „At hic improbat factum Petri, qui privatus resiste„bat magistratui.

„48) (CHRISTUS IPSE INHIBITÆ AUT NEGLE„CTÆ DEFENSIONIS HANC REDDIT CAUSAM:) „Sensus est, quod Petrus non potuerit se de-

neglectæ defensionis hanc reddit causam, [49] quod regnum suum de hoc mundo non esset, Joan. XIIII, 36.) [50] suo loco rectius pertractabitur.

§. IX.

I. [a] Quoties de scripti sensu quæritur, [b] magnam vim habere solet,

„fendere, cum ipse Servator defensionem neglexerit: At dictum jam est, nec Servatorem, nec „Petrum, utpote privatos, resistere magistratui potuisse, etsi injuria agenti.

„49) (QUOD REGNUM SUUM DE HOC MUNDO „NON ESSET:) Apparet igitur Servatorem neque „jus magistratus habuisse, nec illud prætendisse: „sed illum saltem homines ad salutem vocasse, & „regnum suum cœleste prædicasse.

„50) (SUO LOCO:) *L. 1. c, 3. §. 1.*

„Hactenus explicavimus objectiones, quas „Author contra bellorum licentiam formavit. Sed „porro objici solet 1.) lex divina, quæ impurum „declarat eum qui hominem similque hostem „occiderit. *Num. XXXI. v. 19.* Resp. E contrario „ex his apparet Deum voluisse hostes occidi, *ibid.* „*v. 17.* Sed uti omnem prædam, ita & sanguinem „captorum & jussu ejus occisorum voluit expiari, „& lustrari: hæc lex igitur plane singularis videtur „fuisse in illo casu ubi neglecto mandato divino Mi„dianitarum quosdam superstites reliquerunt: gra„viter enim id Moses exprobrat Israelitis, & ideo „expiationem fieri jussit. *d. l. v. 14. & 17.*

2.) Objici solet, Deum noluisse a Davide ex„strui templum, propterea quod sanguine hu„mano maculaverat manus suas. *1. Chron. XXIII. v. 8.* Resp. cum templum hoc typus fuerit futuri „Servatoris, adeoque pacis universalis per Servato„rem conciliandæ, (*vid. supra §. 8. n. 15.*) noluit sibi „erigi templum a rege qui per omnem vitam bella „gessit. Tantum autem abest Deum improbare hoc „instato voluisse bella Davidis, ut potius constet, „pleraque bella ab eo jussu divino gesta esse.

3.) Opponunt, Deum accusantibus adulteram „dixisse: *qui immunis est a peccato primus in eam* „*jaciat lapidem:* unde concludunt, neminem in „alterum judicia capitalia exercere posse, quia o„mnes in pari reatu sunt *vid. Joh. VIII. v. 5. seq.* „Resp. Non prohibet judicia exerceri in adulteros; „nam ipse ex fœmina quærebat *numquis eam con*„*demnasset:* sed tanquam virtutum doctor, occa„sione hac data, Scribis vitia & impuritatem ani„mi exprobrat, quod fœminam ream facerent, „cum ipsi crimina illa committerent. Unde „Servator concludebat, illos accusando adulteram, „hoc ipso se quoque reos pronunciare.

a) (QUOTIES DE SCRIPTI SENSU QUÆRITUR:) Author resolvit dubia, quæ ex patribus contra bellorum licentiam peti solent. Ad ea enim respondet 1) non esse sententias totius ecclesiæ, sed privatas, nec sibi constantes. 2.) Evitatam fuisse militiam sub prima ecclesia, ne cultus divinus impediatur, vel ne Christianus contra Christianos militare teneatur. 3.) Patres ea quæ perfectissima sunt spectasse, &c. At vera responsio 4) hæc est: Functionum alias aliis esse perfectiores, licet omnes sint justæ. Illa enim functio quæ animos format dignior omnino illa est, quæ corpus: illa quæ æterna respicit, perfectior est ac ea quæ caduca respicit: Functio, quæ patriam tuetur, præclarior est illa, quæ res privatas curat. Patres igitur ecclesiæ, secuti doctrinam sui magistri, commendabant statum perfectiorem. Indeque non condemnabant militiam, nec eam injustam asserebant, sed statum hunc Christianis minus convenientem ajebant, indeque dissuadebant, inprimis eo tempore, ubi alii erant, qui rempublicam tueri poterant. Pari ratione abstinendum a judiciis suadebant, quia judices in ipsus sæpe Christianus sævire jubebantur, *vid. inf. §. 10. n.* 4 Denique tunc temporis omnem curam in propagatione Evangelii positam Patres voluerunt, adeoque non rejiciunt reliquas functiones, quæ ipsæ in suo gradu necessariæ, justæ, ac perfectæ sunt: inprimis hodie, ubi propagatione opus non est, & ubi ipsi Christiani imperium tenent, cujus præcipue jura sunt bellum & judicium, adeoque ubi summa virtus est tueri & animas & corpora omnium.

ADDITIO.

„Ego præcipuam causam, cur patres Christianis „prohibuerint militiam & judicia, fuisse puto „quod utroque casu Sacramenti vinculo se obstrin„gere debuerint Imperatoribus. At Sacramenta „illa per deastros, vel per genium Principis „fiebant, quod cum idololatriam involveret, me„rito Christianis interdictum fuit, non tanquam „res minus perfecta, sed tanquam res juri naturæ con„traria. *vid. inf. L. 2, c. 13. §. 11. Conf. omnino Osiander* „*in obs. ad h. l.* ubi exemplum Basilidis jurare no„lentis refert ex *Eusebio Lib. 6.* item Polycarpi, qui „ideo juramentum per genium Principis detrecta„vit, *quia illi voci inerat falsi numinis sensus.* „*Grot. ad Matth.* Atque hanc rationem Tertul„lianus disertis verbis allegat in libro de Idolola„tria, cujus verba refert Author *infra n. 3.*

„Hoc autem intelligendum est 1.) de iis Christianis, „qui militiam vel magistratum appetebant, non de „iis qui jam actu militabant, vel magistratum ge„rebant, in illis enim ratio Sacramenti præstandi „cessabat. Unde videmus plures tum milites tum „magistratus mansisse, qui Christianismum am„plexi sunt, *vid. supra §. 7. n. 5. 9. &* 10. atque „ita optime distinguit Tertullianus *apud Authorem h.* „*n.* 1. Sed & 2.) videmus plures quoque Christia„nos militiam secutos esse mutata juramenti for„mula, uti constat ex *Vegetio de re mil. L. 2. c. 5.* „*vid. d. c. 18. §. 11.* Certissimo indicio militiam per „se non esse malam, sed improbari saltem ob for„mulam Sacramenti; Idem quoque de magistratu „dicendum.

„*b*) (MAGNAM VIM HABERE SOLET, TUM USUS

adjuvandis ita impleri, ʷʷnisi major ac justior dilectio impediat. Notum est dictum vetus: ξξξ *Tam omnibus parcere crudelitas est, quam nulli.*

II. ᵛᵛᵛAdde quod inimicos diligere jubemur Dei exemplo, qui malis solem suum oriri facit. At idem Deus de quibusdam malis φφφ & in hac vita pœnas sumit, & olim sumet gravissimas. Quo argumento simul solvuntur ea χχχ quæ de lenitate Christianis præcepta ad hanc rem adferri solent. Nam Deus lenis, misericors, longanimis appellatur Jonæ IV, 2. Exod. XXXIV, 6. At ψψψ ejusdem in contumaces iram, hoc est, puniendi voluntatem, passim describunt sacræ literæ, Num. XIV, 28. Rom. II, 8. ωωω Et hujus iræ minister constitutus est magistratus, Rom. XIII, 4. [1] Moses ab eximia lenitate prædicatur: at idem pœnas de fontibus exegit, etiam capitales. Christi lenitatem & patientiam imitari passim jubemur: at [2] Christus

„ww) (NISI MAJOR AC JUSTIOR DILECTIO „IMPEDIAT.) Imo puniri debent crimina a magi„stratu, etsi magis diligat nocentem, quam inno„centem: Veram rationem jam allegavi, scil. quia „de jure Dei agitur, cujus magistratus saltem exe„cutor est, qui proinde injuriam Deo illatam vin„dicare tenetur.

ξξξ. (Grot.) (TAM OMNIBUS PARCERE CRUDELITAS EST, QUAM NULLI:) Verba sunt Senecæ I de Clementia cap. II. Chrysostomus I. ad Cor. III„ 12. & sequentibus, de pœnis humanis agens: ἐδὲ ἄνθρωποι ὠμότητι ταῦτα πράττυσιν ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ: *non ex sævitia, sed ex bonitate talia faciunt homines.* Augustinus: *sicut est aliquando misericordia puniens, ita & crudelitas parcens:* Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, in lege tertia, Codice Theodosiano, de defensoribus civitatum: *Removeantur patrocinia quæ favorem reis, & auxilium facinorosis impertiendo maturari scelera fecerant.* Totilas apud Procopium Gothicorum II: τό τε ἐξαμαρτάνειν καὶ τὸ διακωλύειν τὴν εἰς τὲς ἡμαρτηκότας τιμωρίαν, οἶμαι, ἐν ἴσῳ ἐςί. *Peccare & prohibere pœnas peccantium in pari pono.* vide quæ dicuntur lib. II. cap. XXI. §. 11.

„vvv) (QUOD INIMICOS DILIGERE JUBEMUR „DEI EXEMPLO:) Nam unica & sola virtutum ra„tio consistit in imitatione perfectionum Creato„ris. *Vid. Diss. proœm. II. §. 30. seq.*

„φφφ) (ET IN HAC VITA POENAS SUMIT ET „OLIM SUMET GRAVISSIMAS:) adeoque dilectio „non pugnat cum pœnis.

„χχχ) (QUÆ DE LENITATE CHRISTIANIS „PRÆCEPTA AD HANC REM AFFERRI SOLENT:) „Vera responsio est, præcepta hæc esse virtutis, „quæ non impediunt quo minus quis lenitatem illam „negligere, & jus suum vindicare possit: neque „tunc injuriam alteri facit, sed præmium perdit „virtuti destinatum: quod de privatis extra du„bium est. Intuitu magistratus autem lenitas præ„scripta adeo non impedit pœnas, ut nec remit„tere illas magistratus possit; quia non ejus jus nec „ejus causa est, sed Dei, unde minister iræ divi„næ vocatur. *Rom. XIII. 4.* Nisi sint tales pœnæ „quæ ex arbitrio magistratus dependent; in his „enim lenitas maxime commendanda est magi„stratui, non quasi jure pœnam statutam infligere „non possit; (reus enim qui sciens legem, utut „duriorem, transgreditur, queri de injuria non „potest,) sed quia perfectionis est indulgere homi„num imbecillitati.

ψψψ) (Grotius) (EJUSDEM IN CONTUMACES IRAM:) Vide hac de re Cyrillum lib. V. contra Julianum.

„ωωω) (ET HUJUS IRÆ MINISTER;) Magi„stratus non suam injuriam vindicat, sed injuriam „Deo illatam; adeoque is instrumentum est per „quod Deus jura sua exequitur.

„1) (MOSES AB EXIMIA LENITATE PRÆDICA„TUR;) Nam eum nulla credulitate, sed magna „dilectione fecisse quod fecit, (feriendo scil. gladio „idololatras) quis non in verbis ejus agnoscat, oran„tis pro peccatis eorum, & dicentis, si dimittis il„lis peccatum dimitte, si autem non, dele me de „libro tuo. Quæ sunt verba Augustini *in causa* „*23. q. 4. c. 44.*

2) (Grot.) (CHRISTUS EST QUI JUDÆOS INOBEDIENTES SUPPLICIIS AFFECIT GRAVISSIMIS:) Adde loca Matth. XXI, 44. Luc. XIX, 12. 14. 26. Chrysostomus ad Rom. XIV. narratis malis Hierosolymorum: ὅτι δὲ ὁ χριςὸς αὐτὲς ταῦτα εἰργάσατο, ἄκυσον αὐτῦ τῦτο πρὸς λέγοντος καὶ δια παραβολῶν, καὶ σαφῶς, διαῤῥήδην: *Christum esse qui hæc fecerit, audi ipsum prædicentem, tum per parabolas, tum aperte, & exerte.* Similia habet oratione secunda adversus Judæos.

ADDITIO.

„Imo Christus nunquam suppliciis affecit Judæos: „officium Servatoris fuit virtutes docere, non ju„ra statuere, nedum judicem agere. Equidem in „parabolis de quibus agunt loca Authoris occi„duntur, & pereunt nocentes, sed parabolæ illæ de „futura vita intelligendæ sunt, ubi pœnas & præ„mia

ftus eft qui & Judæos inobedientes fuppliciis affecit graviffimis, Matth. XXII, 7. 3 & impios in die judicii pro meritis eft damnaturus. Magiftri lenitatem imitati funt Apoftoli, qui tamen 4 poteftate fibi divinitus data ufi funt ad pœnam facinoroforum., 1. Cor. IV, 21. 1. Cor. V, 5. 1. Tim. I, 20.

IV. 12. Quartus locus qui objicitur eft Rom. XII, 17. 5 *Nemini malum pro malo reddite: 6 procurate honefta in omnium confpectu: fi fieri poteft, 7 quantum in vobis eft, cum omnibus hominibus in pace viventes, 8 non vosmet ipfos ulcifcentes, dilecti, 9 fed date locum iræ: fcriptum eft enim: 10 Meum eft ulcifci, ego rependam, dicit Dominus. 11 Itaque fi efurit inimicus tuus, ciba eum; fi fitit, da ei potum, 12 hoc enim fi fece-*

„nia pro meritis diftributurus eft, quæ vero ad ju„dicia capitalia plane non pertinent.

„3) (ET IMPIOS IN DIE JUDICII PRO MERITIS „EST DAMNATURUS:) Has folas pœnas a Serva„tore dictari, non temporales, diximus.

4) (Grot.) (POTESTATE SIBI DIVINITUS DATA USI SUNT AD POENAM FACINOROSORUM:) Chryfoftomus 1. Cor. IV, 21. ἀνελῶ πηρώσω; ἔστι γὰρ πνεῦμα πραότητος καὶ πνεῦμα αὐστηρότητος: *Interficiam, mutilabo? eft enim ut lenitatis ita & feveritatis fpiritus.* Vide & Auguftinum de fermonibus Domini in monte lib. 1, & alios quos citat Gratianus XXIII. quæft. VIII.

ADDITIO.

„Cum ipfe Servator facinorofis pœnam non „pofuerit, nedum de Apoftolis id dici poterit: qui „enim homines privati jus pœnas inferendi fibi „arrogare potuiffent? Adeoque quando quærit ex „Corinthiis, an in virga an in caritate ad eos ve„nire debeat, per virgam non intelligit gladium & „fupplicia, fed increpationes, *1. Cor. IV. v. fin.* ita „tradere aliquem Satanæ in interitum carnis, „nihil aliud eft, quam denunciare magiftratui ut crimen puniatur. *1. Cor. V. v. 5.* vel excludere a „communione. *1. Timoth. I. v. 10.*

5) (NEMINI MALUM PRO MALO REDDITE:) Ad hoc dubium refpondet Author 1.) Deum in veteri teftamento, eadem dixiffe, & tamen id non impediviffe quo minus judicia capitalia exercerentur. 2.) Paulum ipfum vindictam & ultionem boni publici caufa approbaffe. Sed ita regerit, non folvit. Dic: hanc ultionem non hominis effe fed Dei: privata ergo ultio omnino improbatur, utpote perfectioni & virtuti contraria, fed non ea, quæ jure Dei a magiftratu exercetur: hæc enim absque imperfectionis nota omitti non poteft.

„6) (PROCURATE HONESTA IN OMNIUM CON„SPECTU:) Hæ proinde regulæ virtutis funt; quas „commendat, ut apud omnes homines bene audia„mus. *Gron. b.*

„) QUANTUM IN VOBIS EST, CUM OMNIBUS „IN PACE VIVENTES:) Anabaptiftæ hæc ultima „maxime verba urgent, non attendentes ad præce„dentia, *quantum in vobis eft:* Improbantur ergo „merito jurgia & lites in eo qui caufam dat, fi „hic in pace vivere nolit, injuriam non facit ille „qui fe defendit, & per quem non ftat; fed ille qui „invadit, nec in pace vivere vult.

8) (Grot.) (NON VOSMET IPSOS ULCISCENTES;) Vulgata interpretatio in hoc loco habet *defendentes.* Sed ea vox fæpe a Chriftianis in ulcifcendi fenfu pofita invenitur. Tertullianus de patientia: *Jam fi levius defendaris, infanies: fi uberius, onera beris. Quid mihi cum ultione, cujus modum regere non poffum per impatientiam doloris?* Adverfus Marcionem II. *non enim injuria mutuo exercenda licentiam fapit, fed in totum cohibendæ violentiæ profpicit, ut quia duriffimo & infideli in Deum populo longum vel etiam incredibile videretur a Deo exfpectare defenfam, edicendam poftea per Prophetam, mihi defenfam, & ego defendam, dicit Dominus: interim commiffio injuriæ metu vicis repaftinaretur & licentia retributionis prohibitio effet provocationis; ut fic improbitas a-ftusa ceffaret, dum fecunda permiffa, prima terretur; & prima deterrita, nec fecunda committitur, quæ & alias facilior timor talionis per eundem faporem paffionis. Nihil amarius quam id ipfum pati, quod feceris aliis,* De monogamia: *Alia diluvium iniquitatis provocaverunt, femel defenfa qualescumque fuerunt, non tamen feptuagies fepties, quod duo matrimonia meruerunt.* Locum Pauli de quo hic fermo non male explicat Auguftinus epiftola CLIV. *Hinc autem dictum eft non refiftamus malo, ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pafcit.* Vide quæ infra lib. II cap. XX. §. V. & §. X.

„9) (SED DATE LOCUM IRÆ:) fcil. divinæ, at „magiftratus minifter eft iræ divinæ, juxta Pau„lum *Rom. XIII, 8.*

„10) (MEUM EST ULCISCI:) At non femper ul„cifcitur immediate, fed per miniftros iræ fuæ, „i. e. per magiftratus.

„11) (ITAQUE SI ESURIT INIMICUS TUUS. &c.) „Doctrina de benefaciendo inimicis eft regula per„fectionis non juris, adeoque puniri non poteft „qui non cibat inimicum efurientem; fed & porro „cibare poteft inimicum & tamen jus fuum vindi„care, ac reparationem injuriæ petere, tunc enim „non perfonam odit, fed caufam.

„12) (HOC ENIM SI FECERIS, CARBONES IGNIS

ceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus. Ne vincitor a malo, sed vince bono malum. Sed hic quoque eadem [13] quæ ad locum superiorem patet responsio, nam quo tempore dictum fuerat a Deo, meum est ulcisci, ego rependam; [14] eo ipso tempore & judicia capitalia exercebantur, & de bellis scriptæ erant leges. Quin & beneficia inimicis [15] (popularibus scilicet) exhiberi jubentur, Exod. XXIII, 4. 5. Hæc tamen, ut diximus, neque pœnis capitalibus, neque bellis justis in ipsos etiam Israelitas obstabant. Quare ne nunc quidem verba eadem, aut præcepta similia, [16] quamvis latius patentia, in talem sensum rapienda sunt: eoque minus, [17] quia capitum sectiones non ab Apostolis sunt, aut eorum ætate, sed multo serius factæ, ad dividendam lectionem & faciliorem locorum allegationem. [18] Quare quod nunc XIII. caput inchoat, *omnis anima potestatibus supereminentibus subjecta esto*, & quæ sequuntur, cum illis de ultione non expetenda præceptis cohæsit.

13. In hac autem dissertatione dicit Paulus, potestates publicas Dei ministras esse, & vindices ad iram (id est ad pœnam) in maleficos: [19] eo ipso apertissime distinguens inter ultionem publici boni causa, quæ Dei vice exigitur, & ad ultionem Deo reservatam referenda est; & illam explendi doloris, quam paulo ante interdixerat. Nam si ultionem etiam, illam quæ boni publici causa exigitur, in illo interdicto comprehensam velis, [20] quid erat absurdius, quam cum dixisset absti-

„IGNIS COACERVABIS IN CAPUT EJUS:) Apostolus igitur non ait inimicum necessario cibandum; „sed quod, si id feceris amore virtutis, Deus ipse „vindictam suscepturus sit, unde tibi meritum, al- „teri demeritum oriturum est.

„13) (QUÆ AD LOCUM SUPERIOREM:) *Vid.* „*supra n. 9.*

„14) (EO IPSO TEMPORE ET JUDICIA CAPITA- „LIA EXERCEBANTUR:) Adeoque inde concludit, „verba a Servatore allegata, non excludere judicia „capitalia, nec bella justa; quia jam in veteri te- „stamento illa regula obtinuit, neque tamen judi- „cia aut bella prohibita fuerunt.

„15) (POPULARIBUS SCIL.) Imo & extraneis: „etsi enim regula de diligendo proximo proprie „de Hebræis, (*vid. sup. n. 9.* & *Exod. XIII*, 4. 5.) „adeoque de beneficiis popularibus exhibendis „loquatur, eadem tamen perfectionis ratio est in „extraneis. Sane lex ipsa de exscindendis populis „damnatis non excludit amorem personarum, odio „enim saltem prosequi jussi sunt crimina eorum: „ita enim magistratus ultimis suppliciis sæpius affi- „cit personas, quas maxime amat. *Vid. d. n. 4.*

„16) (QUAMVIS LATIUS PATENTIA:) Cum „enim omnes homines in communem gratiam sint „recepti, regula Servatoris non ad populares sal- „tem, sed ad omnes homines pertinet. *Vid. n.* 10.

„17) (QUIA CAPITUM SECTIONES NON AB A- „POSTOLIS SUNT:) alias enim habuit vetus eccle- „sia. *Vid. Casaub. initio not. ad N. T. apud Gron.* „*h. Leusd. phil. hebr. D.* 3. *&* *græc. D.* 3. Tesma- „rus ait, Alios veteris testamenti versus ad Es- „dram referre, capitum vero distinctiones seculo duo- „decimo ab incerto Authore inventas esse: No- „vi testamenti distinctio in versiculos facta supe- „riori seculo Roberto Stephano debetur, quis vero „capitum modernorum autor sit, ignoratur. *Tesm. in* „*not. b.*

„18) (QUARE QUOD NUNC XIII CAPUT IN- „CHOAT &c. CUM ILLIS DE ULTIONE NON EX- „PETENDA COHÆSIT:) i. e. olim conjunctum & „continuatum fuit. *Gron. h.*

„19) (EO IPSO APERTISSIME DISTINGUENS INTER „ULTIONEM PUBLICI BONI CAUSA. &c.) Author re- „spondet, Paulum interdicere ultionem privatam, „non publicam, utpote quæ non sit a homine sed a „Deo, cujus vicem gerunt homines: Quod verum est. „Sed bene notandum, Apostolum nec privatam vin- „dictam interdicere tanquam legibus contrariam, sed „tanquam repugnantem perfectionis regulis: adeo- „que in leges non peccat, qui vindictam exercet, „i. e. jus suum vindicat, sed virtuosus non est, nec „patientiæ præmium meretur.

„20) (QUID ENIM ABSURDIUS:) In quem usum „enim vindices delictorum a Deo juxta Apostoli „effatum constituti essent, si capitalia supplicia „exercere non potuissent.

 „21)

folet tum ufus fequens, tum prudentum auctoritas: quod etiam in divinis fcriptis fequendum eft. [c] Neque enim probabile eft Ecclefias quæ ab Apoftolis conftitutæ funt, aut fubito, aut omnes defeciffe ab iis quæ Apoftoli breviter perfcripta ore liberalius explicaverant, aut etiam in ufum introduxerant. Solent autem ab iis qui bella impugnant adferri [d] dicta quædam veterum Chriftianorum: ad quæ tria dicenda habeo.

2. Primum eft, ex iis dictis nihil amplius colligi quam [e] priva- 1.
tam quorundam fententiam non publicam ecclefiarum: adde, quod ferme quorum ea dicta funt, amant ab aliis feorfim ire [f] & docere quiddam magnificentius, quales funt [g] Origenes & [h] Tertullianus, qui nec fibi fatis conftant. Nam idem Origenes apes ait a Deo documentum datas πρὸς τὸ δικαίως καὶ τεταγμένως πολέμους, εἴποτε δέοι, γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις: [i] *Ut bella jufta atque ordinata inter homines gerantur, fi quando id jubeat neceffitas;* & idem ille Tertullianus, qui alibi fupplicia capitalia minus probare videtur, dixit, [k] *bonum effe cum puniuntur nocentes nemo negat:* Et de militia hæfitat. Nam libro de Idololatria, *quæritur*, inquit, *an fideles ad militiam converti posfint, & an*

„USUS SEQUENS TUM PRUDENTUM AUTORITAS:) „Plenius hoc Author explicavit in *proleg.* §. 49. „*&* §. 51.

„*c*) (NEQUE ENIM PROBABILE EST:) Magna „eft authoritas eorum qui fuis quique temporibus „pietatis & doctrinæ fama inter Chriftianos floruerunt, neque gravis cujusdam erroris notati „funt: Nam & hi quæ dicunt magna affeveratione, & quafi comperta, momentum non exiguum habere debent ad interpretanda quæ obfcura videntur in facris litteris, eoque majus, quo „& plurium apparet confenfus, & propius acceditur ad primæ puritatis tempora, cum nec dominatus adhuc nec coitio ulla primitivam veritatem „adulterare potuit: quæ funt verba Grotii in *prol.* §. *1.*

„*d*) (DICTA QUÆDAM VETERUM CHRISTIANORUM:) Juftinus de Chriftianis ait, *non pugnamus in hoftes*, *vid. Grot. in not. ad* §. *8. 12. 1.* „unde ex concilii Meldenfis fententia arma fumere „& intercedere inter milites nefas erat clerico, & „illi qui in bello cadebant, fepultura privabantur, „vid. *Cauf. 23. q. 5. & 8. per tot.* Ambrofius ait, „*Non pila quærunt ferrea, non arma Chrifti milites*, „*vid. Tefm. h. lit. g.* Athenagoras inquit, Chriftianos adverfus fua rapientes judicio non contendere *apud Grot. h. n. 4.* ubi & alia exempla.

„*e*) (PRIVATAM QUORUNDAM SENTENTIAM „NON PUBLICAM ECCLESIARUM:) Imo hæc publica ecclefiarum fententia erat, pro illo rerum ftatu & a bello & a judiciis abftinendum effe.

f) (ET DOCERE QUIDDAM MAGNIFICENTIUS:) Imo omnes primæ ecclefiæ doctores perfectionem eodem gradu inculcabant, atque in eo eorum confiftebat officium.

„*g*) (ORIGENES;) Multa hic fingularia docuit „eumque Chiliafmi authorem effe conftat: Præterea „ex malo intellectu verborum Chrifti, *funt quidam eunuchi qui fe ipfos caftraverunt propter regnum cælorum*, virilia fibi violenter fuftulit. *Eufeb. 6. c. 2. & 8. Niceph. 8. 5.* Varia fata fcriptoris hujus vide apud *Socratem hift. eccl. 6. c. 7. 9.* „11. 12. *Voet difp. theol. P. I. pag.* 452. *Vincentium* „*Lirinenf. in commonito c. 23. & 24. vid. Zigl. & Tefm. h.*

„*h*) (TERTULLIANUS:) Hic cum Chriftianæ „doctrinæ profeffionem in nimia morum feveritate atque aufteritate unice collocaret, eo tandem „inclinavit, ut ex afperioris vitæ cultu judicium „de dogmatibus ipfis ferret, & ex eo fidei fince„ritatem metiretur. *Baron. ad ann. c. 1. n.* 10. Hinc „Ziglerus ex Hieronymo refert, contigiffe ut adverfus ecclefiam texerent volumina, de pudicitia, „de perfecutione, de injuriis, de Monogamia &c. „unde Montaniftarum hærefeos fufpectus fuit. „*Zigl. d. l.*

„*i*) (UT BELLA JUSTA ET ORDINATA INTER „HOMINES GERANTUR, SI QUANDO ID JUBEAT „NECESSITAS:) Apparet igitur eum non improbare bella, fed vel abufum faltem, vel faltem in „Chriftianis, fub Imperatoribus gentilibus militantibus: idque merito, ob allegatam ante rationem.

k) (Grot.) (BONUM ESSE CUM PUNIUNTUR NOCENTES NEMO NEGAT:) Idem Tertullianus de anima: *Quis non præferat fæculi juftitiam, quam & Apoftolus non fruftra gladio accinctam conteftatur, quæ pro homine fæviendo religiofa eft?* Et ad Proconfulem Scapulam: *non te terremus, qui nec timemus. Sed velim ut omnes falvos facere poffimus, monendo μὴ θεομαχεῖν. Potes & officio jurisdi-*

& an militia ad fidem admitti: Et videtur eo loco propendere in eam ſententiam, [l] quæ militiæ adverſatur. At libro de Corona Militis, cum quædam adverſus militiam diſputaſſet, mox diſtinguit qui ante baptiſmum militabant ab iis, [m] qui poſt baptiſmum nomen dant militiæ. *Plane*, inquit, *ſi quos militia præventos fides poſterior invenit, alia conditio eſt, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fideliſſimorum, quem Chriſtus probat, & quem Petrus catechizat:* [n] *dum tamen ſuſcepta fide atque ſignata, aut deſerendum ſtatim ſit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum*, (id eſt cavendum) *ne quid adverſus Deum committatur*. Senſit ergo illos poſt baptiſmum in militia permanſiſſe; [o] quod ſane minime facturi fuerant, ſi intellexiſſent militiam a Chriſto interdictam; [p] non magis quam aruſpices, magi, & alii vetitarum artium profeſſores in ſua arte poſt baptiſmum manere permiſſi ſunt. Eodem libro militem quendam & quidem Chriſtianum laudans; *O militem*, inquit, *in Deo glorioſum*.

II. 3. Secunda obſervatio eſt, quod militiam Chriſtiani ſæpe aut evitarunt ob temporum circumſtantias, [q] quæ vix ferebant militiam exerceri ſine actibus quibuſdam cum chriſtiana lege pugnantibus. In litteris Dolabellæ ad Epheſios, [r] quæ apud Joſephum exſtant, videmus Judæos ab expeditionibus militaribus [s] immunitatem poſtulaſſe, quod externis permixti non ſatis [t] ritus legis ſuæ obſervare poſſent, [u] & quia ſabbatis ferre arma & magna itinera facere cogerentur. Atque

ctionis tuæ fungi, & humanitatis meminiſſe, vel quia & vos ſub gladio eſtis.

„l) (QUÆ MILITIÆ ADVERSATUR:) Nec „ſine ratione: quia ſcil. ſacramento gentilibus „ſe obſtringebant, quod idololatriæ ſpecies erat. „At quia ratio illius ſacramenti præſtandi ceſſa„bat in iis qui militabant ante baptiſmum, merito „hos ab illa prohibitione excipit.

„m) (QUI POST BAPTISMUM NOMEN DANT „MILITIÆ:) Illi enim non amplius jurant per ge„nium Principis, ſed potius illud, quod per genium „Principis præſtitere, ejurant.

n) (Grot.) (DUM TAMEN SUSCEPTA FIDE ATQUE SIGNATA.) Diſtinctionem quam hic de militia affert, alibi ad nuptias applicat, tum libro de Monogamia, tum exhortatione caſtitatis.

„o) (QUOD SANE MINIME FACTURI FUERANT) „*vid. ſupra §. 7, n. 5. 9. & 10.*

p) (Grot.) (NON MAGIS QUAM ARUSPICES MAGI ET ALII VETITARUM ARTIUM PROFESSORES:) Tertullianus de idololatria: *ad eccleſiam non admittuntur qui artes exercent quas Dei diſciplina non recipit.* Auguſtinus de fide & operibus: *Meretrices & hiſtriones, & quilibet alii publicæ turpitudinis profeſſores, niſi ſolutis aut diruptis talibus vinculis, ad Chriſti ſacramenta non permittuntur accedere.* De hiſtrione exemplum vide apud Cyprianum epiſtola LXV. de laniſtis, lenonibus, victimarum redemtoribus apud Tertullianum. de Auriga Circenſi apud Auguſtinum.

ADDITIO.

„Auguſtinus, qui in allegato opere *c. 20.* ſtatuit „*publicas meretrices ad baptiſmum, niſi illa turpitu„dine liberatas, nullam admittere eccleſiam:* ratio„nem hanc præmiſit: *iſte curationis ordo eſt, ut „baptizandi credant, & a mortuis operibus agant „pœnitentiam, omniumque ſe omnino præteritorum „remiſſionem accepturos eſſe non dubitent nec ut pec„care liceat, ſed ut peccaſſe non noceat, ut ſit facti „remiſſio, non permiſſio faciendi. Vid. Zigl. h.*

„q) (QUÆ VIX FEREBANT MILITIAM EXERCE„RI:) Cauſas has in ſequentibus allegat: 1.) Si ri„tus ſuos obſervare non poſſent: unde Judæi apud „Ioſephum miſſionem petierunt. 2.) Si contra „Chriſtianos pugnare iuberentur. 3.) Si ſacramen„tum ab ipſis exigeretur per deaſtros.

„r) (QUÆ APUD JOSEPHUM EXSTANT:) *An„tiq. l. 14. c. 17. p. m. 251.*

„s) (IMMUNITATEM POSTULASSE:) Atque etiam „decreto publico obtinuiſſe. *ib. c. 18.*

„t) (RITUS LEGIS SUÆ OBSERVARI POSSENT:) „Inprimis quod victum patris more quærere non „poſſent. *d. c.* 17.

„u) (ET QUIA SABBATIS FERRE ARMA ET „MAGNA ITINERE COGERENTUR:) Judæi verba „legis captare ſolebant, ratione ejus neglecta: huc „pertinet opinio Judæorum, quod nefas putarent „diebus ſacris arma arripere. At Maccabæorum „tempore alia opinio invaluit, *vid. Cunæus de rep. „hebr. L. 2. c. 22.*

w) DO-

Atque easdem ob causas a L. Lentulo missionem Judæos impetrasse [w] docet idem Josephus: [x] alibique narrat, cum Judæi Roma urbe jussi essent excedere, quosdam militiæ adscriptos, alios punitos quod militare nollent patriarum legum reverentia, ob eas scilicet quas diximus causas: quibus accedebat interdum tertia, [y] quod adversus populares suos pugnandum haberent: κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὅπλα λαβεῖν ἀθέμιτον; *nefas in populares suos arma sumere;* [z] tunc scilicet cum populares ob patriæ legis observationem periclitabantur. Quoties vero hæc incommoda cavere poterant Judæi, militabant etiam sub externis regibus, sed ἐμμένοντες τοῖς πατρίοις ἔθεσι καί κατὰ ταῦτα ζῶντες [aa] *perstantes in patriis institutis & ex eorum præscripto viventes:* quod pacisci prius solebaut, eodem Josepho auctore. [bb] His periculis simillima sunt quæ Tertullianus militiæ suorum temporum objicit, ut libro de idololatria: *Non convenit sacramento divino & humano, signo Christi & signo diaboli:* quia scilicet per Deos Gentium, Jovem, Martem, atque alios jurare milites jubebantur. Libro autem de Corona Militis: *Excubabit pro templis quibus renuntiavit, & cœnabit illic ubi Apostolo non placet: & quos interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit?* mox: *Quanta alia in delictis circumspici possunt castrensium munium, transgressioni interpretanda?*

4. Tertium quod notamus hoc est, Christianos primorum tempo- III.
rum tanto ardore succensos fuisse ad præclarissima quæque capessenda, [cc] ut sæpe consilia divina pro præceptis amplecterentur. Christiani, inquit

„w) (DOCET IDEM JOSEPHUS:) *d. l. 14. ant.* „*c. 17.* Sententia ibi hæc refertur: *Judæos cives* „*Romanos templa judaica habentes, & facientes,* „*Ephesi, pro tribunali, religionis ergo esse immunes* „*a militia pronunciavi 12. Cal. Oct.*

„x) (ALIBI NARRAT, CUM JUDÆI ROMA EX„CEDERE JUSSI ESSENT &c.) de qua ejectione *vide* „*Tacit: 2. ann. 85. & Suet. in Tiber. 36.* occasionem „refert *Joseph. antiq. L. 11. c. 5.* quia scil. Judæi e „patria ob crimina ejecti, Fulviæ mulieri nobili „persuaserunt ut legem judaicam amplecteretur, & „purpuram ac aurum ecclesiæ donaret; querelas „ideo movebat Fulviæ maritus, Claudio amicissi„mus, qui jussit universos Judæos ex urbe pelli.

„y) (QUOD ADVERSUS POPULARES SUOS PU„GNANDUM HABERENT:) Ambrosiii dictum est. „*Julianus Apostata habebat Christianos milites, qui*„*bus cum dicebat, producite aciem pro defensione* „*reipublica, obediebant illi; cum autem diceret,* „*producite arma in Christianos, tunc agnoscebant* „*Imperatorem coeli; Tesm. h.*

„z) (TUNC SCIL. CUM POPULARES OB PATRIÆ LE„GIS OBSERVATIONEM PERICLITABANTUR:) Pugnare „contra populares, i e. socios ejusdem religionis ma„xime improbatur: at recte hoc Author restringit ad „casum ubi injuria arma in eos inferebantur. Se„cus igitur si populares illi hostes sunt, & inju„riam inferunt, vel si rebelles sunt. &c.

aa) (Grot.) (PERSTANTES IN PATRIIS INSTI„TUTIS:) Verba Josephi XI. historiæ antiquæ.

ADDITIO.

„Josephus contra Appionem leges Mosaicas „commendaturus ait: *Lex autem apud nos servatur* „*usque ad mortem. Nullus uero Judæorum, ne*„*que si procul abeat extra provinciam, regem quam*„*vis acerbum sic metuit, ut ultra ullum legis vi*„*deatur timere præceptum. L. 2. p. 781.*

„bb) (HIS PERICULIS SIMILIA SUNT:) Ne scil. „in idololatriæ crimen incidant; per idola enim „jurantes rem illam sibi sacram asserebant, sane cul„tus species est, per alicujus nomen jurare. *Vid. l. 2.* „*c. 13. §. 11.* Formulam militaris juramenti exhibet „*Gellius Noct. Att. 16. c. 4.* per deastros autem id „præstitum fuisse patet ex *Donato ad Sueton. in* „*Galba c. 15.* Hinc Christiani nec per genium „principis jurare licitum esse existimabant. Vid. „infra *L. 2. c. 13. §. 11.* Postea tamen milites per sa„lutem Principis jurasse legimus apud *Veget. L. 2.* „*c. 5. de re mil.*

„cc) (UT SÆPE CONSILIA DIVINA PRO PRÆ„CEPTIS AMPLECTERENTUR:) Sæpius jam mo„nuit Author hæc duo confundi. Vid. *prol. §. 50. L. 1.* „*c. 1. §. 9. l. 2. c. 2. §. 6. n. 5.* At sæpius quoque notavi„mus, præcepta Servatoris nihil aliud esse quam „præcepta moralia, quæ absque metu pœnæ tem-

 poralis

inquit Athenagoras, οὐ δικάζωνται τοῖς ἁρπάζουσι, *adversus sua rapientes judicio non contendunt.* Salvianus justum a Christo ait, ut ea ipsa, de quibus lis est relinquamus, dummodo litibus exuamur. Atqui id ita generaliter sumtum, [dd] consilii forte est & vitæ sublimioris, at non in præcepto positum. Simile est [ee] quod plurimi veterum omne juramentum improbant, nulla exceptione addita, cum tamen [ff] Paulus in re gravi juraverit. Christianus apud Tatianum στρατηγίαν παρῄτημαι, [gg] *præturam recuso*; apud [hh] Tertullianum, *Christianus* [ii] *nec ædilitatem adfectat.* Sic Lactantius justum (qualem vult esse Christianum) negat belligeraturum: [kk] sed ita ut simul navigaturum neget. [ll] A secundis nuptiis quam multi veterum Christianos dehortantur? Quæ

Lib. V. c. 18.

„poralis negligi possint; Hoc sensu omnia Servatoris dogmata sunt consilia, quia scil. non inferunt necessitatem juris, nec pœnæ temporariæ in transgressores statuuntur.

„dd) (Grot.) (CONSILII FORTE EST ET VITÆ SUBLIMIORIS AT NON PRÆCEPTUM:) Concilium Carthaginense IV: *Episcopus nec provocatus de rebus transitoriis litiget.* Adde Ambrosium lib. II. Offic. cap. XXI. & Gregorium Magnum libro II. Ind. XI, Epist. LVIII.

ADDITIO.

„Si *præceptum* sumitur pro lege quæ homines inter se obligat, negamus dogmata Christi esse *præcepta*: si sumitur pro præcepto morali, pro regula perfectionum, consilia æque ad præcepta pertinent: cum vero varii sint perfectionum gradus, ea quæ consilii sunt & vitæ sublimioris, sua non sunt caritura mercede: *proleg. §. 50.*

„ee) (QUOD PLURIMI VETERUM OMNE JURAMENTUM IMPROBANT:) Quos prolixe refutabimus ad *L. 2. c. 13. §. 2.* ubi simul demonstrabimus, perfectius omnino esse non jurare si causa levis sit: de qua sola Servator loquitur.

„ff) (PAULUS:) *d. c. 13. §. 21. n. 1.*

„gg) (PRÆTURAM RECUSO:) Quia sacramento se obstringere debuisset, & quidem per deastros.

„hh) (TERTULLIANUM:) in *apol. adv. gentes cap. 46.* at alia conditio est, si quos militia præventos fides posterius invenit. *Idem de coron. milit.*

„ii) (NEC ÆDILITATEM AFFECTAT:) Rationem specialem affert *Gronovius in not. h.* quia ludos dare solebant, ludi autem instituebantur in honorem Deorum. Etenim ædilium officium præcipue in eo consistebat, ut ludos sacros instituerent & procurarent, idque sumtibus propriis, ad evitandam avaritiæ notam. Sed & præterea ædes sacras curabant, & de earum ornamentis solliciti erant. *Brisson. antiq. Rom. L. 7. c. 14.* Egregie ædilium officium explicat *Cicero in 7. ad Verrem. Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem quid a populo Romano acceperim, mihi ludos sanctissimos maxima cum cura & cærimonia Cereri, Libero Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo plebique Romano ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque esse faciundos: Mihi sacrarum ædium procurationem &c. esse commissam.* Vid. *Briss. ant. rom. l. 7. c. 24. & 25.*

„kk) (SED ITA UT SIMUL NAVIGATURUM NEGET:) Scil. lucri aut bellandi causa (secus si navigatio sit necessaria) nam id quoque etsi injustum non sit, perfectioni excellentiori repugnat, verba ejus *in lib. de just. c. 17.* hæc sunt: *Cur naviget, justus aut quid petat ex aliena terra, cui sufficit sua? cur autem belligeret, ac se alienis furoribus misceat, in cujus animo pax perpetua cum hominibus versatur? scilicet peregrinis mercibus aut humano sanguine delectabitur, qui non lucrum sciat appetere, cui sufficit victus, & non modo ipse cædem facere, sed interesse facientibus, ac spectare ducat nefas. Gron. & Tesm. h.*

„ll) (A SECUNDIS NUPTIIS QUAM MULTI VETERUM DEHORTANTUR:) Tertullianus digamos peccatores vocavit, Athenagoras adulteros, Clemens Alexandrinus fornicatores: sed & legibus pœnas in secundas nuptias statutas fuisse legimus *Nov. 22. c. 20. & 24. Nov. 2. pr. & in f. Nov. 6. L. 3. L. 5. C. de sec. nupt. Dist. 15. 22. Dist. 16. 3. Conf. Socrat. hist. eccl. 5. c. 21. Augustin. ep.* 125. Osiander *in obs. h. l.* probat non esse laudabile consilium ab illis dehortari, tum 1.) quia Paulus *Rom. VII.* diserte docet cessare omne vinculum interveniente morte. Tum 2.) quia si ustio urgeat, periculosum est abstinere a secundis nuptiis, & contaminare corpus, peccare, & remedium in scriptura præscriptum non amplecti, quo cavetur peccatum; Tum 3.) quia lege potius exigitur secundarum nuptiarum amplexus: qui enim dixit, satius est nubere quam uri, *1. Cor. VII.* ille præcipit in casu ustionis conjugium: Addo 4) leges Imperatorum Christianorum non simpliciter improbasse secundas nuptias, sed prospexisse saltem, & merito, liberis prioris matrimonii, quia degenerare plerumque affectus paternus & maternus solet contractis secundis nuptiis. Unde omnes pœnæ secundarum nuptiarum cessant, ubi liberi ex priori matrimonio non super-

Quæ omnia ſicut laudabilia, eximia, Deo apprime grata ſunt, [mm] ita nullius legis neceſsitate a nobis exiguntur. Atque hæc ſolvendis quæ objiciuntur ſufficient.

§. X.

1. Nunc ut noſtra firmemus, primum [a] non deſunt nobis ſcriptores & quidem antiquiores, qui & capitalia ſupplicia, [b] & quæ inde pendent bella, [c] ſentiant a Chriſtianis licite poſſe uſurpari. Nam Clemens Alexandrinus Chriſtianum ait, ſi ad imperium vocetur, ut Moſes, futurum [d] vivam ſubditis legem, [e] & præmio affecturum bonos, pœnis malos. [f] Et alibi habitum Chriſtiani deſcribens, decere eum ait intectis eſſe pedibus, [g] niſi forte militet. [h] In conſtitutionibus quæ Clementis Romani nomen præferunt, libro VII. c. III. legimus: ȣ̓χ' ὡς παντὸς φόνȣ φαύλȣ τυγχάνοντος, ἀλλὰ μόνȣ τȣ͂ ἀθῴȣ. τȣ͂ δὲ ἐνδίκȣ ἄρχȣσι μόνοις ἀφωρισμένȣ: *non quaſi omnis cædes illicita ſit, ſed ea quæ eſt innocentis: ita tamen, ut quæ juſta eſt, magiſtratibus ſolis ſit reſervata.*

2. Sed autoritatibus privatis ſepoſitis, ad publicam eccleſiæ veniamus, [i] quæ maximi debet eſſe ponderis. Dico igitur, [k] nunquam a baptiſmo rejectos aut ab eccleſia excommunicatos eos qui militabant; quod tamen factum oportuit, & factum fuiſſet, ſi militia cum novi fœderis conditionibus, pugnaſſet. In dictis modo conſtitutionibus lib. VIII. c. XXXII, agit ſcriptor ille de iis qui antiquitus ad baptiſmum admitti, aut ab eo rejici ſolerent, ςρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν. ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομέ-

„ſuperſunt. *Nov.* 22. *c.* 26. *Vide omnino jus meum* „*controv. part*, 2. *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 10.

„*mm*) (ITA NULLIUS LEGIS NECESSITATE A „NOBIS EXIGUNTUR:) Unde ſequitur patrum effata improbare militiam non legis neceſſitate, „ſed quia perfectius eſt a bello abſtinere, injurias „pati. &c.

a) (NON DESUNT NOBIS SCRIPTORES.) Author ex ipſis patribus probat capitalia ſupplicia & bella a Chriſtianis licite poſſe uſurpari: quin ipſius eccleſiæ teſtimonio, utpote quæ nunquam milites a baptiſmo rejecit, imo Martyrii honore eos donavit.

„*b*) (ET QUÆ INDE PENDENT BELLA:) Pro„bato enim pœnas capitales recte exerceri, ſimul „probatur bellum aliquod licite geri, quia pœnæ „hic poſcuntur a pluribus, qui rei fieri non poſ„ſunt niſi acie vincantur. *Vid. Grot. ſupra* §. 7. *n.* 13

„*c*) (SENTIANT A CHRISTIANIS LICITE POS„SE USURPARI:) Adde Auguſtin. *in Lib.* 1. *cont. fauſt.* „*L.* 22. *c.* 74. & *in ep.* 5. 54. & 201. Chryſoſtomum „*in Serm. ad patr. fidel. apud Grot. ſupra* §. 7. Ju„ſtinum *apol. II. apud Grot, in not. ad d.* §. 7. Cy„prianum *in c.* 23. *qu.* 5. *c.* 45. Hieronymum & „Haymonem apud *Teſm. ad d.* §. 7. *lit. d.*

„*d*) VIVAM SUBDITIS LEGEM:) Omnis lex ita vo„catur, *L.* 8. *ff. Juſt.* & *jur.* & Cicero ait, ma„giſtratus legem eſſe loquentem, legem autem mu„tum magiſtratum 3. *de leg.* 1. *add. Xenoph. Inſt.* „*Cyr. I. p.* 219. *apud Teſm. h.*

„*e*) (ET PRÆMIO AFFECTURUM BONOS, POE„NIS MALOS:) in eo enim totum officium magi„ſtratus conſiſtit.

„*f*) (ET ALIBI &c. EUM AIT INTECTIS ESSE „PEDIBUS:) Ad imitationem Apoſtolorum, qui „calceati non eſſe debebant. *Matth.* X, 10.

„*g*) (NISI FORTE MILITET:) Nam militantes „caligati. *Gron. h.*

h) (Grot.) (IN CONSTITUTIONIBUS QUÆ CLEMENTIS ROMANI NOMEN PRÆFERUNT:) videtur ſcriptus is liber finiente ſæculo ſecundo.

ADDITIO.

„De earum enim fide ipſi pontificii dubitant, „uti ex Bellarmino, Halloin, *de Ignat. ep.* 28. & „*ſeq.* & Petavio probat *Zigl. h.* ubi addit Uſſe„rium Archiepiſcopum Armacanum, plurimorum „errorum eas convincere.

„*i*) (QUÆ MAXIMI DEBET ESSE PONDERIS:) „Eſt enim hoc veræ Chriſtianæ eccleſiæ officium, „ea quæ ſibi a Deo tradita ſunt tradere, & eo „quo tradita ſunt modo. *vid. prol.* §. 51.

„*k*) NUNQUAM A BAPTISMU REIECTOS:) Quo „argumento uſus eſt Author *ſupra* §. 7. *n.* 5. & 9. „in

δομένοις ὀψωνίοις. πειθόμενος προσδεχέσθω. *Miles baptismum postulans doceatur ab injuriis & vexationibus abstinere: contentus esse suis stipendiis.* [l] *Si his pareat admittitor.* Tertullianus in Apologetico ex per-
C.XLII. sona loquens Christianorum; *Navigamus*, inquit, *& nos vobiscum, &*
C.XXXVII. *militamus.* Paulo ante dixerat: *Externi sumus & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia,* [m] *conciliabula, castra ipsa.* Eodem libro narraverat [n] M. Aurelio Imperatori [o] Christianorum militum precationibus imbrem impetratum. [p] In Corona, militem illum qui coronam abjecerat, constantiorem ait fuisse cæteris fratribus, & multos ei ostendit fuisse Christianos commilitones.

3. Accedat, quod & milites nonnulli, pro Christo tormenta mortemque perpessi [q] eundem cum cæteris martyribus honorem ab ecclesia acceperunt, quos inter memorantur [r] tres Pauli comites; sub Decio Cerialis, sub Valeriano Marinus, quinquaginta sub Aureliano, Victor, Maurus, & Valentinus magister militum sub Maximiano. Circa idem tempus Marcellus Centurio, Severianus sub Licinio. Cyprianus de Laurentino & Ignatio Afris: *in castris & ipsi quondam secularibus militantes, sed veri & spirituales Dei milites, dum diabolum Christi confessione prosternunt, palmas Domini & coronas illustres passione meruerunt.* Et hinc apparet quid de militia senserit communitas Christianorum, etiam [s] priusquam Imperatores Christiani essent.

4. Capitalibus suppliciis si non libenter interfuerunt Christiani illis temporibus, haud mirum videri id debet, [t] cum plerumque de Christianis ipsis esset judicandum: adde, quod & in cæteris rebus [u] leges Romanæ duriores erant, quam lenitas Christiana patiatur: quod vel

„in militibus a Johanne Baptista, & in centurione „a Petro baptizatis.

„l) (SI HIS PAREAT, ADMITTITOR:) Militia „ergo non improbatur in Christiano.

„m) (CONCILIABULA:) i. e. pagi & vici „qui habent jus nundinarum: uti ex Sigonio *de* „*regn. Ital.* 2. 15. *& Liv.* 24. 56. probat *Gron. h.*

n) (Grot.) (M. AURELIO IMPERATORI:) Vide & Xiphilinum de hac historia.

„o) (CHRISTIANORUM MILITUM PRECATIONI„BUS:) *Claud. de Consul. Honor.* 340. *Joh. Zonoras* „*in vita M. Aurelii, Niceph. L.* 4. *c.* 12. *Euseb. L.* 5. „*c.* 5. *Vid. Tesm. h.*

p) (IN CORONA.) i. e. in libro de corona.

„q) (EUNDEM CUM CÆTERIS MARTYRIBUS „HONOREM AB ECCLESIA ACCEPERUNT:) Marty„rii autem gloriam ex re illicita consequi non „potuissent.

r) (Grot.) (TRES PAULI COMITES:) Adde militem quendam a Cornelio baptizatum, cujus apud Adonem mentio.

ADDITIO.

„Milites (qui dolo Cæsaris inducti sacrifica„runt idolis) pœnitentes, seque ad mortem of„ferentes occidere noluit Julianus, *ne honorem* „*martyrii adipiscerentur. Sozom. L.* 8. *c.* 17.

„s) (ETIAM PRIUSQUAM IMPERATORES CHRI„STIANI ESSENT:) Nam sub Christianis Imperato„ribus id dubium non erat, quia licita tunc fuit mi„litia, cessabat enim ibi sacramenti ratio.

t) (CUM PLERUMQUE DE IPSIS CHRISTIANIS ESSET JUDICANDUM:) *Vid: §. prac. n.* 3. Verior est ratio, quod tunc temporis Christiani maxime vacaverint sacris, inprimis cum gentiles secularibus præessent, eaque curarent, indeque cura ea Christianis necessaria non esset: Hodie ergo ubi secularia quoque a Christianis curanda sunt, ratio illa cessat.

„u) (LEGES ROMANAE DURIORES ERANT, QUAM „LENITAS CHRISTIANA PATIATUR:) Imo mitissi„mas leges Romanorum fuisse testatur *Livius l.* 1. „*c.* 2. ibi: *gloriari licet nulli gentium mitiores pla*„*cuisse poenas.* & fatentur JCti Christiani. *vid. Laut.* „*comp. pag.* 1.

x) (Grot.)

vel solo [x] Silaniani Senatusconsulti exemplo satis patet. Postquam vero Constantinus Christianam religionem & probare & promovere cœpit, [y] non ideo desierunt capitalia supplicia. Imo ipse Constantinus inter alias leges [z] de parricidis culeo insuendis legem tulit: quæ exstat Codice, Titulo de iis qui parentes vel liberos occiderunt: quanquam alioqui in suppliciis exigendis mitissimus fuerit, ita ut ab historicis non paucis reprehendatur [aa] nimiæ lenitatis nomine. Tum vero

x) Grot.)(SILANIANI SENATUSCONSULTI:) Cujus asperitatem mitigavit Adrianus Imperator ut apud Spartianum est. Asperis Romanorum legibus addi possunt quæ servum oisi tortum testimonium dicere vetant.

ADDITIO.

„Imo SCtum illud quo statuitur, ut si quis „domi suæ occisus esset de servis quotquot sub eo„dem tecto essent quæstio haberetur, omnesque „supplicio afficerentur, iniquum oon esse probat „*Zigl. in not. b.* quia in magna illa copia servorum, „ad omne facinus promtorum, nulla domus tuta „esse potuisset, nisi periculo capitis sui custodiam „domino, tam a domesticis quam ab extraneis ser„vis præstare coacti fuissent, ut loquitur JCtus in „*l. 1. §. 28. ff. ad Sctum Silan.* inprimis cum restri„ctum maxime sit illud SCtum & loquatur saltem „de dominis vi, non clam occisis, *l. 1. §. 17. & „seq. ad Sctum Silan.* & de servis qui sub eodem te„cto, i. e. in eadem diæta fuerunt, ita ut audire „vociferantem potuerint: *d. l. 1. §. 26. seqq.* secus „ergo, si vel servi proclamasseot, vel ipsi vulnera„ti fuerint. *d. l. 1. §, 29. seqq.*

„Equidem porro durum admodum in legibus „Romanis videtur, quod servus non nisi per tor„menta testimonium dicere queat, *tot. Tit. ff. & „C. de quæst.* Verum nec id io genere obtinuit, sed „saltem in certis causis & personis, *per text. expr. „in l. 8. ff. quæst.* Nimium 1) ubi capitale & atro„cius crimeo in ædibus, in quibus servi habitabant, „commissum est, oec veritas aliter explorari & in„vestigari potuit, *d. l. 8.* Uti in causis adulterii, tri„butorum. incestus &c. *l. 1. §. 18. l. 4. l. 5. l. 6. l. 17. „ff. l. 1. C. de quæst.* 2) in causis pecuniariis, ubi „de ipso facto servi quærebatur, quod plerumque „in servis hæreditariis occurrebat, si nimirum ipse „servus depositi vel commodati &c. nomine aliis „aliquid præstitit. *l. 15. C. quæst.* vel si ipse res geren„das ex hæreditate detinebat, *l. fin. C. de quæst.* vel „de falso instrumento quærebatur. *l. 10. C. de quæst.* „modo is qui servum quæstioni subjici desiderat ju„ret de calumnia. *l. f. C. quæst. l. 1. C. juram. propt. „calumn.* 3) Si de ipsius servi dominio quæreba„tur: *l. 58. §. 2. ædil. Edict.* vel judex de fide ge„neris instrui voluit. *l. 18. §. 4. ff. de quæst.*

„Cum enim his omnibus casibus de præjudicio „tertii quæratur, nec veritas aliter haberi possit, „servo, cujus vilissima est conditio, non creditur, „nec fides ei habetur, nisi per tormenta de rei ve„ritate testetur. *Conf. l. 11. C. de admi.* Sane cum „jus vitæ & necis Dominis io servos competat, mi„rum oon est, tam faciles fuisse Romanos servis „quæstioni subjiciendis.

„Præterea inter leges duriores refert Tesmarus „eam, quæ stuprare virginem jubet, priusquam „supplicio afficiatur, eumque in finem allegat *Tac. „ann. 5. c. 9.* At lex talis universalis numquam lata „fuit, sed ioter crimina Tiberii allegato loco re„censetur, quod in liberos quoque Sejani sævire „jusserit: quia enim inauditum habebatur virginem „triumvirali supplicio i. e. laqueo affici, prius a „carnifice vitiari voluit & jussit Sejaoi filiam. Idque „ideo factum esse interpretes ootant, ut com„pressa devirginataque mulier videretur, cum a„lias inpubes ultimo supplicio affici noo potuisset. „*Lips. in not. ad d. c. 9.* ubi id exemplo pueri ex „*Dione l. 47.* probat qui ut proscribi posset, to„gam virilem sumere jussus est.

„y) (NON IDEO DESIERUNT CAPITALIA SUP„PLICIA:) Nec bella, utpote quæ plurima gessit „Constantinus.

z) (DE PARRICIDIS CULEO INSUENDIS:) Anti„quioribus temporibus pœna in parricidas statuta „ooo fuit, quia putabant veteres neminem mor„talium tale facinus perpetraturum. *Cicero pro „Rosc. Am. 25. Quintil. decl. 321.* Pœnam autem cu„lei jam ante Constantinum ootam fuisse patet ex „*Cic. dict. orat, n, 26.* Pœna in eo consistit quod „reus virgis cæsus, sacco coreaceo, cum gallo, ca„ne, vipera, & simia in mare abjiciendus sit, *§. 6. „Inst. publ. jud. l, 9. ff. L. Pomp. de parric.* quæ „pœna hodieque observatur, oisi quod animalia a„moveantur. *Laut. Comp. Tit. de parricid. Conf. „Juvenal, 8. 214. & 13. 155,*

aa) (Grot.) (NIMIÆ LENITATIS NOMINE:) Zonaras: Τοῖς μεταβαλλομένοις ἐκ πονηρίας φιλανθρώπως διατιθέμενος ἔλεγεν ὅτι τὸ νοσοῦν μέλος ἀποκοπτέον καὶ σεσηπὸς ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι λυμαίνηται, οὐ μέντοι τὸ ὑγιείας ἤδη τυχὸν ἢ καὶ ὑγιαζόμενον. *Clementem se ostendebat iis qui pravam vitam deseruerant quod diceret abscindendum membrum ægrotans ac putridum, ne sana contagio corrumpat, non id quod aut sanatum jam sit aut sanescat.* Vide & Eusebium, sicut de nimia Constantini lenitate Christianos, ita de Haraldi Regis questos Danos apud Saxonem historicum inveoias.

vero in exercitu ſuo [bb] plurimos habuit Chriſtianos, ut nos hiſtoriæ docent, [cc] & Labaro Chriſti nomen inſcripſit. Ex eo etiam mutatum eſt ſacramentum militare in eam formam quæ exſtat [dd] apud Vegetium: *Per Deum & Chriſtum & Spiritum ſanctum,* [ee] *& per majeſtatem Imperatoris quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt & colenda.*

5. Neque eo tempore ex tot Epiſcopis, inter quos multi erant durisſima quæque pasſi pro religione, vel unus fuiſſe legitur, [ff] qui aut Conſtantinum ab omnibus omnino capitalibus ſuppliciis & bello, aut Chriſtianos a militia injecto divinæ iræ metu abſterruerit, cum tamen plurimi eſſent acerrimi cuſtodes diſciplinæ, [gg] & minime diſſimulantes eorum quæ ad officium tum Imperatorum, tum aliorum, pertinerent: [hh] qualis & Theodoſii tempore fuit Ambroſius, [ii] qui ſermone VII. ita ait: *Non militare delictum eſt, ſed propter prædam militare peccatum eſt.* Et de Officiis: *Fortitudo quæ vel bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus ſocios, plena juſtitia eſt.* Hoc argumentum tanti mihi videtur, ut nihil ultra requiram.

6. Ne-

„*bb*) (PLURIMOS HABUIT CHRISTIANOS:) Ple„rique gentilium Principes milite Chriſtiano uſos „eſſe tradit *Euſeb. l. 5. c. 5. L. 8. c. 4. Sozom. L. 5.* „*c. 17. vid. Teſm. h.*

„*cc*) (ET LABARO:) Vexilli ſpecies fuit te„ſte Prudentio *contra Symmach. l. 1.*

Chriſtus purpureum gemmanti textus in muro,
Signabat labarum

„Et Fortunatus *Hymn. 3. de cruce.*

Vexilla regis prodeunt
Fulget crucis myſterium.

„Idque aliis authoritatibus probat B. Parens *in Jur.* „*publ. c. 13. §. 9* ubi de hoc labaro ita pergit: *No*„*men Labari apud Vegetium & Modeſtinum non ex*„*ſtat, qui tamen Conſtantino M. recentiores ſunt, ut* „*adeo græcis tantum uſurpatum videatur. Nazian*„*zenus id a* LABORE *deducit, Baronius græ*„*co latinum facit, quaſi laboris ὅρος, i. e. finis.* „*Gothofredus aliique eo referunt ſit. C. de præpoſ.* „*labor, ubi tamen labores nihil aliud ſunt, quam* „*fabrica ſeu opificia bellica, l. 1. l. 3. C. de princ.* „*ag. in reb. l. 1. C. præpoſ. ag. Barbaram vocem* „*eſſe vel incerta ejus elocutio probat, nam Sozom.* „*d. l. 1. c. 4. λάβωρον vocavit. Prudent. d. l. laba*„*rum, ille producta, hic correpta media; ſi con*„*jicere licet nata vox videtur a ſigno vel clamore* „*militari: ubi enim laborari clamatur, eo ſigno in*„*ferri ſolent. Ita & Sozom. d. c. 4. ait: Semper* „*hoc ſignum ante ordines ſuos præmittebat (Con*„*ſtantinus M.) & καμνέσαις φάλαγξιν, labo*„*rantibus legionibus, præſto in præliis eſſe voluit: &* „*referunt, quacunque parte acclamatum eſſet la*„*borare aciem, ea illatum fuiſſe hoc ſignum: Ex in*„*condito itaque hoc clamore militari nata forte vox* „*labarum, hucusque B. Parens.*

„Ante inferius ævum nunquam apud antiquos „ſcriptores Labari mentio fit, teſte Beyerlink *in* „*theatro vitæ humanæ voc. Labarum:* Nam Ter„tulliani tempore nondum cognitam fuiſſe illam „vocem vel exinde apparet, quia in ejus Apologia „*c.* 16. non Labari, ſed vexilli & Cantabri nomi„na leguntur: Atque eam ſententiam probat *Ba*„*ron. in annal. tom. 1. ad an.* 312. *c.* 5. Cæterum „de hoc labaro vide *Nic. Tullerum L. 2. Miſc. c. 1.* „*Gregor. Nanzianz. orat. 3. in Julian c.* 60. *Cujac.* „*L. XI. obſ. c. 28. Euſeb. L. 1. vit. Conſt. M. c. 25.*

„*dd*) (APUD VEGETIUM:) de re milit. *L. 2. c. 5.*

„*ee*) (ET PER MAJESTATEM:) Sunt qui putant „priora verba, quæ per Deum ſunt prolata, ha„bere vim jurisjurandi, poſteriora vero habere „ſaltem vim ſimplicis affirmationis, *vid. Teſm. h.* „Verum ex iis quæ infra *L. 2. c.* 13. dicentur, appa„rebit, juramentum verum eſſe quoties adjicitur „aſſertioni vel promiſſioni res ſacra, nobisque in„violabilis, quid vero poſt Deum magis nobis co„lendum eſt quam Princeps, qui imaginem Dei re„fert? Unde pœna quoque perjurii contra pejeran„tem per Principem obtinet. *l. 2. C. de jurejur.*

„*ff*) (QUI AUT CONSTANTINUM AB OMNIBUS „OMNINO CAPITALIBUS SUPPLICIIS ET BELLO,) Firmiſſime igitur concluditur ex hoc argumento „bella & capitalia ſupplicia Evangelio non eſſe con„traria, quia Epiſcopi tunc temporis viventes id mo„nituri fuiſſent.

„*gg*) (ET MINIME DISSIMULANTES EORUM &c.) Conſtantini enim tempore omnes fere patres „Concilii Nicæni vixere. Vid. Thomas *Inſt. jur.* „*div. l. 3. c. 3. §. 64.*

„*hh*) (QUALIS ET THEODOSII TEMPORE FUIT „AMBROSIUS:) Quam acriter & publice increpave„rit Ambroſius Magnum illum Theodoſium re„pellendo eum a liminibus eccleſiæ, videre eſt apud „Theodoricum *Hiſt. eccl. 5, c. 17. & 10. Sozom.* 725.

„*ii*) (QUI SERMONE VII. ITA AIT:) Plura ex pa„tribus

6. Neque tamen ignoro, [kk] sæpe Episcopos, & plebem Christianam [ll] interpositis precibus suis avertisse poenas, præsertim capitales: morem quoque introductum [mm] ut qui ad Ecclesiam confugissent, nonnisi vitæ servandæ fide data redderentur; & [nn] ut circa pascha carcere emitterentur, quos sua crimina attinebant: sed, qui cum cura hæc omnia, & si qua his sunt similia, expendet, inveniet [oo] signa hæc esse Christianæ bonitatis omnem rapientis clementiæ occasionem, [pp] non omnia judicia capitalia damnantis animi: unde & locorum & temporum illa beneficicia, & preces ipsæ, [qq] exceptionibus quibusdam temperabantur.

[rr] 7. Objiciunt hic nobis nonnulli XII. Canonem Synodi Nicæensis, qui Latine sic habet [ss] *Quicunque vocati per gratiam primum quidam ardorem fidemve suam ostenderunt, &* [tt] *cingulum militiæ deposuerunt,*

„tribus loca hnc collimantia relata sunt *in c. 23. q.* „1. *c. 4. q. 3. c. 5. & passim.*

kk) (Grot.) (SÆPE EPISCOPOS:) Augustinus: *Officium Sacerdotis est intervenire pro reis.* In cujus epistolis multa sunt hujus bonitatis specimina.

„*ll*)(INTERPRETATIO PRECIBUS SUIS AVERTISSE „POENAS, PRÆSERTIM CAPITALES:) Augustinus „*epistola* 53. hanc quæstionem tractat, an fas sit epi„scopis pro reis intercedere, eamque affirmat, mo„do justitia salva maneat. *Vid. Tesm. b.*

mm) (Grot.) (UT QUI AD ECCLESIAM CONFUGISSENT.) Vide Chrysostomum XVI. de Statuis. Concilium Aurelianense cap. 3. legem Wisigothorum libro VI. tit. 5. c. 16. IX. tit. 11. c. 3.

ADDITIO.

„Idem privilegium templis gentilium tributum „fuit: De templo Ephesino id testantur *Strabo l.* „14. *Cic. in Verr. 3.* de Minervæ templo *Thucid. I.* „De Neptuni templo *Plutarch. in Pompejo.* De Gal„lorum antiquorum templis, *Aymon. Monachus* „*de gest. Franc. l. 2. c. 4. l. 3. c. 21. Add. Corn. nep.* „*in Themist. c. 8. & Agesil. 4. Curt. l. 4. c. 4. Arrian. 2.* „*n. 148. Appian. bell. Mith. n.* 175. & 185. &c. *Vid.* „*Christin. vol. 1. D. 55. V. 2. D. 47. Tesm. b.* & quæ „de asylis tractantur *infra. L. 2. c. 21. §. 5.*

nn) (Grot.) (UT CIRCA PASCHA:) L. Nemo C. de Episc. audientia.

ADDITIO.

„Sed excipiuntur disertis verbis illi qui criminis „rei sunt quod remitti non potest, uti sacrilegii, „stupri, incestus, raptus, maleficii, homicidii, parri„cidii &c. *d. l. 3. de episcopali audientia.* Unde „recte Tesm. *in not. b.* improbat consuetudinem „Judæorum, qui sceleratissimos quosque hoc die „claustris eximebant. *Matth. 17. v. 15. Joh. 18. 39.* „Sane aram non profuisse criminum reis in vete„ri testamento probabimus *infra L. 2. c. 21. §. 5.*

„*oo*) (SIGNA HÆC ESSE CHRISTIANÆ BONITA„TIS.) Perfectionis enim species insignis est mi„sereri miserorum; modo crimen non inde infera„tur.

„*pp*) (NON OMNIA JUDICIA CAPITALIS DA„MNANTIS ANIMI:) Nec enim ideo hæc privilegia „sibi arrogant ecclesiæ, quod capitalia judicia im„probent, sed quod ecclesiam jurisdictioni secula„ri exemtam putent, ex qua avocari nemo nec „criminis reus possit.

qq) (Grot.) (EXCEPTIONIBUS QUIBUSDAM TEMPERABANTUR:) Quas vide apud Cassiodorum XI, 40. &c. inter alia de immunitate ecclesiastica in Decreto.

ADDITIO.

„Hinc Petrus de Ferrariis in praxi *Tit. 52. n. 47.* „ait, jura ista Canonica facta esse sine ratione, & „ad bene placitum, imo & contra jus divinum; at„que hac ratione id confirmat, *si enim Deus noluit to„lerare ementes & vendentes in ecclesia, sed eos eje„cit, quanto magis non vult receptari in ejus eccle„sia latrones & homicidas:* Sane jus divinum illis „saltem asylum præbet, qui sine dolo homicidi„um commisere vid. *Seld. I. N. L. 4. c. 2. & infra* „*L. 2. c. 21. §. 5.*

rr) (OBJICIUNT &c. CANONEM SYNODI NICÆENSIS.) Ubi punitur ille qui se immiscet secularibus negotiis & bello: Resp. 1. agitur ibi de illis, qui sacris initiati redeunt ad statum secularem. 2) Agitur ibi de relapsis ad gentilismum. *vid. n. 8.*

ss)(Grot.) QUICUNQUE VOCATI:) Simeon Magister, in ejus Canonis epitome: *οἱ βιαζόμενοι καὶ δόξαντες ἀντιστῆναι, εἶτα κατὰ θέμενοι τῶν ἀσεβείας καὶ ἀναστρευσάμενοι δὲ κατίαν ἀφορίζεσθωσαν. Qui vi adhibita visi sunt restitisse, sed ab impietate victi sunt & militiam resumsere, decem per annos abstineantur.* Eundem hujus canonis sensum exprimunt Balsamo & Zonaras, & Ruffinus libro X. Cap. VI.

„*tt*) (CINGULUM MILITIÆ:) Cingulum enim su„mitur pro militia, maxime honorata. *L. 5. C.* „*qui mil. præf. vid. Gron. b.*

runt, postea vero ut canes ad suum vomitum reversi sunt; [uu] *ita ut aliqui pecuniam darent, & beneficiis militiam repeterent;* [vv] *hi decem annis jaceant, post triennii auditionis tempus. In his autem omnibus observari oportet propositum & modum pœnitentiæ. Quicunque enim & timore, & lacrymis, & patientia, & bonis operibus conversionem absque simulatione demonstrant,* [ww] *hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum orationibus communicabunt, & postea licebit Episcopo* [xx] *de his aliquid humanius cogitare. Quicunque vero indifferenter tulerunt, & habitum Ecclesiam introeundi sibi arbitrati sunt ad conversionem sufficere, hi definitum tempus omnino impleant.* Vel ipsum tredecim annorum tempus satis indicat, non de levi aut ambiguo, [yy] sed gravi aliquo atque indubitato crimine hic agi.

8. Agitur autem haud dubie [zz] de idololatria, nam quæ canone XI. præcesserat [α] mentio temporum Licinii, in hoc canone repetita tacite haberi debet; ut sæpe Canonum sequentium sensus a prioribus pendet. Vide in exemplum Canonem XI. Concilii Eliberitani. Licinius autem, verba sunt Eusebii, *ϛρατιώτας ἐκέλευεν ἀποβάλλεσθαι τοῦ ἀξιώματος εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο*, *milites militia exuebat,* [β] *nisi Diis sacrificare vellent*, [γ] quod & Julianus postea imitatus est, quam ob causam Victricius atque alii cingulum pro Christo abjecisse leguntur. Idem olim sub Diocletiano fecerunt in Armenia mille centum quatuor, quorum in martyrologiis mentio: & in Ægypto Menna, & Hesychius. Sic ergo & Licinii temporibus multi abjecere cingulum, quorum fuit Arsacius inter Confessores nominatus, & Auxentius factus postea Mopsuestiæ Episcopus. Quare his qui semel conscientia puncti

„uu) ITA UT ALIQUI ET PECUNIAM DARENT, „ET BENEFICIIS MILITIAM REPETERENT:) Deficiebant nimirum a Constantino Christiani facti, „revertebantur ad Licinium gentilem, quod sine „apostasia fieri non potuit, & ideo improbatur „merito suo. *vid n. seq.*

vv) (HI DECEM ANNIS IACEANT, POST TRI„ENNII AUDITIONIS TEMPUS:) Quatuor fuere gra„dus pœnitentiæ in veteri ecclesia, *Casaub. in Ba„ron. exerc. 16. n. 43. Salmas. in epist. simpl. verin. „nom. p, 113. Vid. Gron. & Tesm. in not. b.* Concili„um hic respicit ad secundum & tertium gradum, „qui sunt *audientium & submittentium.*

„ww) (HI TEMPUS DEFINITUM OMNINO IM„PLEANT.) Quia veram pœnitentiam nondum „egere.

xx„) DE HIS ALIQUID HUMANIUS COGITARE:) „i. e. admittere eos ad participandum Eucharisti„am. *Gron. b.*

„yy) (SED DE GRAVI ALIQUO ET INDUBITA„TO CRIMINE:) Verum hoc est, agitur enim de „apostasia. *vid. n. seq.*

zz) (Grot.) (DE IDOLOLATRIA) Quod principale crimen, *summus sæculi reatus* dicitur Tertulliano de Idololatria: *Gravissimum & extremum delictum* Cypriano epist. XII.

„α) (MENTIO TEMPORUM LICINII;) Licinius „fuit Imperator orientis, uti Constantinus occi„dentis: hic illi sororem Constantiam in matri„monium dedit, & pax fuit per quinquennium: „cum vero Licinius contra pacta & edicta in Chri„stianos sæviret, causam Christianorum bello de„fendit Constantinus, Liciniumque vicit, qui tan„dem Thessalonicæ interfectus est.

β) (Grot.) (NISI DIIS SACRIFICARE VELLENT.) Sulpitius Severus: *Sane tum Licinius, quia adversum Constantinum de imperio certavit, milites suos litare præceperat: abnuentes militia rejiciebat:* ob hanc causam Valentinianus, qui Imperator postea factus est, sub Juliano abjecit cingulum. Non dissimile est quod Victor Uticensis narrat, multos sub Hunericho Rege militiam temporalem abjecisse, quia cum Arianismo erat connexa.

„γ) (QUOD ET JULIANUS POSTEA IMITATUS EST:) *Sozom. l. 5. c. 16. 17. Socrat. l. 3. c. 15.*

δ) RE-

puncti cingulum abjecerant, δ reditus ad militiam sub Licinio non patebat, nisi per fidei Christianæ abnegationem: quæ quia eo erat gravior, quo ε prior ille actus majorem pro in illis legis divinæ cognitionem testabatur, ideo hi defectores ζ gravius etiam puniuntur quam illi de quibus egerat præcedens canon, qui sine periculo vitæ aut facultatum amittendarum Christianismum abjecerant. Generaliter autem η de omni militia interpretari canonem, quem produximus, ab omni ratione alienum est. Aperte enim testatur historia, his qui sub Licinio militiam abjecerant, neque Licinio imperante ad eam redierant ne fidem Christianam violarent, a Constantino datam optionem, immunesne esse a militia vellent, θ an ad militiam redire: quod haud dubie multi fecerunt.

9. Sunt & qui ι Leonis epistolam objiciant, quæ dicit κ *Contrarium esse ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem, redire ad militiam sæcularem.* Sed sciendum, in pœnitentibus non minus quam in clericis λ & ascetis exactam fuisse vitam non quovis modo Christianam, sed eximiæ cujusdam puritatis, μ ut tanto exemplo essent ad correctionem, quanto ad peccandum fuerant. Similiter in consuetudinibus antiquissimis ecclesiæ, quæ, quo augustiori nomine commendabiliores essent, ν Canones Apostolici vulgo appellabantur. Canone LXXXII. edicitur: ξ *Ne quis Episcopus, presbyter aut diaconus militiæ vacet, & utrumque retineat officium Romanum & functionem sacerdotalem. Quæ enim Cæsaris sunt Cæsari, quæ Dei Deo.* Quo ipso

„δ) (REDITUS AD MILITIAM SUB LICINIO NON „PATEBAT: NISI PER FIDEI CHRISTIANÆ ABNE- „GATIONEM:) Adeoque non nisi per novum sa- „cramentum & per sacrificia idolis facienda, quæ „vera apostasia est.

„ε) (PRIOR ILLE ACTUS:) quo cingulum mili- „tis deposuerunt.

„ζ) (GRAVIUS ETIAM PUNIUNTUR:) Imo pœ- „na non statuitur, sed disciplina ecclesiæ gravio- „rem pœnitentiam imponit.

„η) (DE OMNI MILITIA INTERPRETARI;) Qua- „si is, qui semel cingulum militiæ sub Constan- „tino deposuit, militiam apud eundem repetere „non possit.

„θ) (AN AD MILITIAM REDIRE:) Certissimo „indicio reditum ad militiam salva fide nihil illi- „citi continere.

„ι) (LEONIS EPISTOLAM.) Est hic Leo I. Ma- „gnus dictus, qui ab ao. Chr. 440. sedit annos 21: „vir doctus, cujus varia scripta hodie leguntur. „*Gutbberlet. chronol. p. m.* 175.

„κ) (CONTRARIUM ESSE ECCLESIASTICIS RE- „GULIS, POST POENITENTIÆ ACTIONEM REDIRE „AD MILITIAM SECULAREM:) Loquitur Leo de „perfectionis majoris gradu, quia negari nequit, „bellum sine omni injuria geri non posse.

„λ) (IN ASCETIS EXACTAM FUISSE VITAM,) „Ascetæ dicuntur qui studio precum & meditatio- „num sacrarum, omissis rebus, excedebant seculo, „& corpus domabant ac exercebant. *vid. Gretser* „*Var.* 1. 3. *Gron. b.*

μ) (Grot.) (UT TANTO EXEMPLO ESSENT AD CORRECTIONEM, QUANTUM AD PECCANDUM FUERANT:) Leo epistola XC. ad Rusticum: *Illicitorum veniam postulantem oportet etiam multis licitis abstinere.* In epistola Episcoporum ad Ludovicum Regem legimus: *Quilibet tanto a se licita debet abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse.* In Capitulis Calvi: *Tanto quisque majora quærat bonorum operum lucra, quanto graviora sibi intulit damna per culpam.*

„ν) (CANONES APOSTOLICI VULGO APPELLANTUR:) Qui falsi sunt ac spurii, etsi multa utilia ibi „inveniantur, *vid. Dist.* 16. *c.* 1. Ziegleius notat hic, „communem esse sententiam canones illos colle- „ctos fuisse post concilium Antiochenum, quia „illius canones illis sæpe interferuntur. *Whitak.* „*Contr.* 1. *q.* 9. 16. *c.* 12. *Parker de polit. eccl. l.* 2. „*c.* 13. Conf. infra *l.* 2. *c.* 5. §. 14. *n.* 2. & 4. & *proleg.* §. 31.

„ξ) (NE QUIS EPISCOPUS &C. MILITIÆ VACET:) Loquitur igitur de clerico milite, quod „merito improbatur: Nam officium eorum con- „sistit in docendo, instruendo, propaganda fide, „quod cum militia ejusque cura vix subsistere potest.

ipso ostenditur, his σ qui cleri honorem non sperarent Christianis militiam non fuisse interdictam.

10. Hoc amplius etiam φ ad clerum admitti vetabantur, qui post baptismum χ aut magistratus attigissent aut munera bellica, ut in epistolis Syricii & Innocentii & in Concilio Toletano videre est. Legebantur scilicet Clerici non ex quovis modo Christianis, sed ex iis qui vitæ exactissimæ specimen dedissent. Adde quod militiæ & quorundam magistratuum perpetua erat obligatio; at sacro ministerio addicti ψ nulla alia cura ac labore quotidiano inde abstrahi debebant: qua de causa & sextus Canon constituit, ne Episcopus, presbyter aut diaconus ω seculares curas administret; octuagesimus, ne publicis se administrationibus immittat: & inter Africanos Canones sextus αα ne procurationem rerum alienam suscipiat, aut causarum patrocinium: sic eosdem ββ tutores constitui nefas judicat Cyprianus.

11. At pro nostra sententia expressum ecclesiæ judicium habemus in Concilio primo Arelatensi, quod habitum est γγ sub Constantino Ejus enim Concilii Canon III. sic habet: *De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos a communione:* Id est qui militiam deferunt extra tempora persecutionis. δδ Id enim pacis nomine intelligi volebant Christiani, ut ex Cypriano & aliis apparet. Accedit exem-

„σ) (QUI CLERI HONOREM NON SPERARENT?) „Quia ibi tota ratio cessabat, neque enim docendi „officium ipsis injunctum est.

φ) (Grot.) (AD CLERUM ADMITTI VETABANTUR.) Eusebius demonstrationis lib. 1. duplicem describit Christianorum vitam, aliam ἐντελῆ; aliam inferiorem, qui in hac sunt eos inter alia *τοῖς κατὰ τὸ δίκαιον στρατευομένοις τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, iis qui juste militant agenda indicare.*

„χ) (AUT MAGISTRATUS ATTIGISSENT, AUT „MUNERA BELLICA:) Neutrum enim absque vi „exercetur, a qua abhorret ecclesia.

ψ) (Grot.) (NULLA ALIA CURA AC LABORE.) Vide Canonem Concilii Moguntini apud Gratianum, titulo, Ne Clerici vel Monachi.

„ω) (SECULARES CURAS ADMINISTRET:) „Quod inprimis in præsenti rerum statu cavere o„portet. Thuanus lib. XXIII. ait: *Regni legibus „prudenter a majoribus prospectum est, ne sa„cris addicti, & Pontifici obnoxii, summam re„rum in gallia teneant, ea de causa olim Ioanni „Dormanio Bellovacorum Episcopo, ac Franciæ Can„cellario, adempta sigilla a Ioanne, quod in Cardina„lium collegium adoptatus duobus dominis servire „non posset: Ob eandem causam Ioannem Balvam & „Thomam Volsæum Cardinales a Lud. XI. & Henr. „VIII. Anglorum rege male multatos esse, quod per „eos magnas calamitates regnis utriusque importa„tas constaret: Venetum Senatum, qui merito omnis „civilis prudentiæ officina vocari debet, id diligen„ter cavere, apud quem sacris initiati nullam rei„publicæ partem attingunt.*

αα) (Grotius) (NE PROCURATIONEM RERUM ALIENARUM SUSCIPIAT.) Vide Epistolam Hieronymi ad Nepotianum.

ββ) (Grotius) (TUTORES CONSTITUI NEFAS JUDICAT.) In epistola ad presbyteros, diaconum & plebem Furnis consistentem. Adde L. Generaliter, C. de episcopis & clericis,

„γγ) (SUB CONSTANTINO:) An. Chr. 314. *Pictet. de la Religion chret. part. 2. p. m. 448. pr.*

δδ) (Grotius) (ID ENIM PACIS NOMINE INTELLIGI VOLEBANT CHRISTIANI:) Tertullianus de Idololatria: *Imo quomodo etiam in pace militabit?* Idem de fuga persecutionum: *Nostra paci quod est bellum quam persecutio?* Cyprianus epistola X. *Quando ipsa ante mater nostra Ecclesia pacem de misericordia Domini prior sumserit.* Epistola XXII. *Cum Dominus cœperit ipsi ecclesiæ pacem dare.* Epistola XXXII. *Ecclesiæ pacem sustinendam,* id est expectandam. de Lapsis: *disciplinam pax longa corruperat.* Sulpitius Severus; *Antonino pio imperante pax Ecclesiis fuit:* mox: *Interjectis deinde annis XXXVIII, pax Christianis fuit.* & in Constantini ætate *Exinde tranquillis rebus pace perfruimur.* Et initio historiæ: *Vexationesque populi Christiani, & mox pacis tempora.*

εε)

exemplum militum ſub Juliano, ee non modico profectu Chriſtianorum, ut qui morte ſua Chriſto reddere teſtimonium parati eſſent: de quibus ſic Ambroſius: *Julianus Imperator, quamvis eſſet Apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cum diceret; producite aciem pro defenſione reipublicæ; obediebant ei: cum autem diceret eis; Producite arma in Chriſtianos; ξξ tunc agnoſcebant Imperatorem cœli.* Talis & multo ante fuerat Thebæa legio, quæ Diocletiano imperante a Zabda triceſimo Hieroſolymorum Epiſcopo Chriſtianam religionem acceperat, & deinde in omne ævum memorabile edidit Chriſtianæ conſtantiæ & patientiæ exemplum, mm quod infra a nobis memorabitur.

12. Hoc loco ſatis ſit illam eorum adferre vocem, quæ Chriſtiani militis officium ſolida brevitate exprimit: *Offerimus noſtras in quemlibet hoſtem manus, θθ quas ſanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dexteræ ipſæ pugnare adverſus impios & inimicos ſciunt, laniare pios & cives neſciunt. Meminimus nos pro civibus potius quam adverſus cives arma ſumſiſſe. Pugnavimus ſemper pro juſtitia, pro pietate, pro innocentium ſalute: hæc fuerunt hactenus pretia periculorum. Pugnavimus pro fide, quam* ιι *quo pacto conſervemus tibi* (ad Imperatorem ſermo eſt) *ſi hanc Deo noſtro non exhibemus?* Baſilius de antiquioribus Chriſtianis ſic loquitur: τὰς ἐν πολέμοις φόνους οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τοῖς φόνοις οὐκ ἐλογίσαντο, ἐμοὶ δοκεῖ, συγγνώμην δόντες ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἀμυνομένοις: *Eas quæ in bello perpetrantur cædes, majores noſtri pro cædibus non habuere, κκ excuſatos habentes eos, qui pro pudicitia ac pietate decertant.*

„ee) (NON MODICO PROFECTU CHRISTIANORUM:) Utpote qui exemplo hoc confirmabantur, ſed & conſtantia ſua alios alliciebant. *Gron. h.*

„ξξ) (TUNC AGNOSCEBANT IMPERATOREM „COELI:) Cui magis obtemperandum eſt quam „Imperatori terræ.

„mm) (QUOD INFRA A NOBIS MEMORABITUR:) *Vid. L. 1. c. 4. §. 7. n. 10. ſeqq.*

„θθ) (QUAS SANGUINE INNOCENTIUM CRUEN„TARE NEFAS DUCIMUS:) Adeoque Chriſtiani ge„rebant bella quæ neceſſariam defenſionem infe„rebant.

„ιι) (QUO PACTO CONSERVEMUS TIBI, SI „HANC DEO NOSTRO NON EXHIBEMUS:) Unde „proverbium: Wer GOtt nicht treu iſt, kan „auch denen Menſchen nicht treu ſeyn. Con„ſtantini hæc vox fuit apud *Euſeb. in vit. Conſt. L.* „1. *c.* 16. Idque Hormiſda quidam, abnegare Chri„ſtianiſmum juſſus, regerebat regi apud *Theodor.* „*Hiſt. Eccl. L.* 5. *c.* 38.

κκ) (EXCUSATOS HABENTES EOS:) Imo non „tantum excuſatos habentes, ſed & maxime laudan„tes.

CAPUT III.

Belli partitio in publicum & privatum: Summi Imperii explicatio.

I. *Belli diviſio in publicum & privatum.*

II. *Non omne bellum privatum, poſt judicia conſtituta, illicitum eſſe jure naturali defenditur, additis exemplis.*

III. *Ac ne jure quidem Evangelico, cum ſolutione objectionum.*

IV. *Belli publici diviſio in ſolenne & minus ſolenne.*

V. *An bellum ſit publicum quod geritur auctoritate magiſtratus ſummam poteſtatem non habentis, & quando.*

VI. *In quibus rebus conſiſtat poteſtas civilis.*

§. I.

Syl. verbo bellum 1. n. 1.

[a] Belli prima maximeque necessaria partitio hæc est, quod bellum [b] aliud est privatum, [c] aliud publicum, [d] aliud mixtum. Publicum bellum est [e] quod auctore eo geritur qui jurisdictionem habet: [f] privatum, quod aliter: [g] mixtum, quod una ex parte est publicum

„a) (BELLI PRIMA:) Altera partitio sequitur *in-* „*fra §. 4.*

„b) (ALIUD EST PRIVATUM:) De quo *h. §.* agit: „Vide Diss. Prooem. *IX. §. 40. seq.*

„c) (ALIUD PUBLICUM:) Bellum publicum Au- „thor iterum facit solenne vel minus solenne. *Vid.* „*§. 4. & seq. & Differt. Prooem. IX. §. 54. seq.*

„d) (ALIUD MIXTUM:) Bellum mixtum ex privato „& publico non dari mox videbimus. Conf. *dict. Diss.* „*IX. §. 25. §. 268.*

„e) (QUOD AUTHORE EO GERITUR QUI JURISDICTIONEM HABET:) Improprie Author bellum publicum *jurisdictioni* tribuit: *hæc* enim in solos subditos, non in gentes sibi æquales competit; *hæc* intra fines territorii saltem exercetur, non in extraneos; *hæc* cuilibet inferiori judiei competit, quos constat bellum gerere non posse. Igitur bellum publicum rectius definitur *quod inter duos geritur qui summam potestatem habent. Vid. inf. §. 4. n. 1. & 2.*

f) (PRIVATUM QUOD ALITER:) quod scil. non geritur ab eis qui *jurisdictionem* habent, sed a privatis; quoties nimirum judicis copia deficit. Nam naturale maxime est, ut, si privatus aliquis jus suum aliter defendere nisi vi possit, vim vi repellere liceat, & hoc *bellum privatum* Author vocat, idque non repugnare nominis origini demonstravit *L. 1.* C. 1. *§. 2. n.* 2. *& 3.*

g) (MIXTUM QUOD UNA EX PARTE EST PUBLICUM EX ALTERA PRIVATUM:) Imo non datur bellum mixtum; Equidem fieri potest ut Princeps extraneus nostro subdito injuriam faciat, vel contra: at neutro casu bello locus est. *Priori* enim casu subditus noster ab extraneo Principe læsus per suum principem ac magistratum, qui pro subdito causam agit, reparationem injuriæ a principe lædente poscit, eaque negata, bello publico injuria, nunc principi facta, vindicatur. *L. 24. ff. Capt. & postl.* Altero casu Princeps a nostro subdito læsus requirit lædentis magistratum, imploratque ejus officium, quod si neget, justa hæc belli publici causa est.

ADDITIO.

„B. Parens in Prodromo juris gentium *Ex. 4. §.* „*254.* rem ita explicat. Fieri potest ut summus „Princeps lædatur ab alterius Principis subdito; vel contra. Verum id huc non pertinet, sed ad „judiciorum ordinem. Cum enim ille qui læsisse „dicitur, alii summo Principi subjectus sit, eumque judicem habeat, hujus forum Princeps læsus, „idemque actor, natura sequitur. Quod si vero ju- „dex ille jus negasse, vel rite non administrasse di- „citur, tota quæstio hæc jam est inter duos hos sum- „mos Principes, quæ non nisi belli jure decidi pot- „est. Et e contrario, si Principis subditus ab alio „summo Principe læsus sit, is quidem judicem, „quem Princeps nullum in terris agnoscit, adire „non potest; at sui Principis officium implorabit, „ut ille jus suum tueatur, prout natura tenetur; qui „si Principem lædentem requisiverit ut satisfaciat, „nec impetraverit, iterum causa hæc inter duos „principes vertitur, nec nisi Martis arbitrium su- „perest. Porro, quod si corpus civitatis liberæ, cui „summi Imperii potestas juncta est, in duas partes „scissum & divisum armis secum dimicet, naturale „id bellum non est: quia neutri parti inhæret sum- „mi imperii potestas, cujus est jus belli, sed toti „corpori: Nedum erit bellum justum vel licitum; „quale jure gentium non est nisi in casu singulari,

cum

cum, ex altera privatum. Sed de privato,[b] quod antiquius, primum videamus.

2. Bellum aliquod privatum licite geri, quantum jus naturæ attinet, satis apparere arbitror [i] ex iis quæ supra diximus, cum ostensum est,

„cum illud geritur inter summas utrinque potestates, quæ judicem alium in terris non habent, reipublicæ suæ tuendæ & hostem inde arcendæ caussa. In bello vero civili partes utrinque non sunt nisi privati, nec ob tutelam reipublicæ vel populi, vel ob sua commoda rerumque suarum rationes bellum gerunt, nec tendunt ad asserendam ab hoste rempublicam, sed lacerandam inter se ac turbandam. Igitur tale bellum est instar turbæ in mutuas cædes armatæ; & vis illa instar rixæ, & magis tumultuatum quam bellatum videtur, ut loquitur *Florus L. 4. Cap. ult.* Inde ergo nulli sunt effectus belli juris gentium, sed damnorum utrinque datorum reparandi obligatio: quæ non aliter nisi transactione tolli potest: idque amnestia dicitur, nec jura pacis habet. *Vid. disp. nostram de jure postl. & amnest.*

„Pariter cum civitatis corpus integrum & quietum est, sed ei imminet vel potens prædo, pirata, vel alius invasor opibus & copiis validus, anne tum erit bellum mixtum? Bene respondet B. Parens, *d. l.* §. *157. seq.* bellum jure gentium plane cum tali prædone non esse, sed potest utique qui invaditur, vel læsus est Princeps vel populus, vi se tueri ex gemina maxime causa: 1.) jure privatæ defensionis necessariæ, ut quilibet privatus, qui aliter se tueri non potest: Quod enim privato seu singulis natura licitum est, id magis toti populo, 2.) jure imperii; non ejus quidem, quod ad caput belli, sed quod ad caput imperii specialis pertinet.

„Idque planum omnino est si prædones sint de territorio Principis læsi, aut prædones extranei illud aggressi fuerint; quia tum res agitur & vis exercetur intra summi imperii fines, adeoque tanquam in subditos.

„Quid vero si prædones extranei nec Principem aut ejus subditos lædunt, sed in alios passim grassantur? Dico, nec hanc armis eos persequendi potestatem esse ex *causa belli*, cum non sint utrinque partes, nec duæ summæ potestates: At cum nec jure imperii coerceri possint, utpote nullius imperio subjecti, quæritur, quonam modo tales piratæ &c. cogi possint? B. Parens statuit, toti humano generi, cui ab initio imperium in singulos competiit, reservat[illegible] fuisse hanc jurisdictionis speciem, etiam diviso humano genere: Verba ejus in *Vol. II. Disput. fol. 1434.* hæc sunt. Ostendimus alibi originarie summum imperium a natura constitutum fuisse universale totius humani generis, & potestate sua comprehendisse omnia quæ ad salutem & pacem hominum universalem pertinent. Illud vero divisione terrarum ac gentium sine ulla detractione transisse ad singulos populos liberos quoad jura dividua, seu cujusque populi propria, *pro diviso*; ita ut unusquisque populus liber seu Princeps solus intra sui territorii fines summum imperium habeat, omnes in alieno privati sint: quoad individua vero, seu quoad rem totius humani generis indivisim spectantia, *pro diviso*; ac ita, ut cuique libero populo seu summo Principi in solidum pro natura individuorum cohæreat, atque adeo a singulis extra terrarum quoque suarum fines exerceri, vel plures concurrere possint: quo casu usu gentium directio penes præcipuum esse solet; uti in orbe Christiano saltem penes Imperatorem; *vide disp. nostram de domin. orb. cap. 2, & 3.*

„Vi ergo hujus imperii universalis cuilibet populo libero, etiam ultra territorii sui fines, jus est armis persequi & subjugare prædones ac piratas, non jure belli, sed jure summi istius imperii universalis, quod divisis quoque terris cuique libero populo in solidum annexum est. Hinc illa bella piratica Populi R. duce Servilio &c. & deinde Pompejo, adversus piratas qui omnia prope maria obsederant. Vid. *Flor. Lib. 3. cap. 6.* Cic. *pro lege Manil.* c. 13. 14. 15.

„Cæterum, quod diximus, unumquemque summum Principem etiam ultra fines territorii, jure imperii hujus universalis, armis vindicare pacem & salutem humani generis posse, ita intelligitur, modo ne alterius summi Principis terras vi armata ingressus fuerit: quia in iis, ut dictum, privatus est, & quæ intra earum fines fiunt ad istius Principis curam ac potestatem unice pertinent. Quodsi tamen iste Princeps vel populus quoque sit prædonum vel piratarum receptator, aut patronus, aut ipsemet prædo, jam jus belli, tanquam in hostem qui alium judicem non habet valebit.

„Ut ea, quæ prolixe admodum ex scriptis B. Parentis adduxi in pauca contraham, quæstio de bello mixto quinque casibus occurrere videtur; 1.) quando Princeps cum extraneo subdito, 2.) quando subditus cum extraneo Principe, 3.) quando Princeps cum propriis subditis rebellibus, 4.) quando princeps cum piratis, qui superiorem non habent, controvertit: 5.) quando Senatus ipse in diversas abit partes, quod factum in bellis civilibus. His omnibus casibus videtur bellum partim esse publicum, quia alterutra pars summam potestatem habeat; partim privatum, quia alterutra pars privata est: At in *differt proœm. IX.* §. 66. demonstravi, nullo casu bellum mixtum dici posse.

„*b*) QUOD ANTIQUIUS:) *Vid. sup. L. 1. C. 1.* §. *2. n. 1.*

„*i*) (EX IIS QUÆ SUPRA DIXIMUS:) Scil. *Cap. 2.* §. 1. Sane bellum privatum ex eadem ratione sequitur qua publicum, quando nimirum aliter

est, ut quis injuriam etiam vi a se arceat, [k] juri naturali non repugnare. Sed forte putet aliquis id saltem, [l] post constituta judicia publica non licere: [m] quamquam enim judicia publica non a natura, sed a facto sunt humano, cum tamen multo sit honestius, & ad quietem hominum conducibilius, ab eo cujus nihil intersit rem cognosci, quam homines singulos, [n] nimium sæpe amantes sui, quod jus putant id manu exsequi, [o] tam laudabili instituto obsequendum ipsis dictat æquitas & ratio naturalis. Paulus IC. [p] *Non est singulis concedendum quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus* L. Non est. de R. J. *faciendi. Hinc est*, inquit, [q] Rex Theodoricus, *quod* [r] *legum reperta est* Cass. l. xv Var. epist. 4. *sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu: quid enim a bellica confusione pax tranquilla distat, si per vim litigia termi-* L. exstat. D. quod metus etc. *nantur?* [s] Et vim vocant leges, *quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit.*

§. II.

„jus nostrum reparari nequit, quod fit quoties ju-„dex non est, vel adiri non potest.

k) (JURI NATURALI NON REPUGNARE:) Non sufficit probasse bella juri naturali non repugnare, sed probari debuit bella jure naturæ licita esse, quin illa omitti aliquando sine injuria oon posse: Conf. dicta ad *L. 1. c. 2. pr.*

ADDITIO.

„Ratio cur bella naturali ratione licita sint in „aprico est: Cum enim Deus cuique hominum „jura quædam concesserit, eique propria esse vo-„luerit, necessario sequitur, media quoque cuique „concessa esse jura illa defendendi, contra eos qui „jura illa violant, tum quia alias frustra Deus jura „illa concessisset, quod cum perfectione divina pu-„gnat, tum quia injuria agit is qui voluntatem crea-„toris invertit, i. e. jura a creatore aliis concessa „aufert, quam injuriam reparare tenetur. *Vid. su-„pra c. 1. §. 1.*

l) (POST CONSTITUTA JUDICIA PUBLICA NON LICERE:) Nam constitutis judiciis superior est, qui solus malos coercere & potest & debet.

m) (QUAMQUAM ENIM PUBLICA JUDICIA NON A NATURA, SED A FACTO SUNT HUMANO. &c.) Author in perpetuo illo errore versatur judicia non esse a natura, sed facto humano introducta, cui instituto laudabili obsequendum esse ipsa dictet æquitas & ratio naturalis. (*vid. dissert. proœm. §. 17.*) At alibi demonstrabimus judicia ab ipsa natura originem duxisse, & privatam ultionem natura licitam non esse: (*vid. Diss. proœm. XII. §. 107. Conf. L. 1. c. 2. §. 5. n. 3. & L. 2. c. 20. per tot.*) Forma autem judiciorum facto hominum introducta est: Eodem modo uti jus dominii a natura est, licet formæ negotiorum ex dispositione hominum oriantur.

„*n*) (NIMIAM SANE AMANTES SUI:) Quod „Author plenius explicat *L. 2. c. 20. §. 8. n. 4. & 9. „n. 4. & §. 40. n. 1. L. 1. c. 3. §. 1. n. 2. & c. 2. §. 5. „n. 5.*

„*o*) (TAM LAUDABILI INSTITUTO OBSEQUEN-„DUM IPSA DICTAT ÆQUITAS ET RATIO NATU-„RALIS:) Cum ergo thesis illa, *cuique hominum „natura licere tum suam tum alterius injuriam vin-„dicare*, admitti non possit, sed patribusfamilias „facultas jus suum, & familiæ suæ jura vindicandi con-„cessum sit, nec hoc admitti potest, facto homi-„num demum judicia introducta esse. Si vero „plures familiæ in unum cœtum coeunt id de-„mum ex consensu est: adeoque *civitates* facto ho-„minum introductas esse verum est.

„*p*((NON EST SINGULIS CONCEDENDUM, QUOD „PER MAGISTRATUM PUBLICE POSSIT FIERI:) In-„de colligi non potest judicia facto demum hu-„mano esse constituta. Nam uti ante consti-„tutos magistratus membra familiæ sibi jus „dicere non potuerunt, ita nec institutis civitati-„bus singulis id licet: Jam enim & natura & con-„sensus obstant. *L. 6. c. Unde vi. L. 13. §. 3. ff. de usu-„fr. l. 175. de Reg. jur.*

q) (Grot.) (REX THEODORICUS:) Eundem vide in Edicto c. X, & CXXIV.

„*r*) (LEGUM REPERTA EST SACRA REVEREN-„TIA UT NIHIL MANU &c.) Adeoque reverentia „hæc legum non a natura, sed demum *reperta* es-„se videtur. Resp. Legibus naturæ prohibetur, „ne membra familiæ manu agant. At constitutis „civitatibus inter omnes cives vis privata per leges „civiles prohibetur.

„*s*) (ET VIM VOCANT LEGES &c.) *l. 7. C. un-„de vi. l.* [illegible] *ff. quod met. causa:* Unde non tan-„tum gravis pœna in eos qui jus suum propria „authoritate vindicant, statuta est, sed & vi „privata agens, præter pœnas in violentiam statu-„tas, jure suo privatur. *dict. leg. 7.* Neque ex hoc argu-„mento elicitur, judicia facto hominum constituta „esse, sed id saltem inde inferri potest, positis „civitatibus ex consensu demum statutum esse ne „singulis civibus vi agere liceret.

t) (QUIN

§. II.

1. Certe [a] quin restricta multum sit ea quæ ante judicia fuerat licentia, dubitari non potest. [b] Est tamen ubi locum nunc quoque habeat [c] nimirum ubi cessat judicium: [d] nam lex vetans sine judicio suum consequi, [e] intelligi commode debet ubi copia est judicii. Cessat autem judicium momentanee, aut continue. [f] Momentanee cessat, ubi exspectari judex non potest sine certo periculo aut damno: [g] Continue vero, aut jure, aut facto. Jure, si quis versetur [h] in locis non occupatis, [i] ut mari, solitudine, insulis vacuis, [k] & si qua alia sunt loca in quibus nulla est civitas: facto, [l] si subditi judicem non audiant, [m] aut judex aperte cognitionem rejecerit.

2. Quod diximus etiam post judicia constituta naturali juri non repugnare omne bellum privatum [n] etiam ex lege judæis data intelligi

a) (QUIN RESTRICTA MULTUM SIT EA QUÆ ANTE JUDICIA FUERAT LICENTIA:) Author *§. præced.* dixit ante judicia constituta unicuique licuisse jus suum privata autoritate vindicare, sed illam potestatem restrictam fuisse per judicia: hic ait, primævo illi juri aliquando locum esse etiam post constituta judicia, ubi nimirum cessat judicium: At sæpius jam diximus, judicia cum ipso genere humano originem cepisse, adeoque nullum tempus concipi posse, ubi privata ultio licita fuerit, nisi in solo casu ubi judiciorum copia non est.

„b) (EST TAMEN UBI LOCUM NUNC QUOQUE HABEAT:) Scilicet primæva illa licentia vi „privata agendi.

„c) (NIMIRUM UBI CESSAT JUDICIUM:) Tunc „enim unicum medium defendendi jura a natura „nobis concessa, est bellum privatum.

„d) (NAM LEX VETANS SINE JUDICIO SUUM „CONSEQUI &c.) Imo non lex id demum vetat, „sed ipsa natura: quæ patribus familias imperium „in familiam concessit.

„e) (INTELLIGI DEBET, UBI COPIA EST JU„DICII:) Hæc quoque exceptio non ex lege est, „sed a natura, quia semper est necessaria defensio, „si vel pater familiam, vel civitas civem defendere „non potest.

f) (Grot.) (MOMENTANEE CESSAT, UBI EXPECTARI JUDEX NON POTEST SINE CERTO PERICULO AUT DAMNO.) Servius ad XI. Æneidos: *Injecere manum Parcæ. Traxerunt debitum sibi. Et sermone usus est juris. nam manus injectio dicitur, quoties nulla judicis authoritate rem nobis debitam vindicamus.*

ADDITIO.

„Adeoque ubi judex quidem est, at qui eo mo„mento, quo alter vim infert, authoritatem inter„ponere nequit: tunc enim, quia aliter jus meum inte„grum servare non possum, citra judicium jus „defendere licet.

„g) (CONTINUE VERO:) i. e. per aliquod tem„pus. Atque hæc quoque est doctrina JCtorum „Romanorum: nam illi quoque ad necessariam „defensionem requirunt ut incontinenti fiat. *l. 3. „§. 9. vi & vi arm. l. 16. ad SC. Maced. l. 5. §. fin. „Quod vi aut clam.* Vis enim quæ ex intervallo „infertur non ad defensionem sed ad vindictam „spectat. *d. l. 1. §. 17. ff. quod met. caus.*

„h) (IN LOCIS NON OCCUPATIS:) Quæ scilicet „nemo in ditionem suam vindicavit: ibi enim „lædens & læsus superiorem non habent, indeque „jus belli privati, i. e. jus necessariæ defensionis, „incipit. *Vid. inf. L. 2. c. 7. §. 2. n. 2. & c. 20. §. 8. n. 5.*

„i) (UT MARI:) Atqui in navi solet esse con„cilium aliquod: Resp. verum hoc est in navibus „quæ jure & nomine Principis per maria ambulant, „vel ubi consensu tale concilium constituitur. Sed „si tale concilium non est, vel ipsi regentes inter „se controvertunt, tunc semper jus necessariæ defen„sionis locum habet.

„k) (ET SI QUA ALIA SUNT LOCA IN QUIBUS „NULLA EST CIVITAS:) Cum enim judex hic nul„lus sit, incipit necessaria defensio.

„l) (SI SUBDITI JUDICEM NON AUDIANT:) Hoc „verum est si potentiores sunt quam ut cogi a „judice possint, contra tales subditos incipit jus ne„cessariæ defensionis: nam si constringi contuma„ces a judice possunt, judicium non cessat.

„m) (AUT JUDEX APERTE COGNITIONEM RE„JECERIT:) Vel quia non vult autoritatem inter„ponere, (secus ergo si decidit, etsi injuria) nam „tunc itidem jus necessariæ defensionis obtinet, „quia copia judicis non est: vel quia non potest, „ob nimiam forte potentiam dissidentium.

„Multo magis autem id obtinet, si Princeps sub„ditos suos *contra extraneos* tueri non possit; tunc „enim illi non tantum jure necessariæ defensionis „extraneos repellere possunt, sed & tota civitas „libertatem sibi vindicare, eamque armis tu„eri poterit, quo pertinent die freygefoch„tene Völcker: Atque ex hac ratione Belgæ, „Helveti & Borussi, Imperio Romano sese exeme„runt. *Vid. B. Parent. jus publ. Cap. V. §. 11. §. 38. & „C. XIX. §. 20.*

n) (ETIAM EX LEGE JUDÆIS DATA INTELLIGI POT-

Molin. disp. 100. §. dubium vero.

ligi poteſt, ubi ſic per Moſen Deus loquitur Exod. XXII, 2. *Si in effoſſione deprehenſus fur ita percutiatur ut moriatur, ne reus cædis eſto percuſſor, ni jam dies illuxerit, tunc enim reus cædis erit.* Omnino enim videtur hæc lex, tam accurate diſtinguens, [o] non ſolum impunitatem inducere, [p] ſed jus etiam naturale explicare; [q] neque fundari in peculiari aliquo mandato divino, [r] ſed in communi æquitate: unde alias etiam gentes id ſequutas videmus. Notum eſt illud XII. Tabularum, haud dubie [s] ex veteri jure Attico profectum, [t] *ſi nox furtum faxit, ſi im aliquis occiſit, jure cæſus eſto.* Sic inſons omnium, quos novimus, populorum legibus judicatur, qui adverſus aggreſſores armis vitam periclitantem defenderit: qui tam manifeſtus conſenſus teſtimonium præbet [v] nihil in eo eſſe quod naturali juri adverſetur.

§. III.

1. [a] De jure divino voluntario perfectiore, Evangelico ſcilicet, plus

POTEST:) Ex hac lege, quæ habetur *Exod. 22. v. 2.* conſtat jus neceſſariæ defenſionis, etiam poſt introducta judicia, illicitum non eſſe: Diſtinguitur enim dicta lege, inter furem nocturnum & diurnum, & ſtatuitur, illum occidi tuto poſſe, non hunc: Ratio hæc eſt, quia in nocturno ſemper eſt neceſſaria defenſio tum vitæ, tum rerum noſtrarum; neque enim furis perſona noctu cognoſci, neque teſtes adhiberi, neque judicis officium implorari poteſt. Neſcitur, an furandi ſaltem, an & occidendi cauſa veniat, &c. quæ ratio in diurno ceſſat. Atque hæc diſtinctio in lege Attica quoque invenitur. *Gell. noct. Att. 11. 18. Cicero pro Milone* Ex qua in leges XII. Tabb. tranſlata eſt, *L. 4. §. fin. ad Leg. Att.* & hodieque uſum habet. *Carpz. crim. p. 1. q. 23. n. 37.*

ADDITIO.

„Plenius has leges, earumque rationem explica„bimus *infra L. 2. c. 1. §. 12.*

„o) (NON SOLUM IMPUNITATEM INDUCERE:) „Multa enim legibus permitti ſolent, majoris ma„li evitandi cauſa, quæ tamen per ſe licita non „ſunt, adeoque quæ verum jus non dant, ſed ſo„lum apud homines pœnæ non ſubjacent: *Vid. Auth. „l. 3. c. 4. §. 22. L. 1. c. 1. §. 17. & c. 2. §. 7. n. 8.* „indeque ſenſu improprio licere dicuntur. *L. 2. c. 5. „§. 28. l. 3. c. 11. §. 1. vid. indicem* voce *Impunitas:* „Recte Author ait ad hanc impunitatem non per„tinere licentiam occidendi furem nocturnum, ſed „verum jus agendi ex illa lege oriri, *Conf. l. 2. c. „1. §. 14.*

„p) (SED JUS ETIAM NATURALE EXPLICARE:) „Imo eſt ipſum jus naturale, quod facultatem ſe „defendendi concedit quoties judicis copia non „eſt.

„q) (NEQUE FUNDARI IN PECULIARI ALIQUO „MANDATO DIVINO:) Adeoque lex illa non perti„net ad jus Forenſe.

„r) (SED IN COMMUNI ÆQUITATE) In defenſio„ne ſcl. naturali, cujus inſtinctum natura toti huma„no generi indidit, & ratione data firmavit.

s) (EX VETERI JURE ATTICO:) Solonis verba: *εἰ μὲν τις μεθ ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τὰς ἕνδεκα εἶναι, εἰ δὲ τις νυκτὸς ὅ, τι, ἂν κλέπτῃ, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι. Si quis de die quod plus quinquaginta drachmis valeat furetur, eum jus ſit ad undecim viros deduci: quod ſi quis noctu vel minimum quod furetur, eum liceat vel occidere. Adde quæ 11. libro infra dicentur Cap. XII.*

„t) (SI NOX FURTUM FAXIT, SI IM ALIQUIS „OCCISIT, JURE CÆSUS ESTO:) Examen horum „verborum vide in notis Tiraquelli *ad Alex. ab „Alex. Gen. dier 6.* 10. Conf. infra *L. 2. c. 1. §.* 12. Nox „vero a veteribus vocatur tempus, illud quod poſt „occaſum ſolis currit, *Vid. Gron. h.*

„u) (SIC INSONS OMNIUM POPULORUM LEGI„BUS JUDICATUR &c,) Jus neceſſariæ defenſionis „etiam a JCtis Romanis ex eo Jure deducitur quod „ratio naturalis inter omnes homines conſtituit, „adeoque quod apud omnes gentes peræque ob„ſervatur. *L. 1. §. 4. junct. l. 3. ff. juſt. & jur.*

„v) (NIHIL IN EO ESSE, QUOD NATURALI JU„RI ADVERSETUR:) Adeo id juri naturali non adver„ſatur, ut potius omitti neceſſaria defenſio aliquan„do ſine delicto & injuria non poſſit, *Vid. inf. „L. 2. c. 1. per tot.*

„a) (DE JURE DIVINO VOLUNTARIO PERFE„CTIORI:) Author enim jus divinum univerſale, „quod a ſola voluntate divina dependere ait, triplex „fecit, Adamiticum, Noachicum, & jus Evange-

lii

[b] plus est difficultatis. Quin Deus, [c] cui plus juris est in vitam nostram [d] quum nobis ipsis, [e] potuerit a nobis patientiam eo usque exigere, ut etiam privatim in periculum adducti occidi deberemus potius quam occidere, ego non dubito. [f] An autem voluerit nos eo usque obstringere, id est quod inquirimus. Solent pro affirmante sententia [g] adferri duo loca, quæ supra adduximus ad quæstionem generalem: ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. *Ego autem dico vobis:* [h] *Ne resistite injuriam facienti*, Matth. V, 39. & Rom. XII, 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί, ubi Latina versio habet, [i] *non vos defendentes, charissimi.* Tertius autem locus est in illis Christi verbis ad Petrum: *Repone gladium tuum in vaginam*, [k] *nam quicunque acceperint gladium, gladio peribunt.* [l] Addunt his nonnulli Christi exemplum qui pro inimicis sit mortuus. Rom. V, 8. 10.

2. [m] Neque desunt inter Christianos veteres qui bella quidem publica

„lii, *Vid. Differt. Prooem. III. per tot.* Hoc posterius autem perfectius esse ait, tum quia multa prohibet, quæ lege Mosis permissa erant, tum quia eas virtutes quas lex Mosis commendat majori gradu præcipit. *Vid. Diss. Proem. III. §. 44.*

„Nos jus divinum voluntarium universale non agnoscimus, *Dict. Diss. III. §. 14. seq.* & Servatorem jus non statuere, nedum perfectius, late demonstravimus *d. Differt III. §. 45.*

b) (PLUS EST DIFFICULTATIS:) Imo nulla difficultas subest; nam Servator non loquitur de eo qui vitam defendit, nec id improbat; sed loquitur de defensione rerum cum internecione alterius conjuncta, hanc enim negligere perfectius esse ait.

„*c*) (CUI PLUS JURIS EST IN VITAM NOSTRAM:) Deo jus absolutum in vitam & res hominum competere, alibi demonstravimus: adeoque vi potestatis illius absolutæ Deus potest jura hominibus quæsita pro lubitu auferre.

„*d*) (QUAM NOBIS IPSIS:) Nobis nullum jus in vitam nostram competere nisi quoad ejus conservationem alibi probavimus.

e) (POTUERIT A NOBIS PATIENTIAM EOUSQUE EXIGERE, UT ETIAM &c. OCCIDI DEBEREMUS POTIUS QUAM OCCIDERE:) Deus omnino potuisset prohibere defensionem sui, ob jus absolutum quod Deo in creaturas competit, quas proinde, ea qua voluit lege creare potuit: sane experientia docet, homines divina voluntate promiscue rapi per morbos, per strages &c. cur non etiam per legem de non resistendo eam patientiam exigere potuisset.

f) (AN AUTEM VOLUERIT NOS EOUSQUE OBSTRINGERE:) Adeo Deus non voluit, ut potius injunxerit hominibus sui defensionem, quod evidentissime ex motu universali omnibus hominibus indito, & ex armis quæ natura suppeditat, apparet: *Conf. L. 3. pr. L. Aquil.* idque ulterius probabimus infra *L. 2. c. 1.*

„*g*) (DUO AFFERRI LOCA, QUÆ SUPRA ADDUXIMUS:) nimirum *L. 1. c. 2. §. 8. n. 3. & n. 12.*

„*h*) (NE RESISTITE INJURIAM FACIENTI:) Dictum est *in allegato §. 8.* plane non prohiberi necessariam defensionem, sed quod nemo pronus esse debeat ad vindictam injuriæ sibi illatæ; pugnat id enim cum perfectione divina, aliud autem est ulcisci injuriam, aliud eam repellere.

„*i*) (NON VOS DEFENDENTES CHARISSIMI:) Nec hic Servator loquitur de necessaria defensione, verum de *ἐκδικήσει*, i. e. vindicta & ultione, quæ diversa est a defensione necessaria. *Conf. infra n. 6.*

k) (NAM QUICUNQUE GLADIUM ACCIPIUNT GLADIO PERIBUNT:) Loquitur Christus de abusu, non de legitimo usu; Petrum increpabat, & merito, quia privatus gladio defendere se contra superiorem, jure non potuit. *Vid. inf. n. 7.*

l) (ADDUNT HIS NONNULLI CHRISTI EXEMPLUM QUI PRO INIMICIS SIT MORTUUS:) Equidem regula recta & immota manet, quod nemo se morti exponere, vitamque negligere possit: Omne enim vivendi jus, quod homo habet, a Deo est, qui in sui laudem creaturam rationalem creavit, creatura igitur opus sui Creatoris destruere nulla ratione potest. *Vid. L. 2. c. 1. §. 9.* At exceptionem patitur hæc regula, si majus bonum inde oriturum est, uti si plures aliæ creaturæ, & v. g. populus, totaque civitas unius interitu conservari possent; quo pertinet exemplum Codri apud *Just. L. 2. c. 6. in f.* Deciorum, Curtii aliorumque: Ita militantes licite se pro patria occidi patiuntur, & ideo per gloriam in perpetuum vivere dicuntur. *pr. Inst. de Excus. tutor.* Atque ad hanc exceptionem quoque referendum est Servatoris exemplum, qui pro genere humano mortem oppetiit, ac morte sua illud redemit: de quo plenius *L. 2. c. 1. §. 9.*

m) (NEQUE DESUNT INTER CHRISTIANOS:) Author hic affert authoritates veterum Christianorum qui bella quidem permittebant, sed neutiquam necessariam defensionem: At omnes vel de virtute & perfectione loquuntur, vel Servatoris dogmata erronèe pro legibus præceptivis sumunt, vel ex superstitiosa interpretatione literam, non sensum

blica non improbaverint, sed defensionem privatam putarint vetitam. Ambrosii loca pro bello [n] supra attulimus. Augustini multo etiam plura sunt & clariora, omnibus nota. At idem Ambrosius dixit: *Et ideo fortassè Petro duos gladios offerenti. Satis, dicit;* [o] *quasi licuerit usque ad Evangelium, ut sit in lege* [p] *æquitatis eruditio, in Evangelio* [q] *veritatis.* Idem alibi: *Christianus etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem* [r] *referire non potest; ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.* Augustinus vero: *Legem quidem, non reprehendo quæ tales* (latrones & alios invasores violentos) *permittit interfici, sed* [s] *quomodo istos qui interficiunt defendam non invenio.* [t] Et alibi: *De occidendis hominibus ne ab eis quisquam occidatur non mihi placet consilium, nisi forte sit* [u] *miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis, accepta legitima potestate.* Atque idem sensisse Basilium ex secunda ipsius ad Amphilochium epistola [w] satis apparet.

L. X. in Lucam.

De offic. III. c. 3.

De libero arb. c. 6.

Epist 154 ad Publicolam

Cap 43. & 55.

3. [x] Sed opposita sententia, sicut receptior est, ita verior nobis videtur, [y] ut talis patientia non sit in obligatione: jubemur enim in Evangelio proximum amare juxta nos ipsos, [z] non præ nobis ipsis: imo ubi par malum imminet, [aa] non vetamur nobis potius quam aliis consulere, [bb] ut supra ostendimus auctoritate Pauli beneficentiæ regulam explicantis. [cc] Instet forte aliquis, & dicat; etiamsi meum bonum

præcepti sequebantur: uti exemplo Originis, aliorumque probavimus *supra C.* 2. §. 6. *n.* 2.

„*n*) (SUPRA ATTULIMUS:) *L.* 1. *C.* 2. §. 10. *n.* 5.

„*o*) (QUAM LICUERIT USQUE AD EVANGELIUM:) „Interpretatur *antehac*, & *ad illum diem*, dum stant „Mosis Ceræmoniæ licuisse; nunc autem, postquam Evangelium annuntiari cœpit, sisti usum „gladii; Cavillatur in vocabulo *Satis*, quod & significat *non plus* & non ultra: quæ sunt verba „*Gron. h.*

„*p*) (EQUITATIS ERUDITIO:) Ut scil. doceat „quid justum sit.

„*q*) (VERITATIS:) Ut doceat quid perfectum „sit.

„*r*) (REFERIRE NON POTEST, NE DUM SALTEM „DEFENDIT, PIETATEM CONTAMINET:) Quia „scilicet putat, vitam mihi potius deserendam, „quam occidendo invasorem eum perpetuæ da„mnationis reum facere. *Vid. n. seq,*

„*s*) (QUO MODO ISTOS QUI INTERFICIUNT „DEFENDAM NON INVENIO:) At lex ipsa interficit „ejusmodi invasores, dum facultatem repellendi vim „injustam cuique privato concedit: metus autem „ne occisi a pœnitentia excludantur, invasori nul„lum jus in vitam meam tribuit. *vid. n. seq.*

„*t*) (ET ALIBI:) *Vid. caus.* 23. *q.* 5. *c.* 8.

„*u*) (MILES:) Qui causam patriæ defendit.

„*v*) (ACCEPTA LEGITIMA POTESTATE:) Tunc „enim jure ejus occidit qui jus interficiendi habet: „Talem quoque accepit potestatem is qui vim „vi repellit, naturæ enim hæc lex est.

w) (Grot.) (SATIS APPARET:) Adde Concilii Aurelianensis canonem citatum a Gratiano c. ult. causa XIII. q. 11.

„*x*) (SED OPPOSITA SENTENTIA;) Quæ defen„sionem privatam permittit si necessaria est.

„*y*) (UT TALIS PATIENTIA NON SIT IN OBLI„GATIONE:) Scil. ut debeamus occidi magis quam „occidere. Sed & sententiæ plerorumque patrum „& theologorum nullam in adstruendo jure natu„ræ authoritatem habent. *Vid. L.* 1. *c.* 2. §. 9.

„*z*) (NON PRÆ NOBIS IPSIS:) Caritas enim „bene ordinata a nobis ipsis incipit.

aa) (Grotius) (NON VETAMUR NOBIS POTIUS QUAM ALIIS CONSULERE:) Cassiodorus de amicitia: *Sane nullus aliquo præcepto vel aliqua ratione tenetur salutem animæ proximi perditione animæ suæ, aut corporis ejus liberationem, circa spem perpetuæ salutis, proprii corpus interitu procurare.*

bb) (UT SUPRA OSTENDIMUS:) *L.* 1. *c.* 2. §. 8. *n.* 9.

cc) (INSTET FORTE ALIQUIS:) Multos & plerosque Theologos hæc ratio dubios reddidit, quod occidens invasorem facto hoc efficiat ut occisus in peccato moriatur, & inde damnetur. At respondeo aliud esse quærere, quid iuris sit, aliud quid pietatis & generositatis: Jure naturæ semper jus meum defendere possum, etiam cum periculo salutis ejus qui invadit, & hactenus verum est quod

bonum præferre possim bono proximi, hoc tamen locum non habere in bonis inæqualibus, quare vitam meam mihi potius deferendam, quam invasor permittatur incidere in perpetuam damnationem. Sed responderi potest, [dd] sæpe etiam eum qui impetitur opus habere tempore ad pœnitentiam, aut probabiliter ita existimare: [ee] & ipsi quoque aggressori ante mortem posse ad pœnitentiam spatium superesse. [ff] Deinde, morali judicio non videri æstimandum illud periculum in quod ipsum se quis conjiciat, & unde se potest eximere.

4. Certe Apostolorum aliqui ad ultimum usque tempus, Christo vidente & sciente, [gg] videntur iter fecisse armati gladio, [hh] quod & alios Galilæos, e patria urbem versus properantes, ob infectas latronibus vias factitasse ex Josepho discimus: [ii] qui & de Essenis innocentissimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum est, ut cum diceret Christus tale tempus imminere, ut gladii comparandi causa vel vestis vendenda esset, Luc. XXII, 36. [kk] statim Apostoli responderint in suo comitatu duos esse gladios: erant autem in eo comitatu nulli præter Apostolos. Tum vero illud ipsum [ll] quod dixit

quod Author in f. h. n. 4. ait, morali judicio non videri æstimandum illud periculum in quod ipsum se quis conjiciat, & unde se potest eximere: 2.) Cum duo hic sint actus, alius invasionis, alius defensionis, causa & vitium damnationis non est in actione defendentis, sed invadentis, illa enim jus est, hæc injuria: Ergo damnatur suo facto quo invasit, non facto adversarii, quo is se defendit. 3.) Bene observat Author forte eum qui impetitur itidem tempore ad pœnitentiam opus habere: & 4.) ipsi quoque aggressori forte spatium ad pœnitentiam ante mortem superesse posse: Sed & 5.) dubium adhuc est an ejusmodi invasor unquam pœnitentiam acturus sit, quin posset pejor fieri, & in alios quoque sævire, cujus delicti causa in eum redundaret, qui ejusmodi homini pepercit: Sane 6.) hac ratione Magistratus delinquentem, nec pœnitentem, ob parilem metum damnationis morti tradere non posset: Denique & 7.) si quis pia hac intentione, & propriæ innocentiæ fiducia inductus, mallet parcere invasori ne damnetur, laudanda quidem est hæc intentio, et majus bonum inde resultat; si tamen invasus negligat hunc perfectionis gradum. & jure suo naturæ utatur, nihil est de quo queratur alter, patitur enim prædo quo dignus est.

„*dd* (SÆPE ETIAM EUM:) Hæc est ratio mo„do allegata tertia.

„*ee*) (ET IPSI QUOQUE AGGRESSORI:) Hæc est „ratio ante allegata quarta.

„*ff*) (DEINDE MORALI JUDICIO:) Hæc est ra„tio ante allegata prima: quid vero sit morale ju„dicium explicat *Grou. in not. b.* Nos aliud ju„dicium morale non agnoscimus quam legem na„turæ, juxta quam judicium ferri debet.

„*gg*) (VIDENTUR ITER FECISSE ARMATI GLA„DIO:) Ex sacra historia de eo non constat, con„jecturatur id Author, quia Petrus ajebat in suo „comitatu duos esse gladios, de quo mox.

„*hh*) (QUOD ET ALIOS GALILÆOS:) De latro„ciniis in Judæa commissis ita loquitur Josephus, „*in bell. jud. L. 4, c. 5. Primo autem indigenarum „singuli prædari cœperunt: deinde ex composito con„fertis cuneis per territorium latrocinabantur, ut „quod ad crudelitatem atque injustitiam spectat, „nihil a Romanis Gentiles abessent:* & mox: *ali„que latrones ex agris & transgressis, ac multo „sævioribus, quos intus invenere, sociati, nullum atrox „facinus intermittebant.* De Galilæis per dies fe„stos Hierosolyma petentibus, & a latronibus ag„gressis. *Vid. Josephi Antiq. L. 20. c. 5.* ubi addit: *At„que ex eo tempore universa Judæa repleta est la„tronum receptaculis.*

„*ii*) (QUI ET DE ESSENIS INNOCENTISSIMIS HOMI„NIBUS IDEM PRODIDIT:) *in Libro de bell. jud. l. 2 c. 4.* „ut: *Hinc est, quod cum peregrinaretur, propter la„trocinia tantum armatur, neque præterea quic„quam ferunt.* De innocentia morum hujus Sectæ „videatur *Id. Joseph. d. l. 8. per tot. & Antiq. L. 18. c. 2.*

„*kk*) (STATIM APOSTOLI RESPONDERINT, IN „SUO COMITATU DUOS ESSE GLADIOS:) Appa„ret ex responsione Servatoris, *satis est*, eum non „improbasse usum gladiorum: *Vid. Luc. XXI, 58.* „Sane discipulos duos hos gladios secum port. sse „vel ex sequentibus apparet: *quia videntes hi „qui circa ipsum erant, quod futurum erat, di„xerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? & „percussit unus ex illis servum Principis sacerdo„tum, & amputavit auriculam ejus dexteram, vid. „Luc. c. XXII. v. 49. & 50.*

„*ll*) (QUOD DIXIT CHRISTUS:) Scil. gladii com„parand. causa vel vestem vendendam esse.

dixit Christus, quamquam [mm] præceptum revera non continet, sed [nn] proverbium est, significans gravissima pericula imminere, ut clare ostendit [oo] oppositio primi temporis, quod tutum ac prosperum fuerat, commate 35. est tamen tale, [pp] ut sumptum appareat ex eo quod fieri solebat, quodque Apostoli licitum censebant.

5. Recte autem [qq] a Cicerone dictum est: *Gladios habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret.* Illud vero, [**] *Ne resistite injuriam facienti,* [rr] non magis universale est, quam quod sequitur, [ss] *date omnia petenti*; quod tamen exceptionem admittit, [tt] dum ne nimium nos prægravemur, [uu] imo isti præcepto de dando nihil adjicitur quod vim habeat restringentem, sed ex solo sensu æquitatis adstringitur; cum præceptum de non resistendo suam habeat adjunctam explicationem, per exemplum alapæ: [vv] ut intelligatur tum demum præcise nos obligare, cum ea impetimur injuria quæ aut alapa sit, aut alapæ par; [ww] nam alioqui rectius fuerat dicere: *Ne resistite injuriam facienti, sed vitam profundite potius quam armis utamini.*

6. In verbis ad Romanos: μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, omnino ἐκδικεῖν non tuendi, [xx] sed ulciscendi habet significationem, ut & Judith I, II. & II, I.

„mm) (PRÆCEPTUM REVERA NON CONTINET:) „i. e. non præcipit ut gladio quis se defendat: nam „præcepto illo opus non fuit, quia satis ipsa natu- „ra id homines docuit; neque Christi officium in „præcipiendo consistebat.

„nn) (PROVERBIUM:) Rectius locutio figurata. „*Gron. h.*

„oo) (OPPOSITIO PRIMI TEMPORIS, QUOD TU- „TUM AC PROSPERUM FUERAT:) Ita enim de „primis illis temporibus, quo scil. Apostolos ad „Evangelium prædicandum vocavit, loquitur: „*Quando misi vos sine sacculo & pera & calcea- „mentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi di- „xerunt nihil: dixit ergo eis, sed nunc qui habet „sacculum &c,*

„pp) (UT SUMTUM APPAREAT EX EO QUOD „FIERI SOLEBAT:) Si enim uti non licuisset gladio „ad sui defensionem, Servator id prohibuisset, nec „permisisset tales in suo comitatu haberi.

„qq) (A CICERONE:) *in orat. pro Milone n. 4.*

„**) (NE RESISTITE INJURIAM FACIENTI:) De hoc „effato Servatoris late actum est supra *c. 2. §. 8. n. 3.* „Loquitur Servator de perfectione, adeoque de pa- „tientia, quatenus virtus est: qualis esse desinit, si „quis proprium vitam negligat, cujus ipse nec au- „thor est, nec dominus, nisi majoris boni gratia „id faciat.

„rr) (NON MAGIS UNIVERSALE EST:) Imo „est universale, respectu habito ad Ethicam, seu „virtutum disciplinam, & intra fines perfectionis.

„ss) (DATE OMNIA PETENTI:) Hoc itidem „universaliter verum esse, intra fines nimirum per- „fectionis, vidimus *d. §. 8. n. 4. 5. & 6.*

„tt) (DUM NE NIMIUM NOS PRÆGRAVEMUR:) „In genere dicendum, dum ne fines perfectionis „excedamus. *Vid. dict. §. 8.*

„uu) (IMO ISTO PRÆCEPTO DE DANDO NIHIL „ADJICITUR, QUOD VIM HABEAT RESTRINGEN- „TEM, SED EX SOLO SENSU ÆQUITATIS AD- „STRINGITUR:) Mens Authoris hæc est: Præce- „ptum *de dando omnia petenti* generale non esse, „quia ex æquitatis ratione adstringitur ad casum, „ne oneri sit dandi; præceptum autem *de non re- „sistendo* ideo generale non esse, quia expresse re- „stringitur ad leviores tantum injurias. *Conf. d. c. „2. §. 8. n. 3.* Verum non opus est tot ambagi- „bus: dictum sæpius est, Servatorem loqui de „majori perfectione; perfectius sane est negligere in- „jurias, Deoque vindictam committere. Atque „hæc ipsa perfectio sua non destituitur mercede, „modo intra fines perfectionis exerceatur: excedit „autem illos fines, qui vitæ a Deo ipsi commissæ, „adeoque rei alienæ & curæ ipsius traditæ, defen- „sionem negligit.

„vv) (UT INTELLIGATUR TUM DEMUM PRÆ- „CISE NON OBLIGARE, CUM EA IMPETIMUR INJU- „RIA, QUÆ AUT ALAPA SIT, AUT ALAPÆ PAR.) „adeoque si injuria sit levior: At nec tunc obligamur „ex præcepto Christi, sed ex eo jure naturæ quod „intuitu Dei obtinet, & carentiam præmii infert. „*Vid. supra c. 2. §. 8. n. 3.*

„ww) (NAM ALIOQUI RECTIUS FUERAT DICE- „RE:) i. e. Servator non allegaturus fuisset exem- „plum levioris injuriæ, sed in genere prohibiturus „fuisset omnem injuriæ vindictam.

„xx) (SED ULCISCENDI HABET SIGNIFICATIO- „NEM:) Verba hæc allegavit Author supra *n. 1.* „eaque nihil aliud significant, quam regulam de „non vindicanda injuria, quæ regula perfectionis „est, & adeo non excludit necessariam defensionem „vitæ suæ, ut potius imperfecte ageret qui illam „omittit.

„yy)

II, 1. Luc. XVIII, 7. 8. XXI, 22. 2 Theſſ. I, 8. 1 Petr. II, 14. Rom. XIII, 4. 1 Theſſ. IV, 6. Idque ipſa verborum connexio manifeſte oſtendit: præceſſerat enim, *Nec repeudatis ulli malum pro malo:* [yy] hæc autem eſt ultionis non defenſionis deſcriptio. Et monitum ſuum fulcit Paulus Deuteronomii loco [zz] ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, ubi in Hebræo eſt לי נקם, quo ultionem ſignificari tum vocis proprietas indicat, [α] tum ipſa loci ſententia quæ defenſionem intelligi non patitur.

7. [β] Quod vero Petro dictum eſt, continet quidem prohibitionem utendi gladio, [γ] ſed non in defenſionis cauſa: neque enim ſe opus habebat defendere. [δ] Jam enim dixerat Chriſtus de diſcipulis: *Sinite hos abire: idque ut impleretur ſermo quem dixerat: Ex iis quos dediſti mihi non perdidi quemquam*, Joan. XVIII, 8. 9. [ε] neque Chriſtus, nam defendi nolebat. Ideo [ζ] apud Joannem hanc cauſam interdictioni ſubjicit, *An non bibam poculum quod dedit mihi Pater?* com. 11. & [η] apud Matthæum ait. *Quomodo ergo implerentur ſcripturæ quæ dicunt ita oportere fieri?* [θ] Ulciſcendi ergo animo Petrus, ut erat fervidus, non defendendi ferebatur, adde quod arma ſumebat in eos qui nomine publicarum poteſtatum adventabant, [ι] quibus an ullo caſu reſiſtere liceat peculiaris eſt quæſtio, infra a nobis peculiariter tractanda. Quod autem adjicit Dominus, *omnes qui gladium acceperint gladio peribunt,* [κ] aut proverbium eſt, ex vulgi uſu deſumtum, quo ſignificatur [λ] ſanguinem ſanguine elici [μ] ideoque armorum uſum periculo nun-

„yy) (HÆC AUTEM EST ULTIONIS NON DEFENSIONIS DESCRIPTIO:) Non ergo Servator improbat defenſionem neceſſariam vitæ, id enim imperfectionem potius inferret, ſed improbat ſtudium vindictæ, ultionem injuriæ nobis illatæ, tanquam virtuti & perfectioni oppoſitam, adeoque ſectatori Chriſti indignam.

„zz) (ἐμοὶ ἐκδίκησις:) *Mihi vindicta: ego rependam. Deut. 32. v. 35.* vel ut in vulgata exſtat, *Mea eſt ultio, & ego retribuam.*

„α) (TUM IPSA LOCI SENTENTIA QUÆ DEFENSIONEM INTELLIGI NON PATITUR:) Queritur enim Deus de ſtultititia, pertinacia & impietate Iſraelitarum *d. c. 32. v. 25. ſeq.* & ideo minatur ſe pœnam ſuo tempore ab iis ſumturum, & cum ſæpius id repetiiſſet, *v. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.* tandem quoque addit *v. 35. Mea eſt ultio, & ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorum: juncta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora.*

„β) (QUOD VERO PETRO DICTUM EST:) *Vide ſupra n. 1.*

„γ) (SED NON IN DEFENSIONIS CAUSA:) Diximus initio *h. §.* Servatorem loqui de abuſu gladii, quia Petrus tamquam privatus jus gladii non habebat, inprimis contra publicos juſtitiæ miniſtros.

„δ) (JAM ENIM DIXERAT CHRISTUS:) Sed & Petro vis non inferebatur, ſed ſoli ſervatori, & quidem a magiſtratu.

„ε) (NEQUE CHRISTUM, NAM DEFENDI NOLEBAT:) Quia opus ſe non habere humano gladio eadem occaſione profitebatur. *Matth. 26. v. 53.*

„ζ) (APUD JOANNEM) *c. 18. v. 11.*

„η) (APUD MATHÆUM) *c. 26. v. 54.*

„θ) (ULCISCENDI ERGO ANIMO:) Imo non ideo improbabat Servator factum Petri, nam animo defendendi magiſtrum gladium ſtringebat: ſed quia defenſio contra miniſtros juſtitiæ illicita eſt, etiam naturæ jure.

„ι) (QUIBUS AN ULLO CASU RESISTERE LICEAT PECULIARIS EST QUÆSTIO:) De qua Vide *infra c. 4. §. 6.*

„κ) (AUT PROVERBIUM EST:) Imo eſt regula juris tum naturalis tum Moſaici, quam allegebat Servator, ne quis occidat alium, inprimis miniſtrum Juſtitiæ. Recte ergo inde infert, quod omnes qui gladium acceperint, (ſcil. intentione lædendi alios quos lædendi jus non eſt, adeoque qui injuria gladium acceperint) gladio quoque perire, i. e. a magiſtratu talionis jure puniri debeant.

„λ) (SANGUINE SANGUINEM ELICI:) i. e. ſanguinem alterius non effundi ſine periculo noſtri quoque ſanguinis.

„μ) (ADEOQUE ARMORUM USUM PERICULO NUM-

nunquam vacare: aut, quæ Origenis, Theophylacti, Titi, & Euthymii ſententia eſt, indicat ν non eſſe quod nos Deo præripiamus ultionem, quam ipſe ſuo tempore ſatis ſit exacturus: ξ plane quo ſenſu in Apocalypſi dicitur XIII, 10. *Qui gladio occidit, eum gladio occidi oportet: in hoc ſita eſt ſpes & patientia ſanctorum,* quicum convenit Tertulliani illud: *Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus: ſi injuriam depoſueris penes eum, ultor eſt; ſi dolorem, medicus eſt;* ο *ſi mortem, reſuſcitator eſt: quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem?* π Simulque his Chriſti verbis vaticinium videtur ineſſe de pœnis, quas a ſanguinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum

8. ϱ Ad Chriſti exemplum, qui pro inimicis mortuus dicitur, reſponderi poteſt, σ Chriſti facta omnia quidem virtutis eſſe plena, & quæ, quoad ejus fieri poteſt, τ imitari laudabile ſit, υ & ſuo præmio non cariturum; φ non tamen omnia ejusmodi eſſe χ ut aut ex lege veniant, ψ aut legem faciant. Nam quod Chriſtus pro inimicis atque impiis eſt mortuus, id non fecit ex lege aliqua, αα ſed ex ſpeciali quaſi pacto & fœdere inito cum Patre; qui ſi id faceret, non modo ſummam

„NUNQUAM VACARE:) Quia inter vi agentes par „utrinque eſt periculum.

„ν) (NON ESSE QUOD NOS DEO PRÆRIPIAMUS „ULTIONEM:) Imo nec hoc ſenſu Servator regu„lam illam allegavit: quia improbat factum Petri „non ideo quod Deo præripuerit vindictam, ſed „ideo quod is, privatus, jus gladii, inprimis in „miniſtros juſtitiæ, non habuerit,

„ξ) (PLANE QUO SENSU IN APOCALYPSI DICI„TUR:) Imo plane alio ſenſu dicto illo utitur Jo„hannes: loquitur enim de prava illa beſtia, & de „his qui primam beſtiam adorarunt, quibus datum „eſt bellum facere cum ſanctis & vincere eos. *Apoc.* „*13. v. 7. & ſ.* De his victoribus injuſtis vaticina„tur, quod illi, qui gladio occiderint ſanctos, et„iam gladio perituri ſint; non judicio magiſtratus, „nec ex lege Moſis, (nam ſuperiorem in terris non „habet beſtia illa) ſed ex judicio Dei, qui ſibi con„tra uſurpatores & tyrannos judicium reſervavit.

„ο) (SI MORTEM, RESUSCITATOR EST:) Sed „ſermo ipſi eſt de iis, qui a Magiſtratu propter e„vangelium ad ſupplicium rapiuntur, atque his „Deum pollicetur reſuſcitatorem.

„π) (SIMULQUE HIS VERBIS VATICINIUM VI„DETUR INESSE DE POENIS:) Imo nulla ratione „hoc effatum ad vaticinia trahi poteſt: loquebatur „de facto præſenti, de gladio quo Petrus injuria „utebatur, hunc actum improbat nullo reſpectu „habito ad futura.

ϱ) (AD CHRISTI EXEMPLUM &C. RESPONDERI POTEST:) Dixi ſupra in *not. ad n. 1. in fin.* pro aliis mortem ſubire regulariter non tantum juri, ſed & perfectioni repugnare, niſi pro conſequendo majori bono id fiat, uti pro obtinenda ſalute humani generis; pro patria, pro familia &c.

σ) (CHRISTI FACTA OMNIA QUIDEM ESSE VIRTUTIS PLENA:) Servator, divina natura præditus, adeoque ipſe perfectionum regula, non poteſt non perfecte agere:

„τ) (IMITARI LAUDABILE EST:) Omnis enim „ratio virtutis in eo conſiſtit, Deum imitari. *Vid.* „*Diſſ. Prooem. II. §. 21.*

„υ) (ET SUO PRÆMIO NON CARITURUM:) Qui „imitatur attributa divina i. e. qui actus virtutum „peragit, & perfectionum regulas ſequitur, præ„mium ideo conſequitur: qui vero eas negligit, „privatur illis præmiis, quæ ſingulis virtutum acti„bus deſtinatæ ſunt. *dict. diſſ. §. 21.*

„φ) (NON TAMEN OMNIA EJUSMODI ESSE:) „Dictum ſæpius eſt, Chriſtum, juris præcepta nulla „ſtatuere, adeoque non exiſtere ullam Chriſti le„gem, ſive verbis ſive factis declaratam, quæ „juris vim habeat: ſed illum, Prophetarum more, „ea quæ juris ſunt exponere, & obſervantiam le„gum auditoribus inculcare, ac pœnas & præmia ſe„ptis ob oculos ponere.

„χ) (UT AUT EX LEGE VENIANT:) Quaſi præ„ciſe Servator facta illa peragere debuiſſet.

„ψ) (AUT LEGEM FACIANT:) Quaſi præciſe ho„mines facta illa imitari teneantur.

„αα) (SED EX SPECIALI QUASI PACTO ET FOE„DERE INITO CUM PATRE:) Oblatio Servatoris „ſpontanea ad mortem ex duplici capite licita, „quin & laudabilis fuit, 1) quia approbante Deo „id fecit, qui, tanquam author & arbiter vitæ „ac necis, id injungere Servatori qua homini po„tuit. 2) Etſi tale mandatum & expreſſa approba„tio non præceſſiſſet, tamen laudabilis fuiſſet hæc „oblatio intuitu Servatoris, quia ea ad ſervandum „totum humanum genus neceſſaria erat, & ſic ma„joris utilitatis cauſa fiebat.

„ββ)

mam ei gloriam, sed & gentem in æternum duraturam ββ promisit, Esaiæ LIII, 10. Alioqui esse hoc factum quasi singulare, γγ & cui vix quicquam reperiatur simile, ostendit Paulus Rom. V, 7. Et Christus nos animam nostram periculis objicere jubet, δδ non pro quibusvis, εε sed pro ejusdem disciplinæ consortibus, 1. Joan. III, 16.

9. ζζ Quæ vero ex Christianis scriptoribus allatæ sunt sententiæ, ηη partim videntur consilium magis, & sublimis propositi commendationem, quam districtum præceptum continere; θθ partim privatæ sunt ipsorum, non communes totius ecclesiæ. Nam in canonibus antiquissimis, ιι qui Apostolici dicuntur, communione is demum privatur κκ qui in rixa primo ictu adversarium occiderit: διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ λλ *ob nimium calorem.* Et hanc sententiam ipse etiam Augustinus, μμ quem in contrariam partem adduximus, probare videtur, Quæst. LXXXIV. in Exodum. *Can. XLV c. si vero de sent. excom. & c. significasti, de homicidio.*

§. IV.

1. a Publicum bellum b aliud est solenne ex jure gentium, aliud minus

„ββ) (PROMISIT ESAIÆ LIII, 10.) Verba hæc „sunt: *Et Dominus voluit conterere eum* (Messiam) „*in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam* „*suam, videbit semen longævum, & voluntas Do-* „*mini in manu ejus dirigetur.*

„γγ) (ET CUI VIX QUICQUAM REPERITUR SIMILE:) Equidem allegavimus supra *n. 1.* Fabios, „Curtios, Codros &c. qui se pro salute civitatis „& unius populi devoverunt, at benignissimus Ser- „vator pro toto humano genere mortem subiit: Hoc „summæ perfectionis exemplum est, quod imitari, „& ob majorem utilitatem mortem pro aliis oppe- „tere, laudabile omnino est.

„δδ) (NON PRO QUIBUSVIS:) Imo pro quibus- „vis, si major inde resultat utilitas: sic enim Chri- „stiani quoque milites pro salute & securitate gen- „tilium vitam offerebant.

„εε) (SED PRO EJUSDEM DISCIPLINÆ CONSORTIBUS:) Imo ne pro his quidem, nisi insigne „aliquod inde proveniat commodum: adeoque ra- „tio generalis est.

„ζζ) (QUÆ VERO EX CHRISTIANIS SCRIPTORIBUS ALLATÆ SUNT SENTENTIÆ:) Nimirum su- „pra *n.* 2. ubi jam notavimus, erroneas quoque „sæpius esse eorum opiniones, tum quia Servato- „ris dogmata aliquando pro præceptis juris naturæ „sumserunt, tum quia fines perfectionis, quos „Servator semper supponit, non rite distinxerunt. „Vide omnino *L. 1. c.* 2. *§. 9.*

„ηη) (PARTIM VIDENTUR CONSILIUM MAGIS „ET SUBLIMIS PROPOSITI COMMENDATIONEM &c:) „Quod Author sæpius jam notavit in *proleg. §. 50.* „*L. 1. c. 1. c. 9. L.* 2 *c.* 2. *§. 6. n. 5. L. 1. c.* 2. *§. 9. n.* 4. Vid. omnino *Diss. proœm. §.* 7. *& 9.*

„θθ) (PARTIM PRIVATÆ IPSORUM, NON TOTIUS ECCLESIÆ:) Hinc ineptum est ex quorun- „dam Doctorum opinione de confessione totius „ecclesiæ judicare. *Vid. l. 1. c.* 2. *§. 9. n.* 2.

„ιι) (QUI APOSTOLICI DICUNTUR:) Sed male „*Vid. L.* 1. *c.* 2. *§. 10. n. 9.*

„κκ) (QUI IN RIXA PRIMO ICTU ADVERSARIUM OCCIDERIT:) Recte Author observat, id „statutum saltem fuisse, si *ex calore iracundiæ* ag- „gressorem interfecerit, adeoque non ex propo- „sito: at ob conjunctam culpam & imperfectio- „nem, disciplinæ ecclesiasticæ subjicitur, i, e. a „communione excluditur.

λλ) (Grot.) (OB NIMIUM CALOREM:) Ambrosius Lib. X. in Lucam: *O Domine, cur me emere jubes gladium, qui ferire me prohibes? cur habere præcipis quem vetas promi? nisi forte ut parata sit defensio, non ultio necessaria.*

„μμ) (QUEM IN CONTRARIAM PARTEM ADDUXIMUS:) supra *n.* 2.

„a) (PUBLICUM BELLUM:) Hactenus enim Au- „thor de *privato* egit, quod scilicet inter duos „& singulos geritur. *L. 1. c. 1. §.* 2. & quod anti- „quius est publico: *ibid. & supra §. 1.* Hoc §. „explicat quid sit *bellum publicum.* Differt au- „tem bellum *publicum* a *privato*, quod *illud* a „summis utrinque potestatibus geratur, *hoc* vel „a summa potestate in privatos non subditos, „(quod enim in subditus armis fit, non bellum „est, sed effectus imperii) vel a privatis in sum- „mam potestatem extraneam, (nam in suum „Principem nulla vis licita est) vel a privatis inter „se geritur; si v. g. vel judex non est, vel ejus co- „pia haberi non potest.

„b) (ALIUD EST SOLENNE EX JURE GENTIUM, „ALIUD MINUS SOLENNE:) Grotius primus est, „qui bellum publicum in *solenne ex jure gentium,* „& *minus solenne* distinxit, cujus rei causam ne- „mo commentatorum observavit, nedum systema „ejus, subtile satis, intellexit:

minus folenne. Solenne quod hic voco, plerumque juftum dici folet [c] eo fenfu quo juftum teftamentum codicillis, [d] juftæ nuptiæ fervili

„Grotius fuppònit 1.) JURE NATURÆ neminem
„licite bellum gerere poffe, nifi juftam caufam ha-
„beat; 2.) unumquemque pofte bellum inehoare
„abfque denunciatione, 3.) Hoftem lædi tantum
„poffe ad quantitatem debiti, vel ad modum pœnæ.
„4.) Eum, qui contra has juris naturæ regulas bel-
„lum gerit, a reliquis gentibus tanquam furem &
„homicidam puniri poffe. *Vid. Differt. prooem.*
„*IV. §. 14. & Diff. IX. §. 45. feq.*

„Cum vero obfervaverit novam hanc feoten-
„tiam omnium gentium praxi contrariari; Atque
1.) inter duas gentes femper utrinque bellum pro jufto
„haberi, quia aliæ gentes de juftitia caufæ judicium
„ferre nequeunt, 2.) elarigationem, feu deouncia-
„tionem belli, ioter omnes, vel faltem moratiores
„gentes obfervari, & 3.) quotidianam teftari experi-
„entiam hoftem in infinitum capi & occidi, ac res
„ejus vaftari poffe, &c. Ideo, ut difficultatem
„hanc evitaret, omnia hæc eapita, & plurima alia
„inde fequentia, retulit ad *jus* aliquod *humanum*
„*voluntarium*, quod *jus gentium* vocat.

„Putat nimirum, gentes ob eommunes magnæ il-
„lius noiverfitatis utilitates & necesfitates jura quæ-
„dam inter fe ftatuiffe, eaque præcipue quoad bel-
„li proceffum. Atque hinc voluiffe 1.) ut bellum
„femper pro jufto habeatur quod a fummis poteftati-
„bus geritur, five eaufa jufta fit, five non: Cujus
„effectum infignem hunc fibi excogitavit, ut is
„qui etiam fine jufta caufa hoftem occidit, capit,
„&c. jure gentium (fecus ac jure naturæ) ab aliis
„gentibus pro prædone, fure &c. haberi, aut ideo
„puniri non posfit; Rationem hanc addit, quia
„perieulofum crediderunt gentes inter duas fummas
„poteftates judicium fuum exponere. 2.) Easdemquo-
„que gentes conftituiffe fingit ut clarigatio feu de-
„nunciatio præcedat, non tantum ubi rem meam ab
„hofte vindico, (quod naturali quoque ratione ob-
„tinere ftatuit) fed & ubi bellum eft punitivum,
„i. e. ubi injuria vindicatur: imo in bello quoque
„defenfivo: Denique & 3.) gentes quoque inter
„fe conveniffe, ut in infinitum, & ultra quantitatem
„debiti aut injuriæ, occidere, capere perfonas ho-
„ftiles, & res eorum vaftare liceat; ad eum effectum,
„ut bellum gerentes dominium exteroum aliquod
„acquirant in illas perfonas & res, quod ioter gen-
„tes omnes effectus dominii haberet; adeo ut nec
„res talis apud medios deprehenfa a priftino do-
„mino vindicari, aut novus poffeffor tanquam
„prædo vel fur ibi conveniri poffit. Quæ omnia
„latius expofuimus *in Diff. prooem. IV. §. 20.* &
„prolixius *in Diff. prooem. VIII. §. 63. feq.*

„Atque hoc fenfu bellum (quatenus eft jure gen-
„tium folenne) utrinque juftum dici poffe ait.

„At totum hoc fyftema hoc folo corruit argu-
„mento, quod probatum nondum fit gentes un-
„quam inter fe conveniffe, & jus aliquod commu-
„ne ftatuiffe: Fabulam enim de jure gentium
„fecundario fupra jam explofimus. *L. 1. c.*
„*1. §. 14. & Proleg. §. 17.* An vero bellum utrin-
„que juftum dici posfit late expofuimus in *Differt.*
„*prooem IX. §. 168. feq.* Sed & infra libro tertio vi-
„debimus, omnia hæc eapita, quæ author juri gen-
„tium tribuit, partim plane ad jus non pertinere,
„partim ex ipfo jure naturæ fequi. Certiffimum
„igitur eft, *bellum folenne ex jure gentium* oppofi-
„tum *bello minus folenni* non dari.

„*c*) (EO SENSU QUO JUSTUM TESTAMENTUM CODICILLIS:) Comparatio huc non quadrat; nam aliæ folennitates a lege funt præfcriptæ teftamentis, aliæ codicillis, adeoque hi æque folennes funt fuo modo ac ipfa teftamenta: At jus naturæ omni bello uniformem folennitatem præfcripfit, quæ fi deficit bellum noo eft, nec minus folenne: Si igitur bellum folenne dicitur quod fecundum folennitates juris naturæ geritur, omne bellum eft folenne, & fic non datur minus folenne.

d)(Grot.)(JUSTÆ NUPTIÆ CONTUBERNIO SERVILI OPPONUNTUR:) Imo inter cives erant quædam matrimooia non jufta, non jufti liberi. Paul. Sent. lib. II. tit. XIX. L. Si uxor D. ad L. Juliam de adulteriis. fic & libertas quædam non jufta. Seneca de vita beata c. XXV. Suetooius Octavio c. XI.

ADDITIO.

„Author novam fuam diftinctionem in bellum
„publicum *folenne*, & *minus folenne*, illuftrat ex-
„emplo *teftamenti* & *codicilli*, nec oon exemplo *nu-*
„*ptiarum* & *contubernii*. *Teftamentum* enim cer-
„tas quasdam folennitates habere ait *codicillis* non
„communes: *illud* enim non eft oifi unum, *hi*
„autem plures exiftere poffunt; in *illo* folo de
„hæreditate directa difponi poteft, non in *his*,
„in *illo* folo hæreditas adimi poteft, fecus ac in
„codicillis. &c.

„Ita *nuptias* quoqe effectus quosdam particula-
„res habere ait, qui in *contubernio* oon obtinent;
„*nuptias* enim non cootrahunt nifi eives Romaoi,
„&c. *contubernium* autem cum fervis eft; in *illis*
„jus *thori* eft, non in *hoc*. In *illis* nupta uxor di-
„citur, in *his* contubernalis: *l. 14. §. 3. R. N. L. 12.*
„*§. 33. de Inftrum. legis. Senec. controv. 21. Petron.*
„*c. 56. Gron. h.* in *illis* requiritur confenfus pa-
„reutum, fecus ac in *contubernio*: in *illis* effe-
„ctus patriæ poteftatis obtinent, etiam civiles, in
„*hoc* noo nifi naturales.

„Pari ratione Author ait in *bello publico folenni*
„(i. e. quod inter duas fummas poteftates geritur,
„& publieo decreto iodictum eft) gentes quosdam
„effectus fingulares iotoduxiffe, qui *in bello publi-*
„*co minus folenni* (i. e. quod vel non a fumma u-
„trinque poteftate geritur, vel indictum non eft)
„non obtineaot: Atque hinc ait in *priori bello* ju-
„ftitiam eaufæ noo requiri, in *hoc* requiri: In *il-*
„*lo* res & perfonas hoftiles capi & occidi poffe in
„infinitum, & ultra modum debiti ac pœnæ, in
„*hoc* non nifi pro quantitate debiti, & juxta pro-
„portionem delicti: in *hoc* hoftem, qui fine jufta
„caufa bellum gerit, vel qui etiam juftum bellum

gerens

vili contubernio opponuntur: non quod non liceat & codicillos facere ei qui velit, & servo secum mulierem habere in contubernio; [e] sed quod testamentum & nuptiæ solennes peculiares quosdam ex jure civili effectus habeant. [f] quod notari utile est, multi enim, [g] voce justi male intellecta, [h] damnari putant ut iniqua aut illicita bella omnia, quibus illa justi appellatio non convenit. [i] Ut bellum solenne sit ex jure gentium, duo requiruntur: primum [k] ut geratur utrimque auctore eo qui summam potestatem habeat in civitate; deinde, [l] ut ritus quidam adsint, [m] de quibus agemus suo loco. [n] Hæc quia conjunctim requiruntur, ideo alterum sine altero non sufficit.

2. Bellum autem publicum minus solenne [o] potest & ritibus illis

„gerens ultra modum debiti & pœnæ hostem lædit, pro fure & pro homicida haberi, ad eum effectum, ut apud alias gentes ad restitutionem compelli & a quocunque puniri possit; omnia autem secus se habere *priori* casu, in bello nimirum ubi gentes certas solennitates introduxere: in hoc enim omnes illos actus, jure naturæ injustos, justos ac licitos fieri, ad effectum scil. dominii externi, & impunitatis.

„At hæc omnia gratis dicuntur: Negamus enim (1) dari jus gentium voluntarium, & bella jure gentium solennia. Adeoque negamus (2) gentes unquam certas solennitates circa bellum constituisse, eisque effectus allegatos tribuisse: Ex infra dicendis (3) constabit, solennitates quas Grotius juri gentium tribuit ex ipso jure naturæ fluere: Hoc enim jure *bellum publicum* est, quod inter duas summas potestates prævia indictione geritur: (4) Bella igitur quæ Grotius minus solennia vocat, vel sunt vere publica, vel privata, vel plane non sunt bella, sed effectus imperii: *Vid. infra n.* 2. Negamus (5) jure gentium demum constitutum esse, ut ultra modum debiti & pœnæ hostis lædi possit: nam jure naturæ quoque omnia in hostem licent, in infinitum: Negamus (6) jure naturæ eum qui ex injusta causa bellum gerit a quocunque alio puniri posse: Gens enim in aliam gentem imperium non habet, nec ejus judicio subest. *Conf. diss. Proœm. IX. n. 63. seq.*

„*e*) (SED QUOD TESTAMENTUM ET NUPTIÆ SOLENNES PECULIARES QUOSDAM EX JURE CIVILI EFFECTUS HABEANT:) Dictum jam est, unam saltem esse solennitatem in bellis publicis, quæ ex jure naturæ originem trahit; & jus gentium, (utpote quod plane non agnoscimus) nihil hic mutasse.

„*f*) (QUOD NOTARI UTILE EST:) Imo nullam observatio hæc in jure naturali, adeoque nec in materia bellorum, utilitatem habet.

„*g*) (VOCE JUSTI MALE INTELLECTA:) Quia scil. non distinguunt id quod justum est jure gentium, ad effectus saltem quosdam peculiares; ab eo quod semper & ubique justum est: At hanc differentiam refutavimus supra *Proleg. §. 35. &* *41. Conf. diss. proœm. IV. §. 18. seq. & Dissert. IX. Sect.* 2.

„*h*) (DAMNARI PUTANT BELLA OMNIA QUIBUS ILLA JUSTI APPELLATIO NON CONVENIT:) Et merito talia bella damnant, quia bellum justum nulla ratione dici potest, nisi solennitates juris naturæ habeat, justa autem bella ad effectus quosdam peculiares ex jure gentium plane cognita non sunt.

„*i*) (UT BELLUM SOLENNE SIT EX JURE GENTIUM,) i. e. ut effectus quosdam particulares ex jure gentium habeat, vel ut *in proleg. §. 41.* loquitur, ut duntaxat effectum quendam externum ad instar illius primitivi juris pariat: *Vid. Differt. prooem. IX. §. 63. n. 6.* qui autem sint illi effectus particulares late exposuimus. *d. diss. IX. §. 65. seq.*

„*k*) (UT GERATUR UTRINQUE AB EO, QUI SUMMAM POTESTATEM HABEAT:) Imo tunc bellum non solenne est ex jure gentium (utpote quale non dari diximus) sed ex ipso jure naturæ: *Vid. Grot. l. 3. c. 3. §. 4.*

„*l*) (UT RITUS QUIDAM ADSINT:) Scil. clarigatio vel belli denunciatio: *Dict. Diss. Prooem. IX. §. 63. n. 4.* At hæc clarigatio semper, & ex ipsa naturæ ratione requiritur, excepto solo bello defensivo. *Vid. infra L. 3. c. 3. §. 5. seq.*

„*m*) (DE QUIBUS AGEMUS SUO LOCO:) Scil. *L. 3. c. 3. §. 4. §. 5. & seq.*

„*n*) (HÆC QUIA CONJUNCTIM REQUIRUNTUR, IDEO ALTERUM SINE ALTERO NON SUFFICIT.) Verum hoc est: at utraque solennitas est ex jure naturæ, non ex jure gentium. *Diss. Prooem. XII. §. 721. & 726.*

„*o*) (POTEST ET RITIBUS ILLIS CARERE, ET GERI IN PRIVATOS, ET AUTHOREM HABERE MAGISTRATUM QUEMVIS:) Author bellum publicum minus solenne esse ait 1.) si non duæ potestates summæ, sed vel summa potestas cum suis subditis, aut 2) cum subditis alterius civitatis bellum gerit, vel 3) si inferior magistratus pro defensione suæ civitatis bellum vicinæ civitati infert, 4) si indictum non est publice: Atque in hoc bello minus solenni 5) statuit (a) justam requiri causam, (b) capi res & personas hostiles non posse nisi pro modo debiti & pœnæ, (c) excedentes

carere, & geri in privatos, & auctorem habere magistratum quemvis. [p] Et sane si citra leges civiles res spectetur, [q] videtur omnis magistratus, sicut ad tuendam plebem sibi creditam, [r] ita ad exercendam jurisdictionem, si vis occurrat, jus habere belli gerendi. Sed quia ex bello tota civitas in periculum venit, [s] ideo ferme omnium populorum legibus cautum est, ne bellum geri possit nisi auctore eo qui summam in civitate potestatem habeat. [t] Exstat lex talis Platonis ultimo de

„a quocunque tanquam prædones & homicidas puniri posse. *Vid. diss. Prooem. IX. §. 70. seq.*

„At *primum exemplum* non potest referri ad bellum aliquod publicum minus solenne. Nam si summa aliqua potestas læditur a *suis* subditis, hi jure & vi imperii coercentur, non bello. Et si *secundo casu* summa potestas læditur, ab *alterius* civitatis subditis. Princeps læsus a lædentis subditi Principe satisfactionem exigere potest, qui si eam neget, non cum subdito bellum est, sed cum Principe ipso reparationem negante. Atque hoc bellum publicum est, & solenne natura. Idem quoque dicendum si alieni subditi a vicina summa potestate læduntur; hoc enim casu subditus læsus suum adit principem, eique injuriam sibi illatam exponit; hic nomine sui subditi reparationem a Principe lædente postulat, quam si neget, non subditus bellum infert, sed Princeps injuriam subdito suo illatam bello vindicat, adeoque tunc iterum bellum est publicum & solenne. *Vid. supra §. 1.* Sed & in *tertio casu*, si magistratus aliquis inferior, forte Prorex, Dux provinciæ, &c. vim & injuriam a vicino Principe civitati illatam armis vindicat, id bellum non potest dici minus solenne; sed est bellum publicum, & natura solenne. Magistratus enim, provinciæ seu civitati tuendæ præpositus, nihil agit suo nomine, vel suo jure, sed omne jus agendi habet ex concessione & mandato superioris, & sic actio non est magistratus, sed Principis mandantis: nisi Princeps improbet factum magistratus, tunc enim plane non est bellum; sed magistratus injuria agit, indeque bona ac persona lædentis dedi læso debent, quod Samnites obtulerunt Romanis apud *Liv. L. 9. c. 1.* de qua deditione *Vide infra l. 2. c. 16. §. 12. c. 20. §. 41. n. 2. & c. 21. §. 4. n. 1. §. 6. & 7.* Bene autem notandum est, singulos quoque subditos vim, sibi a vicina gente ejusque subditis illatam, vi repellere posse; at tunc erit bellum mere privatum, & vis repellitur jure necessariæ defensionis. *Vid. Differt. Prooem. IX. §. 61. n. 7.* Neque exemplum, quod *quarto loco* affertur, bellum minus solenne dici potest, si scil. indictio non præcessit; nam tunc bellum publicum est, sed injustum: Plenius hæc explicavimus in *Diss. Prooem. IX. §. 166.*

„Effectus autem, qui *quinto* proponuntur, & quos Author bello minus solenni particulares esse fingit, sponte corruunt ex præcedentibus & ex iis quæ diximus in *Diss. Prooem. IX. §. 168.*

„*p*) (ET SANE, SI CITRA LEGES CIVILES RES SPECTETUR,) i. e. si ex jure naturæ & gentium res decidenda esset: Nam juxta sententiam Authoris juris civilis demum statutum est, quod læsæ majestatis reus sit, qui injussu principis bellum gerit. *L. 3. ff. L. Jul. Maj. Vid. Differt. Prooem. IX. §. 60.*

„*q*) (VIDETUR OMNIS MAGISTRATUS, SICUT AD TUENDAM PLEBEM SIBI CREDITAM &c. JUS HABERE BELLI GERENDI:) Magistratus subditos contra vim extraneam defendit mandato superioris expresso vel tacito; utroque casu erit bellum publicum & solenne, quod inter duas summas potestates geritur.

„*r*) (ITA AD EXERCENDAM JURISDICTIONEM, SI VIS OCCURRAT &c.) Imo tunc vis adhibetur non jure belli, sed jure imperii, *vid. n. seq.*

„*s*) (IDEO FERME OMNIUM POPULORUM LEGIBUS CAUTUM EST:) Mens authoris hæc est: jure naturæ unumquemque magistratum jus belli habere ad tuendum sibi subditos, suamque jurisdictionem, sed jure gentium cautum esse, ne magistratus id jus belli inscio principe exercere possit, ob pericula quæ ex bellis sequi solent. *Diss. Prooem. IX. §. 63.* Verum dictum jam est, Magistratum suo jure nunquam jus belli inferendi habere, adeoque non legibus demum civilibus, nedum legibus juris gentium voluntarii, (quales non existunt) sed ab ipsa natura jus belli illis denegatur: de quo plenius *l. 2. c. 17. §. 20. n. 1, L. 3. c. 18. §. 1.* Exc. Si pars sit administrationis: Tunc enim bellum est publicum ac solenne, quia bellum illud gerunt nomine sui Principis, & ex ejus mandato, sive tacito sive expresso.

„Atque hoc extra dubium est *in bello defensivo*, si scil. magistratus vim sibi illatam armis repellit: Sane tunc mandatum principis notorium est; magistratui enim cui custodia provinciæ commissa est, omnia eâ mandata censentur, sine quibus civitas illa custodiri nequit. Sed & si de mandato non constaret, jure necessariæ defensionis civitas privata autoritate vim repellere posset, & tunc erit bellum privatum. At in *bello offensivo* mandatum illud dubium est: hinc videndum an Princeps factum magistratus approbet, an non; priori casu erit bellum publicum, posteriori casu plane non est bellum, sed magistratus puniri & læso dedi debet. *Vid. supr. lit. c.*

„*t*) (EXSTAT LEX TALIS PLATONIS:) Plato legem illam non ex jure aliquo gentium, sed ex naturali ratione deducit. Unde jus quod illis principibus jus belli tribuit, merito ex ordine naturali

de legibus. [u] Et in Romano jure majestatis teneri dicitur qui injussu Principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit. *Injussu populi dixerat lex Cornelia lata a L. Cornelio Sylla. [v] In Justinianeo Codice exstat constitutio Valentiniani, & Valentis; *Nulli prorsus nobis insciis atque inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Huc pertinet [w] illud Augustini: *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit.* †

L. 3. D. ad l. Jul. maj. ft.

† Vict. de jure belli, n. 9. Molin. disp 100. §. Idem Vict. Bart. in Lex hoc jure D. de Just. & Jur. Bart de Repres. 3 principali ad secundam n. 6 Mart. Laud. de bello q. 28

3. Sicut autem omnia dicta, [x] quantumvis universalia, æquitatem recipiunt interpretem, [y] ita & hæc lex. [z] Nam primum quin ei qui jurisdictioni præest liceat per apparitores suos vi cogere paucos imparentes, [aa] quoties ad eam rem copiis majoribus opus non est, [bb] nec periculum imminet civitati, [cc] dubitari nequit. Rursum, [dd] si ita præsens sit periculum, ut tempus non ferat eum consuli qui supremum in civi-

„rali deducit Augustinus ab Authore allegatus.

„u) (ET IN ROMANO JURE MAJESTATIS TENERI „DICITUR:) *Vid. L. 3. ad L. Jul. Maj.*

*) (INJUSSU POPULI DIXERAT LEX CORNELIA:) „Ratio differentiæ est quod Lex. 3. sub Imperatoribus „lata sit, refertur enim a Marciano, qui sub Antoninis „& Alexandro Severo floruit. *Van Eck. princ. jur. „civ. Tit. de orig. jur. §. 37.* Lex Cornelia autem „temporibus Reipublicæ a Sylla lata est: In hoc igitur „statu nemo bellum gerere potuit injussu populi; „at in statu regio jussus Imperatorum requi„rebatur: inprimis postquam omnis potestas in Prin„cipes sive jure sive vi translata fuit.

„v) (IN JUSTINIANEO CODICE:) *Tit. ut armorum „usus insc.o Principe interdictus sit.*

w) (Grot.) (ILLUD AUGUSTINI:) Lib. XXII. c. LXXIV. contra Faustum, citat Gratianus c. quid culpatur, causa XXIII. quæst. 1. Apud Hebræos bellum omne quod non speciali Dei jussu suscipitur vocatur מלחמת הרשות bellum potestatum.

„x) (QUANTUMVIS UNIVERSALIA, ÆQUITATEM „RECIPIUNT INTERPRETEM:) Lex generalis na„turæ est parendum superiori & parentibus; at hæc „lex suas patitur exceptiones, si scl. præcipiunt quæ„dam contraria legibus divinis, &c. *Vid. Tesm. b.*

„y) (ITA ET HÆC LEX:) Scl. lex gentium quæ „jus belli magistratui denegat: At dictum est ma„gistratui nec jure naturæ jus belli, nisi ex mandato „Principis, competere, & tunc non magistratus bellum „gerit, sed Princeps, adeoque est bellum publicum „& solenne.

„z) (NAM PRIMUM, QUIN EI QUI JURISDICTIONI PRÆEST, LICEAT PER APPARITORES SUOS VI COGERE PAUCOS IMPARENTES.) Imo vis, qua magistratus utitur in subditos, non est bellum, nec publicum nec privatum, sed imperium, ejusque executio. Adeoque male belli jura tribuuntur jurisdictioni, & pessime confunditur jurisdictio (quæ nulla est nisi in subditos) junctumque ei imperium, cum bello, quod non est nisi in extraneos & hostes, & pars supremi imperii? Utrumque igitur expeditur a summo Imperio per vim, sed in altero vis infertur jure imperii, in altero jure belli.

Ipse Author *L. 1. c. 2. §. 1.* dixit, duo esse genera decertandi, alterum per disceptationem, alterum per vim: prius fit in *judiciis*, ubi magistratus decidit, & decisa sua, adhibitis si opus est armis, executioni mandat: posterius fit per *bellum*, adeoque non nisi ubi judicia deficiunt.

Executio igitur magistratus est effectus disceptationis per judicia, non ejus disceptationis quæ per vim fit; & licet vis aliquando in exequendo adhibeatur, id non bellum est, sed pars & sequela executionis.

„aa) (QUOTIES AD EAM REM COPIIS MAJORI„BUS OPUS NON EST:) Imo omnes copias suæ pro„vinciæ conscribere potest, si subditi refragantur: id„que non jure belli, sed jure officii & magistra„tus.

„bb) (NEC PERICULUM IMMINET CIVITATI:) „Imo causa periculi tunc non est magistratus, qui „suam jurisdictionem defendit, sed subditi rebelles: „Interim prudens magistratus periculum Princi„pi nunciabit, ac tum auxilium tum consilium „ab eo expetet: Nos quærimus quid jure naturæ „agere possit.

cc) (DUBITARI NEQUIT:) At dictum est, id „tunc fieri jure magistratus, vi jurisdictionis; non „jure belli, quod cum subditis rebellibus non est.

„dd) (SI ITA PRÆSENS SIT PERICULUM, UT „TEMPUS NON FERAT EUM CONSULI, QUI SUPREMUM IN CIVITATE JUS HABET:) Dictum jam est, „hoc casu non esse bellum minus solenne, uti Au„thor errat, sed bellum publicum & solenne: „Magistratus enim tunc resistit non suo jure ac no„mine, sed jure ac nomine Principis, qui custodi„am civitatis, eoque omnia ei commisit sine qui„bus custodiri ea non potest; adeoque & faculta„tem armis civitatem defendendi si aliter non pos„sit.

civitate jus habeat: hic etiam *ee* necessitas exceptionem porriget *ff*. Hoc jure usus L. Pinarius præsidio Ennæ in Sicilia præfectus, cum certo sciret oppidanos ad Carthaginenses defectionem moliri, cæde in eos facta Ennam retinuit. *gg* Extra talem necessitatem ad vindicandas injurias quas Rex persequi negligit, jus bellandi oppidanis in civitatibus dare ausus est Franciscus Victoria: sed ejus sententia merito ab aliis repudiatur.

Livius. lib. XXIV.

§. V.

1. At quibus eventibus jus armorum movendorum esse magistratibus minoribus constat, *a* an bellum tale publicum sit dicendum, dissentiunt juris interpretes. Sunt qui ajunt, † sunt qui negant: †† *b* Sane si publicum non aliud dicimus quam quod fit jure magistratus, *c* dubium non est quin talia bella publica sint, ac proinde *d* qui in tali facti specie magistratibus se opponunt, *e* in pœnas incidant contumacium adversus supra se positos. *f* Si vero publicum sumitur in excellentiore

† Ayala de jure belli l. 1. c. 2. n. 7. Silv. verbo bellum n. 1. ibi sufficit etiam. †† Innoc. c. olim de rest. spol. n. 8 & c. sicut de jurejur. n. 5. Panor. ibid. Bart. ad l. hostes. D. de captivis.

„*ee*) (NECESSITAS EXCEPTIONEM PORRIGET,) „extra necessitatem defensionis nunquam jus belli „magistratui competit, adeoque hic non de exce„ptione sed de regula agitur.

ff) (HOC JURE USUS LUCIUS PINARIUS:) Contendebant Carthaginenses & Romani de urbe Siciliæ Enna: Romani præsidium ibi habebant, Pinarius, præfectus præsidio, oppidanos qui claves extorquere vi volebant circumfuso milite occidit. Factum hoc infandum dixere Siculi, res in Senatu agitata fuit, præfectus causabatur pactos fuisse cives cum Amilcare Poeno, hoste, de dedenda civitate, alias civitates jam defecisse, Romanorumque præsidium intercemisse, testatur simul superos & inferos ut propitii sint, si vitandæ non inferendæ fraudis causa hoc consulem ceperit. E contrario obmovebatur, Marcellum consulem prope urbem castra habuisse, vias nec clausas, nec in mora periculum fuisse &c. Livius nihil decidit, sed causam in medio relinquit, addens saltem: *ita Enna malo aut necessario facinore retenta est*; *lib.* 24. *c.* 39. scilicet *malo*, si oppidani vim ultimam non intentarunt; *necessario*, si vim ultimam intentare parati fuere: Sane Marcellus factum non improbavit, sed prædam Ennensium militibus concessit. *d. l.* 24. *c.* 39.

„*gg*) (EXTRA TALEM NECESSITATEM AD VIN„DICANDAS INJURIAS, QUAS REX PERSEQUI NE„GLIGIT, JUS BELLANDI OPPIDANIS &c. DARE AU„SUS EST &c. VICTORIA:) Inepta hæc est sententia „Victoriæ. Cum enim populus omne imperii jus „in Principem transtulerit, hujus est judicare an „bellum gerendum, i. e. an injuria reparanda sit, „an non: subditis nil nisi obsequi gloria relicta „est.

a) (AN BELLUM TALE PUBLICUM SIT DICENDUM?) In iis casibus quibus magistratus bellum gerunt, potest esse bellum publicum, potest quoque esse privatum: Nam cum talis magistratus ex duplici capite bellum gerere possit 1.) ex mandato Principis, saltem tacito, 2) ex jure necessariæ defensionis: Illo casu erit bellum publicum, quia non suo jure civitatem defendit, sed jure Principis; hoc casu erit bellum privatum, quia propriam vitam suaque bona tuetur, idque non jure ac nomine Principis sed proprio.

„*b*) (SI PUBLICUM NON ALIUD DICIMUS, QUAM QUOD „FIT JURE MAGISTRATUS:) In subditos nimirum „contumaces, *Vid. §. prec.*

ADDITIO.

„B. Parens *in prodromo I. G. Diss. 1. §.* 132. ineptam „ait hanc quæstionem, *an quod inferiores magistra„tus jus armorum exerceant, publicum sit bellum?* quia „hi nullum omnino jus belli habent, non magis „quam singuli milites; sed mera sunt instrumenta „ac ministeria summæ potestatis, cujus solius est „jus belli; quod magistratibus vel expresse vel ta„cite (mandata scl. ipsis civitatis defensione) com„mittit, & quod ipse tum summus Princeps per ma„gistratus illos gerit. At monendum hic est, Au„thorem non loqui de magistratu bellum moven„te, sed de eo qui in subditos contumaces vi agit, „quod plane bellum non est, nedum publicum.

„*c*) (DUBIUM NON EST, QUIN TALIA BELLA SINT „PUBLICA:) Imo plane bella non sunt, quia magi„stratu vi magistratus nunquam belli jus habent, „sed in subditos rebelles agunt vi jurisdictionis.

„*d*) (QUI IN TALI FACTI SPECIE:) Scl. quoties „subditi resistunt magistratui jus dicenti.

„*e*) (IN POENAS INCIDANT CONTUMACIUM AD„VERSUS SUPRA SE POSITOS:) Contumaces non „coercentur nec adiguntur jure belli, utpote quod „non est, & per naturam esse non potest, cum sub„ditis qui superiorem habent: sed vi jurisdictio„nis.

„*f*) (SI VERO PUBLICUM SUMITUR IN EXCELLEN-

TIORI

re significatu pro eo quod solenne est, [g] ut sæpe sumi extra controversiam est, [h] non sunt bella ista publica, [i] quia ad istius juris plenitudinem, [k] tum judicium summæ potestatis, [l] tum alia requiruntur. Neque me movet, quod etiam in tali contentione [m] soleant res auferri obsistentibus, (* ac militibus etiam concedi. † [n] Nam id belli solennis non ita proprium est, ut non alibi etiam locum habere possit. ††

2. Sed illud accidere potest, ut [o] in imperio late patente [p] inferiores potestates [q] belli inchoandi [r] concessam habeant potestatem: quod si fit, jam sane censendum erit bellum geri [s] ex vi summæ potestatis, nam quod faciendi quis alii jus dat, [t] ejus ipse auctor censetur.

3. Illud magis controversum, [u] an ubi tale mandatum non est, sufficiat

† *Livius d. loco*

†† *Vict. n. 19. Cajet. sec. sec. q. 40. art. 1. Silv. verbo bellum p. 1. n. 2. Lorca disp. 50. n. 12.*

„TIORI SIGNIFICATU PRO EO QUOD SOLENNE EST:) „i.e. quod jure gentium certas solennitates habet, „unde effectus juria singulares oriuntur: At hoc „sensu bellum *solenne* non dari passim jam diximus.

g) (UT SÆPE SUMI EXTRA CONTROVERSIAM EST:) „Imo bellum publicum solenne in sensu Authoris „a nemine hominum unquam sumtum est:

„*h*)(NON SUNT BELLA ISTA PUBLICA:) Scl. solen„nia: at diximus plane non esse bella, quia execu„tio in contumaces est pars imperii.

„*i*) (QUIA AD ISTIUS JURIS PLENITUDINEM) i. e. „ad id ut bellum publicum *solenne* dici possit.

„*k*) (TUM JUDICIUM SUMMÆ POTESTATIS TUM „ALIA REQUIRUNTUR:) Dixit enim Author ad id „ut bellum solenne sit ex jure gentium duo requi„ri, 1) ut utrinque a summa potestate geratur, „2) ut ritus quidam adsint, i. e. belli denunciatio. „*Vid. supra* §. 4. *n.* 1. & *Diss. Prooem.* IX. §. 63.

„*l*) (TUM ALIA.) scil. denunciatio *d.* §. 4.

m)(Grot.) SOLEANT RES AUFERRI OBSISTENTIBUS) Jurisconsultis in hanc rem productis possunt addi Franc. Aret. cons. XIV. n. 7. Gail. 1. de Pac. publica. c. 11. num. 20. Cardinalis Tuschus quæst. LV. litera B. verbo Bellarm. numer. 20. Gœddæus cons. Marp. XVIII. numer. 202. sequentibus.

„*)AC MILITIBUS ET IAM CONCEDI:)Quod res sub„ditis contumacibus æque ac hostibus auferri, & „aliis tribui possint, id ex ipso jure naturæ est; „at ex diversa causa id fit: Nam hostibus res au„feruntur jure belli, subditis jure imperii, & vi ju„risdictionis; quia imperii effectus inter alios hic „est, ut Princeps leges naturæ ad coercendam ma„litiam hominum exasperare, adeoque talem quoque „legem statuere possit, quæ contumacibus bona in „pœnam auferat, quod fit in crimine perduellionis.

„*n*) (NAM IN BELLI SOLENNIS NON ITA „PROPRIUM EST, UT NON ALIBI ETIAM LOCUM „HABERE POSSIT:) Verum hoc est, at ex alia cau„sa res auferuntur hosti, ex alia subditis.

„*o*) (IN IMPERIO LATE PATENTE, &c.) Quod „summæ potestati competit, non jure magistratus.

p) (Grot.) (INFERIORES POTESTATES;) Vide legem Frederici Imperatoris apud Conradum Abbatem Uspergensem.

q) (BELLI INCHOANDI:) Adeoque vicinos offendendi; talis autem concessio probari debet, neque enim id præsumitur: Secus si de defensione necessaria agitur. Nam vim vi repellere ipsa natura permisit, etiam citra mandatum superioris.

„*r*) (CONCESSAM HABEANT POTESTATEM:) „Concedi talis potestas solet in terris dissitis. Ita „Gubernatoribus provinciarum Americanarum, „& Indicarum hodieque talis potestas delegata est.

s) (EX VI SUMMÆ POTESTATIS;) i. e. gerunt bellum jure & nomine summæ potestatis, adeoque est bellum publicum & solenne.

„*t*) (EJUS IPSE AUCTOR CENSETUR:) Quod „plenius examinabimus *infra c.* 17. §. 6. & 7.

u) (AN UBI TALE MANDATUM NON EST, SUFFICIAT CONJECTURA VOLUNTATIS:) Si provincia aliter defendi nequit, concessio sequitur non ex conjectura voluntatis, sed ex ipsa naturæ ratione: Princeps enim qui alicui committit defensionem provinciæ, necessario ei committit sine quibus illa civitas defendi nequit, adeoque etiam vim opponere aggressori, si aliter non possit; ast, uti aggressor ille vim non infert præfecto, sed ei ad quem provincia pertinet, ita & præfectus non suo iure, sed jure & nomine Principis vim illam repellit; & sic vere lis est inter duas summas potestates, eoque bellum publicum & solenne.

Extra dubium ergo positum est, præfectum, ad defendendum ea quæ aggressor provinciæ illi vi detraxit, arma adhibere posse, idque mandatum ei esse si judicium superioris expeti non potest, nec res moram ferat; secus si res moram ferat, uti fert in bello mere offensivo, tunc enim Principis voluntas explorari debet: inprimis si ex offensione illa majus damnum imminere possit.

ADDITIO.

„Gronovius *in not. h.* exempla affert bellorum „ex mandato tacito gestorum. Ita enim Aucus „Gallus Prætor Illyrico, ob tale bellum gestum „triumphavit. *Liv. L.* 34. *c.* 29, Et Cn. Man„lio ob devictos, licet injussu populi, Gallo-græ„cos triumphus decretus est. *Liv. L.* 39. *c.* 45. *usque* „*ad c.* 50.

ficiat conjectura voluntatis. [w] Mihi id admittendum non videtur. [x] Neque enim hoc sufficit videre quid hoc rerum statu summam potestatem habenti, si consulatur, placiturum sit: sed hoc magis videndum, quid ille, [y] ubi res moram fert, [z] aut dubiam habet deliberationem, se inconsulto cupiat fieri, [aa] si ea de re lex ferenda sit. [bb] Nam ut maxime in aliquo facto particulari cesset inspecta particulariter ratio, quæ voluntatem summi Imperantis movet, non tamen cessat ratio sumta universaliter quæ periculis occurri vult, [cc] quod fieri non potest, si ejus rei ad se magistratus quisque judicium trahat.

Liv.l.48. 4. [dd] Non ergo injuria a legatis suis accusatus fuit Cn. Manlius, quod Pop. Rom. injussu bellum Gallo-Græcis intulisset: nam quanquam in Antiochi exercitu Gallorum legiones fuerant, tamen pace facta cum Antiocho, [ee] an ea injuria in Gallo-Græcos exsequenda esset, non

„w) (MIHI ID ADMITTENDUM NON VIDETUR:) „Author loquitur de casu ubi res moram fert, ubi „merito judicium Principis expetendum esse ait.

„x) (NEQUE ENIM HOC SUFFICIT VIDERE &c.) „Sensus est, quod circa conjecturam de voluntate „Principis non inspiciendum sit quid ille, in præ„senti periculo illius provinciæ consultus, voluis„set: (sine dubio enim bellum decreturus fuisset,) „sed quid ille se inconsulto cupiat fieri si de ea „re lex ferenda sit? improbaturum enim tunc „Principem putat, quod cum moram res tulerit, „magistratus consilium non expetierit.

„Dixi, mandatum in casu quo de defensione „necessaria quæstio est sequi ex ipsa naturæ ratione; „frustra ergo ibi de conjectura voluntatis quæri„tur. At si res moram fert, cessat illa ratio natu„ræ, adeoque injuria bellum infertur, non ex defe„ctu conjecturæ voluntatis, sed quia non sunt ter„mini necessariæ defensionis.

„y) (UBI RES MORAM FERT) v. g. ubi injuria jam „illata est, nec ulterius damnum metuitur; adeoqu „ubi agitur de vindicanda injuria jam perfecta.

„z) (AUT DUBIAM HABET DELIBERATIONEM:) „Ut si vires non sufficiant, si majus damnum me„tuendum esset. &c.

„aa) (SI DE EA RE LEX FERENDA ESSET:) „Scil. de quæstione, an præfectus inconsulto Prin„cipe, si res moram fert, bellum inchoare possit.

„bb) (NAM UT MAXIME IN FACTO ALIQUO PAR„TICULARI:) Sensus authoris hic esse videtur: infe„riores potestates nec ex tacito mandato superioris „(quod conjecturam voluntatis vocat) bellum incho„are, & injuriam illatam vindicare posse *si res mo„ram fert*: rationem addit, quia etsi cesset ratio „particulariter inspecta in facto aliquo particulari, „tamen ratio universalis manet, quæ periculis oc„curri vult. i. e. etsi forte constet vicinos hostilia „meritos esse, eoque ratio impediendi bellum pecu„liariter in hoc facto cesset; Rationem tamen uni„versaliter sumtam magistratui obstare putat, ne bel„lum injussu imperantis inchoet: Rationem enim „universalem velle ut periculis occurrantur: Id au„tem cum effectu fieri non posse, ait, si magistratui „de eo judicare liceret. Hinc concludit, judicium de „occurrendo periculo, adeoque de inferendo bello, „soli imperanti relinquendum esse.

„Nos veram rationem jam dedimus cur injus„su Principis, si res moram fert, inferior pote„stas bellum inferre nequeat.

„cc) (QUOD FIERI NON POTEST, SI EJUS REI „AD SE MAGISTRATUS QUISQUE JUDICIUM TRA„HAT:) Imperantis enim judicio relinquendum est, „an e republica sit dissimulare factum, an ulcisci; an „ad pacis venire conditiones, an ad arma procurrere; „nam jure suo, quod sæpe cum damni periculo con„junctum est, uti nemo cogitur: quæ sunt verba Au„thoris *infra n.* 4.

dd) (NON ERGO INJURIA ACCUSATUS FUIT „CN. MANLIUS:) Scipio Africanus missus fuerat ad debellandum Antiochum, quem copiis suis Gallo-græci adjuvabant: Victo Antiocho pax facta, & Romanis portio terræ usque ad Taurum montem cessa, & Cn. Manlio defensio illius terræ commissa est: Hic vicinos Gallogræcos bello invasit & vicit, ideoque triumphum petiit: Negabat pars major decem legatorum, quia justum bellum non fuerit, utpote injussu populi Romani gestum: Regerebat Manlius securitatem in illis oris futuram nunquam fuisse, nisi devictis his populis, quod perpetuo infestarent illas terras. *Liv. L. 38. c. 12. & 45.*

Equidem quæstio hic facti est; si verum est Gallogræcos perpetuis incursionibus turbasse Manlii provinciam, juste bellum ipsis intulit, quia aliter defendi provincia non poterat, nec triumphus ipsi denegari potuit: si vero saltem ob metum vicinæ potentiæ bellum intulit: non bellum fuit sed latrocinium, utpote a privato gestum.

ADDITIO.

„Senatum factum illud probasse vel exinde ex„apparet, quod causa cognita triumphus ei decre„tus fuerit, *Liv. L. 39. c. 29.*

„ee) (AN EA INJURIA IN GALLOGRÆCOS EX„SEQUENDA ESSET:) Imo non tam eam injuriam „vindicavit Manlius, quod in exercitu Antiochi legio-

ff non in C. Manlii, sed in Pop. Rom. arbitrio esse debuit. C. Cæsarem, quod bellum Germanis intulisset, gg dedi Germanis Cato voluit; credo hh non tam jus respiciens, ii quam quod imminentis domini metu vellet urbem liberari. Nam Germani Gallos populi Romani hostes adjuverant, kk ac proinde non erat quod injuriam sibi factam quererentur, ll si modo justa fuit populi Romani causa in Gallos bellandi. At Cæsar contentus esse debuit Germanos Gallia mandata sibi provincia pepulisse, nec Germanos, mm præsertim cum nullum inde periculum immineret, intra suos fines bello persequi, nisi consulto prius populo Romano. Non ergo Germani jus habebant deditionem postulandi, sed populo Romano punire Cæsarem jus erat, nn plane ut Carthaginenses Romanis responderunt: *Ego non privato publicove consilio Saguntum oppugnatum sit quærendum censeo: sed utrum jure an injuria; nostra enim hæc quæstio atque animadversio in civem nostrum est, nostro an suo fecerit arbitrio; vobiscum una disputatio est, licueritne per fœdus fieri.* Livius l. XXXI.

5. oo

„legiones Gallorum fuerint, sed quod omnes Asiæ „civitates infestarent, agros eorum vastarent, præ„dam abigerent, captivos immolarent &c. *Conf.* „*L. 3. c. 3. §. 10.*

„*ff*) (NON IN CN. MANLII:) Imo sub man„dato de defendenda provincia jus armorum con„tinebatur.

gg) (DEDI GERMANIS:) Cæsar injussu populi Romani oppugnavit Germanos, qui ideo Cæsarem sibi dedi postulabant: Cato plurimique Senatorum ita opinabantur. *Sueton. in Jul. c.* 24.

Author merito improbat pœnæ genus a Catone propositum. Equidem injuria fecisse Cæsarem certum est, cui in mandatis saltem erat conficere bellum Gallicum, quo finito, non debuisset novum bellum inconsulto populo Romano inchoare. *Conf. nostra prudentia juris publ. c. 6. §. fin.* Sed negatur ideo eum Germanis dedendum fuisse: Hi enim queri non poterant, quia Gallis auxilium tulerunt, adeoque justa in eos Romanis causa belli fuit: at injuria facta est populo, cujus injussu bellum inchoavit. Igitur a Romanis puniendus, non vero Germanis querentibus dedendus fuit, uti studio partium Cato opinabatur. *Conf. l. 3. c. 3. §. 10. & 11.*

„*hh*) (NON TAM JUS RESPICIENS:) Non lo„quitur de pœna, hanc enim meritus jure est; sed „de modo pœnæ, quæ nec Germanis debebatur nec „per deditionem statui jure poterat.

„*ii*) (QUAM QUOD IMMINENTIS DOMINI ME„TU:) Quia libertati reipublicæ jam insidiabatur „Cæsar.

„*kk*) (AC PROINDE NON ERAT:) Adeoque „Germani non potuere reparationem injuriæ po„stulare, quæ ipsis facta non fuit.

„*ll*) (SI MODO JUSTA FUIT POPULI ROMANI „CAUSA:) Sæpius diximus inter duas summas po„testates de justitia causæ non constare nisi per ul„timam victoriam: Cum igitur bello victus fue„rit Antiochus, moraliter Romanorum causa pro „justa haberi debet.

„*mm*) (PRÆSERTIM CUM NULLUM PERICULUM „IMMINERET:) Adeoque ubi necessaria non erat „defensio, quæ sola mandata Cæsari fuit.

nn) (PLANE UT CARTHAGINENSES ROMANIS RESPONDERUNT:) Annibal Saguntum oppugnaverat injussu Senatus Carthaginensis, & socios hos Romanorum eo necessitatis redegit, ut se & civitatem concremarent: Romani postulabant dedi sibi Annibalem, quod injussu Senatus bellum inchoaverit: Merito autem regerebat Senatus de eo non quæri, nec hactenus injuriam factam Romanis, sed soli Senatui; cum Romanis solam quæstionem esse, an per fœdus licuerit oppugnare Saguntum; quæ aliam supponit quæstionem, an scil. sociorum nomine tantum intelligantur socii qui tempore fœderis fuere, an etiam futuri? de qua vide *L. 2. c. 16. §. 13.*

ADDITIO.

„Equidem Gronovius & Tesinarus captiosam „hanc responsionem fuisse putant, Romanosque „jure quæsivisse, an jussu Senatus an injussu bel„lum Annibal Sagunto intulerit? ut scirent an „actionem contra solum Annibalem an contra to„tum populum haberent: At cum de eo ipso dis„putaretur an Saguntum sub fœdere comprehen„sum esset an non, adeoque an Romani queri de „violato fœdere potuerint; merito Senatus præ„liminarem hanc quæstionem tractandam esse „ajebat, *an jure Saguntum occupatum sit an inju*„*ria:* Si jure, (uti si sub fœdere non esset compre„hensa civitas) otiosa quæstio fuisset *num in*„*jussu Senatus occupaverit*, utpote cum eo casu in„juria non Romanis, sed Senatui Carthaginensi „facta fuisset.

5. [oo] Defendit M. Tullius Cicero factum & Octavii & Decimi Bruti, qui privato consilio in Antonium arma ceperant. Atqui, etiam si constaret meritum hostilia Antonium, [pp] Senatus populique Romani judicium expectari debuit, an e republica esset dissimulare factum, an ulcisci, ad pacis venire conditiones, an ad arma procurrere: [qq] Nam jure suo, quod sæpe cum damni periculo conjunctum est, uti nemo cogitur. Tum vero etiam hoste judicato Antonio permittenda Senatui & populo Romano deliberatio fuit, [rr] per quos potissimum bellum id geri vellet. Sic Cassio auxilia ex fœdere petenti
App civ IV. respondere Rhodii, [ss] missuros se, si Senatus juberet.

6. Moniti hoc exemplo, & plura occurrent, meminerimus non omnia probare quæ a quamvis præclaræ famæ auctoribus dicuntur, [tt] sæpe enim tempori, sæpe affectibus serviunt, & aptant τῷ πέτρῳ σάθμην. Quare danda est opera ut in his rebus defecato utamur judicio, nec quæ excusari magis quam laudari possunt, temere in exemplum rapiamus, in quo perniciose errari solet.

7. Cum vero dictum sit, [uu] bellum publicum geri non debere, nisi eo auctore qui summam potestatem habeat, [ww] & ad hujus rei, [xx] & ad

oo) (DEFENDIT M. T. CICERO FACTUM OCTAVII ET BRUTI:) Et merito, nam Antonius privatus erat, arma in Principes reipublicæ movebat, Senatus nec authoritatem habebat nec exercitum imperii, adeoque succedebat jus necessariæ defensionis.

ADDITIO.

„Respublica oppressa torpebat sub Antonii do„minatione, uti loquitur *Vellej. L. 2. c. 11.* Hinc „Cicero monet Brutum *L. 2. ep. 7. ne in libertate & „salute populi Romani conservanda authoritatem „exspectet Senatus nondum liberi*, & tum addit, „*voluntas Senatus pro authoritate haberi debet, cum „authoritas impeditur metu.*

pp) (SENATUS POPULIQUE JUDICIUM EXSPECTARI DEBUISSET:) At 1.) non erant liberi, nec 2.) exercitum imperii habebant, quod inter membra Senatus divisum erat. 3.) Certi erant de mente Senatus, Cicero enim publice contra Antonium declamavit, eumque hostem patriæ appellavit, non contradicente Senatu. Sed & 4.) periculum ad omnes pertinuit, hinc jure privatæ defensionis oppugnari Antonius potuit.

Insto, belli eventum Bruto non fuisse felicem, Resp. 1.) non propter defectum justitiæ causæ, sed quia luebat cædem Julii, quod ex apparitione spectri probatur, 2.) Octavius e contrario felicissime id bellum gessit.

„*qq*) (NAM JURE SUO, QUOD SÆPE CUM DA„MNI PERICULO CONJUNCTUM EST, UTI NEMO „COGITUR:) Hoc verum: sed nec dissentit Sena„tus, nec improbavit: Quin eventus probavit non „invito Senatu id bellum gestum fuisse. Quicquid „sit, Antonius Octavio & Bruto vim parabat, „adeoque hi jure se defendere potuerunt cum Se„natus auctoritas deficeret. Hactenus igitur bellum „justum fuit, sed privatum.

„*rr*) (PER QUOS POTISSIMUM ID BELLUM „GERI VELLET: Dum Senatus non dissentit, in hos „consensisse videtur: inprimis cum postea facta „Octavii ratihabuerit. Sed & dictum jam est, eos „propriam causam defendisse.

„*ss*) (MISSUROS ESSE SI SENATUS JUBERET:) „apud *Appian. bell. civ. L. 4. n. 621.*

„*tt*) (SÆPE ENIM TEMPORI, SÆPE AFFECTIBUS „SERVIUNT:) *Conf. prol. §. 40.* Author innuit „hic Ciceronem factum Octavii defendentem: „Constat enim eum Antonii inimicissimum fuisse, „adeo, ut imitatus Demosthenem (qui odio in Phi„lippum Philippicas scripserat) contra Antonium „plures pronunciaverit orationes, quas etiam Phi„lippicas inscripsit.

„*uu*) (BELLUM PUBLICUM GERI NON DEBERE „NISI AB EO, QUI SUMMAM POTESTATEM HA„BET:) Ex hypothesi Authoris hoc tantum verum „est in bello publico solenni. *Vid. supra §. 1. n. 1. „§. 4. n. 1. & §. 5. n. 1.*

„*ww*) (ET AD HUJUS REI:) i. e. ad intelle„ctum belli publici.

„*xx*) (ET AD QUÆSTIONES ILLIUS QUÆ EST „DE BELLO SOLENNI:) Quia ex hypothesi Au„thoris bellum publicum solenne non est, nisi „quod utrinque a summa potestate geritur: *d. §. „4. d. §. 5.*

„*yy*)

ad quæstiones illius quæ est de bello solenni intellectum, [yy] atque adeo ad alia multa, necessarium erit, [zz] quæ sit summa illa potestas, quique eam habeant intelligere: eoque magis, quia nostro sæculo viri eruditi, [aaa] quisque ex usu magis rerum præsentium, quam ex vero illud argumentum exsequuti, [bbb] rem per se haud expeditam multo impeditiorem reddiderunt.

yy) (ATQUE ADEO AD ALIA MULTA:) Quæ scil. ad interpretationem belli publici & solennis pertinent, quæ vide in *Diss. prooem. IX. §. 63. & seq.*

„*zz*) (QUÆ SIT SUMMA ILLA POTESTAS:) Quæ scilicet jus belli gerendi habet.

ADDITIO.

„Equidem prolixus admodum est Author in demonstratione hujus theseos, *qua sit summa potestas, & cui competat?* Principii loco ponit natura summas potestates incognitas esse, & cuique privato jus esse suam & alienam injuriam vindicandi: id vero jure gentium ob utilitatem communem mutatum esse, quia gentes cum in civitates coiverunt, omne jus suum vi agendi in civitatem contulerunt: Unde concludit, judicia facto demum hominum introducta esse.

„Alibi hoc systema refutavimus: & summas potestate natura existere asseruimus, idque ex simplicissimis principiis probavimus. Certum enim est, Deum hominibus jura quædam concessisse, eisque propria esse voluisse: Hoc probato necessario sequitur, Deum quoque media hominibus concessisse jura illa defendendi, quia Deus alias frustra ea concessisset. *Vid. Diss. Proœm. XII. §. 608. seq.*

„Naturali autem ratione hoc jus defendendi solis patribus familias competit, & membra familiæ leges a capite familiæ accipiunt. Summa potestas igitur natura familiis inhæret, & a patribus familias exercetur: qui postea jus illud in civitates contulerunt ea lege & intentione, ut contra injurias aliorum communi ope defendantur. *d. Diss. §. 611. seq.*

„Hoc imperium deferri civitati potest *vel* jure proprio, *vel* jure administrationis: *Jure proprio* defertur, si populus omne jus suum, & in se, vel in unum vel in plures transfert, etsi illa potestas pactis forte restricta sit: *jure administrationis*, si jure officii unus ille agit, etsi illa potestas sit plenissima.

„*aaa*) (QUISQUE EX USU MAGIS RERUM PRÆSENTIUM:) i. e. ex potentia agendi, cum aliud sit de re quærere, aliud de modo habendi. *Vid. infra §. 11. & 14.*

bbb) (REM PER SE HAUD EXPEDITAM MULTO IMPEDITIOREM REDDIDERUNT:) at vidibimus æque infeliciter Authorem rem expedivisse. Antequam autem ad examen principiorum Grotii accedamus, nostra principia præmittere necessarium esse duximus.

PROPOSITIO I.

Summa potestas tantum juris tuendi causa est constituta. Vid. pos. Jur. G. 13.

DEMONSTRATIO

Nam 1) certum est Deum, Authorem naturæ, leges humano generi dedisse, eique necessitatem juxta leges illas agendi imposuisse. Cum autem 2) frustra illæ leges conditæ essent, nisi aliquis superior existeret, qui leges illas naturæ exequeretur, & negligentes coerceret, necessario sequitur, imperium aliquod a natura constitutum esse, quia sine imperio jus naturæ effectum habere non potest. *Pos. IV. n. 4.* Si enim executor legum non esset, libera cuique foret facultas agendi quicquid lubet, *Vid. L. 2. §. 15. ff. de Orig. jur.* Extra omne dubium igitur 3) est, solam & unicam introducti imperii causam esse, ut jura naturæ inter homines salva sint. Atque intra hos fines omnis potestas superioris restricta est, quos si superior excedit, fit impotentia & desinit esse imperium. Unde quoque differt Imperium a tyrannide, quod hæc evertat justitiam, illud conservet.

Atque in eo 4) omnes gentes consentiunt *imperia juris tuendi causa esse constituta*: quod late authoritatibus confirmat *Guevarra in horolog. princ. L. 3. cap. 1. ibique not. Wanckelii. Cic. L. 1. de leg. c. 42. Aristot. Mor. l. 8. c. 12.*

PROPOSITIO II.

Hinc triplex ejus potestatis pars necessaria est 1) legislatoria, qua jus statuitur. 2) judiciaria, qua jus applicatur. 3) deliberativa, qua effectus ejus felicitasque defenditur.

DEMONSTRATIO.

Quod *primam* partem attinet, constat ex adductis potestatem legislatoriam sequi ex ipsa natura, Civilis enim juris mater est ipsa ex consensu obligatio, quæ ex naturali jure vim suam trahit. *Vid. prol. §. 16.*

Neque *obstat* jus a natura jam definitum esse, adeoque facultatem jura ulterius statuendi non nisi ex arbitrio hominum oriri posse: *Resp.* obscurior aliquando est juris naturæ notitia, inprimis inter hebetioris ingenii homines, adeoque legislatoria potestas id explicat: sed & juris naturæ vigor non semper applicari potest ad præsentem rerum statum, inprimis secuta corruptione, adeoque officium legislatoris est, moderari illum rigorem: sed & denique multa negotia quotidie obveniunt, quæ ex dispositione hominum originem habent, indeque formam & jus recipiunt: De his igitur quoque leges statui a summa potestate possunt: Unde jus civile nihil aliud est, quam ubi aliquid vel additur vel detrahitur juri naturæ. *L. 6. ff. just. & jur.*

Altera pars itidem ab ipsa natura est, & imperio necessario cohaeret. Is enim qui imperium exercet non potest juxta naturae jura pronunciare, nisi de hominum factis cognoscat, i. e. nisi auditis partibus, examinatis testibus &c. Quod potest vel ipse facere vel aliis committere: unde judiciaria potestas originem habet.

Denique *tertia* imperii pars quoque ex naturae ratione fluit: Cum enim suprema lex sit *Salus populi*, praeterea is qui imperat de utilitate & felicitate civium deliberare debet, quo pertinent commercia, luxus, moneta, & omnia quae hodie referuntur ad politiam, Germ. *Policey*.

ADDITIO.

„Hujus utilitatis & felicitatis rationes late expo„suit B. Parens in Autonomia juris gentium.c. 6. „inprimis §. 9. *& seq.* & *c.* 7. §, 2. 3. 4. 32. *& seq.* „*Vid.* Ejusdem *jus publ. c.* 4. §. 18.

PROPOSITIO III.

Definitur igitur summa potestas, facultas legitima tuendi civitatem, ejusque jura publica & privata: idque pace vel bello.

DEMONSTRATIO.

Dixi enim solam & unicam Imperiorum rationem consistere in jure naturae tuendo: hactenus enim vices Dei imperantes gerunt: Jura autem illa civitatis, quae a summa potestate desendi debent, sunt vel publica vel privata: publica, quae ad statum civitatis publicum pertinent; privata, quae singulis propria sunt: Utraque defenduntur vel contra subditos imperio & executione, vel contra extraneos bello.

PROPOSITIO IV.

Summa potestas natura tantum competit humano generi.

DEMONSTRATIO.

Cum enim necessarium sit inter homines imperium, id vel *uni* concessum a Creatore esse debet, vel *pluribus*, vel *omnibus*.

Atqui non *uni* concessum est, quis enim ille esset? quis literas suas a Creatore producere potest? Sed & omnis homo infans nascitur, cui exercitium imperii natura competere non potest.

Sed nec *pluribus* concessum videri potest, qui enim sunt illi plures? unde probabunt Creatorem ipsis prae aliis vices suas commisisse?

Superest igitur, ut *omnibus* concessum sit: quia tertium non datur. Dum enim imperium necessarium est inter homines, illud autem neque uni neque pluribus concessum appareat, ex medii necessitate sequitur, omnibus hominibus id concessum esse: quod vel exinde confirmatur, quia omnes homines aequale jus in suas actiones habent neuter in alterius; & omnes homines natura liberi nascuntur, non ergo in alterius potestate: adeoque totum demum humanum genus in singulos exercere imperium potest, quod egregie illustratur *ex l. fin. ff. Colleg.* ubi dicitur in omnibus corporibus id obtinere, ut omnium jus sit in singulos: quod cum in corporibus minoribus obtineat, multo magis verum erit in corpore illo magno, ab ipso Creatore in perpetuum statuto: Sed & alibi demonstravimus, humano generi jus plenum in hanc terram competere, *vid. Pos.* 5. adeoque & imperium, utpote quod ad juris plenitudinem maxime pertinet: *Vid. Exercit. ad Grot.* 2. §. Denique si non data esset humano generi, alii concessa esse deberet extra humanum genus, & in ipsum genus humanum: atqui humano genere aliquid superius non datur.

Non ergo tolerandi sunt illi, qui dicunt natura imperium competere fortiori, eo ipso enim innuunt nullum a natura esse imperium, sed a vi & fraude demum hominum originem cepisse. Veterum Germanorum eam sententiam fuisse refert Mela in *Geogr. L.* 3. *c.* 3. qui jus suum se in armis ferre dixere: idem quoque de Gallis recenset *Liv. L.* 5. *c.* 36. (quos Germanos fuisse probavi *in jur. publ. proleg.* §. 7.) Sed & de Ansivariis paria notavit Tacitus *l.* 4. *hist. c.* 62. & de Tenchteris,in *L.* 4. *c.* 64. Camillus eum habere jus armorum ait qui fortior est, apud *Plutb. in Camill. c.* 26. Ipse Polybius natura fortiori competere imperium dixit, exemplo animantium, ubi robustiores praecedunt. *Hist. L.* 6. *c.* 2. Hanc barbariem Scriptores ecclesiastici Scythismum appellabant, cujus originem alibi explicavimus. *Vid. L.* 2. *c.* 15. §. 5. *n.* 1. *& l.* 3. *c.* 9. §. 18. *n.* 1.

Caeterum naturae quoque rationibus contrariatur haec opinio, nam 1.) administratio justitiae, quae unicum imperii caput est, praecipue in animi facultatibus consistit, in prudenti consilio, adeoque magis animo quam corpore perficitur. Sine alias belluae superarent homines, utpote viribus hos praevalentes, quod bene explicat Seneca *L.* 4. *benef. c.* 13. 2) Vires corporis sunt res momentaneae, quae singulis momentis variant, & tunc competeret alteri fortiori in hunc qui ante habuit, unde bellum perpetuum foret: idque egregie describit Justinus *L.* 17. *c.* 3. dum ait: *Asiam tunc tanquam praedam occupasse, quisquis fortior fuit.* Neque obstat 4) naturam non frustra vires corporis dedisse; nam datae sunt ad sui defensionem contra vim injustam, at id extendi non debet ad offensionem: Neque enim ideo animantibus arma natura dedit,

PROPOSITIO V.

Diviso genere humano eadem summa potestas singulis civitatibus competit.

DEMONSRATIO.

Cum enim totum humanum genus, divisum in civitates, amplius convenire non possit, eoque imperium cum effectu a toto humano genere exerceri nequeat, necessario supponendum est, jus, quod antea toti humano generi competiit, in singulas civitates translatum esse, adeoque civitates in suos cives tantundem juris habere, quantum humanum genus antea habuit in omnes homines.

PROPOSITIO VI.

Haec summa potestas in singulas civitates divisa, omnibus, i. e. toti populo, natura competit, sed bello & pactis id mutari varie potest.

DE-

DEMONSTRATIO.

Adeoque surrogatus ille civitatum status sapit naturam status primaevi, uti enim in primaevo statu imperium penes omnes homines fuit, ita in statu hoc surrogato, facta nimirum divisione, imperium est penes omnes civitates.

At mutari hic status potest 1.) jure belli, si scil. populus ille per ultimam victoriam in alterius potestatem redigitur, tunc enim victor eam reipublicae formam victis tribuere potest qualem vult: de quo vide *Grot. lib. 3. c. 7.* 2) Ex pacto: Cum enim jus hoc imperii sit jus civitatis, haec vel ipsa vel per alios id administrare, eoque disponere potest ut vel unus, vel plures jure successionis imperare debeant: unde omnes reipublicae formae sequuntur. De quibus mox

ADDITIO.

„Ad illustrandam hanc B. Parentis sententiam, „*de origine summae potestatis*, inferere hic liceat „tria loca, ubi ex professo de origine summae „potestatis egit.

„*Prior* locus exstat in Prodromo juris gentium *Ex-* „*erc. 2. §. 17. & seq.* Postquam enim B. Parens „existentiam obligationis naturalis *d. exerc. 2. §. 1.* „*seq.* probavit, ita pergit in *§. 17.* Obligatione ita „constituta, qua homines tenentur fines juris na-„turae, seu divinae voluntatis & concessionis, sancte „& inviolate custodire, nec naturae suae motus ac „libidines sequendo, eos egredi; sequitur por-„ro necessariam esse in terris potestatem, quae „sacros juris hos fines in triplici isto statu re-„gat ac tueatur: atque adeo Deum, qui per sum-„mam suam sanctitatem id quod voluit, & quod „proinde optimum & sanctissimum est, non pot-„est non inviolatum velle; (per *Pos. 4. n. 5.*) nec „posse non velle potestatem fine qua id obtineri „& effici non potest *per Pos. 4. n. 4.*

„Haec causa plura complectitur, quae Deus in-„ter homines fieri, adeoque & necessario in terris „potestatem esse voluit; sine qua explicari ea non „possunt, *d. pos. 4. n. 4.* Enimvero, Deus Cre-„ator hominem ratione (particula sui) praeditum „ita condidit, ut quasi mutuo foedere sibi, Auto-„ri suo, pareret, & vicissim feliciter viveret. *Conf.* „*Deut. X. v. 13. & c. V. v. 16.* alias ut perduellis „& hostis exscindendus. Conf. *Deut. 27. & 28. per* „*tot. Gal. 3. v. 10.* Qua in re cum sacris conve-„niunt gentium judicia. Vid. *Auton. J. Gent. c. 20,* „*§. 18. 19.* Haec lex et conditio creati hominis „nulla sui parte vim atque effectum in terris sortiri „potest, nisi sit legitima ejus dispensandae tuendae „& exequendae potestas, eademque adeo & finis, „& medii necessarii voluntas.

„Sine tali enim potestate superiore, quae vim „statuendi imperandi & coercendi habeat, nec „1.) ulla in terris esset necessitas parendi legibus „seu voluntati divinae, nullaque in invitos & contu-„maces executio, & sic frustra omnis ex jure na-„turae obligatio. *Conf. l. 2. §. 3. ff. de orig. jur.* Nec „2.) partibus de jure suo contendentibus, ullum „esset judicium ac decisio, cum natura nemo ju-„dex in sua causa esse posit; unde sine ea nullus „litium inter homines ferventium foret finis, nul-„laque juris ac justitiae in his causis administratio „aut reparatio: Nec 3.) pacis felicitatisque seu sa-„lutis illius, quae suprema lex populorum dicitur, „tutela vel securitas, aut ex regula divinae volun-„tatis procuratio. Nec denique 4.) possent ullae „civitates tandem ab interitu defendi: quoniam „tam inter gentes, quam in sacris decantatum est „illud:

Nitimur in vetitum semper cupimusque negata.

„*Ovid. L. 3. Metam 4. & l. 1. Rem. am. in princ.* „Liv. *Lib. 21. c. 22. Tac. 1. hist. 17. & 2. Hist. 95.* „*&c. Rom. VII. v. 7. 8. 11. & 2. Cor. XV. v. 36.* „Deus vero juris & voluntatis suae sanctissimae vin-„dex est acerrimus, nec per ipsam sanctitatem „suam aliter velle potest. Nisi igitur sit potestas, „quae hunc cupiditatum humanarum impetum com-„pescat, non potest non accendi laesi Numinis in-„dignatio, nec, ubi maturuit, arceri illud divinae „vindictae incendium, quo tot gentes civitatesque „beatissimas ob injustitiam conflagrasse omnium „gentium sacri profanique annales docent.

„Nulla igitur evidentior demonstratio est, quam „hanc potestatem esse a Deo ac natura. *Conf. Rom.* „*XIII. v. 1. seqq.* & Deum inter homines illam san-„ctam voluisse: quippe quae nihil aliud est, quam „ipsa potestas exequendae & tuendae divinae volun-„tatis suae, quam proinde non minus quam ipsam „quasi voluntatem suam velle potest. Neque vero „re & effectu quisquam vult, quod exequi & „tueri cum possit, non vult.

„Haec potestas exequendae voluntatis divinae seu „juris naturae, non exercetur nisi vice ipsius Dei, „quippe cujus divinam voluntatem, seu jus naturae, „illa in terris exequitur: quae tota causa Dei est: „Totum enim Dei negotium est quod geritur, „cum de ejus voluntate exequenda, seu de jure na-„turae tuendo agitur. Ille, ut legis hujus lator & „jussor, ita hujus potestatis auctor & mandator est; „quam vel ipse per se, vel in terris vice sua per alia „expedit, quibus ipse eam quasi delegavit. Ea „ergo nihil divinius in terris secundum Deum fingi „potest: Imo ipsius Dei est ista potestas, Dei vo-„luntas, Dei res, Dei jus, quod sui causa ille con-„didit; uti jus positivum, gentium ac civile, ipse „hominum causa hominibus condere permitit; „hoc jure hactenus res humana, illo divina, per-„agitur.

„Isthaec potestas in terris proprie imperium ac „magistratus dicitur, *l. 215. ff. de V. S.* eaque adeo „genuina ejus est appellatio; atque hic intelligitur „summa, quae vicario quodam Dei nomine, &, ut „formula habet, Dei gratia exercetur.

„Cui vero jam concessa est in terris haec summi „imperii potestas? Et cui alii quam humani gene-„ris corpori, *Pos. 13.* cui omnis a Deo & natura in „hanc terram, & quae ea continentur, facultas data „est *Posit. 3.* Etenim, cum demonstratum jam sit, „Deum voluisse talem potestatem voluntatis suae in „terris executricem esse, sequitur eam concessam „esse, vel potentiis quae sunt extra terram, ut *spiritibus:* „vel *hominibus.* Non *illis:* quia agitur de impe-„rio, quod in terris exercetur inter homines, quod-„que nec iis concessum ulla re apparet, nec con-„venit conditioni ac naturae hominum, quos pla-„ne imperium & imperantem accedere, intellige-

,,re, ac cognoscere, & una conversari oporteret; qualem consuetudinem inter spiritus & homines nec natura amborum patitur. Reliquum ergo est ut *hominibus*. Non vero uni hominum, vel pluribus in reliquos: quia natura omnes pares suot, oec fecit natura discrimen aut indicium quo dignosci ille, vel illi, a cæteris; & cui vel quibus imperium hoc concessum sit, constare possit? cum omnes æque infantes & sine rationis, oedum imperii, usu nascantur, & natura facultatem cuique in suas tantum non alterius actiones dederit. *Posit.* 5. *n.* 2. Superest igitur, ut omnibus seu toti hominum corpori in singulos datum sit. Hoc imperium, aucto humano genere, & per universum terrarum orbem disperso, non potest expediri ab uno corpore: sed necesse fuit dividi illud in plura hominum, civitatum, seu populorum corpora & quasi collegia. *posit.* 4. *n.* 4.

,,Hæc partitio per naturam fieri non potuit hominum vel capitum numero, qui singulis momentis nativitate, morte, migrationibus, mutatur, sed finibus terrarum, *d. pos. 4. n. 4.* Ea partitione unicuique corpori, seu civitati vel populo, intra hos terrarum suarum fines eadem potestas competit in omnes, & omnia his finibus comprehensa, quæ ante divisiooem totins humano generi io omnes homines, & res totius terrarum orbis: quia hac partitione oulla mutatio facta fuit in ipso hoc summo Imperio, sed tantum io ejus finibus.

,,Radix igitur, seu stirps hujus summi Numinis vicariæ potestatis, quæ majestas dicitur, est in tota cujusque liberi populi, seu civitatis aut reipublicæ corpore; a quo proinde transferri illa potest vel in unum principem, vel io plures, qui tum corpus aliquod magistratus faciunt: Atque ita unumquodque liberæ civitatis corpus duabus partibus quasi substantialibus constat, capite & membris.

,,*Alter* locus ex disputatione B. Parentis *de summa potestate* hic inserendus est, ubi originem summæ potestatis hoc modo exponit.

,,Haud abs re est, quod summi magistratus Dii in sacris nuncupentur, utpote per quos, tanquam vicarios suos, divinus naturæ author jura voluntatis suæ, qualia sunt jura naturæ, exequitur: cum enim isthæc divina voluntas, sive expressa, sive facto creationis & reipsa significata, omnino jus homini constituat, qoantum est hoc jus io hominum societate esse, nisi sint qui jura illa exigere possint? ut loquitur ICtus *in l. 2. §. 13. ff. de Orig. Jur.*

,,Qui ergo voluntatem snam natura & rerum productiooe, & per eam jus naturæ inter homines cum effectu constituit, insimul voluit potestates per qnas voluutatem & jus suum exequeretur: quia per illas potestates effectus juris accipitur, ut rursum habetur: *d. §. 13.* quæ proinde, cum vicaria potestate ipsius naturæ auctoris jus exerceant, ejusve voluntatem exequantur, ideoque Dii vocentur, omnino etiam eodem jure vicario iis æternitas, numen, ipsaque divinitas, legibus tribuitur, & omne jus ipsorum Dei gratia, i. e. Dei authoritate & loco, **von Gotteswegen**, ipsis competit.

,,Quærimus autem, cui summa hæc potestas Numinis vicaria in terris competat? Et quidem homo in hominem natura potestatem non habet, utpote qui omnes æqualiter facultatibus naturalibus a natura sunt instructi, & sine discrimine potestatis in hanc terram conditi: Nam & natura homines infantes producit, qui nullam secum potestatem a natura afferunt, sed potius in potestate parentum nascuntur: & terram sine ulla dominiorum distinctione, & sine certis finibus condidit, nec alii præ alio in ea quicquam attribuit, ut neutra ratione alii aliis sint potentiores.

,,Falsum autem est, a natura esse ut stupidiores serviant prudentioribus: Non enim hic de rerum administratione, in qua prudentia vertitur, sed de jure & dominio in alium quæritur, quod infans & furiosus quoque habere possunt: illi enim, etsi ne quidem intellectum habeant, jus tamen idem io suas res ac servos habent, quod alii: quia jus hoc non in prudentia consistit, sed in potestate utendi, & in rem suam convertendi; administratio autem per alium fieri potest: ut proinde hæc sententia Aristotelis prorsus sir explodenda. Ineptius etiam est, quod stupidiores saltem apti nan videantur ad serviendum. Hoc enim de quovis homine dici posset; Nec vero aptitudo jus naturæ infert. Cum ergo nec homo in hominem natura potestatem habeat, nec plures homines, (non magis enim natura aliquid hac de re definivit in pluribus, quam in uno homine: nec sciri potest qui nam præ aliis illi essent) superest necessario, ut illa potestas sit penes totam societatem humanam: quæ & alias jus habet in singula membra, cum singula hoc jus suum io ipsam societatem conferant.

,,Cum ergo hujus rei dispositio sit penes totam societatem humanam, expeditior est ratio tum eligendi unum vel plures, quibus summa potestas comminatur; tum societatem hominum augescentium, & in omnes terræ partes dissitorum, subdividendi in plures civitates particulares, in quibus proinde singulis eadem summæ potestatis est ratio: quæ, uti alia jura, hereditario quoque jure, bello, & aliis modis legitimis adquiri potest. Et quidem illa vel erit penes unum, vel penes plures (cujus species sunt infinitæ, duumvirorum, triumvirorum &c.) vel penes omnes: & quidem vel omnes optimates, vel omnem populum: Rejicimus ergo vulgarem triplicis status differentiam.

Tertium locum vide in *Differt. Prooem. X. pos.* 13. Nostram sententiam exposuimus in *Diss. prooem. XII.* §. 607. *seq.*

PROPOSITIO VII.

Divisio humani generis in populos, adeoque & imperia, terrarum finibus, non hominum numero fieri debuit.

DEMONSTRATIO.

Insignem hæc res effectum habet; adeoque maxime interest scire, quomodo illa divisio populorum & imperiorum facta sit: Nos dicimus, per naturam fieri noo potuisse, ut homines per numerum se diviserint, ita ut præcise v. g. 1000. capita civitatem constituerent: Nam ita numquam certum foret

foret imperium, quia illud morte, peregrinatio-
nibus, aliisque caufis perpetuo mutatur, adeoque
nova perpetuo inftituenda effet divifio, indeque
fi de uno jus dicendum effet, nefciretur, an
fub illa civitate comprehendatur, an non, adeo-
que exlex foret: Certi igitur fines imperii funt fta-
tuendi in ipfo territorio, ut illi qui intra fines hu-
jus territorii vivunt, etiam imperio ejus fubjecti
fint.

ADDITIO.

„Cum late hæc propofitio a B. Parente explica-
„ta fit *in difp. de fund. in territ. jurisd. Tit. II.*
„operæ pretium erit integrum titulum hic infere-
„re. Verba hæc funt: Poteftatem ac jurisdictio-
„nem illam quam fuperiori titulo delineavimus,
„inhærere ipfi territorio, omnibusque ejus parti-
„bus, rebus item ac perfonis eo comprehenfis,
„tralatitium eft atque vulgatisfimum. Eft nimium
„fumma & univerfalis poteftas humano generi a
„natura & rerum arbitrio in ipfam terram univer-
„fam, & fingulos homines in ea exiftentes, primum
„conceffa, eaque deinde in plures fubdivifa civi-
„tates, & territoriorum finibus diftincta. Quæ
„proinde eodem jure in fingulis territoriis eorum-
„que civibus, incolis, omnibusque ibi contentis
„fundata eft, ac univerfa & indivifa obtineret in
„tota terra, omnibusque in ea comprehenfis.
„Quælibet ergo poteftas proprio incumbit & infidet
„quafi territorio, ejusque finibus ita concluditur,
„ut extra terminos omnino defінat, ac nulla, &
„magiftratus privatus: intra terminos autem nihil
„inde exceptum & ad omnes perfonas ac res illa
„extenfa fit. Nihil vero quicquam refert, per
„ipfas civitates jurisdictio illa exerceatur, an per
„eos qui civitates repræfentant. Hinc primum
„omnium regulam in genere definimus: quod
„magiftratus in alieno territorio nihil quod ma-
„giftratus eft agere, ftatuere, non jus dare, non
„legem præfcribere, non onus injungere; in fuo
„autem omnia cum in perfonas earumque actus,
„tum in res ac bona, juri convenienter poffit, &
„generaliter officium commune magiftratus ac jus
„gentium, circa ea quoque quæ alibi funt vel fi-
„unt, dummodo alteri territorio nihil præjudicet,
„exequi queat.

„Hoc præmiffo 1.) certum eft ei poteftati fub-
„effe *omnes, qui fixam in territorio fedem atque
„domicilium conftituerunt:* illi enim veri ejus fub-
„diti ac cives funt, in quos magiftratui perpetuum
„territorii, cujus incolæ & quafi pars funt, jus
„eft. Unde in eos durat poteftas, etfi abfint:
„cum cives abfentes quoque domicilium retineant,
„adeoque fubditi ac cives maneant, quibus præci-
„pi ac imperari abfentibus quoque a fuo magiftra-
„tu poteft: fed & delinquunt, fi contra mandatum fui
„magiftratus ordinarii agunt, dummodo ipfis ne-
„que jus in alieno territorio concedatur, neque
„aliquid injungatur quod legibus ejus territorii
„contrarium eft, aut alias ejus juribus præjudicet,
„aut denique quod ad jus alterius territorii folum
„pertineat.

„Domicilium autem, quod aliquando neceffi-
„tatis, uti *in l. 22. §. 3. ff. ad municip.* at regula-
„riter liberum eft, duo requirit: habitationem fcl.
„(habitari autem etiam per familiam poteft; &
„peffime a nonnullis ftatuitur, perpetuo relegа-
„tum, fi nullam revertendi fpem habeat, domici-
„lium amittere; aut eundem civem duarum civi-
„tatum effe non poffe) & voluntatem perpetuo
„non ad tempus habitandi & figendi domicilium:
„*l. 20. ff. ad mun. arg. l. 78. pr. ff. de legat. 3.*
„*l. 26. ff. de capt. & poftl.* Quæ voluntas, uti
„alias femper, declaratur vel verbis, vel re ipfa
„& factis ; *§. ult. verb. & quoque modo voluntatem
„fuam declarat, re vel verbo &c. Inft. de hered.
„qual. & diff. l. 32. §. ult. verb. quid intereft, fuf-
„fragio voluntatem declaret, an rebus ipfis & fa-
„ctis. ff. de Legibus.* Ex factis enim, faltem per
„conjecturas probabiles, voluntas colligitur, & fo-
„lus quoque temporis lapfus quandoque fufficit
„*vid. difp. noftra de filentio:* Unde, fi quem ftu-
„diorum ratio, aut muneris fungendi ac officii
„neceffitas alio in loco detinet, non tamen eo fo-
„lo domicilium ibi conftituiffe, & quod habuit,
„mutaffe videri poteft: quia alia, quam domicilii
„figendi caufa ibi degit, *arg. l. 29. §. 2. in fin. ff.
„de judic.* inprimis, fi bona adhuc in patria
„poffidet; alioquin in dubio videri poffit eam de-
„feruiffe: *l. 23. §. fin. ff. ad munic.*

„*Deinde* eadem ratione certum eft, fub illa pot-
„eftate quoque effe *omnia bona immobilia & mo-
„bilia in territorio ejus comprehenfa, & ita fita; ut
„perpetuo ibi fint & maneant. l. 7. §. ult. ff. in
„quib. cauf. tac. l. 67. l. 86. ff. de leg. 3.* ut nihil im-
„pediat, quod forte ex commodato, vel cafu, ad
„tempus ibi fint; quia nihilominus, quantum ad
„effectus juris perpetuos, nec non fignificationem
„verbi, eo loco fitæ intelliguntur atque dicuntur
„ubi ex deftinatione patrisfam. manfuræ funt, ut
„eleganter probat *L. 35. §. 3. ff. de hered. inft. d.
„l. 7. § ult. d. l. 67. d. l. 86.* Uti nec impedit,
„quod ex poftfacto inde auferri poffint, quia jus
„perpetuum cenfetur, quod nunquam a te invito
„abire poteft, licet tu ipfe id alienare poffis. *l. 11.
„ff. de Reg. Jur.* & perpetuum domicilium, quod
„ab initio perpetua lege conftitutum eft, licet po-
„ftea mutata voluntate inde recedas: quod idem
„denique in bonis eft, quæ ab initio tanquam
„perpetuo manfura alicubi fita funt, *Hartm. Pift.
„obf. 55. n. 3. & feqq.*

„Hinc fine dubio hæc poteftas quoque extendi-
„tur ad Landfasfios, quos vocant, quippe qui ra-
„tione cum perfonarum, tum prædiorum, fedem
„in territorio fixam tenent. Different enim illi a
„civibus, & aliis fubditis qui domicilium in ter-
„ritorio habent; quod hi fine domo & prædiis
„effe poffint; cum domicilium in territorio non
„in ædificii vel prædiorum proprietate, fed in jure
„habitationis confiftat: habitari autem conductis
„quoque ædibus poteft. At Landfasfii non funt, nifi
„prædia ac fundus in territorio poffideant, **die im
„Land geseffen find.** Nec tamen fufficit, cum & cives
„ fint, qui hujusmodi prædia habent nec tamen Land-
„fasfii vocantur: fed in fpecie Landfasfii funt, qui la-
„tifundia quidem in territorio, fed certi alicujus pa-
„gi vel præfecturæ terminis non inclufa, adeoque im-
„mediate territorio fubjecta poffident, in quæ tamen
„et ipfi aliquam poteftatem habere folent, uti Comi-

„tatus & Baronatus mediati. Sed & si minora prædia, & intra præfecturam, quin intra limites pagi, **in den Gemärcken eines Dorffes**, sita habeant, uti interdum quoque nobiles quidam, non tamen pagi jurisdictioni, sed officialibus præfecturæ subjiciuntur: & in specie dicuntur. Amtsassii, nisi literis Principis inde exempti, & immediate Cancellariæ ex privilegio hujusmodi subjecti fuerint; quo casu dicuntur **Schrifft** vel **Canzley-Sassen**, in quos omnes eadem potestas exercetur, & onera, nisi a quibusdam immunitatem in specie nacti sunt, iis imponuntur.

„*Tertio* potestas illa extenditur quoque in *advenas, eosque qui fixum domicilium non habent, sed vel ad tempus commorantur, vel saltem transeunt:* quia, dum ibi sunt, intra potestatis illius terminos sunt, eaque continentur. Unde ea quoque potestas durat saltem quamdiu ibi sunt: Si enim recesserunt, non extenditur potestas extra territorii, in quo fundatur, terminos. In tales adveuas ergo, ad tempus ibi subsistentes, nec jus perpetuum statui, nec onera ipsis perpetuo imponi possunt, sed temporaria tantum, ac talia, quæ discessum eorum non longius morantur quam ibi commorandi animus fuit. Quicquid autem interea temporis ab ipsis agitur, id potestate quoque ejus, qui territorio præest, continetur, quia dum agunt, v. gr. contrahunt vel delinquunt, sub ea potestate sunt.

„Aliud autem est in *advenis transeuntibus*, quibus imponi onera nullo modo possunt, cum liber transitus jure Gentium debeatur, qui proinde oneribus impositis impediri nequit. At ex facto suo, si quid in transitu forte contraxerunt, vel deliquerunt, conveniri & detineri possunt: illud enim sub potestate ejus territorii continetur, eaque inde fundari potest.

„*Quarto*, par iterum ratio est *in bonis, quæ casu & ad tempus saltem posita sunt in territorio:* in ea enim bona temporarium jus est, nec ultra obtinet, quam ibi res sitæ sunt, Interea igitar de illis disponere magistratus potest donec ibi sunt, dummodo non impediatur discessus, nec præjudicium seu effectus dispositionis post discessum quoque duret: Cum enim temporaria tantum loci potestas sit in tales res, non potest perpetuum onus aut perpetui juris effectus constitui, sed momentaria duntaxat dispositio fieri. Si autem res tantum præternavigent, aut transvehantur, ex aliis causis quam personæ transeuntes detineri non possunr: cum liber transitus Jure Gentium non minus ad res, quam ad personas pertineat.

„Idem jus est *in omnes feras, aliaque ἀδέσποτα*, quæ & quamdiu territorii finibus circumscribuntur: etsi enim apud Græciæ & Italiæ gentes, quæ fere populares erant, privatis occupantibus & invenientibus ea cesserint, indeque pro gentium jure, quod secundarium dicitur, id habitum fuerit, naturalis tamen ratio omnia territorio ejusque Principi addicit, quæ in privatos non sunt distributa: quod jus hodie reductum est.

Quinto, competit potestas *in Legatos eorumque comites & bona*: Etsi enim jure gentium violari non possint, conveniri tamen jure possunt, & cessant in eos jura belli, non autem jura pacis, ita, ut pro hostibus habendi quidem non sint, at pro advenis tamen. Scilicet jus gentium in legatia id saltem restituit quod jus belli abstulerat, nimirum ne lædi possint. Et cum jus illud sanctos & inviolabiles duntaxat Legatos præstet, sancti demum videntur qui ab injuriis defensi sunt. *l. 8. princ. ff. de Rer. div.* Nec violari dicuntur, contra quos jure agitur: crimen enim, qui vindicat, non violat jus, sed implet. Hostilem itaque violentiam hoc jus gentium prohibet, non legitimam juris executionem. Et securitatem præstat, non impunitatem, quam constituere non sanctitas, non inviolabilitas foret, sed profanitas. Atque hoc apud veteres dubium nunquam fuit, nec jus illud gentium unquam contra juris executionem, sed solum contra injurias allegatum, uti ex authoritatibus patet, quas ipse Grotius *Lib. 2. de J. G. & P. cap. 18. §. 1. in not.* exhibet, etsi ex frivolis ille rationibus male dissentiat. Huc graviter Cicero contra Verrem, legatum Rumanorum, a Lampsacenis, quod virgini vim afferre pararet, domi suæ oppugnatum: *in Orat. VI. seu Verrin. II. cap. 2. de Legat.* hoc Quintilianus integra declamatione XII. pro civibus contra Legatum late eleganterque propugnat. Ita Romani de Tarquiniorum legatis decrevere; *Meritos eos, ut hostium loco essent*; & meræ gratiæ datum fuit, quod jus gentium (id est securitas, quæ jure gentium constituta est) ipsis indultum fuerit. *Liv. l. 2. c. 4. in fin.* Idem conclusum fuit a JCtis Anglicanis in causa Legati Hispanici, Mendozæ, qui in Elisabetham Angliæ Reginam impie machinatus fuerat, *Cambden. sub an. 1584.* ubi antiqua severitate ferro & igne persequendum fuisse scribit. Et licet Alberius Gentilis cum Hottomanno de eodem facto consultus, hunc legatum a capitis supplicio absolvendum duxerit, id tamen ex ea ratione censuit, quod nunquam scelus perpetraverat: *Alb. Gent. lib. 2. de Legat. c. 8.* quæ ratio nulla est. Dimisit itaque Regina hominem nun juris necessitate, sed ex animi generositate. Qua non æque, sed suo jure postea usus Oliverius Cromwell, Legati Lusitani fratrem & comitem ejusque famulum, homicidii privati reos, condemnatosque, die 20. Jul. 1654. morte publice multavit. Plura sumtarum a Legatis pœnarum exempla referunt *Bodin. lib. 5. de Republ. c. 6. in pr. Arum. disc. ad. A. B. 1. thes. 21. Zouch. dissert. de Leg. delinq. cap. 6.*

„Nihil autem futilius est, quam in contrarium allegare exempla quorundam, qui legatos delinquentes dimiserunt; quasi vero necessarium esset illos punire, quod arbitrarium est domino territorii, qui ipse punire legatum potest, vel Principi ipsius puniendum remittere. Quod posterius non mirum, si sæpius quoque fiat: Satius enim ac honestius putabit Princeps, in honorem alterius Principis, cujus vices dignitatemque Legatus gerit, & ad amicitiam ejus magis conciliandam, sæpe quoque pro præsenti rerum suarum conditione ac statu, quin ad generositatis quoque gloriam & lenitatis famam, ultro potius reum remitte-

„mittere, quam impii hominis morte periculo-
„sam vindictam explere; etsi jure ad remissio-
„nem hanc non teneatur.

„Quin *sexto* ipse quoque *Princeps* in alieno
„tarritorio privatus est. *Knich. de jur. territ. cap.*
„*4. n. 4. Alciat. in cap. 1. n. 17. X. de Off.*
„*ord.* Equidem non quærimus jam quid deco-
„rum honestumque, sed quid præcise juris sit:
„Et omnino præmonemus, e dignitate summo-
„rum Principum videri, ut ultro quidem, & in
„venerationem principalis fastigii, Principibus
„peregrinis & hospitibus indulgeant, & hospitali-
„tatis comitatisque officiis potius, quam rigidæ
„potestatis in eos affectatione certent; sed to-
„tum hoc humanitatis est, magnaque cum gene-
„rositatis laude conjunctum.

„Verum, si non humanitate, sed jure suo uti
„velint, quid potestatis habeant quæritur? Duo
„autem ejus quæstionis membra sunt: Primum,
„an Princeps in alterius territorio existens, in-
„vito ejus domino exercere potestatem in pro-
„prios suos comites & ministros possit? Dein-
„de, an ipse quoque teneatur agnoscere potesta-
„tem ejus territorii? Utrumque membrum eadem
„ratione deciditur; quod Principis potestas intra
„territorii sui fines conclusa, adeoque extra eos
„ipse privatus sit, qui potestatem in alios exer-
„cere alibi nequit. Vice versa autem, illius ter-
„ritorii dominus fundatam potestatem in omni-
„bus, quæ ejus finibus continentur, habet, adeo-
„que & in Principes qui in eo morantur. Quod
„nemo quoque diffiteri poterit, si cogitet, quod
„Princeps ne quidem si in suo territorio sit, ci-
„vem suum ex alieno territorio abducere vel ci-
„tare, nedum missis apparitoribus occidere pos-
„sit; sed si faciat, id pro immani violatione ter-
„ritorii habeatur. Si ergo Princeps in proprio
„territorio, in quo plus juris habet, existens non
„potest actum jurisdictionis in alieno exercere,
„nedum id poterit existens ipse in alieno, in quo
„nihil juris & potestatis habet. Certum enim
„est, eum extra territorium suum jus dicere ac
„statuere; Certum item notumque est, speciem
„servitutis esse si privatus teneatur pati aliquid
„in suo fieri ab alio: *l. 13. ff. comm. præd. l. 13.*
„*§. ult. ff. de injur. l. 15. §. ult. ff. de servit.*
„nedum si Rex aut Princeps. Quin & certum
„est, solum Regem in suo regno jus supplicii
„habere ac dare posse. Denique illustria & re-
„centia utriusque membri exempla sunt, quibus
„& factum Principum, pœnas in suos in alieno
„regno statuentium, maximopere improbatum, &
„ex regibus quoque in alieno morantibus suppli-
„cium sumptum fuerit: Verum id nunc mitti-
„mus. Nec movet, quod ridiculum censeatur alie-
„no permitti arbitrio, quæ salva dignitate negli-
„gi non possunt. Nam pœna vel differri pot-
„est, vel salva quoque dignitate a Principe loci
„statui. Haud facile quoque, ut diximus, dene-
„gabit ei arbitrium hoc Princeps rite requisitus;
„inprimis urgente aliqua necessitate.

„*Septimo*, extenditur potestas ista ex eodem
„principio *in ipsos Principis cognatos, uti fra-*
„*tres, filios, uxores, & matrem quoque*: quanquam
„in honorem sanguinis & intuitu pietatis, con-
„veniat reverenter eos habere, nec facile in eos
„aliquid durius, inprimis in matrem, statuere:
„semper enim probe discernendum in rege est
„jus potestatis, & id quod decorum, laudabile,
„humanum, ipsique eximium est. Idem in patre
„erit si privatus est, cum *aliud* sit potestas do-
„mestica, cujus ratione filius potius parentibus
„obsequium præstat: *aliud* potestas politica, cu-
„jus contemplatione non filius, sed Rex est, &
„patria potestas cessat. Exempla eorum qui in
„suos potestatem exercuerunt, passim obvia sunt
„in Constantino M. Ottone III. Imp. Henrico
„Angliæ Rege, Manlio &c.

„Eadem potestas, *octavo*, quoque extenditur
„*ad exercitus peregrinos eorumque Duces*, qui in
„alieno territorio vel confœderato morantur:
„nam si in hostili solo degunt, jure belli & ar-
„morum potestatem sibi in eo arrogant. An
„idem, si exercitus saltim territorium transeat?
„Videtur quod non; sed quod Duci exercitus ex-
„ercitium potestatis in militem dum transit in-
„tegrum sit: quia jus transeundi ex jure gentium
„sibi vindicare exercitus potest. Verum ille
„transitus non tollit potestatem territorii. Un-
„de & transeundi leges dari, ac temperari a Prin-
„cipe & officialibus territorii possunt ac solent.

„Sane quantum ad ipsum imperium militare,
„cum illud disjunctum plane diversumque sit a
„potestate territorii, neque in territorium, sed in
„solas personas & milites competat, & cum ipso
„exercitu ambulet, neque commode transire ex-
„ercitus possit soluto imperio militari, hinc di-
„cimus illud durare, ac Ducibus competere tan-
„quam necessarium transitus & juris gentium
„consequens: cum jure concesso omnia concessa
„intelligantur, sine quibus commode explicari
illud nequit. *l. 1. §. 1. & seqq. ff si ususf. pet. l. 2.*
„*ff. de jurisd. arg. l. 2. §. 2. ff. si serv. vind. l. 10.*
„*ff. de serv. urb.* Nec excipere necesse est, si
„quid aliter inter eos convenit: Id enim servan-
„dum esse constat.

„Hinc denique *nono* indubitato constat, sub
„eadem potestate contineri *Clericos omnes qui*
„*in territorio subsistunt, aut per illud transeunt.*
„Illud enim immota, et tot singularium indu-
„ctione firmata hactenus regula tradita demon-
„strat, a qua exemtio nullo jure doceri potest.
„Quin brevibus, præter jam dicta, ostendemus,
„sententiam istam, Clericos sacratissimæ huic po-
„testati non subjici sed magis præesse, omni ju-
„ri, naturali, divino veteri ac novo, Gentium,
„civili, Canonico, Conciliis, veteris ecclesiæ sta-
„tutis, omnium fere Europæ populorum decre-
„tis, praxi ecclesiæ sub Impp. Romanis, Græcis,
„Germanis, & Regibus Italiæ Christianis; legibus
„imperii Comitialibus, summorum inter Pontifi-
„cios virorum sententiæ, paci & bono publico
„generis humani, & sanæ denique rationi dire-
„cto contrariam esse, ut per singulas species
„paucis patebit.

„*Jure naturali* summum imperium ac domi-
„nium in universam hanc terram, singulosque ho-
„mines, datum est generi humano. Hoc in media

„terra, quasi in proprio domicilio, cum absoluta & a nemine impedita potestate positum; ipsique id jus confirmatum fuit ipsa Creatoris lege ac voce in sacris expressa: *Dominamini universæ terræ.* Ea vox generi, non singulis dicta, nec privatum jus, sed omne complexa est. Sed & naturale id est cuivis societati liberæ, ut jus in omnia membra sociosque habeat, nedum primævæ illi & universali omnium hominum. Denique, cum supremum in terram, & singulos homines, imperium a natura non uni præ aliis datum fuerit, (cui enim?) toti illud & omnibus competere necessum est. Nulli igitur hominum (adeoque ne Clerici) a summo hoc humani generis jure ac potestate exemti sunt; nec ratio ulla naturalis dari poterit quæ eos eximat. Atqui hæc ipsa potestas universalis est, quæ divisim per territoria exercetur: Nam & tota hominum societas, & omne jus ejus in plures civitates divisum est, quarum quæque intra fines sui territorii, atque ita omnes in universam terram, summum jus, & potestatem humani generis exercent; atque adeo in quolibet territorio hæc summa potestas ita inest, ut ne ipsi quidem humano generi aliquid juris in territorium hujusmodi liberum supersit, sed hoc non minus immediate a Deo dependeat, neminemque præter Deum superiorem agnoscat, ac ipsa universalis illa humanæ societatis. Adeo hæc nihil aliud est quam singulorum territoriorum, in quæ humana societas divisa est, potestas civilis, sive ea per ipsam civitatem, sive qui eam repræsentant, Principem exerceatur. Unde non magis Clerici ab hoc territorii, quam ab ipsius humanæ societatis jure exemti esse possunt.

„*Jure divino veteri* Clericus huic potestati subjectus fuisse, & Aaronem summi sacerdotii leges a Mose accepisse, ex Levitico passim; item a Mose in id, quod peccarunt sacerdotes, animadversum fuisse; *Levit. X. v. 6. 7. 16. & seq Exod. XXXII. v. 21. 22.* & Aaronem subducere ejus potestati se volentem ipsius Dei judicio subjectum ei fuisse; ex *Num. XII.* palam est. Sic Regibus Hebræorum summos Pontifices subditos fuisse constat ex historia Saulis, coram quo tota Pontificum domus causam instructæ Davidis fugæ dixit. *1. Sam. XXII. v. 11. seqq.* Davidis, summos Pontifices binos constituentis, *1. Chron. XXIV. v.* 2. qui ipsi ad nutum paruere cum fugeret filium, 2. *Sam. XV, v. 24. seqq.* Salomonis, cum Abjatharem, summum Pontificem, mortis reum judicaret, & supplicii gratia facta ab officio eum removeret, aliumque ei substitueret. *1. Reg. II. v. 26. & seqq.* Hiskiæ, ex cujus arbitrio ac jussu Pontifices cultum divinum instituerunt. *2. Chron. II, 9. &c.* Quod post Davidem *vid. 1. Chron. 15. & 16.* omnes quoque pii Judæorum Reges egere. Idem imperium in Pontifices & clericos Nehemias quoque habuit. *Nehem. XIII. v. 4. & seqq. & v. 28. seqq.* uti & ab Herode summi Pontifices creati remotique sunt. *Ioseph. lib. 15. antiq. c. 3. & 12.* ubi addit Josephus, removeri summos Pontifices non solere: quod intelligendum est, sine causa, uti Herodes fecerat; ex causa enim criminis removeri eos a Regibus potuisse & solere, exemplo Salomonis modo allegato patet. Hoc jus Regum in sacra perspicue quoque probat *Cunæus de Rep. Hebr. lib. 1. c.* 14. & inter alia ait: *Quemadmodum NB. præfectura sacrorum summaque potestas & judicium ad Reges pertinuit, ita NB. ministerium curatioque earum rerum ad Levitas, hoc est ad Pontificem sacerdotesque.* Deinde hæc ipsius Maimonidis allegat propria verba: *Sancitum fuit, uti Pontifex maximus Regem veneraretur, & locum illi suum ad sedendum cederet, atque ipse staret, si quando veniret ad eum Rex.* Et mox ex eodem Maimonide: *Praterea tanta Regis dignitas est, ut vel ipse vates, quoties ei adest, in terram humiliter submittat: quippe scriptum est, Nathanem Prophetam venisse coram Rege, & specie honoris prono ore procubuisse in humum &c.* Ita Pontifices a Synedrio, summo illo Regum consilio politico, damnari potuisse, post alios *Maimonides* testatur apud *Schikard. de jur. Reg. Hebr. cap. 1. Theor. 2.* Denique hoc jus divinum Principibus omnem in terra judicandi potestatem suo nomine dedit, eosque (non vero Clericos) *Deos* dixit, & quasi suos vicarios fecit, *Ps. LXXXII, 1. & 6. verb. Dixi,* (Principibus scil. v. 1.) *Dii estis. Exod. XXI. v. 6. & XXII. v. 8. 9. Sam. XXVIII. v. 13.*

De *jure divino novo*, Clericos civili potestati subesse debere, docet Apostolus ille gentium, & præcipit, ut omnis anima, (a qua voce excludi non possunt Clerici) potestati seculari, cui gladius commissus, censusque in subjectionis signum debitus dicitur, subjecta sit. *Rom. XIII. v. 1. usque ad vers. 7. Tit. III. v.* 1. Quin imo, idem *Apostolus*, 2. *Corinth. I. vers. ult.* ut caveret ne vel suspicio arrogandæ alicujus potestatis ex eo oriretur, quod dixerat, se pepercisse Corinthiis, statim contestatur, quod dictum id nolit, ut ipsis imperaturus, sed ut ipsorum *σύνεργος* adjutor, & administer. *Petri* quoque Apostoli doctrina nihil clarius est, docentis (1) quod omnis anima humanæ potestati, *ἀνθρωπίνῃ κτίσει*, subditi esse debeant, sive Regi sive officialibus ejus. *1. Petr. II. v. 13. & 14.* (2) Quod hæc sit Dei voluntas. *ibid. vers. 15.* (3) Quod Regis (non Pontificis) sit summa potestas. *d. v. 13.*

„Nec refutari meretur, quod in *c. 6 X. d. Major.* excipitur: *Ita & servis subjectos fore sacerdotes, cum & servi sint ἀνθρωπίνη κτίσις* Nam additur statim (quod Papa omittit) *sive κτίσις illa Rex sit, sive alii magistratus.* Voce ergo illa intelligitur creatio in Regem vel alium magistratum, non in servum: & ita quoque in ipso jure canonico id explicatur in iis quæ subjiciuntur *c. 28. caus. IX. q. 1.* Nec reliqua, quæ *d. c. 6.* dicuntur, relatu aut refutatu digna sunt. Sed & expresse idem *Petrus* omne imperium in gregem clericis prohibet in *1. Pet. VIII. v. 2. & 3.* Apostolos denique, ac Servatorem ipsum, sine ulla contradictione se submisisse seculari potestati satis constat. Id sane ipsi Canones testantur in *c. si tributum 27. & c. 28. caus. IX. qu. 1.* ubi postquam assertum fuerat, magnum subjectionis documentum esse solutionem census, additur: *Si censum*

Dei

„*Dei filius solvit, quis tu tantus es, qui non putes* „*esse solvendum*? Post eam rationem quid opus est „allegationibus aliis?

„*Iure Gentium* quoque Clericorum illa ἀναρχία „prodigii instar, & inauditum inter gentes est, ali„quod hominum genus esse, quod civili imperio „jure non subjiciatur, ocdum quod in summas „terrarum potestates arrogare sibi potestatem au„sum fuerit; quodque pervagari orbem terrarum „possit, nec tamen ullius loci magistratum agno„scere teneatur. Gentilium utique sacerdotes sub „potestate seculari fuisse, nunquam dubitatum est. „De *Ægyptiis* (quos primos sacerdotum & sacrifi„ciorum Authores *Herodotus lib. 2. c. 2.* laudat) „eorumque sacerdotibus, refert *Diodorus*, quod „cives suos distinxerint in sacerdotes, milites, & „operarios, *Bodin. lib. 3. d. Republ. cap. 8.* De „*Hebræis* jam constat ex §. 17. *Macedones* & varia„rum gentium Principes, qui Alexandrum Ma„gnum comitabantur, dementem eum factum pu„tarunt, ob honorem quem summo Judæorum „Pontifici Jaddoni exhibuit, & summopere id „improbarunt; ipseque Rex testatus est, non Pon„tifici id factum, sed Deo, qui sibi apparuisset „sub vestis illius imagine, *Joseph. antiq. II. cap. 8.* Quicquid autem sit de fide hujus narrationis, at „gentium tamen usus, & quam prodigiosum inco„gnitumque ipsis fuerit Pontificem honorari a Re„gibus, nedum potestatem in eos habere, satis „inde ostenditur. De *Græcis* patet, quod singulæ „fere eorum civitates ac populi varia sibi ipsis fa„cra constitueriot, iisque ex civibus suis aliquem „sacrificum præfecerint; de quibus vid. *Jonston. de* „*fest. Græc.* Quapropter & Romani sacra græca „per Græcos cives, sua autem & eivium suorum „per Romanos fieri eurarunt. *Cic. orat. pro Corn.* „*Balb.* Ita legibus *XII. tabb.* quæ a Græcis petitæ „sunt, sacerdotum officia, sacrorum jura, feriæ, & „similia definita fuere. *Cic. 2. de legib. Fragm. leg.* „*12. tabb. lib. 1.* De ipsis *Romanis* res nota est. Livius Pontificem maximum primo a Numa Pom„pilio Rege, & quidem ideo constitutum ait, ne „Reges ipsi sacrorum ministerio a bellis impediren„tur. *Liv. lib. 1. hist. c. 20.* Et iis, quæ inter „Pontificem maximum & flaminem Quirinalem „intercessit de causa religionis, primum in Senatu „coram Tiberio acta, & ultro Pontificum sententia „arcessita fuit. *Tacit. lib. 3. Annal. Adde Fenestell.* „*& Pompon. Let. de sacerdot. Rom.* Et de *aliis* „gentibus *Cæs. lib. 6. de bell. Gall. Berthault in* „*Floro Gall. Lib. 1. cap. 4. Germanos* nulla sacrifi„cia habuisse refert *Cæsar. d. lib. 6.* Sacerdotes „tamen fuisse memorat *Tacit. de morib. German.* „sed qui inter proceres Franciæ habiti, & pars Sena„tus, ominifirique silentii injungendi in curiis fuere. „*Tacit. dict. loc. cap. 2. Trithem. in annal. passim.* „Denique summa, quæ inter gentes unquam fuis„se legitur, sacerdotum dignitas ea fuit, quod se„cundum a Rege locum aliquando obtinuerint, uti „de Tyrio sacerdote Hereulis proditum est; nul„libi autem, quod a summa potestate civili exem„pti fuerint. Quod non minus

„*Juri Civili* contrarium est, quo sacerdotes & „sacra sunt pars juris publici, quod ad statum rei„publ. pertinet. *§. ult. inst. de just. & jur. l. 1. §. 2.* „*ff. eod.* Sed & innumerabiles in eodem jure le„ges ab Impp. latæ sunt de ipsa religione, ejusque „doctrina & cultu, de Ecclesiis, Episcopis, Cleri„cis, Hæreticis &c. quæ continentur in 13. prio„ribus titulis libri I. Codicis, & Novellis quam „plurimis. Ita Impp. ecclesiis quandoque capita„tiones, angarias, parangariasque imposuerunt; „quandoque immunitatem concesserunt; *conf. l. 5.* „*l. 7. l. 8. l. 11. C. SS. Eccles. l. 2. §. 3. l. 3. l. 6. C. de* „*Episc. & Cler. l. 2. C. de prep. sacr. cub. l. 3. C. de* „*Silentiar. Auth. Item nulla. C. de Episc. & Cler.* „*quæ Friderici est* &c. legis formam ac modum „præscripsere Episcoporum ac clericorum testa„mentis, contractibus, bonis, officiis, delictis, „pœnis, & omnibus eorum juribus. *l. 13. l. 14. l. 15.* „*& multis seqq. C. de SS. eccles. l. 7. l. 8. l. 9.* „*& plurim. seq. C. de Episc. & Cleric. & per Auth.* „*ubi subjectas.* Quinimo expresse omnes Episco„pos, Clericos & Monachos urbis regiæ judicio „præfecti Prætorio subjecere *in l. 33. §. 1. C. de* „*Episc. & Cleric.* ita, ut privilegii loco id quo„que a Clericis habitum fuerit, ne traherentur ad „inferiora tribunalia. Accedit, quod de legibus „12. tabb. quibus omnia sacrorum jura definita, §. „præced. diximus. Ut certissimum sit, plenissi„mam dispositionem de omnibus rebus ac personis „ecclesiasticis fuisse penes Imperatores. *Add. l. 17.* „*pr. mun. & hon. l. 8. pr. de vacat. mun.*

Jure Canonico ipso non minus severe idem sta„tutum est, ne Clerici ab hac potestate seculari „exemti sint. Quod patet ex *c. Valentinus 13. dist.* „*63.* qui Canon delumtus est ex *Hist. Eccles. Theo„dor. lib. 4. c. 6.* nisi quod vox *necessario* male „applicetur. Ita enim textus habet: Καὶ τὰς παρ' „ἐκείνου γενομένους ἐλέγχους ἀνθρώπους γὰρ ὄντας „καὶ προσπταίειν ἀνάγκη ὡς ἰατρικὴν ἀσπα„σώμεθα θεραπείαν. id est: *Et illius* (Episcopi „eligendi) *monita; cum homines nos existentes la„bi quoque necesse sit, veluti curantis medicinam* „*recipiamus*: Non vero dicitur, medicinam illam „necessario suscipere Imperatorem. Ibi igitur Im„perator, mortuo Mediolanensi Antistite Episco„pos evocat, alium Episcopum eligere jubet, atque „ut dignum eligant vel ideo monet, quod & ipse, „si ut homo peccet, ejus, ceu medici, correctio„ni ultro se submittere velit. Uti eodem modo „Imperatores passim in jure seculari dicere so„lent: etsi legibus soluti sint, ultro tamen se „legibus vivere, & principatum quoque iis submit„tere. Indubium igitur est, Episcopos hos sub „potestate Imperatoris fuisse, in quos ipse citandi, „jubendique, & modum electionis præscribendi jus „habuit. Quod & agnoverunt Episcopi, & petie„runt *ut Imperator, quem vellet, ediceret*; qui vero „ipsis illud injunxit. Denique electo, ut medico „qui ultro accersitur, non ut judici se pariturum. „Summæ enim potestates, etsi nemini nisi Deo „immediate subjectæ sint, ultro tamen suis curiis ac „dicasteriis legibusque a se latis, & animarum cu„ratoribus a se constitutis, se vel causas suas gene„rose committunt. Pro hac doctrina Canon quo„que expressus est in *c. Sacerdotibus 41. caus.* „*IX. q. 1.* ubi petit Pontifex, *ut Imperator ex*

 terre-

terrena potestate ita dominetur sacerdotibus, ut propter eum, cujus servi sunt, debitam etiam reverentiam impendat. Et in *c. si quis 45. ead. quæst. 1* clerici palam, cum in civilibus, tum in criminalibus subjiciuntur seculari judici. In *c. si tributum 27. d. q. 1.* manifeste dicitur: *si tributum petit Imperator, non negamus, agri ecclesiæ solvunt tributum.* Atqui illud certum signum esse subjectionis docet Paulus *Rom. XIII. v. 6.* docet Servator, cum ex eo quæreretur an Cæsari census esset dandus: docet denique & subjectionem Clericorum acriter inculcat *capit. 28. d. qu. 1.* cujus verba sunt: *Magnum est & spirituale documentum, quo christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subjecti; ne quis constitutionem terreni regis putet esse solvendam. Si enim censum Dei filius solvit, quis tu tantus es qui non putas esse solvendum?* Eadem subjectio ostenditur ex *c. 9. ead. dist. 63.* ubi ex voluntate serenissimi Principis ad sacerdotium accersiti dicuntur. Et ex *c. principali 15. ead. distinct.* ubi dicitur, *sacram*, id est, *epistolam clementissimi Principis præcepisse Presbyterum, Diaconum & subdiaconum fieri debere.* Idem ex *c. 16. ead.* ubi Pontifex rogat Impp. Lotharium & Ludovicum, *ne dignentur ecclesiam Reatinam Diacono dare.* Item ex *c. seq.* ubi Pontifex ait: *Imperatorem & Augustam, per literas ipsi dixisse, quod debeat Episcopum facere, & se fecisse.* Item in *c. 17. ead. dist.* Pontifex rogatus a Comite loci, *ut Episcopum electum ordinaret*, se excusat, *quod sine Imperatoris consensu id non ausit, ne Augustalis animus iratissime id percipiat:* & monet, *ut licentiam ab Imperatore*, (ut prisca consuetudo dictet) *obtineat.* Sic in *c. Agathori ead. dist.* dicitur, *quod secundum antiquam consuetudinem cum Principis scientia & jussione debeat ordinatio Pontificis pervenire.* In *c. 24. ead. dist.* Pontifex Principem per literas certiorem reddit, *quod vetuerit Episcopum male electum administrare, donec a serenissimis Dominis cognoverit, si hoc fieri ipsi jussissent.* Idem probatur ex *c. 25. ead.* ubi Principis potestas circa Pontificem & alios præsules in Concilio Toletano asseritur exemplis B. Ambrosii, quod jam allegavimus, & B. Gregorii; adeoque non demum ex concessione quæ Carolo Magno facta dicitur, cœpit. Et ex *c. 30. ead.* ubi a Ludovico concessa Pontifici dicitur Roma & pars Italiæ; Populo Romano autem certa lege potestas ordinandi pontificem. Habuit igitur Imperator potestatem in Pontificem & clericatum juxta canones, & dum solam Pontificis electionem juxta *d. c. 39.* (quod nunc in medio relinquimus) transtulit, sequitur, quod omnem reliquam potestatem, cum in Pontificem, excepta electione, tum absolutam in reliquos retinuerit. Licet autem a Pontifice quoque clarius primum concessa dicatur Imperatoribus electio, & investitura Episcoporum (quod tamen ut ex Concilio Toletano allegavimus, secus est) ea utique concessa iis est ut superioribus, adeoque superioritas iis jam competiit dato jure eligendi.

„Jure quoque, & *Decretis Conciliorum*, Episcopos & Clericos sub seculari potestate fuisse, partim ex textibus *§. præced.* (quorum pars ex Conciliis desumta) partim aliis patet. Omnium instar esse poterit locus ex Concilio Turonense, quod sub Carolo M. ao. 813. habitum fuit: ubi ita ipsi Episcopi loquuntur: *Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conventui interfuere, ut obedientes sint Domino excellentissimo Imperatori nostro, & fidem, quam ei promissam habent, inviolabiliter conservare studeant. Lehm. Chron. 2. cap. 41. circa princ.* Ubi quoque refert formulam juramenti, quam præstare Clerici solebant. Fuit igitur tota Synodus, omniaque ejus membra in potestate & obsequio Imperatoris, ipsique fidelitatem juraverunt. In primis vero Conciliis quæstio hæc ne quidem occurrit, quia eo tempore Episcoporum munus intra solos docendi, & ritus sacros administrandi limites constitit, nec ullam potestatem absque jussu Impp. sibi arrogarunt, aut horum jus in concilia & Episcopos in dubium unquam vocarunt, uti ex historia ecclesiastica & aliis plus satis liquet.

„Atque inde etiam constat, quod ex institutis & usu veteris ecclesiæ Episcopi sub Principibus fuerint. Quin non Carolo demum a Pontifice id concessum fuisse, sed diu ante & diu post Carolum hanc potestatem Imperatoribus ac Regibus Græcorum & Francorum competiisse plurimis exemplis ex *Hincmaro, Greg. Turonensi, Baronio, legibus Bavaricis*, aliisque quam plurimis luculenter ostendit *Lehm. d. l. 2. cap. 101. & lib. 3. cap. 24. per. tot.* Quibus inprimis addo testimonium magni illius Canonistæ juxta ac summi Pontificis, Innocentii IV. cujus in *c. si quis 2. n. 1. X. de Majorib.* hæc sunt verba: *Sed quæres, quis exemit Clericos de jure Imperatoris, cum prius ei subessent.* En ipsum summum Pontificem, qui subjectionem Clericorum non dicam asserit, sed tanquam indubiam supponit. Nec respondere ibi certi aliquid potest, sed per tres responsiones fluctuatur. Adde & ea quæ dicemus *infra §. 30.* Imo & Principibus quibusdam Germaniæ potestatem olim in Ecclesiasticis & in Clericos competiisse, patet exemplo Ducis Bavariæ, qui ab Henrico Aucupe ea lege pacem accepit, ut retineret antiquo sibi competentes investituras Episcoporum sui Ducatus *Hist. eccl. p. 3. lib. 8. c. 12.* & Guntzonis Præsidis Alemannici sub Sigeberto Austrasiorum Rege, apud *Lehman. Lib. 1. C. 16.*

„*Decretis* quoque & *constitutionibus* omnium Europæ fere populorum rejecta devotaque est pontificia hæc potestas. In imperio nostro publicatum est hujusmodi decretum ao. 1338. quo læsæ majestatis crimen incurrisse, & feloniæ reus statuitur, juribus suis omnibus ipso jure privatur, & corpore ac rebus proscribitur, quisquis pontificiam hanc potestatem asserere in imperio ausus fuerit. Integer decreti tenor extat *apud Lehm. Chron. lib. 7. cap. 17. Gold. Tom. un. imper. ad an. 1338.* Etsi vero *O-*

nuphr.

„*nuphr. de Com. imp. c. 12. in fin*, antiquatum „non longe post fuisse dicat, id tamen factum „falsumque esse constat. Simile decretum factum „fuit in Gallia sub Philippo IV. apud eundem „*Lehman. d. l. 7. cap.* 10. Aliud idem in Hi-„spania sub Carolo V. *Thuan. ad ann.* 1321. Si-„mile denique etiam io Anglia sub Henrico „VIII. *Paul. Jov. Histor. lib. 35*.

„De *usu Ecclesiæ* sub Imperatoribus quibusli-„bet, & hortun io illâm potestate, longum es-„set omnia referre, eum tota historia ecclesia-„stica id loquatur. Sub Romanis & gentilibus „Imperatoribus Episcopos Romanos privatos su-„isse, nullamque potestatem habuisse, nemo opi-„nor negabit. Græcos vero Imperatores quo-„que plenariam potestatem exercuisse in Roma-„num, reliquosque Episcopos, Clericos, & Ec-„clesiam, ostendunt leges illæ de doctrina ipsa, „omnique jure ecclesiastico; & specialiter de per-„sonis, officio, potestate, juribus, beneficiis, re-„bus &c. latæ, quæ & in codice Theodosiano „& Justinianæo, præsertim tredecim libri primi „titulis integris comprehensæ, hodieque partem „juris communis faciunt. Quis vero ferret Ba-„ronii frontem, qui alicubi simulat se irasci E-„piscopis græcis, qui Justiniano hoc permiserint: „quasi vero ea juris parte solius Justiniani, & „non omnium Imperatorum Christianorum con-„stitutioues ecclesiasticæ inde a Constantino M. „usque ad Justinianum comprehensæ sint: quin „quasi ulli tunc hominum in mentem venerit Cle-„ricos exemtos esse potestati seculari; & non ipsi „Clerici & Papa Romanus, pro summis beneficiis „eas leges habuerint.

„Videamus vero, an tum temporis Papa & „Clerus Romanus plus juris sub Regibus Gothicis „habuerint, & sic fas sit irasci potentiæ Justiniani. „Non tantum enim hi Reges Christiani, quos val-„de landat & commendat *Onuph. de Comit. Imp.* „*c.* 4. *n.* 4. *& seqq.* Papæ & Clero Romano, re-„busque eorum, leges pro arbitrio dedere, quarum „plurimæ hodieque extant apud *Cassiod. lib. var.* „*pass. & præsertim lib 9. ep. 15. & 16.* ubi Rex le-„gem præscribit electioni Papæ. Sed & Theodo-„ricus rex, Ioannem Papam Romanum, Legatum „suum misit ad Justinum Imperatorem Græcum, „qui Romam reversus, Ravennatem ad Regem „contendit, ut de causa legationis ad eum refer-„ret: Rex vero, cum rem ex ejus voto Papa non „confecisset, eum in custodiam missum enecuit. „*Paul. Diac. lib. 17*. Quin non Regi tantum, sed „judicibus inferioribus subjectus fuit universus Cle-„rus Romanus, adeo ut, cum potestatem suam „durius in eum exercerent, flebili querela adierit „clerus Regem Athalaricum humiliter, obtinuerit-„que pro summo beneficio, ut clerici prius coram „Papa, &, si ab eo res transigi non possit, tunc „in foro seculari conveniantur: uti hoc privilegium „est apud *Cassiod. variar. lib. 8. epist.* 24. Taceo „alia.

„De Francis quoque seu Germanis Impp. quo-„modo in Pontifices Romanos judicium potesta-„temque exercuerint, eos deposuerint, constitue-„rint, io eos animadverterint, historia profana „pariter & ecclesiastica abunde testatur, sed ea „prolixiora sunt, quam pro instituto. Leges Caroli „M. & aliorum de omni jure ecclesiastico, quæ „Capitularia dicuntur, 7. libris exhibet *Lenncl. de* „*Legib. ant.* Aliorum plurimæ apud Goldastum & „alibi extant. Ut recentiore exemplo utamur; „memorat *Aventinus de Boj. ann. lib. 7. f.* 437. quod „suo tempore (scil. ad Kal. Sept. 1511.) Maximi-„lianus I. & Rex Galliæ Ludovicus XII. Senatum „Christianum Pisam contra Julium II. Papam con-„vocarint, pro reformatione morum universalis „ecclesiæ, in capite & membris plurimum collapso-„rum, ac emendatione criminum gravissimorum, „interiorum, continuorum ac incorrigibilium, u-„niversalem ecclesiam enervantium, quæ fuisse „ipsa verba refert *d. l.* Io quam rem, quam gra-„viter Moguntinus & Trevirensis Archicancellarii „in Consessu Electorali disseruerint, vide *Sleid. lib.* „*1. p.* 20. *& seqq. Sabin. de Elect. Carol. V.*

„Summis item inter Pontificios *Theologis, Ju-*„*risconsultis ac Politicis* improbatam esse Pontifi-„cis & Clericorum potestatem, prolixum esset re-„censere. Quorundam ecclesiæ Doctorum eam „improbantium sententiæ in ipsum Corpus Cano-„nicum relatæ, & antea allegatæ sunt. *Petrus de* „*Ferrariis JCtus in Pract. Pap. in form. Libell. pro* „*Act. Confess. §. Plenam & omnimodam Jurisd. in* „*princ.* ita ait: *In tantum excrevit appetitus jurisdi-*„*ctionum, quod nedum laici, sed & summi sacer-*„*dotes & Clerici sunt tali morbo ac vitio penitus* „*infecti: Vides enim, quod ipse Papa, qui debe-*„*ret tanquam verus Vicarius vestigia sequi Jesu* „*Christi, possidere & armata manu detinere niti-*„*tur jurisdictionem in terris, civitatibus & villis,* „*& locis, quæ sunt naturaliter, & a mundi crea-*„*tione & Christi ordinatione imperii Romani. Imo* „*ipse Papa in ipso Imperatore nititur superiorita-*„*tem habere, quod NB. ridiculum est dicere, atque* „*abominabile audire.* &c. Idem *Nic. Boer. Decis. 69.* „*n. 2. & 3.* censet, ac alios allegat; & inprimis Albe-„ricum testantem, a magnis viris se audivisse, cum „Pontifici donata secularis diceretur potestas, vo-„cem de cœlo auditam: *Hodie seminatum est in ec-*„*clesia Dei venenum aspidum.* Non jam de gesti „fide, sed de sententia eorum loquor, qui hoc „vel retulerunt, vel finxerunt. Horrendæ sane „sunt querelæ istæ & voces, quibus hanc arrogan-„tiam Romanam execrati & detestati sunt Viri „pii, Archiepiscopus Salisburgensis, apud *Avent.* „*de Annal. Boj. l. 7. fol.* 420. & Episcopus Tullen-„sis, apud *Fund. l. 7. f.* 440. nec non *Abbas Ur-*„*spergensis Chron. in gestis Philipp. f.* 235. Plures „enarrantur a *Matth. Dress. in Millen. sexto, tit.* „*de martyr. & testib. verit.* Adscribo sententiam „Cardinalis Mazarini, quam refert *Priol. de reb.* „*Gall. lib.* 10. *in fin.* Nulli Pontifici jus in Reges, „sed paternum amorem esse debere. Et Senatus „Gallici quam exhibet idem *Priol. d. tract. lib.* 6. „Non posse per bipartitam fidem Regi ac Romano „Pontifici pareri.

„*Paci & bono publico humani generis* quanto-„pere hujusmodi potestas & exemptio Clericorum „contrarietur, usus abunde docuit, & omnium „adhuc luculentissime ob oculos poni posset. Sed

„mitto ea, & verba saltem prædicti Ferrariensis.
„*d. l. p. m.* 244. subjicio: *Bene & sancte faceret*
„*Papa, si totam corporalem jurisdictionem in mani-*
„*bus Imperatoris remitteret, nec aliter unquam*
„*Respubl. & maxime Italia quiesceret, nec ulterius de*
„*Papatu tale schisma, quale fuit & est, ullo tempore*
„*amplius accideret; & ex hoc status universus Cle-*
„*ricorum magis redderetur Deo ac populo devotus.*
„*& ipse Papa cum Cardinalibus viveret quietius,*
„*ac Deo devotius, & populo acceptius & gratius.*

„*Sanæ* denique *rationi* contrariatur, ut Cleri-
„catus eximatur seculari potestati, eamque ipse in-
„duat; cum vicaria potestas nec major esse possit,
„nec alia, quam principalis & committens. Ser-
„vator ipse, cujus vicario nomine officium suum
„Clericatus gerit, subjectus magistratui civili fuit,
„& nunquam sibi sumsit summum jus in Reges:
„An ergo plus potestatis esse potest in vicaria,
„quam in principali? Imo semper sedulo prospe-
„xit Servator ne officium suum secularibus mi-
„sceretur, nec ultra docendi hortandique fines,
„ad vim & cogendi, seu privandi quenquam ne-
„dum Principes juribus secularibus, potestatem
„excederet. Cum adultera adduceretur, judicare
„noluit, sed hortando ne amplius peccaret, dimi-
„sit. Quoties discipuli potestatem aliquam petie-
„erunt, eos acriter increpando repulit, & a re-
„gno suo sollicite semper omne imperium ac vio-
„lentiam omnem segregavit. Ita enim Apostolis
„dixit: *Reges terræ imperant; vos autem non sic.*
„En omnem potestatem regiam, quæ in jubendo
„& vi coercendo consistit, ab officio Apostolorum
„penitus remotam, eique imperium (cujus præ-
„cipua pars est, alii jus & imperium suum auf-
„ferre posse) directo oppositum, & ab eo prohibi-
„tum. Unde & Pilato Servator hoc ipso probat:
„Regnum suum non esse mundanum, quod illud
„famulorum vi ac manu non defendatur. Quæ
„eadem ratio est, cur Petrum, gladio in hostes
„Christum capientes usum, tam graviter repre-
„henderit. Duo igitur ista, imperium & Apo-
„stolorum officium, directo invicem opposita
„sunt, & ita ab horum officio penitus rejecta vis,
„imperium, coactio. Quod si ergo officio Chri-
„sti Vicarius ejus succedit, non potest eo impe-
„rium vel coercitio, nedum facultas auferendi
„imperii contineri, quæ ipse Servator a suo offi-
„cio toties expresse removit atque prohibuit.
„Cum enim Vicarius gerat vices ipsius committen-
„tis. *l. 16. ff. de Jurisdict.* concipi nequit, qui in
„Vicario officio plus potestatis esse possit, quam
„in ipsius mandantis; cum nemo plus juris con-
„cedat quam ipse habet. Nedum qui potestas
„vicaria toto suo genere alia & diversa esse possit
„a potestate committente, directeque ei opposita,
„cum delegantis & delegati eadem sit potestas.
„Et denique, qui Vicarii Christi officium illud
„videri possit, quod Christus expresse prohibuit,
„& a suo officio removit. Eandem oppositionem
„Petrus quoque luculenter exhibet *1. Petr. V, 2.*
„his verbis: *Pascite gregem Dei. & inspectionem*
„*non cum necessitate, sed cum libertate exercete*
„*non lucri sed affectus causa. Non ut prædominan-*
„*tes propriis sed ut existentes exemplar gregis.*
„Iterum ergo hic ab officio pascendi gregis domi-
„natio & imperium expresse removetur, & hoc in
„necessitate parendi, seu coactione, illud in vo-
„luntatis affectu constituitur, id quod vetustiores
„& meliores Canones ipsi quoque inculcarunt. *c. 1.*
„*& pass. dist.* 45.

„Hæc cum certa adeo immotaque sint, ut in-
„tegra fronte negari nequeant, quis credat Pon-
„tificem in re tanta ipsi Imperatori afferenda usum
„fuisse rationibus adeo vanis ac levibus in *c. 6. X.*
„*de Major. & obed.* ut vix inanius quicquam fingi
„possit? Uti cum (1) ex eo, quod Deus fecerit
„duo luminaria magna, solem ac lunam, infert,
„Papam Rege esse superiorem. Vel (2) id probat
„ex eo, quod Deus Jeremiæ, (non vero sacerdo-
„tibus in Anathot, ut in d. c. 6, perperam refer-
„tur) dixit: *Ecce, constitui te super gentes & re-*
„*gna, ut evellas & dissipes, ædifices, & plantes &c.*
„cum certum sit hunc Prophetam inopem & cum
„sacerdotibus sub imperio Regis fuisse, nunquam
„vero potestatem in regna habuisse vel exercuisse.
„Loquitur vero luculenter de vi prophetica, qua
„Jeremias tales dispositiones &c. prædixit, non
„fecit. Item (3) ex verbis sacris: *Diis non de-*
„*trahes, & Principi populi tui non maledices.* Deos
„enim sacerdotes esse ait, & nominari ante Prin-
„cipes, eoque ait superiores esse.

„Tale est (4) quod allegat, *spiritualia potiora*
„*esse secularibus:* Ita vero quilibet Ludimagister,
„cujus est præcepta pietatis inculcare, omnibus
„Regibus major & superior esset. Non vero hic
„quæritur, quæ potestas potior sit, sed cui illa
„competat; Regi an ministro? Equidem in ipsa
„spiritualia nullius hominum potestas est; atque
„adeo frustra quæritur quæ potior. In eorum
„administratione vero Regis summa est potestas,
„Papæ ministerium. Simile est (5) quod in *c. 8.*
„*X. eod.* ex visione *4.* animalium, apud Ezechie-
„lem *c. 1.* infert: Pontificem in 4. Patriarchas juris-
„dictionem habere.

„Nec solidius (6) potestatem hanc inde probat,
„quod Servator Petro dixit: *Pasce oves meas.*
„Nam, cum esse suas oves asserat, in eas jus & pot-,
„estatem non habet pastor, sed dominus; & in
„rem alterius nemini quicquam juris potestatisque,
„nedum summum jus competit. Subditi itaque
„Regis quidem sunt, sed oves non sunt pastoris.
„Sed & aliud longe est pascere gregem, aliud im-
„perare & cogere: pascere oves, nihil aliud est,
„quam pabula seu alimenta ovibus præbere; id
„etiam superiori inferior, minor majori, extra-
„neus extraneo potest, etsi nihil juris nullamque
„potestatem, nedum summam, in eum habeat; at
„imperare non nisi superior suis. Mancipium
„quoque doctum & pium Regi barbaro hæc animæ
„pabula dare, at non imperio in eum uti potest.
„Pascendi ergo vox nihil cum imperio commune
„habet, nedum summum significat. Quod &
„Petrus ipse egregie & jam traditis convenientis-
„sime docet prædicto *1. Petr. V, 2. Pascite gregem*
„*Dei, non ut prædominantes propriis, sed ut exi-*
„*stentes exemplar gregis:* quibus a pascendi munere
„omne imperium penitus removetur.

„Allega

„Allegat quoque 7) locum ex *Matth.* 16. ubi præ-
„cedit confessio Petri: *Tu es Christus, filius Dei*:
„*cui respondet Christus: Tu es Petrus, & super hac*
„*petra fundabo Ecclesiam meam.* Quæritur, an fun-
„dare eam voluerit super Petro aut super prædicta
„ejus confessione? Volunt super Petro. Horren-
„dum dictu, Ecclesiæ Dei fundamentum esse Pe-
„trum, esse hominem, esse peccatorem: cum con-
„stet fundamentum & lapidem angularem hujus
„Ecclesiæ unice esse Christum, Filium Dei; adeo-
„que hanc Petri confessionem, non Petrum: sed
„& quam vana sit ista successio Petri dudum ab a-
„liis demonstratum est: & omnino Apostolo tri-
„buere certi loci Episcopatum cui successerint a-
„lii, pugnat cum ejus officio & Christi mandato:
„*Ite* &c. Nec dici potest, cur Romani potius quam
„alii, vel cur Petro potius quam Paulo successerint,
„sed hæc aliis.

„Idem infert ex verbis sequentibus. *Quicquid*
„*ligaveris in terra, erit ligatum in cælo*, & per hanc
„ligationem, vel obligationem, intelligi vult sum-
„mum Imperium etiam in Reges terræ. Cum ve-
„ro Servator idem quoque omnibus, quos misit,
„dixerit: *Quicquid ligaveris* &c. sequere-
„tur cuivis Diacono ut ligandi, ita Regibus im-
„perandi potestatem competere. Verum ligatio
„illa nihil Imperii infert, nedum Imperii auferen-
„di potestatem, sed Ligatio est obligatio ex delicto
„seu peccato; quod uti solvi dicitur quando re-
„mittitur, ita ligari quando non remittitur, sed
„retinetur. Utrumque fit per declarationem sacer-
„dotis. Atque hæc vel inde patent, quia, quod
„apud *Matth. 16. v. 19.* & *cap. 18. v. 18.* dicitur li-
„gare, idem apud *Joh. c. 20. v. 23.* dicitur pecca-
„ta retinere: quod fit, ex tenore disciplinæ Ecclesia-
„sticæ, judicando eum pro Ethnico & Publicano, ad-
„eoque ex sorte cœtus divini, non autem juribus
„suis secularibus, quin territoriis & imperiis eum
„exuendo. Nec aliter id explicat *Covaruvias in c.*
„*alma mater. De sent. excomm. in 6. part. 1. n. 8.*
„sed & ita declaratur *Matthæi 18. v. 15. & seq.* ubi
„exposito, *qui frater delinquens corrigi debeat,*
aut si nolit, haberi ut Ethnicus & Publicanus, addi-
„tur effectus hujus rei; *Quod qui ita ligatus sit in*
„*terra, ligatus quoque esse, debeat in Cælo.* Idque
„ostendit exemplum Ambrosii, qui Theodosium,
„cum 7000. homines innocentes occidisset, tantum
„templi aditu abstinuit, & ad pœnitentiam serio
„hortatus, non autem Imperio eum deturbare
„conatus est. *Theodoret. in hist. Eccles. trip. lib. 9.*
„*c. 30. Euseb. chron. lib. 11. c. 18.* cum tamen Im-
„peratori subjectum fuisse ex ipso jure Canonico
„supra ostendimus. Neque vero ex hac ligatione
„executio Clericis in terra conceditur, sed Cœlo
„in allegato loco reservatur. Nulla igitur ex pa-
„scendi & ligandi officio potestas cogendi, & secu-
„laria jura adimendi ostendi potest.

„Contrarium quoque videtur, quod est in *c. 22.*
„*& 23. dist. 63.* Ubi Carolo & Ottoni primum con-
„cessa videtur potestas eligendi Pontificis. Et *Ba-*
„*ronius ad ann. 752.* urget, Impp. hosce non jure
„proprio dedisse Episcopos, sed ex concessione
„sedis Apostolicæ; & erubescere debere mentien-
„tes politicos novatores, cum Ecclesias subjiciunt
„Regibus. Verum textum illum *in d. c.* spurium
„& corruptum esse Viros doctos dudum ostendisse
„constat. Et si vero integer esset; Resp. 1) In
„os sibi ipsi contradicit *Baronius*, & contrarium
„ipse profitetur *ad an. 559. Sæpe* ait a *Regibus præ-*
„*sumtum est jus præficiendi Ecclesiis Episcopos hoc se-*
„*culo* (loquitur de anno 559.) *tum in Occidente* tum
„*oriente*: quam impudentiam hominis notat *Lehm.*
„*Chron. lib. 2. c. 41.* Et 2) plurimis exemplis osten-
„dit, diu ante Principes hoc jus exercuisse, *d. c.*
„*41. & lib. 3. c. 24.* ut *sup. §. 23.* allegavimus. 3)
„Opponimus Baronio *c. 25. dist. 63.* ubi ipsum Con-
„cilium Toletanum hanc Principum potestatem ex
„eo deducit & probat, quod a temporibus B. Am-
„brosii & B. Gregorii jam obtinuerit, ut itidem
„*supra §. 22.* diximus. 4) Opponimus Baronio ipsum
„Innocentium IV. Papam, qui in *c. 2. I. X. de Ma-*
„*jor.* tanquam indubium supponit, Clericos olim
„Imperatori subjectos fuisse, & dubitat, quis eos
„exemerit: cujus verba apposuimus *supr. §. 21.*
„5) Posito, quod Principes jus ordinandi Clericos
„a sede Romana acceperint, pessime tamen inde
„Baronius infert, Clericos non esse subjectos Prin-
„cipum potestati; Nam & tempore Gentilium Im-
„peratorum, Christiani sub Imperio Romano vi-
„ventes, sibi ipsis antistites suos eligebant, nec ta-
„men ideo desinebant esse in potestate Imperato-
„rum Romanorum: jus enim eligendi antistites, si
„alii id competat, non tollit summam potestatem,
„a qua longe plura abesse possunt, ut *tit. 1.* osten-
„dimus. 6) Eodem modo, si a Clericis concessa est
„illa potestas Imperatori, ei ut superiori concessa
„fuit, ut diximus *d. §. 21.* uti Regi potestas quo-
„que conceditur a civibus Regem eligentibus, qui
„tamen sub ejus potestate sunt. 7) Nec in *d. c. 2.* Im-
„peratori, sed Carolo M. tunc tantum Patricio,
„jus ordinandi Episcopos datum dicitur: id enim
„jus Patriciis alias non competebat: Scilicet per
„gradus ad Imperii fastigium enixus est Carolus M.
„& primum ei Patriciatus potestas, deinde ordi-
„natio Pontificis, ac investitura Episcoporum da-
„tæ sunt: *d. c. 22.* demum Imperator factus omnia
„hæc suo jure in Italia, perinde ac in Francia, po-
„tuit, & a Pontifice atque Episcopis, veluti a sub-
„ditis, Princeps adoratus fuit: uti rei ita gestæ fidem
„demonstrat *Lehm. d. l. c. 40. in fin.* Idque inde
„quoque evidens est, quod Patriciatus dignitas, ad-
„eoque & quæ ei tributa fuit electio Episcoporum,
„personale officium fuerit, non perpetuum & ad
„hæredes transitorium. Cum vero filius Caroli
„M. plenissime jus investiendi Episcopos jure suc-
„cessionis habuerit, *per c. 30. Dist. 63.* certum est,
„eum id non habuisse ex concessione Patris, tan-
„quam patricio facta, (quia illa dignitas morte pa-
„tris extincta fuit;) sed jure proprio Imperii, in
„quod successit. Successores igitur Caroli M. de-
„mum jus eligendi Pontificem Clericis Romanis,
„cum parte aliqua Italiæ, concesserunt, uti ipsi Ca-
„nones tradunt *in d. c. 30.* 8) Et quidem conces-
„serunt solum jus eligendi Pontificis, eoque ipso
„omnes investituras reliquorum Episcoporum, &
„superioritatem nunquam concessam, quinimo ex-
„presse reservatam, (*Vid. Lehm. chron. lib. 3. c. 24.*)
„indubie retinuerunt. 9) Sed & ipsum hoc jus

§. VI.

1. [a] Facultas ergo moralis civitatem gubernandi, [b] quæ potestatis civilis vocabulo nuncupari solet, a Thucydide [c] tribus rebus descri-

„quod Carolingi primum dederunt Clero, postea restitutum est Ottoni in *c. 23. dist.* 63. Denique (10) falsum est Carolo Patricio datum esse jus investiendi Episcopos a solo Pontifice, cum a tota Synodo, quin a toto populo Romano id datum dicatur in *d. c. 22. & c. 23.*

„Objiciunt etiam, quod tempore Pipini & Caroli negotia quædam belli & pacis Pontifex administraverit, imo, quod Pipinum quoque Regem fecerit, quod & dicitur *c. 3. Cans. 15. q. 6.* Sed (1) ultimum hoc inprimis falsum & impudens esse, ex historia ejus temporis constat: quæ docet Francorum Proceres unanimi consensu Pipinum Regem ob socordiam Merovingorum optasse, sed obstitisse religionem juramenti, qua Regi suo obstricti, & cujus æque ac Regiæ authoritatis Franci tenacissimi cultores fuerint. Hoc caput ergo de absolutinne a jurejurando, quod juris spiritualis habebatur, duntaxat delatum ad Pontificem, isque de eo consultus fuit, qui, ut erat Pipino devinctissimus, ita facile non modo in absolutionem consensit, sed & hortatus est Francos, ut eum Regem eligerent. Atque ita totam rem gestam narrant *Petr. Bertbault. in flor. Francic. lib. 2. c. 1.* & *Jean Serres Hist. sous l'ann.* 641. *tit. Avances ou appareil du regne du Pipin sur la fin des Rois de la premiere race.* Item *Viterbiensis* & *Ado ad an.* 750. Nimis ergo vanum & frivolum est, quod Pipinum a Papa Regem factum jactatur, cum satis constet, ipsos Francorum Proceres Reges suos elegisse. (2) Pontifex antiquo instituto est pars Senatus Romani. *Liv. lib. 1. c.* 29. & præcipuum membrum urbis Romæ. Et (3) inprimis in summis ejus temporis necessitatibus, extremaque Italiæ vastitate ac ruina, præcipua ejus erat authoritas; ut nihil mirum sit, maximi momenti negotia ad eum quoque delata, eumque consilio & facto, prout potuit, patriæ succurrisse.

„Denique regerunt, saltem jure humano & plurium seculorum consuetudine, boni publici causa Pontifici potestatem maximam, & saltim per indirectum etiam deponendi Reges competere. Huic temerariæ assertioni opponimus: (1) Falsum esse humano jure circa Imperatorum & Principum jura aliquam ipsi potestatem competere, ut hactenus ostensum. (2) Jus humanum dici non posse quod omnibus illis juribus aliisque fundamentis contrariatur, quæ modo exposuimus. (3) Quod de consuetudine dicitur, ei respondetur ex ipsis canonibus in *cap. Massana 56. X. de elect. Non id consuetudinem esse, sed corruptelam.* nec consuetudinem esse, cui semper contradixere Reges & Imperatores. (4) Ita ei, quod per indirectum saltim competat jus deponendi Reges, respondetur ex *c. 84. d. Reg. jur. in 6. Cum una via quid prohibetur, non debet id alia via admitti.* Et de verbis, non de rebus ita jus statueretur. Sed & hactenus ostendimus, nihil magis cum Pontificis officio pugnare, quam jus imperii alicui auferendi, in quod nullam potestatem habet. (5) Quod Canonibus in *dist. 63. & dist.* 96. &c. Clerici sibi ipsis tribuunt exemtionem, & potestatem in Principes, id nullius in propria causa momenti esse, nec in Principum præjudicium valere potest. Contra Clericos quidem Canones probant, sed non pro ipsis, & in propria causa. (6) Omnis illa potestas per excommunicationes, earumque incredibilem abusum, (ut alias artes & graviora taceam) usurpata est; quæ quam parum bono publico conveniat, vidimus supra. Denique (7) quam erronea, injusta, ac impia sit hæc usurpatata exemtio multis solide demonstrat *Conring. de fin. Imp. cap.* 10. & *cap.* 19. 20. 21. 22. 23.

„Fabula illa de donatione Constantini M. notior & vanior est quam ut referri debeat. Invehitur integro in eam libro *Laurentius Valla;* eamque ridet, & nervose vanitatem ejus demonstrat *Alciat. lib. 7. Parerg. c.* 19. Quod momordit *Covarruviam*, qui ubique propriam causam agit; locus autem ejus occurrit *Variar. Resol. lib. 4. tom. 2. cap. 16, n. 8. p.* 337.

„Certum igitur innotumque est, sub potestate civili, in omnibus territorii partibus atque contentis fundata, etiam Clericos contineri. Unde omnino sequitur, si duo sint Principes vel Domini, ejusdem territorii communis, & unus eorum Augustanæ Confessioni addictus, sub ejus jurisdictione esse omnes illius territorii Clericos: quia fundatam habet potestatem pro sua parte in omnes, nec Clerici ullo jure inde sunt exemti.

„a) (FACULTAS ERGO MORALIS CIVITATEM GUBERNANDI:) Per facultatem moralem Author intelligit facultatem legitimam, jure gentium approbatam, unde excludit facultatem tyrannicam.

„b) (QUÆ POTESTATIS CIVILIS VOCABULO NUNCUPARI SOLET:) Quæritur enim de potestate quæ in civitate summa est.

c) (TRIBUS REBUS DESCRIBITUR:) Imperfecta est hæc partitio, quia non continetur jus bellorum, utpote quod nulla ratione sub judiciis comprehendi potest.

ADDITIO.

„Thucydides hie non partes imperii describit, sed naturam imperii, & quænam sit ejus nota characteristica explicat: nimirum suis legibus, judiciis, & magistratibus, vel ut uno verbo dicam, suo jure uti, de qua quæstine Author agit §. seq.

„d)

ſcribitur, cum civitatem, [d] quæ vere civitas ſit, vocat αὐτόνομον, αὐτόδικον, αὐτοτελῆ [e] *ſuis utentem legibus*, [f] *judiciis*, [g] *magiſtratibus*. [h] Ariſtoteles tres facit partes in adminiſtranda republica, conſultationem [k] de rebus communibus, [l] curam legendorum magiſtratuum, [m] & judicia: [n] ad primam autem partem [o] refert deliberationem de bello, pace, fœderibus faciendis ac diſſolvendis, [p] de legibus; [q] addit de morte, exilio, publicatione, [r] & repetundis, hoc eſt, ut ego interpretor, [s] judicia publica, [t] cum prius judiciorum nomine privata intellexiſſet. [u] Dionyſius Halicarnaſſenſis tria maxime notat, [x] jus magiſtratuum creandorum, [y] jus legum condendarum & tollen- *Lib. IV. Pol. c. 4.* *Lib. IV.*

„*d*) (QUÆ VERE CIVITAS SIT:) Quænam ſit „vera civitas vide *§. ſeq. & prol. §. 21. L. 1. c. 1. §.* „*14. n. 1. L. 2. c. 9. §. 3. n. 1. & §. 8. n. 2.* cœtus „nimirum juris tuendi cauſa conſtitutus.

„*e*) (SUIS UTENTEM LEGIBUS:) Hac nota non „facultas gubernandi, ſed jus ſummæ poteſtatis de- „ſignatur; in eo enim conſiſtit ſumma poteſtas, „ſuum bonum publicum ſuis legibus *immediate* „tueri. B. Parens *Auton. J. G. c. 8. §. 17. & c. 9.* „*per tot. Item c. 13. 14. & 19.*

„*f*) (JUDICIIS:) Vix enim eſt ut ſuis legibus uti „videantur, niſi & ſuo magiſtratu ac judiciis utan- „tur, quia leges a magiſtratibus ſtatuuntur: *d. Au-* „*ton. c. 15. §. 4.* ubi B. Parens late hoc argumen- „tum perſequitur.

g) (Grot.) (MAGISTRATIBUS:) Poſſet etiam verti *Vectigalibus:* quomodo accepit Thucydidis Scholiaſtes. Eſt enim vox anceps.

ADDITIO.

„Recte Grotius monet verti id poſſe *vectigali-* „*bus*, tum quia vox græca dubiæ ſignificationis eſt, „tum quia judicia jam ſupponunt magiſtratum: „Equidem aliquando civitatibus, quæ mediate ſuo „jure ſuisque magiſtratibus utuntur, hæc facultas „proprio ærario utendi conceditur. *d. Auton. c. 15.* „*§. 5.* ſed tunc ſuperior cenſum aliquem exigere „poteſt. *ibid.*

„*h*) (ARISTOTELES TRES FACIT PARTES IN „ADMINISTRANDA REPUBLICA:) Imperium, quod „continet poteſtatem ſuo jure ſuisque legibus vi- „vendi, juxta *Ariſtotelem* conſiſtit in conſultatione „de rebus communibus, in cura legendorum ma- „giſtratuum, & in judiciis: Juxta *Dionyſium Hali-* „*carnaſſenſem* in jure magiſtratuum creandorum, in „jure decernendi de bello & pace *etc. Author* diſtinguit „inter ea quæ ſumma poteſtas ipſa facit, & quæ „per alios: *illa* verſari ait vel circa univerſalia, con- „dere ſcl. leges; vel circa particularia: eaque vel „directe publica, ut fœdera facere, bellum gere- „re, vectigalia imponere; vel privata, quo refert „judicia. *Hæc* expediri ait aut per magiſtratus, „aut per alios curatores, legatos &c. Quæ ſingula „examinabimus in mox notandis.

„*B. Parens* tres partes neceſſarias conſtituit im- „perii: aliam enim eſſe poteſtatem *legislatoriam*, „aliam *judiciariam*, aliam *deliberatoriam*. *Vide* „*ſupra prop. II.*

„Nos dicimus, duas ſaltem eſſe partes civilis *pote-* „*ſtatis*, omnemque facultatem gubernandi civita- „tem abſolvi 1.) defenſione jurium civitatis; 2.) „jure agendi omnia quæ ad ſalutem civitatis perti- „nent: Ex hoc duplici fonte enim omnia jura im- „perii ſequuntur, uti id late demonſtravi *in Diſſ.* „*proœm. XII. §. 631.*

„*k*) (DE REBUS COMMUNIBUS:) Rectius de re- „bus quæ ad ſtatum publicum pertinent.

„*l*) (CURAM LEGENDORUM MAGISTRATUUM:) „Scl. inferiorum: ſumma enim poteſtas omnia „agere ipſa nequit, adeoque per alios quædam ad- „miniſtrare debet.

„*m*) (ET JUDICIA:) Scl. privata. nam publica comprehendit ſub rebus communibus.

„*n*) (AD PRIMAM AUTEM PARTEM:) Quæ „verſatur in publicis conſiliis.

„*o*) (REFERT DELIBERATIONEM DE BELLO, „PACE, FOEDERIBUS:) Hæc omnia enim ad ſtatum „publicum pertinent.

„*p*) (DE LEGIBUS:) Scl. de iis ferendis vel ab- „rogandis.

„*q*) (ADDIT DE MORTE, &c.) Absque publico „conſilio enim nemo morte, aut exilio puniri, „aut bonis privari poteſt.

„*r*) (DE REPETUNDIS:) Ariſtoteles non de hoc „crimine agit, ſed de rationibus repoſcendis: adeo- „que de reſiduis, utrobique tamen eadem eſt ratio.

„*s*) (JUDICIA PUBLICA:) Ex quibus cuique ex „populo pœnam lege publica conſtitutam perſe- „quendi jus eſt, *l. 6. l. 8. §. 1. injur.*

„*t*) (CUM PRIUS:) Judicia privata ſunt, quibus „actor quod ſibi debetur perſequitur, *§. 10. Inſt.* „*jur.* Apud Romanos primus Tullius publica judi- „cia a privatis ſeparavit. Ipſe quidem de criminibus „ad rempublicam pertinentibus cognovit; in pri- „vatorum vero cauſis judices privatos conſtituit, „quibus leges a ſe latas ut regulas præſcripſit, „quas in judiciis & rebus decidendis ſequeren- „tur.

u) (DIONYSIUS HALICARNASSENSIS:) *d. l. 4. p. m. 120.*

„*x*) (JUS MAGISTRATUUM CREANDORUM;) „Adeoque jus judiciorum.

y) (Grotius) (JUS LEGUM CONDENDARUM ET TOL-

Lib. VII. lendarum, [z] jus decernendi de bello ac pace; [aa] alibi addit quartum, *Lib. II.* judicia. Rursum [bb] alibi adjicit curationem sacrorum, [cc] & convocationem comitiorum.

2. [dd] At si quis recte partiri velit, facile quæ huc spectant reperiet omnia; ita ut nihil aut desit, aut redundet. [ee] Nam qui civitatem regit, eam partim per se, partim per alios regit. Per se autem versatur aut circa universalia, aut circa singularia. [ff] Circa universalia versatur condendo leges, easque tollendo, [gg] tam circa sacra (qua-

TOLLENDARUM:) Servius ad 1. Æneid. *Omni ditione. Rectius omni quam quam omnis: ut si significet omni potestate, pace, legibus, bello.*

„z) (JUS DECERNENDI DE BELLO ET PACE:) „i. e. jus defendendi subditos contra vim extraneorum, & jus bellum illud per pacem finiendi.

„aa) (ALIBI ADDIT QUARTUM, JUDICIA:) At „hoc sub jure legendi magistratum continetur, ideo „enim constituitur magistratus ut jus dicat.

„bb) (ALIBI ADJICIT CURATIONEM SACRORUM:) Id jam continetur sub jure legum con„dendarum, de quo mox.

„cc) (ET CONVOCATIONEM COMITIORUM:) „Nam convocantur comitia ut de rebus belli & pa„cis consultatio fiat: adeoque hoc jus sub jure decer„nendi de bello & pace jam comprehenditur.

„dd) (AT SI QUIS RECTE PARTIRI VELIT:) „Imo nulla priorum partitionum adeo confusa est, „& minus rem expedit, quam hæc quæ ab Au„thore proponitur, cujus compendium modo ex„hibuimus.

„ee) (NAM QUI CIVITATEM REGIT, EAM PAR„TIM PER SE, PARTIM PER ALIOS REGIT:) Sum„ma potestas non omnia per se regere potest, sed „quædam per alios administrare solet.

„ff) (CIRCA UNIVERSALIA VERSATUR, CONDEN„DO LEGES:) Leges enim ad omnes pertinent. „Quanquam id fallat in legibus particularibus, i. e. „privilegiis.

„gg) (TAM CIRCA SACRA, QUAM CIRCA PRO„FANA:) Status publicus duo continet, vel jura „circa sacra, vel jura circa profana seu secularia: „utraque pertinent ad facultatem gubernandi civi„tatem, quod solide explicavit B. Parens in dispu„tatione *de summa potestate*: postquam enim ori„ginem summæ potestatis in genere demonstravit, „ita pergit §. 7. & *seq.*

„Prima ergo summæ & Dei vicariæ potestatis, „quam modo ostendimus, cura *ipsius cultus divini* „*sacris moderandis constituendisque* continetur. „Id enim primum jus est quod vult & flagitat di„vinus naturæ Author, se scl. coli: propter quod „hominem ipsum condidit, eumque secularibus „& privatis juribus dotavit. Et istud ergo jus „primario quoque tuendum vicariæ suæ potestati „injunctum voluit, qua proinde omnino pote„stas circa sacra continetur.

„Potestas ergo hæc, est potestas exequendi jus „Numinis, quod ad ipsius cultum spectat, non „autem disponendi de illo jure, uti nec de aliis „partibus juris naturæ, utpote quod jus dependet „a voluntate Numinis; hæc autem voluntas dispo„sitioni humanæ non subjacet; Duo ergo hic sunt „distinguenda: 1.) potestas constituendi & ador„nandi in republica, seu civili vita, cultum Numi„nis, quæ est pars potestatis publicæ, & concer„nit statum ecclesiæ externum: 2) ipse cultus, qui „expeditur per personas rite ad id consecratas: „cum enim res sacra profanetur quando misce„tur usibus profanis, etiam personæ, per quas „cultus sacer expeditur, segregari debent ab usibus „secularibus, & sacris devoveri:

„In hoc ergo jure seu cultu nulla est potestas u„nius præ alio, sed nudum ministerium; atque „adeo omnium hominum æqualis conditio, quia „omnes æqualiter Numini ad cultum tenentur. „Hic igitur cultus ejusque expeditio constituit sta„tum ecclesiæ internum, & in illo demum, non in „externo seu politico Servator cultoribus suis au„fert omnem potestatem, eosque opponit potestati „politicæ, quando ait: *Reges terræ potestatem ha*„*bent, vos autem non sic.* i. e. in rebus politicis est „potestas Regum, in jure autem & cultu Numi„nis, quem vos profitemini, non sic: seu in eo vo„bis potestas nulla est. *Matth. XX, 25. Marc. X,* „*42. Luc. XXII, 25.* unde & respectu illius unum „esse magistrum, patrem, & dominum alibi te„statur.

„Ad cultum Numinis quoque spectat cognitio „ejus ac doctrina, sine qua coli nequit; adeoque „& interpretatio doctrinæ, quæ proinde itidem po„testati humanæ non subjacet. Reliquorum ergo „omnium cura ad potestatem politicam spectat quo „proinde pertinet vocatio ministrorum, pœna excom„municationis & banni spiritualis, & omnis juris„dictio sacra, administratio bonorum, quicquid ad „legem diœcesanam aut jurisdictionis spectat.

„Solent autem Principes hanc circa sacra pot„estatem aliis committere, qui Pontifices maximi „dicuntur, uti olim de Hebræis constat, & Romæ „Numa Pompilius Pontificem maximum ex pa„tribus legit, eique omnia sacra, publica & privata, „exscripta exsignataque attribuit. *Liv. 1. c.* 20. Au„rel. in Numa Pomp. &c. addit Livius *d. l.* ratio„nem, *quia videbantur plures Romuli quam Numæ* „*similes reges fore, ipsique ituri ad bella, & ita fu*„*turum ut sacra deserantur.*

„Unde patet, a quibus & quo jure hic Pontifex „maxi-

(*bb* quatenus eorum cura ad civitatem pertinet) quam circa profana. Ars

„maximus Romæ constitutus sit, & quod ex primæva sua constitutione dependeat a summa potestate, de qua loquimur. Patet itidem, quæ ipsius in eligendo Imperatore partes fuerint atque auctoritas, sc. quatenus fuit pars senatus, dicitur enim *d. l.* a patribus lectus: hi enim, etiam translato in orientem imperio, simul concurrebant in jure eligendi. Eodem modo pars quoque hujus potestatis committi potest iis ipsis qui ministerium gerunt, ut in Consistoriis formatis. Nihil enim impedit, quo minus diversi generis officia in eandem personam concurrant; secularis autem administratio his non convenit.

„Huc quoque, veteri gentium instituto, ob religionis affinitatem referuntur justa funebria, & quæ eo pertinent, *Liv. d. l.* licet proprie ejus loci non sint.

„Sequuntur in statu publico *jura secularia*, & ipsius civitatis, quæ proinde itidem ad tuitionem summæ nostræ potestatis pertinent, *per supra tradita*: scl. cum summus naturæ arbiter ad suam gloriam meditandam & admirandam, voluntatemque suam exequendam fecerit homines, ea fuit benignitate, ut ne quasi gratis, sed eo felicius id peragerent, propriis quoque bonis & juribus non tantum ad utilitatem, sed & ad voluptatem eos cumulaverit, & tum jus in universam terram ejusque bona, tum in proprias actiones, quibus duce ratione, rerum utilitates & jucunditates sibi applicare possunt, eis concesserit; de quibus proinde juribus suis ipsi homines disponere possunt: cum hoc ipsorum jus nihil sit aliud, quam legitima facultas de rebus suis disponendi. Horum ergo jurium tuitio itidem ad summam hanc potestatem Numinis, quod homini ista jura concessit, vicariam pertinet: quæ potestas summa, cum ad expeditiorem ejus executionem universa hominum societas in plures civitates subdivisa fuerit, singulis civitatibus, iisque qui civitatibus præsunt, competit.

„Consequens ergo est, ut qui se & jura sua communi civitatis potestate salva velit, ea in civitatem conferat, ejusque potestati summæ submittat; cui proinde jus in ea competit superius, quatenus necessarium est, aut expedit ad securitatem & felicitatem tum publicam civitatis, tum privatam civium.

„*bb*) (QUATENUS EORUM CURA AD CIVITATEM PERTINET.) Cum res sacræ non sint a natura, quippe quæ eas liberas ad hominum usus condidit, sed tales fiant ex dispositione & facto hominum ad usus divinos dedicantium, merito quærit B. Parens *in Disp. de Evoc. Sacr. Sect.* 2. §. 20. cui jus consecrandi eas competat? Et simul his verbis respondet. Etenim in rebus sacris *tres actus* distinguendi sunt; *votum*, *separatio ad usus sacros*, & *consecratio. l. 2. per tot. ff. de Pollic.* Priores duo actus privati sunt, & a quolibet patref. qui liberam rerum suarum administrationem habet, quin & a filiof. qui bona adventitia extraordinaria saltem habet, exerceri possunt. *d. l. 2. §. 1. junct. l. fin. C. de bon. quæ lib. Nov. 117. c. 1. §. 1.* Et voto quidem persona tantum obligatur; separatione autem res desinit esse in bonis ipsius, at sacra nondum est. *d. l. 2.* Consecrationis autem actus publicus est, & summi adeo Imperii, ut traditur in *l. 6. §. 3. ff. de Rer. div.* ibi: *Sacræ res sunt hæ, quæ publice consecratæ sunt, non private.* Et in *l. 9. princ. ff. eod. tit. Loca sacra ea sunt, quæ publice sunt dedicata, sive in civitate sint, sive in agro.* Est enim actus, quo res eximitur atque interdicitur hominum commercio, quod summæ & legislatoriæ potestatis est, unde non tantum in sacris publicis, sed & privatis requiritur auctoritas summæ potestatis civilis; adeo, ut si quis privatum & sua sibi auctoritate sacrum constituerit, id sacrum non fiat, sed maneat profanum, ut dictum in §. 8. *de Rer. Div. & in l. 6. §. 3. ff. eod. tit.* Atque id evidenter docet *l. 9. §. 1. ff. eod. tit.* ibi, *Sciendum est, locum publicum tum sacrum fieri posse, cum Princeps eum dedicavit, vel NB. dedicandi potestatem fecit.*

„Ut nihil adeo adversetur textus in §. 8. *eod. tit.* ubi sacræ res dicuntur, quæ per Pontifices rite Deo consecratæ sunt. Et quod Ovidius canit, *fast. 1. Templa sacerdotum rite dicata manu.* Etenim illi ipsi sunt, quibus Princeps dedicandi facultatem dedit, ut *Livius lib. 1. cap. 20.* præclare docet; Regem Pontificem fecisse, eique sacra omnia exscripta, exsignataque attribuisse &c. Atque hinc additur in *d. l. 9. §. 1. vel dedicandi potestatem fecit.* Princeps enim Imperium omne exercet, non per se, sed & per alios, seu aliorum ministerio: atque adeo, uti profana per Magistratus seu officia secularia, ita sacra per sacerdotes, seu officia Ecclesiastica exercentur. Qua ratione, omne jus publicum, quod jus summi Imperii est, dicitur consistere in sacris, in sacerdotibus, in Magistratibus. *l. 1. §. 2. ff. de Just. & Jure.* Hinc nihilominus tamen & ipsemet Rex Numa plurima sacra obivisse dicitur. *Liv. d. c. 20.* Ita & sub Republica consecratio facta non fuit, nisi jussu populi a Consule vel Imperatore, præeunte Pontifice Maximo, præfante carmen velato capite. *Alex. ab Alex. Genial dier. lib. 6. cap. 14.* ubi addit: *Injussu populi, juxta divinas traditiones, consecrari ædem, terram, agrum, sanciri nil poterat.* Deinde, *etiam in templi consecratione jussum Senatus, & majorem partem Tribunorum plebis intervenire oportuisse, idque ad populum latum, & a plebe scitum fuisse* refert *d. cap. 14. princ.* Adeo omne hoc jus perpetuo a potestate summa civili pependit, etsi ejus delegatione exercitium fuerit penes Pontifices, adeo, ut quædam sacra non potuerint nisi per Pontifices exerceri: uti in Republica Hebræorum omnia per sacerdotes ad hoc consecratos fieri necesse fuit: quod & ipsum a Principe Reipublicæ & Legislatore Mose ita sancitum fuerat.

„Minus recte vero ait Grotius *de I. B. & P. l.*

Ars circa hæc Aristoteli *ἀρχιτεκτονικὴ* ii architectalis. Singularia vero circa quæ versatur sunt kk aut directe publica, ll aut privata quidem, sed quatenus ad publicum ordinantur. Directe publica sunt actiones, mm ut pacis, belli, fœderum faciendorum; nn aut res, ut vectigalia, oo & si quæ his sunt similia: pp in quibus comprehenditur & dominium eminens, quod civitas habet in cives, & res civium, qq ad usum publicum

„3. c. 5. §. 2. & sequuntur passim ejus interpretes, *Res* „*sacras revera non eripi usibus humanis.* Imo u„sibus humanis ereptæ sunt plenissime, & id ipsum „est quo discernuntur a profanis, quæ usibus hu„manis inserviunt. Humani enim usus illi sunt, „qui ad vitæ humanæ indigentias pertinent, & op„ponuntur usibus divinis seu sacris, qui ad usum „cultus divini spectant: ut proinde nihil aliud sint „usus humani quam usus profani, quibus res sa„cræ penitus exemtæ sunt, & ita recte dicuntur esse „nullius in §. 8. *de Rer. Div.* & *l.* 6. §. 2. *ff. eod. tit.* „quia res nullius opponuntur ibi rebus quæ in pa„trimonio nostro sunt, ut patet ex *princ. Inst. eod.* „*tit.* & clarius ex *l.* 1. *princ. ff. eod. tit.* ubi dicitur, „*quod divini juris est, id nullius in bonis esse:* in „bonis, id est, in commodis seu usibus humanis: *arg.* „*l.* 49. *ff. de V. S.* Recte ergo dicitur non, esse nul„lius, sed nullius in bonis §. 10. *de Rer. Div. d. l.* „*1. pr. &c.* quibus restringuntur textus generales, „ubi nullius dicuntur. *arg. l.* 147. *ff. de Reg. Iur. l.* 99. „*§. f. de Legat.* 3.

„Certissimum igitur est, homines quidem jus „proprium quoque habere in res sacras & religio„sas, perinde ut in res profanas, & illas hominum „esse, cum populi, tum privatorum; sed quoad usus „sibi vernaculos, scl. sacros & religiosos, non pro„fanos.

„*ii*) (ARCHITECTALIS) Leges enim sunt basis & „fundamentum reipublicæ, cui tota respublica su„perstruitur.

„*kk*) (AUT DIRECTE PUBLICA,) quæ non nisi jure „majestatis fieri possunt, atque ideo nec jure directo „a majestate separari, nec in alios transferri possunt. „*Vid. B. Par. jus publ. c.* 21. § 5. & *seq.*

„*ll*) (AUT PRIVATA QUIDEM, SED QUATENUS „AD PUBLICUM ORDINANTUR:) Quo refert judicia, „quæ quidem privatorum saltem causas decidunt at ta„men ob publicam utilitatem introducta sunt.

„*mm*) (UT PACIS, BELLI, FOEDERUM:) Imo „has actiones non semper per se peragit Imperans, „sed per alios.

„*nn*) (AUT RES, UT VECTIGALIA &c.) Sine qui„bus bellum geri nequit.

„*oo*) (ET SI QUÆ HIS SUNT SIMILIA) quo per„tinent omnia regalia, sive majora sive minora; de „quibus *Vide B. Par. Jus publ. c.* 20. & 21.

pp) (IN QUIBUS ET COMPREHENDITUR DOMINIUM EMINENS:) De dominio hoc eminenti integram & prolixam dissertationem scripsit *Boecler de Dominio eminente ad Grot. l.* 1. *c.* 1. At, si dicendum quod res est, non nisi improprie & abusive hoc nomine Imperium designatur. Imperium enim & dominium in sensu proprio maxime invicem differunt. Nam 1) Dominium est domini causa, imperium populi ac civitatis. 2) Dominus abuti re sua potest, eoque nemini injuriam facit, *L.* 21. *c. Mand.* id autem pugnat cum sacrosancti Imperii rationibus ac finibus. Etsi igitur non diffiteamur, dominii vocem latiori & improprio sensu etiam pro Imperio accipi posse, & quandoque solere, nec, si ita accipiatur magnopere nomini repugnamus, tamen cum ex verborum significatu res explicentur, & consequentiæ inferantur, nihil proclivius, sed & nihil, in re tanta imprimis, periculosius est, quam nativi sensus consuetudine seduci, & insensibiliter quoque ad erroneas conclusiones, atque a justis Imperii finibus ad dominii fines deflectere: specimen ipse Grotius in *L.* 2. *c.* 6. & 7. dedit in regnis de quorum ipse proprietate, usufructu, patrimonio disputat, & profana hæc privati juris nomina rei sanctissimæ, non significandæ sed corrumpendæ pessimo abusu adjungit: ut istis locis videbimus. Vid. indicem voce *dominium eminens*, & speciatim infra §. 12. Tutius itaque omnino est rem suo nomine, *Imperii* scilicet, exprimere; id enim generalissimo usu ac proprietate omnem potestatem magistratus complectitur. *L.* 215. *ff. V. S. Liv. L.* 1. *c. pen.* & *pass.*

ADDITIO.

„Author *jus naturæ*, quatenus in qualitate mora„li perfecta ad aliquid juste habendum vel agen„dum consistit, facultatem appellavit *supra l.* 1. *c.* 1. „*§.* 4. Eamque dividit in *vulgarem* & *eminentem d.* „*c.* 1. §. 5. atque hanc posteriorem facultatem vo„cat *dominium eminens.*

„Author igitur per dominium eminens nihil aliud „intelligit, quam *jus communitati competens in par„tes, & res partium,* NB. *boni communis causa d. §.* „*5.* vel uti hic explicat, *dominium quod civitas ha„bet in cives, & res civium, ad usum publicum.* Un„de duo necessario Author requirit, a) utilitatem „publicam; b) ut si uni jus aufertur reparatio fiat „ex publico. *l.* 2. *c.* 14. §. 7. & 8. *l.* 3. *c.* 20. §. 7. & „*§.* 52. Ex quibus apparet, dominium eminens Gro„tio esse veram partem legitimi imperii, adeoque „eum hactenus censuram non mereri: at veruntamen est, tutius esse a voce *dominii* ob abusum ab„stinere: Vide supra *l.* 1. *c.* 1. §. 6.

„*qq*) (AD USUM PUBLICUM) Hactenus ergo ni„hil iniqui significatur per dominium eminens: „At vox *dominii* huic sensui repugnat.

(rr

blicum. Ars circa hæc Ariſtoteli nomine generis πολιτικὴ, [rr] id eſt civilis, & βȣλευτικὴ, conſultatrix. [ss] Privata ſunt res controverſæ inter ſingulos, [tt] quas publica auctoritate dirimi publicæ quietis intereſt. Ars circa hæc eidem Ariſtoteli δικαςτικὴ, judicialis. [uu] Quæ per alterum expediuntur, ea expediuntur [ww] aut per magiſtratus, [xx] aut per alios curatores, [yy] in quibus ſunt & legati. [zz] His ergo in rebus conſiſtit poteſtas civilis.

§. VII.

„*rr*) (IN EST CIVILIS ET CONSULTATRIX:) „Quaſi jus leges condendi & tollendi, non itidem „& magis ad artem civilem ſeu conſultatricem „pertineat.

„*ss*) (PRIVATA SUNT RES CONTROVERSÆ:) „Imo jus conſtituendi magiſtratus & judicia per„tinet ad jura publica, & referri ſolet inter rega„lia majora: *B. Par. jus. publ. c. 23. §. 13.* Etſi „objectum judiciorum ſint res ſingulorum: nam „& legum objectum ſunt res ſingulorum privatæ.

„*tt*) (QUAS PUBLICA AUTORITATE DIRIMI „PUBLICÆ QUIETIS INTEREST:) Singularia priva„ta enim ante deſcripſit, quæ privata quidem ſunt, „ſed in publicum ordinantur.

„*uu*) (QUÆ PER ALTERUM EXPEDIUNTUR:) „Diſtinxit Author inter ea, quæ imperium per ſe „gerit, & quæ per alios. At dictum eſt nec bel„la geri nec leges condi per Imperantem ſed per „Duces, & conſiliarios at nomine Principis. At„que hoc ſenſu judicia quoque per alium expe„diuntur, ſed nomine Principis.

„*ww*) (AUT PER MAGISTRATUS:) Atqui di„remtionem rerum controverſarum inter ſingulos „antea retulit inter ea, quæ imperans per ſe regit: „adeo ſibi non conſtat.

„*xx*) (AUT PER ALIOS CURATORES:) Atque „bella quoque per curatores tales geruntur, & ta„men ea Author retulit ad publica quæ Imperan„tes per ſe agunt.

„*yy*) (IN QUIBUS SUNT ET LEGATI:) Lega„tiones enim non per Principem ſed per ejus mi„niſtros expediuntur.

„*zz*) (HIS ERGO IN REBUS CONSISTIT CIVILIS „POTESTAS:) Dixi jam vitioſam & confuſam eſſe „hanc partitionem: Neque *civilem poteſtatem* ab„ſolvi diſtinctione in ea, quæ vel ipſe gerit, vel per „alios; Sed ad duplicem regulam omnia jura ſum„mæ poteſtatis referri poſſe, demonſtravi in *Diſ„ſert. proœm. XVI. cap. 6. Sect.* 4.

a) (AD §. VII.) Author hic tractat quæſtionem, quandonam vere ſit ſumma poteſtas? Naturali ratione res ita ſe habet;

PROPOSITIO I.

Summa poteſtas vel omnibus inhæret vel pluribus, vel uni. Ariſtot. 3. pol. 7. Joſeph. c. App. l. 2. Pluribus vel ut corpori inhæret vel ut ſingulis: Illa indiviſim eſt in toto corpore; hæc tota in ſingulis perſonis: Unde plures monarchæ ejuſdem regni eſſe poſſunt.

DEMONSTRATIO.

Diximus §. præced. ſummam poteſtatem natura cohærere toti humano generi, eoque diviſo ſingulis populis: His jam variis modis ea poteſtas inhærere poteſt, quos politici Doctores fere omnes ad tria capita referunt, indeque omnem reipublicæ ſtatum vel popularem vel ariſtocraticum vel monarchicum ſtatuunt. *Vid. inf. §. 8. n. 8.*

At merito hæc opinio refellitur, quia innumeræ poſſunt eſſe variationes: adeoque dicimus ſummam poteſtatem vel (1) inhærere *omnibus* ut in ſtatu populari, atque hic ſtatus naturalis eſt, civitas enim talis idem jus habet quod antea totum humanum genus habuit: vel (2) *pluribus*, quod varie fieri poteſt, aliquando enim vel inhæret pluribus *ut corpori*, uti in ſtatu Ariſtocratico, ubi ſinguli non habent poteſtatem ne quidem pro parte, ſed totum demum corpus tanquam unum ſpectatum, quod alibi demonſtrabitur plenius. Non magis ergo uni procerum inhæret ſumma poteſtas quam uni membrorum principis, ſed in toto corpore reſidet. Per corpus autem intelligimus ſocietatem plurium perſonarum in unum corpus imperii cauſa collectarum: vel ut *ſingulis*, uti ſi duo vel tres ſunt Cæſares, quod in imperio Romano contigiſſe ex codice Juſtinianæo apparet: Hic ſumma poteſtas penes ſingulos in ſolidum reſidet, adeoque revera tres ſunt ſummæ poteſtates: de cujus rei effectu in propoſitione ſequenti agetur; vel (3) *uni* ſive ille Dux ſive Rex ſive Imperator vocatur: & hic ſtatus dicitur Monarchicus. De mixtura ſtatus infra agetur.

PROPOSITIO II.

Summa poteſtas dupliciter intelligi poteſt, (1) quæ omnibus aliis eſt ſuperior: (2) quæ nulla alia eſt ſuperior, etſi par ſit: ILLA *omnia ſuo jure facere poteſt,* HÆC *non poteſt, ſed nec quicquam ſine illa.*

DEMONSTRATIO.

Diximus in præcedenti propoſitione, ſummam poteſtatem aliquando pluribus inhærere non *ut corpori*, ſed ut *ſingulis*, & tum penes unumquemque ſummam poteſtatem eſſe in ſolidum: Inſtare aliquis poſſet, hoc modo non eſſe ſummam poteſtatem quæ ab alio impediri poſſet: At notandum omnino eſt, *ſummum* duplici ſenſu ſumi poſſe (1) pro tali poteſtate quæ omnibus aliis ſuperior eſt, adeoque quæ omnem paritatem excludit, & hoc ſenſu non niſi unus Monarcha eſſe poteſt, & hic omnia ſuo jure ſolus facit nec ab ullo alio impediri

potest, quia nec parem nec superiorem habet; (2) pro tali potestate, qua nulla alia est superior, etsi par sit, hic Monarcha nihil facere potest altero contradicente: nam utrique quidem summa potestas æqualiter competit & ex asse (quia individuum quid est imperium adeoque ubi est, est in solidum, eodem modu uti servitus, quæ sua natura individua est, in singulis est in solidum: Adeo ut unicuique jus condendi leges, jus gerendi bella &c. in solidum competat,) sed exercitium per concursum alterius impeditur: Adeo ut invito altero nihil agere possit, quia alias alter, cum æquale jus habeat, contrarium statuere posset: & sic duo jura æqualia colliderent. Accedit quod in pari caussa melior sit conditio prohibentis.

Atque hæc distinctio etiam in aliis materiis obtinet, sic enim verba *primus* vel *proximus* itidem duplici sensu sumi possunt, (1) pro eo qui omnibus aliis *prior* vel *proximior* est, (2) quo nihil aliud est prius vel proximius, etsi plures æque primi & æque proximi adsint: Adeoque posteriori sensu plures primi vel proximi dari possunt: Proinde si duo metam simul attingant, præmium, quod *primo* promissum est, utrique debetur: legatum *proximo* hæredi relictum ad omnes pertinet qui in eodem gradu sunt *L. 2. §. 4. ff. societ. & legit.* Atque hoc sensu imperium Occidentis & Orientis non duo imperia nec duæ Monarchiæ fuere: Sed unum imperium cujus administratio saltem fuit divisa inter duos: Nam leges communi nomine latæ & promulgatæ fuere. Unde Roma utriusque regni urbs vocatur teste Symmacho apud Prudentium: *Add. Sigon. de Imper. occid. L. 2. ad an. 289.*

Hinc etiam duæ veræ summæ potestates esse possunt, et si inæqualiter: Uti id olim obtinuit in Cæsaribus quos Augusti adoptare solebant, Augusti enim omnia soli, Cæsares nil nisi eorum consensu facere potuerunt, adeoque in concursu Augusti præferebantur: Quin exemplum est in Diocletiano, qui Cæsarem ob res contra Parthos male gestas duo milliaria ante currum ligatum duxit. *Vid. inf. §. 11.* *Insto*, hoc modo quilibet magistratus summam haberet potestatem quia & hic omnia agere potest non contradicente Principe. *Resp.* Hi potestatem suam non habent proprio jure sed ex concessione Principis, Cæsares autem jure proprio summam habebant potestatem: Hinc *Tacitus* ait Augustum Cæsares in proximo sibi fastigio collocasse & *Aurelius victor*, *in Trajano*, ait similes fuisse summa potestate non cognomento. Illustratur hæc res quam maxime exemplo potestatis domesticæ. Pater & mater habent æqualem potestatem in familiam, intuitu v. g. liberorum, at in concursu patris potestas præfertur. *L. 1. ff. rer. amot.* Eadem ratione Augusti & Cæsares æquali gaudent potestate respectu habito ad subditos, at comparati inter se, Cæsares cedunt Augustis. *Conf. jus publ. nostrum c. 8. §. 27.*

Sed & hodieque id obtinet in regibus Romanis (qui in Cæsarum locum successere *d. jus publ. c. 8. §. 28. & c. 7. §. 17.*) Ita enim legimus Ferdinandum I. qui fuit frater Imperatoris Caroli Vti & Romanorum Rex (Imperatore rebus Hispanicis impedito) Comitia in Germania habuisse & leges condidisse non tantum ex mandato fratris; sed & ex jure proprio. Unde in Rec. Imp. de an. 1557. §. 87. formula exstat; In Krafft Ihro Kayserl. Maj. uns gegebener Vollmacht, auch von uns selbst als Römischen König. *Vid. jus publ. d. c. 8. §. 52.*

Neque his obstat etymologia vocis *Monarchæ* quæ a *μόνος*, solus originem ducit: Non autem est solus, qui pares & æquales habet: Nam vox *μόνος unum* significat & *solum*: priori sensu una potestas ad plures æqualiter pertinere potest, & tunc una illa potestas penes unumquemque est in solidum, & quilibet est Monarcha: Sed & si voce *monarchæ* solus denotetur, certum est denominationem illam desumtam esse ab eo quod plerumque sit; Denique inter omnes constat a voce ad rem non valere argumentationem.

ADDITIO.

„Quæstionem hanc: *quænam sit vera summa potestas?* late examinavit B. Parens in *prodromo juris gentium Ex. 2. §. 74. & seq.* ubi ita differit. In „genere quidem tres reip. formæ simplices sunt, & „admitti possunt: quia necesse est ut summa potestas vel sit omnium, vel unius, vel plurium, quæ „ultima species perperam ad optimates restringitur, „cum multo pluribus modis fieri ac variari possit. (conf. *Polyb. Hist. lib. 6. c. 1. & seq.*) sed & ex pluribus quin omnibus formis, misceri & contemperari summa potestas potest: eamque omnium „optimam laudarunt veteres; & prout legibus mixta & temperata ita jus, & justa, quin & suo „sensu regularis non monstrosa est Respublica. Et „sunt adeo quam vanissimæ cum lites istæ, quibus „se mutuo exagitarunt Limneus & Reinkingius „tum rationes, quibus depugnarunt: & tota res, „vel ex natura facultatis plana ac liquida est.

„Inprimis igitur natura facultatis, sed suo ordine & loco, cum id maximi referat in jure naturæ demonstrando, explananda erit. Aliquid „tamen & hic præstruendum est.

„Duplex nempe facultas homini, a Deo seu natura concessa est: una in suas cuique actiones; „altera in res suas: *per Pos. 5. n. 1. & 2.* Prior „a persona, cui inhæret, natura inseparabilis est; „ac in se individua: altera cum re dividi & transire potest ad alios.

„Inprimis vero ea facultatum natura est, ut eadem pluribus simul concessa nemini in solidum „competere possit, sed concursu in vicem necessario restringant, & impediant. Ita, si plurium „sit de eadem re statuendi facultas, uno quid asserente, alter pari facultate id negare potest: „unde, cum hæc contraria simul stare non possint, constat, nihil actum esse; sequitur ergo „hoc casu nihil statui posse, nisi omnium voluntate, vel nemine saltem contradicente, fiat. (*conf. l. 3. §. 5. ff. de Adq. pos.*)

„Hinc ergo eædem sunt naturæ, quæ juris Romani, regulæ. (1) Si uni semel data vel quæsita „fuerit plena rei facultas; alium amplius concurrere non posse: seu, ut solet exprimi, meliorem „esse conditionem occupantis. (2) Si plures simul concurrunt in re dividua, concursu partes „fieri: & sic cujusque de sua parte statuendi potestas erit.

„erit. (3) Si in re individua, quæ partes non ad-
„mittit, nihil actum intelligitur, nisi omnium vo-
„luntate: Unde (4) regula: in tali concursu me-
„liorem esse conditionem prohibentis.

„Si igitur in unum Principem translata est sum-
„ma imperii potestas, ille solus de republica sta-
„tuere potest: si in plures, omnium voluntas &
„consensus requiritur; *per ante tradita.* & tamen
„summa æque Principis est potestas acsi solus es-
„set; idque ipsa voce summi significari, facile
„ostendi potest.

„Etenim hæ voces, *summus*, *primus*, *proxi-*
„*mus*, usu & proprietate sua significant eum, quem
„nemo antecedit: ut constat ex *l. 2. §. 2. & §. 4.*
„*ff. de suis & legit. l. 52. ff. de V. S.* Princeps
„vero, etsi pari potestate status concurrant, non
„habet superiorem. Ejus igitur in statu quoque
„mixto verissime ac proprie summa est potestas;
„*d. l. 2. §. 2. & 3. 4.* Hinc summus, primus, pro-
„ximus est, non tantum qui omnibus aliis est su-
„perior, prior, proximior; sed & quo nemo
„alius est superior, prior, proximior, seu quem
„nemo antecedit, etsi alia par potestas concurrat.
„Ita *Cic. de clar. orat. cap. 47.* inquit: *Duobus summis,*
„*Crasso & Antonio. L. Philippus proximus accedebat.*

„Inhæret autem summa potestas vel *personæ*,
„vel *corpori*. Si *corpori*, omnium una tantum
„summa potestas, quasi unius personæ est, (*conf.*
„*l. 2. ff. Quod cuj. univ.*) nulla singulorum *infra*
„*§. 83.* Neque hæc fictio civilis est, sed veritas
„naturalis, nempe ex pacto: etsi enim revera plu-
„res diversæ personæ sint, cum tamen, quod de
„re sua statuunt, natura vim & effectum juris ha-
„beat; *per pos. 6.* sequitur, si legitime convene-
„rit, ut plures rempublicam communiter, instar
„unius personæ gerant, eorumque decreta perin-
„de vim effectumque juris habeant, acsi ab uno
„v. g. Principe facta fuissent, ita ut convenit, na-
„tura jus erit; & sic in populari statu, totius po-
„puli una est summa potestas.

„Quodsi ergo plures sint personæ, quibus in-
„cumbit summa potestas, interest, *corpus* inter se
„faciant, an ut *singuli* spectentur: utrumque enim
„fieri potest. Ita in imperio Romano olim fuere
„tres viri Principes, Augustus, Antonius, & Le-
„pidus: fuere deinde sæpius tres Augusti, quorum
„exempla in Codice Justinianæo passim, maxime
„circa tempora Theodosiorum occurrunt: uti
„Gratianus Valentinianus Theodosius in *l. 1. C. de*
„*Mandat. Princ. l. un. C. de Senat. Conf. & alii,*
„*ut in l. 3. l. 4. C. de off. Praf. Urb. l. 6. l. 7. l. 11.*
„*C. de off. Rect. prov. l. 1. C. de off. Civ. jud. l. 3.*
„*& seqq. C. de Def. civ. l. 24. l. 25. l. 26. C. de*
„*Procur.* &c. Tres priores, in unum Triumvira-
„tus corpus, societate inter se facta, coierunt.
„*D. Cass. lib. 46. in fin. & lib. 47. Sueton. in Octav.*
„*c. 8. in fin. c. 13. c. 27.* atque ita instar unius per-
„sonæ fuere, & una saltem omnium potestas, nec
„nisi unum summum eorum imperium *per §. 81.*
„*82.* Tres vero Augusti ita concurrebant, ut sin-
„gulorum personis inhæreret summa potestas; at-
„que tot essent summa imperia, quot personæ &
„totidem Augusti: quod in *rubricis DD. L.* expres-
„sum est hac nota A A A: Primum exemplum
„fuit sub Trajano; *Aur. Vict. de Cæsar. in Traj.*
„*Inductum*, ait, *in remp. ut dua vel plures sum-*
„*ma potentia essent.* & *D. Cass. L. 53. paulo post*
„*med.* de tribus Augustis agens; *semper*, inquit,
„*unus eorum, si quidem duo vel tres Imperatores*
„*sunt, summum Pontificatum gerit.* Inde de
„Dioclet. & Maxim. Augustis ex *Paneg. Mamer-*
„*tini*, utrique dicta, referuntur apud *Sigon. de Imp.*
„*occid. lib. 1. ad ann. 289. & 290. Geminata inde*
„*Majestatis Augustalis præsentia omnium animos de-*
„*fixit* &c. Et mox: *Duplicato Majestatis numine.*
„*Quo patet*, quam procul aberet a ratione *Carpz.*
„*de leg. Reg. cap. 13. n. 10. 11.* ubi putat, Maje-
„statem non admittere parem potestatem; &
„tum delabitur ad absurdos illos semisses potesta-
„tis, ac secum contendit.

„Multum vero re quoque interest, plurium *per-*
„*sonis*, an *corpori* inhæreat potestas. nam (1) si
„personis, tot, ut dictum, sunt potestates quot per-
„sonæ, ut in tutoribus. (Conf. *l. tres tutores 55. ff. d.*
„*adm. tut.*) Si *corpori* „una omnium, ut in Colle-
„giis. per *§. 81. 82.* (conf. *l. fin. ff. de Coll. &*
„*corp.*) (2) Priore casu, summa potestas inest cui-
„que singulorum in solidum; *per §. 82.* in altero,
„una toti corpori, singulis nulla. *per §. 81.* Hinc
„(3) Ibi remanet status monarchicus: hic fit oli-
„garchicus vel popularis. Prius perspicue expres-
„sit *D. Cass. d. l.* ubi cum assereret, imperium Ro-
„manum usque ab ævo Augusti fuisse Monarchi-
„cum, addit: *Unius enim dominatio verissime di-*
„*citur, etsi aliquando duo vel tres simul rerum po-*
„*titi sint*, Porro (4) In prima specie singuli nun-
„quam faciem subditorum gerunt: in altera sem-
„per. Et hinc (5) priore casu omnium voluntas
„requiritur; altero, major pars sufficit. Etenim
„(6) in primo genere, cum singulorum est summa
„potestas, unusquisque de republica statuere pot-
„est; verum, si cæteri, vel unus saltem eorum,
„contradicat, nihil agitur. *per §. 93.* (Conf. *l. 7. §.*
„*fin. ff. de Curat. fur.*) In altero autem, non sin-
„guli, sed corpus statuit; cujus uti non nisi una
„est potestas, ita non nisi una voluntas, quæ, si
„membra ejus dissentiunt, alia intelligi non potest,
„quam majoris partis. *vid. §. seqq.*

„Et satis sua huic discrimini constat ratio: per-
„perpenso, quod in altero casu, ubi corpus quid
„agit, singuli conveniunt ad hoc negotium agen-
„dum & peragendum; quod proinde cum hacte-
„nus consentiant, jure & valide geritur: in alte-
„ro autem unus v. g. rem agit, qui solus agere
„non potest; & proinde in se id validum non est.
„Igitur in prima specie, qua singulis data est sum-
„ma potestas, uno contradicente, deficit omnium
„& facultas *per §. 83.* & voluntas: quia, qui solus
„statuit, hoc animo est, quod speret reliquos id
„ratum habituros, quippe qui scit, alias non vali-
„turum. Quod si ergo eam spem fallat unius sal-
„tem contradictio, totum actum irritum illa red-
„dit. At in altera (scil. cum summa potestas cor-
„pori inest) nec facultas deficit, quia corpus,
„quod potest, rem gessit; nec voluntas, quia sta-
„tuendi animo convenere, atque adeo statutum
„quid voluere: etsi quidam non adsint. Superest
„ergo saltem, & quæritur, si singuli dissentiant,

§. VII.

1. [b] Summa autem illa dicitur, cujus actus alterius juri non subsunt, [c] ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint reddi. Alterius cum dico, ipsum excludo qui summa potestate utitur; [d] cui voluntatem mutare licet, [e] ut & successorem, qui eodem jure utitur, ac proinde eandem habet potestatem, non aliam. Hæc ergo summa potestas quod subjectum habeat videamus. Subjectum aliud est commune, aliud proprium: [f] ut visus subjectum commune est corpus, proprium oculus, [g] ita summæ potestatis subjectum

„quid corpus ipsum statutum velit? idne quod major pars voluit, an, quod minor? Et naturali „rationi consentaneum est, ne in eodem comparationis genere major pars cedat minori, sed ut e „contrario, minor majori. (conf. *l. 54. ff. de judic.*) Igitur, si aliud lege publica definitum non „fuerit, consensus majoris partis erit voluntas totius corporis, etsi non omnium de corpore „(conf. *Pac. Osn. art. 5. §. 52.*) Et nec aliter exitum res universitatum invenirent, &, si tum „quæreretur, quæ pars sanior, nunquam res decideretur, sed semper eadem lis & quæstio, „quæ ante deliberationem fuit, scil. quodnam & „pluribus esset sanius? in infinitum recurreret, nisi „pars major litem dirimat. *Vid. Grot. lib. 2. c. 5. „§. 17. & ibi all.*

„Unde & illud evincitur, si æquata sint utriusque partis suffragia, rem in statu in quo est & „ante consultationem fuit, remanere; quia iste alterari nisi omnium vel majoris partis voluntate, „non potest. Unde sequitur, paribus calculis reum „absolvi, qui calculus Minervæ, id est, juris naturalis dicitur, de quo *Grot. d. c. 5. §. 18. & seq.*

b) (SUMMA AUTEM ILLA DICITUR CUJUS ACTUS ALTERIUS JURI NON SUBSUNT:) Hæc definitio summæ potestatis, vera non est. Dixi enim summum duplici modo sumi posse (1) quod omnibus aliis superius est, adeoque quod alterius voluntatis humanæ arbitrio irritum fieri non potest: (2) quo nihil aliud superius est, atque hoc posteriori sensu actus summæ potestatis alterius voluntatis humanæ arbitrio irritos reddi posse, diximus, quod non tantum exemplis plurium Augustorum, sed & in exemplo Augustorum & Cæsarum probavimus.

Hinc diximus (1) monstrosum non fuisse imperium Romanorum, cum duo vel tres Augusti fuerunt, sed una Monarchia unumque imperium & una summa potestas fuit, posteriori nimirum sensu: (2) Unam saltem Monarchiam fuisse diviso imperio in Orientem & Occidentem, quia divisio hæc ad administrationem saltem pertinuit; unum autem fuit imperium & una summa potestas, at pariter in sensu posteriori. (3) unum Imperium, Monarchiam unam, unamque summam potestatem esse Augusti & Cæsaris, etsi administratio Cæsaris suspensa sit in tempus mortis Augusti. *Vid. J. publ. nostrum c. 8. §. 27.*

„*c*) (ITA UT ALTERIUS VOLUNTATIS HUMANÆ ARBITRIO:) Dictum jam est id non impedire summam potestatem: Nam si plures sunt æque „summi in eadem civitate alter irritum actum alterius potestatis facit, non tanquam superior, sed „ex natura æqualitatis, tum quia eadem facultate, „qua alter aliquid vult, alter id nolle potest, tum „quia in causa communi melior est conditio prohibentis. Sed & alibi vidimus ex pacto quoque „actus summæ potestatis alterius arbitrio subesse „posse, neque inde aliquid majestati decedere.

d) (CUI VOLUNTATEM MUTARE LICET:) Si scil. solus est: Nam facultas ejus agendi tunc a nemine, nec ab æquali, restricta est: Adeoque nulla obligatio ita agendi in eo esse potest, utpote quæ diversas supponit personas, inferiorem & superiorem. Eadem igitur facultate qua Monarcha talis aliquid statuit, eadem iterum id mutare potest. Secus in summa potestate posteriori sensu, (qui pluribus quoque convenit,) sumta, ibi enim uti statuere unus sine altero nihil potest, ita semel statutum non nisi utriusque voluntate mutari potest.

e) (Grot.) (UT ET SUCCESSOREM:) Cacheranus Decis. Pedem. CXXXIX. num. 6.

ADDITIO.

Nam successor æque est summa potestas, cujus facultas a nemine restricta est, si solus est: adeoque ille quoque leges ab antecessore statutas tollere potest: quia eadem potestate gaudet. Quatenus vero successor actus antecessoris irritos reddere possit, late explicatur *L. 2. c. 14. §. 10. seq.* Utrumque quod de tollendis & mutandis legibus dictum est, pertinet tantum ad leges civiles, nam leges naturæ immutabiles esse supra vidimus: adeoque harum intuitu facultas agendi summarum potestatum a superiore, scl. Deo restricta est.

f) (UT VISUS COMMUNE SUBJECTUM EST CORPUS:) Falsa hæc est comparatio (1) quia visus solum in oculis est, summa potestas in toto corpore (2) corpus & oculus simul agunt, at, summa potestate translata in Principem, civitas nihil amplius agit, omneque jus ejus desinit, sed & (3) falsum est Principi competere summam potestatem tanquam membro corporis (quod foret, si esset id quod oculus estratione corporis) sed omne jus corporis in eum translatum est.

„*g*) (ITA SUMMÆ POTESTATIS COMMUNE SUBJECTUM EST CIVITAS:) Quatenus singulis im„perat.

„*h*)

ctum commune est civitas, [b] quam perfectum cœtum esse supra diximus.

2. [i] Excludimus ergo populos qui in alterius populi ditionem concesserunt, [k] quales erant provinciæ Romanorum: hi enim populi [l] non per se civitas sunt, ut nunc quidem eam vocem sumimus, [m] sed mem-

„b) (QUAM PERFECTUM COETUM ESSE SUPRA „DIXIMUS:) *Vid, proleg. §. 21. & L. 1. c. 1. §. 14.* „*n. 1.* Adde infra *L. 2. c. 9. §. 3.*

„i) (EXCLUDIMUS ERGO POPULOS QUI IN AL„TERIUS POPULI DITIONEM CONCESSERUNT:) Hi „enim jus suum imperii in alium transtulerunt ad„eoque summam potestatem ipsi non habent. Jus e„nim summæ potestatis civitati tunc competere dici„tur, quoties ea jure proprio, suis legibus, judiciis „ac magistratibus utitur, adeoque omnia agit „e re sua & suo voto. *B. Par. in Auton. I. G. c.* „*13. 14. & 15.*

„Is ergo populus qui alterius potestati subjectus est, „etsi suo jure, suis legibus, suisque judiciis uti pos„sit, eis non utitur jure proprio, sed e re & sen„tentia superioris *d. c. 15. §. 1. & 7.* Idemque prolixi„us exemplis demonstrat *B. Par. d. c. 15. c. 16. & 17.* „in specie exemplo Judæorum. *Conf. c. seq. §. 7.* „*n. 5.*

„k) (QUALES ERANT PROVINCIÆ ROMANORUM) „redigere enim in formam provinciæ nihil aliud „est, quam leges domesticas adimere & Romanas „dare. *Sigon.* l. *Antiq. jur. Ital.* 26. Vid. late hac „de re B. Pareus *in Autonom. Iur. gent. c. 13. 14.* „*& 15. inprimis c. 15. §. 18. & seq. item c. 16.*

„l) (NON PER SE CIVITAS SUNT UTI NUNC QUIDEM EAM VOCEM SUMIMUS:) Sed cum impe„rio & summa potestate.

m) (SED MEMBRA MINUS DIGNA MAGNÆ CIVITATIS.) Ex quo enim civitas libera bello ab alio populo libero devicta in victoris potestatem & ditionem transiit, ejusque imperio subjecta fuit; ita alterata est pristina ejus conditio ac libertas, ut jam illa civitas non amplius sit, prout ante fuit, res populi victi, sed res victoris. Etsi ergo ante belli exitum duæ fuerint diversæ civitates liberæ, novissima tamen victoria, vel deditione, qua altera in alterius potestatem redacta est, concrevere in unum corpus civitatis, quod totum est in patrimonio publico solius victoris, non utriusque: nec ulla pars ejus in patrimonio publico victi, cum populus victus publica sua libertate armis exutus, desierit habere suam rempublicam, & subjectus sit imperio seu Reipublicæ victoris; uti privatus, in servitutem datus, desinit habere suam rem privatam, & subjicitur dominio alterius *§. 2. de Jur. pers. l. 4. §. 1. ff. de stat. hom.* Unde hujusmodi civitates, intuitu superioris, habentur privatorum loco. *l. 15. l. 16. l. 17. ff. de Verb. signif.* Non est igitur nisi una civitas, & una respublica, quæ componitur ex populo victore seu imperante, & populo victo & alteri subjecto: licet enim terris divisi sint, eo tamen non dividitur corpus civitatis: quemadmodum ipsa civitas libera seu superior ideo una esse non desinit, quod terrarum spaciis divisa, atque in plures urbes, & quasi habitationes distincta sit, ut vidimus *in dict. Autonom. Jur. gent. cap. 9. §. 4. & seqq.*

Unde jam sequitur, civitatem armis victam jure gentium immediate fieri partem civitatis, cui accessit, membrumque ejus immediatum, etsi non æquo jure illi unita sit. Quod inde primum patet: quia una tantum civitas est adeoque omnes ejus partes unius civitatis immediata membra; quippe ex quibus totum civitatis corpus immediate componitur: totum enim unius generis est id, quod ex partibus ejusdem generis constat atque hæ partes immediate conficiunt & constituunt suum totum. Præterea, populus victus non est amplius per se civitas, sed unice pars alterius. Ergo non potest intelligi civitas mediata, quæ per se nulla est: immediata autem civitas dicitur, non quod ipsa quoque sit per se civitas, sed quia per eam nihil intelligitur aliud, quam pars alterius civitatis; eodemque sensu civitas dicitur, quo & superioris civitatis partes regionibus vel urbibus distinctæ civitates dicuntur. *d. cap. 9. §. 4. & seqq.* quæ ratione superioris privatorum numero habentur. *d. l. 15. 16. & 17. de V. S.* Porro civitas, cujus tota forma consistit in libertate publica *Vid. Auton I. G. cap. 6. §. 1. & seqq.* hac jure armorum adempta, amisit cum ea propriæ civitatis speciem, & cepit formam ac speciem meræ partis, alia civitate superiore comprehensæ. Itaque ut reliqui privati civitatis superioris cives eidem immediate subjecti sunt; *Vid. Auton. I. G. Cap. 8. §. 4. & cap. 9. §. 8.* ita & civitas victa; quia & illa ei jure belli subjecta, & privatorum loco est. *d. l. 16. ff. de V. S.* Enimvero cum ante debellationem illa indubitato fuerit libera, eoque immediata civitas, per tradita *in Auton. I. G. c. 8. §. 4.* & 5. & *cap. 9. §. 8.* & 9. victoria novissima autem cum omni hoc suo statu cesserit victori idem nunc erit status ejus immediatus in servitute, qui fuit ante in libertate, ita, ut quæ antea liberæ hujus civitatis membra fuere immediata, jam talia sint civitatis superioris: quia omne illud jus publicum civitatis, quod ante fuit in populo victo, jure victoriæ cum omni sua conditione & statu publico transiit in populum victorem, idemque adeo ipsi jam est civitas superior, quod ante fuit propria; eademque in jure ac statu publico conditio: ut, quemadmodum pridem cives immediate vixerunt suæ civitatis legibus, ita nunc immediate legibus superioris: nec minus nunc sint membra immediata superioris civitatis, quam antea suæ; quippe cum hæc tota jure belli in illam transfusa, eique quasi, ut loquuntur incorporata sit. Denique, cum

membra minus digna magnæ civitatis, *n* quomodo servi membra sunt familiæ. Rursum accidit, *o* ut plurium populorum idem sit caput, qui tamen populi singuli perfectum cœtum constituunt: neque enim ut in naturali corpore non potest caput unum esse plurium corporum, *p* ita in morali quoque corpore; *q* nam ibi eadem persona diver-

cum debellata civitas non habeat amplius rationes a victore separatas, quantum ad jura publica civitatis, nulla est civitatis ratio intermedia, cujus intuitu illa mediata videri possit; uti est in tertia specie, quæ hoc unice respectu mediata dicitur; de qua *cap. seqq.*

Cæterum, ut jam sæpius monuimus, hæc est victæ civitatis conditio ratione status sui publici: quia novissima victoria non nisi libertas publica tollitur, & quædam servitus publica hactenus inducitur, ut jam non possit populus iste ex sui voluntate & lege bonum civitatis suæ publicum constituere, sed a Victore legem accipiat. At singulorum civium libertas privata jure victoriæ non tollitur; nisi & bello vel prælio capti, aut alio ex sensu servi facti fuerint: ut dictum *in Aut. J. G. cap. 2. in fin.* Etenim, etsi tota gens bello victa sit, non tamen omnes bello capti sunt. Publica libertas bello victis ablata est; privata bello captis. Enimvero, gens per victoriam ultimam debellata in momento quasi victoriæ transit tota in potestatem & imperium victuris, adeoque exuit cum libertate publica hostem, quippe qui esse nequit, nisi populus liber. *l. 24. ff. de capt. & postlim.* Exinde igitur cives nec amplius occidi, nec in servitutem redigi jure belli possunt, quod cum ultima victoria exspiravit; sed, nisi ante & scil. vel ultimo vel superioribus præliis capti fuerint, manent ac tuendi sunt cum bonis suis in eo statu privato, quo tum sunt: quia in isto momento ex hoste fiunt cives & subditi, & Princeps Victor ex hoste magistratus legitimus, cujus est tueri cives, non occidere, non in servitutem trahere, spoliare &c. sed imperium jam & jus pacis, non belli, in eos exercere. Ita apprime ad rem Cicero, *lib. 1. de offic. post princ. Parta victoria,* inquit, *conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt.* (cum his enim non jure hostium, sed reorum agitur; nec vis iis infertur sed pœna) & mox subjungit: *Hanc justitiam a Romanis ita cultam fuisse, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, eorum Patroni essent more majorum. Vid. Auton. J.G. cap. 13. §. 5. Disp. de Jur. Vict.*

Hoc maxime declaratur exemplo deditiorum, qui liberi tamen fuere, etsi eorum pessima omnium esset conditio; *§. fin. de Libertin.* quia non tantum gens & civitas, seu id quod publicum est, sed & singuli homines; & res singulæ debebantur. Id notabiliter *Polyb. in Excerpt. Legat. cap. 142.* docet, & rem ita exponit: Οἱ γὰρ δεδόντες αὐτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπὴν, διδόασι πρῶτον μὲν χώραν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, καὶ πόλεις τὰς ἐν ταύτῃ. Σὺν δὲ τούτοις ἄνδρας καὶ γυναῖκας, τοὺς ὑπάρχοντας ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ταῖς πόλεσιν ἅπαντας. ὁμοίως ποταμοὺς λιμένας, ἱερὰ, τάφους συλλήβδην. ὥστε πάντων εἶναι κυρίους Ῥωμαίους, αὐτοὺς δὲ τοὺς διδόντας ἁπλῶς, μηκέτι μηδενός, i. e. *Qui se dedunt in Romanorum arbitrium, dedunt primum regionem, quæ eorum fuit; & urbes in ea. Cum his vero viros & fœminas existentes in regione & urbibus omnes: similiter fluvios, portus, sacra, monumenta in universum, ut Romani omnium essent* κύριοι, *dedentes se vero nullius amplius.* Ita Campani cum a Samnitibus bello pressi subjicere se Romanis vellent, nec hi eos ideo reciperent, quod societas sibi cum Samnitibus esset, se in deditionem ipsis obtulerunt hac formula: *Quandoquidem nostra tueri adversus vim atque injuriam justa vi non vultis; vestra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, deditiis vestri passuri. Liv. Lib. 7. cap.* 31. Quæ formula fere respondet Polybianæ, qua Carthaginenses se dedere compulsi fuerant. Desumta hæc sunt ex Autunomia nostra juris gentium *c. 13. §. 3. usque ad §. 7.*

ADDITIO.

„Ex ultimis lineis præmissis apparet hostes vi„ctos vel deditos non tantum publicam sed & pri„vatam libertatem amisisse. Adeoque subditos „quidem esse, sed simul criminis reos, in quos „omnia licent. *Vid. Differt. proœm. XII.* Si „proinde quidam Victores mitius cum victis ege„re, id generositati eorum tribuendum est.

„*n*) (QUOMODO SERVI MEMBRA SUNT FAMI„LIÆ:) Scilicet quoad jura privata quæ ad domi„num pertinent: Pari enim ratione populi in pro„vinciæ formam redacti sunt membra civitatis Ro„manæ quoad jura publica adeoque ei serviunt, „quia libertatem de jure suo publico statuendi ami„serunt. *Vid. §. 1.* At hæc comparatio imperii & „familiæ cavenda maxime est, ut alibi diximus.

o) (UT PLURIUM POPULORUM IDEM SIT CAPUT.) Quod fit, si plura regna uni regi subsunt, tunc quodlibet regnum summa gaudet potestate: Ita idem Rex Angliæ simul est Rex Scotiæ & Hiberniæ; Rex Galliæ quoque est Rex Navarræ: Rex Hispaniæ plura regna supremo jure tenet; hi in unoquoque regno propriam habent facultatem jus tuendi.

„*p*) (ITA IN MORALI QUOQUE CORPORE:) „Naturale caput non nisi uni corpori proprium „esse potest, at summam potestatem intuitu plurium „civitatum aliquis habere, i. e. caput plurium popu„lorum quis esse potest.

q) (NAM IBI EADEM PERSONA DIVERSA RATIO-

versa ratione considerata caput esse potest plurium ac distinctorum corporum. Cujus rei certum indicium esse potest, r quod extincta domo regnatrice imperium ad quemque populum seorsim revertitur. Sic etiam accidere potest, s ut plures civitates arctissimo inter se fœdere colligentur, & faciant *σύςημα* quoddam, ut Strabo non uno loco loquitur, neque tamen singulæ desinant statum perfectæ civitatis retinere: quod tum ab aliis, tum ab Aristotele etiam, notatum est non uno loco.

Vid. de jure belli n. 7.

Lib. II. Pol. c. 10. L. III. c. 9.

3. t Subjectum ergo commune summæ potestatis esto civitas, ita ut jam diximus intellecta. Subjectum proprium est persona u una pluresve, v pro cujusque gentis legibus ac moribus. ἡ πρώτη ἀρχὴ apud Galenum libro sexto de placitis Hippocratis & Platonis.

§. VIII.

TIONE CONSIDERATA CAPUT ESSE POTEST.) Quia per caput in politicis nihil aliud iotelligitur, quam facultas legitima corpus seu civitatem gubernandi.

„r) (QUOD EXSTINCTA DOMO REGNATRICE „IMPERIUM AD QUEMQUE POPULUM SEORSIM „REVERTITUR:) Ita deficientibus in Germania „Carolingis; Bavariæ, Saxoniæ, & terræ Rhenensis „duces pristinam libertatem recipere intendebant. „*Vid. B. Par. jus publ. c. 3. §. 9. & 22. & c. 7. §. „86. & 87. & 95.* At male: quia non familiis „victorum jus imperii quæsitum erat, sed regno Ger„maniæ seu Franciæ: *Conf. infr. L. 2. c. 9. §. 2.*

„s) (UT PLURES CIVITATES ARCTISSIMO IN„TER SE FOEDERE COLLIGENTUR:) Uti Belgicæ pro„vinciæ, civitates Helveticæ &c. Hæ obligantur „ex eo, quod communi decreto statutum est. Ne„que tamen hic est una summa potestas, sed quæ„libet civitas proprium imperium habet, & pecu„liarem rempublicam constituit.

„Atqui actus harum civitatum alterius juri sub„sunt, adeoque summa eorum potestas esse noo „videtur; Resp. obligatio illa oritur non ex jure „aliquo imperii sed ex pacto, qoo convenere plu„res provinciæ, se communis consilii decretis „stare velle: Hoc pactum autem non tollit sum„mam potestatem singularum civitatum, quia ex „consensu suo saltem obligantur: de quo plenius „*infra §. 16.*

„t) (SUBJECTUM ERGO COMMUNE SUMMÆ „POTESTATIS ESTO CIVITAS:) Repetit id Author, „& simul explicat infra *l. 2. c. 9. §. 8. Imperium,* „inquit, *quod in rege est ut in capite, in populo „manet, ut in toto, cujus pars est caput: Atque „adeo rege, si electus est, aut regis familia exstinc„ta, jus imperandi ad populum redit.*

„u) (UNA PLURESVE:) Sive enim in unum „suam potestatem contulerit sive in plures, aut „personam, aut familias, nihil interest.

„v) (PRO CUJUSQUE GENTIS LEGIBUS AC MO„RIBUS:) Uti enim quælibet gens propriam sum„mam potestatem habet, ita & proprias quoque „habet leges & mores.

a) (AD §. VIII.) Author celebrem hic tractat quæstionem: *an summa potestas semper sit penes populum, etsi in alium translata sit?* totumque caput in ea examinanda absolvit. nam in *th. 8. & 9.* diversas opiniones refert, easque refutat; *In th. 10.* usque ad *th. 21.* cautelas quasdam pro vera sententia ponit, & explicat, & denique *th. 21 & seq.* varias ex præsuppositis quæstiones format ac decidit: Principium autem ac fundamentum decidendi nullibi ponit: Equidem communiter Doctores distinguunt ioter majestatem realem & personalem. *Besold. Doctr. pol. c. 1. §. 4.* Illam ajunt inhærere populo, hanc regi; illam fortiorem esse statuunt majestate regis, adeo ut regem quoque rationes administrationis reddere debere, & ad id adigi posse, doceant. Quod omnino absurdum est & ab Authore quoque refutatur. *Vid. J. publ. nostrum c. 21. §. 3.*

„Quæstio, quam Author hic proponit, ita for„manda est: *an detur summa quædam potestas rea„lis, quæ penes populum, qui majestatem in regem „transtulit, resideat, ad eum effectum, ut populus „reges, quoties imperio suo male utuntur, & co„ercere & punire possit?*

„Author recte negat *NB. ubique & sine exce„ptione* talem summam potestatem esse populi, *h. „§. n. 1.* Recte negat jus regendi *semper* subditum „esse populi judicio ac voluntati, *inf. n. 7.* adeo„que recte negat, reges a populo, *quoties imperio „suo male utuntur* i. e. ob injurias quaslibet priva„tas coerceri ac puniri posse, *h. §. n. 1.* At me„rito excipit casum, si Rex manifeste totius populi „hostem se gerit, *L. 1. c. 4. §. 11.* i. e. si in tyran„num degenerat, ubi addit rationem, *quia consi„stere non possunt voluntas imperandi & voluntas „perdendi.*

„Graviter in hanc Grotii sententiam insurgit „Gronovius in not. *ad h. l.* & invidiose proponi „statum controversiæ ait. neminem enim unquam „statuisse, *ubique & sine exceptione* summam potes„tatem esse populi, ut ei reges, quoties imperio „suo male utuntur & coercere & punire liceat, & „si quis talia dixisset, fatetur, nequaquam se ei „subscribere, sed quæstionem hanc esse: *an popu-*

„*lus, si Rex palam in tyrannum degeneret, eum jure*
„*punire possit.*

„Cum vero Grotius hic loquatur de principe
„non tyranno, sed saltem imperio suo male uten-
„te, & asserat, populo jure gentium jus in regem
„ob has injurias privatas non competere; e contra-
„rio autem tale jus in tyrannum, qui hostili ani-
„mo in exitium populi fertur, admittat, facile
„constat, nullum inter Gronovium & Authorem
„esse dissensum, & sic operosam Gronovii refuta-
„tionem plane inutilem esse.

„Cæterum multos esse, qui statuunt, regem ob
„quaslibet injurias desinere esse regem, & ideo
„coerceri ac puniri posse, certum est, de quibus
„infra *L. 1. c. 4. §. 1. seq.* agemus.

„Sane ipse Grotius in ea opinione est, unum-
„quemque privatum *jure naturæ* sui juris ac injuriæ
„sibi illatæ vindicem esse, & hactenus Principi quo-
„que resisti posse; *L. 1. c. 4. §. 2. n. 1. at jure Gen-*
„*tium* demum promiscuum hoc jus resistendi pro-
„hibitum esse, *ibid.* Mansisse autem jus naturæ seu
„facultatem resistendi principi 1) Si vitæ pericu-
„lum immineat, *d. c.* 4. *§. 7.* & 2) si in tyrannum
„degeneret princeps *d. c.* 4. *§. 11.* de qua quæstio-
„ne plenius agetur, *d. c.* 4 *§.* 2.

„Argumenta, quibus Author nititur, ut probet,
„nullam majestatis partem populo reservatam esse,
„omnia eo collimant, quod populus omne jus su-
„um in regem transferre voluerit, &, quia de jure
„suo imperii disponit, transferre potuerit.

„*Primo* enim ait, unicuique homini licere se in
„privatam servitutem dare, adeoque & populo li-
„cere, se in servitutem publicam dare i. e. regendi
„sui jus in regem transcribere *n.* 1. uti ad objectio-
„nem, *quod id non præsumatur, & quod multa in-*
„*de sint oritura incommoda &c.* respondet (a) quæri
„quid fieri possit, (b) omnes formas sua habere peri-
„cula, & sufficere, populum voluisse, nec forte ob
„justas causas aliter potuisse *n* 1. 2. *3. 4. 5.*

„2) In regnis justo bello quæsitis dominium ci-
„vile, i. e. jus regendi non aliunde pendens victori
„acquiri, adeoque in his saltem regnis nullam ma-
jestatis partem penes populum residere. *n. 6.*

3) Experientiam docere, dari populos qui alios
„populos sub se habent, qui sub eorum potestate & in
„eorum ditione esse dicuntur, quos alienare pro
„lubitu possint &c. quæ consistere non posse ait
„cum doctrina: jus regendi semper subditum esse
„judicio populi subjecti.

„4) Ex sacra & profana historia probat, reges
„populi etiam universim sumti arbitrio non subesse;
„*n.* 8. 9. 10. 11.

„5) Nec temporarios reges, quamdiu sunt reges,
„populo subesse, exemplis probat, *n.* 12.

„Nec obstare 1) ait *populum constituentem regem*
„*esse superiorem rege constituto.* Fallere enim hanc
„regulam ait in illis, quæ ab initio sunt voluntatis,
„postea autem fiunt necessitatis, sed & dari regna,
„quæ non a populo constituuntur, ut in regno bel-
„lo quæsito; & in familia, quæ advenas recipit sub
„lege imperii *n.* 13.

„Objicit sibi 2) regimen omne eorum, qui re-
„guntur, non qui regunt, causa esse comparatum:
„finem autem esse nobiliorem mediis. Eique re-
„spondet a) dari regna regentium causa, ut do-
„mica, vel saltem utriusque causa constituta b)
„fallere consequentiam, exemplo pupilli, quia tu-
„tor etsi pupilli causa sit constitutus, non tamen est
„superior pupillo *n.* 14. *Instat*, tutorem dolose ad-
„ministrantem removeri posse, cur non & regem?
„Resp. id inde esse, quod tutor superiorem habeat,
„Rex nullum, indeque hujus peccata Dei judicio re-
„linquenda sint *n.* 14. *in f. & n.* 15.

„Objicit 3) populum interdum ob peccata regis
„punitum esse, cujus nullam aliam rationem esse pu-
„tat, quam, quia non impediendo aut non puniendo
„causam suam fecit. Sed respondet, id non ex hac
„ratione factum esse, sed quia populus imitatus est ea
„vitia, aut quia Deus reges in pœnam subditis or-
„bat: neque tunc esse pœnam ratione populi, quia
„Deus utitur summo in homines dominio.

„Argumenta hæc, sequendo ordinem Autho-
„ris, mox plenius examinabimus: cum vero B. Pa-
„rens argumentum hoc de Majestate personali &
„reali ex professo tractaverit *in prodr. I. G. Ex* 2.
„*§. 63. seq.* verba ejus hic inserere liceat. Ita
„autem disserit: In universitate seu civitate libera
„aliud est universale dominium terræ cujusque po-
„puli intra fines suos, quo continetur plena facul-
„tas disponendi: *Conf. Cæs. de bell. gall. L. 1. c.* 2.
„aliud summum in ea imperium, quo potestas exe-
„quendi juris, & tuendæ reipublicæ. Summum ergo
„imperium (quod humano generi in res terræ ho-
„minumque singulis & cuique populo seu civita-
„ti liberæ intra suos fines a Deo concessum est, at-
„que adeo Dei, non hominum jure ac nomine ex-
„ercetur) est justitiæ salutisque publicæ tuendæ le-
„gitima facultas, & sacrosancta Autoritas. Hæ
„enim sunt duæ illæ partes, salus publica & justi-
„tia (sine qua respubl. felix & beata esse non pot-
„est. *Auton. I. G. cap. 9. §. 2. & seq. & c. 19. §. 12.*
„*& seq.*) quarum cura & custodia perficitur bonum
„illud publicum, seu scopus moderatori reipubl.
„propositus. *Auton. c. 7. c. 3. & seq. de quo inf.*

„In omni porro universitate aliud est ipsa *uni-*
„*versitas*, aliud *singuli*: & utrorumque alia atque
„alia plane jura, res ac bona: *Universitatis* publica,
„*singulorum* privata; *per pos. 5. n. 2.* (*conf. l. 2. l.*
„*7. §. 1. ff. Quod cujusque univers. L. 16. §. 1. ff. de*
R. D. L. 10. §. 4. ff. de in jus voc.) At tota universi-
„tas ex singulis collecta est, iisque constat, ut in-
„tegrum partibus suis, vel ut corpus membris, sed
„cum duplicis relationis discrimine. Uti enim cor-
„pus naturale animantis aut spectatur simpliciter,
„ut totum omnibus suis membris formatum, quo
„sensu communis omnium est potentia vegetan-
„di, sentiendi, motus &c. vel ut in eo distingui-
„tur caput a reliquis membris; quæ præsertim in
„homine, primario inde reguntur ac moventur:
„ita & in corpore civili universitatis singuli spe-
„ctantur vel simpliciter, prout omnia, sive caput,
„sive reliqua membra, sunt ejusdem æque corpo-
„ris membra: vel prout in eo discernuntur im-
„perantes & parentes, tanquam caput & membra
„reliqua. Qua ratione pariter quædam facultates
& jura toti corpori omnibusque ejus membris
„communia sunt; quædam capiti propria & eximia.
„Commune toti corpori est, 1) universale illud do-
minium

§. VIII.

1. Atque hoc loco primum rejicienda est [b] eorum opinio,* qui ubique & sine exceptione summam potestatem esse volunt populi, [c] ita ut ei reges quoties imperio suo male utuntur, & coercere & punire liceat: [d] quæ sententia [e] quot malis causam dederit, & dare etiamnum possit, penitus animis recepta, nemo sapiens non videt. [f] Nos his argumentis eam refutamus. [g] Licet homini cuique se in *Ex. xxi. 6. Inst. de jure p. vs. § servi autem. Gell. lib. 2 c. 7.* priva-

„minium terræ cujusque populi; quod totius civitatis seu populi & res est publica omnium, tum „capitis tum corporis reliqui: non singulorum, „nisi quorundam usu his concessus fuerit. (*conf.* „*l. 14. pr. ib. quæ in patrimonio sunt populi ff. de* „*acquir. rer. dom. l. 6. pr.* ib. *in pecunia populi ff.* „*de contr. emt. d. l. 2. ff. quod cuj. univ. d. l. 6. §. 1.* „*ff. de divis. rer.* &c.) bonum illud publicum, „quod finis & scopus est civitatum.

„Proprium vero capitis est summum imperium, „& quæ eo pertinent, uti ipsius modo dicti boni „publici gubernatio, & juris justitiæque executio, „seu in genere pacis felicitatisque publicæ defen„sio, *conf. interdicta de publicis rebus, l. 43. Di*„*gestorum a titulo 7. ad tit. 16.*

„Unde evidens est, summa populi potestate, „quæ ei in singulos natura competit, ab eo in „unum vel plures translata non transferri una do„minium illud terræ, quod residet in toto corpore „universitatis, seu in tota republica omnibusque „ejus membris, qua talibus, sed solum summum „ejus in singulos imperium, idque totum ita, ut „nulla ejus pars maneat interim in populo (*Conf.* „*auton. c. 12. de monstro regni patrimonialis.*)

„Hinc in aprico est resolutio quæstionis „an re„gno quoque constituto semper tamen summa „potestas maneat populi? quam tam prolixe tractat „*Grot. L. 1. c. 3. §. 8. & seq.* & recte quidem ne„gat, sed nec veram sententiam satis definit; nec „recte probat; nec dubiis satisfacit, & miscet ut „semper jura ac nomina privati dominii & summi „imperii, rem divinam & omnium sanctissimam „cum humanis & profanis. Totum pendet a „discrimine dominii terræ & summi in eam im„perii: illud est reipublicæ, hoc regis: quod & „jure Romano & usu gentium dubio procul recep„tum est, eoque omnia dubia sponte conticescunt.

„Hoc sensu non incongrue vulgo distinguitur „majestas realis; quæ est dominium illud univer„sale terræ; & insidet in universa republica toti„que terræ quasi affixa & annexa cohæret: & per„sonalis, quæ tota cum summo imperio transit in „principem, & penes ipsum, aut (in prin„cipatu successivo) penes ejus familiam est, nihil „ejus manet in populo, neque hic tum est imperii „particeps (nisi status sit mixtus de quo inf.) sed „ei subjectus. Nec tamen hæc interim quoque se„parata est a republica quippe cujus pars & caput „princeps est, adeoque nec a Domino terræ, nam „& hoc moderatur princeps, sed a reliquo populo „qui interim subjectorum partes sustinet.

„*b*) (EORUM OPINIO, QUI UBIQUE ET SINE „EXCEPTIONE:) Author unicuique privato jus pu„niendi alterum ob injurias sibi vel aliis illatas *jure* „*naturæ* concessum esse statuit. At institutis civi„tatibus exceptum esse Principem, quia civitas „subsistere alias non posset. *l. 1. c. 4. §. 2.*

„*c*) (ITA UT EI REGES, QUOTIES IMPERIO „SUO MALE UTUNTUR, ET COERCERE ET PUNI„RE LICEAT:) Probavimus in præcedentibus non „invidiose a Grotio proponi statum controversiæ „uti Gronovius existimat. Nam Grotius saltem „contra eos disputat, qui *semper*, qui *ubique &* „*sine exceptione* jus puniendi regem populo conce„dunt, *vid. n. 1. & n. 7. in f.* Nam in tyrannum „omnia populo licere ipse quoque statuit *l. 1. c. 4.* „*§. 11.*

„*d*) (QUÆ SENTENTIA:) De resistendi licentia „ob quaslibet injurias.

„*e*) (QUOT MALIS:) Seditionibus, conjuratio„nibus, tumultibus, bellis intestinis &c. *Gron. h.*

f) (NOS HIS ARGUMENTIS EAM REFUTAMUS:) Non satisfaciunt hæc argumenta dubiis; Diximus totum dependere a discrimine *territorii*, & summi in id *imperii*. *Illud* esse populi ut corpus spectati, *hoc* regis; adeoque hoc posterius nec personaliter nec realiter est penes populum, sed utroque modo penes regem, in quem populus jus illud plenissime transtulit.

g) (LICEAT HOMINI CUIQUE SE IN PRIVATAM SERVITUTEM CUI VELIT, ADDICERE:) Author, ut probet nullam summæ potestatis partem esse penes populum, eo delabitur, ut asserat, *populum in dominio vel servitute esse posse*; cum contradictionem notorie involvat, civitatem esse, & tamen esse in alterius dominio seu servitute: Desineret enim eo ipso esse populus, & fieret familia privata, imo rex pro lubitu abuti re sua posset: quæ omnia pugnant cum essentia imperii, quod in tuendo jure civium & reipublicæ unice consistit.

ADDITIO.

„Author non statuit, *populum se in servitu*„*tem privatam dare posse*, sed loquitur de *servitu*„*te publica*, qua populus regendi sui jus in unum „transtulit, *vid. n. 1.* & unde dominium civile, „i. e. *jus regendi*, non aliunde pendens, regi ac„quiritur, *vid. n. 6.* Quoties enim populus jus „suum imperii, suamque libertatem de eo statuendi „in unum transfert, publice servire dicitur. At„que ita rem Grotius explicat infra §. 12. *Conf. L.* „*1. c. 5. §. 22. & 32. L. 2. c. 21. §. 7.* Sane imperium tolli

privatam servitutem cui velit addicere, [h] ut & ex lege Hebræa & Romana apparet. [i] quidni ergo populo sui juris liceat se uni cuipiam, aut pluribus ita addicere, [k] ut regendi sui jus in eum plane transcribat, nulla ejus juris parte retenta? [l] Neque dixeris minime id præsumi: non enim jam quærimus quid in dubio præsumendum sit: [m] sed quid jure fieri possit. [n] Frustra quoque afferuntur incommoda quæ hinc sequantur, aut sequi possint. nam qualemcunque formam gubernationis animo finxeris, nunquam incommodis aut periculis carebis. *Aut hæc cum illis sunt habenda*, [o] *aut illa cum his mittenda sunt*, ait Comœdia.

2. Sicut autem multa sunt vivendi genera, alterum altero præstantius, & cuique liberum est ex tot generibus id eligere quod ipsi placet: [p] ita & populus eligere potest qualem vult gubernationis formam: neque ex præstantia hujus aut illius formæ, [q] qua de re diversa diversorum sunt judicia, [r] sed ex voluntate jus metiendum est.

3. [s] Neque vero non multæ exstare possunt causæ, cur populus jus totum

„tolli, si singuli in servitutem rediguntur ipse „Author docet. *L. 2. c. 9. §. 6. & c. 21. §. 7.*

„Gronovius quoque oppugnat hoc argumentum se„quenti ratione (a) non dari talem populum, qui „se in servitutem regi dederit, sed & (b) si se ea „lege dedat, etiam servos vi contra vim uti posse: „Verum quod ad *priorem* rationem attinet, dixi„mus jam Authorem loqui de *servitute publica*, i. e. „ubi liber populus unius imperio subjicitur, quales „populi infiniti inveniuntur; *altera* ratio vera non „est, servus enim bello captus injuriæ suæ pœnam „patitur, adeoque vim vi repellere nequit, quod „alibi plenius probabimus.

„*h*) (UT EX LEGE HEBRÆA ET ROMANA AP„PARET:) Apud Hebræos nil nisi jus operarum „acquirebatur ex tali pacto,

i) (QUIDNI ERGO POPULO SUI JURIS:) Rectius ita: cuique populo sui juris concessa est facultas regendi sui jus in unum transcribere: Quo facto summa potestas in alium translata tamdiu esset in populo, quoad durat in eo cui concessa est populi consensu: Contradictio enim foret suum jus imperii in alium transferre, & tamen illud retinere; Ergo summa potestas non est populi.

ADDITIO.

„Dixi jam, Grotium hoc ipso argumento uti, „eumque per *servitutem populi* non intelligere ser„vitutem singulorum, sed servitutem publicam, „qua populus sui juris alterius *imperio* subjicitur.

„*k*) (UT REGENDI SUI JUS IN EUM PLANE „TRANSCRIBAT:) Author igitur a majori argu„mentatur, si singuli libertatem suam privatam in „alium transferre possunt, multo magis populus „libertatem suam publicam i. e. jus imperii in „alium transscribere potest.

l) (NEQUE DIXERIS MINIME ID PRÆSUMI:) Quia credibile non est populum omni sua potestate se abdicare voluisse: Sed bene 1) respondet Author, non quæri de facto, an in dubio id voluerit populus, sed de jure, an fieri jure possit, quod omni dubio caret, quia populus de sua libertate publica licite disponere potest: Sed & 2) quoties facultas imperandi singulis, in unum translata apparet, nulla hujus facti alia ratio dari potest, quam concessum ei esse omne jus summæ potestatis, donec contrarium probetur.

m) (Grot.) (SED QUID JURE FIERI POSSIT:) Gail. de Arrestis cap. VI, n. 22. & seqq.

„*n*) (FRUSTRA QUOQUE AFFERUNTUR INCOM„MODA:) Sola quæstio hic est, an jure fieri possit? „sive cum incommodo populi, sive cum ejus com„modo id fiat: sed & bene Author respondet, nul„lam dari formam reipublicæ perfectam. Imo „ideo, quod populus commodiorem alteram for„mam credat, imperii formam mutat.

o) (Grot.) (AUT ILLA CUM HIS MITTENDA SUNT:) Cicero lib. III. de legibus: *Est iniqua in omni re accusanda prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumque selectio.* mox: *Sed bonum quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus.*

p) (ITA ET POPULUS ELIGERE POTEST QUALEM VULT:) Prosequitur hic Author idem argumentum, ait totam rem in arbitrio populi esse; cum enim de jure suo publico disponere illudque vel per se exercere, vel per alium vel per plures posse, neque jus hic ex eo, quod commodius vel præstantius, sed ex voluntate sola metiendum esse.

„*q*) (QUA DE RE DIVERSA DIVERSORUM SUNT „JUDICIA:) Alii formam imperii Democraticam, „alii Monarchicam præferunt. Vide Orationem „Athanagoræ apud *Thucyd l. 6. p. m.* 631.

r) (Grot.) (SED EX VOLUNTATE JUS METIENDUM EST.) A Carolo Quinto Imperatore eodem tempore Augusta civitas petiit, ne senatui urbis suæ placita valerent, nisi assensissent curiarum magistri: Norinberga plane contrarium.

„*s*) (NEQUE VERO NON MULTÆ EXSTARE POS-

totum imperandi a se abdicet, aliique tradat, puta [t] quia in periculum vitæ adductus alia lege, qui se defendat, reperire non potest: [u] aut quia inopia pressus aliter habere non potest copiam, unde se sustentet. Nam si [*] Campani olim necessitate subacti populo [v] Romano se subjecerunt in hunc modum: *Populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum,* [w] *divina humanaque omnia, in vestram P. C. ditionem dedimus:* & quidam populi, cum [**] Romanorum ditioni subjicere se vellent, [x] ne recepti quidem sunt; quod narrat [y] Appianus: [z] quid obstat quominus & uni homini præpotenti populus aliquis eundem ad modum dedere se possit? [aa] Apud Virgilium legimus:

Nec cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit regno.

Accidere etiam potest, [bb] ut paterfamilias latifundia possidens neminem alia lege in suas terras habitantem recipere velit: aut ut quis [cc] magnam servorum copiam habens eos manumittat sub imperii ferendi

„POSSINT CAUSÆ:) Imo sufficiens causa est voluntas populi, alia non requiritur.

„t) (QUIA IN PERICULUM VITÆ ADDUCTUS:) de qua deditione *vide infra L. 3. c. 8. §. 4. n. 1. & c. 11. §. 3. & 14. c. 20. §. 49. & 50. n. 5. Add. L. 3. c. 4. §. 11. & L. 2. c. 6. §. 5. c. 24. §. 6.* Sic Ordo Borussicus Polonis se tradidit, quia ab imperio defendi non potuit. *Vid. B. Par. jus publ. c. 5. §. 11.*

„u) (AUT QUIA INOPIA PRESSUS ALITER HABERE NON POTEST &c.) Allegari solet exemplum Ægyptiorum, qui omnia sua, seque ipsi regi vendiderunt, *Gen. XLVII, 13.* de quo facto & an populus omni imperio se se exuerit, sententiam nostram explicabimus infra §. 13.

„Magis huc pertinet exemplum Casilinensium, qui se Hannibali dederunt, fame pressi, *vid. sup. L. 2. c. 24. §. 6. n. 3.*

„*) (CAMPANI OLIM NECESSITATE ADACTI:) quod exemplum Author allegat infra *L. 2. c. 9. §. 6.* historiam vide apud *Liv. L. 7. c. 31.* alia exempla vide in locis Authoris ante allegatis.

v) (Grot.) (POPULO ROMANO SE SUBJECERUNT) Ut Falisci apud Liv. lib. V. Samnites lib. VIII. Sic Epidamnii a Corcyraeis deserti Corinthiis se dediderunt, ut protegerentur adversus Taulantios & exsules. Thucyd. lib. I.

„w) (DIVINA HUMANAQUE OMNIA:) i. e. imperium quod in divinis & humanis juribus consistit.

**) (Grot.) (ROMANORUM DITIONE:) Et Venetorum. Bembus lib. VI.

„x) (NE RECEPTI QUIDEM SUNT.) Exempla a Tesmaro hic allegata de Revaliensibus apud *Thuan. L. 21, p. 423. & de Belgis apud Camd. in vit. Elis. part. 2.* Loquuntur de subditis, sub alieno imperio constitutis qui invito principe nec dedere se aliis, nec recipi possunt: Quod vero de regno Hungariæ & Daniæ aliis principibus oblatis allegat, deditionem non infert, sed rex ibi ex alia gente eligitur. Ita Polonia ex Saxonum gente, Anglia ex domo Brunsuicensi reges vocavit, neque tamen populi illi per deditionem in Saxonum & Brunsuicensium potestatem pervenerunt, nedum eorum imperium ideo expiravit.

„y) (APPIANUS:) in præfatione ubi ita loquitur: *quarum* (gentium) *aliquot ego vidi in urbem legatos venisse, ut se suosque populares dederent, nec receptos ab imperatore, ut sibi inutiles: de Bell. pun. n. 3.*

„z) (QUID OBSTAT QUO MINUS ET UNI HOMINI:) Si enim populus alii populo jus imperii tradere potest, cur non & in unum illud conferre? Nam de re sua disponit, & prout disponit, ita jus est.

„aa) (APUD VIRGILIUM.) *4. Æneid. 619.*

bb) (UT PATERFAMILIAS LATIFUNDIA POSSIDENS:) Male hoc adplicatur ad imperium: Nam populi se ita dedentes fiunt pars familiæ, non vero sunt amplius populus.

ADDITIO.

„Inter causas, cur populus jure suo imperii se abdicet, male Author refert exemplum patrisfamilias latifundia possidentis. Paterfamilias enim (quod nomen privatum hominem indigitat) advenas recipere sub lege, ut imperio ejus subsint, nequit; quia paterfamilias qua talis, imperii non est capax, (*conf. l. 3. c. 20. §. 6.*) nisi ponas casum, ubi pater ille familias summam simul potestatem habet.

„cc) (MAGNAM SERVORUM COPIAM HABENS, EOS MANUMITTAT SUB IMPERII FERENDI &c. LEGIBUS:) Dominus talis privatus non est imperii capax, sed ipse imperio principis subest: adeoque stipulari sibi a servis manumissis imperium nequit. Hæc igitur imperii transferendi causa pariter admitti non potest.

dd) (TA-

rendi & cenſus pendendi legibus: quæ ſuis exemplis non carent. De ſervis Germanorum apud [dd] Tacitum eſt: [ee] *Suam quisque ſedem ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis ut colono injungit, & ſervus hactenus paret.*

4. Adde quod ſicut Ariſtoteles dixit [ff] quoſdam homines natura eſſe ſervos, id eſt ad ſervitutem aptos; ita & populi quidam eo ſunt ingenio, ut regi quam regere norint rectius; quod de ſe ſenſiſſe
Strabo XII. Cappadoces videntur, qui oblatæ a Romanis libertati vitam ſub rege
Juſtin. l. XXXVIII prætulerunt, [gg] negantes vivere ſe ſine rege poſſe. Sic Philoſtratus,
Lib. VI. vita Apollonii, [hh] ſtultum eſſe, ait Thraces, Myſos, Getas, in libertatem vindicare, qua non gaudeant.

5. Neque vero non aliquos movere poterunt exempla gentium, quæ per ſecula plurima [ii] ſub imperio plane regio ſatis feliciter vixe-
Liv. L. XLII. runt. [kk] Urbes ſub Eumene, ait Livius, nullius liberæ civitatis fortunam cum ſua mutatam voluiſſe. Eſt & interdum is civitatis ſtatus [ll] ut videatur niſi ſub libero unius imperio ſalvus eſſe non poſſe; quod

dd) (TACITUM.) de *M. G. c. 25.*

„*ee*) (SUAM QUISQUE SEDEM SUOS PENATES „REGIT:) Quid inde? quo quæſo modo exem„plum hoc ad cauſas, quæ populum movere poſ„ſunt, ut jus ſuum imperii in alium transferat, ap„plicari poteſt?

ff) (QUOSDAM HOMINES NATURA ESSE SERVOS:) Verum non eſt, tales gentes dari, quæ regere neſciant: Hiſtoria novi orbis nos docet, barbariſſimas quoque gentes ſuo modo imperio regi: Sed & ſi talis gens exiſteret, & jus ſuum in alium transferret, hoc ipſo non in ſervitutem ſe dederet, ſed jus imperii ſaltem alii concederet; ſi enim in perſonalem ſervitutem ſe daret, deſineret eſſe gens & populus & pars fieret familiæ principis, cui ſe dedidit.

ADDITIO.

„Ariſtoteles per populos natura ſervos intelligit „gentes, quæ nec legibus inſtructæ nec ulli impe„rio ſubſunt, ſed ferarum inſtar ſeparatim per fa„milias habitant, has enim dignas eſſe quæ ſer„viant, i. e. imperio prudentum ſubſint. ubi „dixit *L. 2. c. 21. §. 12.* Servitus igitur, qua Ari„ſtoteles tales populos dignos eſſe cenſet, hic ite„rum pro publica illa ſervitute ſumitur, non pro „perſonali.

„*gg*) (NEGANTES VIVERE SE SINE REGE POS„SE:) Hoc non ideo dixere, quia natura ſervi ſunt, „& regere neſciunt, ſed quia majora commoda „ex ſtatu regio ſibi promittebant, quam ex ſtatu „populari.

„*hh*) (STULTUM ESSE THRACES, MYSOS, GE„TAS IN LIBERTATEM VINDICARE, QUA NON „GAUDEANT.) *i.* e. mutare ſtatum regium in popu„larem ipſis invitis: De populis qui ſtatum mo„narchicum prætulerunt ſtatui populari varia ex„ſtant exempla. de Cappadocibus vide Juſtinum *L.* „*32. c. 2.* de Armeniis Tacitum *Annal. 13 34.* de „Ægyptiis, Herodotum *L. 147.* de Turcis, Bus„bequium *legat. Turc. 3.* de Ruſſis, Olearium *leg.* „*Perſ. L. 1. p. 133.* & de Barbaris in genere ait Eu„ripides *Iphigen. in aul. v. 1400. Barbari enim* „*ſunt natura ſervi, Græci liberi.* Sane quoad ef„fectum eadem libertas publica ſub rege obtinet, „quæ ſub republica, de quo plenius infra *§. 12.*

ii) (Grot.) SUB IMPERIO PLANE REGIO SATIS FELICITER VIXERUNT:) Seneca de Beneficiis libro II. c. XX. de Bruto locutus: *Mihi, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer erraſſe, nec ex inſtitutione Stoica ſe geſſiſſe: qui aut regis nomen extimuit, cum optimus civitatis ſtatus ſub rege juſto ſit, aut ibi ſperavit libertatem futuram, ubi tam magnum præmium erat & imperandi & ſerviendi: aut exiſtimavit civitatem in priorem formam poſſe revocari, amiſſis priſtinis moribus: futuramque ibi æqualitatem civilis juris, & ſtaturas ſuo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an ſervirent, ſed utri.* vide & Bizarrum hiſtoria Genuenſi lib. XIV. p. 529

ADDITIO.

„Plato in politico unius dominationem, bonis „copulatam conſtitutionibus, reliquis reipublicæ „formis præfert. Vid. *Liv. L. 2. c. d. Thucyd. L. 6,* „*p.* 361. & *Teſm. b.*

kk) (Grot.) (URBES SUB EUMENE:) Sic multos ex liberis Græciæ civitatibus in Salamina Cypri, quod Euagoræ regnum erat, veniſſe narrat Iſocrates.

ll) (Grot.) (UT VIDEATUR NISI SUB LIBERO UNIUS IMPERIO SALVUS ESSE NON POSSE:) Dion apud Philoſtratum V. cap. XI. δέδια δὲ μὴ χειροήθεις ἤδη Ῥωμαίους αὗται αἱ τυραννίδες πεποιηκυῖαι χαλεπὴν ἐργάσωνται τὴν μεταβολήν. *Metuo ne Romani longis dominatibus edomiti nullam jam ferre poſſint mutationem.*

„*mm*)

quod de Romana, mm qualis erat Cæsaris Augusti ætate, multis prudentibus visum est. His ergo similibusque de causis accidere non potest tantum, sed & solet, nn ut se homines subjiciant imperio alterius ac potestati, quod & oo Cicero notat officiorum secundo.

6. Jam vero pp bello justo, ut ante diximus, sicut acquiri potest dominium privatum, qq ita & dominium civile, sive jus regendi rr non aliunde pendens. Neque vero hæc tantum ss pro unius imperio, ubi id receptum est, conservando dicta censeri debent: nam idem jus tt eademque ratio est procerum, qui plebe exclusa civitatem regunt. uu Quid, quod nulla respublica adeo reperta est popularis, in

,,mm) (QUALIS ERAT CÆSARIS AUGUSTI ÆTATE, MULTIS PRUDENTIBUS VISUM EST:) Hinc ,,Sallustius apud Tacitum ait, non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur, & in *Hist. l. 1. c. 1.* refert, omnem potestatem pacis ad unum conferri interfuisse. *Add. Flor.* ,,*L. 4. c. 3. Dio l. 53. p. 509. Gron. h.* Idem de ,,Caii Cæsaris ætate asserit *Quintil. Inst. 3. 8. Cajo* ,,*Cæsari suadentes regnum affirmabimus, stare jam* ,,*rempublicam nisi uno regente non posse.* & apud ,,Zonaram *annal. 2.* in genere legitur: *Romanos* ,,*libera republica incolumes esse non posse.* vid. *Tesm. h.* ,,Cæterum statum popularem temporibus Augusti ,,mutatum non fuisse, sed solam administrationem, alibi demonstravimus.

,,nn) (UT SE HOMINES SUBJICIANT IMPERIO ,,ALTERIUS:) Hoc enim est, quod Author prolixe ,,adeo probare intendit cum res nullum dubium ,,habeat, quia quilibet de re sua, adeoque & populus de suo jure imperii disponere illudque in ,,alium transferre potest.

,,oo). (CICERO NOTAT,) *offic. l. 2. c. 6.* Verba ,,hæc sunt: *Atque etiam subjiciunt se homines imperio alterius & potestati de causis pluribus, ducuntur enim aut benevolentia, aut beneficiorum* ,,*magnitudine, aut dignitatis præstantia, aut spe,* ,,*sibi id utile futurum, aut metu ne vi parere cogantur, aut spe largitionis, promissisque capti,* ,,*aut sæpe mercede conducti.* Add. c. 12. ibi: *Mihi* ,,*quidem non apud Medos solum, ut ait Herodotus,* ,,*sed etiam apud majores nostros justitia fruendæ* ,,*causa videntur olim bene morati reges constituti:* ,,*Nam cum premeretur multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant,* ,,*virtute præstantem, qui cum prohiberet injurias* ,,*tenuiores æquitate constituenda summos cum infimis pari jure retinebat: Eademque constituendarum legum fuit causa, quæ Regum: Jus enim semper quæsitum est æquabile; id si ab uno justo & bono viro consequebantur, eo erant contenti, & mox* ,,*eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis.*

,,pp) (BELLO JUSTO:) Intelligit bellum, quod ,,jure gentium secundario justum dicitur ad effectus externos dominii, *vide supra §. 4.* nam jure naturæ negat Author dominium acquiri in res ,,captas nisi justa causa adsit, & intra quantitatem ,,debiti vel pœnæ capiatur, *L. 3. c. 6. §. 1.* quod ,,suo loco examinabimus.

,,qq) (ITA ET DOMINIUM CIVILE, SIVE JUS ,,REGENDI:) Apparet igitur Authorem per *dominium eminens seu civile* intelligere *jus imperii.* ,,Sed supra jam notavimus, tutius abstineri ab ,,ejusmodi vocibus, quæ abusum inferre possent: ,,Justo autem bello imperium acquiri, nimirum ,,per ultimam victoriam, omnino verum est; & ,,plenius explicabimus infra *L. 3. c. 3.* adeoque hæc ,,quoque est justa causa transferendi in alium imperii.

,,Gronovius negat ex eo, quod *dominium civile* ,,bello quæratur, sequi populum victum victorem ,,tyrannum punire non posse: At duplicem hic errorem committit 1.) quod argumentum hoc contra Authorem alleget, qui de tyranno non loquitur, quin diserte statuit tyrannum puniri posse, *l. 1, c. 14. §. 14.* 2) quod statuat populum per ,,ultimam victoriam victum punire victorem, qui ,,civitatem delere vult, posse, cum per ultimam victoriam omne jus populi, publicum & privatum ,,in potestatem victoris transscribatur. Neque admittendum est quod addit, populos bello quæsitos tacite pactos esse, ut capti salvi essent & viverent, eosque hoc jus quoquo modo defendere ,,contra tyrannos posse.

,,rr) (NON ALIUNDE PENDENS:) i. e. superiorem neminem, adeoque nec populum agnoscens ,,*Gron. h.*

,,ss) (PRO UNIUS IMPERIO &c. CONSERVANDO:) Ne scil. Rex vel dux a populo ob abusum ,,imperii puniri vel removeri queat.

,,tt) (EADEMQUE RATIO EST PROCERUM:) ,,Ne scil. proceres in statu Aristocratico, quoties ,,imperio suo male utuntur coerceri a populo possint.

uu) (QUID QUOD NULLA RESPUBLICA ADEO REPERTA EST POPULARIS:) Author, ut probet, populum in unum vel paucos posse suam potestatem transferre, allegat ipsum statum popularem, ubi non omnes regere ait, utpote cum non tantum inopes & extranei, sed & infantes ac fœminæ ab imperio arceantur: At non intellexit naturam civitatis. Nam 1.) verum non est, inopes excludi ab imperio: sane in statu populari jus imperii æque ad eos, tanquam membra civitatis, pertinet, quam ad divites,

in qua non aliqui aut valde inopes aut externi, tum vero & fœminæ & adolefcentes a deliberationibus publicis arceantur?

7. *vv* Jam vero & *ww* populi quidam alios fub fe populos habent, non minus addictos fibi quam fi regibus parerent: unde illa interrogatio; *xx Eftne populus Collatinus in fua poteftate? yy* & Campani cum fe Romanis dedidiffent, facti dicuntur alienæ potaftatis: Acarnania, ut & Amphilochia, dicuntur fuiffe *zz* juris Ætolorum: Peræa & Caunus ditionis Rhodiorum: Pydna a Philippo Olynthiis data. Et quæ fub Spartanis fuerant oppida, poftquam eorum ditioni α exemta funt, Eleutherolaconum nomen acceperunt. Cotyora urbs dicitur fuiffe Sinopenfium apud Xenophontem. Nicæa Italiæ adjudicata Mafsilienfibus apud Strabonem, & infula Pithecufæ Neapoli-

Liv lib v. *Liv l.* VII *Lib* XXVI. *L.* XX XII. *Strab* XIV *Diod. l.* XVI. *Pauf Lac.* *Exp Cyri Lib* V. *Lib.* IV.

tes, & licet adminiftratio eminentioribus committatur, jus tamen commune eft; fed & adminiftratio inopibus quoque, fi habiles fint, committi folet: 2) Extranei, vel perpetuo in civitate habitant, & tunc omnino funt pars civitatis, nec arcentur ab imperio; vel faltem transeunt, & tunc non funt membra civitatis, adeoque merito arcentur a communione imperii quod civitati cohæret. Equidem 3) fœminæ & liberi arcentur a deliberationibus, fed ex alia ratione, quia fcl. civitas non confiftit in multitudine perfonarum, fed familiarum: Jure naturæ enim quilibet paterfamilias jus in fuam familiam habet, tanquam caput, unde familia etiam dicitur a famulando: Quando igitur plures tales familiæ in focietatem coeunt, fit civitas: Unde jus familiarum civitatibus longe eft antiquius: Familias autem repræfentant foli patresfamilias: Reliqui, ut uxores & liberi, faltem ejus partes & membra funt.

ADDITIO.

„Gronovius rationem, quam, Grotius hic affert, „arguit, nec fe, quid ea concludat, videre ait: „At mentem Authoris interpretes ejus non fatis „affecuti funt. Poftquam enim afferuit, non tan„tum in *ftatu regio* translatam effe fummam potes„tatem in regem, fed & in *ftatu Ariftocratico* om„ne jus populi ceffare, adeoque nec proceres ple„bi injuriam facientes puniri a plebe poffe; idem „quoque extendit ad *ftatum popularem:* & cum vi„deri poffit in ftatu populari, ubi omnes in regi„mine concurrant, neminem fupereffe, cui a po„pulo injuria fieri, i. e. in quem populus peccare „poffit; recte addit, nullam rempublicam adeo effe „popularem, in qua non fuperfint perfonæ, quæ in „regimine non concurrunt, adeoque in quas pec„cari poffit, uti fœminæ, adolefcentes, extranei, „inopes: atque hinc concludit regentes nec ab his, „ob quaslibet injurias, puniri poffe.

„*vv*) (JAM VERO:) Author ait, populum „fæpe alii populo vi bellica fubjectum, quin & ab „hoc alienatum fuiffe. Id autem fieri non potu„iffe, fi majeftas quædam apud populum aliena„natum refediffet, i. e. fi jus regendi effet penes „eos, qui reguntur.

ADDITIO.

„Gronovius regerit, tali populo victo, fi male „habetur idem jus contra populum victorem com„petere, quod contra regem, fi palam tyrannidem „exercet: adeoque hoc quoque cafu jus regendi „fubditum effe judicio eorum qui reguntur: At „errare Gronovium modo probavimus.

(*ww*) (Grot.) (POPULI QUIDAM ALIOS SUB SE POPULOS HABENT.) Sic Salamin infula Athenienfium juris jam inde a Philæo & Euryface Ajacis filiis, ut Plutarchus Solone nos docet. Hanc Salaminem Athenienfibus ademit Auguftus, ut poftea Cephaleniam Adrianus, tefte Xiphilino. Atarnæus ab antiquo Chiorum, tefte Herodoto lib. I. & Samii multa in continente oppida tenuere, ut Strabo docet lib. XIV. Anactorium partim ad Corinthios partim ad Corcyrenfes pertinebat, ut Thucydides fcribit libro I. In pace cum Ætolis apud Livium: *Oeneada cum urbe agroque Acarnanum funto.* Sex oppida Halicarnaffo attributa per Alexandrum Magnum, memorat Plinius Hiftoriæ Naturalis lib. V. c. 29. Idem libro XXXIII. c. 4. Lindum infulam effe ait Rhodiorum: tantundem de Cauno habes libro XXXV. Teftatur idem Cicero epiftola ad fratrem, Rhodiis iisdem, quod Romanos contra Antiochum juviffent, complures urbes dono datas ait Eutropius libro III, nempe Carum & Lyciorum, quæ rurfus eis ablatæ a Senatu. Utrumque eft in excerptis Polybii.

„*xx*) (ESTNE POPULUS COLLATINUS IN SUA „POTESTATE?) Quibus verbis utebatur Tarqui„nius, recipiens populum Collatinum in fuam „poteftatem. *Liv. I. 73. Gron. h.*

„*yy*) (ET CAMPANI, CUM SE ROMANIS DEDI„DISSENT, FACTI DICUNTUR ALIENÆ POTESTATIS:) „De deditione Campanorum vide fupra *n. 3. & L.* „*2. c. 9. §. 6. Add. Liv. L. 7. c. 31.*

„*zz*) (JURIS ÆTOLORUM:) Add. *Juftin. L. 9. c. 1,* „ubi de Byzantio urbe ait; *Hæc namque urbs nunc* „*Lacedæmoniorum nunc Athenienfium juris habita* „*eft.*

„α) (EXEMTA SUNT:) per Auguftum oppida „maritima XVIII. *Gron. h.*

„β) (QUÆ

politanis. Sic Calatim oppidum coloniæ Capuensi, Caudium coloniæ Beneventanæ adjudicata cum territoriis suis apud Frontinum legimus. *Lib. 1.* Otho provinciæ Bæticæ Maurorum civitates dono dedit: quod apud Tacitum est. *Hist. 1.* β Quæ omnia convelli necesse est, si id recipimus, jus regendi semper subditum esse eorum judicio ac voluntati qui reguntur.

8. At vero esse reges qui populi etiam universim sumti arbitrio non subsint, γ tum sacra tum profana historia testantur. *Si dixeris,* inquit Deus populum Israeliticum alloquens: δ *Statuam supra me regem:* & ad Samuelem: ε *Indica eis jus regis qui regnaturus est super eos.* ζ Hinc rex unctus dicitur super populum, super hereditatem Domini, super Israelem: Solomo rex super totum Israelem. Sic David Deo gratias agit, η quod populum suum ipsi subjecerit. Et Christus: *Reges*, inquit, *gentium dominantur eis.* θ Notum illud Horatii: *Deut. XVII. 14. 1. Sam. VIII 4. 1 Sam. IX. 16. X. 1. XV. 1. 2. Sam. V. 2. 1 Reg IV. 1. Psalm. CXLIV. 2. Luc. XXII. 25.*

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Jovis.

9. ι Tres gubernandi formas ita describit Seneca: *Interdum populus est quem timere debeamus; interdum, si ex civitatis disciplina est, at plurima per Senatum transigantur, gratiosi in ea timentur viri: inter-* *Epist. XIV.*

„β) (QUÆ OMNIA CONVELLI NECESSE EST, „SI ID RECIPIMUS, JUS REGENDI SEMPER SUBDI-„TUM ESSE EORUM JUDICIO:) Si enim aliqua sum-„mæ potestatis pars penes populos illos victos re-„mansisset, populus victor disponere eo modo de „illis non potuisset.

γ) (TUM SACRA &C. HISTORIA:) Author ex sacra scriptura probat, reges judicio populi non fuisse subjectos: quanquam negari nequeat, jura regum apud Ebræos valde fuisse restricta: *videatur Cunæus de republ. Hebreor. & Sichardus de jure Ebræorum.*

ADDITIO.

„Imperium regum Ebræorum absolutissimum „fuisse, videbimus infra §. 20. n. 3.

„Cæterum Gronovius *in not. b.* regerit, hæc „exempla tam sacra quam profana non pertinere „ad quæstionem ubi Princeps omnia sacra & pro-„fana subvertit: Quod verum est, at nec Grotius „de tali Principe loquitur, sed tantum de eo qui ma-„le imperio utitur.

„δ) (STATUAM SUPRA ME REGEM:) Inde au-„tem non asseri posset, populum regem supra se con-„stituisse, si summum imperium penes populum „remansisset.

„ε) (INDICA EIS JUS REGIS, QUI REGNATURUS „EST SUPER EOS:) Ex hoc jure regio evidentis-„sime apparet, omne arbitrium, quod ante populi „fuit, in regem translatum esse: de quo late *cap.* „4. §. 3. agitur. *Adde infra* §. 20, n. 2.

„ζ) (HINC REX UNCTUS DICITUR SUPER PO-„PULUM:) adeoque tanquam superior, eoque jus „in populum habens.

„η) (QUOD POPULUM SUUM IPSI SUBJECERIT:) „Adeoque populum in sua potestate esse, non se „in potestate populi contendit.

„θ) NOTUM ILLUD HORATII:) *L. 3. Od. 1. Add.* „*Sen. in Thyeste v. 500.*

ι) (TRES GUBERNANDI FORMAS ITA DESCRIBIT:) Ex hac descriptione apparet, jus imperanti esse in populum, non contra.

Cæterum rectius duæ constituuntur formæ imperii extremæ, scl. regnum & respublica, seu status monarchicus & popularis: Mediæ enim formæ variæ esse possunt pro arbitrio civitatis: quod optime quoque observat *Joseph. contra App. c.* 2. ubi ait, gentes transtulisse summam potestatem vel in unum vel in omnes vel in paucos, quod ultimum infinitis modis fieri potest. Aliquando enim omnibus proceribus, seu familiis nobilium imperium competit, uti apud Venetos; aliquando quibusdam saltem, uti Genuæ: aliquando solis familiis plebanis ut in Helvetia; aliquando misceri solent formæ, ita ut & regi & proceribus, vel regi & populo, vel denique omnibus simul imperium competat, ut in regnis Angliæ & Germaniæ: civitas enim pro lubitu de suo imperio disponere potest.

ADDITIO.

„Grotius ex eo, quod quidam reges dentur, qui „aliis rationem dare non tenentur, probat, populo „nullum jus in talem regem competere.

„Equidem Gronovius *in not. b.* regerit ex eo „non sequi omnia subvertendi licentiam. Sed nec „Grotius id statuit, loquitur enim de Principe non „de tyranno sed qui imperio male utitur.

 „κ) (TA

interdum ſinguli quibus poteſtas populi & in populum data eſt. κ Tales ſunt quos Plutarchus ait: ȣ̓ κατὰ τȣ̀ς νόμȣς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχειν, *imperium habere* λ *non ex legibus modo,* μ *ſed & in leges,* & apud ν Herodotum Otanes ſingulare imperium ſic deſcribit: ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βȣ́λεται: *facere quod quis velit,* ξ *ita ut alii rationem non reddat.* Dioni quoque Pruſæenſi regnum definitur: ἐπιτάττειν ἀνυπεύθυνον ὄντα, *ita imperare ut alii ratio non reddatur:* Pauſanias Meſſenicis opponit βασιλείαν ἀρχῇ ὑπευθύνῳ, *regnum poteſtati tali quæ rationem actuum reddere debeat.*

Flamin.

III. Pol. XIV. 10. Ariſtoteles ο Reges quosdam eſſe ait cum eo jure quod alibi habet ipſa gens in ſe ac ſua. Sic π poſtquam Romani principes imperium vere regium uſurpare cœperunt, ϱ dicitur populus in eos omne

„κ) (TALES SUNT QUOS PLUTARCHUS AIT:) „Tales ſcl. reges, qui populi etiam univerſim „ſumti arbitrio non ſubſunt.

„λ) (NON EX LEGIBUS MODO:) Scl. ex diſpo- „ſitione populi.

„μ) (SED ET IN LEGES:) Ut ſcl. eas mutare „poſſit. Quia ſuperiorem non habet, qui obli- „gationem ei imponere poſſit. Sane vi poteſtatis „legiſlatoriæ, quam populus in principem trans- „tulit, hic abrogare leges pro lubitu poteſt.

ν) (HERODOT.) *L. 3. p. m. 85.*

„ξ) (ITA UT ALII RATIO NON REDDATUR:) „Imo id etiam ex pacto fieri poteſt, adeoque ta- „lis immunitas non tollit ſummam poteſtatem: „Ita parlamenta Angliæ hodieque rationes facto- „rum aliquando a rege exigunt: de quo plenius „agemus, *§. XI. XIV. & inprimis. §. XVI.* Sed „& e contrario imperium aliquando quoad jus ad- „miniſtrandi adeoque vi officii in alium confer- „ri poteſt ea lege ne rationes reddant &c. Di- „ctatores enim Romanorum, & Carthaginenſium „Imperatores ante conſtitutum Senatum ccotum „Senatorum immunes a reddendis rationibus fuere. „*Vide Juſt. L. 19. c. 2.*

ο) (REGES QUOSDAM ESSE AIT CUM EO JURE QUOD ALIBI HABET IPSA GENS IN SE AC SUA.) Unde Author merito concludit, jus ipſum quod gens habuit, in reges transferri, adeoque regem non amplius judicio hujus gentis ſubeſſe: Rex enim in jus populi ſuccedit.

„π) (POSTQUAM ROMANI PRINCIPES IMPERI- „UM VERE REGIUM USURPARE COEPERUNT:) Id „non ſub Julio Cæſare nec ſub Auguſto, ſed du- „centis poſt annis factum eſt, uti mox demon- „ſtrabimus.

„ϱ) (DICITUR POPULUS IN EOS OMNE SUUM „IMPERIUM ET POTESTATEM CONTULISSE:) Ce- „lebris hæc quæſtio eſt: *an unquam fuerit ali- „qua lex regia per quam populus Romanus omne „jus ſuum imperii in Cæſares contulerit?* Equidem „diſerte id affirmat Ulpianus *in L. 1. ff. de Conſt. „princ.* verba hæc ſunt: *Quod principi placuit, „legis habet rigorem, utpote cum lege regia, quæ „de imperio ejus lata eſt, populus ei & in eum „omne ſuum imperium & poteſtatem conferat.* Conf. „*l. 31. ff. Legibus.* Atque ad hanc legem regiam „paſſim provocat Juſtinianus *in §. 6. Inſt. de J. N. „G. & C.* item in *L. 1. §. 7. C. vet. jur. enucl.* ibi: „*cum enim lege antiqua, quæ regia vocatur, omne „jus omnisque poteſtas in imperatoriam translata „ſint poteſtatem* &c. Atque vi hujus legis conten- „dit Imperatores ſolutos eſſe legibus, *L. 3. C. teſ- „tam. add. L. 31. ff. L. 4. C. de Legibus.*

„At negamus *legem* aliquam *regiam* a populo „latam eſſe per quam jus proprium imperii in Im- „peratores unquam translatum fuerit.

„Quod ut rite intelligatur præmittendum eſt, „imperium in principem transferri poſſe VEL „JURE PROPRIO, vel JURE ADMINISTRA- „TIONIS: *Jure proprio* transfertur, quando po- „pulus ipſum jus imperii alicui confert, ita ut „unus ſuo & proprio jure omnia agere poſſit: „*Jure adminiſtrationis* autem quando ſola facultas „adminiſtrandi, adeoque ſolum exercitium impe- „rii, nomine reipublicæ peragendum, uni com- „mittitur, ita ut non ſuo & proprio jure, ſed vi „officii, nomine populi ac reipublicæ omnia agat: „Quæ latius explicata ſunt a B. Parente in *jur. publ. „c. 15. §. 4. c. 7. §. 1. ſeq.* & ab Autore infra *§. 10.* „Unde notanter Grotius *d. §. 10.* ait, jus imperii non „dependere a potentia agendi ſed a cauſa & titu- „lo: Sane fieri poteſt, ut is, qui miniſter ſaltem „eſt populi, & jure officii ſuam poteſtatem a po- „pulo tenet, omnia agere poſſit, exemplo Dicta- „toris, qui ſummam agendi poteſtatem habuiſſe „dicitur, *L. 2. §. 18. ff. O. J.* cum e contrario ejus „qui jure proprio imperium habet, poteſtas ſæpius „admodum reſtricta ſit, ut in regibus Angliæ & „Germaniæ apparet; quæ differentia a diſpoſitione „populi dependet. Cum enim populo jus impe- „rii natura competat, is pro lubitu de eo diſpo- „nere, & vel ſolam *adminiſtrandi* facultatem, ſed „liberrimam, vel ipſum *jus imperii*, ſed reſtrictum, „uni committere poteſt.

„His præmiſſis dicimus populum Romanum non „*jus imperii*, ſed ſolam *adminiſtrationem* Cæſari- „bus contuliſſe, *ſtatum* manſiſſe popularem ſolum- „que *exercitium* imperii in Cæſares eſſe transla- tum:

„num: adeoque legem regiam, i. e. talem legem „per quam regia seu propria potestas in Cæsares „collata sit, non exstare: Quod nunc probandum erit;

„*Primo* id probatur ex occasione, quæ caussam „dedit, ut paulatim paucis, tandem uni summa ad„ministrandi potestas concessa fuerit. Refertur „ea in *L. 2. §. 9. & 11. ff. de O. J.* ubi explicat Pom„ponius, (qui sub Marco & Commodo vixit, *vid.* „*van Eck princ. jur. L. 1. tit. 2. §. 32.*) quemadmo„dum necessitas ipsa curam reipublicæ ad Senatum „deduxerit, quia difficile plebs convenire cœpit, „populus autem difficilius in tanta turba homi„num; & tum §. 11. ita pergit: *Novissime sicut ad* „*pauciores juris constituendi via transisse, ipsis re*„*bus dictantibus videbatur; per partes evenit, ut* „*necesse esset reipublicæ per unum consuli: Igitur* „*constituto principe datum est ei jus, ut quod con*„*stituisset, ratum esset:* Sane aucta præcipuarum „familiarum potentia & auctoritate Senatus, in „partes ire, & potentiores sibi curam Reipublicæ „arrogare cœperunt. Unde bella civilia inter Syl„lam & Marium, inter Cæsarem & Pompejum, „inter Triumviros & denique inter Octavium & „Antonium orta sunt, ubi imperium Romanum „rapinis, cædibus, proscriptionibus, omnisque „generis criminibus innotuit. Ex quo igitur Ju„lius Cæsar, victis reliquis solus supererat, Se„natus Populusque Romanus omnium illarum ca„lamitatum memor judicavit, rem publicam pro „præsenti rerum statu non nisi ab uno administrari „posse, indeque totam reipublicæ curam uni Cæ„sari commisit, eumque morem in successoribus „continuavit. Atque hinc cum Augustus dubita„ret, num pristinam reipublicæ formam restituere „deberet, Mæcenas ex hac ratione dissuasit, quod „respublica Romana sub plurium imperio subsis„tere non possit. *Dio L. 52. f. 623. seq. L. 53.* „*f. 667. & L. 42. pr. L. 47. f. 472. Suet. in Aug. c.* „*28.* Unde quoque passim Scriptores Romani „Bruti consilium de occidendo Cæsare ex eadem „ratione improbarunt. *Vid. Sen. de benef. u. 20.* „*Tac. Ann. 1. 9. 10. & Hist. l. 1. 2.* & Dio, cum „Monarchicæ administrationis commoda exposuis„set addit: *Quæ si animis suis Brutus & Cassius* „*reputassent, nunquam præsidem procuratoremque* „*reipublicæ necassent d. l. 44. f.* 333. Sed & Sallu„stius Crispus, metuens, ne Tiberius vim princi„patus resolveret, cuncta ad Senatum vocando, „consilium dedit Liviæ ut filium dehortaretur, „*quis ea esset conditio imperii, ut non aliter ratio* „*constet, quam si uni reddatur. Tac. Ann. 1. 6. 7.*

„*II.* Caussa ergo, cur uni imperium a populo „Romano delatum fuerit hæc erat, quod admini„stratio penes Senatum i. e. penes plures salva esse „non potuerit. Uni ergo illa cura committeba„tur, & quidem ex decreto populi, adeoque is, „tanquam princeps Senatus, & vi officii, juxta „leges populi curam illam gerebat. Atque hinc „JULIUS CÆSAR etsi vi retinere potuerit ipsum jus „imperii, non tamen consultum id judicavit, nec „aliter quam ex lege populi id suscipere & admi„nistrare voluit: Quod (a) ex Dione apparet: „Postquam enim populus victo Pompejo decrevit, „ut Cæsar belli pacisque Dominus in omnes homi„nes esset, etsi nunquam ad Senatum aut populum „de iis retulisset, addit Dio, *id factum esse, non* „*quod is eam potestatem sibi ipse parasset, quia jam* „*ante omnia suo judicio conficiebat, sed ut jamnunc* „*secundum leges facere videri posset, & Romanos,* „*ut adhuc cives sui juris esse viderentur, hæc Cæ*„*sari decrevisse, quæ vel ipsis invitis obtinere* „*potuerit: Dio Lib. 42. f. 273.* Sane (b) Cæsar „potestatem exercuit, non proprio sed consulari, „Tribunitio ac pontificio jure, qui tituli officio„rum erant, nec aliter exercuit, quam ex decre„to populi, unde omnia eorum officia gessit, at„que ex eo capite omnibus comitiis præfuit. *Dio* „*L. 42. fol. 274.* Sed & (c) populus plurima pri„vilegia decrevit Cæsari, ut triumpharet de Juba „nondum victo, *d. f. 247.* ut Consulibus in sella „curali assideret, *Dio Lib, 43. f. 306. & L. 44.* „*f.* 34. semper primus omnium sententiam diceret, „*d. f.* 306. Ut magistratus aliosque honores, quos „populus tribuere consueverat, ipse conferret: „*L. 43. f.* 306. ut vestem triumphalem gereret, „laurea corona semper & ubique uteretur, nec „non nomine liberatoris & Imperatoris. *Dio L.* „*43. f. 325. seq.* ut solus milites haberet, solus pe„cunias publicas curaret, *f.* 326. de aliis vide *L.* „*44. f. 334. seq.* Atqui dari talia privilegia a po„pulo non potuissent, nisi jus imperii penes popu„lum fuisset; Atque hinc (d) cum Romani Cæsa„ris potentiam metuerent, ipse declarat, se non ita „fastu inflatum esse ut *tyrannidem* in eos affectaret. „*Dio L. 143. f.* 307. (tyrannis autem Romanis „erat regia potestas, seu tale imperium quod pro„prio jure exercebatur) unde alibi ait, se non *do*„*minium* (ita vocabatur regia potestas) sed *tute*„*lam eorum* gesturum neque *tyrannum* sed *ducem* „futurum, ita ut in omnibus his, quæ eorum „caussa agenda essent, & *Consul Dictatorque*; in læ„dendo autem quopiam *privati* loco haberi vo„luerit, *Dio L. 43. f.* 309. atque mox eos hor„tando ita pergit: *mutuo amore nos tanquam* NO„VOS CIVES *complectamur, & ut vos me tanquam* „*patris loco accipientes meæ prudentiæ* PROCURA„TIONISQUE VESTRUM *fructus capiatis egoque vos* „*liberorum instar* PATERNA CURA TUEAR. *d. f.* „309. Sane (e) leges quas tulit, non proprio con„silio tulit, sed communicata prius re cum primo„ribus Senatus aut toto aliquando ordine, *Dio L.* „*43. f.* 315. & postquam (f) Dio omnes honores „Cæsari decretos, imprimis imperatorium dignita„tem, eoque delatum, ut ipse putat, jus proprium „imperii recensuisset, statim addit, hæc omnia „a statu populari non abhorruisse, *Dio L. 43.* „*f.* 326. Unde (g) Dio Cæsarem vocat *præsidem* „*procuratoremque reipublicæ, L. 44. f.* 333. & An„tonius *præfectum urbis & imperii perpetuum:* „*Dio L. 44. f.* 364. quin (h) tantum abfuit, Cæ„sarem ex illis legibus jus regium accepisse, ut „cum quidam adulatorum regem eum nominas„sent ideo a tribunis plebis accusati fuerint. *Dio L.* „*44. f.* 337. imo iidem tribuni plebis diadema imagini „ejus impositum detraxere, *f.* 336. & cum Antonius „Lupercalibus Cæsarem regem salutaret, diade„maque imponeret, Cæsar recusavit utrumque & „in acta publica referri jussit, regnum se a popu„lo

„lu' per Consulem oblatum non accepisse *Dio* „*L.* 44. *f.* 339. Interim hi. actus causam suspi-„cioni dederc, quod regnum affectaret, *Dio L.* „44. *f.* 337. inde omnium in se odium convertisse „& causa id maxime necis ejus fuisse dicitur *Dio* „*L.* 44. *f.* 330. 339. & 341. Sane Antonio, occiso „Cæsare, pro crimine habitum fuit, quod regnum „suo solius arbitrio Cæsari tradiderit *Dio L.* 45. „*f.* 390.

„Certissimum igitur est sub Julio Cæsare legem „regiam non exstitisse neque jus proprium imperii „Cæsari unquam fuisse collatum. Equidem con-„trarium asserit *Dio L.* 143. *f.* 315. ubi ait, *im-„peratoris nomen ei collatum esse non ea ratione, „quod et merum imperium absolutaque potestas de-„lata fuerit, sed eo modo, quo nunc his, qui sum-„mum imperium obtinent, tum primo Cæsari pri-„mum imposuerunt, tanquam ipsi proprium,* quod „in Augusto repetit: *L.* 42. *f.* 648. *ibi: quo sum-„ma imperii demonstratur, quod patri quoque ejus „Julio & ejus filiis erat decretum.* Verum Dio hæc „prodidit temporibus Antonini Pii, ubi Impera-„tores imperium jam per 200 annos tenuerunt; „Tanto enim temporis intervallo potentia Cæsa-„rum in immensum aucta, Senatus vero authori-„tas adeo imminuta fuit, ut Cæsares jam palam „profiterentur ipsum *jus imperii* ipsis collatum „fuisse, indeque decreta antiqua populi Romani, „quibus nuda administratio concessa fuit principi-„bus, pro legibus regiis venditarent: Unde Ul-„pianus, qui eodem tempore vixit ex principiis il-„lius seculi ad legem regiam provocat: *T. 1. ff. „Const. princ.* Cæterum ex ante dictis satis con-„stat Cæsarem nunquam regnum i. e. jus proprium „imperii affectasse, nedum obtinuisse; sane si Cæ-„sari, ejusque filiis, jure legis regiæ imperium „competiisset, uti putat Dio *L.* 44. *f.* 315. & 320. „non opus fuisset filio ejus Augusto novo decretu „id conferre: Equidem negari nequit, populum de-„crevisse, ut omnia, quæ Cæsar acturus esset, rata „esse deberent. *Dio L.* 44. *f.* 335. & per hoc decre-„tum ei summam agendi, etiam contra leges, „potestatem concessam videri: At bene notandum „est, hos actus valere ex voluntate, ex ratihabi-„tione populi, neque ultra personam Cæsaris id „privilegium extendi non debet: Cæterum Cæsa-„rem vi officii imperium exercuisse satis probavi-„mus, neque enim ex potestate agendi jus regium „dijudicari vel inferri potest, nam dictatores quo-„que summam agendi potestatem habuerunt, ne-„que tamen jure proprio imperium tenuerunt.

III. Mortuo Cæsare administratio iterum cœ-„pit esse popularis: legem populus tulit, ne quis „in posterum dictator crearetur, *Dio L.* 44. *f.* „366. Antonius fuit Consul, Cæsar Octavius Tri-„bunus plebis *Dio L.* 45. *f.* 377. & 373. Hic An-„tonium coram populo accessivit. *ibid. f.* 378. Po-„pulus Octavio decrevit honores, *Dio L.* 46. *f.* „402. Antonium hostem declaravit, *ibid.* Du-„rante bello, cum nondum constaret, ad utram „partem victoria esset inclinatura, omnem potesta-„tem, quæ superioribus temporibus certis quibus-„dam hominibus erat præter morem majorum con-„cessa, populus antiquavit, edictumque proposuit „ne quis diutius anno cum imperio esset &c. *Dio* „*L* 46. *f.* 430. Octavio judicia & pœnam minatus „est, quod privato consilio copias contraxerit *L.* „46. *f.* 436. consulatum ei denegavit *f.* 430. *seq.* „Octavius Antonio & Lepido veniam a Senatu po-„puloque impetrare voluit. *L.* 46. *f.* 440.

„*IV.* Stante triumviratu status mere popularis, & „administratio penes triumviros fuit: Illi leges sta-„tuerunt opera Tribunorum *L.* 47. *f.* 444. orto „dissidio inter triumviros omnia authoritate po-„puli & Senatus agebantur: Augustus res a se ge-„stas exposuit populo, *Dio L.* 49. *f.* 533. Hic „varios Augusto decrevit honores, speciatim pon-„tificatum (quem tamen, quod contra leges esset, „acceptare noluit Id. *L.* 49. *f.* 533.) ut in publico „habitaret, ut eum lædens obnuxius esset pœnæ, „quæ tribunum plebis violanti dicta est. Id. *L.* 49. „*f.* 534. &c. Triumphus ipsi decretus Id. *f.* 549. „Antonius & Cæsar sese mutuo apud populum & „Senatum accusaverunt. *L.* 50. *f.* 555. Denique „Antonio consulatus a populo ademtus, ejusque „potestas omnis abrogata fuit. *f.* 538.

„*V.* Victo Antonio navali prælio apud Actium „Octavius solus rerum potitus est, *Dio L.* 51. *f.* „584. & *L.* 52. *f.* 611. Neque tamen status desiit „esse popularis: Nam 1.) populus ei plurimos ho-„nores decrevit, triumphum scilicet de Cleopa-„tra, ludos quinquennales in ejus honorem insti-„tuit: voluit ut feriæ essent natali ejus die, ut ei „ingredienti Senatus populusque cum conjugibus „& liberis obviam irent &c. ut per omnem vitam „suam tribunitiam haberet potestatem, ut eis, qui „ipsum implorassent intra pomœrium, ac extra, „usque ad D. passus, auxilium ferre posset Id. *L.* „51. *f.* 602. utque ad eum provocationes fierent, ac „ipse in omnibus judiciis suffragium quasi Miner-„væ ferret &c. *ibid.* Quæ proinde omnia ex de-„creto populi habuit. Atque hinc 2.) cum Agrip-„pa dehortaretur *Augustum a reipublica admi-„nistratione, & allegaret, non vacare crimine, si Se-„natum populumque Romanum in servitutem redi-„gere affectasset*, *Dio L.* 52. *f.* 612. Mecænas, „qui contrariam opinionem tenebat, protestatur, se „nolle auctorem esse, ut *tyrannidem in S. P. Q. „R. in servitutem redactum teneat*, sed ut ipse cum „optimatibus omnia quæ ex usu sunt, decernat, „neque contradicente neque repugnante quoquam „ex populo, ut quod is optimatesque communi „sententia statuerint, id statim vim legis habeat. „*Dio L.* 52. *f.* 623. Atque tandem concludit „Augustum, si eam, quam par est, curam reipu-„blicæ gesserit, BONUM CIVEM futurum: Id. (*L.* „52. *f.* 625.) Idem Octavius varia officia gessit, „scil. consulatum, *Dio L.* 52. *f.* 647. & *f.* 650. „Censor factus, *L.* 53. *pr. f.* 650 Princeps Sena-„tus dictus pro ea more, qui integro etiamnum „populi statu in republica erat receptus, *ibid.* nu-„tari merentur verba Dionis *L.* 53. *f.* 665. *Ceterum „omnia ex sententia Imperatoris aguntur: Quod „ne videantur Imperatores ex potentia potius* QUAM „LEGIBUS *habere, omnia qua in populari forma rei-„publica multum valuere, Senatu populoque volen-„tibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt, ex-„cepta dictatura: Consules enim fiunt &c. proconsu-„les*

„*les dicuntur, nomenque Imperatoris semper gerunt*
„*loce nominis regii & dictatoris: quæ semel e* RE-
„PUBLICA SUBLATA *non imponunt sibi &c. censoriam*
„*authoritatem & summum pontificatum ac tribuni-*
„*tiam potestatem sibi conferri patiuntur &c. Hæc*
„*igitur singula cum legibus fuerint stabilita in ea rei-*
„*publica institutione, qua penes populum est summa*
„*rerum; Imperatores cum ipsis nominibus sibi sumunt,*
„*ut* NIHIL SIBI A SUBDITIS NON DATUM HABE-
„RE VIDEANTUR: Hinc 4.) Augustus consulatu
„perfunctus juramentum patrio more præstitit *L.*
„53. *d. f.* 652. 5.) cum porro declararet, populo
„se cessurum imperio his verbis usus est: *Recipite*
„*jam nunc libertatem, & pristinam reipublicæ for-*
„*mam, accipite arma gentesque vobis subditas, &*
„*vestro more rempublicam gerite:* & mox: *ego sa-*
„*ne justissimum esse censeo, vos vestras res ipsos ad-*
„*ministrare: Dio L.* 53. *f.* 635. *seq.* Et cum 5.)
„Senatus populusque confirmassent, ut solus im-
„perium gereret, tamen popularis opinionem sibi
„parare studuit, indeque cum Senatu populoque
„administrationem provinciarum divisit. *Dio L.*
„53. *f.* 659. Imo 6.) ut Romanos a suspicione
„regiæ potestatis abduceret, imperium saltem de-
„cennale in suas provincias recipere voluit *d. L.* 53.
„*f.* 660. & continuatis decenniis per totam vitam
„summum imperii ex decreto populi obtinuit, *ibid.*
„*f.* 663. Postea 7.) varii honores a populo ei de-
„creti sunt, ut ante ejus domum lauri poneren-
„tur, ut Augustus diceretur &c. *ibid. fol.* 664. pa-
„ter patriæ vocaretur. *Suet. in Aug. c.* 57. Sed &
„8.) ex Dione constat, Cæsarem Romuli nomen
„vehementer appetiisse, at, cum sentiret hinc se
„suspectum affectati regni fieri, id omisisse, *d. f.*
„664. Hinc nomen regis deprecatus est, neque
„dictator dici voluit, dominique appellationem
„exhorruit. *Suet. in Aug. c.* 52. *Dio L.* 53. *f.* 665.
„idque publico edicto prohibuit. *Suet. in Aug. c.* 53.
„9.) Comitia populi quoque habebantur *Dio L.* 53.
„*f.* 669. Sane etsi potissima arbitrio principis,
„quædam tamen, studiis tribunorum fiebant. *Tac.*
„*Ann. L.* 1. *c.* 15. Unde Augustus suffragia populi
„re magis quam verbis sustulisse dicitur: *Suet. in*
„*Cal. c.* 16. & *c.* 40. Sed & postquam 10) Impe-
„ratores publice profitebantur imperium proprio
„jure sibi delatum esse, simul tamen invidiæ vitan-
„dæ causa professi sunt se de legibus vivere velle.
„Paulus, (qui sub Alexandro Severo vixit eique a
„consiliis fuit,) *inverecundum esse* dixit *Imperato-*
„*rem ex imperfecto testamento legata vindicare*, ad-
„ditque rationem, *quod tantæ majestati deceat eas*
„*servare leges, quibus ipse solutus videtur: l.* 33.
„*ff. Leg.* 3. Theodosius & Valentinianus: *Dignam*
„*esse vocem majestati regnantis*, ajunt; *legibus alli-*
„*gatum principem se profiteri.* Et tum addunt
„*adeo de authoritate juris nostra dependet authori-*
„*tas, & revera major imperio est submittere legibus*
„*principatum: L.* 4. *c. Legibus.*

„Hinc 11.) ratio apparet cur temporibus Justi-
„niani adhuc dubitatum fuerit: *an Imperator leges*
„*interpretari possit, quæ olim a populo & Senatu la-*
„*tæ fuerunt. L. f. C. de Legibus:* Cum enim Im-
„ratores nunquam proprio jure imperium adeoque
„nec jus condendi leges habuerunt, sponte sequi-
„tur eos, nec interpretandi facultatem sibi arro-
„gare potuisse, At prævaluit potentia Imperato-
„rum, fabula de lege regia subnixa. *d. l. f.*

„Neque *obstat* 1.) quod *Dio* ait, Imperatoris
„nomen Augustum accepisse, non quale propter
„victoriam tribui vetusto more solebat, sed *quo*
„*summa imperii* demonstraretur, quod patri quo-
„que ejus Julio & ejus filiis erat decretum. *L.* 52.
„*f.* 648. nam per delationem hanc imperii statum
„non desiisse esse popularem in præcedentibus ex
„historia Romana demonstravimus.

„*Obstat* 2.) quod Augustus inter merita sua re-
„putaverit, quod regiam potestatem deponeret:
„L. 53. *f.* 654. & *f.* 655. quod dicat se privatum potius
„cum gloria vivere, quam *regnum* gerere cum
„periculo velle &c. *f.* 656. Se paratiorem esse mori
„privatum quam *regem* perpetuo vivere. *L.* 53. *f.*
„656. Adeoque veram regiam potestatem habuis-
„se videtur. Resp. loquitur Augustus de eo, quod
„actu potuit, non de eo, quod jure: ipse initio
„orationis ait: *me posse perpetuum in vos obtinere*
„*imperium ipsi cernitis, d. f.* 652. Sane milites &
„ærarium in ejus erant potestate, competitores de-
„leti erant, *ibid* &c. at mox declarat se nolle po-
„tentia sua uti, ne quisquam dicat se ea, quæ egis-
„set, propter summum sibi imperium parandum
„fecisse, *d. L.* 53. *fol.* 653. arma leges & provincias
„ideo vult restituere, ut perspiciant Romani se ab
„initio nequaquam potentiam aliquam animo pro-
„positam habuisse, *d. L.* 53. *f.* 653. adeoque se so-
„lum administratorem reipublicæ & principem,
„seu primum Senatus haberi voluit, omnem
„potestatem suam sub nomine & titulo officiorum
„tenuit; ipseque regis ac domini nomen abhor-
„ruit, uti ante vidimus: Neque enim tuto regia
„potestate uti potuisset; exemplum Julii Cæsaris
„præsentissimum erat, qui de regno se suspectum
„reddidit, & ideo occisus fuit insidiis. *Obstat*
„3.) Quod Augusti legibus soluti, atque hoc ipso
„omnia agendi licentiam consecuti sint. *Dio L.*
„53. *f.* 666. Nullibi hoc privilegium concessum
„est Cæsaribus, nam Julio Cæsari quidem constat
„decretum esse ut omnia quæ ageret, rata esse de-
„beant, non vero ut legibus in genere solutus sit.
„Augustus post delatum ei a populo imperium, &
„post confecta bella noluit promisses populo viri-
„tim centenos denarios distribuere nisi Senatus as-
„sensisset; & de hoc speciali casu refert Dio:
„*Senatum omni eum legum necessitate liberasse: L.*
„53. *f.* 675. adeoque certum est, legem expressam
„& generalem, qua Augusti omnibus reipublicæ
„legibus soluti fuerint, nunquam exstitisse, & pri-
„vilegium, quo Octavius a legis necessitate libera-
„batur, saltem de casu singulari loqui.

„Equidem negari nequit posterioribus tempo-
„ribus Cæsares decreta populi in præcedentibus al-
„legata pro *lege regia* declarasse, atque vi illorum
„decretorum proprio jure sibi imperium arrogas-
„se; Unde ex usu eorum temporum Dio, Ul-
„pianus aliique statuerunt, *Principes vi illius le-*
„*gis regiæ solutos esse legibus*, quod tamen ab ini-
„tio nec Cæsares ambierunt, nec populus decre-
„vit, uti ex sequentibus magis apparebit.

„Quando igitur 4.) Augustus apud *Suetonium*
„*in Aug. c.* 28. *se novi status novæque Reipublicæ*
„*authorem* jactitat, id intelligendum de statu ad-

„miniftrationis. Hinc quod Dio ait, Cæfares „*plenam habuiſſe poteſtatem etiam regiam &c.* „*ſummam reipublicæ penes unum hominem fuiſſe* &c. „& *omne populi Senatusque imperium in unum* „*Auguſtum rediiſſe vid.* Dio, *L.* 53. *paſſim* perti„nent ad ea tempora, ubi Cæfares decreta populi „in eum fenfum detorferunt.

„*VI.* Neque Tiberius, Augufti fucceffor, pro„prio jure imperium fibi arrogavit: Nam 1.) ipfe „ab initio detrectavit imperium, *Suet. in Tib. c.* 24. „2.) mox paulo minus ac privatum egit *ibid. cap.* „26. 3.) Prænomen Imperatoris recufavit, *ibid.* „*Dio; L.* 57. *fol.* 780. 4) Dominus vocari noluit „*Suet. c.* 27. *Dio L.* 57. *f.* 785. 5.) in civitate li„bera liberam linguam effe debere dixit *Suet. c.* 28. „6.) bonum & falutarem principem Senatui fervire „debere afferuit. *Suet. c.* 29. Ex hiftoria Romana „apparet, Senatum confervaffe & majeftatem prifti„nam & poteftatem, unde in omnibus caufis ma„gni & parvi momenti ad Senatum referebatur „Suet. *in Tiber. c.* 30. *Dio L.* 57. *f.* 784. Taci„tus *Ann. L.* 1. *c.* 7. ait, *cuncta per conſules eum* „*incepiſſe tanquam vetere republica, ne edictum* „*quidem, quo patres in curiam vocabat, niſi tribu„nitiæ poteſtatis præſcriptione poſuiſſe ſub Auguſto* „*accepta:* In edicto autem poluit fe unum id ex „publicis muneribus ufurpare *d. c.* 7. Atque hinc „ipfe voluit, ut miles, qui Agrippam occidit, ra„tionem ejus redderet apud Senatum *Tac. Ann. L.* „1. *c.* 6. Sed & reprehendit confulares, quod non „ad Senatum referrent, quafi non omnium tri„buendorum ipfi jus haberent. *Suet. in Tib. c.* 32. „8.) Dio ait, *Principis ſenatus, more antiquo* „*nomen ſibi tribuiſſe ſæpius dicens, dominum ſe ſer„vorum, Imperatorem militum, Principem cætero„rum eſſe, eumque ſæpius precatum ſibi eſſe tantum* „*vitæ & imperii tempus, quantum reipublica con„duceret;* & tandem addit, *adeo popularem fuiſſe,* „*ut neque per ſuam fortunam jurare cuiquam per„miſerit, neque præter conſuetudinem quicquam* „*fieret natali ſuo L.* 57. *f.* 785. Atque hinc 9) ipfe „in Senatu votum fuum dicebat interrogante con„fule, *Dio L.* 58. *f.* 801. adeo ut in votando Tri„bunus plebis prævaluerit, etfi fententia Drufi & „Tiberii jam vicerit. Unde Dio *d. L.* 57. *f.* 792. „addit, *forma præcipua reipublicæ popularis ima„ginem videri potuiſſe.*

Denique & 10.) certum eft Auguftum omnem „fuam poteftatem vi tribunitiæ poteftatis *Tac. ann.* „*L.* 1. *c.* 7. & 10. & vi confulatus, *Dio. L.* 51. „*f.* 797. *L.* 58. *f.* 804. & 805. geffiffe, & a Senatu „hæc officia, æque ac alii honores, decretos fuif„fe: *Dio d. L.* 58. *f.* 812.

„*VII.* Sub Caligula ftatus reipublicæ adeo non „immutatus fuit, ut ex decreto demum Senatus, „contra Tiberii teftamentum, jus arbitriumque „omnium confecutus fuerit *Suet. in Calig. c.* 14. „*Dio L.* 59 *f.* 825. Is ab initio adeo fe popula„rem oftentabat, ut nihil ad Senatum aut popu„lum fcriberet neque ullum Imperatoris nomen „ufurparet: *Dio L.* 59. *f.* 827. Quin populo fuf„fragia reddere voluit. *Suet. Calig. c.* 22. *Dio. d. l.* „*f.* 830. & actu reddidit, *L.* 59. *f.* 834. & 845. „Unde Dio concludit: *Ita forma ſtatus in re„publica popularis conſervabatur, res aderat: d. f.* „845. Atque hinc cum triduo Senatum abrogaf„fet, Suetonius ait rempublicam per triduum fine „fumma poteftate fuiffe in *Calig. c.* 26. Equidem „negari nequit, admodum fæviffe Caligulam, & „omnia crimina impune peregiffe: At eadem, quin „majora crimina fub libera republica temporibus „Syllæ, & triumviratus perpetrata fuere, adeoque „non a poteftate agendi, fed a caufa ftatus rei„publicæ dijudicari debet: Neque per violentias „Caligulæ ftatum mutatum effe apparet ex eo, quod „Suetonius ait, *parum abſuiſſe, quin ſpem princi„patus in regni formam* (adeoque proprio jure non „tenebat) *converteret: Calig. c.* 22. Præterea Cali„gulam officia reipublicæ, nimirum confulatus &c. „geffiffe conftat. *Dio. L.* 59. Eumque imperio „reipublicæ fubfuiffe vel ex eo patet, quod Sena„tus memoriam ejus poft mortem delere voluerit. „*Dio. L.* 60. *f.* 859.

„*VIII.* Mortuo Caligula quidam Senatorum fum„mam reipublicæ populo reftituendam effe opina„ti funt: *Dion. L.* 60. *f.* 855. Ideoque Claudio „edixerunt, ne imperium caperet, fed fub po„puli Senatusque & legum poteftate effet. At cum „ab exercitu Imperator proclamatus effet, Senatus „ei imperium invitus decrevit. *Dio L.* 60. *f.* 856. „Geffit autem hoc imperium itidem fub officiorum „titulis, *Dio L.* 60. Sane ipfum imperium om„nesque honores ex decreto Senatus eum obtinuiffe „tradit *Dio ibid.*

IX. Nero a militibus Imperator falutatus mox „decreto Senatus fummam reipublicæ obtinuit. „*Tac. ann L. c* 12. *c.* 69. officia confulatus geffit. „*Tac. ann. L.* 13. *c.* 31. & 34 *L* 14. *c.* 20. & poft „mortem per decretum Senatus damnatus fuit. „*Suet. in Ner. c.* 49.

X. Sequentia imperia mere violenta fuere, in„primis poftquam imperii arcanum evulgatum fuit, „poffe Imperatorem alibi fieri quam Romæ. *Tac.* „*hiſt.* 1. *c.* 4. At nihilominus Imperatores a militi„bus proclamati confirmabantur decreto Senatus: „idque apparet exemplo Vefpafiani, cui, poftquam „a militibus Cæfar Auguftus & Imperator dictus „fuit *Tac. Hiſt. L.* 2. *c.* 80, Senatus Romæ cuncta „principibus folita decrevit. *Hiſt.* 1 4. *c.* 31. Extat „decreti illius pars hodieque in ædibus Johannis „Lateranienfis, capita ejus exhibet *Ant. Auguſtin.* „*de legibus* voce, *lex regia* contenta hæc funt 1.) „ut fœdus cum quibus volet facere liceat, 2.) ut ei „Senatum habere, relationem facere, remittere, „Senatus confulta per relationem difceffionemque „facere liceat, 3.) quidquid ejus voluntate & juffu, „præfente eo a Senatu decretum eft, ut id pro ju„re haberetur, ac fi e lege Senatus edictum effet, „4.) ut eorum, quos ipfe ad obtinendos magiftra„tus commendaverit Senatui populoque Romano, „in comitiis extra ordinem ratio haberi debeat, 5) „ut fines pomerii proferre & promovere liceat, „6,) ut omnia quæ ex ufu reipublicæ effe cenfe„bit, agere liceat, 7,) quibus legibus plebisve fci„tis fcriptum fuit'ne Divus Auguftus Tiberiusve, „Julius Cæfar Auguftus Tiberiusve Claudius Cæ„far tenerentur, iis legibus plebisque fcitis Impe„rator Cæfar Vefpafianus folutus fit, quæque ex „qua-

omne ſuum imperium & poteſtatem contuliſſe, σ etiam in ſe, ut interpretatur Theophilus. Hinc illud dictum M. Antonini Philoſophi: τ *Nemo niſi ſolus Deus judex principis eſſe poteſt.* Dio Lib. LIII. de tali principe: αὐτοτελὴς ὄντως, καὶ αὐτοκράτωρ, καὶ ἑαυτȣ͂, καὶ τῶν νόμων, πάντα τε οἷα βȣ́λοιτο ποιῇ, καὶ πάντ' ὅσα ἂν μὴ βȣ́λοιτο μὴ πράττῃ: *Inſt. de jur. nat. §. ſed & quod. Xiph. vit. M. Ant. l. 4.*

Liber

„quaque lege rogatione Divum Auguſtum, Tiberiumve, Claudium Cæſarem facere oportuit, ea „omnia Imperatori Cæſari Veſpaſiano Auguſto „facere liceat, 8.) ut omnia quæ ante hoc decretum geſſit rata ſint: & tandem 9) additur ſanctio, ut ſi quis civis juſſu Principis contra leges „aliquid fecerit, id hujus legis ergo fraudi ei eſſe „non debeat, neque actio in eum ſit.

„Ex quo edicto ſatis conſtat ſtatum Democraticum fuiſſe: Eo enim pertinet, 1.) quod Veſpaſianus imperium ipſum ex decreto Senatus acceperit; & quidem ſub titulo officiorum, nam conſulatum geſſit, *Tac. A. L.* 4. *c.* 38. 2.) Quod „Auguſti legibus ſoluti fuerint non ex *lege aliqua* „*regia*, ſeu quod propria poteſtas ipſis collata eſſet; „ſed ex privilegio, adeoque ex beneficio Senatus. „3.) Quod Veſpaſianus non in genere legibus ſolutus fuerit, ſed NB. NB. iis tantum quibus Auguſtus, Tiberius, & Claudius ſoluti fuerunt; quod in „quibusdam ſaltem caſibus factum eſſe ſupra vidimus: uti cum Julio Cæſari conceſſum fuit, ut ad „decennium dictator eſſet, & quinque annis continuis conſulatum gereret: *Dio L.* 42. *f.* 273. „utrumque legibus repugnabat. Ita Auguſto permiſſum fuit ut contra leges denarios populo diſtribueret. &c. *Dio L.* 53. *f.* 675.

„*XI.* Sed & ſub ſequentibus Imperatoribus imago „reipublicæ ſuperfuit; Nam & Trajanus id unice „curavit ne quid regium oſtentaret, ſed verum „principem gereret, qui proinde ſubeſſet Senatus populique judicio. *Plin. paneg. Grot. L.* 1. *c.* 4. „*§.* 6. unde pugionem præfecto prætorio tradidit, „ajens: *hoc pro me utere ſi recte impero: ſi male,* „*contra me: Zonar. ad ann.* 2. *in vit. Traj.* quod „imitati poſtea ſunt Pertinax & Macrinus, quorum „orationes exſtant apud *Herodianum.* Sed & poſtquam Imperatores palam, & ſine ulla diſſimulatione, proprio jure regnum ſibi delatum contenderent, ſpeciem tamen reipublicæ conſervarunt. „Ita enim Senatus jus condendi leges ſub Alexandro Severo habuit, teſte Ulpiano (qui eo tempore vixit. *Vid. van Eck princ. jur. tit. de or. jur.* „*§.* 37.) in *l.* 9. *ff. de legibus:* & Dio Caſſius de „Imperatoribus ſui temporis (vixit autem eodem „tempore) ait, *eos, ut videantur ex potentia potius quam legibus habere omnia, quæ in populari* „*ſtatu maxime valebant ſenatu populoque volentibus, ea cum ipſis nominibus in ſe recipere ſolere, excepta dictatura: Conſules enim ſæpe fieri, Proconſules dici, nomen Imperatoris ſemper gerere, loco nominis regii & dictatoris, quæ ſemel e republica ſublata, ut non imponant ſibi, ita eorum* „*vim ac rem ipſam imperatorio titulo confirment; cenſores fieri, pontifices, tribunos &c.* „*atque hoc modo omnem totius reipubl. poteſtatem* „*accipere ac regiam etiam, niſi quod invidiam nominis vitent.* Tandem concludit: *hæ ſunt appellationes iſtæ quibus Imperatores ſecundum leges* „*ac inſtituta noſtris etiam temporibus utuntur. Dio* „*L.* 53. *f.* 665. *ſeq.*

XII. Aurelianus Primus regio ornatu uſus eſt, „diadema capiti innexuit, gemmisque, & aurata „omni veſte, quod incognitum adhuc Romanis fuit, „uſus eſt. *Aurel. Vict. in Aureliano:* Succeſſor ejus „Tacitus non a militibus, ſed ex Scto factus eſt Imperator. *Gutbberlet. chron. in Tac.* Qui huic ſucceſſit Valerius probus a juſtitia laudatur, & traditur ſub ejus regno Senatum leges firmaſſe, de „appellationibus cognoviſſe, proconſules creaſſe, „legatos conſulibus dediſſe &c. *Grot. J. bell. L.* 1. „*c.* 3. *§.* 17, *in not.* Sub Honorio modus ille adhuc obtinuit, quo Cæſares populum adorabant „(de quo more *vid Tacit. Ann. 1. c. 26. & Sueton.* „*in Claudio c.* 12.) uti ex Claudiano apparet. *Vid.* „*infr. §.* 10. *n.* 3. Umbra igitur reipubl. ſemper „continuavit, Imperatores officia reipublicæ geſſerunt, Valens & Valentinianus publica lege declararunt, ſe etſi legibus liberati ſint, tamen illis vivere velle, *L.* 4. *C. Leg.* Sane ſub Juſtiniano dubitatum adhuc fuit, an Imperator leges „abrogare poſſit. *L. f. C. de legibus.* quia quidem „ſtatutum eſſet, ut illi legibus ſoluti ſint, non vero ut leges a Senatu populoque Rom. latas abrogare poſſint.

„*XIII.* Adeoque ex his apertiſſime conſtat, populum & Senatum nunquam jus ipſum imperii „in Cæſares contuliſſe, ſed primam ſaltem adminiſtrationis partem, idque titulo officiorum: „Apparet porro legem regiam nullam exſtare, qua „PROPRIO JURE poteſtas in Cæſares collata ſit, „ſed poſt ducentos demum annos Imperatores antiqua illa decreta in eum ſenſum torſiſſe, ac decreta illa LEGEM REGIAM vocaſſe.

„σ) (ETIAM IN SE:) i. e. in ipſum populum: „at id non ſpeciali lege decretum eſſe diximus, ſed „Imperatores, Senatu & populo ſubacto, privilegia a Senatu & populo 200 ante annis Cæſaribus „indulta, in eum ſenſum interpretati ſunt.

„τ) (NEMO NISI SOLUS DEUS JUDEX PRINCIPIS ESSE POTEST:) Quia Princeps ſuperiorem „non habet, utpote cum populus, cui ſumma „poteſtas antea competiit, omne jus ſuum in eum „tranſtulerit. An vero & quatenus Princeps ex pactis, obligetur, videbimus, *lib.* 2. *c.* 14. *per tot.* Conf. „*Diſſ. prooem. XII. §.* 421. & quid in eum liceat, „ſi notorie fines imperii excedat, explicabimus *c.* „*ſeq.* Conf. *dict. diſſ. XII. §.* 638.

Liber est, suique ac legum potens, ut & quod vult faciat, & quod non vult non faciat. Tale regnum jam antiquitus erat in Græcia regnum υ Inachidarum Argis: nam in Argiva Tragœdia supplicibus, sic populus Regem affatur φ apud Æschylum:

Σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δήμιον
Πρύτανις ἄκριτος ὢν,
Κρατύνεις βωμὸν ἑςίαν χθονὸς,
Μονοψήφοισι νεύμασι σέθεν.

Tu res populi, tuque urbs tota es,
Non judiciis subditus ullis,
Regni solio fultus ut ara,
Unoque regens cuncta arbitrio.

II. χ Longe aliter quam de Atheniensium republica rex ipse Theseus apud Euripidem loquitur:

——— ὐ γὰρ ἄρχεται
Ενὸς πρὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις
Δῆμος δὲ ἀνάσσει διαδοχαῖσιν ἐν μέρει
Ἐνιαυσίαισιν.

——— *hæc juris sui*
Parere domino civitas uni negat:
Rex ipse populus annuas mandat vices
Honores huic, illive.

Nam Theseus, ut Plutarchus explicat, belli tantum ducem & legum custodem agebat, ψ cœtera par civibus. Hinc factum, ω ut reges qui populo subsunt non nisi improprie reges appellari dicantur: Sic post Lycurgum, magisque post Ephoros constitutos, reges Lacedæmoniorum reges nomine non re fuisse dicuntur Polybio, αα Plutarcho

Lib. IV. Vit. Cleom. Vit. Agysi.

υ) (Grot.) (INACHIDARUM REGNUM:) Hi sunt ענקים. Deut. II, 10. ex qua origine & ענקה ὄγκα dea, cui templum Thebis Cadmus dicavit. Græci eam Pallada dixere. Dicuntur Æschylo Inachidæ fuisse Pelasgi, id est extorres, a Syro פלג. Etiam qui Lacedæmonem primi tenuere Pelasgi erant, unde Abrahamo se cognatos dicebant Lacedæmonii in historia Maccabaica. Sicut autem Argivi Reges plenissima usi potestate, exemplo Orientis unde venerant; sic & reges Thebani, e Phœnicibus. Apparet id ex Creontis verbis apud Sophoclem, & fecialis Thebani Supplicibus Euripidis.

„φ) (APUD ÆSCHYLUM:) Imo non populus „eum alloquitur, sed peregrinæ & supplices fœ„minæ, quæ rogabant in tutelam suscipi & de„fendi contra Ægyptios classe persequentes, & ideo „blandiebantur regi, qui vero se id sine populi „consensu nec velle nec posse facere ait. *ibid. v.* „402. *Adde Gron. b.*

„χ) (LONGE ALITER QUAM DE ATHENIEN„SIUM REPUBLICA &c.) Atheniensium ducibus „non jure proprio, sed vi officii, & jure admini„strationis saltem, potestas competiit, de qua dif„ferentia plenius agemus *infra §. X. & XI.*

ψ) (Grot.) (CAETERA PAR CIVIBUS:) Thesei filius Demophon in Heraclidis Euripidis:

Ὀυ γὰρ τυραννίδ' ὥςε βαρβάρων ἔχω,
Ἀλλ' ἤν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.

Nec enim potestas barbarum in morem mihi,
Sed justa refero obsequia, dum juste impero.

ω) (UT REGES QUI POPULO SUBSUNT, NON „NISI IMPROPRIE &c.) *Vid. §. seq. n. 2.*

„αα) (PLUTARCHO:) Qui tantum loquitur de „Cleomene solo & vitio eorum temporum, (non in „genere de regibus Lacedæmoniorum.) Scl. post „eorum latrocinio sublatum Agin. *Plut. in Cleom.* „p. 705. *Gron. b.*

„ββ)

cho ββ Cornelio Nepoti. γγ Quod exemplum secuti & alii in Græcia. Pausanias Corinthiacis: Ἀργεῖοι δὲ ἅτε ἰσηγορίαν ταὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτȣ, τὰ τῆς ἐξȣσίας τῶν βασιλέων εἰς ἐλάχιςον προσήγαγον, ὡς μηδενὶ τῶν Κείσȣ καὶ τοῖς ἀπογόνοις ἢ τὸ ὄνομα λειΦθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. *Argivi, jam olim æqualitatis & libertatis amantes, regiam potestatem in minimum redegerunt, ita ut Cisi filiis ac posteris præter nomen regni nihil relinquerent.* Sic & apud Cumæos de Regibus judicasse Senatum notat Plutarchus. δδ Talia regna negat Aristoteles constituere propriam speciem gubernationis, quia scilicet partem tantum faciunt in republica optimatium aut populi. *Quæst. Gr. III. Pol. 12.*

12. Quin & in populis qui perpetuo regibus non subsunt exempla videmus εε quasi temporarii regni, quod populo non subsit. Talis erat potestas ζζ Amymonum apud Cnidios, ηη & apud Romanos Dictatorum primis temporibus, θθ cum ad populum provocatio non esset; unde Dictatoris edictum pro numine observatum ιι ait Livius, neque usquam ullum nisi in cura parendi auxilium: Dictatura κκ obsessam vim regiæ potestatis Cicero. *Plutarch. in Marcell. Halic. l. v. Liv. L. II.*

13. λλ Quæ pro contraria sententia adferuntur argumenta, ea solve-

ββ) (Grotius) (CORNELIO NEPOTI:) Verba ipsius, aut quisquis is est qui vitas illustres scripsit in Agesilao: *Ut duos haberent reges nomine magis quam imperio.* Alibi: *Lacedæmoniorum autem Agesilaus nomine non potestate fuit rex, sicut cæteri Spartani.*

„γγ) (QUOD EXEMPLUM SECUTI ET ALII IN „GRÆCIA:) Ut Carthaginenses apud Nepotem „*Hannibal. c. 7.* & Justinum *L. 2. c. 2. n. 1.*

„δδ) (TALIA REGNA NEGAT ARISTOTELES „CONSTITUERE PROPRIAM SPECIEM GUBERNA„TIONIS:) Quia populus saltem administrationem „uni committit, non jus ipsum imperii transfert: „adeoque hi reges non jure proprio imperium ha„buerunt, sed tantum vi officii, nudique mini„stri populi fuere. Unde etiam in hos Duces sæ„pius animadversum legimus, uti passim in Ne„pote videre est. de Pausania vide *Ælian. L. 4. c. 7.*

εε) (Grot.) (QUASI TEMPORARII REGNI:) Livius Salinator in Censura omnes tribus, excepta una, ærarias fecit, ac sic ostendit jus sibi esse in populum omnem.

ADDITIO.

„Author ait summam potestatem adeo non esse „in populo, ut etiam reges temporarii fuerint, qui „tamen populo non subfuerunt. Sane populus de „suo jure vel ad tempus vel in perpetuum dispo„nere potest; si proinde ad tempus disponit, intra „illud tempus jus summæ potestatis populi suspen„sum est. Tale regnum proposuit Nabarzanes „apud *Curt. L. 5. c. 9.* ubi præfectum Bactrianæ „Bessum regem ad tempus constituendum sua„det; nimirum sub lege, ut compositis rebus justo „regi restituat regnum. *Vid. Tesm. b.*

„ζζ) (AMYMONUM:) Plutarchus eos vocat „Amnemones: *Græc. quæst. 292. Gron. b.*

ηη) (ET APUD ROMANOS DICTATORUM:) Imo Dictatorum potestas non fuit propria, sed saltem vicaria: Neque enim inspiciendum quid potuerint, sed ex qua causa: Nam fieri potest, ut jus imperii admodum in vero rege restrictum, officium vero, seu administrandi facultas officiali concessa, indefinita sit, de quo plenius *infra §. X.*

„θθ) (CUM AD POPULUM PROVOCATIO NON „ESSET:) Scl. ante decemviros: Illis enim remo„tis lege cautum, ne quis magistratus sine provo„catione crearet. *Liv. 55. Gron. b.* Cæterum ejus„modi Dictatores etiam apud Carthaginenses *Just.* „*19. c. 1.* imo & apud alias gentes liberas creaban„tur, *Alex. ab Alex. Gen. dier. 3. 24.* Sed non nisi „in gravissima necessitate, & ubi unius imperio omnia „committere ex salute reipublicæ erat: Sed adeo „hanc potestatem imperii timuisse populum, ut „dictaturæ usus 120. annis intermissus fuerit, testis „est *Vellej. Paterc. 2. 28. Vid. Tesm. b.*

„ιι) (AIT LIVIUS:) *L. 3. c. 34.* quasi vox divini„tus missa ait Seneca *Ep. 94.* Conf. *Gron.* & *Tesm. b.*

„κκ) (OBSESSAM VIM REGIÆ POTESTATIS CI„CERO:) Verba Ciceronis exstant *Philipp. II.* „Nam regia potestas, i. e. regendi potestas, erat „penes Consules, at Dictatore creato ipsa hæc re„gia consulum potestas suberat dictatoris imperio, „adeoque hic solus tenebat vim regiæ potestatis: „*Livius L. 8. c. 32.* ait: *Quæro de te, cum sum„mum imperium Dictatoris sit, pareantque ei con„sules, NB. regia potestas, prætores, &c.* Conf. *Liv.* „*L. 2. c. 1. & Cic. de leg. L. 3. c. 3. Tesm. b.*

„λλ) (QUÆ PRO CONTRARIA SENTENTIA.) Ha„ctenus Author probavit, summam potestatem re„gulariter non esse populi, indeque verum non „esse, eum reges coercere ac punire posse quo- ties

ſolvere difficile non eſt. Nam primum quod aſſeverant *μμ* eum a quo aliquis conſtituitur eſſe ſuperiorem conſtituto, verum duntaxat eſt in ea conſtitutione *νν* cujus effectus perpetuo pendet a voluntate conſtituentis; *ξξ* non etiam in ea, quæ ab initio eſt voluntatis, poſtea vero effectum habet neceſſitatis: *οο* quomodo mulier virum ſibi conſtituit cui parere ſemper neceſſe habet. *ππ* Valentinianus Imperator militibus qui ſe Imperatorem fecerant, poſtulantibus quod ipſi non probabatur, reſpondit: *Ut me ad imperandum vobis eligeretis, in veſtra ſitum erat poteſtate, ô milites! at poſtquam me elegiſtis, ϱϱ quod petitis in meo eſt arbitrio, non veſtro. Vobis tanquam ſubditis competit parere, mihi quæ facienda ſunt cogitare.* *σσ* Sed nec verum eſt. quod aſſumitur, omnes reges a populo conſtitui *ττ* quod exemplis patrisfamilias advenas ſub obediendi lege acceptantis, *υυ* & gentium bello devictarum, quæ ſupra attulimus, ſatis intelligi poteſt.

Sozom. hiſt Eccl l. xvi.

II. 14. Alterum argumentum ſumunt ex dicto Philoſophorum, regimen omne eorum qui reguntur, non qui regunt, cauſa eſſe paratum; *φφ* unde ſequi exiſtimant ex finis nobilitate, eos qui reguntur ſuperiores eſſe eo qui regit. Sed nec illud univerſaliter verum eſt: omne

„ties imperio male utuntur. *Vid. ſupra n. 1. ſeq.* „Jam dubia removet.

μμ) (EUM A QUO ALIQUIS CONSTITUITUR ESSE SUPERIOREM CONSTITUTO:) Cum ergo populus conſtituat regem, inde concludendum videtur, populum eſſe ſuperiorem. Reſpondet Grotius regulam hanc fallere in eis, quæ ab initio ſunt voluntatis & poſtea ſiunt neceſſitatis: Verior eſt reſponſio, regulam veram eſſe quoties quis ab alio conſtituitur vi & jure imperii; quia omne imperans ſuperius eſt eo cui imperatur. Eam autem fallere, quoties is, qui alium conſtituit, id facit vi pacti, & utriusque voluntate: Quod fit, ſi populus ſuo conſenſu jus imperii in alium transfert. Populus igitur hac conſtitutione adeo non fit ſuperior, ut potius ſuo ſe jure abdicet, & alterius imperio voluntate ſua ſe ſubmittat.

„*νν*) (CUJUS EFFECTUS PERPETUO PENDET A „VOLUNTATE CONSTITUENTIS:) Rectius, quoties „quis alium conſtituit vi & jure imperii.

„*ξξ*) (NON ETIAM IN EA &c.) adeoque nec „in conſtitutione imperii, quæ initio eſt volunta„tis, poſtea vero demum habet effectum neceſſi„tatis.

„*οο*) (QUOMODO MULIER VIRUM SIBI CONSTI„TUIT, CUI PARERE SEMPER NECESSE HABET:) „Uxor igitur quæ maritum dominum ſibi conſti„tuit, non eſt ſuperior conſtituto, quia hæc „conſtitutio non ſit jure imperii ſed ex pacto.

ππ) (Grot.) (VALENTINIANUS:) Verba ejus ſic refert Theodoretus IV, c. V. *ὑμέτερον ἦν ὦ ϛρατιῶται βασιλέως μὴ ὄντος ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας. ἐπεὶ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν ἐχ' ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων: Veſtrum fuit milites! cum Imperator nullus eſſet, mihi tradere imperii hujus habenas. Eas ex quo adeptus ſum, de cætero non veſtrum, ſed meum diſpicere quid reipublicæ expediat.*

„*ϱϱ*) (QUOD PETITIS IN MEO ARBITRIO:) Hi„ſtoriam præter Sozomenum allegatum in *L. 16.* „*c. 6.* etiam refert *Theodoret. Hiſt. Eccl. 14. c. 26.* „Add. *Ammian. Marcell. 26. c. 6.*

„*σσ*) (SED NEC VERUM EST QUOD ASSUMI„TUR OMNES REGES A POPULO CONSTITUI:) „Nam & jure belli regna acquiri poſſunt. Vide in„fra, *l. 3. c. 7.* Adeoque hoc ſaltem caſu populus, „qui non conſtituit regem, non poteſt ſuperior „dici Rege.

„*ττ*) (QUOD EXEMPLIS PATRISFAMILIAS AD„VENAS SUB OBEDIENDI LEGE ACCEPTANTIS:) „Per patremfamilias author intelligit privatum la„tifundia poſſidentem, qui advenas ſub lege obe„diendi recipit: At hoc exemplum huc plane non „pertinet. Paterfamilias enim advenas recipiens, „ipſe alterius imperio ſubeſt, adeoque alios ſub „obediendi lege acceptare, ac in eos jus ſummi „imperii ſibi ſtipulari nequit. *vid. ſupra n. 3.*

υυ) (ET GENTIUM BELLO DEVICTARUM QUÆ SUPRA ATTULIMUS:) *Vid. n. 6. & 7.* adeoque ubi populus, qui regem non conſtituit, ſuperior non eſt.

φφ) (UNDE SEQUI EXISTIMANT EX FINIS NOBILITATE &c.) Argumentum tale eſt: Finis nobilior eſt mediis; finis imperii eſt ſalus populi, media ſaltem ſunt Imperantes; Ergo populus nobilior eſt Imperante.

Author

omne regimen ejus qui regitur cauſa eſſe comparatum; [xx] nam quædam regimina per ſe ſunt regentis cauſa, ut dominicum: [ψψ] nam ſervi utilitas ibi extrinſeca eſt & adventitia: [ωω] ſicut Medici lucrum ad ipſam medicinam non pertinet. [aaa] Sunt alia regimina mutuæ utilitatis cauſa, ut maritale: [bbb] ſic imperia quædam eſſe poſſunt comparata ad regum utilitatem, ut quæ victoria parta ſunt, [ccc] & non ideo tyrannica dicenda ſunt, cum tyrannis, [ddd] ut quidem ea vox nunc intelligitur, injuſtitiam includat. Poſſunt & quædam utilitatem reſpicere tam ejus qui regit quam ejus qui regitur, [eee] ut cum populus impotens ſibi tuendo regem potentem imponit. Cæterum [fff] non nego in plerisque imperiis reſpici per ſe utilitatem eorum qui reguntur: & verum eſſe quod [ggg] Cicero poſt Herodotum, [hhh] Herodotus [iii] poſt Heſiodum dixit, fruendæ juſtitiæ cauſa reges conſtitutos. [kkk] Sed non ideo conſequens eſt, quod illi inferunt, populos rege eſſe ſuperiores: [lll] nam & tutela pupilli cauſa reperta eſt, & tamen tutela jus eſt ac poteſtas in pupillum. Nec eſt quod inſtet aliquis, [mmm] tu-

Author reſpondet 1.) univerſaliter verum non eſſe, omne regnum populi cauſa eſſe conſtitutum; 2.) finem non ſemper nobiliorem eſſe mediis, exemplo pupilli & tutoris.

Verior reſponſio eſt 1.) populum non eſſe finem imperii, ſed totam rempublicam, cujus principalior pars eſt ipſe Princeps. 2.) Finis imperii eſt juris tuitio, hic finis ex voluntate creatoris, non ex conſtitutione populi eſt, adeoque hactenus finis nobilior mediis dici poteſt. 3.) Non ſequitur: Quicquid nobilius eſt id etiam eſt ſuperius, ſic enim pupillus, uxor, ſervus &c. poſſunt eſſe nobiles, & tamen ſubeſſe juri tutoris, mariti, & domini plebeji.

„xx) (NAM QUÆDAM REGIMINA PER SE „SUNT REGENTIS CAUSA, UT DOMINICUM:) Poteſtas quæ domino in ſervum competit, improprie regimen dicitur, rectius dominium: adeoque hoc exemplo non probatur quædam regimina „eſſe regentis cauſa.

„ψψ) (NAM SERVI UTILITAS IBI EXTRIN„SECA EST ET ADVENTITIA:) Dominus enim, „curam habere ſolet ſervi, uti dominus curam „habet equi, at id non fit ſervi vel beſtiæ cauſa, „ſed ob propriam utilitatem: & hoc ſenſu utili„tas ſervi adventitia dici poteſt.

„ωω) (SICUT MEDICI LUCRUM AD IPSAM ME„DICINAM NON PERTINET:) Medicina enim in„venta eſt ægrotantium cauſa: hinc quod medi„cus lucrum inde accipiat, hæc utilitas eſt extrin„ſeca, nec ad medicinam pertinet.

„aaa) (SUNT ALIA REGIMINA MUTUÆ UTILITA„TIS CAUSA, UT MARITALE:) Marito non compe„tit regimen ſeu imperium in uxorem. Neque enim „conjugium imperium infert, ſed ſocietatem; at„que ex hac ratione utilitas communicatur: adeo„que ex hoc exemplo non probatur regna quæ„dam mutuæ utilitatis cauſa eſſe conſtituta.

„bbb) (SIC IMPERIA QUÆDAM ESSE POSSUNT „COMPARATA AD REGUM UTILITATEM, UT QUÆ „VICTORIA PARTA SUNT:) De jure quod in re„gna armis devicta competit, late agetur infra „*L. 3. c. 8*, Conf. *Diſſ. proœm. XII. §.* 751.

„ccc) (ET NON IDEO TYRANNICA DICENDA „SUNT, CUM TYRANNIS &c. INJUSTITIAM IN„CLUDAT:) Acquiſitio imperii, quæ juſto bello, „& per ultimam victoriam fit, pro juſto titulo „habetur: *vid. L. 3. c. 8.* adeoque tale regnum „bello quæſitum non eſt tyrannicum, ubi ſuppo„nitur imperium injuria occupatum eſſe.

„ddd) (UT QUIDEM EA VOX NUNC INTELLI„GITUR:) Nam olim juſti Principes ita appella„bantur. *Virg. Æneid. 7. v. 268. Pars mihi pacis „erit dextram tetigiſſe tyranni*, *Gron. b.*

„eee) (UT CUM POPULUS IMPOTENS &c.) „Rex hic conſtituitur ob ſolam utilitatem populi: „ideo enim impotens populus potentem regem „eligit, ut jus populi defendat.

„fff) (NON NEGO IN PLERISQUE:) Imo in „omnibus imperiis quæ non bello ſunt occupata.

„ggg) (CICERO.) *L. 2. off. c. 12.*

„hhh) (HERODOTUS:) *L. 1. p. m. 19.* ubi Me„dos ſervandæ juſtitiæ cauſa reges conſtituiſſe ait.

„iii) (POST HESIODUM;) Add. *Dion. Hal. L. „5. c. 85. &c.*

„kkk) (SED NON IDEO CONSEQUENS EST, QUOD „ILLI INFERUNT, POPULOS REGE ESSE SUPERIO„RES:) Recte: Quæ enim conſequentia: Rex con„ſtitutus eſt populi ejusque juris tuendi cauſa, er„go populus eſt ſuperior: Contrarium potius inde „ſequitur: Cum enim populus, cui jus tuendi ſin„gulos incumbebat, jus ſuum imperii in unum „transtulerit, per rei naturam non poteſt vi„deri retinuiſſe, quod ſolenni translatione „amiſit.

„lll) (NAM ET TUTELA PUPILLI CAUSA RE-

mmm tutorem, si male rem pupillarem administret, amoveri posse; quare & in rege idem jus esse debere. *nnn* Nam in tutore hoc procedit qui superiorem habet, at in imperiis, *ooo* quia progressus in infinitum non datur, omnino in aliqua aut persona, aut cœtu, consistendum est, *ppp* quorum peccata, quia superiorem se judicem non habent, Deus sibi curæ peculiari esse testatur, *qqq* qui ea aut vindicat, si ita opus judicet; *rrr* aut tolerat in pœnam aut explorationem populi.

Jerem. XXV, 12.

Hist. iv. c. 74.

15. *sss* Optime Tacitus: *Quomodo sterilitatem aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur.* Et M. Aurelius *ttt* magistratus dixit de privatis, principes de magistratibus, *uuu* Deum de principibus judicare. *www* Insignis est apud Gregorium Turonensem locus, ubi is ipse Episcopus Regem Francorum sic affatur: *Si quis de nobis, ô Rex! justitiæ tramites transscendere voluerit, à te corripi potest: si vero tu excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, sed si volueris, audis:*

„PERTA EST.) Recte Author exemplo pupilli & „tutoris probat, non semper illud quod alterius utilitatis causa constituitur, esse inferius.

mmm) (TUTOREM, SI MALE REM PUPILLAREM ADMINISTRET, AMOVERI POSSE:) Id verum, si mala illa administratio notoria est: nam in eo casu etiam Principem removeri posse Author statuit. *c. 4. §. 11.* At quando in Principe notoria sit, videbimus *ibid.* scl. si evertit statum reipublicæ, quod non fit per injurias privatas.

„*nnn*) (NAM IN TOTORE HOC PROCEDIT, QUI „SUPERIOREM HABET:) Mens Authoris hæc est: „tutorem ideo removeri ob dolum posse, quia su„periorem habet, cui causa cognita jus removen„di competit; Principem vero dolo agentem non „habere superiorem, indeque eum impune delin„quere: At hæc responsio fallit; quia ea quoque „obtineret, si Princeps statum evertit, nam tunc „quoque superiorem non habet, & tamen, fatente „Authore, removeri a populo potest: Vera igitur re„sponsio est, quod imperium delatum sit non a „singulis sed ab universo populo: Singuli igitur „ob injurias privatas adimere non possunt impe„rium, quod non contulerunt; sed nec universus „populus, quia ei injuria facta non est.

„*ooo*) (QUIA PROGRESSUS NON DATUR IN IN„FINITUM:) Etsi enim plures gradus superiorita„tis sint, ita ut plebs ab inferiori magistratu, hic a „majori, major a principe puniri possit, (vid. effa„tum *Aurelii in n. seq.*) tamen hoc in infinitum „non procedit, sed in aliquo consistendum est „qui superiorem non habet: qualis est rex: Hic „ergo puniri non potest, quia pœna supponit su„periorem, qui hic defuit, populus enim omne „jus suum puniendi transtulit in ipsum regem.

„*ppp*) (QUORUM PECCATA &c. DEUS SIBI PE„CULIARI CURÆ ESSE TESTATUR:) Non ergo con„cedendum est, impunita esse principum crimina, „etiam privata; nam severiorem olim habituri „sunt judicem, qui justa talione gravissimas pœ„nas in eos statuet.

qqq) (QUI EA AUT VINDICAT, SI ITA OPUS JUDICET:) Scl. calamitatibus quoque temporariis.

„*rrr*) (AUT TOLERAT IN POENAM AUT EXPLO„RATIONEM POPULI:) Reservatis cæterum pœnis „æternis, quas Deus remittere non potest.

„*sss*) (OPTIME TACITUS:) Sunt verba Ceria„lis, quibus Treviros & Lingones alloquitur. Vide „*Tacit. hist. 4. 74. Add. Sen. de Constantia c. 8. 9.* „*Tesm. h.*

„*ttt*) (MAGISTRATUS DIXIT DE PRIVATIS:) „Illustrat hic quod antea dixit, non dari proces„sum in infinitum.

uuu) (Grot.) (DEUM DE PRINCIPIBUS JUDICARE.) Xiphilinus: *περὶ γάρ τοι τῆς αὐταρχίας ὁ Θεὸς μόνος κρίνειν δύναται. De summo principatu Deus solus potest judicare.* Vitigis rex apud Cassiodorum: *Causa regia potestatis supernis est applicanda judiciis, quandoquidem illa e coelo petita est, & soli cœlo debet innocentiam.* Apud eundem Cassiodorum rex: *Alteri subdi non possumus, quia judices non habemus.*

ADDITIO.

„Certum est peccata Principum non subesse ju„dicio populi, eorumque vindictam Deo relin„quendam esse: nisi desinant, esse Principes de quo „infra *c.* 4.

„*www*) (INSIGNIS EST APUD GREGORIUM TU„RONENSEM LOCUS:) Qui loquitur de delictis in „privatos non in publicum commissis.

„ *xxx*)

dis: si autem nolueris, quis te damnabit, nisi is qui se pronunciavit esse justitiam? Inter Essenorum placita Porphyrius memorat ὀ δίχα Θεȣ̃ Lib. V.
περιγίνεσθαί τισι τὸ ἄρχειν, xxx *non obtingere cuiquam imperium sine Dei* Hiſt.4.15
* *cura speciali.* Irenæus optime: *Cujus jussu homines nascuntur, hujus jussu & reges constituuntur apti iis, qui in illis temporibus ab ipsis regnantur.* Sensus idem in constitutionibus quæ dicuntur Clementis: Lib. VII. c. XVII.
τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι τȣ̃ κυρίȣ ἐςὶν ἡ χειροτονία, *regem timebis, gnarus a Domino electum.*

16. Nec obstat his quæ diximus, yyy quod populi interdum puniti 1. Reg. IV, 10.
leguntur, ob regum peccata: non enim ideo evenit, quod populus II. Reg. X, 17.
regem aut non puniret, aut non reprimeret, zzz sed quod vitiis ejus aaa tacite saltem consentiret. Quanquam etiam sine eo Deus summo dominio, quod in vitam necemque singulorum habet, βββ uti potuit in pœnam regis, γγγ cujus supplicium est, subditis orbari.

§. IX.

1. [a] Sunt alii qui mutuam quandam subjectionem sibi fingunt, ut populus universus regi recte imperanti parere debeat, rex autem male imperans populo subjiciatur; qui si hoc dicerent, [b] non facienda ob regis imperium ea quæ manifeste iniqua sunt, verum dicerent, & quod

„xxx) (NON OBTINGERE CUIQUAM IMPERIUM „SINE DEI CURA SPECIALI:) Adeo ut defectus „providentiæ divinæ non fit, si malus Princeps im„perium teneat; permitti enim id a Deo solet va„riis ex caussis, e. g. ob virtutem antecessorum; „unde Seneca ait, Caligulæ imperium datum non „fuisse, sed ejus patri Germanico: sed & in pœ„nam populi id contingere potest.

*) (Grot.) (CURA SPECIALI:) Homerus:

Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐςι
Ab Jove summus honos.

Diodorus Siculus lib. I. de Ægyptiis: ἅμα 'μὲν ȣ̓κ ἄνευ δαιμονίȣ τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτȣ̀ς τετευχέναι τῆς τῶν ὅλων ἐξȣσίας: *Existimant enim sine divina quadam providentia pervenisse reges ad summam de omnibus potestatem.* Augustinus lib. V. de civitate Dei.: *Qui Vespasiano vel patri vel filio, suavissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino; ipse apostata Juliano*, nempe majestatem dedit, quod præcesserat. Vitiges apud Cassiodorum: *Omnis provectus, maxime regius; ad divinitatis munera referendus est.* Titi Imperatoris erat dictum: *potestates fato dari.*

yyy) (QUOD POPULI INTERDUM PUNITI LEGUNTUR, OB REGUM PECCATA:) Resp. hoc non inde est, quasi summa potestas resideat penes populum, sed duæ ejus rei possunt esse caussæ: forte enim populus imitatur regis peccata, & tunc populus punitur ob propria delicta: deinde pœna hæc non est ratione populi, sed ratione ipsius Imperantis, huic enim afflictio additur si subditos perdit, & per calamitates populi ipse contristatur. Hinc strages Israelitarum sub Davide erat pœna intuitu regis, & calamitas intuitu populi.

„zzz) (SED QUOD VITIIS EJUS CONSENTIRET:) „Forte imitando, at tum non puniuntur ob regis „peccata sed ob propria, *vide L. 2. c.* 21. *§ 7.* „*&* 17.

„aaa) (TACITE SALTEM:) i. e. quia debuis„set prohibere, (ita enim rem explicat *L. 1. c. 21.* „*§. 2. n. 5.*) At verum id non esse, & populum „non habere facultatem prohibendi, allegato loco „demonstrabimus.

„βββ) (UTI POTUIT IN POENAM REGIS:) „Quia citra pœnam cruciatus hominibus impo„nere potest, (*vid. supra proleg. §. 48.*) multo ma„gis eo jure uti potest ad puniendos reges: *de quo* „*d. c. 21. §. 17.*

γγγ((CUJUS SUPPLICIUM EST, SUBDITIS OR„BARI:) vide late *infra d. c. 21. §. 17.*

a) (SUNT ALII:) Author recte rejicit eorum sententiam, qui populum regi tum subjacent quando populus peccat, & regem populo quando rex peccat. Hæc sententia ideo absurda est, quia populo tribuitur judicium de factis regis cognoscendi, cum tamen is omne suum judicium in regem contulerit, adeoque ei nil nisi obsequii gloria relicta sit.

„*b*) (NON FACIENDA OB REGIS IMPERIUM EA „QUÆ MANIFESTE INIQUA SUNT:) Recte hic no„tat Tesmarus, aliud esse non obedire regi impia „jubenti, aliud vim in eum exercere, quando im„pia imperat. Prius ex ipsa naturæ ratione sub„ditus omittere, eoque jubenti non parere debet,

quod apud omnes bonos confessum est: [c] sed id nullam includit coactionem, [d] aut jus aliquod imperii. Quod si etiam populo alicui propositum fuisset [e] partiri cum rege imperium, [f] (qua de re infra dicendum erit aliquid) fines certe potestati utriusque assignari debuissent tales, [g] qui cognosci facile possent ex locorum, personarum, aut negotiorum discrimine.

2. [h] Bonitas autem aut malitia actus, [i] præsertim in civilibus, quæ sæpe obscurum habent disceptationem, apta non sunt ad partes distinguendas: unde [k] summam confusionem sequi necesse est, cognitionem de re eadem pro jure potestatis, obtentu actus boni malive, hinc ad se rege trahente, inde populo, qualem rerum perturbationem [l] introducere nulli, quod sciam, populo in mentem venit.

§. X.

1. [a] Sublatis opinionibus falsis, [b] restat cautiones adhibeamus aliquas, quæ viam nobis monstrare possint ad recte dijudicandum cui jus summæ potestatis in gente quaque competat. Prima cautio hæc sit, [c] ne deci-

„*L. 1. c. 4. §. 1. n. 3. L. 2. c. 26. §. 3.* quia magis „Deo obediendum quam Principi. At subditus „vim inferre ideo Principi nequit, uti pleuius ex„plicabimus, *d. c. 4. §. 1. n. 3. & §. 2.*

„c) (SED ID NULLAM INCLUDIT COACTIO„NEM:) Non enim sequitur negligere jussa regis „impia possum, ergo & vi contra eum uti.

d) (AUT JUS ALIQUOD IMPERII:) Nam impe„rium non nisi superiori competit, princeps au„tem superiorem non habet.

e) (PARTIRI CUM REGE IMPERIUM:) Sensus est, quod populus, si summam potastatem, vel saltem partem ejus, sibi reservare voluisset, terminos positurus fuisset, vel circa loca, vel circa personas, vel circa negotia: Unde recte concluditur, populum si sibi nihil reservavit, omne jus suum imperii in Principem transtulisse.

„f) (QUA DE RE INFRA DICENDUM ALIQUID „ERIT:) *Vid. §. 17. & 18.* ubi probat statum dari „mixtum ex populari & monarchico, quin & ex „Aristocratico.

„g) (QUI COGNOSCI FACILE POSSENT EX LO„CORUM DISCRIMINE:) Augustus administratio„nem imperii cum Senatu divisit. *Dio Cass. Hist. „L. 55. pr.* Idem quoque Tiberius proposuit Se„natui. *Tacit. ann. Lib. 1. p. m. 9.*

„h) (BONITAS AUTEM AUT MALITIA ACTUS „&C. APTA NON SUNT AD PARTES DISTINGUEN„DAS:) Sensus est, potestatem quidem ex locis, „personis, aut negotiis distingui & dividi posse, „non vero ex malitia actus, quia exitus rei non „daretur, cum populi & regis judicia hic concur„rant.

„i) (PRÆSERTIM IN CIVILIBUS, QUÆ OBSCU„RAM SÆPIUS HABENT DISCEPTATIONEM:) Inad„ministratione civitatis vel reipublicæ aliquando „optime consulta pro pessimis a populo accipiun„tur: sæpius enim contingit, Principem ex rationi„bus secretis, copias augere, onera imponere, sup„plicia statuere &c. de his ergo judicium populo „tribuere, summa stultitia foret.

„k) (SUMMAM CONFUSIONEM SEQUI NECESSE „EST:) Si enim populo liceret, quoslibet regis „actus injuriæ accusare, negante id rege, anne „inde perpetua oritura esset perturbationum seges?

„l) (INTRODUCERE NULLI, QUOD SCIAM, PO„PULO IN MENTEM VENIT:) Equidem nullus in „orbe populus est, qui translata summa potestate „sibi judicium de malitia actus regii sumserit; Ex„emplum Cromweli & parlamenti ejus temporis, „vi & armis innixum, ab ipso populo damnatum „postea est.

„a) (SUBLATIS OPINIONIBUS FALSIS:) Quasi „summa potestas ubique & sine omni exceptione „sit penes populum §. 8. vel quasi mutua sit sub„jectio inter regem & populum. *vid. §. 9.*

„b) (RESTAT CAUTIONES ADHIBEAMUS ALI„QUAS, QUÆ VIAM NOBIS MONSTRARE POSSINT „AD RECTE DIJUDICANDUM, CUI JUS SUMMÆ „POTESTATIS COMPETAT:) Cautiones illæ eo red„eunt: 1.) distinguendum esse, ait, inter jus summæ „potestatis & inter ejus administrationem; 2.) in„ter regna patrimonialia & non patrimonialia; 3.) monet summam potestatem non dependere ex „potentia agendi, sed ex causa & titulo: de quibus „jam sigillatim agetur.

c) (NE DECIPIAMUR AMBIGUO NOMINIS SONO:) Vera principia hæc sunt:

PROPOSITIO I.

In republica alia est forma ejus, seu ipsa summa potestas, aliud administratio seu exercitium ipsius.

DEMONSTRATIO.

In quæstione quando quis vere summam potestatem

decipiamur ambiguo nominis sono, [d] aut rerum externarum specie. [e] Exempli causa, quanquam apud Latinos [f] opponi solent principatus & regnum, ut cum Vercingetorigis patrem dicit Cæsar [g] principatum obtinuisse Galliæ, [h] sed quod regnum affectaret interfectum: [i] & cum Piso apud Tacitum Germanicum dicit principis Romanorum, non Parthorum regis esse filium: & cum [k] Suetonius parum abfuisse ait Caligulam [l] quin speciem principatus in regnum converteret: [m] & cum Vellejo Maroboduus dicitur [n] principatum parentium voluntate constantem, sed vim regiam complexus animo.

2. [o] Videmus tamen confundi hæc sæpe: nam & Lacedæmonii *ib.* 1.
duces ex Herculis posteritate, [p] postquam Ephoris subjecti fuere, [q] reges

tem seu imperium habere videatur? non inspici debet quis eam exerceat, sed cui inhæreat; inhæret autem ei qui eam jure proprio habet: si enim alterius nomine & jure eam exercet, vicarius saltem est, officialis ac nudus minister, & instrumentum alterius, indeque non summa potestas: *vid. §. seq. & prudentia nostra jur. publ. c. 7. §. 1. seq. & c. 18. §. 4.*

ADDITIO.

Distinctionem inter jus imperii ejusque exercitium examinavi in *c. seq. §. 15.*

PROPOSITIO II.

Ex hac distinctione varia sequuntur mixturæ: Nam misceri possunt (a) plures formæ, (b) plures administrationes, (c) & forma cum administratione. Vid. jus publ. nostrum c. 7. §. 1. seq.

DEMONSTRATIO.

Diximus 1.) misceri posse ipsam formam imperii, seu jus summæ potestatis: Populus enim de suo jure pro lubitu disponere, adeoque quædam saltem jure in regem conferre potest. *vid. §. 17. & l. 1. c. 4. §. 14.* Ita *L. 2. ff. de O. J.* dicitur Regem summam potestatem habuisse, & tamen sententiæ expediebantur per curias populi, quibus præterea juncti erant proceres. Ita in Anglia hodieque status mixtus est, & concurrunt parlamenta: quin in nostro Imperio status mixtus est ex Monarchico, aristocratico, & populari.

Secundo, misceri possunt plures administrationes: sic v. g. in republica Veneta status est aristocraticus, at administratio est monarchica & aristocratica, quia & Dux & Senatus in administratione concurrunt.

Denique misceri quoque potest forma cum administratione: quod accidit in rebuspublicis Græcorum, ubi semper status fuit popularis, & tamen nulla fuit civitas quæ non vel Senatum suum vel regem habuerit, aliquando & Dictatorem: talis mixtio quoque fuit apud Mnemodes, *Alex. ab Alex. L. 4. c. 11.* apud Archæos & Archontes. *vid. Diod. Sic. L. 12. c. 72.* apud Artmestios *ibid. L. 5. c. 83.*

„*d*) (AUT RERUM EXTERNARUM SPECIE:) Sic „Venetiarum dux omnia insignia summæ potesta„tis habet, cum tamen saltem sit minister Aristo„cratiæ. *vid. infra n. 3.*

„*e*) (EXEMPLI CAUSA:) Author hic probat, *Principes* aliquando dici qui vere summam potestatem habent; *reges* vero qui eam non habent. Sed hoc est quod antea monui, summam potestatem non ab exercitio, nec a nomine, sed a sola causa dijudicandam esse; si proinde Dux, Rex, vel Princeps iure proprio imperium tenet, summa potestas ejus est; si jure alieno, solum exercitium habet, & nudus minister est populi. Voces ergo *Regis*, *Principis*, *Ducis*, per se nullum jus imperii inferunt, Reges enim a regendo, Principes a principatu, & Duces a ducendo dicuntur, quæ voces nudis administratoribus quoque competere possunt.

„*f*) (OPPONI SOLENT PRINCIPATUS ET RE„GNUM:) Principatus enim significat potiorem „partem in administratione reipublicæ, ubi jus im„perii est penes populum, & sic principatus sup„ponit statum popularem; atque ideo opponitur „regno, ubi non tantum administratio, sed ipsum „jus imperii penes Principem est. *Vid. infra §. 20.* „*n. 1.*

„*g*) (PRINCIPATUM OBTINUISSE:) i. e. pri„mum fuisse authoritate & dignitate in republica.

„*h*) (SED QUOD REGNUM AFFECTARET:) i. e. „quod jus imperii affectaret, & proprio jure, non „tanquam minister reipublicæ, gubernare vellet: „Vid. *Cæs. bell. Gall. L. 7. c. 4.*

„i) (ET CUM PISO:) apud *Tac. Ann. L. 2. c.* „*57. fin.*

„*k*) (SUETONIUS,) *c. 16. in Calig. Tac. L. 2. c. 22.*

„*l*) (QUIN SPECIEM PRINCIPATUS IN REGNUM „CONVERTERET:) Dixi enim statum sub Impera„toribus fuisse mere popularem, adeoque princi„patum ibi nudum administrandi jus denotare. „*Vide supra §. 8.*

„*m*) (ET CUM VELLEJO:) *L. 2. c. 108.*

„*n*) (PRINCIPATUM PARENTUM VOLUNTATE:) „Quasi regnum non itidem voluntate parentium „constare possit.

„*o*) (VIDEMUS TAMEN CONFUNDI HÆC SÆPE:) „i. e, principatum etiam sumi pro propria potesta„te, & Principem pro eo qui jus imperii habet: „& contra reges dici eos qui nudi ministri sunt, „& vicarii populi.

„*p*) (POSTQUAM EPHORIS SUBJECTI FUERE:)

[q] reges dicebantur nihilominus, ut modo vidimus: & veteri Germaniæ reges erant, [r] quos Tacitus præfuiſſe ait auctoritate ſuadendi, Lib. I. non poteſtate jubendi: [s] Et de Evandro rege Livius, rexiſſe eum auctoritate magis quam imperio: & Suffetem Carthaginenſium, Lib. XV. [t] Ariſtoteles & Polybius βασιλέα appellant: [u] ut & Diodorus, quo- cap. 70. modo & Hunnonem [x] Carthaginenſium regem dixit Solinus. Et L. XIII. de Scepſi in Troade [y] narrat Strabo cum adjunctis in civitatem Mileſiis, populari republica uti cepiſſet, veterum regum poſteris nomen manſiſſe regium, & honoris nonnihil:

3. Contra Romani Imperatores, [z] poſtquam palam & ſine ulla diſſimulatione regnum liberrimum tenuerunt, [aa] principes tamen vocabantur. [bb] Sed & inſignia regiæ majeſtatis in liberis quibusdam civitatibus tribui principibus ſolent.

4. Jam vero comitia ordinem, id eſt conventus eorum qui populum in claſſes diſtributum referunt, nimirum, ut Gunthertus loquitur.

Prælati, proceres, miſſisque potentibus urbes.

[cc] alibi quidem in hoc ſerviunt duntaxat, [dd] ut ſint majus regis conſilium, per quod querelæ populi, [ee] quæ ſæpe in Conſiſtorio reticentur,

„Non fuere ſubjecti Ephoris, ſed reipublicæ, quæ „per Ephoros geſtorum adminiſtrationisque rationem ab iis poſcebat: *Vid. Val. Max. 4. c. 8. Juſtin.* „*19. 2.* idque auctore rege Theopompo. *Gron. b.*

„*q*) (REGES DICEBANTUR NIHILOMINUS:) Duos „reges recenſet Nepos *in Ageſilao c. 1.* qui re„vera ſaltem curatores fuerunt rei militaris. *Conf.* „*Ariſt. 3. pol. 10.*

„*r*) (QUOS TACITUS PRÆFUISSE AIT AUTHO„RITATE SUADENDI:) *Tac. de mor. Germ. c. 11.* „Unde Ambiorix Germanorum Rex apud *Cæſarem* „*de bell. Gall. L. 5.* ait: *in ſe non minus juris mul-* „*titudinem habere, quam ſe in illam.*

„*s*) (DE EVANDRO REGE LIVIUS:) *Hiſt. L. 1. c. 7.*

„*t*) (ARISTOTELES ET POLYBIUS:) ille, *l. 3.* „*pol. 10.* hic *L. 6. hiſt. n. 49.*

„*u*) (UT ET DIODORUS:) *L. 20. c. 33.*

x)(Grot.)(CARTHAGINENSIUM REGEM DIXIT SOLINUS:) Sic qui vitam ſcripſit Annibalis: *Ut enim Romæ conſules, ſic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur.* His improprie dictis regibus accenſeri poſſunt & filii, quibus regium nomen datum a patribus regiam vim retinentibus. Talis Darius fuit, quem pater Artaxerxes judicatum interfici juſſit, Plutarchus in Artaxerxe.

ADDITIO.

„Juſtino quoque Bomilcar Rex Poenorum di„citur, qui tamen apud centum delectos rationem „rerum geſtarum reddidit, ut hoc metu ita in bel„lo imperia cogitaret, ut domi judicia legesque „reſpiceret: *Juſtin. 19. 2. vid. Gron. in not. b.*

„*y*) (NARRAT STRABO:) *L. 13. p. m. 579.*

„*z*) POSTQUAM PALAM:) quando id factum „ſit vidimus ſupra §. 8. *n.* 11.

„*aa*) (PRINCIPES TAMEN VOCABANTUR:) „Quia originarie tantum principatus quoad admi„niſtrationem Cæſaribus collatus fuit; atque „hinc re mutata nomina tamen manſerunt. Unde „eſt quod poſterioribus quoque temporibus Impe„ratores officia reipublicæ geſſerint, & in circo ſo„lenni ritu populum adoraverint: De Honorio „*Claudianus de vi Conſ. Honorii.*

„*O quantum populo Secreti Numinis addit*
„*Imperii præſens ſpecies! quantamque rependit*
„*Majeſtas alterna vicem, cum regia Circi*
„*Connexum gradibus veneratur purpura vulgus*
„*Conſenſuque cava ſublatus in æthera vallis,*
„*Plebis adorata reboat fregor.*

Conf. ſup. §. 8. n. 11. in not.

„*bb*) (SED ET INSIGNIA REGIÆ MAJESTA„TIS:) Ita enim Venetiarum dux, merus reipublicæ „officialis, & corona utitur, & titulo Serenitatis: „*Gron. b.*

„*cc*) (ALIBI QUIDEM IN HOC SERVIUNT DUN„TAXAT:) Adeoque decreta comitiorum non „ſemper indicium ſunt ſtatus mixti.

„*dd*) (UT SINT MAJUS REGIS CONSILIUM:) „Sic in Hiſpania ſæpius comitia convocata eſſe re„centiora exempla docent, at regnum ibi mere „monarchicum eſt.

„*ee*) (QUÆ SÆPE IN CONSISTORIO RETICEN„TUR:) Per conſiſtoria intelligit Senatum Princi„pis, qui populi querelas ſæpius reticere ſolet.

„*ff*) (CUR

tur, ad regis aures perveniant, *ff* cui deinde liberum sit statuere quod ex usu ipsi videatur, *gg* alibi etiam jus habent de actu principis cognoscendi, atque etiam leges præscribendi quibus princeps teneatur.

5. Sunt multi qui existimant discrimen summi imperii, aut summo minoris, petendum *hh* ex delatione imperii per electionem, aut successionem. Nam quæ hoc modo deferuntur imperia, & summa esse contendunt, non item quæ illo. At hæc universim vera non esse pro certo haberi debet. *ii* Nam successio non est titulus imperii, qui imperio formam assignet, *kk* sed veteris continuatio. Jus enim ab electione familiæ cœptum succedendo continuatur; *ll* quare quantum prima electio tribuit, tantum confert successio. Apud Lacones regnum ad hæredes transibat, etiam post Ephoros institutos. Et de tali regno, id est, principatu, est apud Aristotelem: τύτων τῶν βασιλείων αἱ μὲν κατὰ μένος ἀισὶν αἱ δὲ αἱρεταὶ, *quædam sanguinis jure, quædam electione deferuntur*; & Heroicis temporibus *mm* pleraque in Græcia regna talia fuisse & ipse notat, & Thucydides. Contra, Romanum imperium, *nn* etiam sublata omni senatus & populi potestate, per electionem conferebatur. *Pol. III. XIV.* *Lib. I.*

§. XI.

„*ff*) (CUI DEINDE LIBERUM SIT STATUERE:) „Adeoque comitia hoc casu non mutant formam „imperii, nec de eo participant.

„*gg*) (ALIBI ETIAM JUS HABENT DE ACTIS „PRINCIPIS COGNOSCENDI:) Si enim ea lege dela„tum est imperium regi, hic obligatur ex pacto „& consensu. At status inde non miscetur.

hh) (EX DELATIONE IMPERII PER ELECTIONEM AUT SUCCESSIONEM.) Quasi *hæc* inferat jus summæ potestatis, *illa* saltem administrationem: At in utraque eadem est ratio: populus enim in utraque delatione jus suum æqualiter transfert, solo tempore excepto; Quicquid igitur tota familia agere potest, quamdiu ea durat; idem quoque electus agere potest, quamdiu electio durat: & bene Author ait, regnum successivum nihil aliud esse quam successionem continuatam.

„*ii*) (NAM SUCCESSIO NON EST TITULUS IM„PERII, QUI IMPERIO FORMAM ASSIGNET:) Ad„ministratio enim quoque hæreditario jure con„cedi familiæ potest: adeoque jus imperii nec a „successione, nec ab electione dependet, sed a causa.

„*kk*) (SED VETERIS CONTINUATIO:) Quod „enim prima mihi concedit electio, illud, nihil„que amplius, ad successorem transit: Successor „enim jure auctoris sui utitur, non meliore, quod „etiam jure civili obtinet, *L.* 59. *L.* 149. *l.* 160. „*l.* 195. *ff. Reg. jur.* Si ergo per electionem de„fertur ipsum jus imperii, rex habet summam „potestatem, sive persona saltem ejus eligatur, sive „tota ejus familia.

„*ll*) (QUARE, QUANTUM PRIMA ELECTIO TRI„BUIT, TANTUM DEFERT SUCCESSIO:) Si igitur „per primam electionem saltem administratio im„perii confertur, successores quoque non nisi vi „officii imperium exercent, quod Author exem„plo Laconum probat.

mm) (Grot.)(PLERAQUE IN GRÆCIA REGNA TALIA FUISSE:) Notatum id & Dionysio Halicarnassensi libro II, & V.

„*nn*) (ETIAM SUBLATA OMNI SENATUS ET „POPULI POTESTATE:) Adeoque ubi administratio „fuit mere Monarchica, & omnis potestas penes „unum residebat.

(AD §. XI.) Antequam ad explicationem Authoris accedamus, veram naturam summæ potestatis, & quando summa sit, exponemus.

PROPOSITIO I.

Summa potestas non est nisi quæ suo jure non alieno agit, quod ex causa & titulo, non ex effectu, & nuda potestate agendi cognoscitur.

DEMONSTRATIO.

Uti summa potestas non ex nomine & titulo, nedum ex insignibus cognosci potest, *vid. §. prec.* ita nec ex potestate agendi ea discerni & dijudicari debet, sed ex causa & jure agendi. *vid. Jus. publ. nostrum c. 7. §. 1.* Aliquando enim verus Rex in statu monarchico fere nihil suo nutu agere potest, ut in Polonia, vel si duo sunt Monarchæ &c. *Conf. supra §. 7. n. 1. & 2. & infra §. 14.* E contrario Dictator Romanus, qui nudus officialis fuit, omnia agere potuit: de quo mox.

Sane procurator generalis omnia agere potest quæ ipse dominus, neque tamen inde fit dominus, quia non suo jure sed alieno agit, adeoque tanquam nudus minister, nudumque instrumentum mandantis. *l.* 60. *ff. Mand.*

Arsaces, Sertorius, Tacfarina &c. eo potentiæ pervenerunt, ut omnes imperii vires adhiberent Romani

§. XI.

1. [a] Altera cautio hæc esto: [b] Aliud esse de re quærere, aliud de modo habendi, [c] quod non in corporalibus tantum, sed & in incorporalibus procedit. [d] Ut enim res est ager, [e] ita & iter, actus, via. [f] Sed hæc alii habent jure pleno proprietatis, [g] alii jure usufructuario, [h] alii jure temporario. [i] Ita summum imperium [k] Dictator Romanus habebat [l] jure temporario: [m] reges denique tam qui primi eliguntur, quam qui electis legitimo ordine succedunt, [n] jure usufructuario: [o] at quidam reges pleno jure proprietatis, [p] ut qui justo bello imperium quæsiverunt, [q] aut in quorum deditionem populus aliquis, [r] majoris mali vitandi causa, ita se dedidit ut nihil exciperetur.

2. [s] Ne-

mani ad eos uppugnandos, neque tamen jus imperii penes eos fuit, quia causa & titulus deficiebat.

Hodierni mercatores Belgii societatem constituunt, quæ potentissimas alit classes, exercitus conscribit, bella gerit, &c. & tamen alieno imperio subest. *Vid. inf. L. 2. c. 12. §. 4. & §. 25.*

PROPOSITIO II.

Summa potestas alia est simpliciter talis, alia respectu quorundam jurium, seu personarum.

DEMONSTRATIO.

Simpliciter talem dicimus potestatem quæ absuluta est, & omnia facere potest intra fines territorii. Aliquaodo vero summa saltem est potestas intuitu quorundam *jurium* vel *personarum*: Exempla sunt 1.) in Cæsaribus Romanorum; hi summam potestatem habebant intuitu populi Romani: hinc leges eorum vim juris habebant, & administratio quoque absente Augusto penes hos Cæsares fuit: at intuitu Imperatorum erant subjecti, quod exemplo Diocletiani & Maximiniani constat, qui duus adoptaverunt Cæsares, adeo sibi subditos, ut alter ob rem male gestam gravissimam pœnam subierit. Hue quoque pertinent 2.) reges Romanorum, qui hodie vivente Imperatore eliguntur, & omnia quæ faciunt propriu jure faciunt, quod exemplo Ferdinandi I. illustravimus *supra §. 7. prop. II.* Adeo ut in regem Romanorum committatur crimen læsæ majestatis. Pari ratione 3.) status imperii summam quodammodo habent potestatem in subditos suos, quæ analogica est, & superioritas territorialis dicitur, at intuitu imperii subditi sunt, unde & contribuere ad onera imperii tenentur, & judiciis imperii subsunt.

„a) (ALTERA CAUTIO:) Prima enim fuit, ne „summa potestas ex nomine vel ex specie externa „dijudicetur, sed a causa & titulo. *§. praeced.*

b) (Grot.) (ALIUD ESSE DE RE QUÆRERE, ALIUD DE MODO HABENDI:) Videat cui vacat Carolum Molinæum ad consuetudines Parisiens. Tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 16. & 17.

ADDITIO.

„Hæc cautela sequitur ex priori, cum enim „summa potestas saltem ex causa & titulo agendi „dijudicari debeat, facile constat, ex sola agendi „potentia eam discerni non debere.

„c) (QUOD NUN IN CORPORALIBUS TANTUM, „SED ET IN INCORPORALIBUS PROCEDIT:) Ita ut „his quoque aliud sit quærere cujus illud proprium „sit, aliud quo modo habeatur.

„d) (UT ENIM RES EST AGER:) Ager est res, „sed corporalis.

„e) (ITA ITER, ACTUS, VIA &c.) Hæc itidem res sunt, sed incorpotales:

„f) (SED HÆC ALII HABENT, JURE PLENO „PRUPRIETATIS:) Ut illi qui domini rei sunt, hi „enim ire & agere possunt jure dominii.

„g) (ALII JURE USUFRUCTUARIO:) Quo casu „non jure dominii & proprietatis has utilitates per„cipiunt, sed jure servitutis, quæ non est, nisi in „re aliena.

„h) ALII JURE TEMPORARIO:) Scl. jure locati, „commodati, &c

„i) (ITA ET IMPERIUM:) Imperium enim iti„dem est res incorporalis.

k) (DICTATOR ROMANUS:) Hoe verum non „esse videbimus. *n. seq.*

l) (Grot.) (JURE TEMPORARIO:) Imperatoris ad tempus facti exemplum habes apud Gregoram lib. IV. initio.

„m) (REGES DENIQUE TAM QUI PRIMI ELI„GUNTUR, QUAM QUI ELECTI LEGITIMO OR„DINE SUCDEDUNT:) Adeoque in regnis ex volun„tate populi delatis. *Vid. L. 2. c. 7. §. 12. & 14.*

n) (JURE USUFRUCTUARIO:) *vid. §. seq. n. 1. 3.*

„o) (PLENU JURE PROPRIETATIS:) *vid. §. seq.*

„p) (UT QUI JUSTO BELLO IMPERIUM QUÆ„SIVERUNT:) Quale jus in populos bello victos „quæratur mox explicabimus. *Conf. L. 3. c. 8.*

„q) (AUT IN QUORUM DEDITIONEM:) De ac„quisitione per deditionem vid. *L. 3. c. 20. §. 49. &* „*50.* quale autem jus in talem populum deditum „quæratur, modo videbimus.

„r) (MAJORIS MALI VITANDI CAUSA ITA „SE DEDIT:) Causas ex quibus populus se in al„terius potestatem dedere possit Grotius exposuit „supra *§. 8. n. 3. seq.*

„s) (NE-

2. [s] Neque enim illis assentio, qui Dictatori negant fuisse summum imperium, [t] quia perpetuum non erat. [u] Nam rerum moralium natura ex operationibus cognoscitur: [x] quare quæ facultates eosdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ sunt. At Dictator intra tempus suum [y] omnes actus eodem jure exercet, quo rex qui ex optimo jure; [*] neque ejus actus ab alio reddi irritus potest. [z] Duratio autem naturam rei non immutat, quanquam si de dignitate quæritur, quæ majestas dici solet, dubium non est [aa] quin ea major sit in eo, cui jus perpetuum datum est, quam cui temporarium, [bb] quia ad dignitatem facit habendi modus. [cc] At-

s) (NEQUE ENIM ILLIS ASSENTIO, QUI DICTATORIS NEGANT FUISSE SUMMUM IMPERIUM:) Imo dictatorem non habuisse summam potestatem, i. e. non jure imperii proprio, sed saltem tanquam officialem jure alieno, scl. populi, eam exercuisse certum est. Etsi enim absoluta ei concessa fuerit agendi potestas, dictum tamen est non inspiciendum quid aliquis agere possit, sed quo jure & quo titulo agat. Illustre exemplum vicariæ hujus potestatis exstat in Papyrio Cursore, qui Marci Fabii filium ad supplicium trahebat, quod contra hostem, neglecto Dictatoris mandato, licet felicissime pugnasset. Provocabat, inquam, Fabius ad populum tribunosque plebis, addens: *populum unum plus pollere quam Papyrii dictaturam. Liv. L. 8. c. 33.* Seneca *ep. 108.* ex Auguralibus libris annotavit, eum, quem tum Dictatorem appellabant, apud antiquos *magistrum populi* nominatum fuisse.

Equidem negari nequit populum sæpe apud Dictatorem preces interposuisse, quod etiam in præmisso exemplo Fabii factum legimus, *d. l. 8. c. 3.* at exinde non sequitur *proprio jure* summum imperium ejus fuisse; sed id saltem inde infertur, *exercitium* imperii a populo impediri non potuisse, quod, cum administratio omnis in Dictatorem collata fuerit, mirum non est: ita enim populus disposuit, & exercitium imperii plenissime suo consensu in Dictatorem transtulit, quod cum non nisi in gravissima necessitate fieri solitum fuerit, omnino intererat ipsius populi ab omni cognitione abstinere, & arbitrium omnium Dictatori relinquere.

ADDITIO.

„Egregie hoc Tribunis plebis exponit Papyrius „apud *Liv. d. l. c. 34. Majestas imperii*, ait, *perpe„tua ne esset, non esse in sua potestate. L. Papyrium „nihil de ejus jure diminuturum: optare ne potestas „tribunitia inviolata ipsa violet intercessione sua Ro„manum imperium, nec populus Romanus in se pot„issimum Dictatorem & jus dictaturæ exstingat:* „Sic in Græcia, etsi status fuerit maxime popula„ris, nulla tamen civitas fuit, quæ non similem „Dictatori potestatem uni concesserit, quo pertinet „Ælymneta Græcorum *Arist. pol. L. 3. c. 14.* Ar„chon Atheniensium &c. Damiurgis in civitatibus „Achæorum; *Liv. 38. 30.* Cæterum Dictatorem „non habuisse summam potestatem probant *Bo„dinus L. 1. c. 8. de republ. Puffendorfius J. N. L. „7. c. 6. §. 14. Bœclerus in not. h.*

„*t*) (QUIA PERPETUUM NON ERAT:) Dictato„ribus non ideo negavimus summam potestatem, „quia jure temporario imperium habuerunt, sed „quia non habuere jure proprio.

u) (NAM RERUM MORALIUM NATURA EX OPERATIONIBUS COGNOSCITUR:) Natura rerum moralium non cognoscitur ex operationibus, sed ex causa & titulo.

„*x*) (QUARE QUÆ FACULTATES EOSDEM EFFE„CTUS HABENT, EODEM NOMINE NUNCUPANDÆ „SUNT:) Refutatur hoc ex iis quæ *n. præc.* ipse „Author allegat: *via enim, iter, actus &c. æque „sunt effectus servitutis, ac dominii*, adeoque facul„tates illæ eosdem effectus habent, neque tamen „eodem nomine vocantur.

y) (Grot.) OMNES ACTUS EODEM JURE EXERCET, QUO REX:) Adeo quidem ut populus, cum Fabium Rutilianum servare vellet, apud Dictatorem precibus egerit.

ADDITIO.

Imo Rex jure proprio actus eos exercet, Dictator jure alieno: sæpius enim dictum est, fieri posse, ut is qui jus imperii habet nihil fere facere possit, & e contrario is qui administrator saltem est omnia.

„*) (NEQUE EJUS ACTUS AB ALIO REDDI IR„RITUS POTEST:) Diximus jus imperii non depen„dere a potentia agendi, sed a causa & titulo; „Titulus Dictatoris autem est nomen officii.

z) (DURATIO AUTEM NATURAM REI NON IMMUTAT:) Nos ex alia ratione dictatoriam potestatem non esse summam asserimus, non quia temporaria fuit, sed quia omnia jure ac nomine populi agit.

„*aa*) (QUIN EA MAJOR SIT IN EO, CUI JUS „PERPETUUM DATUM EST, QUAM CUI TEMPO„RARIUM:) Imo utrobique eadem est dignitas: „Hinc Michael Paleologus majestate gaudebat im„perii occidentis, etsi jurato promiserit se illud „restituturum legitimis hæredibus: *Gregoras L. 4. „Conf. Diod. Sic. L. 4. c. 23 §. 3. & Puffend. L. 7. „c. 6. §. 15.* Sane in regnis electivis eadem est ma„jestatis dignitas in rege, quæ in hæreditariis, etsi „rex ille temporariam saltem habeat potestatem.

„*bb*) (QUIA AD DIGNITATEM FACIT HABEN„DI MODUS:) Imo ad dignitatem facit titulus:

[cc] Atque idem dictum volo de his qui antequam reges [dd] ad suam tutelam pervenerint: [ee] aut dum furore, [ff] aut captivitate impediuntur, curatores regni ita constituuntur [gg] ut populo non subsint, [hh] neque ante legitimum tempus potestas eorum sit revocabilis.

Procopius Vand. I. Aimoi. II. c. 20. L. IV. c. 33.

3. [ii] Aliud censendum de his qui jus acceperunt quovis tempore revocabile, [kk] id est precarium, quale olim Vandalorum regnum fuit in Africa, & [ll] Gothorum in Hispania, [mm] cum ipsos deponerent populi quoties displicerent. [nn] Horum enim singuli actus irriti possunt reddi ab his qui potestatem revocabiliter dederunt; [oo] ac proinde non idem est effectus, nec jus idem.

§. XII.

1. [a] Quod autem dixi, [b] quædam imperia esse in pleno jure proprie-

„Hinc est quod inter gentes regna quædam electi-„va hæreditariis præcedant.

cc) (ATQUE IDEM DICTUM VOLO DE HIS &c.) Imo tutores non habent summam potestatem, sed eam saltem administrant, neque eam exercent jure proprio, sed jure alieno: adeoque non sunt reges, sed nudi administratores.

„*dd*) (AD SUAM TUTELAM PERVENERINT:) „i. e. desierint esse pupilli. *Vid. Gron. h.*

„*ee*) (AUT DUM FURORE:) Author sibi ipsi con-„tradicit, nam alibi statuit, regem furiosum jus „imperii habere: adeoque summa potestas ex ejus „confessione est penes furiosum, non penes cura-„torem, *Vid. infra §. 27.*

„*ff*) (AUT CAPTIVITATE IMPEDIUNTUR:) „Author hic quoque sibi contradicit, nam capti-„vum regem jus summæ potestatis retinere statuit „*d. §. 24. & L. 3. c. 20. §. 3.* Curator ergo sal-„tem administrationem habet; Adeoque tutores „& curatores non vera potestate summa gau-„dent, sed alienam administrant, *ibid.*

„*gg*) (UT POPULO NON SUBSINT:) Id non est „ex jure proprio, sed ex jure regis, vel infantis, vel „capti, vel furiosi, cujus vices gerunt.

„*hh*) (NEQUE ANTE LEGITIMUM TEMPUS „POTESTAS EORUM SIT REVOCABILIS:) Imo etsi „sit revocabilis, certum est actus eorum, quamdiu „tutores sunt, irritos fieri non posse. Conf. *inf. §. 15.*

ii) (ALIUD CENSENDUM DE HIS, QUI JUS ACCEPERUNT QUOVIS TEMPORE REVOCABILE:) Imo hi veri sunt reges, & jure proprio habent summam potestatem, quamdiu revocata non est; adeoque clausula, utriusque consensu addita, *ut pro lubitu revocetur*, non minuit summam potestatem, quia populus jus suum imperii certa lege transferre potest, & tunc intra fines legis omne jus suum transtulit, quod & ipse Author statuit *infra §. 16.*

„*kk*) (ID EST PRECARIUM:) Precario rem di-„citur habere qui tantum ad preces suas ex sola in-„dulgentia ejus, qui rogatus est, re concessa uti-„tur: *L. 1. pr. L. 2. §. fin. ff. de Precar.* quod ple-„nius explicavi in jure *controv. p. 2. L. 43. tit. 26.* „*q. 1.* At eo non pertinet regnum, quod cum „clausula, *ut revocari possit*, defertur; nam ibi „jus ipsum imperii in regem sub clausula confer-„tur: at in precario plane nullum jus transfertur.

ll) (Grot.) (GOTHORUM IN HISPANIA:) Moris antiqui vestigium in Behetriis. vide Marianam lib. XVI.

mm) (Grot.) CUM IPSOS DEPONERENT POPULI QUOTIES DISPLICERENT.) Hoc de Herulis etiam prodidit Procopius Gotthicorum II. de Longobardis Paulus Warnefredi libro IV. & VI. de Burgundis Ammianus libro XXVIII. de Moldavis Laonicus Chalcondylas: de rege Agadis apud Afros Johannes Leo libro VII. de Norwagis ait Guilielmus Neubrigensis regem ibi factum quisquis regem occidisset: de Quadis & Jazygibus, similia habes in excerptis Dionis.

„*nn*) (HORUM ENIM SINGULI ACTUS IRRITI „POSSENT REDDI:) Imo quamdiu sunt reges irriti „actus reddi non possunt: Sed & dictum est ideo „non desinere esse summam potestatem. Ita enim „existentibus pluribus Augustis neuter invito al-„tero aliquid agere, eoque omnes eorum actus ir-„riti reddi potuerunt, neque tamen unquam sum-„ma potestas Augustis negata fuit.

„*oo*) (AC PROINDE NON IDEM EFFECTUS, NEC „JUS IDEM:) Imo jus idem est, sed non idem ef-„fectus, quia exercitium illius juris lege & disposi-„tione utriusque restrictum est.

(AD §. XII.) Multa hic in Authore desideramus: Male enim asserit 1.) quædam imperia in pleno dominio esse, *n. 1.* 2.) regnum & libertatem differre, *ibid.* 3.) Principem sibi acquirere, cum suo sumtu bellum gerit, *n. 3.* 2.) alienare eum tale regnum posse, 6.) hac potestate concessa regnum fieri patrimoniale: *n. 3. seq.* de singulis mox agemus.

„*a*) (QUOD AUTEM DIXI.) *§. præced. n. 1.*

„*b*) (QUÆDAM IMPERIA ESSE IN PLENO JU-„RE PROPRIETATIS.) Unde regna ejusmodi vo-„cant PATRIMONIALIA. Quæ nimirum a „rege per ultimam victoriam, vel per deditionem „non conditionatam acquiruntur. *L. 3. c. 8. per tot.* & „*l. 2. c. 7. & 12.* Eaque distinguunt a regnis USU-

FRU-

prietatis, id eſt in patrimonio imperantis, c quidam viri eruditi hoc oppu- *Hotom. cam. ill. q. 1: Diog. Laert.*

„FRUCTUARIIS, quæ ex voluntate populi deferun„tur. §. *praced. n.* 1. *l.* 3. *c.* 7. §. 14. Hujus diſtin„ctionis varios effectus fingit Grotius.

„*I.* In regno enim patrimoniali regi acquiri, ait, im„perium *jure proprietatis: L.* 1. *c.* 3. §. 12. *n.* 2. „& 4. *l.* 3. *c.* 20. §. 5. In regnis voluntate popu„li delatis autem *jure* ſaltem *Uſusfructus: d.* „*c.* 7. §. 12. & 14. *d. c.* 3. §. 11. *n.* 1. indeque
„*II. Illud* pro lubitu a rege alienari poſſe. *L.* 1. „*c.* 3. §. 12. *n.* 4. & 15. *Hoc* nec totum nec pro „parte, niſi conſenſu populi. *L.* 2. *c.* 7. §. 12. *L.* 1. „*c.* 3. §. 17.
„*III.* In *illo* regem poſſe tutorem dare; io *hoc* po„pulum ſaltem. *L.* 1. *c.* 3. §. 15.
IV. Illud dividi poſſe inter mares & fœminas; *L.* 2. „*c.* 7. §. 12. In *hoc* præferri mares fœminis, *d.* „*c.* 7 §. 17. & inter mares primogenitum. *d. c.* 7. „§. 17. & 18.
„*V.* In *illo* ſuccedere adoptivos quoque & ſpurios: „*L.* 2. *c.* 7. §. 3. & 12. ſecus ac in *hoc. d. c.* 7. „§. 25.
„*VI.* In *illo* exhæredari liberos poſſe: In *hoc* non „poſſe. *L.* 2. *c.* 7. §. 25.
„*VII.* Si in *illo* pater unum liberorum ad ſucceſſio„nem vocat, eum cohæredibus æſtimationem „partis ſuæ præſtare debere. *L.* 2. *c.* 7. §. 13. In „*hoc* primogenitum ipſo jure vocari, adeoque ni„hil præſtare reliquis debere. *d. c.* 7. §. 17.
„*VIII.* Succeſſores, qui regnum quod in *patrimonio* „eſt vel per teſtamentum vel ab inteſtato acqui„runt, teneri ex promiſſo anteceſſoris, etiam „in actibus non regiis: *L.* 2. *c.* 14. §. 10. *L.* 3. *c.* 20. „§. 6. In *uſufructuario* autem oon teneri ex pro„miſſo anteceſſorum, niſi ad utilitatem publicam „pertineat; hactenus enim obligandi poteſtatem „ſub imperio comprehenſam eſſe. *d. c.* 14. §. 11. „& 12. *d. c.* 21. §. 6.
„*IX.* In *illo* regem captivum quoque pacem facere „poſſe; *L.* 3. *c.* 20. §. 6. in *hoc* non poſſe. *L.* 3. „*c.* 20. §. 3. & 5.
„*X.* In *illo* regem judicare de dubia ſucceſſione poſ„ſe, non in hoc. Grot. *l.* 2, *c.* 7. §. 7. §. 27. Junct. „*l.* 2. *c.* 14. §. 10.
„*XI.* In *illo* regem regno ſe abdicare poſſe etiam in„vito populo victo, *Grot. l.* 2. *c.* 7. §. 26. in hoc „abdicationem validam noo eſſe niſi accedente „voluntate populi, qui imperium detulit. *ibid.*
„*XII.* In regnis *patrimonialibus* populum fieri ſui „juris, ſi rex ſine teſtamento vel agnatis moritur, „io *uſufructuariis* imperium exſtincta familia re„dire ad populum deferentem. *l.* 2. *c.* 9. §. 1.

„Equidem diſtinctio hæc ex ratione naturali ſe„quitur: Alibi enim probavimus, Regna bello quæ„ſita in poteſtatem victoris tranſire quoad jura pu„blica & privata. *Diſſ. proœm. XII.* §. 725. Indeque vi„ctorem pro lubitu de tali regno diſponere poſſe: „At in eo Author merito notandus eſt, quod *Regi* vi„ctori illa jura tribuat quæ ad populum victorem „pertinent, cujus jure ac nomine Rex bellum ge„rit. *Vid. d. Diſſ. prooem. XII.* §. 754.

c) (QUIDAM VIRI HOC ARGUMENTO OPPUGNANT:) Et jure oppugnant; cum certum ſit, nulla plane regna eſſe in patrimonio aut dominio, quod ſequentibus rationibus probo: 1.) dominium, & quicquid in patrimonio alicujus eſt, domini cauſa eſt, & ad ejus commodum ac utilitatem pertinet: Imperium vero non regnantis gratia, ſed ſubditorum cauſa conſtitutum eſt: cum curare debeat Princeps ut ſuum cuique tribuatur, delictorum coercitio fit, ac executio pœnarum; & ita adminiſtrando juſtitiam, defendeodoque rempublicam contra invaſiones & machioationes exterorum, officio ſuo, cujus hæ partes ſunt, recte fungatur. Innuit optime hanc differentiam inter imperium & dominium Jctus in *l. 215. ff. V. S.* Neque enim 2.) aliàs differunt tyrannus & rex, niſi quod ille in ſuam utilitatem gerat imperium, hic in utilitatem populi: *Ariſt. L.* 8. *moral. c.* 11. Sane 3.) ita regna & privatæ domus confunderentur, ſi enim populus in dominium & patrimonium unius tranſiret, privata efficeretur domus: Eleganter hoc exprimit Satyra apud *Suet. in Nerone c.* 39

Roma domus fiet, Vejos migrate Quirini
Si nòn & Vejos occupet illa domus.

Sed & 4.) dominium ipſum eſt jus utendi pro lubitu, quod & abutendi facultatem includit; *L.* 21. *C. mandat.* liberum enim cuique eſt, qua jus ſpectatur, propria bona ſua privata quavis ratione donare, perdere, ac diſſipare, conceſſo nullo alteri jure id prohibendi; cum quivis tantum facultatem habeat de ſuo diſponendi. Verum imperium non unius privati eſt, ſed ſummæ poteſtati conſtitutum ad tuendum conſervandumque unice, cujus ſanctimoniæ quid magis obſtat quam abuſus? Inde 5.) nec ſibi aliquid acquirit Princeps, ſed reipublicæ, cujus cauſam gerit, illius enim nomine repetit quod reipublicæ fuit, eique injuria ablatum eſt; ei vindicat injuriam, ſalvamque & tectam conſervat regni gloriam. Neutiquam etiam 6.) alienare quid poteſt abſque conſenſu populi, quod non ad privata ſua bona ſed ad regnum pertinet. Conſtituitur enim Princeps a populo, ut adminiſtret juſtitiam, defendatque rempublicam, non ut bona reipublicæ, vel ipſum populum, ut propria bona ſibi vindicet; Hinc facile patet, non niſi ejus cujus propria ſunt, ſcl. reipublicæ alienari poſſe conſenſu; conſenſus vero ille vel expreſſus eſt, vel tacitus quoque eſſe poteſt, qui apparet ex conniventia & tacita approbatione alienationis: etiam ex titulo acquiſitionis & conceſſionis, v. g. ſi regnum acquiſitum eſt titulo emti, donati, dotis &c. qui tituli per ſe non dominium privatum ejus rei quæ alienatur inferunt, aut patrimonium ſed alienandi modum: Acquiritur enim his acquirendi regni modis legitimum imperium, non privatum patrimonium. Denique 7.) ſi admitteremus diſtinctionem hanc in ſtatu Monarchico, eadem utique obtineret quoque in ſtatu Ariſtocratico; nulla

obstante ratione contraria, id quod tamen ratio non admittit, ut imperium aliquod sit in dominio & patrimonio Senatus: Hoc ipso enim desineret esse imperium, & fieret res privata.

ADDITIO.

„Plenius, removendo simul dubia, hanc materiam examinavit B. Parens *in Auton, jur. gent. c. 12. per tot.* quod integrum hic inserere operæ pretium erit: verba ita se habent:

„Non oportet ludere in cortice vocis *regni patrimonialis:* Usu vulgari jura regalia, principatus, ac territoria, hoc sensu hodie in patrimonio esse dici solent, quia ad totam familiam ita spectant, ut omnes qui sunt de familia quasi quodam jure hæreditario & proprio in ea succedant: Id vero hic non quæritur, sed an regnum possit esse quod non sit in publico, seu civitatis, sed in unius patrimonio privato? quæ eo differunt, quod hoc *posterius* unice pertineat ad rem & utilitatem domini, qui possit eo abuti potest, idque consumere & perdere pro lubitu: *prius* vero ad justitiam inter cives, omniumque salutem tuendam, de quo mox. Atque hoc substantiale inter ea discrimen est: de quo quæritur, an confundi, non vero anne reipublicæ regimen in eadem familia continuari possit? quod facile largimur, etsi abusive & improprie tum quoque vox *patrimonii* accipiatur.

„Enimvero illa vis summi imperii exercendi, illa facultas regendi & tuendi rempublicam, illa omnium artium longe difficillima, utique sua natura non est res hæreditaria, ut cum hæreditate acquiri, & cum ea ad heredes transmitti intelligatur; cum, ut omnis agendi facultas est personalis, & cum persona desinit, ita quam maxime ardua illa & summa gentium & populorum rectrix & imperatrix, quæ cum summa rerum peritia ac virtute conjuncta esse debet, & non magis quam ipsa virtus, ars, prudentia, vel peritia cum hereditate transit. Verum ab instituto id est, & ob utilitatem publicam atque ad præcavenda partium studia & certamina, laudatissimum consilium continuanda in una familia illustri successionis, quæ tum imitatur hactenus ordinem successionis hereditariæ, & rerum patrimonialium, quod jus in quæstionem non venit:

„Illud itaque unice quæritur, an ullum intelligi vel fingi possit regnum quod sit res privata regis, atque in ejus solius privato-patrimonio? Quod non modo pugnam inexplicabilem continet, sed & omnem sacræ regiæ potestatis venerationem & majestatem funditus destruit & extinguit. Neque enim ea civitas, vel ulla reipublicæ species, qualis quam maxime est regnum, principatus, &c. sed mera res privata foret. Omnia vero quæ in dominio vel patrimonio privato unius sunt, ad ejus solius utilitatem & commodum spectant, nec alia illa sunt quam ea, quæ natura condidit ad singulorum vitam temporalem sustinendam & commode transigendam; quæ vilissimi hominum quoque in patrimonio habent, & plenissimi rerum suarum domini sunt: Unde ad consumendom, sed ad escam & cibum a Deo hominibus data dicuntur: *Gen. cap. 1. v. 19. 30. & cap. 9. v. 2. & 3.* & dominos suo arbitrio rebus suis quas in patrimonio habent uti & abuti posse, decisum est in *l. 21. C. mandat.* cum nemo alius in eas jus habeat, neminique adeo injuria fieri possit.

„His omnibus vero quid commune est cum SSta illa potestate? Quid horum omnium cum ea non adversa fronte pugnat? Quippe quæ ad salutem civium, ad justitiam exequendam, ad summum illud bonum civile populi procurandum & custodiendum, unice a Deo constituta, divinæque majestatis suffraganea, & hoc solo nomine inviolabilis, & SSta potestas est. Quid ergo monstrosius, quam tem tam divinam, & omnium sanctissimam, in infimum rerum privatarum censum detrudere atque abjicere, eoque quicquid in ea sanctum est, quicquid sacrum, quicquid divinum, inde exentere, & cum potestate, quæ fæci quoque plebis, quin prædonibus & infamissimis hominum communis est, miscere? Quod non portentosum modo, sed nefarium & summi sacrilegii instar foret.

„Finge igitur hominem privatum, opibus præpotentem, immensa latifundia & terrarum spatia in patrimonio habere, & ad ea colenda ingentem numerum famulorum vel operariorum alere; (qualem & *Grotius lib. 1. c. 3. §. 8. n. 3.* comminiscitur, & cum absolutæ potestatis rege confundit) non illa civitas esset, sed magna familia: non ille rex, sed locuples paterfamilias. Nec terra ista regnum foret, sed prædiorum & fundorum privatorum congeries: & sedes seu habitatio ejus, etsi innumeris ædificiis distincta, non urbs sed domus: ut de ipsa Roma temporibus Neronis circumferebatur illud apud *Suton. in Ner. cap. 35.*

Roma domus fiet, Vejos migrate Coloni,
Si non & Vejos occupet illa domus.

„Homines ipsius non cives essent, sed famuli vel mercenarii; nec essent lege naturæ subjecti imperio, sed meris saltem pactis & conventionibus tenerentur invicem, veluti operarum locationibus & conductionibus. Unde finita locatione & ipse dominus omnes dimittere, atque e fundis suis abigere, aliosque denuo conducere, illi vero tum arbitrio suo discedere, eumque deserere possent. Si enim est patrimonium unius, nemo alius in illud jus habet. Nemini ergo dominus invitus alteri inde quid præstare tenetur, *l. 11. R. J.* Si enim tenetur, jus & æs alterius id est: *l. 213. §. 1. ff. de verb. sign.* Quodsi ergo ejus possessor inde terræ hominibus seu incolis præstare pacem, tutelam, incolumitatem, salutem debet, jus illud civium commune & civitatis, adeoque publicum est. Dominium scl. seu patrimonium privatum est domini causa; si civitatis seu regni causa, ut illud sit salvum, tutum, incolume, publicum illud civitatis & regni jus ac patrimonium est, non privatum. In legitima civitate seu regno, lege naturæ perpetua ac æterna omnes incolæ subjecti & obligati sunt regi, estque vinculum illud SSanctum & inviolabile, ipsaque divina auctoritate munitum: At in patrimonio privato inter ejus dominum & alios nulla subjectio est; nulla naturæ obligatio, nisi ex pacto ad id

„id quod inter eos convenit. Nec dominus ille „statuit ex re omnium, sed sua: non ex voto com- „muni, sed proprio arbitrio; non ad justitiam „tuendam, sed ad suam utilitatem procurandam; „non boni publici, sed privati causa; non ad pu- „blicos sed communes, sed ad suos usus privatos. „Hujus porro patrimonii potestas non foret liber- „tas publica, quæ formam civitati dat; sed pri- „vata, quæ dominio privato: cum non sit facultas „agendi quod publice, sed quod sibi utile est, adeo- „que non quod omnibus naturæ ductu libet, sed „quod ipsi soli. Denique ex tali dominio, seu pa- „trimonio privato, non oritur jus belli aut gladii, „aut ullum aliud jus SStæ illius summæque potesta- „tis, quæ Deum in terris repræsentat: Quia nemo „ex suo dominio jus in alium vel in res alterius „habet; sed omnia essent rapinæ, cædes, depræ- „dationes, homicidia, totumque corpus nil nisi „domicilium scelerum & prædonum. Tale fo- „ret hoc monstrum horrendum, informe, ingens, „cui lumen ademtum.

„Sunt nihilominus qui talia regna patrimonialia „asserunt; ut post Grotium *d. loc.* inprimis B. Dn. „de Puffendorf. *de Jur. Nat. lib. 8. cap. 5. §. 1.* „Hic fingit aliquem qui primus omnimodum do- „minium terræ acquisiverit, & tum sibi ipsi cives „fecerit: & hoc casu patere ait, imperantem in „quævis bona civitate contenta non id modo „potestatis habere quod ex imperio per se fluit, sed „& quod quivis paterfamilias in patrimonium „suum habet; nisi forte ultro quid de jure suo „remiserit. Hic igitur, si rex illud dominium „sibi illibatum servavit, cives sua non alio te- „nebunt jure quam quo servi quondam Romæ pe- „culia sua obtinebant, sic ut eorum possessio sit „mere precaria, arbitrio Regis quandocunque vi- „sum fuerit, revocabilis. Quamdiu tamen isto- „rum bonorum possessio civibus relinquitur, ex „iisdem alimenta &c. sibi decerpunt, velut loco „mercedis ob impensam operam. Quod si autem „ejusmodi Rex de jure suo aliquid remiserit, tan- „tum subjecti in bona sua habebunt juris, quan- „tum regis concessio ostenderit. Tum exempla „affert, ut Pharaonis, qui dominus terræ Ægypti „quintam partem frugum sibi vindicabat, quatuor „partes cultoribus relinquebat. Item Indorum de „quorum agricolis; *Strabo lib. 15. c. 7.* hæc refert: „*Est vero regio tota Regis: sed quam illi mercedis* „*nomine quartis fructuum colunt.* Quamvis vero, „si quod res est fateri oportet, nihil horum ad ju- „ris rationes exactum sibi constet, vel facto fe- „cum conveniat, iis tamen subscripsit quoque & „suffragatus est vir multo celeberrimus, qui sup- „petias quoque adduxit, exemplo regni Concho „allegato; de quo ait: *Certum est, in regno Con-* „*cho neminem proprii quid habere quod ad here-* „*des transmittere queat; sed omnia regis esse, qui* „*& administrationem & usum pro lubitu distribuit;* „*adeo ut de existentia regni patrimonialis dubitan-* „*dum non sit.* Authorem vero ejus rei nul- „lum addit, Intelligitur tamen sine dubio ma- „gnum illud regnum Congense, inter vasta illa „imperia Nigritarum & Abyssinorum in Africa „situm ad Oceanum Æthiopicum. Et his exem- „plis ergo adstruere nituntur regnum patrimo- „niale.

„Verum pace Virorum illustrium, & salvo „omnium judicio, liceat hic, quod sentio, pro- „fiteri, (1.) non dari regna, quorum cives nihil „proprii habent. Et (2.) licet darentur, non ta- „men esse in patrimonio Regis: nec recte, „quin non sine summa regiæ majestatis injuria dici „posse, regnum esse in patrimonio & proprietate „regis, sed sub summo Regis imperio. Qua pro- „inde re tantum abest ut quicquam derogatum ve- „lim supremæ potestatis autoritati, ut eam non „aliter salvam existimem. Uti enim omnium „quæ in rerum natura sunt, summa post Deum „ipsum est sublimis illa civitatis potestas, quæ pa- „ce & salute hominum tuenda, & arcenda malitia „occupata est, eoque supremi Numinis vices ae „munus obit; ex quo tanta fluit ejus veneratio, „sanctitudo, majestas, & quædam adoratio: ita „e contrario omnium infimum est dominium il- „lud, seu patrimonium quod quisque hominum „habet in res suas, in quo quicquid est profanum „est, & ut supradictum, eum infimo hominum, „quin cum bestiis, quæ & ipsæ fructus consumere „natæ, commune. *Illa* potestas imperat, *hæc* illi „natura subjecta est. *Illi* priori igitur, quicquid „in eo eximium, quicquid sanctum, inviolabile & „venerabile est, excutiunt, & in infimam hanc „classem & sortem redigunt, qui illud cum isto „confundunt. Hoc enim est, quod Horatius *lib.* „*1. ep. 2. vers* 27. cum vilissimum hominum & re- „rum genus describere vellet, ita exprimit: *Nos* „*numerus sumus & fructus consumere nati.* A „quibus distinguit, qui in parte aliqua reipublica „administranda, aut virtute exercenda versantur.

Atqui, *inquis*, hoc privatum & profanum do- „minium tamen plenius in eo est, quod & abu- „tendi, eoque liberior potestas sit. Illa vero nec „hominis vux vel ratio videri potest. An vero „ideo quicquam decedit ejus omnipotentiæ? quæ „blasphemia! Quantum vel cogitatu nefas? Inde „defectum potestatis arguere, quod præcipue ar- „gumentum est summæ ejus perfectionis. Ideo „regnum in patrimonio non est, non quia minor „illa potestas, sed quia infinito sublimius quid, & „longe perfectior, & sanctior, & eminentior est „potestas, quam ut in abusus fœdari possit. Quis „vero statueret, Dei minorem ideo esse potestatem „quam hominis, quia hic mori, fallere, mentiri, „rebus male uti potest, Deus non potest; cum il- „læ impotentiæ, imbecillitatis, vitii, defectus &c. „nomina sint: Dei vero potentia perfectissima & „plenissima est, quæ deficere & vitiosa esse non „potest. Ab hac igitur infamia, ab hoc oppro- „brio assertam & vindicatam cupio summam illam „ac sacrosanctam, & divinæ proximam seu vica- „riam, regum majestatem: & ostendere nec talia „regna, quorum exempla jam allata sunt esse in „patrimonio Regis proprio; sed quæ longe excel- „lentior, sanctiorque res, sanctiusque nomen est, „sub summo regis imperio.

„Quod ut luculenter demonstretur, notandum „est inprimis, in omni regno duplicia regis bo- „na esse, ab invicem distincta: Alia *privata,* „quæ

„quæ ſunt in patrimonio regis, non qua regis, ſed
„qua Patrisfamilias privati; idque jus commune
„ipſi eſt cum omnibus civibus: & bonis his non
„utitur jure magiſtratus, ſed jure privatorum: nec
„illa, ut talia, ullam rationem regni ſeu principatus
„habent. Alia vero *publica* quæ ejus ſunt ut regis,
„& reipublicæ Principis ſeu capitis: uti regna,
„principatus, civitates &c. quocunque illa titulo
„poſſideat, quod inter omnes conſtat. *Illorum*
„dominium eſſe dicitur; *horum* imperium: *l. 215.*
„*ff. de verb. ſign.* & merito, quæ re, etiam verbis
„diſtingui oportet: non poſſunt enim nominibus
„confuſis non res quoque tandem confundi, maxi-
„me in diſciplinis. Unde omni peſte pejus in jure
„publico eſſe exiſtimo, profana illa privati juris vo-
„cabula, proprietatis, uſusfructus, dominii (etſi
„addas, eminentis) ad imperia & regna, res adeo
„ſanctas & diſtinctas transferre.

„*Deinde* notamus: Etſi in tali regno nemo civium
„quicquam proprii habere poſſit ſed omnia Regis
„eſſent; cives vero, quaſi meri coloni Regis, iis
„tantum uterentur pro certo canone, uti Ægyptii;
„quin etſi tantum precario; aut ne hoc quidem, &
„nulla pars fructuum ad eos perveniret, ſed terra
„vel per extraneos coleretur, vel per ipſos ci-
„ves pro mercede tantum, aut ſaltem pro alimen-
„tis, nondum tamen regnum hoc eſſet Regis ut
„patrisfamilias, ſed ut Regis; nec terra in patrimo-
„nio regis ſed regni. Regnum itaque regis eſt,
„non regni proprietas: quæ proinde non eſt in
„patrimonio ejus privato, ſed regni publico, quod
„rex poſſidet & repræſentat; adeoque ejus bo-
„num civile publicum reſpicit & tuetur, non ſuum
„privatum. Itaque curam publicam omnium ci-
„vium habet, etſi privatim hi nihil habeant in bonis.
„*Vid. §§. ſeq.* Nec ideo minus cives, etſi pauperrimi,
„quia nihil proprietatis poſſidere dicuntur, eſſent
„liberrimi. Utique enim aliud eſt locupletem eſſe,
„aliud liberum: uti aliud ſunt bona, aliud liber-
„tas. Non deſinunt igitur eſſe liberi & cives etſi
„nihil proprietatis, quin nihil in bonis habeant,
„uti egeni & mendici in civitate, veriſſime ejus
„membra ſunt.

„*Tertio* notandum maxime eſt: Alia longe eſſe
„jura ac bona civium, qua collectim ſpectantur,
„ut collegium aut univerſitas, ſeu ut corpus civi-
„tatis, quod ex capite & membris compoſitum eſt;
„Alia ſingulorum, qua ut ſinguli ſeorſum reſpiciun-
„tur: *l. 7. §. 1. ff. Quod cuj. univ. nom.* Verb, *Si*
„*quid univerſitati debetur, ſingulis non debetur;*
„*nec quod debet univerſitas, ſinguli debent.* Un-
„de, quod civitas agit, non plures agunt, ſed
„unum corpus civitatis. *l. 2. ff. eod. tit.* Verb. *Si*
„*municipes dent actorem, non erit dicendum, quaſi*
„*a pluribus datum ſic haberi, hic enim pro repu-*
„*blica vel univerſitate intervenit, non pro ſingulis.*
„Quare, licet in civitate ſinguli nihil forte, &
„nec obolum in bonis habeant, tota tamen civi-
„tas, cum omnibus bonis ſuis, omnium & eorun-
„dem foret, qua conjunctim & ut corpus civita-
„tis, capite & membris conſtans, ſpectantur: &
„quicunque ſummum magiſtratum gerit vel ge-
„runt, publicum illud patrimonium civitatis te-
„nent, non ut privati, & ſui cauſa, ſed ut magi-
„ſtratus, & totius populi ac civitatis cauſa; ne-
„que ad ſuum ſuorumque privatum, ſed ad totius
„univerſitatis ſeu corporibus publicam utilitatem;
„non ut bonum ſuum privatum, ſed ut bonum ci-
„vile publicum totius regni ſeu reipublicæ; non de-
„nique ex libertate privata, quæ perſonæ; ſed ex
„publica, quæ regno ſeu civitati ac reipublicæ co-
„hæret.

"Ita ergo, cum Pharaoni Regi omnes terræ
„Ægypti ceſſæ fuerunt, deſierunt omnino illæ
„eſſe in bonis & patrimonio ſingulorum, neque
„tamen illæ ceſſerunt in proprietatem & patri-
„monium Pharaonis ut privati, ut ipſe in ſuos
„uſus privatos vertere, conſumere, extra regnum
„alienare, aut ut dominus res ſuas perdere poſ-
„ſit; ſed in patrimonium regni, & Pharaonis ut re-
„gis, & regni illius capitis ac ſummi moderato-
„ris: ut nihilominus his opibus auctus, & regnum,
„& ejus bona, ac cives, & pacem tueatur, o-
„mniumque ſalutem, & ſecuritatem, & ſic rem-
„publicam defendat. Unde & terræ illæ ipſi ceſ-
„ſæ non ad heredes ipſius, ſed ad ſucceſſores re-
„gni Pharaonis, ex quacunque familia, (*Vid. Jo-*
„*ſeph. Ant. lib. 3. c. 5. in princ.*) & deinde ad Pto-
„lomæos perpetua ſerie tranſierunt, donec hoc re-
„gnum in ditionem P. R. provinciamque redactum
„fuit. Eademque ratio eſt plene regni Indorum
„& Congi, ut licet verum eſſet omnia regis
„fuiſſe; id tamen nihil aliud eſt, quam omnia
„fuiſſe regni, ſeu publica; adeoque regis qui re-
„gnum repræſentat, & qui ſine regno ne concipi
„quidem poteſt.

„Quin idem quoque non minus contingere
„poſſet in republica populari, & multo facilius.
„Nam ſi populus terram vel regnum, ſive va-
„cuum, ſive expulſis jure belli inquilinis, deſer-
„tum occupet, hac occupatione per univerſitatem,
„ut vocant, toti populi quæſitum eſſet pleniſſime
„terræ iſtius dominium; ſingulis nihil: neque ulla
„ejus pars erit in patrimonio privatorum; niſi
„quid e publico in ſingulos diſtributum fuerit.
„Quod totum juris naturalis eſt, quo quod nullius
„cedit occupanti: Occupavit autem populus per
„univerſitatem, ſeu ut corpus civitatis: Terra ve-
„ro ita occupata, nullius, & nulli alii in eam,
„quippe vacuam vel deſertam, amplius quicquam
„juris eſt: In hac ergo univerſitate nihil quicquam
„adhuc in bonis vel patrimonio ſingulorum eſt,
„ſed omnia populi ſeu totius corporis; niſi quid
„in ſingulos inde diſtributum vel deſcriptum fue-
„rit. Atque in id omnes conſentiunt. *Grot. de J.*
„*B. & P. lib. 2. cap. 2. §. 5.* & ex eo more ſuo *Dn.*
„*Puffend. de Jur. Nat. lib. 4. cap. 6. §. 3. 4. 5. &*
„*ſeqq.* Quin & ita actu obtinuiſſe, atque in more
„fuiſſe apud veteres Germanos, teſtatur *Tacitus de*
„*mor. Germ. cap. 26.* Agri, *inquit, pro numero*
„*cultorum, ab univerſis per vices* (quæ lectio pro-
„ba, nec cum aliis in vicos mutanda, & innuit
„viciſſitudinem, de qua §. ſeq.) *occupantur, quos*
„*mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur.*
„*Facilitatem partiendi camporum ſpatia præſtant.*

„Quodſi igitur talis partitio non fiat, ſed con-
„veniat ut ſinguli ſaltem terras colant, atque inde
„pro neceſſitatibus ſuis uſum percipiant, jam ipſis-
ſimus

„sinus ille casus est quem quærimus, scil. quo sin-
„guli oihil proprii habent, sed omnia sunt populi.
„Neque vero ejus rei ideam saltem fingimus, sed
„iste rebus ipsis usus fuit veterum Germanorum:
„uti præclare id explicuit *Cæsar. de bell. Gall. lib. 6.*
„*c. 5. Neque quisquam* (inquit, *de Germanis*)
„*agri modum certum aut fines proprios habet; sed*
„*magistratus ac Principes in annos singulos gentibus*
„*cognationibusque hominum, qui una coierunt,*
„*quantum eis, & quo loco visum est, attribuunt*
„*agri; atque anno* post NB. *Alio transire cogunt.*
„Inde rationes hujus consilii ita refert, *Ejus rei*
„*multas afferunt causas: ne assidua consuetudine*
„*capti studium belli gerendi agricultura commutent:*
„*ne latos fines parare studeant, potentioresque hu-*
„*miliores possessionibus expellant: ne accuratius ad*
„*frigora atque æstus vitandos ædificent: ne qua o-*
„*riatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones dis-*
„*sensionesque nascuntur: ut animi æquitate plebem*
„*contineant, quum suas quisque opes cum potentissi-*
„*mis æquari videat.* Nec diversum hinc est quod
„ex Tacito modo attulimus: Nam & ille addit:
„*Arva per annos mutant, & superest ager: nec*
„*enim cum ubertate & amplitudine soli labore con-*
„*tendunt, ut pomaria conserant, & prata sepa-*
„*rent, & hortos rigent. Sola terra seges impera-*
„*tur.* Quæ proinde arva non fuere singulis pro-
„pria, sed solum cultura injuncta. Idemque spe-
„cialiter de Suevis refert. *Suevorum gens*, ait, *est*
„*longe maxima & bellicosissima Germanorum*
„*omnium: Hi centum pagos habere dicuntur, ex*
„*quibus quotannis singula millia armatorum bellan-*
„*di causa suis ex finibus educunt: reliqui domi*
„*manent; pro se & illis colunt. Hi rursus invi-*
„*cem anno post in armis sunt; illi domi remanent.*
„*Sic neque agricultura, neque ratio, neque usus*
„*belli intermittitur: sed NB. privati & separati*
„*agri apud eos nihil est: neque longius anno re-*
„*manere uno in loco, incolendi causa licet.* &c.
„En exempla domestica in ipso statu & civitate po-
„pulari, ubi singuli nihil proprii & in suo patrimo-
„nio habuerunt, sed omnia fuere populi, & in
„populi patrimonio, atque adeo publica omnioo,
„non privata. Quemadmodum inprimis Suevo-
„rum populus 100. pagos in patrimonio habuit;
„singuli nihil: atque hoc patrimooium omnino
„fuit publicum non privatum. Ut adeo non opus
„sit ex Indiæ & Africæ regnis exempla fingere,
„cum domestica vera & illustria præsto sint.

„Enim vero, quod populus ejusve magistratus
„est in statu populari, id rex est in regno, ut de-
„monstravimus *supra cap. 11.* Esto igitur regnum,
„in quo cives nihil proprii habeant, sed omnia
„sint Regis, certum est non esse ea in dominio,
„seu in patrimonio regis privato, sed publico, id
„est, io patrimonio regni, adeoque Regis, qua
„Regis, seu qua regni caput est, & regnum re-
„præsentat; ut in populari civitate magistratus po-
„puli rempublicam & in quolibet collegio is qui ei
„præest, suum corpus, v. g. Duumviri, seu Consu-
„les Senatum: quapropter recte dicitur in *l. 6. §. 1. ff.*
„*Quod cuj. univ. Parvi refert, ipse ordo elegerit an is*
„*cui ordo negotium dedit*: & inde tum concluditur,
„*videri ab ordine electum, quem Duumviri, quibus a*
„*Decurionibus id commissum, elegère.* Longe verius
„ergo de Rege, cujus summa in civitate seu regno
„potestas est, dicitur, nihil interesse bona in pa-
„trimonio Regis an regni esse dicantur, & quod
„Rex ex regia potestate agit, ab omnibus actum
„videri. Ita ex vero dixit Cicero *lib. 1. off. 22.*
„*prope fin. Est proprium munus magistratus, in-*
„*telligere se gerere personam civitatis, debereque*
„*ejus dignitatem & decus sustinere, servare leges,*
„*jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse.*
„Et maximi Imperatores id inprimis in gloria po-
„suerunt & jactaruot, se rem populi gerere, non
„propriam: ut Dio Cassius, Vir illustris & consu-
„laris, Præfectus Africæ, Dalmatiæ & Panooniæ,
„de Marco Antonio, quem omnium Principum
„optimum prædicat, testatur, eum in Senatu dixis-
„se: *Omnia Senatus populique Romani esse; se in*
„*iis* (quæ publica sunt) *nihil proprii habere. lib. 71.*
„*in vita M. Anton.* Et Spartianus *in vita Hadrian.*
„*cap. 8.* ait de Hadriaoo Imp. *eum & in concione*
„*& in senatu sæpe dixisse: Ita se rempublicam ge-*
„*sturum, ut sciret populi rem esse, non propriam.*
„Idque perpetuum est in jure, ut quicquid publicum
„est, dicatur esse populi, vel in patrimonio populi.
„*l. 14. princ. ff. de Adq. rer. dom. l. 1. in fin. princ.*
„*l. 6. ff. de contrah. emt. l. 13. ff. de verb. sign. l. 2.*
„*§. 2. ff. Ne quid in loco publ.* &c. Nec aliter res
„concipi potest: neque ulla gravior pugna so-
„ret, quam quod publicum est non esse populi,
„sed in dominio seu patrimonio privato: cum
„verbi quoque notione unum idemque sit populi
„& publicum esse; quippe quod a *populo* dicunt,
„quasi *populicum*, & contractum in *poplicum*,
„(quomodo & a quibusdam scribitur) usu in *pu-*
„*blicum* emolluit.

„Patet itaque quod primum *supra §. 7.* asserui-
„mus, his regnorum exemplis, etsi darentur, non
„doceri ea esse in patrimonio privato; sed perin-
„de ut in cæteris omnibus regnis & civitatibus,
„esse Regis, ut Regis, qui regni sui personam su-
„stinet. Sed non magis alterum, quod diximus
„hæc exempla probant, dari hujusmodi regna, in
„quibus cives nihil proprii habeant, oihilque ad
„heredes suos transmittant. Quicquid enim hac
„de re narratur, nec de omnibus civibus, sed de
„rusticis & agricolis, nec de omnibus bonis dici-
„tur, sed de terris rusticis seu fundis: Et summa
„omnium est, terras non esse eorum qui co-
„lunt, sed Regis; adeoque rusticos in his regnis
„non tenere terras suas jure proprio, sed jure co-
„lonario perpetuo.

„Ita Ægyptiis Josephus terris eorum emtis, di-
„citur semina dedisse, & jussisse ut agros serereot.
„*Gen. XLIX. v. 23. & 24. Accipite*, inquit, *semi-*
„*na, & serite agros, ut fruges habere possitis.*
„Fuere ergo illi, a quibus terras emit, rustici &
„agricolæ, qui serendæ & coleodæ terræ operam
„dedere. Inde ergo non sequitur, non etiam fuis-
„se alios cives, qui alio vitæ genere quam agri-
„cultura, se exhibuere in Ægypti urbibus, Regis
„aula, & regni ministeriis, domi militiæque: pro-
„ut in historia Mosis perpetuo seorsim referun-
„tur populus, & ministri Regis: *Exod. cap. IX. &*
„*seq.* & ipsius Josephi dominus, Potiphar, dicitur

„fuisse magister militiæ, Princeps exercitus, Dux
„militum. *Gen. c. XXXVII. v. ult. c. XXXIX. v. 2.*
„*c. XLI. v. 12.* Et deinde, vendita dudum terra,
„omnes Seniores domus Pharaonis, & cuncti
„majores terræ Ægypti, id est, Primates regni,
„comitati dicuntur Josephum ad exequias patris,
„*Gen. L. n. 8.* Quos regni Principes nihil proprii,
„nullas domus, &c. habuisse, nullibi probatur;
„Sed contra, cum Moses, ingentem tempestatem
„minatus monuisset Regem, ut qui res, servos,
„jumenta in agris haberet, in ædes abduceret;
„*Exod. IX. v. 18. 19.* additur *v. 20. 21. Regis mini-*
„*strot, qui animum ad verbum Domini adverte-*
„*runt, recepisse ea in ades: reliquos vero contuma-*
„*ces omnia perdidisse.* Habuere igitur & servos
„suos, & jumenta propria, ædesque in quas reci-
„pere possent; & sic verisimiliter etiam Prætoria
„sua in agris.

„Deinde, non tantum præter agricolas illos,
„qui terras suas vendidere Regi Ægypti, fuere, ut
„diximus, etiam alii cives primarii, quos nihil
„suum habuisse, nullibi traditur; sed & ipsos il-
„los rusticos nihil proprii habuisse nullatenus sequi-
„tur: non enim dicitur, illos bona sua omnia
„tum vendidisse, sed terras suas, & antea peco-
„ra: *Gen. XLVII. c. 17.* habuisse autem eos deinde
„adhuc propria bona in patrimonio suo non du-
„bium est: nam & omnes fructus terrarum, exce-
„pta quinta, quam pro censu Regi penderunt
„jure proprio & perpetuo sibi acquisiverunt. *Gen.*
„*c. XLVII. v. 24.* ubi Joseppus ait: *Quintam par-*
„*tem Regi dabitis; quatnor reliquas permitto vobis*
„*in sementem, & in cibum, familiis & liberis vestris.*
„Quemadmodum coloni fructus percipiendo suos
„faciunt, & domini eorum perpetui fiunt. *l. 26. §.*
„*fin. l. 61. §. pen. ff. de furt. §. 36. in fin. ff. de rer.*
„*div.* Præterea cum Moses præsagiret plagam lo-
„custarum, ait: implebuntur iis non tantum ædes
„Regis, sed & *αἱ οἰκίαι τῶν θεραπόντων σου, καὶ*
„*πᾶσαι αἱ οἰκίαι ἐν πάσῃ γῇ τῶν Αἰγυπτίων:*
„*Omnes ædes ministrorum tuorum, & omnes ædes*
„*in omni terra Ægyptiorum.*

„Maxime vero, quam locupletes, etiam post
„hanc venditionem, fuerint Ægyptii, inde pa-
„tet, quod jussi Hebræi, ut vir ab amico, mulier
„a vicina, vasa aurea & argentea, & vestem com-
„modato peterent, *Exod. XI. v. 2. & 3.* illa com-
„modata ab Ægyptiis acceperint, secumque abstu-
„lerint: quod in tanta hominum multitudine, in
„qua virorum saltem, reliquis non computatis,
„600000 fuere, *Exod. XII. c. 37.* incredibilem au-
„ri argentique & vestium numerum confecit &
„confecisse oportuit; quippe quod fuit loco mer-
„cedis, pro 100. amplius annorum operis durissi-
„mis, injusta vi exactis & extortis, debitæ: id
„enim dudum Abrahamo ita prædictum a Deo
„promissumque fuerat, liberos suos longa ser-
„vitute pressus, inde egressuros esse cum ma-
„gnis divitiis. *Gen. XV. vers. 14.* Unde patet,
„quam immensa opum ac divitiarum vis & co-
„pia fuerit, quo abundarunt Ægyptii, etiam post
„prædictam venditionem terrarum; tantum abest,
„ut nihil proprii habuerint.

„Minus adhuc reliqua exempla probant, dari
„regna quæ in patrimonio Regis sint, & quo-
„rum subditi nihil proprii habeant; eademque
„errandi causa fuit: in regno Indiæ enim Stra-
„bo, ex quo illud assertur, cum septem incola-
„rum ordines, & inter eos unum *τῶν γεωργῶν*,
„rusticorum seu agricolarum fecisset, tantum-
„modo de horum terris inquit, quod sint *χώ-*
„*ρη βασιλικὴ*, regalis regio, ipsique eam colant
„quarta fructuum. Tres partes ergo ipsi sibi
„acquirunt, & iure pruprio dominii percipiunt;
„Ex ipsa ergo inspectione apparet, nec asserere
„id Strabonem de omnibus Indiæ incolis, sed
„de rusticis, nec de omnibus bonis, sed de
„rusticorum terris: Minime omnium autem fa-
„bula de regno Conchi refelli meretur, cujus
„nullus Author nedum fide dignus adducitur: &
„licet omnia vera essent, nihil tamen minus in-
„de efficitur, quam id esse in patrimonio re-
„gis: quæ jam abunde explanata sunt.

„Nec opus est, ex alio orbe arcessere talium
„rusticorum exempla, cum vernacula sint in im-
„perio & Germania: nam & in jure communi
„dicitur: *Agricolarum alii sunt adscriptitii, &*
„*eorum peculia dominis competunt: alii vero*
„*tempore annorum 30. coloni fiunt, liberi manen-*
„*tes cum rebus suis: & ii etiam coguntur ter-*
„*ram colere & canonem præstare. Hoc & do-*
„*mino & agricolis utilius est. l. 18. C. de A-*
„*gric. & cens. & colon.* Unde patet, in Impe-
„rio Romano agricolas, præter eos qui veri
„fuere servi, (quales hodie amplius non sunt)
„fuisse colonos, liberos cum rebus suis, adeo-
„que res pruprias habuisse, & terras quidem
„dominorum fuisse cum censu, fructus ipsorum.
„Idque jure ab utilitate commendatur. *d. l. 18.*
„*in fin.* Hinc integri de talibus Colonis Palæ-
„stinis, Thracensibus, Myricanis, &c. tituli in
„*lib. 11. C. tit. 49. & seqq.* Neque tamen in-
„de sequitur, imperium fuisse in patrimonio
„Imperatoris. Sed & hodie plurimis in locis
„Europæ Germaniæ talis est rusticorum colona-
„ria conditio, & inter eos notum nomen Wilt-
„fangiorum, sono quidem illud asperum, re au-
„tem mitior in multis eorum conditio quam re-
„liquorum. Unde patet, quam procul ab omni
„juris sensu abeat B. Dn. de Pussend. *supra*
„*§. 6.* qui eo delabitur, ut asserere haut dubi-
„tet, in suo conficto regno patrimoniali agri-
„colas, quin omnes cives, sua non alio jure
„tenere, quam quo servi olim sua peculia, sic
„ut mere precaria sit eorum possessio, & re-
„vocabilis quandocunque visum fuerit. Atque
„ita comparat, seu confundit, cives regni cum
„servis & mancipiis privati domini; civium omnia
„bona cum servorum peculiis, peculia servorum
„cum precario: quin mortuos cum vivis: quia
„servi pro mortuis habiti. l. *209. ff. de Reg. jur. l.*
„*32. §. 6. ff. de Don. int. vir. l. 59. in fin. ff. de*
„*Cond. & dem. Nov. 22. c. 9.* Quid vero magis *ἀλο-*
„*γίστως* & inconcinnius excogitari potuit, quam
„male sculpta effigies civitatis & regni, cujus
„cives ipso jure gentium nec vivorum quidem,
„*dict. Leg.* nec hominum numero, *arg. l. 4. verb.*
„*cum jure naturali omnes liberi nascerentur, &c.*

ff. d-

„*ff. de Just. & jur. l. ult. verb. Tria enim sunt &c.* „*ff. de cap. min. l. 32. ff. de Reg. Jur.* non pro „membris societatis humanæ, *§. 1. de jur. nat. l. 9.* „*ff. de Just. & Jur.* nedum civitatis habiti, sed „ab utraque quasi exules & extorres, nec juris „gentium participes, *§. 4. de cap. min. l. 3. de Reg.* „*Jur.* & quasi nullius, *d. l. 22.* & pecudibus lege „exæquati fuerunt: *l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil.* adeo „ut ipsi, etsi natura homines, in hominum com„mercio fuerint, uti pecudes, & res inanimatæ, „quæ cum fructibus hominum causa a natura con„ditæ sunt, atque ideo natura homo non magis in „hominis commercio quam in hominis fructu esse „potest. *§. 37, de rer. div. l. 28. §. 1. ff. de Usur. l.* „*68. princ. ff. de usufr.*

Quid vero ἀδοξότερον in jure videri potest, quam „comparatio illa peculii servorum, & precarii, „quod in servos ne quidem cadit: *d. l. 22. ff. de* „*Reg. jur.* & unde accipiens sibi acquirit; non servus „sibi ex peculio: neculla re conveniunt peculia „servorum & precaria. Quæ adeo in oculos oc„currunt, ut iis immorari sit operam ludere.

„Illud quoque, quod hominem quendam fingit „qui primus omnimodum dominum terræ adqui„siverit, & sic sibi ipsi cives fecerit, *vid. supra §. 6.* „nescio (quod nullo viri illustris præjudicio di„ctum velim) an commentum hoc procul distet a „fabula de Centauris nubigenis: certe nimis vagum „id est quam ut quod in quæstione est, inde sub„duci queat. Quid enim? Qualis ille, qui tantum „terræ tractum occupavit? Princeps, an privatus? „Solus, an cum hominum manu? Et terra illa oc„cupata, qualis? Vacua & nullius, an alterius: „Si hoc: privati an populi? &c. Quod si Princeps „cum Principe, vel populo bellum gerat, imperium „in populum victum jure belli acquiritur, non „dominium in res singulorum, qui quasi in pun„cto temporis, quo victi sunt, ex hostibus fiunt „subditi. *cap. seq. §. 5.* Si terra vacet, omnium „par jus est ejus occupandæ; & si populus liber „sit qui occupat, libera civitas erit, ac in publico „omnium, non in unius patrimonio: Si privati, „ac tuendæ occupationi pares sint, per eam terra „fiet omnium communis, & in patrimonio pri„vato omnium, & si tum animus sit constituendæ „inter se civitatis, nec alia causa quæ facultatem eam „ipsis neget, erit tum terra in publico patrimonio „hujus civitatis seu populi, nullo vero horum ca„suum in patrimonio unius privato. Quod si unus „privatorum prior ingressus fuerit terram, non„dum eam hoc facto occupavit; non magis quam „nauta, qui vastum mare solus navi ingreditur: „est enim occupare in potestatem suam redigere, „ita ut alios inde arcere possit quorum alias par „ingrediendi jus est. Denique, si terra non va„cet, privatorum occupatio injuria mera, & præ„donum invasio erit, seu nefanda deprædatio. „Adeo nihil est, in quo hujusmodi crudæ & im„maturæ cogitationes, mero arbitrio confictæ, „figere quasi pedem possint!

„Hobesii os nihil moror, qui omnia regna pa„trimonialia asserens, ubique publicum patrimo„nium regni cum privato Regis; dominium pri„vatum & profanum cum summa imperii sancti„monia; sacram regiam potestatem cum cujusque „hominis, etiam infimi, in res suas jure; eadem „fronte, qua ipsum jus cum injuria confundit, & „summa imperiorum seu regnorum majestate ac „reverentia, in infimam rerum privatarum & pro„fanarum classem abjecta atque detrusa, id quod „post Deum in terris sanctissimum & Deo proxi„mum, quin Numinis ejus vicarium esse vidimus, „*supra c. 3. §. pen.* pessimo omnium & nefario „ostracismo ac sacrilegio, ex hominum societate, „quin & rerum natura, qua per ipsum stat, ex„terminat atque eliminat. Neque id adeo mirum „in homine, qui omnis juris penitus ignarus ac ru„dis, omnique ejus cognitione destitutus, ne no„mina quidem juris ac injuriæ intellexit, sed pes„simum in modum commiscuit. Cujus rei ac de„testandi abusus, qui & hodie apud homines a „jure neutiquam instructos invaluit, stricturam „paulo acriorem, ignosci mihi ac boni consuli „oro & obtestor,

„Quid enim indignius, quam ex Rege priva„tum, ex regno ejus villam; ex urbe domum; ex „civibus operarios; ex territorio sublimi prædium „rusticum; ex civitate familiam facere, eoque o„mnem dignitatem, somitem & precium virtutis, „& quam nullam natura in re privata esse Salu„stius *in Catil. c. 12.* recte sentit, de vita civili, quin „e rebus humanis evertere. Et quis porro non in„dignatus, homines adeo ab omni juris scientia „denudatos & alienos, jus tamen invadere, imo „condere velle, & talia portenta fundere, abor„tusque projicere? *Hactenus B. Parens.*

„Si dicendum quod res est: In genere cum „Grotio asserimus *Dari vera regna patrimonialia:* „Probavimus hanc thesin initio hujus §. Diximus „per ultimam victoriam, vel per deditionem non „conditionatam, regnum desinere esse regnum: o„mnia enim jura publica & privata transeunt in „victorem, & ipse populus redigitur in servitutem: „Victor igitur pro lubitu de hoc regno disponere „potest. Unde constat, omnia, quæ de SSta pote„state vicaria allegantur, ad regna bello subacta „non pertinere, quia imperium desiit: Sane ne„mo est qui de injuria queri possit, quia populus „bello victus criminis reus est, in quem victori jus „vitæ & necis competit: quem autem occidere li„cet, eum etiam spoliare licitum est. *Vid. Diss.* „*proœm. XII. §. 130. §. 739. seq.*

„In eo ergo saltem errat Grotius, quod regnum „hoc patrimoniale faciat *intuitu* regis, qui forte „suis sumtibus bellum gessit; cum hic jure & no„mine populi, cui præest, bellum gerat, adeoque ni„hil sibi ex negotio hoc alieno acquirat. At *intuitu* „populi victoris omnino verum est regnum dari pa„trimoniale. Populus igitur pro lubitu disponere de „suo patrimonio potest, adeoque vel illud destruere, „vel conservare, saltem sub certa conditione. Rex „autem non plus juris in tale regnum habet, quam „in suum regnum, indeque ipse de eo, inconsulto „populo victore, disponere nequit: Omnes igitur „effectus, quos Author regno patrimoniali tri„buit, veri sunt intuitu *populi victoris*, non in„tuitu *regis*, etsi propriis sumtibus bellum ge„rentis.

oppugnant argumento, [d] quod liberi homines in commercio non sint. [e] At sicut alia est potestas dominica; alia regia; [f] ita & alia est libertas per-

„d) (QUOD LIBERI HOMINES IN COMMERCIO NON SINT:) Hominis enim membra nullius in bonis & dominio sunt, *l. 13. ff. Leg. Aquil. l. 83. §. 5. l. 103. ff. V. O.* & hactenus liber homo comparatur rebus sacris, *d. l. 13. junct. §. 7. Inst. de rer. div*, Unde liberi hominis stipulatio inutilis est, *d. l. 83. d. l. 103.* adeo, ut nec æstimatio debeatur, *d. l. 103.* quia liberum corpus æstimari nequit: *l. 2. §. 2. L. Rhod. de jact.* Atque hæc quoque ratio est, cur nec actio legis Aquiliæ directa detur libero homini, *L. 13 ff. Leg. Aqu.*

„Respondet Author, non hic quæri de libertate vel servitute singulorum: hos enim manere liberrimos: Sed de libertate ac servitute publica: Quoties enim populus antiquis suis legibus vivit, nec ab alterius arbitrio dependet, *liberum* dici: Quoties vero ab alieno arbitrio dependet, & alienis legibus vivit, dici *servire*. Unde concludit, homines singulos *libertatem* habere, sed universum in *servitute* constitutum esse. Vera responsio est: Quod populi bello per ultimam victoriam victi, vel dediti, desinant esse liberi homines, quod omnia eorum jura publica & privata in victoris transeant potestatem, adeoque hactenus omnino sint ut in dominio, ita & in commercio, ita ut pro lubitu de iis disponere victor possit.

„e) (AT SICUT ALIA EST POTESTAS DOMINICA, ALIA REGIA:) Quarum illa jus in personas & bona singulorum, hæc jus in personas & bona universorum: illa jus abutendi, hæc jus administrandi infert.

„f) (ITA ALIA EST LIBERTAS PERSONALIS, ALIA CIVILIS: ALIA SINGULORUM, ALIA UNIVERSORUM:) Vix credi potest, quantum intersit inter libertatem publicam & privatam, & quisnam ejus effectus sit non tantum in jure gentium, sed & in jure publico Romano Germanico; cum ex illo discrimine celebris distinctio inter terras mediatas & immediatas orta sit, cujus originem B. Parens primus explicavit: Rem gratam me lectori facturum spero, si principia hæc juris gentium, quæ is in tractatu *de Autonomia juris gentium* c. 2. exposuit, & ad illustrationem rarissimi argumenti pertinent, operi huic inseruero. Verba ejus hæc sunt: Ut igitur ordine inde ordiamur, libertas Zenoni & Stoicis dicta fuit *ἐξουσία αὐτοπραγίας*, suo nutu agendi licentia, ut docet *Diog. L. 7. in Zen. cit.* seu potestas vivendi ut velis; prout loquitur *Cicero paradoxa V.* Hujus itaque libertatis privatio, quæ servitus dicitur, est cum non tuo, sed tantum alterius lubitu, tibi agere licet; Omnis igitur libertatis vis & ratio eo absolvitur, ut quis possit agere, quod sibi licet, & suo arbitrio vivere, atque adeo sibi ipse legem dicere, qua agere velit; Et hic proinde est ipse actionum suarum dominus & arbiter. E contrario, servitutis forma & conditio tota in eo est, ut quis teneatur agere, quod alteri, ut domino, libet, & alterius ideo nutu vivere, legemque agendi ab alio domino accipere, qui proinde alterius dominio ac potestati subjectus dicitur. Hinc liquet, quam accurate utriusque definitio in jure tradita, & in ea privativa illa oppositio dextre observata sit, cum *libertas* dicitur esse: *naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut jure prohibetur.* §. 1. *Inst. de jur. pers. l. 4. pr. ff. de stat. hom.* Et servitus est *constitutio juris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam subjicitur*, §. 2. *Inst. de jur. pers. d. l. 4. §. 1.* quod nihil aliud est, quam privatio libertatis. Liber enim, qui sua voluntate & lege agere potest, hoc ipso est sui suarumque actionum dominus. Servus vero non sua sed alterius voluntate ac lege regitur, eoque alius est ipsius actionumque ejus dominus, & alterius adeo ille dominio subjicitur. Liberi hominis suum in se dominium ac potestas est; Servus, cum eo privatus sit, in alterius dominio ac potestate erit. Ille ergo suus hic alterius est. Utraque ergo hac definitione nihil exactius est, adeo, ut appareat ab iis, qui quid mutatum voluere, eam non emendatam fuisse, sed non intellectam.

„Libertas porro a natura indulta est; servitus a gentibus constituta, & hæc oppositio quoque in utriusque definitione belle notata est. Ideo enim libertas dicitur *facultas naturalis §. 1. J. de Jur. pers. l. 4. ff. de just. & jur. d. l. 4. pr. & §. 1. ibi: contra naturam. ff. de stat. hom.* estque adeo constitutio naturæ. At servitus a gentibus constituta est, idque contra naturam, scl. contra jus naturæ quod *permissivum* dicitur, & legibus ex causa mutari potest: unde servitus constitutio juris gentium dicitur; *§. 2. J. de Jur. pers. d. l. 4. ff. de J. & J. l. 4. §. 1. ff. de stat. hom.* idest, jus a gentibus, veluti prius illud jus a natura constitutum: quo sensu constitutio Principis dicitur jus a Principe constitutum, *tot. tit. de Const. Princ.* unde & hactenus rectissime invicem opposita sunt,

„Hæc vero omnia, quæ de libertatis & servitutis distinctione ac natura disputavimus, tum ad privatas pertinent, tum non minus ad populos & civitates. In utrisque libertas est *naturalis facultas agendi quod sibi*, & Servitus *necessitas agendi quod alius lubet*; in privatis igitur, quod ipsis de privatis suis rebus & actionibus lubet; in civitatibus, quod ipsismet de publicis; utrobique intra limites juris. Uti ergo privatus liber dicitur, cujus est facultas agendi quod sibi facere libet, & de sua re, adeoque quia rei suæ legem dicere quam vult potest; *l. 20. §. 1. ff. de pact. dot. l. 10. C de pact. l. ult. in fin. & pass. C. de pact. int. emt. & vend. l. 13. pr. ff. comm. præd.* ita civitas libera cujus est facultas agendi, quod e re civitatis videtur, atque adeo, quæ de publicis leges, quas ipsa vult, dicere, propriisque legibus vivere

personalis, alia civilis; alia singulorum, alia universorum, [g] Nam & Stoici quandam servitutem constare dicebant ὑποτάξει, in subjectione: [h] & in sacris literis subjecti regis servi vocantur. [i] Sicut ergo 1. Sam. XXII, 18.
[k] liber- II Sam. X, 2. 1. Reg. IX, 22.

„re potest, quod Græcis *Autonomia* dicitur.

„Atque ita ex adverso, quemadmodum homo „privatus servire dicitur, qui non suo sed alterius „arbitrio agit, adeoque legem agendi ipse sibi non „dicit, sed ab alio accipit, ita & civitas, quæ in „publicis non suo arbitrio, suisque adeo legibus, „sed ab alio superiore acceptis vivit & regitur: „Idem scl. est, statuere de suo quod lubet, aut suæ „rei legem dicere, *Nov.* 22. *Cap.* 2. καὶ ἔςω νό-„μος ἡ τȣ́τȣ βȣλὴ, *& lex esto ejus voluntas.* „Utrumque libertatis est, sive de privato quæratur, sive de populo; & similiter utrique communis ra-„tio servitutis; alterius arbitrio, vel alterius legi-„bus vivere; Et qui agit quod sibi libet de re „sua, is ipse sibi leges dicit, ut vult, sive privatus „sit, sive civitas; & ex adverso, qui sub alterius „arbitrio est, ex ipsius placito agere, & ab ipso le-„ges agendi accipere tenetur, tum privatus tum „populus.

„Respondet itaque & libertatis & servitutis ratio „ac definitio pleno sensu, & ex omni parte, cum „publicæ tum privatæ; quippe quæ tota posita est „vel in facultate ejus, quod sibi, vel in necessitate „ejus, quod alteri facere libet; sed suo cuique mo-„do, singulis in re privata, civitati in publica. „Unde etsi civitas libertate αὐτονομίας careat, eo-„que servire dicatur, quia alterius superioris non „suis legibus rempublicam gerere tenetur, singuli „tamen cives æque liberrimi sunt, ac sub Auto-„nomia; & utrisque pariter plenissima competit „potestas de rebus suis disponendi; utrique æque „νομοθετῦσι, seu legem rei suæ dicunt, & uti „dicunt, ita jus est, *d. Nov.* 22. *c.* 2. sed intra „cancellos rerum publicarum, sive suis civitas le-„gibus utatur, sive alterius superioris, *l.* 120. *ff. V.* „*S. l.* 13. *C. testam. l.* 23. *§.* 1. *in f. C. de legat. Nov.* 1. „*c.* 1. *pr. arg l.* 55. *ff. de leg.* 1. Enimvero cives de-„victarum gentium manere liberos homines, nisi „& singuli bello, aut prælio capti, aut alio ex ca-„su servi facti fuerint, jam dictum est, & de eo „infra agendi forte adhuc locus erit. *Hactenus* „*B. Parens*,

„Equidem negari nequit, jure gentium ex distin-„ctione inter libertatem privatam & publicam, „sive singulorum & universorum, insignes sequi ef-„fectus; At dubium, quod Author sibi movet, inde „non fulvitur: Dicendum igitur omnino est, homi-„nes in regno patrimoniali esse in commercio, „quia in regnis patrimonialibus, i. e. bello quæsitis, „& libertas *personalis* i. e. quæ personis com-„petit, & libertas *civilis*, i. e. quæ civitati co-„hæret, & in facultate de juribus suæ civitatis pro „lubitu disponendi consistit, tollitur, adeoque *sin-„guli* & *universi* victoris arbitrio subjiciuntur.

„Non ergo admitti potest quod Author ait in „tali regno universum servire, i. e. alienis legibus „vivere, singulos vero liberos esse: Singuli enim „omnino servi fiunt, adeoque sunt in commercio „victoris.

„*g*) (NAM ET STOICI QUANDAM SERVITUTEM „CONSTARE DICEBANT IN SUBJECTIONE:) Ut „proinde nihil obstet, quo minus liberi quoque „homines, aliorum imperio subjecti, sensu impro-„prio, in servitute esse dici possint.

„*h*) (ET IN SACRIS LITERIS SUBJECTI REGIS „SERVI VOCANTUR:) Non quasi in vera servitute „constituti, sed quia imperio ejus subjecti sunt.

i) (SICUT ERGO LIBERTAS PERSONALIS DOMINIUM EXCLUDIT, ITA LIBERTAS CIVILIS REGNUM:) Inter errores Authoris merito notamus, quod statuat regnum & libertatem differre, cum certum sit *ratione subditorum* parilem esse libertatem in statu regio ac in statu populari. Potestas enim utrinsque status unice consistit in officio tuendi jura civitatis & singulorum, adeo, ut cives liberrimam facultatem de juribus suis privatis disponendi, etiam in statu regio, obtineant.

ADDITIO.

„Latius mentem suam de parili libertate civium „in statu regio & populari explicavit B. Parens in „tract. de *Auton. jur. gent. cap.* 10. verba ejus hæc sunt:

„Res hic nobis est cum plurium gentium, & „maxime cum populi Romani judicio. Romani „enim Authores perpetuo libertatem a regno ab-„junxerunt, atque cum servitute regna promiscuère: „ut constat ex *Liv. lib.* 2. *cap.* 15. *Tac.* 1. *Ann.* 1. *in* „*princ. & de mor. Germ. c.* 15. *in fin. Cicer. in Philipp.* „*& ad Brut. ac alibi pass.* Quin Tacitus *vit. Agric.* „*cap.* 3. *libertatem & Principatum duas res insocia-„biles* esse asseruit. Unde, cum Cappadoces qui-„bus Romani obtulere libertatem, negarent sine „Rege se vivere posse. *Just. lib.* 38. *c.* 2. *in fin.* refert „Strabo *lib.* 12. *cap.* 6. admiratos fuisse Romanos, „adeo istos torpere ad *libertatem: & Regem* eis „permisisse eligere e suis. Sed & Mithridates li-„teris ad Arsacem Regem datis: *Pauci* (inquit) „*libertatem, pars magna justos dominos volunt.* „*Salust. fragm. hist. lib.* 4. Et Justin. *d. loc.* ait: *Re-„gibus ablata regna, & populos libertate donatos* „*jussse.*

„Cæterum Romanos in eam sententiam non tam „ratio traxit, quam inveteratum illud regiæ olim „dominationis tædium, adeo invisæ, ut ipsum „quoque nomen regium exhorruerint, & fastidium „veteris abusus sensum quoque justorum discri-„minum deleverit, nec ulla ætas pristinæ injuriæ „regiæ aut abolere memoriam, aut evellere odium „potuerit. Mithridates vero non de civium & ci-„tatum, sed de ipsorum Regum libera potestate „scripsit; quos P. R. quidem liberos ac Reges ap-„pellabat, & amicorum ac sociorum nomine or-„nabat; at fœderis sui inæqualis nervo ita eos con-„stringebat, ut parum a subjectis distarent. *Vid. l.* „7. *ff. de capt. & postl.* Justinus vero in facto Ro-„manorum, horum usum & sensum sequitur, etsi „nec ille de libertate civitatum & civium regni, sed „de populo agat.

„Esse autem eandem civium & civitatum, sub

„proprio Rege ac sub statu populari libertatem, „nemo, rebus probe expensis, inficias ire poterit: „idque ita demonstramus. In republica populi li- „bera, aliud est populus, aliud singuli e populo, „etsi conjunctim accepti; cum alia sint jura singu- „lorum & privata; alia corporis & publica. Sum- „mum imperium ac summa potestas non est sin- „gulorum, sed populi in singulos, ita ut singuli „omnes, nemine excepto, populi potestati subje- „cti, nec ulla potestas ullusque inde magistratus „sit exemptus. Quemadmodum in Romana re- „publica liberrima, omnes Magistratus, Senato- „res, Consules, quin & Dictatores, fuere in „potestate populi: Et licet e re visum fuerit, Di- „ctatorem adeo constituere cum plenissima pote- „state, ut nec jus provocandi inde ad populum re- „lictum esset; tamen ille hanc quantamcunque „potestatem non suo nomine exereuit, sed no- „mine populi. Hic igitur populus eam legem de „non provocando non in se tulit, sed in singu- „los; non, ne ipse provocationem ex causis reci- „pere posset; sed ne singuli provocare: uti admis- „sa illa fuit in causa Papyrii Dictatoris & Q. Fa- „bii, qui contra illius mandatum io hostem pu- „gnaverat: cum pater ipsius, Fabius Senior, in „Senatu diceret: ***Provoco ad populum, qui certe „unus plus quam tua Dictatura potest polletque.*** „*Liv. lib. 7. cap. 33.* Sed & universus Senatus le- „ges tulit ad populum, neque ante lex fuit, quam „populus rogatus juberet; &, cum Senatus quoque „tandem jus faceret, non aliter valuit quam vi- „cario nomine populi. §. 4. §. 5. verb. *vice popu- „li &c. Inst. de jur. nat.*

„Rege autem constituto eadem illa potestas po- „puli quam habuit in omnes & singulos cives, „transit in Regem, adeoque hoc facto eandem in „cives omnes & singulos consequitur potestatem „quam ante populus in eosdem habuit. *l. 1. princ. „ff. de constit. Princ.* Eadem ergo conditione ac „libertate, qua ante populo oportuit esse dicto au- „dientes, nunc oportet Regi esse. Nec ulla alia „mutatio facta nisi in summæ potestatis subjecto, „quod tum fuit populus, nunc Rex. Idem ergo „civium vinculum est ac durat, sive populo, sive „Regi eo obstricto sint, nec in hoc sit arctius quam „in illo fuerat, eademque omnino relatio est inter „singulos & Regem, quæ inter singulos & popu- „lum. Quicquid itaque libertatis fuit sub potestate „populi, idem manet ea collata in Regem. Add. „*Disp. nostra de libert. Stat. Reg.*

„Videndum ergo, quæ fuerit civium libertas „sub populo, ut appareat quæ sit in regno. Cer- „tum scil. est, in statu quoque populari singulos „e populo teneri legibus populi collatim sumti, „uti in omni collegio legitimo singuli tenentur sta- „tutis totius corporis: *l. fin. ff. de corp. & coll.* & in „eo omnes id velle videri quod majori parti pla- „cet. Ostendimus enim jam quemadmodum liber- „tatis privatæ conditio est, ut singuli facere pos- „sint in re sua privata quod sibi lubet, sive quod „bonum videtur, servitutis vero, non nisi quod „alii domino lubet, & ille sibi bonum censet; & „ideo alii (liberi) sibi & rebus suis legem, ut vo- „lunt, dicere possunt; sui (servi) legem, ut do- „minus eam sibi & rebus suis dicit, sequi tenen- „tur; ita similiter libertatis publicæ eam rationem „esse, ut populus in re sua publica facere possit „quod sibi lubet, sive quod sibi videtur suæ civi- „tati bonum esse; Servitutis autem publicæ, non „nisi quod alii populo vel Regi lubet, seu quod „ille suæ civitati suoque regno bonum arbitratur: „quo itidem fit, ut ille suæ reipublicæ legem di- „cere, suaque adeo lege & sententia, quid ei con- „sultum sit, decernere possit; hic vero legem al- „terius populi vel Regis, prout ille in rem suæ ci- „vitatis eam statuit, sequi teneatur.

„Certum quoque est, quod homo, qui natura „sibi cupit, id velit quo quam optime sibi consul- „tum existimat, privatus in re privata, populus „in publica: adeoque hoc ipsum ex libertatis ma- „xime studio esse, ut quam potest maturissime de- „liberet & circumspectet, quid consultius & ma- „gis e re sua sit. Hoc autem non potest vel cer- „tius cognoscere, vel tutius consequi, quam si „vel plures consulat, vel prudentioribus curam „ejus committat. Quod quomodocunque fiat, & „sive uni, sive pluribus boni communis cura & „custodia commissa sit, libertatem nihil imminuit, „nedum eam infringit; cum tamen ipsius id bo- „num commune & publicum sit ac maneat quod „curatur, omniaque fiant, ac fieri debeant, in rem „& usum ejus cujus est negotium, adeoque ex ejus „voluntate & voto, perinde ac si ipse populus per „se curet: quæ est natura libertatis. Unde & illud „consequens est, cum aliud alii quandoque bonum „videatur, multi quoque studio boni privati a pu- „blico dissentiant, neque adeo aut negotia publica „explicari, aut exitium habere possent, si omnium „consensus unanimis requiratur, hoc quoque, ut „ex re omnium, ita omnium votum natura ita se- „rente esse: ut & quod major pars sentit va- „leat, &, quod plures sentiunt, id omnes voluisse „intelligantur: quia natura publice volunt quod „publice bonum est. Conf. *Grot. lib. 2. cap. 5. §. 17. „& seqq.*

„His ergo ita expositis sequitur 1.) ex libertate „esse, cum populus per se ipsum civitatis suæ curam „suscipit, & leges, prout sibi libet, vel e republi- „ca videtur, statuit, & suffragiis, vel tributis vel „curiatis vel virilibus, quid in republica optimum „factu sit exquirit: etsi & tum pars minor plu- „rium sententiis, & singuli in civitate populi de- „cretis stare coguntur; etiamsi populus non per se „sed aliorum ministerio & consilio v. g. per con- „stitutos magistratus, curam reipublicæ expediat: „quod populi R. exemplo liquet. Sequitur 2.) ex „libertate esse, cum populus ipse rempublicam non „gerit, sed Senatus prudentum vel optimatum con- „stitutus est, qui rebus & saluti populi consulat; „& cujus statutis populus obligetur. Nec tantum, „si Senatui isti sola saltem administratio commissa „sit, & populus ejus ministerio atque consilio uta- „tur, sed & si jure perpetuo & proprio civitati „præsit, ut in vero statu Aristocratico, quem vo- „cant; quoniam nec iste Senatus suam, sed civita- „tis suæ & populi rem ex lege ac regula publicæ „utilitatis gerit, atque adeo salutem populi ex „communi voto tuetur: Alioquin non est Se-

„Senatus civitatis, sed in Tyrannidem abit; uti „Athenis famosus ille 30. Tyrannorum Senatus. „*Xenoph. Rer. Grac. lib. 2. fol. 316. Diod. Sic. lib. 4.* „*Justin. lib. 5. cap. 8. & seqq.*

„Sequitur 3.) Ex libertate esse, cum magis consul-„tum rei publicæ videtur, eam ab uno geri, & „ideo, rege constituto, in eum populi potestas „transfertur. Nam & ille rem populi sui tuen-„dam, atque ad ejus salutem & usum ex omnium „sententia gerendam capessit. Hunc ergo Regem „populus iste, seu populi illius cives ac civitates, „quæ hoc corpus regni constituunt, hujus Regis „legibus, ut suis, perinde ut sub populo legibus „populi, ut suis utuntur; quoniam utrobique fe-„rendarum legum norma esse debet utilitas & fa-„lus illius populi; adeoque feruntur illæ ex capite „libertatis, seu ex communi civium voto, quo suis „commodis suæque securitati publicæ student: quid „autem publice commodum seu utile sit, non suo, sed „regis judicio æstimant; perinde ut in populari statu, „populi, ejusve majoris partis; & in Aristocratico Se-„natus judicio id relinquitur: quia leges in omnium „utilitatem publicam, & proinde ex communi il-„lorum sensu ac voto, ease uti ipsis in genere li-„bet, statuuntur: quæ est causa libertatis.

„Sequitur 4.) a contrario, servitutis esse, cum „hujusmodi libera civitas, vel Rex aliam civitatem „sibi vi subjicit: hujus enim devicti cives, etsi iis-„dem legibus quibus & alteri teneantur, & utri-„que ergo immediate eidem regno regnique legi-„bus subjecti sint, tamen alteri illi liberi, hi infer-„vitute publica vivunt. de quo cap. *seqq.* Hæc „enim devicta civitas sive provincia illis legibus „non utitur ut suis, sed ut alienis; quoniam illæ „non ex re & utilitate provincialium, adeoque „non ex eorum sententia & placito feruntur, sed „ex re, lubitu & voto civium regni. Quæ est „causa servitutis, qua non, quod sibi libet & expe-„dit, statuere ipsis integrum est, sed ei, quod Re-„gi victori libet, ipsique e sua re videtur, stare & „morem gerere tenentur; atque adeo, cum ratio-„nes regni & rationes provinciæ pugnant, hæc re-„gni & regis rationibus cedit ac servit, & nec ex „sua, sed regis voluntate ac utilitate agere tenetur.

„Ut vero quæstionem de libertate status regii „persequamur, multæ & gravissimæ causæ sunt, „cur plerisque gentibus consultius visum fuerit, rei „ac utilitatis publicæ æstimationem Regis potius ju-„dicio & arbitrio quam suo committere, atque sub „Rege potius quam sub populo vivere. Primum „enim difficillimum, & in magna præsertim civitate, „prægrave est, cives quotidie in comitiis morari, „& rem privatam familiamque negligere. Dein-„de cum reipublicæ regendæ duo quasi cardines „sint, Fried und Recht, worauff, als Grund-„Vesten alle Reiche und Gewalt ruhen, ut dici-„tur in *Rec. Imp.* 1521, *princ. & §. 1. & R. J.* „1525. *princ. & fim.* facile liquet, indoctum impe-„ritumque vulgus ineptum esse *juri pacique* mode-„randis; qua nulla ars major ac difficilior veteri-„bus ac prudentibus visa est. Accedunt moræ „illæ & ambages consiliorum, rerum tractanda-„rum, atque executionum, aliaque incommoda „plurima. Ut taceam æmulationum & factionum „studia & procellas &c. quæ cessant in unius Prin-„cipatu. Nec officit, quod solus ille non minus „impar videatur; cum Regum latera septa ac sti-„pata, & humeri suffulti sint peritorum ac pru-„dentum consiliis, ac virorum robore & ministe-„riis, ut tanto oneri ferendo sint.

„Hoc igitur cum votum populi sit, optime „prospectum reipublicæ esse; ei vero maxime con-„sultum putet Rege facto, in cujus fidem & arbi-„trium salutis suæ & boni publici tutelam trans-„mittit, plena omnino libertas est ejus Regis legi-„bus vivere, quæ ex populi voto ad ejus utilitatem „feruntur, non minus quam si a populo latæ es-„sent. Ut adeo verissime dixerit Grotius: *Popu-„li liberi & Regis, qui vere rex sit, eadem ratio est,* „*lib. 1. de I. B. & P. cap. 3. §. 21. n.* 2. & eadem „igitur libertas. Quod & Plinius probat cum in „*Paneg. ad Traj. circa med.* apposite ait: *Eodem* „*foro utuntur Principatus & libertas.* Ita liber „populus Israelitarum magna contentione Regem „sibi flagitavit: 1. *Sam. VIII.* E re populi Ro-„mani visum fuit, rempublicam nomine Principa-„tus ad unum deferri, teste *Tac. H: 1. & 1. A. 8.* „*9. & 12.* Cappadocum populus oblatæ, ut Ro-„mani autumabant, libertati regnum prætulerunt. „*de quo cap. seq.* sic inclyta illa Francorum gens, „cum in summa olim libertate, ejusque adeo tenax „esset, ut ab ejus studio nomen duxerit, ultro in „se Regem constituit; idque cum ad majestatem „populi, tum ad salutem & tutelam civitatis va-„lere plurimum, bellicosæ nationi visum fuit. „*Vid. Greg. Turon. Hist. Franc. lib. 2. cap. 9. in fin.* „*Ivo Carnot. de Regib. Franc. in princ. Epitom.* „*gest. Franc. cap. 4. apud Freher. in Corp. Hist.* „*Franc. tom. 1. Aimoin. de gest. Franc. lib. 1. cap. 4.* „*Ado Vienn. at. 6. ad ann.* 371.

„Atque hæc ratio libertatis latius patet, ut ob-„tineat etiam tum, cum duo Principes de eodem „regno inter se contendunt, & ille sceptrum ob-„tinet, cui populus forte minus favet: nam nihil-„ominus illud istius populi regnum & sceptrum „est, illiusque legibus populus, ut suis, & ex suo „sensu latis utitur, etsi persona Regis forte minus „placeat. Ex quo enim semel regnum regnique „successio placuit, is quoque admittendus est, cu-„jus succedendi jus est: neque affectus ille singu-„laris in personam mutat votum commune, ut „sub quolibet successore suis legibus vivant. Illud „enim in eo vertitur, quod & modus regni a po-„pulo probatus, & ille Rex constitutus sit ad illius „populi rempublicam gubernandam, legesque ad „ejusdem, non alterius, superioris v. gr. populi, „utilitatem ferendas. Atque hoc ipsum ergo est „votum commune populi & quod ipsi lubet, agitur, „scilicet, ut suæ reipublicæ prospectum esset, & „legibus sua causa latis viveret. Quæ conditio li-„bertatis est. Atque talis apud Judæos fuit disce-„ptatio inter Assamonæos & Herodem M. inter „quos studia populi quoque divisa fuere. de quo „§. 15. *infra.* Quam vero Galli, quippe subditi, „Henrieo IV. litem moverunt, non bellum fuit „sed rebellio.

„Quin & amplius statuendum est, quamvis po-„pulus liber non probaverit modum regni vel prin-cipatus,

[k] libertas perſonalis dominium excludit: [l] ita libertas civilis regnum
Liv lib. 1. atque aliam quamvis [m] proprie dictam ditionem. Sic [n] Livus iſta opponit: *Regem vocabant, libertatis dulcedine nondum experta.*
Lib. II. [o] Idem: *Indignum videbatur, populum Romanum ſervientem, cum ſub regibus eſſet, nullo bello nec ab hoſtibus ullis obſeſſum eſſe: liberum*
L. XCV. *eundem populum ab Hetruſcis obſideri.* Et alibi: *Non in regno populum Romanum, ſed in libertate eſſe.* Rurſum alio loco [p] opponit gen-
Lib. III. de legibus. tes, quæ in libertate eſſent, iis quæ ſub regibus viverent. Cicero dixerat: *Aut exigendi reges non fuerant, aut plebi re non verbis danda*
Ann. I. de moribus Germ. *libertas.* [q] Poſt hos Tacitus: *Urbem Romam ab initio reges habuere: libertatem & conſulatum L. Brutus inſtituit.* [r] Et alibi: *Acrior Arſacis regno Germanorum libertas.* Arrianus Indicis: βασιλεῦσι καὶ τῆσι πολέσιν ὅσαι αὐτόνομοι. *Regibus & civitatibus liberis.* Cæcina apud Senecam: *Regalia fulmina ſunt quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca:* [s] *quorum ſignificatio regnum civitati minatur.*

„cipatus, ſed ei invito Rex ab eo, qui poteſt, datus „fuerit, nondum deſiiſſe cauſam libertatis populi „illius ſub regno, ſed illud quoque iſtius populi „ſceptrum ac regnum eſſe, & ſuis eum adhuc le„gibus vivere: nam & Rex ille conſtituitur, & le„ges ab eo ferendæ ſunt, ad hujus populi ſalutem „& in rem illius regni: ita ut regi iſti norma & „lex regendi unice non minus eſſe debeat ſalus il„lius populi, quam antea illa fuit populo ipſi. Ita„que & hoc imperium Regis exercetur populi cau„ſa & in ejus rem communem, quod ipſius vo„tum, ipſique libitum, adeoque cauſa libertatis eſt, „etſi in modo non conſentiat. Neque enim deſi„nit libertas ejus populi, niſi cum poteſtas ſumma „exercetur ex re, voto, ac lubitu alterius regni ſeu „populi ſuperioris ut ſæpe jam expoſitum eſt.

„Ex quibus omnibus ſequitur, quicquid judicio „Regis ſtatuitur, perinde eſſe atque id, quod judi„cio populi, vel majoris ejus partis: atque adeo „hoc votum commune natura ſua omnium eſſe, „quia alias illius boni publici, adeoque voti ſui, „compotes fieri non poſſent. Unde & hac parte „nihil quantum ad libertatem refert cura illa „ipſi populo, an paucis ex populo, an uni Regi „commiſſa fuerit: quia is modus potius electus in„telligitur, quo pro genio civitatis & populi, „omnium optime reipublicæ conſultum iri viſum „fuit. *Hactenus B. Parens.*

„Quomodo ex his principiis origo terrarum „immediatarum & mediatarum demonſtratur, ap„parebit ex dicendis infra Lib. X.

„*k*) (LIBERTAS PERSONALIS DOMINIUM EX„CLUDIT:) Libertas enim perſonæ conſiſtit in fa„cultate agendi quicquid lubet, hæc pugnat cum „dominio, per quod perſona illa in alterius poteſtate „conſtituitur, ita, ut & bona & actiones ejus a „domini diſpoſitione dependeant.

„*l*) (ITA LIBERTAS CIVILIS REGNUM ATQUE „ALIAM QUAMVIS DITIONEM:) Libertas enim ci„vitatis ſeu publica conſiſtit in *facultate ſtatuendi* „*de ſuo jure publico prout lubet*, cum hac libertate „pugnat regnum, utpote in quo facultas illa ſta„tuendi de bono publico eſt penes ſolum regem, „ita ut hactenus populus arbitrio regis ſubſit, eo„que ſenſu ſerviat.

„*m*) (PROPRIE DICTAM DITIONEM:) Per quam „facultas illa diſponendi de juribus ſuæ civitatis, „adeoque libertas publica alieno arbitrio ſubjici„tur, uti in ſtatu Ariſtocratico &c.

n) (LIVIUS:) *L. 1. c. 17.*

„*o*) (IDEM:) *L. 2. c. 12. Conf. id. L. 2. c. 13. L.* „*33. c. 18. L. 35. c. 18. L. 3. c. 58. L. 3. c. 7. L. 34.* „*c. 57. & 58. L. 27. c. 54. L. 28. c. 54. L. 21. c. 30.* „Adde *Tacit. in vit. agr. c. 3. Juſt. L. 38. c. 2. in f.* „*Saluſt. fragm, hiſt. L. 4.*

p) (Grot.) OPPONIT GENTES QUÆ IN LIBERTATE ESSENT, IIS QUÆ SUB REGIBUS VIVERENT:) Thucydides: ὁ δὲ Τήρης οὗτος ὁ τοῦ Σιτάλκου πατὴρ πρῶτος Ὀδρύσαις τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐπιπλέον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε. πολὺ γὰρ μέρος καὶ αὐτόνομόν ἐστι Θρᾳκῶν: *Hic Teres Sitalcis pater primus Odryſarum regnum ita auxit ut ceteros Thraciæ reges ſuperaret: eſt enim pars etiam Thracum libera.* Seneca pater ſuaſoria prima: *Non eodem modo in libera civitate dicendam eſſe ſententiam quo apud reges.* Joſephus antiquæ hiſtoriæ libro XIII. πρὸς βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους: *Ad reges populosque liberos.* Cicero Epiſtola XV, 4. Populorum liberorum, regumque ſociorum auxilia. Plinius libro VI. cap. XX. de Indis: *Iam hi montium qui perpetuo tractu Oceani oram tenent, liberi & regum expertes.*

q) (POST HOS TACITUS:) *L. 1. Annal. c. 1. pr.*

„*r*) (ET ALIBI:) De *moribus Germanorum c.* „*45. in fine.*

s) (Grot.) (QUORUM SIGNIFICATIO REGNUM CIVITATI MINATUR:) Vide exemplum talis oſtenti apud Bizarum libro XIX. hiſtoriæ Genuenſis.

„*t*) (ELEU-

natur. Sic Cilicum illi, qui regibus non parebant *t* Eleutherocilices nuncupati. De Amiso *u* Strabo modo liberam fuisse, modo sub regibus. Et passim *v* in legibus Romanis de bello, & de judiciis recuperatoriis, externi distinguuntur in reges & populos liberos. *w* Hic ergo non de hominum singulorum, sed de populi libertate quæritur. Quin & sicut ob privatam, ita ob hanc publicam subjectionem, *x* aliqui dicuntur esse non sui juris, non suæ potestatis. *y* Hinc illa: *Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt:* Et, *z* *Estne populus Collatinus in sua potestate?*

Lib. XII. Liv. Lib. XXXVIII. Idem l. v.

2. Proprie tamen cum populus alienatur, *aa* non ipsi homines alie-

„*t*) (ELEUTHEROCILICES:) i. e. liberi Cilices.

„*u*) (STRABO.) *L. 12. c. 6.*

„*v*) (IN LEGIBUS ROMANIS:) Vid. *l. 19. ff. de* „*Captiv. & inf. n. 21.*

w) (HIC ERGO NON DE HOMINUM SINGULO„RUM, SED DE POPULI LIBERTATE QUÆRITUR;) „Adeoque etsi in regno patrimoniali publica liber„tas auferatur, singulos tamen manere liberos, in„deque dubium illud: *quod liberi homines non sint* „*in commercio*, regnis patrimonialibus non obsta„re ait. At dictum modo est in ejusmodi regnis „non esse liberos homines, sed servos, adeoque „homines ibi in commercio esse.

„*x*) (ALIQUI DICUNTUR ESSE NON SUI JURIS „NON SUÆ POTESTATIS:) In regnis ex voluntate „populi quæsitis verum est, quod populus desinat „esse sui juris, ex quo imperium ejusque jus in „alium confert, sed tantum quoad jura publica, „de quibus populus non amplius statuit, sed rex „in quem illa libertas translata est: adeoque ha„ctenus populus non amplius in sua est potestate, „sed in potestate aliena. In regnis bello „quæsitis frustra quæritur de Autonomia, quia de„sinunt esse regna: Aliquando tamen conservare „nomen etiam victores solent, & tunc viden„dum, *an* victor autonomiam victis auferat, *an* „illis relinquat.

„*Priori* casu, cum libertas agendi quid lubet de „re civitatis populo ablata sit, cum populus victus „non suis legibus vivat, sed ab aliorum arbitrio „dependeat, merito esse alieni juris dicitur, i. e, „*immediate* civitati victoris paret.

„E contrario si populus victor civitati victæ „Autonomiam relinquit, i. e. facultatem concedit „suis legibus vivendi, hæc civitas hactenus suo jure „utitur nec ab alieno arbitrio dependet, at *mediate* „paret populo victori.

„Hinc jam apparet, origo terrarum *immedia*„*tarum* & *mediatarum* adeo in Germania celebra„tarum. Ex quo enim Reges Franciæ constituti „fuerunt, varia cum vicinis populis bella gesserunt. „Horum populorum quosdam ex lege sub jugum „miserant, ut ablata Autonomia, i. e. sublata li„bertate publica, legibus & magistratibus populi „victoris uterentur, adeoque IMMEDIATE regno „Francico juncti essent. Atque huc pertinet (1) „FRANCIA & (2) TERRA RHENENSIS. *B. Pa*„*rens prud. jur. publ. c. 5. §. 3. & 4. & in Auton.* „*I. G. c. 18. & c. 22.* quæ duæ provinciæ immedia„te regnum Franciæ constituerunt. (3) SUEVIA, „quæ, victo a Clodovæo Magno ultimo Suevo„rum Rege Herminfredo, regno germaniæ im„mediate juncta fuit. *dict. jus publ. c. 3. §. 6. c. 4.* „*§. 3. & 4. & Auton. I. G. c. 18. & 22.* Accedit „(4) WESTPHALIA, utpote cui Saxoniæ parti Ca„rolus Magnus autonomiam eripuit, ipsisque „leges dedit & magistratus suos eis præposuit, ut „proinde Westphali *immediate* subjecti fuerint re„gno Franciæ *dict. jus publ. c. 3. §. 41. dict. Auton.* „*c. 18. c. 22.*

„Alios autem populos jure belli victos pristi„næ libertati restituerunt, eisque suis legibus vi„vere permiserunt, qui proinde subjecti fuere re„gibus Franciæ MEDIATE. Huc referri debet (1) „BAVARIA quæ sub Clodovæo victa, Duci resti„tuta est ea lege, ut a suo magistratu jus acciperent „ac suis legibus viverent adeoque mediate regi pa„rerent. *dict. jus publ. c. 3 §. 6. c. 4. §. 3. & 4.* (2) „SAXONIA quæ a Carolo Magno victa & mediate „regno subjecta fuit. *dict. jus publ. c. 3. §. 37. dict.* „*Auton. c. 18. c. 22.* (3) VANDALIA seu Marchia „Brandenburgica, quæ sub Henrico I. devictis „Slavis ea lege imperio juncta est, ut proprio ju„re uteretur, adeoque mediate regno subesset. *dict.* „*jus publ. c. 3. §. 58. 62. 64. 78. dict. Auton. c. 18 c. 22.*

„Atque hæc ratio est, cur immediati non sint „comites, Barones, nobiles, civitates &c. nisi in „Francia, terra Rhenensi, Suevia & Westphalia, „& cur hi omnes sint mediati in Bavaria Saxonia „& Vandalia: et cur provincialia judicia tantum in „illis obtineant non in his provinciis.

„*y*) (HINC ILLA:) De formola illa *in jure* „*aliorum esse.* Vide *supra §. 8. n. 7.*

„*z*) (ESTNE POPULUS COLLATINUS:) Vide *d.* „*§. 8. n. 7.*

„*aa*) (NON IPSI HOMINES ALIENANTUR, SED „JUS PERPETUUM EOS REGENDI:) Si igitur fa„tente Authore alienatione jus saltem regendi „transfertur pugnat regnum in dominio, & pa„trimonio esse.

ADDITIO.

„Grotius ad dubium quod sibi movit, *quod scil.* „*liberi homines non sint in commercio, adeoque*

alienantur, ſed jus perpetuum eos regendi, [bb] qua populus ſunt. Sic cum uni liberorum patroni libertus aſſignatur, non hominis liberi fit alienatio, [cc] ſed jus quod in hominem competit tranſcribitur.

3. Neque illud magis firmum eſt, quod ajunt; ſi quos populos rex bello quæſierit, cum eos non ſine civium ſanguine ac ſudore quæſierit, [dd] civibus quæſitos potius credi debere quam regi. Nam & fieri potuit, ut rex [ee] ex ſua privata ſubſtantia exercitum aluerit, [ff] aut etiam ex fructibus ejus patrimonii quod principatum ſequitur. Nam

„*nec in patrimonio regis*; porro reſpondet, regem, dum alienat populum, ſaltem jus eum regendi alienare, indeque commercium hic non eſſe liberorum hominum, utpote qui omnia jura privata ſalva retinent. Veram reſponſionem jam ſuppeditavimus, nimirum omnia jura publica & privata victori in regno patrimoniali acquiri. Homines igitur cum deſinunt eſſe liberi, omnino ſunt in commercio.

„*bb*) (QUA POPULUS SUNT:) Adeoque quoad „jura publica civitatis.

„*cc*) (SED JUS QUOD IN HOMINEM LIBERUM „COMPETIT, TRANSCRIBITUR:) Imo ſi victor regnum bello quæſitum alienat, non jus in homines liberos transſcribitur, ſed ipſi homines bello „capti eoque ſervi, alienantur: victor enim „omne jus quod in victos habet alienando transfert, adeoque omnia jura publica & privata civitatis.

dd) (CIVIBUS QUÆSITOS POTIUS CREDI DEBERE QUAM REGI:) Author ad objectionem (quod regna bello quæſita civium opera & ſumtu acquirantur, adeoque non in dominio & proprietate Principis ſint,) reſpondet, poſſe etiam regem privato ſumtu bellum gerere, eoque ſibi acquirere.

At duo hic ſupponit Author, quæ concedi non poſſunt: 1.) quod rex bello ſibi acquirere poſſit, 2.) idque fieri, quoties ſuis ſumtibus, vel aliorum opera bellum gerit.

Quod enim ad *prius* attinet, negamus, regem ſibi aliquid bello quærere poſſe, 1) quia rex bellum gerere non poteſt, niſi qua rex, i. e. qua præcipua pars eſt civitatis (Rex enim omne jus ſuum, & ſpeciatim jus belli a populo habet, ejus igitur jure & ex ejus conceſſione agit, adeo ut extra civitatis rationem Rex privatus ſit) quicquid igitur ut Rex agit, non ſuo jure, ſed jure civitatis agit. Unde 2.) neceſſario ſequitur, omnem utilitatem illius actionis pertinere non ad agentem, ſed ad eum cujus jure is agit. Alibi enim demonſtravimus *vid. L. 1. c. 5. §. 3. & c. 3. §. 12. 23. & L. 2. c. 8. §. 4. c. 11. §. 12. L. 3. c. 6. §. 9.* actionem ejusque utilitatem non tribui inſtrumento, ſed cauſæ, eodem modo uti victoria per milites acquiſita non tribuitur militibus, ſed Principi. Idque 3.) confirmatur exemplo tutoris & negotiorum geſtoris, qui quoties jure pupilli vel abſentis agunt, non ſibi inde acquirunt, ſed pupillo & abſenti. Sane 4.) in ſtatu Ariſtocratico, ubi jus belli eſt penes proceres, omnia acquiruntur civitati, non vero proceribus, eadem ergo ratio eſt in ſtatu Monarchico: Idque 5,) apud omnes gentes obtinet: Hinc legibus Francorum cautum erat, ut regno cenſeretur acquiſitum, quicquid Rex acquireret; Ipſe Author fatetur actus regios eo loco eſſe ac ſi communitas feciſſet, *L. 2. c. 14. §. 1.*

Hinc ſponte jam corruit *poſterius* aſſertum; Etſi enim Rex ſuis ſumtibus vel aliorum opera bellum gerat, non tamen ſibi acquirit, ſed civitati, 1.) quia non inſpicitur in acquirendi modis, cujus ſumtu aut opera acquiratur, ſed cujus jure ac poteſtate: Diximus autem principem jus bello acquirendi, non ſuo ſed populi jure habere, indeque bello quæſita non ei cedere ſed civitati. Alias enim 2.) in ſtatu Ariſtocratico quoque proceribus ſuis ſumtibus bellum gerentibus acquiſita cederent, quod tamen nemo hactenus aſſeruit. Sane 3.) geſtor rei alienæ, qui ſuo ſumtu inſignem utilitatem abſenti quæſivit, non ſibi eam utilitatem vindicare poteſt, ſed abſenti, cujus jure egit. Equidem 4.) Rex talis ad reſtitutionem ſumtuum agere poteſt, at non quæſita ſibi tribuere. Quicquid ergo agunt qua reges, agunt jure civitatis, & quicquid acquirunt jure belli, civitati acquirunt. Hinc infra demonſtrabimus, Regem non alio jure populum victum gubernare poſſe ac ſuum, cujus nomine victoriam reportavit.

ee) (Grotius) (EX SUA PRIVATA SUBSTANTIA EXERCITUM ALUERIT:) M. Antoninus ad bellum Marcomannicum cum ærario exhauſto indicere populo nihil vellet, facta in foro Trajani auctione, diſtraxit vaſa aurea, pocula cryſtallina ac murrina uxoris & ſuam ſericam & auream veſtem, multa ornamenta gemmarum.

ADDITIO.

Etſi Rex ex ſua privata ſubſtantia exercitum aluerit, inde non ſequitur ei lucrum belli acquiri; Cum enim non ſuo jure, ſed jure populi bellum gerat, quicquid eo acquiritur, cauſæ acquiritur.

ff) (Grot.) (AUT ETIAM EX FRUCTIBUS EJUS PATRIMONII QUOD PRINCIPATUM SEQUITUR:) Ideo Ferdinandus Granatenſis regni partem alteram, ut ſtante matrimonio ex Caſtellæ proventibus quæſitam, ſibi vindicavit. Docet Mariana libro XXVIII. hiſtoriæ Hiſpanicæ.

ADDITIO.

Fructus principatus ſunt duplices, vel enim ſunt deſtinati ad defenſionem reipublicæ, quo pertinent vectigalia, contributiones, Acciſæ &c. vel ad ſuſten-

tan-

gg Nam ut in ipſum illud patrimonium rex aliquis non niſi uſumfructum habeat, *hh* perinde ut in ipſum jus imperandi populo, qui ſe elegit, fructus tamen ipſius ſunt proprii: ſicut in jure civili eſt proditum, *ii* hæreditatis quæ reſtitui juſſa eſt fructus non reſtitui, *kk* quia non hæreditati accepti feruntur, ſed rei. *ll* Evenire ergo poteſt, ut rex in quosdam populos imperium habeat proprio jure; *mm* ita ut alienare etiam

L. in fidei-commiſſaria §. plane. D. ad S. C. Trebellianum.

tandam dignitatem familiæ, quo pertinent reditus domaniales. De his poſterioribus pro lubitu diſponere poteſt: At ſi ex his fructibua bellum gerit bello quæſita non ei acquiri modo probavimus.

gg) (NAM UT IN IPSUM PATRIMONIUM REX ALIQUIS NON NISI USUMFRUCTUM HABEAT: FRUCTUS TAMEN IPSIUS SUNT PROPRII;) Duo hic notanda veniunt, 1.) quod populum ejusque patrimonium in uſufructu regis eſſe ſtatuit, 2) quod fructus regni proprios eſſe regi putat: Quod ad *prius* attinet ſtatim demonſtrabimus ſubſtantiam uſusfructus pugnare cum hac Authoris aſſertione: Sed nec *poſterius* verum eſt, *fructus* ſcl. *regni eſſe Principis jure uſusfructus*: Nam 1.) uſufructuarius pro lubitu fructibus diſponere iisque abuti poteſt, quod ſecus in fructibus regni, hi enim 2.) ad certum uſum deſtinati ſunt, ſcl. ad defenſionem reipublicæ, nam in eum ſolum uſum jure naturæ collectas indicere licet, illum igitur uſum mutare Princeps nequit. Sane 3.) in reliquis ſtatibus fructus regni non pertinent ad proceres, neque hi de illis pro lubitu diſponere poſſunt, adeoque nec in regnis.

Jure gentium res ita ſe habet: In territorio duo diſtinguenda ſunt, 1.) ipſa terrarum occaſionumque SUBSTANTIA & quaſi proprietas, 2.) earum cum reditus, fructus ac commoda, tum gubernatio & adminiſtratio.

Ipſa terrarum occaſionumque SUBSTANTIA eſt populi, ejusque patrimonium & quaſi proprietas, *l. 14. pr. ff. A. R. D.* verb. *publica, quæ in patrimonio ſunt populi*: *l. 15. ff. V. S. l. 17. ff. eod. l. 13. pr. ff. ne quid in loco publ. Flor. L. 7. hiſt. c. 13. Vectigalia ait, i. e. imperii patrimonium*, & vulgo dici ſolent *bona coronæ*: FRUCTUS ſeu reditus publici duplices ſunt; *alii* conſtituti ad tuendam dignitatem regia ac regiæ familiæ, *alii* ad tuendam rempublicam ejusque onera ſerenda; *Illorum* redituum proprietas regis eſt, *horum* adminiſtratio: *Illi* fiſcum regium conſtituunt, & bona unde percipiuntur proprie illa ſunt, quæ vulgo domania, item Taffel-Güter vocantur: *hi* ærarium populi. Accurate *Plin. in paneg. ad Trajan. at forte non eadem ſeveritate*, FISCUM *qua* ÆRARIUM *cohibes: Imo tanto majore, quanda plus tibi licere de* TUO *quam de* PUBLICO *credis.*

In ſuum igitur FISCUM regi libera quidem diſponendi; at in SUBSTANTIAM ipſam quæ populi eſt, & in ÆRARIUM, ſola tuendi & curandi poteſtas eſt. Vid. *Prudent. noſtr. jur. publ. c. 9. §. 17. & ſq.*

hh) (PERINDE UT IN IPSUM JUS IMPERANDI POPULO, QUI SE ELEGIT:) Imo male aſſeritur regi uſumfructum in jus imperii competere: Non enim dari regnum uſumfructuarium, uti Author, JCtos Siculos ſecutus ſtatuit, certum eſt: Nam 1.) vox uſusfructus privata eſt, & ad jura privata non vero ad jura publica pertinet, inprimis 2.) quia vox illa denotat facultatem diſponendi pro lubitu de utilitate & fructu rei quam in reditibus regnorum regi non competere demonſtravi. Sane 3.) uſusfructus rei alicujus conſtituitur tantum fruentis cauſa, Rex autem conſtituitur rei, i. e. imperii cauſa; accedit 4.) quod omnis utilitas, quæ ex re oritur pertineat ad fructuarium, cum omnis utilitas, quæ ex imperio oritur pertineat ad populum, cujus jure & poteſtate rex agit. De his regnis uſufructuariis vide *L. 2. c. 6. §. 3. & L. 3. c. 20. §. 5.*

„*ii*) (HÆREDITATIS, QUÆ RESTITUI JUSSA EST „FRUCTUS NON RESTITUI:) Senſus Authoris eſt, „quod licet regnum quoad ſubſtantiam & proprie„tatem ſit populi, Rex tamen inde fructus ſuo ju„re percipiat, idque illuſtrat exemplo, hæredis „fiduciarii; qui etſi hæreditatem alii reſtituere te„neatur, tamen fructus ſibi acquirit; at fallit hæc „comparatio: Primo enim negamus regem fru„ctus regni ſibi acquirere, ſed illi proprii ſunt po„pulo. Deinde, hæres fiduciarius eſt dominus rei, „& qua talis fructus percipit, at Rex qui ex dela„tione populi regnum tenet, non eſt dominus rei, „adeoque nec fructus rei ſuo jure percipere poteſt.

„*kk*) (QUIA NON HÆREDITATI ACCEPTI FE„RUNTUR, SED REI:) Ratio juris civilis hæc eſt: „quod hæres fiduciarius fiat dominus rei, adeoque „tanquam dominus fructus acquirat. *L. 83. ff. l. 9.* „*3. & L. 18. §. 7. ad SCtum Trebb.* Et cum fru„ctus non ex hæreditate veniant, quæ ſola reſti„tuenda eſt, ſed ex re, *d. l. 18. §. 2.* certum eſt „fructus eo comprehendere teſtatorem noluiſſe *d.* „*§. 2.* Atque hinc notanter in *d. l. 83.* dicitur: „*nihil proponi ex quo de fructibus quoque reſtituen-* „*dis teſtatorem rogaſſe probari poteſt.*

ll) (Grot.) (EVENIRE ERGO POTEST, UT REX IN QUOSDAM POPULOS IMPERIUM HABEAT PROPRIO JURE:) Balduino conceſſere, qui cum ipſo in orientem belli cauſa venerant, ut urbium, provinciarum, vectigalium, rerum bello captarum dimidium ipſi cederet.

ADDITIO.

Diximus id evenire non poſſe, etſi ex ſua privata ſubſtantia exercitum aluerit, aut etiam ex fructibus ejus patrimonii quod principatum ſequitur: Nam utroque caſu non ſuo jure ſed jure populi bellum gerit, adeoque quicquid acquirit, ſoli populo acquirit.

mm) (ITA UT ALIENARE ETIAM POSSIT:) Author 1.) male ſtatuit regna patrimonialialia aliena-

Lib. VIII. etiam possit. [nn] Strabo Cythera insulam Tænaro objacentem fuisse
ait Euryclis Lacedæmoniorum Principis ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας, [oo] *privato*
1. Reg. IX. *ipsius jure.* [pp] Sic rex Solomo regi Phœnicum Hiromo (ita enim eum
Græcæ vocat Philo Byblius qui [qq] Sanchuniatonis historiam vertit)
[rr] dedit urbes viginti: [ss] non ex urbibus populi Hebræi: [tt] nam Cabul
(quod nomen illis urbibus datum est) [uu] ponitur extra fines Hebræo-
1. Reg. IX. rum, Jos. XIX, 27. sed ex iis urbibus [ww] quas populi devicti hostes
6. Ibid 12 Hebræorum ad eum diem retinuerant, [xx] quasque partim Rex Ægy-
2. Paral. VIII, 14. pti Solomonis socer vicerat, & Solomoni dotales dederat, [yy] partim
subegerat ipse Solomo. Nam eo tempore ab Israelitis non habita-
tas

ri posse, 2.) male ex facultate alienandi concludit, regnum esse patrimoniale.

Prius vel exinde probatur, quia rex non sibi acquirit bello, sed populo; ejus ergo jus est, adeoque absque ejus consensu alienari regnum bello quæsitum nequit. Et cum regnum devictum incipiat pars esse regni victricis, Rex non plus juris in hanc partem habet, ac in totum; adeoque nil regi competit nisi jus tuendi hanc partem noviter quæsitam; non vero tuetur, qui alienat.

Posterius per se patet; nam concessa regi facultate alienandi, non sequitur rem in ejus esse patrimonio, quia alienatio hæc pacto fit, & consensu populi, adeoque non jure dominii seu patrimonii: Sane is, cui mandatum est, ut alienet, eo ipso non fit rei dominus.

ADDITIO.

Nostram de regno patrimoniali sententiam exposuimus supra §. & magis exponemus infra *l.* 3. *c.* 8. Diximus regnum bello quæsitum non acquiri regi, etsi suis sumtibus bellum gesserit, sed populo: Diximus hunc populum de hoc regno ejusque juribus publicis & privatis pro lubitu disponere posse, regi autem non plus juris in illud regnum competere, quam in id, quod ei ex concessione populi delatum est. Adeoque nec alienare regnum potest nisi consensu populi victoris.

„*nn*) (STRABO:) *L. 8. p. m.* 349.

„*oo*) (PRIVATO IPSIUS JURE:) Imo hinc potius apparet insulam illam jure saltem dominii „privati Euryclis fuisse, salvo cæterum imperio „Lacedæmoniorum: de insula hac vide *Pausaniam* „*L.* 3. *p.* 192. *Virgil. Æn.* 10. *v.* 51. *& Tesm. h.*

„*pp*) (SIC REX SALOMO:) 1. *Reg. IX. v.* 11. *seq.*

„*qq*) (SANCHUNIATONIS:) De quo *vid. Stil*„*lingfleet orig. sacr. L.* 2. §. 2. *Grot. de verit. relig.* „*Christ. l.* 1. §. 16. *ibique not*: in primis *Clerici:* Add. „*Dodwelli Diss. de Sanchuniatonis Phœnicia historia.*

„*rr*) (DEDIT URBES VIGINTI:) Videntur datæ „hæ urbes propter ligna cedrina, abiegna, & au„rum, aliaque ad exstructionem domus domini & „regis necessaria, quæ Hiram Salomoni suppedita„vit *ibid. v.* 10. 11. 14.

„*ss*) (NON EX URBIBUS POPULI HEBRÆI:) Id „eum prohibuit Deus *Lev. XXV*, 23. addens ratio„nem, *mea enim est illa terra, nam peregrini & in*„*quilini vos estis apud me.*

„*tt*) (NAM CABUL, QUOD NOMEN ILLIS UR„BIBUS DATUM EST:) Vox enim denotat solum „vel germen sterile & incultum unde & displicie„bat admodum Hiromo, *d. c. 9. v.* 12. Add. *Jo*„*seph.* 8. *Antiq. c.* 2. *p. m.* 527. & contra *Appion. L.* „1. *p. m.* 645. ubi per Cabul intelligit terram Gali„leæ regionis, quæ Zabulon vocatur, voce Phœ„nicum lingua *id quod displicet*, significante.

„*uu*) (PONITUR EXTRA FINES HEBRÆORUM:) „Nam fines ac termini filiorum Aser sese exten„dunt NB. usque ad Zabulon & egrediuntur ad „lævam Chabul. *Josu. c. XIX. v.* 27.

„*ww*) (QUAS POPULI DEVICTI, HOSTES HEBRÆ„ORUM AD EUM DIEM RETINUERANT:) Nam plu„res civitates gentilium superstites manserunt, cum „quibus perpetuum Israelitis erat bellum, idque „in pœnam Israelitarum contigisse, patet ex *Exod.* „*XXIII. v.* 33. *Deut. VII. v.* 2. *Judic. II. v.* 23. „*Josu. c. XXIII. v.* 13. 1. *Reg. IX. v.* 20. 21.

„*xx*) (QUASQUE PARTIM REX ÆGYPTI VICE„RAT, ET SOLOMONI DOTALES DEDERAT:) Pha„rao non nisi unam civitatem Gazer nimirum So„lomoni in dotem dedit. 1. *Reg. IX. v.* 16. At eam „non fuisse ex dictis civitatibus vel exinde apparet, „quia pecunia quam Salomo pro cessione 20. ci„vitatum acceperat, impensa partim est ad mu„niendam civitatem Gazer *d. c. 9. v.* 16. sed & vi„ginti illæ urbes sitæ sunt in terra Galileæ regionis „quæ Zabulon vocatur: *d. c. 9. v.* 10. At Gazer in „medio Ephraim sita fuit. *Josu. c. XVI. v. fin.*

„*yy*) (PARTIM SUBEGERAT IPSE SOLOMO:) Ve„ro similius igitur est Solomonem ex solis his ter„ris bello quæsitis 20. urbes Hiromo vendidisse. „*vid.* 2. *Paralip. VIII. v.* 7. *seq.*

„Equidem ex his exemplis videtur confirmari „sententia Grotii, quod rex alienare possit regna „patrimonialia, i. e. bello quæsita. At id inde „non sequitur, nam quod ad 1.) exemplum Pharao„nis attinet, verum est, eum urbem Gazer bello quæsi„tam Solomoni in dotem dedisse, sed notavimus „reges orientis, inprimis Ægypti, ex longævo „usu id jus sibi quæsivisse, ut pro lubitu de terris „imperii sui disponere easque alienare potuerint. „Cæterum mirum est, Regem Ægypti occupasse ur„bem Gazer eamque in dotem dedisse Solomoni, „cum ea in medio Ephraim sita, & tempore Josephi „jam tributaria fuerit Israelitis *Josu. c. XVII. v. fin.*

„Neque

tas argumento est, quod postquam Hiromus eas reddidit, [zz] tum demum Solomo eo deduxit Hebræorum colonias.

4. Sic [α] Hercules legitur Spartæ bello captæ imperium Tyndareo dedisse, hac lege, ut si quos ipse Hercules liberos relinqueret, iis restitueretur. [β] Amphipolis [γ] in dotem data Acamanti Thesei filio. Et apud Homerum Agamemnon septem urbes se Achilli daturum pollicetur. [δ] Melampodi partes regni duas dono dedit rex [ε] Anaxagoras. [ζ] De Dario sic Justinus: *Regnum Artaxerxi*, [η] *Cyro civitates, quarum præfectus erat, testamento legavit.* Sic [θ] Alexandri successores in jus illud plenum ac proprietatem imperandi populis, qui sub Persis fuerant, Diod. L. iv. Lib. v.

„Neque 2.) exemplum Solomonis, qui viginti ur„bes Hiromo dedit, probat, civitates has bello quæ„sitas in patrimonio Regis fuisse. Cum (1) constet „regnum Israelitarum non fuisse patrimoniale ade„oque bello quæsita ad populum pertinuisse, sum„tibus autem regis bello quæsitas fuisse illas civita„tes nullibi traditur. Neque (2) ex facultate alie„nandi necessario infertur, civitates illas in patri„monio regis fuisse: Alienatio enim aliquando est „pars administrationis. Sane civitates illæ in terra „sterili sitæ fuerunt. (ideo enim displicuerunt Hi„romo. *d. c. 9. v. 12.*) adeoque consultius visum fuit „Solomoni, vendere illas terras, ac pretio inde re„dacto domum domini ac regis exstruere. Unde (3) duo sequuntur: Regem pecuniam pro civitati„bus acceptam non in suos usus impendisse, sed in „usus publicos: & populum saltem tacite in hanc „alienationem consensisse.

„zz) (TUM DEMUM SOLOMO EO DEDUXIT HE„BRÆORUM COLONIAS:) Vide Josephum *Antiq. 8.* „*c. 2.* ibi: *quas cum ille perlustrata satis consideras„set, & non valde probasset, renunciari jussit Solo„moni, sibi non opus esse ejus oppidis:* Unde *2. Pa„ral. VIII. v. 2.* dicitur Hironum Solomoni civi„tates dedisse, i. e. reddidisse. Has autem civita„tes non intra fines Israelitarum fuisse jam demon„stravimus, idque ex eo quoque probat Author, „quia Solomn demum eo deduxit Hebræorum co„lonias, *2. Paral. VIII. v. 2.*

α)(Grot.) (HERCULES:) Idem Hercules Dryopes, qui juxta Parnassum habitabant, a se victos donavit Apollini. Servius ad IV. Æneidos: Herculem adversus Lapithas belli socium sibi sumpsit Æginus Doriensium rex, parte regni in mercedem societatis data. Cychreus Salaminis rex prole carens regnum testamento reliquit Teucro. Peleus ab Eurylione Phthiæ rege tertiam regni partem accepit in dotem, quæ habet Apollodorus. Apud Livium est lib. I: *Proca Numitori regnum legat.*

ADDITIO.

„Tyndaræus erat verus Spartanorum rex, qui „ab Hippocrate pulsus erat: *Pauf. in Lac. pr.* „adeoque regnum hic non alienatum sed vero regi „restitutum est.

„β) (AMPHIPOLIS:) De origine hujus civitatis. „*vide Diod. Sic. L. 12. p. m. 305.* & *Thucyd. L. 4.* „*p. m. 186.* *Suidas voce Amphipolis.*

„γ) (IN DOTEM DATA ACAMANTI THESEI FI„LIO:) Tzetzes nos docet, Acamantem paucis „navibus appulisse ad Thraces Bisaltas, & cum „Phyllis regis illius tractus filia eum deperiret, pa„trem eam despondisse, regno in dotem prom sso: „*ad Lycophron. v. 495.* Conf. *Bayle voce Acamas.* „ubi alios hanc historiam de Demophoonte referre ait: De fatis Acamantis vide *Bayle d. l.*

„Cæterum ex datione in dotem non sequitur, regna „esse patrimonialia, sed inde saltem infertur in „ejusmodi regnis fœminas quoque successionis esse „capaces: Non enim alienatio fit extra familiam, „sed imperia filiabus earumque descendentibus con„feruntur: Hac ratione Philippus II. Austriæ du„ci Alberto, Belgicas provincias supremo jure in „dotem dedit, neque tamen imperium hoc fuit „patrimoniale. *Vid. Tesm. in not. h. §. lit. e.*

δ) (Grot.) (MELAMPODI:) Vide Servium ad sextam Eclogam, sic apud Homerum Iobates Bellerophonti dat filiam:

Δῶκε δὲ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης.

quod Servius sic interpretatur ad Virgilium: *filiam suam ei cum parte regni in matrimonium dedit.* Phœnix de Peleo:

πολὺν δὲ μοι ὤπασε λαόν.
Ναῖον δ᾽ ἐσχατιὴν Φθίης Δολόπεσσιν ἀνάσσων
Populos dedit hic mihi multos,
Ut fines Phthiæ, Dolopum quæ regna, tenerem.

Lanassa nubens Pyrrho Epirotarum regi in dotem ei attulit Corcyram urbem ab Agathocle patre suo bello captam. Plutarchus Pyrrho.

„ε) (ANAXAGORAS:) Argei filius, Megapen„this nepos, Proeti pronepos: Cum Melampode „& ejus fratre Biante, partitus id regnum Anaxa„goras, quod Melampus bachantes vagantesque „fœminas lustrasset ac sanasset. *Pausan. 2. p. 116.* „*vid. Gron. b.*

ζ) (JUSTINUS:) *L. 5. c. 11.*

„η) (CYRO CIVITATES:) Lidiam scl. & mariti„mas civitates. *Vid. Plut.* hæc non tam erat alie„natio, quam divisio inter fratres.

θ) (Grot.) (ALEXANDRI SUCCESSORES:) Ammianus de Perside, non exacte tamen ad historiæ fidem: *Ex testamento nationem omnem in successoris unius jura translatam. Libro XXII.*

 „ι) (PRO

rant, ι pro sua quisque parte successisse, κ aut etiam ipsi victoriæ jure id imperium sibi quæsivisse censendi sunt. quare λ non est mirandum si alienandi jus sibi arrogarunt.

5. μ Sic cum ν Attalus rex Eumenis filius populum Romanum testamento bonorum suorum heredem fecisset, populus Romanus sub bonorum nomine etiam regnum complexus est. Florus de ea re: *Adita igitur hæreditate provinciam populus Romanus, non quidem bello nec armis, sed quod est æquius testamenti jure retinebat.* Et postea cum ξ Nicomedes Bithyniæ rex moriens populum Romanum fecisset heredem, regnum in provinciæ formam redactum est. ο Cicero secunda in Rullum: *Hæreditatem crevimus, regnum Bithyniæ* sic Lybiæ pars π Cyrenaica eidem populo, ab Appione rege, testamento relicta.

Florus I. II. Epit. Liv. 58.

6. Tacitus, Annalium XIV, agrorum meminit qui regis ρ Appionis

„ι) (PRO SUA QUISQUE PARTE SUCCESSISSE:) „mutuo scilicet consensu quod plenius explicat *l. 2.* „*c. 9. §. 10.*

„κ) (AUT ETIAM IPSI VICTORIÆ JURE ID IM„PERIUM SIBI QUÆSIVISSE:) Alexander Magnus „non sibi, sed Macedonibus regnum quæsivit. *vid.* „*L. 3. c. 8.* Injuria ergo egerunt successores „quod regna hæc absque Macedonum regisque „adhuc viventis consensu occuparent: Ex hoc ex„emplo, ubi omnia vi agebantur, jus inferri ne„nequit.

„λ) (NON EST MIRANDUM, SI ALIENANDI „JUS SIBI ARROGARONT:) Jure victoriæ succede„re non potuerunt, quia titulus belli, superstite „rege legitimo Alexandri filio, omni jure carebat.

μ) (SIC CUM &c.) Author hic *& u. seq.* refert exempla regnorum, quæ testamento relicta sunt, & exinde probat, regna quædam esse patrimonialia: At allegata exempla non probant Regem sua autoritate alienasse. nam vel populus consentit saltem tacite, vel alienatio pars fuit administranis, forte quod alienatio facta sit ex utilitate publica, vel jure dotis regnum alii confertur, tunc enim jure successionis in filiam ejusque maritum transit.

Quod vero testamento aliquando alienata dicuntur regna, inde nullum jus in hæredem transit, quia testamenta non sunt modus acquirendi naturalis: In regnis autem non nisi jus naturæ obtinet.

ν) (Grot.) (ATTALUS REX:) Valerius Maximus: *Attalus testamenti æquitate gratus Asiam populo Romano legavit.* Sertorius ea de re apud Plutarchum: τῷ δικαιοτάτῳ τρόπῳ ῥωμαίων κεκτημένων ἐπαρχίαν. *Cum populus Romanus optimo jure eam terram teneret.*

ADDITIO.

„Imo non bonorum, sed imperii hæres factus „est populus Romanus: uti ex allegatis Authoris „locis apparet. *Add. Liv. Epit. L. 58. Just. L. 36.* „*c. 4. u. 6. Vellej.* 2. 4. 1. *Florus 2. 20. Orosius 5. 8.* „Cæterum in adeunda hac Attali hæreditate Ro„manos doli mali accusat Mithridates apud *Salust.* „*hist. l. 4. & Horat. 2. Od. 18.*

ξ) (Grot.) (NICOMEDES:) Vide Appianum Mithridatico & civili primo.

ADDITIO.

„Vide quoque *Liv. epit. 93.*

ο) (CICERO SECUNDA IN RULLUM:) *c. 15.*

π) (Grut.) (CYRENAICA:) In qua urbes Berenice, Ptolemais, Cyrene. Eutropius VI.

ρ) (Grot.) (APPIONIS:) Appianus Mithridatico: Κυρήνην αὐτὴν Ἀππίων βασιλεὺς τῶ Λαγιδῶν γένους νόθος ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν. *Cyrenen testamento reliquit Appion nothus e Lagidarum genere.* Ammianus lib. XXII. *Aridam Lybiam supremo Appionis regis consecuti sumus arbitrio: Cyrenas cum residuis civitatibus Libyæ Pentapoleos Ptolemæi liberalitate suscepimus.* Rex enim Cyrenarum & Appio & Ptolemæus dicebatur. vide breviarium Livii lib. LXX. Ipse hic Appio Cyrenarum hoc regnum patris testamento acceperat, auctore Justino lib. XXXIX, Alterius Appionis, cujus Ammianus meminit, qui aridam Libyam populo Romano reliquerit, mentio in chronico Eusebiano ad annum cIↄ Iↄ CCCCLII. Adde quod in ædificiis narrat Procopius, Arsacis regis testamento ita divisam Armeniam, ut major pars Arsaci, minus Tigrani cederet. Ex Josepho discimus, Herodem, Augusto ei concedente ut regnum cui e liberis vellet relinqueret, testamentum aliquoties mutasse, Antiquæ historiæ lib. XV. & XVI. Mos hic etiam Gotthis & Vandalis in iis quæ armorum jure tenebant. Gizerichus Vandalus de Hispania testamentum fecit; Procopius Vandalicorum I. Theudericus Lilybæum in Sicilia dotem dat sorori Amalesfridæ, Procopius ibidem. Sed & aliis gentibus. Aquitaniam bello quæsitam Pipinus inter liberos divisit: Fredegarius fine Chronici. De Burgundia testamento relicta vide Aymonum III, 68. & 75. Fessæ rex Fessam secundo filio legat. Leo Afer libro III. quem & de Bugia vide libro quinto. Sultanus Aladinus Osmanni plurimas legavit civitates. Leunclavius Turcicæ historiæ libro II. Germeani filius rex cum filia sua, Bajazeti nuptura, dedit

pionis quondam habiti, & populo Romano cum regno relicti. Cicero de lege Agrariâ: *Quis ignorat regnum Ægypti testamento regis Alexandrini populi Romani esse factum?* Mithridates in oratione apud [σ] Justinum de Paphlagonia loquens: *Quæ non vi, non armis, sed adoptione testamenti patri suo obvenisset.* [τ] Narrat idem ab Orode Parthorum rege diu dubitatum, quem filiorum suorum post se regem destinaret. Et [υ] Polemo Tibarenorum adsitæque regionis dynasta uxorem reliquit imperii hæredem: quod & in Caria olim fecerat Mausolus fratres habens superstites.

Epit. Liv. 43. *Ap Mith.* *Just. lib.* XXXVIII. *lib. XLII.* Strabo *lib* XII. Strabo XIIS.

§. XIII.

1. [a] At in regnis quæ populi voluntate delata sunt, concedo [b] non esse præsumendum, eam fuisse populi voluntatem, ut alienatio imperii

dedit Phrygiæ urbes. Idem Leunclavius libro V. regnum Turcorum in Cappadocia Musal in liberos distribuit. Nicetas libro III. Urbes ad Pontum Euxinum a Chuscino Bega Murati traditæ. Leunclavius libro I, Bajazetes Stephann urbes dedit Serviæ in honorem uxoris suæ quæ Stephani soror; idem lib. VI. Mahumetes Sultanus Murati testamento regnum reliquit; idem libro XII. Jacupes Begus Germeanoglius ditionis suæ hæredem fecit Muratem Sultanum; idem libro XIV. Mahumetes Turca filiis duobus, Amurati Europæ, Mustafæ Asiæ imperium relinquere cogitarat: est id apud Chalcocondylam lib. IV. Basilius Porphyrogennetus Imperator a Davide Curopalate hæres institutus ejus regionis quam David ille in Iberia tenuerat. narrat Zonaras. Venio ad Christianos in oriente victores. Thessaliam Michael Despota inter liberos divisit; habet id Gregoras lib. IV. Ætoliæ Princeps Venetis Athenas reliquit, Bæotiam Antonio vendidit: Chalcocondylas libro IV. Messena, Ithome, & Arcadiæ maritima ab Arcadiæ Principe filiæ data in dotem, cum ea Thomæ Imperatoris Græci filio nuberet; idem libro V. Arcanania inter nothos Caroli principis testamento ipsius divisa. Partes de Ætolia cognatis datæ, narrante eo quem dixi Chalcocondyla. Sie & regna Hierosolymorum & Cypri partim testamentis legata, partim transcripta contractibus; vide de Cypro Bembum Italicorum VII. & Parutam libro primo. Genuatibus in Sardinia Castrum oppidum donatum, alia Calaritanæ ditionis donata; Bizarus de Bello Pisano libro II. Robertus filio minori Raimundo dedit Dyrrachium & Aulonem; Anna Comnena lib. V. Alfonsus Arragonius Neapoleos regnum, ut armis partum, Ferdinando notho suo reliquit. In eodem regno urbes quasdam Ferdinandus legavit nepoti; Mariana libro XXX.

„σ) (JUSTINUS:) *L. 38. c. 5.*

„τ) (NARRAT IDEM:) *L. 42. c. 4.* alia exem„pla vide apud Jornand. *de regn. success. cap.* 55. „ubi Archelaus Cappadociæ rex, & Pylemenes „Paphlagoniæ rex populum Romanum hæredem „scripsere. Herodem quoque testamento cavisse „de Judæorum regno testis est Zonaras *ann. I. Add.* „*Just. L. 39. c. 5. Gell. 6. 7. Lactant. 1. c. 20. &* „*Tesm. in not §. 12.*

„υ) (POLEMO:) Zenonis oratoris filius, qui „ob virtutem regnum meruit. *Strab. l. 12. in f.*

„a) (AT IN REGNIS QUÆ POPULI VOLUNTA„TE DELATA SUNT:) Et quæ Author male regna usufructuaria vocat. *Vid. §. prac. n. 1. & n. 3.*

b) (Grot.) (NON ESSE PRÆSUMENDUM EAM FUISSE POPULI VOLUNTATEM:) Imperium non debere relinqui ut agros & servos dicit Vopiscus Tacito. Salvianus: *Non poterat populos quos regebat per testamentum egenis tradere.*

ADDITIO.

Eadem ratio est in regnis patrimonialibus, nam hæc quoque regi non competunt, nisi ex delatione populi victoris: Alibi probavimus, victorem non plus juris acquirere in populum victum, ac ipse populus habuit, at is non habuit nisi imperium, quod in jure tuendo, non in alienando consistit. Certum igitur est, nec in regnis bello quæsitis alienationem licitam esse, absque consensu populi devicti, saltem tacito.

ADDITIO.

„Supra demonstravimus populum per ultimam „victoriam subactum, non tantum jura publica „adeoque & imperium amittere, sed omnia quo„que jura privata. Victi igitur transeunt in potesta„tem victoris, qui jus vitæ & necis etiam in singu„los consequitur: Hinc jam constat populum vi„ctorem alienare hoc regnum posse; At regi, qui „jure populi vicit, facultas alienandi nullo jure „competit, sed is voluntatem populi sequi, &, si „hic conservari vult regnum, illud tueri tenetur.

„Atque hactenus, & intuitu regis, verum est „nullam esse differentiam inter regnum populo „per bellum quæsitum, seu patrimoniale, & re„gnum usufructuarium, seu ex voluntate populi „delatum, neutrum enim invito populo alienari „potest.

„Cæterum ratio, cur regna a populo delata „alienari non possint, non ex præsumtione seu

Lib. 11. *Don.* c. 4. rii sui Regi permitteretur. Quare [c] quod Cranzius ut rem novam notat in Unguino, quod is Norvvagiam testamento reliquisset, non est quod improbemus, si Germanorum mores respicit, [d] apud quos regna eo jure minime habebantur. Nam [e] quod Carolus Magnus, & [f] Ludovicus Pius, & [g] alii postea etiam apud Vandalos & Hungaros de regnis testati leguntur, [h] id commendationis magis vim apud populum habebat, quam veræ alienationis. Atque id de Carolo speciatim Ado memorat, [i] voluisse eum testamentum suum a Francorum optimatibus confirmari. Simile est quod [k] apud Livium legimus, Regem Macedonum Philippum cum Persea a regno arcere, & ejus loco regem facere vellet Antigonum fratris sui filium, obiisse Macedoniæ urbes, [l] ut principibus Antigonum commendaret.

2. Nec quod idem ille Ludovicus urbem Romam [m] Paschali Pontifici

„conjectura voluntatis sequitur, sed ex voluntate populi certa & satis declarata, quia nil nisi jus se regendi & jura civitatis tuendi io regem transcripsit. non autem defendit jura civitatis, qui eam alienat, & cum personæ & familiæ fides & iodustria electa, eique jus tuendi civitatem commissum sit, persona illa, vel familia in alium hoc officium invito populo transferre nequit. Conf. *Diss. proœm. XII. §. 623. seq.*

„c) (QUOD CRANTZIUS UT REM NOVAM NOTAT:) Historiam de Unguino in dubium vocat *Hottom. L. 1. Illustr. q. 1.* Neque enim fides semper adhibenda est huic Scriptori.

„d) (APUD QUOS REGNA EO JURE MINIME HABEBANTUR:) Scilicet, ut alienari regnum potuerit, nam regnum Germanorum, semper fuisse electivum probavit *B. Parens in Jur. publ. c. 6. §. 8. seq.*

„e) (QUOD CAROLUS MAGNUS:) Vid. *Eginb. c. 33.*

„f) (LUDOVICUS PIUS:) Vid. *Monachum Agolismensem p. 268. Regin. chron. L. 2, ad ann. 876. & B. Parent. jus publ. c. 5. §. 21.*

„g) (ALII ETIAM POSTEA APUD VANDALOS;) Exempla Gizerici & Theodorici retulit *Author in not. ad §. prac. n. 6.*

h) (Grot.) (ID COMMENDATIONIS MAGIS VIM APUD POPULUM HABEBAT:) Vide Capitulum XII. conventus ad Carisiacum sub Carolo Calvo. Huc refer testamentum Pelagii quo Hispaniam reliquit Alfonso & Osmisindæ, & de Dania quædam apud Saxonem. Neque mirum igitur quædam testamenta improbante populo fuisse irrita, ut Alfonsi Arragonii; vide Marianam libro X. Et Alfonsi Legionensis, cum is filias filio prætulisset; idem Mariana libro XII.

ADDITIO.

„Adeoque valebat hæc dispositio in casum si populos consensisset.

„i) (VOLUISSE EUM TESTAMENTUM SUUM:) Unde Carolus Magnus & Ludovicus Pius in publico comitiorum consessu, voluntatem suam exposuere: *Vid. B. Parens. jus publ. c. 4. §. 12. seq. c. 7. §. 13. 14. 17. & 18. Conf. disp. B. Parent. de tur. ill. Sect. 2. §. 5. It. de just. regn. pag. 7.* imo Carolus M. præterea a Papa id confirmari voluit. *Vid. Adelm. ad ann.* 806. *Besselius ad cap. 33. Eginhardi de vit. Car. M.*

„k) (APUD LIVIUM:) *L.* 40. *c.* 56.

l) (Grot.) (UT PRINCIPIBUS ANTIGONUM COMMENDARET:) Vide rem similem apud Cassiodorum lib. VIII. epist. VIII. & sequentibus. Ita pacta successionis mutuæ inter Sanctium & Jacobum Arragonenses a proceribus firmata; Mariana libro XII. & Henrici Navarræ regis, qua Johannem instituit hæredem; idem Mariana libro XIII. & Isabellæ reginæ Castellæ; idem libro XXVIII.

„m) (PASCHALI PONTIFICI REDDIDISSE LEGITUR:) Author ei, quod *n. prac.* asseruit (scl. reges germanos jus alienandi non habuisse, indeque eorum dispositionem vim saltem commendandi habuisse) objicit exemplum Ludovici Pii, qui Romam cum imperio in Paschalem Papam alienasse fertur: Author huic dubio respondet, Reges Francorum a populo Romano imperium accepisse indeque eos recte quoque eidem populo reddere potuisse: Grotius igitur non tantum talem donationem factam esse supponit, sed & Hottomannus quoque hanc historiam de donatione Ludovici verissimam credit *in qu. ill. L. 1. t. 2. p. 846.* & hujus donationis duo exstare instrumenta ait, alterum apud *Gratian. in cap. ego Ludovicus &c. dist.* 63. alterum, quod ex Vaticana Bibliotheca se promsisse, testatur *Raph. Volaterr. Geogr. l. 3.* Eoque multo plura contineri quam priori, scl. Ravennam, Ferrariam, Siciliam, Sardiniam, Corsicam &c. Atque hoc posteriori nititur curia pontificialis, & ejus auctoritate regem Siciliæ vocat ecclesiæ subditum, Vasallum, Ligium, *Clement. past. de sent. & re-jud.* Sed & Papa Ferrariensem Ducatum hoc titulo sibi adjudicavit: *Arnisæ. de subject. & exemt. cler. c. 6. n. 10. p. 131. & de jure Majest. L. 1. c. 5. n. 6. & 7.* Verum egregie & solide admodum

„reji-

tifici reddidisse legitur ad rem facit, cum Franci imperium in urbem Romam [n] a populo Romano acceptum [o] reddere eidem populo recte potuerint, cujus populi quasi personam sustinebat [p] is qui primi ordinis princeps erat.

§. XIV.

[a] Quod autem huc usque monuimus, distinguendam esse summitatem imperii ab habendi plenitudine, adeo verum est, [b] ut non modo pleraque imperia summa [c] non plene habeantur, sed & multa non summa [d] habeantur plene: quo fit [e] ut [f] Marchionatus et comitatus, facilius quam regna vendi & testamento relinqui soleant.

§. XV.

I. [a] Est & alterum hujus discriminis indicium

[*] in

„rejicit hanc fabulam idem Gronovius, allegans „silentium omnium Authorum coævorum, Aimonii, Eginhardi, Anastasiii, Tegani & incerti „Anthoris *de vit. Lud. I.* Neque verum esse ait, „quod ex allegato capitulo affertur, quia filius Ludovici fratri Lothario Romam & Italiam cessit. „*Petav. rat. temp. L. 8. c. 10.* Equidem Baronius „eo impudentiæ pervenit, ut assereret Carolum „M. nullum unquam jos in urbem Romam habuisse, at id solide refutavit *B. Parens in jur. publ.* „*c. 6. §. 7. & late seq.*

„n) (A POPULO ROMANO ACCEPTUM:) Sed „nec hoc verum est, Fraocorum Reges a populo „Romano imperium accepisse: Quomodo urbis „hujus incolæ potuissent Carolo M. imperium da„re, cum a quatuor retro seculis integris ipsi ne „libertatem quidem, nedum ullam summi imperii „particulam habuerint? Sane regnum Italiæ adeo„que & urbem Romaio, nec oon imperium occi„dentis jure victoriæ Carolum acquisivisse, latissi„me probavit *B. Parens in jur. publ. cap. 6. §. 1. seq.* „Quod magis illustrabimus infra *l. 2. c. 9. §. 11.*

„o) (REDDERE EIDEM RECTE POTUERINT:) „Fabula de donatione Caroli M. dudum explosa „est, nec unquam titulus ille probari poterit.

„p) (IS QUI PRIMI ORDINIS PRINCEPS ERAT:) „i. e. qui in ordine ecclesiastico præsidebat. *vide* „*infra L, 2. c. 9. §. 11. n. 2.* Putat igitur Author, „urbem Romam dum Paschali restituta est, ipsi „populo restitutam videri, utpote cum ille tan„quam Princeps primi ordinis populi quasi perso„nam sustinuerit: At hoc verum non est, eo enim „tempore ad pontifices cura secularium nondum „pertinuit, vid. *B. Par. jur. publ. c. 18. §. 6. usque* „*ad §. 16.*

„a) (QUOD AUTEM HUCUSQUE MONUIMUS:) Nimirum *supra §. 11. n. 1.* ubi Author dixit, aliud „esse de re quærere, aliud de modo habendi.

b) (UT NON MODO PLERAQUE IMPERIA NON PLENE HABEANTUR:) Non enim a potentia agendi, sed a causa potestas dijudicari debet.

„c) (NON PLENE:) Ubi nimirum Princeps ju„re proprio quidem habet imperium sed cujus ex„ercitium legibus restrictum est.

„d) (HABEANTUR PLENE:) Ita ut, licet jure „proprio non teneant, tamen omnia pro lubitu „facere possint, cessante quippe restrictione legis, „ut in Dictatore supra vidimus.

„e) (UT MARCHIONATUS ET COMITATUS FA„CILIUS ETC. TESTAMENTO RELINQUI SOLEANT:) „Hoc non ex eo est, quod imperia talia noo sum„ma plene habeantur; sed quod plane imperium „hic non alienetur: utpote quod salvum maoet „summæ potestati, sub qua comitatus & Marchio„natus situs est; sed & verum non est, comitatus „&c. pleno jure haberi, & alienari posse, nam „cum plerumque feuda sint, non possunt sine con„sensu domini alienari.

f) (Grotius) (MARCHIONATUS:) Vide de Urgetii principatu Marianam lib. XII. c. 16.

a) (EST ET ALTERUM HUJUS DISCRIMINIS INDICIUM:) Author inter effectus regni patrimonialis etiam ponit, quod Rex tutorem in illis constituere possit, secus ac in regois usufructuariis: At nec hoc verum esse jam demonstrabimus: Nam (1) non dari regna patrimonialia vidimus in præcedentibus, frustra ergo de tutela horum regnorum quæritur: (2) nec tutela jure naturæ cognita est: etsi enim patri natura stimulum indiderit liberos tuendi, cessat tamen hic in extraneis, in cujus actiones pupillis nullum jus competit. Cum igitur (3) natura soli patri tutelam liberorum dederit, nullum aliud medium, eo contra intentionem naturæ præmortuo, superest, quam ut magistratus prospiciat juris tuendi officio. At quia (4) hoc subsidium in summa potestate, quæ superiorem noo habet, cessat, incertum maxime est cui interim administratio sit concedenda an matri an populo an agnatis? Equidem de matre certum est, eam ab administratione regni jure naturæ excludi. Nihil enim magis rationi naturali contrarium est, quam fœminas in terris, ubi ne succedere quidem possunt, ad tutelare regimen admitti, &, ubi filiæ ipsæ excluduntur a proprio jure, viduas extraneas admitti ad regimen juris alieni: Pro populo militat, quod regnum vacet quoad admi-

 nistra-

ministrationem, adeoque videatur interim reverti ad populum. At mihi potior videtur causa agnatorum. Pro his enim facit, quod superstite familia regia nondum vacet regnum, neque ad populum redeat potestas semel in familiam translata donec illa exstincta non est: Si igitur proximus e familia habilis non est vel in perpetuum vel ad tempus, sequentes suo ordine succedunt, saltem durante impedimento.

Equidem (6) negari nequit, usum gentium admodum variare. In Gallia olim semper agnatis proximis deferebatur tutela; postea defuncti regis conjuges sibi eam arrogarunt: In Asia Trypho a populo substitutus se tutorem Syriæ regno gessit. *Just. l. 36. c. 1.* Arcadius in Imperio Romano Regem Persarum filio suo tutorem dedit. *Procop. bell. pers. L. 1.* In Macedoniæ regno, quod ex voluntate populi delatum erat, Philippus fratris filii tutelam suscepit *Just. L. 7. c. 6.* Olympias Pyrrhi filia, amisso marito & fratre, fuit tutrix regni *Just. l. 28. c. 1. & 3.* Antigonus fuit tutor Philippi privigni. *vid. Just. L. 29. c. 1. Liv. L. 40. c. 54.*

ADDITIO.

„De tutela summarum potestatum integra exstat disputatio B. Parentis, quæ inscribitur *de tutelis illustrium*, ubi postquam sectione prima originem tutelæ explicavit, & infantibus quoque imperium ex dispositione populi conferri posse, probavit, ita pergit: Hoc igitur casu, quando delata est pupillis summa potestas a populo vel superiore, competit ipsis quidem jus succedendi, quod, cum semel iis, totique familiæ Principali quæsitum sit, auferri non potest; administratio autem ipsa reipublicæ, quæ maturius quoddam judicium requirit, & eorum fastigio competens educatio, aliis committenda erit. Cum enim publice intersit privatorum infantes, bene educari, bonaque eorum rite administrari: quanto magis publice intererit, ut exactior quædam cura illorum pupillorum habeatur, quibus maximorum regnorum, & amplissimarum provinciarum regimen, & gubernatio aliquando ipso jure competet?

„Quis vero interea temporis reipublicæ & ipsius pupilli tutelam suscipere debeat, tum jure naturali incertissimum est, quippe secundum quod, sicuti in §. *praeced.* vidimus, ne quidem summa potestas infantibus competit, tum tot variæ sententiæ, tamque varii actus, ut nihil supra esse possit. Alii enim, inter quos maximus Grotius *l. 1. c. 3. §. 15.* distinguunt inter regna, quæ sunt *patrimonialia*, & *non patrimonialia*, & in *illis* eorum tutelam esse asserunt, quos pater, aut propinqui elegerint; in *his*, quibus lex publica, seu ea deficiente, consensus populi eam mandaverit. Sed, cum hæc ipsa distinctio, quod pace tanti viri dixerim, sit penitus vitiosa, ac nullius momenti, & revera contradictorium sit, regna esse in patrimonio, ex illo sane fundamento hoc quoque decidi non poterit. Afferunt quidem, ut suam sententiam firment, exempla regni Epirotarum, in quo, quippe consensu populi constituto, Aribæ pupillo publice tutores esse constitutos ait *hist. l. 17. c. 3.* & in simili Macedonum regno ab ejus proceribus Alexandri M. posthumo apud *eundem l. 13. c. 2.* Sed, quam vanum id sit, vel inde apparet, quod in iisdem regnis aliud quoque & contrarium obtinuerit. Nam idem Justinus testatur, tum de Macedoniæ; *l. 7. c. 5. l. 28. c. 3. & l. 29. c. 3.* tum de Epiri regno, *l. 28. c. 1.* proximos agnatos; & quos pater elegerat vocatos esse ad tutelam; licet hæc regna, uti ipsi fatentur, & vocant, fuerint non patrimonialia; quemadmodum in Ægypto, (quamquam hoc regnum consensu populi ortum erat:) Ptolomæus filio suo tutorem populum Romanum reliquit, apud *Val. Max. l 6. c. 6. n. 1.* & in ipso imperio Romano, quod electivum semper fuit, Arcadius imperatori Theodosio filio suo Isdigertem, Regem Persarum tutorem fecit, apud *Procop. lib. 1. de bell. Pers.* Sic, etsi pro altero distinctionis membro, quod in regnis, quæ patrimonialia appellant, lex vel populus tutorem constituat, adducant exempla Asiæ minoris bello partæ, ubi Rex Eumenes Attalo filio fratrem suum tutorem dederit, & pater Hiero in Sicilia regnans, itidem filio suo Hieronymo, quos voluerit, testamento assignaverit: ei tamen opponimus ex citato Justino *l. 36. c. 5.* exemplum Triphonis, qui licet Syriæ regnum per arma occupatum esset, tamen a populo constitutus est tutor Antiochi minoris.

„Neque mihi eorum sententia admittenda videtur, qui totum hoc judicium ad arbitrium defuncti Regis deferunt, quasi is succedenti pupillo de tutore prospicere possit, adeo, ut hanc voluntatem sequi teneatur succedens, & populos eos ad gubernationem reipublicæ & impuberis Regis tutelam admittere, quos defunctus rex ordinavit. Sed cum illius, qui succedit, æque summa potestas sit, ac ejus, qui ultimus reipublicæ clavum tenuit, absurdum sane esset, eum in successorem, qui eandem potestatem, quam ipse habet, jus & facultatem statuendi habere. Quid quod, Rex non possit disponere de jure succedendi, atque adeo nec definire, in cujus potestate is esse debeat, qui ei succedit, cum & post ejus mortem, qua omnia jura tolluntur, adeoque eo tempore, quo incipit causa successionis, ac tutelæ, jam plane desierit, & morte extinctum sit omne judicium, imperium, potestas, & omne jus defuncti. Et quemadmodum viventis, ac regnantis nulla est hæreditas, aut successio. *l. 1. de Her. vend. l. 32 pr. de Adqu. har. &c.* ita, nec eo vivente, de hæreditate judicium, vel quæstio moveri, sed tantum post mortem potest. *l. 94. eod. l. 2. §. 2. vulg. subst. arg. l. 83. §. 5. vers. & castum de V. O.* Certumque omnino est, cum successoris potestas summa sit, nullius eum imperium judiciumque, nec quenquam superiorem, nisi Deum arinorumque eventum agnoscere teneri. Sæpius quidem gentes videntur secutæ judicium defunctorum regum, & eos, quos hi commendarant, in successione, vel tutela regnorum reliquis prætulisse: verum id fecere non ex necessitate juris, & quod obligari se eo sensissent, sed ultro & judicii vel veneratione, vel utili-

„utilitate. Itaque ea judicia defunctorum regum,
„non dispositionis vim habent, sed commendatio-
„nis. Unde Philippus, cum extinctis liberis, sibi
„successorem vellet Antigonum, dicitur circum-
„ivisse Macedoniæ urbes, & commendasse eum
„Principibus *Liv. Lib. 40. c. 56.* De ultima volun-
„tate Caroli Sapientis Regis Galliæ, qua filio pa-
„truum, atque avunculum tutores, Ducem vero
„Aodium, Rectorem Galliæ fecerat, Proceres in
„conventu judicarunt, & probarunt quidem ultro
„judicium Regis, sed cum aliqua tamen mutatione,
„& temperamento. *P. Æmil. de reb. gest. Franc.*
„*in Carol. V. in fin.* atque ideo expresse tradit idem
„Author: *quod Dux Andium Rector Franciæ,*
„*Borbonius Andaxque tutores Regis, testamento Ca-*
„*roli Quinti, & judicio Procerum habiti fuerint.*
„*P. Æmil. d. l. in Carolo VI.* At, cum in con-
„ventu Castiliæ produceretur testamentum Johan-
„nis Regis defuncti, quo Heorico successori tu-
„tores constituisset, offensos eo animos fuisse, ac
„sui judicii credidisse, an velleot, id ratum es-
„se, nec ne, quemadmodum re ipsa quoque irri-
„tum id declaratum fuit, uti Author est *Maria-*
„*na L. 18. de reb. Hisp. c. 15.* Uti & illustrissimum
„exemplum in Martino Arragooiæ Rege, apud
„eundem *Marianam l.* 19. *c.* 19, *in f. & c.* 21. ha-
„betur, ad quem cum jam morti proximus esset,
„& turbæ propter successionem metuerentur,
„pupulus Arragooiæ misit, qui ipsuo rogarent,
„quem sibi successorem optaret. Et hic pruden-
„tissimus Rex, optime perspicens nullam aliam,
„nisi commendandi vim sibi competere, sententiam
„suam quidem tulit, sed quam parva sibi hac in re
„jubendi authoritas sit, satis innuit, dum ut *Ma-*
„*riana d. l. 19. c. 20. in f.* refert, dixit: *Hoc consi-*
„*lium nostrum, utinam tam felix, quam reipublicæ*
„*& vobis omnibus salutare esset.* Eventus ipse
„quoque docuit, nullius momenti defuncti regis
„judicium fuisse, dum eo obstante, nihilominus
„acerrime inter varios Regni procos de succeden-
„di jure dimicatum est, donec tandem hæc lis, oo-
„vis ad id electis arbitris, decideretur. Vane igi-
„tur in successione Portugalliæ Thuanus inculpat
„Henricum senem, quod se minis Philippi Regis
„deterreri passus sit, quo minus decideret, cum
„in ipsius potestate neutiquam esset, de hoc judi-
„care.

„Sunt & exempla regnorum, ubi matres viduæ
„tutelaю noomodo in personas pupillorum, (quod
„non abhorret a ratione naturali,) sed & in Regna
„ipsa, Principatusque filiorum suorum impuberum
„suscepere. Nam non tantum in Gallia *les Reines*
„*meres* nomine filiorum imperium Galliæ usurpa-
„runt, sed jam olim hoc nomine Semiramis filio
„suo Ninya impubere, Regoum tenuit: *Diod. Sic.*
„*lib. 2. c.* 7. Tamyris Mæssagetarum Regina mor-
„tuo viro fasces capessivit, superstite filio adules-
„centulo, quem Spargapisen vocat *Herodot. in*
„*Clio* §. 38. & Zenobiam Palmyrenorum Reginam
„imperium nomine filii (sive Balbatus is fuerit, sive
„alius, qua in re collidunt *Treb. Pollio de 30. Ty-*
„*rannis. cap.* 14. & *Vopiscus in Aurel. c. 38.*) ges-
„sisse, idem *Vopiscus* refert. Verum hi casus &
„mores, plane singularissimi sunt, atque a ratio-
„nibus juris gentium alieni: eaque imperia conse-
„cutæ fœminæ istæ videntur, vel vi ac fraudibus,
„uti de Semiramide varie traditur: *Ælian. var.*
„*hist. l. 7. c. 1. Just. l. 1. c. 2.* vel speciali consensu
„populi, qui admiratione insuetæ, & singularis-
„simæ fœminarum harum virtutis muliebre tulit
„imperium; quod sensim in morem apud plures
„orientis populos abiit. Jure Gentium vero secus
„esse, vel inde apparet, quod gubernatio, & de-
„fensio reipublicæ natura viris, non fœminis com-
„petat; & fœminæ imperium ne quidem in fami-
„lia privata, nedum in civitate ab eadem natura
„habeant. Et cum, ne quidem propriæ filiæ ex
„familia, cui delatum est imperium, natæ succe-
„dant jure gentium in Principatu; nedum viduæ,
„quæ ex aliena familia per ouptias adscitæ sunt, in
„Principatus tutela: facilior enim est admissio
„ad successionem Principatus, quam ad ejus
„tutelam, siquidem illius pupillus quoque, & in-
„fans capaces esse possunt, tutelæ nunquam. Quod
„autem in Gallia Reginæ viduæ nuper imperium
„gessere cum primario aliquo ministro status, id
„recentioris exempli, & adversus veterem morem
„factum est. Olim enim semper fere agnatus
„proximus Franciæ procurationem, Rege impu-
„bere, obiit, uti Clotharii II. tutelam Guntrannus
„patruus, *P. Æmil. in Clot. II. Masson Annal. lib.*
„*1.* Johannis, Philippus Longus postea Rex, *Mas-*
„*son. lib. 3. in Philip. Long.* Caroli VI. cum impu-
„beris, tam postea phrenetici, Dux Andiom: quo
„satis erepto, frater, & patruus Regis, de hoe
„jure internecinis inter se odiis, & funestis regni
„cladibus utrinque certarunt, ut prolixe refert *Ser-*
„*ran. Hist. de Franc. dans la vie de Charles VI.* ut
„ideo conteotio omnis fuerit inter solos Princi-
„pes sanguinis: Prima Catharina de Medices id
„artibus suis egit, ut filio suo Francisco II. jam 16.
„annis majore, & actu regnante, rerum ipsa po-
„tiretur: *Serran. d. l. in vita Francisci II.* magis-
„que eo mortuo, potestatem, quam semel occu-
„paverat, Guisiorum regiæ authoritatis usurpato-
„rum factione & opibus adjuta, altero filio vix
„XI. annorum puero firmaret, sed obniteote acri-
„ter Navarro primario sanguinis Principe, cum
„quo & transigere coacta fuit, ut Prorex ille di-
„ceretur, oeque sine ejus consensu quicquam fie-
„ret: & tamen verita est, ne compositam semel
„de regni administratione controversiam reoova-
„ret, uti loquitur *Thuan. lib. 27. ante fin.* Altera
„illa, Maria de Medices, paribus artibus, idem
„molita est ope primum paucorum ministrorum,
„qui sibi ipsis ita continuare imperia volebant, ut
„refert *Gramond. Hist. Gall. l. 1. pag. m. 4.* & ita
„pergit: *Sperabant fore, ut fœminam regerent ma-*
„*gis, quam a fœmina regerentur; Hinc seditiones*
„*& bella fore; hinc illis rei privatæ augmentum,*
„*quod præcipue amant. Ex voto res utrisque ces-*
„*sit, Contius Princeps sanguinis silet per metum,*
„*aut negligentiam, jurique renunciat, si quod ha-*
„*buit. Sic in Regni administrationem clam vocata*
„*Regina, palam confirmatur.* Postmodum vero,
„ut ex tutrice hostis, ex matre extorris, & ærum-
„nosa fuerit facta, recenset idem *Gram. l. 2. & 3.*
„& compendio *Priol. d. l. 1. p. m. 11.* Novissime

„quoque Ludovic. XIII viduæ, ex illius judicio,
„delata a Principibus ipsis & Senatu tutela est.
„*Priol. d. l. 1. p. m. 23.* Patet itaque, non juris
„præsidio cœpisse has fœminas tutelam, sed arti-
„bus, potentia, transactione, consensu, pietatis
„specie &c. nec tamen cessasse unquam contentio-
„nes cum Principibus sanguinis. Exemplum Gal-
„liæ secuta est Luduvici XIII. soror, Carolo Ema-
„nueli Sabaudo nupta, & testamento ejus tutrix
„destinata: verum eam rem atroci, & exitiali bel-
„lo causam dedisse ait *Brachel. hist. lib. 5. ad an-*
„*num* 1673. Denique in Sueciæ regno novissime
„vidua in partem gubernationis venit, cum tamen
„præcipua authoritas esset penes status & Pro-
„ceres:

„Cæterum hæc hactenus omnia de tutela regni
„disputavimus. In personam vero pupilli, quin
„tutela, & educatio, matri superstiti naturali ra-
„tione competat, nullum dubium. Quid ergo
„recipimus de tutela regni? Dicendum utique,
„rem eam a natura directo definitam non esse,
„idque vel inde apparere, quia & tutela omnis,
„quæ post mortem parentum datur jure civili, quo
„summi Principes non obligantur, & ipsæ pupil-
„lorum successiones in regna dispositionibus ho-
„minum, neutrum autem jure naturali constitutæ
„sunt, uti hoc supra ostensum est: ut adeo mi-
„randum non sit, negotium hoc, quod totum
„dependet a legibus & dispositionibus hominum,
„jure naturali plene definitum, & in casum, quo
„tutela naturalis parentum deficit, aliter quam legum
„officio, prospectum non esse. Interest igitur, &
„pacis & reipublicæ quam maxime, ut legibus
„regnorum & principatuum accurate, vel in ipsa
„constitutione regni, vel communi Regis, & agna-
„torum placito statutoque, ac Procerum quoque
„consensu id decidatur.

„Si vero lege vel moribus regni id desinitum
„nundum fuerit, & partes de tutela contendant,
„non poterit utique quisquam plus rationis, & ju-
„ris ad tutelam regni afferre, quam proximus
„agnatus. Nam neque mater, cum defensio re-
„gni non sit fœmineum officium, neque populus
„jus potius allegare potest; cum is omne suum
„jus ad familiam regiam transtulerit, adeoque ea
„superstite gubernatio reipublicæ ei competere ne-
„queat: nedum extraneus, cum nulla ratio reddi
„possit, cur extraneus, qui nihil juris in regnum
„habet, præferri debeat ei, qui proximam succe-
„dendi spem habet, atque adeo suum suæque fa-
„miliæ fere negotium gerit. Estque ejus exem-
„plum præclarissimum in Spartano illo legislatore
„Lycurgo, qui Charilli filii fratris sui Blybitæ tu-
„telam, usque dum ad adultam ætatem pervenis-
„set, administravit, & postea, cum pubes factus
„esset, restituit *Just. hist. l. 3. c. 2.* Talium ex-
„emplorum plena ætatum omnium memoria est,
„atque adeo recte dixit *Bodinus l. 6. de Repub. c. 4.*
„*p. m.* 1039. Majores nostri, ut puero Principi,
„ac regno caverent, procurationem quidem regni
„proximis agnatis, liberorum vero educationem
„matri permiserunt.

„Officium tutoris regni idem est, ac Regis; u-
„trumque in tuendo legitimo jure regni, ac civi-
„um, & potestate agendi ea omnia, quæ ad felicio-
„rem istius juris executionem pertinent, consistit.
„Unde certum quoque est, apud eum esse arbitrium
„belli & pacis, uti vel hoc seculo satis apparuit
„exemplis Galliæ, & Sueciæ, in impubere horum
„Regum ætate. Nec minus constat, teneri tuto-
„rem ad ea, ad quæ a natura obligatur administra-
„tor alienæ rei, puta, ut non tantum ex fide ge-
„rat, sed &, ut gestæ rationem pupillo adulto
„reddat, & reliqua præstet. Sicubi ergo ea non
„exigatur, id fieri manifestum est, quia adultus,
„vel indulgentia sua, vel veneratione tutoris id
„remiserit, aut alias id ita in regno jure constitu-
„tum sit. Nam & ita constitui tutores Regum so-
„lent, ut interim solo cognomine a Regibus diffe-
„rant, uti de Antigono, Philippi tutore loquitur
„*Liv. lib.* 30, *c.* 54, & hodieque exempla sunt in
„Gallia, ut tutores interim dominorum instar ha-
„beantur, nec rationes perceptorum reddere te-
„neantur.

„Cæterum id quæri potest, nam tutela regni
„ita hominum facto constituta, legibus civilibus
„obnoxia sit, cum pupillus, cujus tutela geritur,
„iis solutus sit? Equidem multum interest inter jus
„illud, quod constituitur inter pupillum, & sub-
„jectos ipsius, vel alios. Prius, quod inter tu-
„torem pupillumque ejus intercedit, jure civili de-
„finiendum, & ex eo tutela gerenda est, cum tuto-
„res isti summam potestatem non habeant, sed ad-
„ministrent eique subjecti sint; omnes autem sub-
„ditorum actus obnoxii indubie sunt legibus civili-
„bus: nisi moribus aut legibus regni remissum quid
„fuerit, uti cautio est &c. Inventaria vero con-
„fici ideo plerumque necesse non est, quia in re-
„gni camera, archivisque, ea publica authoritate
„confecta designataque habentur; At, alterum jus
„illud, quod vertitur inter pupillum, & cives, alios-
„ve, & a tutore nomine pupilli exercetur, ex so-
„lo jure naturæ censetur: uti, si testamento mi-
„nus solenni aliquid pupillo relictum sit, vel fœ-
„derum, aut belli denuntiandi negotium, similis-
„que causa agitetur; & in omni denique jure pu-
„pilli, quippe, qui re vera jus majestatis, sum-
„mæque potestatis habet, etsi ab alio administra-
„tum. Pupillus itaque, & ipsius nomine tutor,
„jure gentium utuntur & obligantur, & adversus
„pupillum ipsum tutor jure civili.

„Vidimus hactenus, cui jure naturæ tutela com-
„petat, & in quo consistat, sequitur jam, quando
„illa eodem jure finiatur? Quod tanto difficilius
„est definitu, quia vix ulla alia in re adeo diversa
„variarum gentium statuta inveniuntur. Alii enim
„terminum hunc usque ad tertium pubertatis an-
„num, alii usque ad nuptias, seu donec cœlibes
„essent, extendebant, alii, donec publice inter
„viros adscriberentur, de quorum varietate ex So-
„lonis, Pittaci, Charondæque LLbus orta, *vide*
„*Dion. Halic. l. 2. c. 27.* Sic apud Hebræos, fi-
„nis tutelæ statutus erat annus XXIII. apud alios
„uti, Romanos XXV. Nos vero in tanta legum
„humanarum discrepantia dicimus; eo usque ju-
„re naturæ tutelam durare, usque dum pupillus
„ad maturitatem pervenerit, ut se ipsum exhibere
„possit. Terminum vero hunc incipere a puber-
„tate

[a] in regni tutela, [b] dum rex ætate aut morbo fungi poteſtate ſua impeditur. Nam in regnis, [c] quæ non ſunt patrimonialia, tutela eorum eſt, [d] quibus

„tate, cum incipit poteſtas generandi, obſcurum non eſt. Cum enim, ut ſupra hoc deduximus, finis ſummi rerum Creatoris, qui facultatem generandi hominibus conceſſit, fuerit propagatio ſpecierum, & humani generis, quæ fieri ſine educatione prolis nequit, ſequitur, eam ætatem, quæ habilis eſt ad generandum, & naturaliter habilem eſſe ad educandam prolem, & ſic per conſeqnens quoque ad gubernodas res alterius; cum educatio partus, nihil aliud ſit, quam ejusmodi gubernatio: neque alius terminus a natura definitus oſtendi poteſt: prout & lege civili idem, qui naturali, terminus pubertatis definitus eſt, & ſolo prætorio jure puberum ætati curator præficitur. Eſt igitur mere civile, quod jure veteri Romano conſtitutum erat, ut hoc jus in liberos perpetuum eſſet, niſi ultro pater ſe eo abdicaſſet, dum emancipaſſet: Jure enim gentium educatio, ſeu tutela conſtituta eſt, propter defectum ætatis, ſeu quia impuberes ipſi rebus ſuis præeſſe nequeunt: qui quidem defectus, ſe ceſſat, & ipſum illud jus ceſſabit, ſecundum communem Scholarum regulam.

„Duo tamen hæc prudentiſſime JCti Romani, & Prætores addiderunt; (1) ut maturitas & pubertas certo quaſi temporis momento definiretur, cum nullus adeo certus terminus jure naturæ eſſet, & tamen hoc utiliſſimum, quin neceſſarium erat, tum ad contractus, negotiorumque vim æſtimandam; tum propter plurimas alias cauſas, quas definire, & in quibus jure naturæ ſecuri eſſe alias non poſſumus. (2) Prudenter hoc quoque additum, ne patria poteſtas, & ſic etiam jus educationis pubertate finiretur, ſed usque ad annum XXV. duraret, adeo, ut ante eum pupillus plene negotia ſua adminiſtrare non poſſit. Quod itidem perquam neceſſarium erat, in tanta difficultate qua nunc, occupato jam impletoque hominibus orbe, illi ſe, ſuamque familiam exhibent, & ſuſtentant; cum in primævo naturæ ſtatu, quo jus fuit occupandi promiſcue ad indigentiam neceſſaria, facile ſuffeciſſet pubertas.

„Terminus igitur tutelæ cum jure naturali, æque ac civili ſit pubertas, ſequitur regem puberem factum poſſe, ſi velit, procurationem regni ſui ſuſcipere, neque invitum teneri ſubeſſe porro tutelæ, ac tutoribus, niſi alia lex, vel mos regni ſit. Ita Philippus Rex Macedoniæ, cujus tutor Antigonus fuerat, regni habenas cepit 14. annos natus. *Juſtin. l. 29. c. 1.* Franciſcus II. Rex Galliæ, etſi 15. annorum eſſet, non tamen tutores habuit; *P. Æmil. in ejus vita*, & licet ambitio matris Catharinæ de Medices, & Guiſiorum factio traheret ad ſe vim imperii, non tamen tutelæ jus ſeu nomen uſurparunt, ſed potentia, gratia, authoritate ac opibus prævalentes, dominatum facto ipſo, & Rege qui tardiore ingenio eſſe dicebatur, indulgente, exercuerunt; idque agnovit Regis affinis Philippus II. Rex Hiſpaniæ, qui literis ad Regem datis promittebat, ſe eum, contra uſurpatores defenſurum, & *a etre tuteur & protecteur de luy de ſon Royaume, de ſes affaires, contre ceux, qui voudroient changer le guvernement de l'etat, comme ſi le Roy n'etoit capable de l'adminiſtrer Serran. ſous l'an* 1559. De Ludovico XIII. diſerte *Gramondus lib. 1. pag.* 52 ita refert: *ſub finem Autumni, Rex adultus imperii habenas, more Majorum, anno ætatis XIV capeſſit, majorque de more Parlamenti placito pronunciatur rebus adminiſtrandis.* Equidem Rege permittente & concedente, vel ſi ea lex regni ſit, tutores procurationem regni extendere ad maturiorem ætatem poſſunt; uti Rex Galliæ hodiernus 7. Sept. 1661. ingreſſus annum 24. tum eam de manu matris accepit. *Priol. hiſt. l. 6. p.* 343. Et ſereniſſimus Carolus XI. Rex Sueciæ 17. annos natus ao. 1672. in ſolenni regni conventu imperii clavum, atque inſignia cepit. Quin imo, plerique Reges jam dum egreſſi ſunt pubertatis naturalis annos, antequam ad regni adminiſtrationem admittantur, ſicuti hoc quoque in Electoribus & Principibus imperii noſtri in A. B. conſtitutum legibus, *Huc usque B. Parens.*

Nos in præcedentibus demonſtravimus (1) dari omnino regna patrimonialia, de quibus populus victor (non Rex) pro lubitu diſponere, ea alienare, & tutores quoque in iis conſtituere poteſt. (2) Alibi probavimus tutelam jure naturæ agnatis, eisque deficientibus civitati incumbere; *Vid. Diſſ. prooem. XII.* Hæc tutela (3) etiam ad regna ex voluntate populi delata extenditur. Cum enim officium tutoris ſit, omnia jura pupilli tueri, multo magis jus imperii quod pupillis competit, defendere tenetur: (4) Quando finiatur tutela, natura definitum non eſt. Alii enim citius alii tardius rationis uſum & adminiſtrandi facultatem naciſcuntur: Hinc legibus regnorum certum tempus definiri ſolet.

a) (Grot.) IN REGNI TUTELA:) Vide Cothmannum Tomo 1. Conſ. XLI. num. 11.

„b) (DUM REX ÆTATE AUT MORBO.) Imo, ſi morbo impeditur, non locus eſt tutelæ proprie ſic dictæ, ſed tunc dependet ab arbitrio principis, cui interim curam reipublicæ committere velit: eodem modo, ut id rege abſente fieri ſolet.

„c) (QUÆ NON SUNT PATRIMONIALIA:) i. e. quæ non jure belli ſunt quæſita, ſed populi voluntate deferuntur. *vid. §. 13.*

„d) (QUIBUS LEX PUBLICA:) Talis lex publica eſt in Scotia a Kennetho III. lata, *ut rege impubere, tutor, qui pro rege eſſet interea* ELIGERETUR VIR *prudentia & opibus inſignis, qui ad XIV. usque annum regis nomine rem adminiſtraret, Buchan. hiſt. Scot. L. 6. p. 191. & L. 12. p. 406.*

bus lex publica, aut ea deficiente [e] consensus populi eam mandat. [f] In regnis patrimonialibus eorum, quos pater aut propinqui elegerint. Sic videmus in Epirotarum regno, quod consensu populi ortum fuerat, Aribæ regio pupillo [g] publice tutores constitutos: [h] & a proceribus Macedonum Alexandri Magni posthumo. [i] At in Asia minore bello parta rex Eumenes Attalo filio fratrem suum tutorem dedit. [k] Sic filio Hieronymo pater Hiero in Sicilia regnans quos voluit testamento tutores assignavit.

Just. l. XIII.

Just. lib XLVII Plut. de amore frat.

2. [l] Sive vero rex simul sit privato jure fundorum dominus, [m] ut rex Ægypti post Josephi tempus, [n] et Indorum reges, memorante Diodoro

„In Germania certi vicarii lege statuti sunt, qui „rege vel absente vel minore, tutelam regni suscipiunt. *Vid. B. Pareut. jus publ. c. 16. per tot.*

e) (Grot.) (CONSENSUS POPULI EAM MANDAT:) Vide Marianam in Alfunso V. Legionis rege. At testamentum regis Johannis de tutela & administratione regni a proceribus improbatum. Marianæ libro XVIII.

ADDITIO.

„Populus omne jus suum in familiam transtulit, adeoque nec jus nec administratio populi „esse potest, quamdiu idoneus e familia superest. „Econtrario omnes e familia jus habent ad regnum „ejusque administrationem obtinendam, si proximiores non existunt: Non existunt autem, si inhabiles sunt, sive in perpetuum, sive ad tempus. „Sed & alibi probavimus, familiæ incumbere officium tuendi jura membrorum familiæ, quæ se „ipsos tueri non possunt,

„Matres sibi tutelam sæpius arrogasse Galliæ „exemplo probavimus: Sed & de matre Jacobi II. „*Buchananus rerum Scot. 12. pr. ait, Regina tutelam „Regis penes se æquum esse existimabat; contra pars „altera ex universis ad eam curam eligendum maxime idoneum, alteris maternum nomen & propinquitatem, alteris vetustam legem perpetua consuetudine observatam jactantibus.* Sed vi vel dolo vel pactis eas tutelas obtinuissa supra demonstratum est.

f) (Grotius) (IN REGNIS PATRIMONIALIBUS EORUM QUOS PATER VEL PROPINQUI ELEGERINT:) Ptolemæus Rex Ægypti tutorem filio suo reliquit populum Romanum. Valerius Maximus libro VI. cap. VI, 1.

ADDITIO.

„Imo *pater* eligere tutorem nequit, quia tutela demum incipit post mortem, ubi facultas disponendi patris cessat: *Agnatus* autem non eligit tutorem, sed ipse est tutur natura: Regna enim „patrimonialia sunt pars regni vincentis, adeoque „qui tutor est hujus regni (uti est agnatus) is quoque tutor est regni devicti: nisi populus victor „aliter disposuerit. Eadem igitur tutelæ ratio est, „in regnis patrimonialibus ac in regnis ex voluntate populi quæsitis.

g) (Grot.) (PUBLICE TUTORES CONSTITUTOS:) Et a proceribus Macedonum Alexandri Magni posthumo. Justinus lib. XIII.

ADDITIO.

Vid. *Just. L. 17. c. 3.* At in eodem regno pater quoque vocavit tutores. *Vid. Just. L. 28. „c. 1.*

„*h*) (ET A PROCERIBUS MACEDONUM ALEXANDRI M. POSTHUMO:) *Just. L. 13. c. 2.* At „in hoc quoque regno proximi agnati fuere tutores: *Just. L. 7. c. 5. L. 28. c. 3. & L. 29. c. 3.*

„*i*) (AT IN ASIA MINORE BELLO PARTA:) „Attalus enim bello quæsivit regnum *Liv. L. 33. „c. 5.* At nihilominus plurima regnorum Asiæ „exstant exempla, ubi populus tutorem dedit, „quod contigit mortuo Antiocho rege. *Just. L. 34. c. 3.* „Sic Tryphon, licet Syriæ regnum per arma occupatum esset, tamen a populo constitutus est tutor Antiochi minoris. *Just. L. 36. c. 1.*

„*k*) (SIC FILIO HIERONYMO:) At regnum Siciliæ non armis erat quæsitum, sed a populo delatum Hieroni, *Just. L. 23. c. 4.*

„*l*) (SIVE VERO REX SIMUL SIT PRIVATO „JURE FUNDORUM DOMINUS &c. HOC „IMPERIO EXTRINSECUM EST, NEC AD EJUS „NATURAM PERTINET:) Sensus est, quod ex eo, „quod rex sit dominus fundorum privatus, non „præcise sequatur, imperium esse patrimoniale, „quia etiam in regnis ex voluntate quæsitis Rex privato jure fundorum dominus esse potest: Aliud „ergo est imperium habere, aliud dominium privatum, & subsistit imperium etsi dominium ad „alios pertineat, adeoque hactenus dominium extrinsecum est imperio, nec ad ejus naturam pertinet.

m) (Grot.) (UT REX ÆGYPTI:) Et Indorum „reges, memorante Diodoro lib. II.

ADDITIO.

„Pharao emtionis titulo omnes Ægypti terras „jure proprio acquisivisse dicitur *Gen. XLVII.* unde tanquam dominus terræ quintam partem frugum sibi vindicabat, quatuor partes cultoribus „relinquebat. *d. Gen. XLVII. v. 23. & 24.* At inde non sequi, regnum fuisse in patrimonio late „demonstratum est supra *§. 12. pr.*

„*n*) (ET INDORUM REGES:) Ita enim rem „refert Diodorus Siculus *L. 2. c. 10. Dant regi*

(omnis

doro, ac Strabone, seu non sit, hoc imperio extrinsecum est, nec ad ejus naturam pertinet. [o] Quare nec imperii speciem aliam, [p] neque alium habendi imperii modum hoc quidem constituit. Lib. 11. Lib. 15.

§. XVI.

1. Tertia observatio sit, [a] non desinere summum esse imperium, etiam si is qui imperaturus est [b] promittit aliqua subditis aut Deo, [c] etiam talia quæ ad imperii rationem pertineant. [d] Nec jam de observatione juris naturalis [e] & divini, [f] adde gentium, loquor, [g] ad quam reges omnes tenentur, etiamsi nihil promiserint, [h] sed de regulis

„*(omnis enim India subdita est regibus,) tributum, „nulli privato licet agros possidere. præter tribu„tum & quartam quoque fructuum partem regi„bus impendunt* &c. & Strabo *L. 15. c.* 7. ait, *est „vero regio tota Regis, sed quam illi mercedis nomi„ne quartis fructuum colit:* Sed & hodie eundem „Indiæ statum esse, tradit *Berniers dans son voyage „au Mogol.*

„*o*) (QUARE NEC IMPERII SPECIEM ALIAM:) „Sic enim hodieque Reges Europæ bona propria „comparare solent, neque tamen forma imperii „ratione illorum bonorum mutatur, terræ ad pri„vatum eorum dominium pertinent, et in illis pri„vatorum jure otuntur, at jus imperii in illam terram, „quod toti reipublicæ competit, salvum manet.

„*p*) (NEQUE ALIUM HABENDI MODUM:) Nam „jure dominii terras illas pro lubitu alienare potest „(quia dominus est) at imperium simul transferre „non potest, ejus enim non est dominus, sed hoc „populo competit intra fines territorii, ut proin„de talis Rex, qui privato jure fundorum dominus „est, non pleniorem habeat potestatem agendi in„tuitu imperii,

a) (NON DESINERE SUMMUM ESSE IMPERIUM, ETIAMSI IS, QUI IMPERATURUS EST, PROMITTAT ALIQUA SUBDITIS &c.) Supra ad §. 7. notare cepimus, obligationem parendi oriri *vel* ex lege & imperio superioris, *vel* ex propria & libera conventione; Illa sola subjectionem infert, non hæc: Atque ad hanc ultimam pertinet ea obligatio, qua summa potestas parere debet legibus fundamentalibus regni: Populus enim sub iis legibus transtulit summam potestatem, Princeps sub iisdem legibus acceptavit, prout igitur quisque de jure suo disponit, ita jus est.

Dixi, hanc obligationem non inferre aliquam subjectionem, quia ea non oritur ex jussu superioris, sed ex conventione inter pares, & Rex tenetur ex proprio arbitrio, non tanquam inferior, sed tanquam par, quia utraque pars æquali jure potuit ita contrahere: Atque hinc est, quod Rex, si cum subdito contrahit, ei obligetur, non ex subjectionis jure, sed ex consensu, neque enim in hoc negotio alter altero superior est, sed utriusque conditio par est & æqualis; uterque de re sua disponit, cujus uterque æquali jure dominus est.

Princeps igitur, qui aliquid promittit subditis suis, non derogat suæ potestati, non magis quam paterfamilias, qui domesticis suis aliquid promittit. Atque hinc est, quod restringi quam maxime exercitium summæ potestatis possit, salvo cæterum majestatis jure: Neque tunc mixta dici potest majestas, quia ea non restringitur concursu alienæ potestatis, sed per conventionis leges, adeoque ex consensu: Conf. *jus publ. nostrum c. 21. §. 6. & 7.*

b) (Grotius) (PROMITTIT ALIQUA SUBDITIS AUT DEO:) Trajanus caput suum dextram suam, si sciens fefellisset, deorum iræ consecrabat; Plinius Panegyrico. Adrianus Imperator juravit, nunquam se senatorem, nisi ex Senatus sententia puniturum. Anastasius Imperator juravit, servaturum se decreta Chalcedonensis Concilii; meminere Zonaras, Cedrenus, alii. Seriores Imperatores Græci ecclesiæ jurabant; vide eundem Zonaram Michaele Rangabe & alibi. Vide & in Gothis regibus exemplum apud Cassiodorum X, 16. 17.

ADDITIO.

„Princeps, qui populo aliquid promittit sub jura„menti fide, nihil Deo proprie promittit, sed „eum testem saltem & vindicem adhibet.

c) (ETIAM TALIA QUÆ AD IMPERII RATIONEM PERTINEANT:) Forte quod bellum inchoare, collectas indicere &c. sine consensu reipublicæ nolit. Idque in Germania Imperator statibus imperii promittit. *Vid. B. Parent. jus publ. c. 14. §. 9. c. 23. §. 44.*

„*d*) (NEC JAM DE OBSERVATIONE JURIS NA„TURALIS:) Hujus enim intuitu omnes Reges Deo „subditi sunt, & iis legibus tanquam a superiore „latis obligantur.

„*e*) (ET DIVINI:) Quatenus scl. id revelatum est. „*L. 1. c. 1. §. 15. n. 1.* at ibidem demonstravimus, tale „jus divinum voluntarium universale non existere.

„*f*) (ADDE GENTIUM:) Scl. voluntarium. *L. 1. „c. 1. §. 14.* At nec tale jus dari alibi demonstravi„mus. *Vid. Dissert. proœm.*

g) (AD QUAM REGES OMNES TENENTUR, ETIAM SI NIHIL PROMISERINT:) Verum est, Reges ad ea obligari, quæ *jus natura* præcipit, at non ad ea, quæ Author *jure divino universali*, vel *jure gentium* præcipi putat: quia talia præcepta universalia non existere alibi jam probavimus.

„*h*) (SED DE REGULIS, AD QUAS SINE PRO„MISSO NON OBLIGANTUR:) Et quæ sub transla„tione generali imperii continerentur, nisi in spe„cie excepta & reservata essent.

lis quibusdam ad quas fine promiffo non tenerentur. Verum effe quod dico ex fimilitudine patrisfamilias apparet, qui fi quid familiæ facturum fe promiferit quod ad familiæ gubernationem pertineat [i] non eo definet in fua familia jus fummum, quantum fert familia, habere. Nec maritus maritali poteftate privatur, [k] eo quod aliquid uxori promiferit.

2. Fatendum tamen, id ubi fit, [l] arctius quodammodo reddi imperium, five obligatio duntaxat cadat in exercitium actus, five etiam directe [m] in ipfam facultatem. [n] Priori fpecie, [o] actus contra promiffum factus erit injuftus, quia, ut [p] alibi oftendemus, [q] vera promisfio jus dat ei cui promittitur: [r] altera autem fpecie [s] erit etiam nullus defectu facultatis. [t] Neque inde tamen fequitur, ita promittente fuperiorem dari aliquem; nullus enim is actus non redditur hoc cafu [u] ex vi fuperiore, fed ipfo jure.

3. [v] Apud Perfas rex fummo cum imperio erat αὐτοκρατὴς καὶ ἀνυπεύθυνος, ut de eo Plutarchus loquitur, [w] & ut imago Dei adorabatur & [x] ut apud Juftinum eft, non mutabatur nifi morte. Rex erat qui dicebat

„i) (NON EO DESINET IN SUA FAMILIA JUS „SUMMUM:) Quia obligatur non ex voluntaie fupe„rioris, nec ex concurfu alicujus poteftatis, fed „ex confenfu.

k) (EO QUOD ALIQUID UXOAI PROMISERIT:) Nam id pariter non fit vi imperii, fed vi pacti, neque uxori obligatur tanquam fuperiori fed pari.

l) (ARCTIUS QUODAMMOOO FIERI IMPFRIUM SIVE OBLIGATIO DUNTAXAT CADAT IN EXERCITIUM ACTUS:) Imo, tunc non anguftius fit imperium quoad jus ipfum, id fummum omnino eft, fed faltem exercitium ejus reftringitur; idque non ex lege fuperioris fed mutuo confenfu.

m) (IN IPSAM FACULTATEM:) Per eam Author intelligit jus ipfum imperii, Conf. *l.* 1. *c.* 1. §. 5. & 7. At nec hoc modo anguftius fit imperium, quia facultas Principis non reftringitur, concurfu alterius poteftatis, fed ex proprio arbitrio.

n) (PRIOAI SPECIE:) Si obligatio cadit in exercitium actus:

o) (ACTUS CONTRA PROMISSUM FACTUS ERIT INJUSTUS:) Jus enim ex Regis promiffo quæfitum eft populo, quod fi contra illod promiffum aliquid agit, jus populo quæfitum aufert, indeque peccat contra juris regulas, adeoque injuria agit.

p) (ALIBI:) *L.* 2. *c.* 11. §. 4.

„q) (VERA PROMISSIO JUS DAT EI CUI PRO„MITTITUR:) Jus dat non tanquam fuperiori, fed „ex confenfu utriusque partis, quomodo vero & „quousque Rex ad implementum promiffi adigi „poffit, alibi videbimus. *vid. L.* 1. *c.* 4. & *L.* 2. „*c.* 14.

„r) (ALTERA AUTEM SPECIE:) Si fcl. obliga„tio cadat io ipfam facultatem, i. e. minuat ipfum „jus imperii. At dictum jam eft, nunquam mi„nui jus imperii per hujusmodi pacta, quibus „agendi facultas reftringitur.

„s) (ERIT ETIAM NULLUS FACULTATIS DE„FECTU:) Quia confenfu ejus facultas agendi re„ftricta eft.

„t) (NEQUE INDE TAMEN SEQUITUR:) Imo id „fequeretur, fi ipfum jus fummæ poteftatis pro „parte faltem translatum effet, nam tunc altera „fummæ poteftatis pars penes populum refideret, „& fic ftatus vere effet mixtus.

„u) (EX VI SUPERIORE SED IPSO JURE:) Imo „in cafibus, quibus ipfum jus imperii refervatum eft „populus maneret fuperior, nihil hacteuus in re„gem translatum effet; adeoque omnino actus nul„lus redderetur ex vi fuperiore: At in ftatu Mo„narchico omne jus imperii in Principem trans„ferri tuto afferimus, neque hactenus facultatem „i. e. jus imperii aut reftringi aut falvo ftatu Mo„narchico reftringi poffe, ftatuimus: At exerci„tium reftringi adeo poteft, ut Rex nihil fere nifi „juxta leges ei præfcriptas facere poffit, Rex au„tem obligatur non tanquam legibus a fuperiore „latis, fed ex pacto fuo, quod fervandum effe ipfa „ratio naturalis docet.

„v) (APUO PEASAS REX SUMMO CUM IMPERIO „EAAT:) De quo refert Plutarchus *in lib. ad* „*princ.* quod omnes pro fervis habeat, excepta „uxore.

„w) (ET UT IMAGO DEI ADORABATUR:) „Hunc adorationis cultum Cyri temporibus intro„ductum ait Xenophon *Inft. Cyr. L.* 8. *p.* 231. De „more hoc *vide Curt.* 6. & *L.* 8. *c.* 5. *Juft.* 12 7. „*Val. Max. L.* 7. *c.* 3. *n.* 7. *Daniel.* 6. *v.* 7. *Arrian.* „4. 266, *Ælian.* 2. *Var.* 21, *Marcel.* 15. 11. & *L.* 23, „16. *Conf. Alex. ab Alex.* 2. 19. & *Tefm. b.*

„x) (UT APUD JUSTINUM EST:) *L.* 10. *c.* 1. „Add. *Curt.* 5. 8.

„y) (FA-

dicebat proceribus Perfarum: *Ne viderer meo tantummodo ufus confi-* Lib. 2.
lio, vos contraxi; cæterum mementote [y] *parendum vobis magis effe,* Val.Max. lib. IX.
quam fuadendum. Tamen & jurabat cum regnum adiret, quod Xe- c. 5.
nophonti & Diodoro Siculo notatum, & leges certa quadam forma
latas [z] mutare illi nefas erat, [aa] ut & Danielis hiftoria & Plutarchus VI, 8, 11.
in Themiftocle nos docent, Diodorus quoque Siculus libro XVII. & 15.
multo poft tempore Procopius Perfici belli libro primo, ubi infignis
ad hanc rem [bb] hiftoria exftat: Idem de Æthiopum regibus tradit Lib. III.
[cc] Diodorus Siculus. [dd] Eodem tradente Ægyptiorum reges, quos Lib. I.
tamen ut alios reges Orientis fummo imperio ufos non eft dubium,
ad multarum rerum obfervationem obligabantur: verum fi contra fe-
ciffent, accufari vivi non poterant, fed [ee] mortuorum accufabatur
memoria, & damnatis abjudicabatur [ff] folennis fepultura: ficut &
[gg] Hebræorum regum, qui male regnaffent cadavera extra proprium
regibus locum fepulta, 2. Paral. XXIV, 25; XXVIII, 27. egregio
temperamento, qua [hh] & fanctimonia fummæ poteftatis maneret, &
tamen futuri judicii metu reges a fide mutanda retraherentur. Epiri
quoque reges jurare folitos, regnaturos fe juxta leges, [ii] ex Plutarcho
in Pyrrhi vita difcimus.

4. Quid fi addatur, [kk] fi rex fidem fallat, ut tum regno cadat?
[ll] ne

„y) (PARENDUM VOBIS MAGIS ESSE QUAM „SUADENDUM:) Etfi enim rex fummam habens „poteftatem confilio uti aliorum foleat, id tamen „non eft neceffitatis, quia arbitrium omne in re- „gem eft translatum.

z) (Grot.) (MUTARE ILLI NEFAS ERAT:) Jofephus in hiftoria Vafthæ, διαλλαγῆναι τῇ Ἀστῃ διὰ τὸν νόμον οὐκ ἠδύνατο *Cum Vaftha conciliari lege intercedente non poterat.* Tales leges vocabantur leges regni, ut notat Jacchiades ad Danielem II, 13. de legibus regnorum in Hifpania vide Marianam libro XX.

„aa) (UT ET DANIELIS HISTORIA:) *Grot. ad* „*Dan. 6. v. 16.* Atque hæc ratio eft, cur edictum „Ahasveri de occidendis Judæis non revocatum, „fed his facultas faltem fe defendendi conceffa fue- „rit: *Efth. c. 8. v. 11. & 17. c. 9. v. 3. & 3.*

bb) (Grot.) (HISTORIA EXSTAT:) Tamen idem de Lethe caftello legem a Rege mutatam refert, fed non probat.

cc) (DIODORUS SICULUS:) *L. 3. c. 1. p. m. 71.* „*Affumtus in regnum, vitam ducit ftatutam legi-* „*bus omniaque agit fecundum patrios mores, neque* „*poena neque præmiis afficiens quendam præter* „*traditam a fuperioribus legem.* Addatur de Ægyptiis *idem L. 2. c. 3.*

dd) (EODEM TRADENTE:) *L. 2. c. 3. p. m. 34.*

ee) (Grot.) (MORTUORUM ACCUSABATUR MEMORIA:) ἄταφα γὰρ οἱ νόμοι τὰ σώματα τῶν τυράννων ὑπερορίζουσι: *leges tyrannorum corpora infepulta extra fines projici jubent.* Appianus civilium tertio. Andronicus imperator patrem fuum Michaelem, quod fidem latinam fequi cœpiffet, mortuum fepultura privavit. Gregoras lib. VI.

„ff) (SOLENNIS SEPULTURA:) Hinc *Diod. Sic.* „*d. p. 34.* ait: *Is timor Ægypti reges coegit jafte* „*vivere, veritos futuram poft mortem plebis iram* „*atque odium fempiternum.*

gg) (Grot.) (HEBRÆORUM REGUM:) Vide Jofephum de Joramis duobus, altero Hierofolymorum, altero Ifraelis rege, lib. VIII. cap. VIII, & c. III. & V. item de Joafo Hierofolymorum Rege.

ADDITIO.

Ita privati funt fepultura regia Joram, *2. Chron.* „*XXI. v. 20.* Joas, *2 Chron. XXIV*, 25. Achas, „*XXVIII. v. 27.* Manaffe *2. Reg. XXI, 18. & 2.* „*Chron. XXXIII. v. 20.* Ammon, 2. *Reg. XXI. v. 26.* „idque ob crimina factum effe non obfcure in Jo- „ramo & Manaffe notatur.

„hh) (ET SANCTIMONIA SUMMÆ POTESTA- „TIS MANERET:) Quæ impedit, ne ob delicta pri- „vata vel conveniri vel puniri poffit.

ii) (Grot.) EX PLUTARCHO:) Verba funt: εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς ἐν Κασσαρῶν χώρᾳ τῆς Μολοττίδος ἀρείῳ Διὶ θύσαντες ὁρκωμοτεῖν τοῖς ἠπειρώταις, καὶ ὁρκίζειν αὐτοὶ μὲν ἄρξειν κατὰ νόμους, ἐκείνους δὲ τὴν βασιλείαν διαφυλάξαι κατὰ τοὺς νόμους. *Solebant reges in Caffarorum terra, quæ Molottidos pars eft, Jovi Areo facrificare, at juramentum præftare Epirotis. Jurabant autem reges fe Imperaturos fecundum leges. Epirotæ autem, fe imperium ejusdem confervaturos fecundum easdem leges.*

kk) (Grot.) (SI REX FIDEM FALLAT, UT TUM REGNO

[ll] ne sic quidem imperium desinet esse summum, [mm] sed erit habendi modus imminutus per conditionem, [nn] & imperium temporario non absimile. De Sabæorum rege narrabat Agatharchides fuisse ἀνυπεύθυνον liberrima potestate præditum, [oo] sed si regia exiret potuisse lapidari: quod & Artemidoro auctore Strabo annotavit.

Apud Photium. Lib. XVI

5. Sic fundus, qui fidei commisso tenetur, est quidem fundus non minus quam si pleno dominio possideretur, [pp] sed habetur amissibiliter. [qq] Talis autem lex commissaria non tantum in regni delatione adjici potest, [rr] sed & in aliis contractibus. [ss] Nam & fœdera quædam cum vicinis videmus cum [tt] tali sanctione innita.

§. XVII.

REGNO CADAT:) Vide exemplum apud Cranzium libro IX. Suedicorum.

ADDITIO.

„Si talis conditio adjecta est, uti adjici consen„su partium potest, ea existente, dasinit esse Rex, „eodem modo, uti conditione resolutiva emtioni „adjecta ea existente desinit emtio: At talis con„ditio seu lex non a superiore est addita, inde„que non restringit summam potestatem, sed ex „propria voluntate, quia prout quisque de jure suo „disponit, ita jus est.

„*ll*) (NE SIC QUIDEM IMPERIUM DESINIT ES„SE SUMMUM:) Quia illud non restringitur alte„rius potestatis concursu sed pacto.

„*mm*) (SED ERIT HABENDI MODUS IMMINU„TUS PER CONDITIONEM:) i. e. exercitium illius „potestatis inter certos fines pacto & consensu re„strictum est.

„*nn*) (ET IMPERIUM TEMPORARIO NON ABSI„MILE:) Imo sua natura est perpetuum, sed sub „conditione in arbitrium Principis collata, resol„vitur. Conditione hac existente desinit esse Rex, „& resolvitur concessio imperii ex consensu: At „notandum est, id intelligi demum debere, si totus „populus, cui fides data est, injuriam vindicat, non „si privatus: *L.* 1. *c*, 4. §. 20.

„*oo*) (SED SI REGIA EXIRET POTUISSE LAPI„DARI:) Equidem barbarum id exemplum vo„cat Bœclerus *in not. h.* neque inter ea numeran„dum, quæ authoritatem facere possunt; At non „video, cur id stipulari non liceat, si e re sit rei„publicæ. Ajunt Venetiarum ducem pernoctare „extra urbem non posse. *Amelot. hist. du Gouverne„ment de Ven. p. m.* 161. adeo, ut nec ad reparatio„nem injuriæ extra urbem ipsi illatæ agere possit. *ib.*

„*pp*) (SED HABETUR AMISSIBILITER:) Quia „ea lege adiit hæreditatem, adeoque ex consensu „amittit.

„*qq*) (TALIS LEX COMMISSORIA:) Unde lex „commissoria nomen acceperit, variant interpre„tes: Alii committere hic idem volunt, quod de„linquere, & ita dici, quia committitur sive de„linquitur in legem stipulationis. *Bachov. ad* §. 4. „*in f. V. O.* Sed horum sententia refutatur a B. „Parente *in disp. de Commiss.* §. 12. ea inprimis ra„tione, quia non semper in materia commissi agi„tur de delicto, cum committatur quoque stipu„latio ob solam conditionis existentiam.

„Novam sententiam circa originem hujus vocis „tuetur B. Parens *in d. diss.* eamque ita explicat: „Committi ea, quæ contraria sunt, tunc dicuntur, „cum facultas in invicem agendi incipit, ita præ„lium committitur cum duo exercitus signo dato „concurrere incipiunt (*d. disp. h.* 2.) Atque ita „ad ejus imitationem negotia quoque civilia non„nunquam committuntur, inprimis cum a lege „agendi ex eis facultas suspenditur, in momento „enim quo id factum, vel casus existit, quasi si„gno dato incipit agendi in invicem & congre„diendi facultas, atque ita in momento illo com„mittentur partes, ut quasi in pugna litem conse„rere possint: Hujus igitur pacti momentum est, „quasi classicum & signum illud, quo dato jus „mihi deberi incipit, indeque recte dicitur nego„tium sive jus committi, ut ipsa pugna: Ita enim „stipulatio conditionalis dicitur committi existente „conditione, §. 4. *V. O. l.* 63. *l.* 122. §. 4. *ff. eod.* „quia in momento existentis conditionis jus deberi „incipit, & pars ex eo contra partem agere potest, „ita pœna dicitur committi, *l.* 30. §. 23. *V. O l.* 2. „§. 1. *l.* 5. §. *f. ff. eod. & pass.*

„Atque hinc lex commissoria & pactum quod „creditori jus agendi existente casu, i. e. non so„luto debito concedit, tunc enim, quasi signo il„lo dato, partes litigantes committuntur in nego„tio, sive ipsum negotium aut jus committitur, „ita ut ex eo jam peti, actioque intentari possit.

„*rr*) (SED ET IN ALIIS CONTRACTIBUS:) Ita „enim convenire Emtor & Venditor possunt, ut „pretio non soluto, res inemta sit. *L.* 1. *L.* 2. *L.* 4. „*pr. ff. lege commiss.* potest quoque tale pactum ad„jici locationi, *Laut. Comp. p.* 323. non etiam pi„gnori, *ibid. p.* 180.

„*ss*) (NAM ET FOEDERA QUÆDAM:) His „enim quoque conditio adjici potest, ut, si alter„uter promissa non impleat, fœdus pro non ini„to haberi debeat, prout enim partes de jure suo „disponunt, ita jus est.

tt) (Grotius) (TALI SANCTIONE INITA:) Aut etiam ne subditi regem pacta violantem juvent: aut ne ei pareant. Vide Cromarum Polo-

§. XVII.

1. Quarto notandum, quanquam summum imperium [a] unum quiddam sit ac per se indivisum, constans [b] ex illis partibus quas supra enumeravimus, [c] addita summitate, ist est, [d] τῷ ἀνυπευθύνῳ, [e] fieri tamen interdum, ut dividatur, [f] sive per partes quas vocant potentiales, [g] sive per partes subjectivas. Sic cum unum esset Romanum imperium, factum tamen sæpe est, [h] ut alius orientem alius occidentem teneret, [i] aut ut tres etiam tripartito orbem regerent. [k] Sic etiam fieri potest, ut populus regem eligens quosdum actus sibi servet, alios autem regi deferat pleno jure: [l] Neque tamen id fit, [m] ut jam ostendimus, quotiescunque rex promissis quibusdam obligatur; sed tunc id fieri intelligendum est, [n] si aut expresse instituatur partitio, qua

Polonicis XIX. & XXI. Est & exemplum apud Schafnaburgensem in rebus Henrici anno cIↃ LXXIV.

(AD §. XVII.) Author ait, summam potestatem etsi natura indivisum aliquid sit, tamen dividi posse vel per partes potentiales vel per partes subjectivas: Rectius dicimus summam potestatem quoad formam dividi non posse, esset enim species alienationis: Diximus autem supra non dividi formam 1.) si plures concurrunt Augusti ejusdem imperii, tunc enim verus est status Monarchicus, & tres illi Augusti summam quidem potestatem quisque in solidum habent, sed unum idemque est imperium & concursu demum dividitur exercitium. Eodem modo, uti servitus prædialis pluribus sociis competere potest, & cuique in solidum, sed jus servitutis hic non dividitur, verum saltem exercitium. Neque 2) dividitur forma, quando divisio fit quoad jura, ita ut uni res belli, alteri res pacis conferantur, quod Tiberius proposuit Senatui *Tac. annal. L. 1.* nedum 3.) quando dividitur administratio, uti sub imperatoribus Græcis in Oriente & Occidente.

ADDITIO.

„Nostram sententiam circa divisionem imperii „explicavimus in *Dissertatione Prooemial. XII. §.* „*624.* Sententiam Grotii exposuimus in *Dissert.* „*Prooem. VII. §. 20. n. 5.*

„*a*) (UNUM QUIDDAM SIT AC PER SE INDI„VISUM:) Consistit enim in uno spiritu: de qua „unitate plenius agetur. *L. 2. c. 9. §. 3.*

„*b*)(EX ILLIS PARTIBUS QUAS SUPRA ENUMERA„VIMUS:) *Sel. §. VI.* ubi tres partes imperii exposuit.

„*c*) (ADDITA SUMMITATE:) Quando autem „sit potestas summa & non administratoria Au„thor exposuit §. 7.

„*d*) (τῷ ἀνυπευθύνῳ:) *Arist. 4. pol. 10.*

e))Grot.) (FIERI TAMEN INTERDUM POTEST, UT DIVIDATUR:) Vide Zasium singularium responsorum Lib. II. cap. XXXI.

ADDITIO.

„Author more suo confundit divisionem imperii & „administrationis; nam in exemplis allatis non „ipsum jus imperii dividitur, sed saltem ejus exer„citium.

f) (SIVE PER PARTES QUAS VOCANT POTENTIALES:) Totum enim potentiale Grotio est imperium, partes autem ejus sunt jus armorum, jus belli & pacis, jus leges condendi &c. per has partes potentiales dividi posse imperium ait: At tunc non imperium dividitur, sed ejus administratio.

g) (SIVE PER PARTES SUBJECTIVAS:) In exemplo quod Author statim subjicit pariter non imperium, sed saltem ejus administratio divisa fuit.

h) (UT ALIUS ORIENTEM ALIUS OCCIDENTEM TENERET:) Hic unum fuit imperium Romanum, uti ipse Author fatetur, certissimo indicio imperium ipsum divisum non fuisse.

„*i*) (AUT TRES ETIAM TRIPARTITO ORBEM „REGERENT:) Quod factum est tempore triumvi„ratus, ubi orbis Romanus in tres partes divisus, „& cuique partis suæ administratio concessa fuit: „Unum tamen imperium Romanum mansit; status „mere popularis, administratio autem inter trium„viros partita fuit.

„*k*) (SIC ETIAM FIERI POTEST UT POPULUS „REGEM SIBI ELIGENS, QUOSDAM ACTOS SIBI „SERVET, ALIOS AUTEM REGI DEFERAT PLENO „JURE:) Sic v. g. in Germania Imperator non pot„est bellum gerere & pacem facere absque con„sensu statuum, nec tributa statibus indicere: At „imperium ideo mixtum dici nequit, summa „potestas residet penes Imperatorem, sed per ca„pitulationes imperii restricta est facultas agendi.

„*l*) (NEQUE TAMEN ID FIT, QUOTIESCUNQUE „REX PROMISSIS QUIBUSDAM OBLIGATUR:) Et„iamsi promissa illa ad imperii rationem perti„neant, uti si promittit, se fidem fallendo regno „cadere velle; nam per hoc pactum nulla pars „summæ potestatis populo reservata est, neque „concurrit populus cum rege, sed Rex vi conditio„nis resolutivæ, utriusque partis consensu adjectæ, „ea existente desinit esse Rex. *Vide supra §. 16. n. 4.*

„*m*) (UT JAM OSTENDIMUS:) *Vid. §. præc. n. 1.*

n) (Grot.) (SI AUT EXPRESSE INSTITUATOR PARTITIO:) Ita Probi tempore senatus firmabat Principum leges; de appellationibus cognoscebat; Proconsules creabat; legatos Consulibus dabat. Vide & Gail. l. 11. Observ. c. LVII. num. 7. & Cardinalem Manticam de tacitis & ambiguis conventionibus lib. XXVII. tit. V. num. 4.

qua de re [o] supra jam diximus, aut si quid populus adhuc liber [p] futuro regi imperet per modum manentis præcepti; aut si quid sit additum, quo intelligatur regem cogi aut puniri posse. [q] Nam præceptum est superioris, saltem in eo quod præcipitur. [r] Et cogere non est quidem semper superioris: [s] nam & naturaliter quisque jus habet cogendi

ADDITIO.

„Si fines potestati utriusque assignantur vel intuitu „locorum, vel intuitu personarum, vel intuitu ne„gotiorum. *n. 1.*

„o) (SUPRA:) Vid. *§. 9. n. 1.*

p) (FUTURO REGI IMPERET PER MODUM MANENTIS PRÆCEPTI; AUT SI QUID ADDITUM, QUO INTELLIGATUR REGEM COGI AUT PUNIRI POSSE:) Author exempla non adjicit, nec casus recenset, quibus id factum videatur: Nos non dividi his casibus imperium statuimus; sed hæc obligatio Regis saltem ex promisso est, quo casu divisionem non fieri ipse Author statuit: Sane populus regi contra delationis leges agenti resistere, eique ut desistat præcipere, & armis quoque eum cogere potest, non ob concursum summæ potestatis, sed quia deficiente lege delationis Rex pacto suo desinit esse Rex, & summa potestas ad populum redit, consensu regis: *Conf. L. 1. c. 4. §. 14.*

ADDITIO.

„Hoc admitti saltem debet, si Princeps statum „evertit, & totus populus injuriam vindicat: *d. l. 1.* „*c. 4. §. 14.*

q) NAM PRÆCEPTUM EST SUPERIORIS SALTEM IN EO QUOD PRÆCIPITUR:) Hoc 1.) in genere verum non est, quia ex pacto quoque adeoque inter æquales præcepto & coactioni locus esse potest, prout pluribus exemplis demonstravi *supra §. XVI.* Sed & 2) dictum jam est, populum non ob concursum summæ potestatis Regem punire, sed quia Rex esse desinit omnisque potestas ad solum populum redit, deficiente quippe delationis lege.

„r) (ET COGERE NON EST QUIDEM SEMPER „SUPERIORIS:) Equidem videtur hoc rationi & „communi prope sensui adversari, cum imperium „sit potestas superioris & tralatitium sit, quod par „in parem imperium nullo modo habere possit: „At jam demonstravimus omnem, quæ a natura „est, obligationem ad duo capita referri; vel enim „ex dispositione superioris obligamur, vel ex fa„cto proprio, & hoc casu non obligamur alteri „ut inferiores sed ut pares, non ex præcepto alte„rius, sed ex consensu &c. *Vid. B. Par. in disp.* „*de imp. in par. §. 11. seq.*

s) NAM ET NATURALITER QUISQUE JUS HABET COGENDI DEBITOREM:) Imo hoc verum non est, sed læsus natura saltem jus habet interpellandi judicem ut is cogat.

ADDITIO.

„Neminem naturali jure judicem in propria „causa esse posse integra dissertatione probavit B. „Parens, quam inscribit: *de judice in propria cau-* „*sa* quæ tota hic inseri meretur. Verba hæc sunt: „Etsi inter clarissima naturæ capita certissimæque „rationis sit, *neminem in propria causa judicem,* „*neminem executorem esse posse*, vulgo tamen in „omnia alia disceditur. *Hobbes. de civ. c. 1. §. 9.* „in statu naturali quemque suarum actionum judi„cem facit; cum non magis alius de ipso, quam „ipse de alio judicare queat propter æqualitatem „hominum in eo statu: quod clarissimus Puffen„dorffius *lib. 5. c. 13. §. 2.* eo interpretatur, ut li„ceat cuique sua negotia proprio arbitrio admini„strare, & media sui conservandi ex proprio ju„dicio constituere: Dubitare autem videtur cele„berr. Huberus JCtus eleganter doctus *de jur. civ.* „*I. c. 3. §. ejusque.* nec longe hic abit Grotius, qui „*L. 1. c. 3. §. 1.* judicia non a natura sed ab homi„nibus, & quia illis id conducibilius sit, consti„tuta esse ait, refutatus a *Ziegler. in Comm. ad d.* „*loc.* Verum facile ostensu est, multa in his „perperam veraque juris gentium ratione insuper „habita, supponi tradique. Negamus enim, ex „æqualitate hominum naturali sequi, nullum inter „eos fore judicium, cui parere debeant; hæc enim „potestas judicandi non singulis, sed toti humanæ „societati competit, quæ ex sententia quoque So„lonis in *l. 4. ff. de Coll. & corp.* jus habet in sin„gula membra. Ita enim ipse rerum arbiter Noa„chidis dicebat *Gen IX. v. 6.* Qui sanguinem effun„dit, ejus sanguis iterum effundetur. At a quo „nisi a Noachidis, quibus loquebatur, & in qui„bus hominum genus omne erat congregatum? „singuli enim nihil in se juris, nedum tantam „potestatem occidendi habebant. Idemque ipsa ju„ris naturalis existentia manifestissimum facit; „cum non minus magistratus a natura sit, quam „ipsum jus naturæ; hoc enim jus nullum est, nisi „sint, qui illud exequi possunt, ut loquitur Pom„ponius *in l. 2. §. 13. ff. de orig. jur.* Atque inde „Seldenus judicia inter illustriora juris Noachida„rum seu gentium universalis capita, quæ nun„quam non obtinent, & in ipsis rerum initiis ho„mini a Numine imperata sunt, refert *L. 1. c.* 10. „*& L. 7. c. 4. & 5.* Neque nunc de externa judi„ciorum forma ac specie quæritur, sed de ipsa „potestate judicandi, quam Grotium & asseclas „proinde ex facto demum hominum pessime ar„cessere ex dictis posteaque dicendis constat. Ita „quoque sane quam frivolum est, quod dicitur, „quemque posse de mediis suæ conservationis ex „proprio judicio constituere; seu ut loquitur *Hob-* „*bes. d. l.* utrum actio, quam quispiam acturus est „ad conservationem suam conducat, ipsum natu„rali jure judicem esse. Si enim de jure loquitur, „quod scil. de justitia actionum vel mediorum hu„jusmodi quisque constituere in sua causa possit; „id omnino falsum est, ut §. seq. ostendetur. Si „vero

cogendi debitorem, [t] ſed cum inferioris natura repugnat. [u] Itaque ex coactione ſaltem paritas ſequitur, [v] ac proinde ſummitatis diviſio.

2. Multi adverſus talem ſtatum [w] quaſi bicipitem incommoda multa deferunt; ſed, ut [x] ſupra quoque diximus, in civilibus nihil eſt quod

,,vero de ſola utilitate, quod ſcl. quisque judicare
,,poſſit, quid ſibi conducat, nihil id ad partes ju-
,,dicis: per judicem enim in hac quæſtione intelli-
,,gitur, qui de jure non qui de utilitatibus judicat.
,,Cum & hodie privatus quisque quid ſibi ad vitam
,,vel rem privatam utile aut neceſſarium ſit, con-
,,ſulere ac dijudicare poſſit: quod proinde pro-
,,prium ſtatui naturali non eſt; ſed ſi inde eum
,,judicem in propria cauſa jure naturali conſtitue-
,,ris, idem eadem ratione in hodierno & quoli-
,,bet alio ſtatu effeceris. Sic hodie perinde ac in
,,ſtatu naturali privati judicant, quid ſibi acquiren-
,,dum ſit, & jus acquirendi habent: hic autem
,,non eſt actus judicis, qui de jure, ſed patrisfa-
,,milias, qui quid ſibi commodum judicat; ſi ve-
,,ro in hac acquiſitione aliquid non jure factum di-
,,catur, de eo non ipſe, ſed judex judicat, idque
,,in quolibet ſtatu naturali æque ac alio, ut hinc
,,planum fiat, quam ſit doctiſſimorum quoque ho-
,,minum imbecilla & incerta definiendi juris natu-
,,ræ ratio, in cujus tamen ſacra involare, quis
,,hodie non audet, qui vel Juſtinianeas hujus juris
,,deſcriptiones ſaltem inſpexerit. Abſolute ergo
,,& ſimpliciter ſtatuimus; neminem ullo jure ju-
,,dicem eſſe in ulla cauſa vere propria poſſe; hu-
,,jusque immotæ regulæ duo ſunt principia:

I. Primum eſt ipſa naturalis pugna inter ratio-
,,nem judicis & partis: atque hæc repugnantia &
,,contradictio deprehenditur tum in cognitione,
,,tum in executione cauſæ; in cognitione enim
,,partes contendunt jus ſuum eſſe, judex id demum
,,cognoſcit; partes ſibi controvertunt, judex deci-
,,dit, i. e. controverſiam tollit; nemo autem idem
,,ſimul poteſt affirmare & cognoſcere, aſſenſum
,,ſimul dare & ſuspendere, litem facere & tolle-
,,re. In executione id quoque clarius eſt, cum
,,nemo habeat imperium vel executionem in ſe
,,ipſum vel in parem, imperium enim ſuperioris
,,eſt; nemo autem ſe ipſo ſuperior aut inferior;
,,quam rationem quoque urget JCtus *in l. pen. ff.*
,,*de recept. arb. l. 13. §. pen. ff. ad Treb.* Executio
,,enim a judice non fit, niſi per imperium vel man-
,,data executoria alia; *l. 15. §. 2. ff. de re jud. ord.*
,,*Cam. p. 3. t.* 48. Unde & imperium in jure dicitur,
,,*l. ult. ff. de officio ejus cui mand.* Idemque natu-
,,ra relatorum infert, cum alius ſit qui, alius cui
,,imperat; & ſic alius qui, alius cui paret, eodem
,,modo neceſſario differant, qui & cui jus dicit;
,,unde judicium in propria cauſa actum, tanquam
,,naturæ ipſius repugnans, & quia fieri per natu-
,,ralem rationem id non poteſt, ipſo jure nullum
,,eſt; *l. un. & ibi DD. C. ne quis in ſua cauſ. l. ult.*
,,*§. pen. C. ubi Senat. Mev. P. 5. dec. 323. n. 2. 3. 4.*

,,II. Alterum eſt ſuſpicio ex Φιλαυτίᾳ & ſui
,,ipſius ſtudio nata, quo acti homines haud facile
,,ſincerum in cauſa judicium ſequuntur, quin ſem-
,,per ſuæ cauſæ plus tribuant: neque enim cui-
,,quam mortalium, ut *Saluſtius* ait *in bell. Catil.*
,,injuriæ ſuæ parvæ videntur, meritoque *Terentius*
,,*in Andr.* verum eſſe inquit, vulgatum illud:
,,*Omnes ſibi malle melius eſſe, quam alteri.* Ex
,,hoc autem principio arcentur homines non mo-
,,do a ſuis, ſed & aliorum cauſis cognoſcendis,
,,quarum ſtudio ducuntur, & in alterutram potius
,,partem affectu propendent. Quam in rem gra-
,,viter ita diſſerit *Cæſar* apud *Saluſt. d. l. Omnes*
,,*homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab odio*
,,*amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe, decet:*
,,*haud facile animus verum providet, ubi illa offi-*
,,*ciunt, neque omnium quisquam libidini ſimul ac*
,,*uſui paruit &c* Et pie ſancitum eſt a Juſt. *in l.*
,,16. *C. de judic.* ut omnes lites ſine ſuſpicione
,,procedant. Cæterum hæc ratio non reddit judi-
,,cium ipſo jure nullum, ſed exceptio hæc a parte
,,opponi & probari debet, *Hallenus B. Parens.*

,,In genere verum eſt, neminem judicem eſſe
,,poſſe in propria cauſa: An vero naturalis judex
,,ſit humanum genus examinavimus in *Diſſ. pro-*
,,*oem. VIII.* Verius eſt, patresfamilias ſuæ cujusque
,,familiæ Regem eſſe, indeque naturali jure mem-
,,bra familiæ jus cogendi debitorem non habere,
,,ſed litem inde ortam a patribusfamilias decidi
,,debere. *Vid. Diſſ. proœm. XII. §. 612.*

,,Excipe (1) ſi judicium ceſſat, i. e. ſi judex vel
,,continue, vel ad tempus ceſſat. Vid. *l. 1. c. 3. §. 2.*
,,*n. 1. l. 2. c. 1. §. 2. n. 1. & c. 7. §. 2. n. 2,* (2) Inter ſum-
,,mas poteſtates quilibet etiam naturali ratione
,,judex eſt in propria cauſa, quia hic quoque ju-
,,dicium ceſſat.

,,t) (SED CUM INFERIORIS NATURA PUGNAT:)
,,Quia coactio ſupponit imperium, quod inferior
,,in ſuperiorem non habet.

,,u) (ITAQUE EX COACTIONE SALTEM PARI-
,,TAS SEQUITUR:) Si Princeps ſaltem ex pacto
,,ſuo populi judicio & pœnæ ſeſe ſubmittit, tunc
,,populus non vi ſummæ poteſtatis ſed ex pacto
,,judicem agit, adeoque non eſt diviſa ſumma
,,poteſtas.

,,v) (AC PROINDE SOMMITATIS DIVISIO:)
,,Imo populus non vi ſummitatis (quæ tota eſt in
,,Principe) ſed ex pacto contra Principem agit.

,,w) (QUASI BICIPITEM:) Quia duo quaſi ſunt
,,capita ejusdem corporis, i. e. duæ ſummæ potes-
,,tates ejusdem imperii: Author dubium hoc *ſu-*
,,*pra §. 7. n. 2.* his verbis reſolvit: *Neque enim ut*
,,*in naturali corpore non poteſt caput unum eſſe plu-*
,,*rium corporum, ita in morali quoque corpore, nam*
,,*ibi eadem perſona diverſa ratione conſiderata caput*
,,*poteſt eſſe plurium ac diſtinctorum corporum.* At
,,verior reſponſio eſt, ſummitatem plane non fuiſ-
,,ſe diviſam; ſed ſolam adminiſtrationem: Unum
,,fuiſſe imperium, ſed exercitium per concurſum
,,alterius & paris poteſtatis fuiſſe reſtrictum.

x) (SUPRA:) *§. 8. n. 1.*

quod omni ex parte incommodis careat, *y* & jus non ex eo quod optimum huic aut illi videtur, ſed ex voluntate ejus unde jus oritur metiendum eſt. *z* Exemplum vetus refertur a Platone de legibus tertio. * Cum enim Heraclidæ Argos, Meſſenam, & Lacedæmonem condidiſſent, adſtricti reges intra præſcriptarum legum modum imperare, idque dum facerent obligati populi ipſis ipſorumque poſteris regnum relinquere, nec ut quiſquam adimeret pati. Inque id non ſuis tantum regibus populi ac populis ſuis reges ** ſed & ipſi inter ſe reges populique inter ſe, & reges vicinis populis, & populi vicinis regibus fidem dederunt, auxilioque ſe futuros alii aliis polliciti ſunt.

§. XIIX.

1. Multum tamen falluntur qui exiſtimant, *a* cum reges acta quædam ſua nolunt rata eſſe, niſi a ſenatu aut alio cœtu aliquo probentur, partitionem fieri poteſtatis: nam quæ acta eum in modum reſcinduntur, *b* intelligi debent reſcindi regis ipſius imperio, qui eo modo ſibi cavere voluit, nequid fallaciter impetratum pro vera ipſius voluntate haberetur, quale erat Antiochi tertii regis reſcriptum ad magiſtra-

„*y*) (ET JUS NON EX EO, QUOD OPTIMUM „HUIC AUT ILLI VIDETUR: SED EX VOLUNTATE „METIENDUM EST:) Populus enim pro lubitu de „ſuo jure imperii diſponere, illudque vel in totum „vel in tantum, & vel uni vel pluribus, & ſub „certa lege conferre poteſt, etiam cum incommo„do ſuo.

„*z*) (EXEMPLUM VETUS REFERTUR A PLA„TONE:) Verba Platonis *in L. 3. de legib. p. m. 684.* „hæc ſunt: *Tria quædam regna tribus civitatibus, „quæ regia poteſtate regerentur conſtituta mutuo ju„rejurando alii aliis confirmarunt, ex eorum legum „formula, quas ſibi de imperandi parendique jure „communes conſtituiſſent: partim quidem ne gra„vius duriusque imperium temporis progreſſu & „genere ipſorum amplificato, fieret: partim ve„ro his rebus ita a regibus jurejurando ſancitis uti, „nec ipſa regna illa everterent, neque ſi qui id mo„lirentur, tolerarent: Reges vero regibus, & po„pulos populis, utrosque autem mutuo utrisque, ſi „injuria afficerentur, opem auxiliumque laturos.*

„*) (CUM ENIM HERACLIDÆ ARGOS, MESSE„NAM ET LACEDÆMONEM CONDIDISSENT:) Re„cuperatis ſcl. a Pelopidis duce Temeno Argos; „a Cteſphonte Meſſene; ab Ariſtodemo Spar„ta. *Pauſan. 4. vid. Gron. h.*

„Equidem in dubium hunc regni ſtatum vocat „Bœclerus in *not. h.* Sed non video ullam dubi„tandi rationem. Tria enim hic diſtincta fuere „regna, ubi populi & reges invicem ita diſpoſue„re, ut ſi unus fines imperii excederet, vel ſi „populus legibus latis non pareret, reliquæ „duæ civitates auxilio eſſent, ſtatus ergo in „uno quoque regno fuit mere Monarchicus; ſed „ex pacto & conventione facultas erat reſtricta, ac „Rex conſenſu ſuo reliquis regnis jus judicandi „tribuit: Regna igitur illa non agebant contra „violantem tanquam ſuperiores, ſed ex conven„tione: cujus rei exempla quotidie occurrunt. *Vid. „diſp. B. Parent. de imp. in pares.*

**) (Grot.) (SED ET IPSI INTER SE REGES:) Exempla ſunt complura in hiſtoria populorum ſeptentrionalium, vide Johannem Magnum hiſtoria Suedica lib. XV. & XXIX. Crantzium Suedicorum V. Pontanum Danicorum VIII.

(AD §. XIIX.) Quærit Author, an diviſa videatur ſumma poteſtas, ſi Princeps nihil ſine Senatu ſe facturum promittit? & recte id negat: quia Principes ex conſenſu, non autem ex juſſu ſupe„rioris obligantur; Allegata ab Authore exempla plane huc non pertinent, quia Principes non per modum pacti, ſed per modum privilegii talia permiſerunt magiſtratibus inferioribus, quod proinde Principes iterum tollere poſſunt.

„*a*) (CUM REGES ACTA SUA QUÆDAM NOLLENT „ESSE RATA:) Author recte ſtatuit, inde non inferri „diviſionem imperii, aut communionem ſummæ „poteſtatis: Id enim vel ex *pacto* ſequitur, vel eſt res „*meri arbitrii:* Priori caſu populus irrita declarare „acta poteſt non jure ſuperioritatis, ſed ex conſenſu „& diſpoſitione Regis, qui ita voluit, *vid. ſupra „§. 16. n. 1.* Poſteriori caſu populus jus agendi „non habet niſi ex lege Principis, qui eam pro „lubitu mutare poteſt. Atque huc pertinent edi„cta Antiochi & Conſtantini, de quibus mox: Id„que Reges Galliæ parlamento, quod diplomata „regia confirmare ſolet, oppoſuerunt *apud Gram„mond. hiſt. l. 5. & Thuan. l. 66.*

„*b*) (INTELLIGI DEBENT RESCINDI REGIS IPSI„US IMPERIO:) Adeoque non ab aliqua poteſtate „ſuperiori, ſed ex ſuo conſenſu, ſuaque diſpoſi„tione.

„*c*) (NE

magistratus, [c] ne sibi parerent si quid legibus adversum jussisset; & Constantini, ne pupilli aut viduæ cogantur venire judicii causa ad [d] comitatum Imperatoris, [e] etiamsi Imperatoris rescriptum proferatur.

Boer. ad c. t. de const. in Decret. Plutb. A. poph. L. unica. C. quando impera-tor.

2. Quare hæc res similis est testamentis, [f] quibus adjectum est, ne posterius testamentum valeat: [g] nam hæc quoque clausula efficit, ut posterius testamentum non ex vera voluntate profectum præsumatur. [h] Sed sicut hæc clausula, ita & illa [i] regis jussu expresso a [k] speciali posterioris voluntatis significatione tolli potest.

§. XIX.

Sed [a] neque Polybii hic utor auctoritate, [b] qui ad mixtum genus reipublicæ refert Romanam rempublicam, quæ illo tempore, [c] si non

„c) (NE SIBI PARERENT SI QUID LEGIBUS „ADVERSUM JUSSISSET:) Vera enim imperantis „voluntas semper esse videtur, quod legibus con„venienter agere voluerit, non enim aliter agere „absque injuria potest. Groonovius *ad h. §.* aliud „exemplum refert Trajani, qui noluit, sibi pare„rent, si quæ jussisset post largiores epulas. At „dictum est; dicteria hæc non esse pacta, sed pri„vilegia a Principe indulta quæ tolli possunt ab eo„dem Principe. *Aurel. Vict. Adde sup. c. 4. §. 6. n. 5.*

d) (COMITATUM:) i. e. aulam. *Juretus ad Symmach. 2. ep. 83. Gron. h.*

e) (Grot.) (ETIAMSI IMPERATORIS RESCRIPTUM PROFERATUR:) Adde l. 1. C. de Petitionibus bonorum sublatis.

ADDITIO.

Illud enim rescriptum sub & obreptitium videtur.

„f) (QUIBUS ADJECTUM EST NE POSTERIUS „TESTAMENTUM VALEAT:) Similitudinem Au„thor in eo ponit, quod adjectione hujus clausulæ „testator cavere voluisse videatur, ne quid fallaci„ter impetratum pro vera ejus voluntate habeatur: „At claudicare mihi videtur hoc simile: nam in „præcedente caso verum est, subditos non teneri ex „jussu Principis legibus contrario, tum quia Impera„tores Romani jus non habebant aliquid contra le„ges statuendi, tum quia ipsi hanc legem dixere ne „subditi eo casu obtemperent, quamdiu ergo illa „lex subsistit, tamdiu impune non parent; idque „ex ipsa jubentium voluntate: At aliud est in testa„mentis, quibus testator addidit clausulam de non „revocando, hæc enim clausula non efficit, ne „posterius testamentum valeat, uti putat Author: „neque dici potest, posterius testamentum non ex „vera voluntate profectum videri; quia cum po„sterius testamentum veram & novissimam volun„tatem declaret, contradictio esset in priori testa„mento contineri ultimam voluntatem, cum ulte„rior & novior voluntas exstet: Atque hinc in le„gibus Romanis refertur, neminem hanc legem sibi „dicere posse, ut a priori voluntate sibi recedere non „liceat. *l. 22. ff. leg. 3. Add. l. 32. §. 3. ff. Don. int. conj.*

„g) (NAM HÆC QUOQUE CLAUSULA EFFICIT „UT POSTERIUS TESTAMENTUM &c.) Imo hæc „clausula id non efficit: nam utraque voluntas pro „diversis temporibus, vera voluntas testatoris fuit.

„h) (SED SICUT HÆC CLAUSULA ITA ET „ILLA &c.) Adeoque uti clausula: *ne posterius te„stamentum valeat*, posterioris voluntatis significa„tione tolli potest, ita & illa: *ne acta Principis ra„ta fiut nisi a Senatu vel coetu aliquo probentur,* „Regis jussu expresso tolli potest.

„i) (REGIS JUSSU EXPRESSO TOLLI POTEST:) „Princeps enim leges a se latas mutare & tollere „potest.

„k) (SPECIALI POSTERIORIS VOLUNTATIS SI„GNIFICATIONE:) Grotius existimat posterius „testamentum non rumpere prius, cui clausula „adjecta est *de non revocando:* nisi in posteriori „testamento expressa prioris fiat mentio. Nos „contrarium statuimus in jure nostro controv. *part.* „*2. lib. 28. tit. 3. q. 12.*

„a) (NEQUE POLYBII HIC UTOR AUTHORI„TATE:) Author inter eos, qui circa formas im„perii falluntur etiam Polybium refert, qui rem„publicam Romanam suis temporibus mixtam „fuisse ait. *L. 6. p. m. 639.*

„b) (QUI AD MIXTUM GENUS REIPUBLICÆ RE„FERT REMPUBLICAM ROMANAM;) Verba Poly„bii hæc sunt: *Quibusdam in rebus & temporibus* „*populus parebat Senatui & Consulibus, in qui„busdam imperabant Consules sine Senatu, in qui„busdam sine Senatu nihil poterant.* At bene no„tandum, Polybium non loqui de mixtura status, „sed administrationis: forma enim reipublicæ „erat mere popularis, sed administratio divisa fuit „inter consules, Senatum, & populum.

„c) (SI NON ACTIONES IPSAS SED JUS AGEN„DI:) Optime Author distinguit inter jus imperii, „& inter ejus exercitium, seu facultatem agendi & „administrandi: Jus enim imperii non ex facultate „agendi, sed ex jure ac titulo æstimari debet, jus „autem imperii tempore Polybii penes populum „fuit.

non actiones ipsas sed jus agendi respicimus, [d] mere fuit popularis: Nam & Senatus auctoritas, [e] quam ad optimatum regimen refert, & Consulum [f] quos quasi reges fuisse vult, [g] subdita erat populo. Idem de aliorum politica scribentium sententiis dictum volo, [h] qui magis externam speciem & quotidianam administrationem, quam jus ipsum summi imperii spectare congruens ducunt suo instituto.

§. XX.

1. Magis ad rem pertinet quod Aristoteles scripsit, inter regnum plenum, quod [a] παμβασιλείαν vocat, (eadem est [b] παντελὴς μοναρχία, Sophocli Antigone; Plutarcho αὐτοκρατὴς βασιλεία καὶ ἀνυπεύθυνος; Straboni ἐξουσία αὐτοτελής.) [d] & regnum Laconicum, qui merus est principatus, [e] aliquot regni species esse interjectas. Ego exemplum hujus rei dari arbitror posse [f] in regibus Hebræis: nam hi quin in rebus plerisque summo jure imperaverint, dubitari nefas arbitror; [g] voluerat enim populus regem quales habebant vicini: at Orientis populi

d) (MERE FUIT POPULARIS:) Recte: nam antequam Augusti imperii jus sibi arrogarent, summa potestas fuit penes populum, idque ipsi Imperatores asserunt, dum ajunt per legem regiam populum omnem suam potestatem in Augustos transtulisse, quod vero non habuit, transferre non potuisset: Senatus autem non proprio jure imperium habuit, sed jure populi, unde & SCta ad populum deferebantur per formulam, *velitis jubeatis Quirites*, & populus vim legi dabat respondendo, *volumus, jubemus*.

ADDITIO.

„Imperatores sero admodum sibi jus imperii arrogasse, & propria potestate usos esse supra §. *8.* „*n. 10.* vidimus, adeoque sub Cæsaribus quoque „status fuit popularis.

„*e*) (QUAM AD OPTIMATUM REGIMEN REFERT:) Scl. quoad administrandi modum.

„*f*) (QUOS QUASI REGES FUISSE VULT:) Hoc „itidem verum est quoad exercitium imperii. Nam „non sine ratione Brutus, libertatem populo redditurus, noluit quicquam ex regia potestate minuere, uti loquitur Livius *L. 2. c. 1.* ideoque omnia „jura omniaque insignia potestatis regiæ consulibus „tribuit, *ibid.* qui jure & authoritate populi omnia „administrabant.

„*g*) (SUBDITA ERAT POPULO:) Hinc Valerius, „cum in regni affectati suspicionem venisset, vocato ad consilium populo summissis fascibus in „concionem ascendit, & addit Livius *d. l. 2. c. 7.* „*gratum id multitudini spectaculum fuisse, summissa sibi esse imperii insignia: confessionemque factam, „populi quam consulis majestatem vimque majorem „esse.* Quin idem Valerius legem tulit de provocatione adversus magistratus ad populum, *d. l. 2.* „*c. 8.* Sed & ipse Polybius *L. 3. p. 220 & L. 6.* „*d. l.* rem Romanam confert cum statu Lacedæmoniorum, ubi status fuit popularis. *vid. §. seq.*

h) (QUI MAGIS EXTERNAM SPECIEM:) Author „hic iterum bene distinguit inter jus imperii ejus„que administrationem, sed ipse non ubique eam „distinctionem observat, uti in Dictatore & Regi„bus Græciæ observavimus suprà §. *10. & 11.*

a) (παμβασιλείαν:) i. e. absolutissimum imperium.

b) (Grotius) (παντελὴς μοναρχία:) Faciunt enim ut ad §. VIII. notavimus Tragici regnum Thebanum simile regnis Phœnicum, unde orti erant.

c) (Grot.) (αὐτοκρατὴς βασιλεία:) Sic Dionysius Halicarnassensis de Laconicis regibus: *οὐδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοκράτορες ἦσαν. neque enim Lacedæmonii pleno jure reges erant.*

d) (ET REGNUM LACONICUM, QUI MERUS EST PRINCIPATUS:) *Vid. supra §. 8. n. 1.* Lacedæmonii reges non jure proprio sed alieno exercebant imperium, adeoque nudi officiales fuerunt, *Vid. supra §. 15. n. 2.*

e) (ALIQUOT REGNI SPECIES ESSE INTERJECTAS:) Ubi vel ipsum jus imperii, vel saltem administrationem vel jus & administrationem misceri putat: de qua mixtura egimus *supra §. 9.*

ADDITIO.

„Formam imperii misceri non posse, nec un„quam mixtam fuisse, supra vidimus.

f) (IN REGIBUS HEBRÆIS:) Status reipublicæ Hebrææ, quod ad ipsam formam attinet, mixtus fuit ex regio & Aristocratico statu. Nam Synedrion Regem assumsit, non se submisit Regi, *Schikard. de jur. reg. Hebr. c. 2. theor. 7.* idque confirmatur ex loco Jeremiæ (*vid. infra n. 3.*) ubi Rex fatetur se contra proceres nihil posse.

ADDITIO.

„Osiander in *obs. ad §. 20. h.* statum Ebræorum „sub Regibus mere fuisse Monarchicum & Synedrium plane non fuisse defendit: quod verius esse „puto & rationibus mox demonstrabo.

g) (Grot.) (VOLUERAT ENIM POPULUS QUALES

populi addicte admodum regnabantur. [b] Æschylus Persis de rege Persarum sic loquentem facit Atossam:

— ὐχ' ὑπεύθυνος πόλει.

— *non est civitati obnoxius.*

[i] Notum illud Maronis:

Regem non sic Ægyptus & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Observant.

Apud Livium: *Syri & Asiatici genera hominum servituti nata;* a quo non discrepat illud Apollonii apud Philostratum: Ἀσσύριοι καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας προσκυνῦσι *Assyrii & Medi dominationem etiam adorant.* Aristotelis III. Politicorum XIV. οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν ὑπομένυσι τὴν δεσποτικὴν ἀρχὴν, ὐδὲν δυσχεραίνοντες. *Asiatici dominatum æquo animo ferunt.* Et apud Tacitum Civilis Batavi illud ad Gallos: [k] *Servirent Syria Asiaque & suetus regibus oriens:* [l] nam & in Germania, & in Gallia tum reges erant, sed, ut idem Tacitus notat, precario jure regnandi & auctoritate suadendi, non jubendi potestate. Lib. XXXVI. Hist. IV.

2. [m] Supra quoque notavimus, totum populum Hebræum fuisse sub rege: & Samuel [n] jus regium describens [o] satis ostendit, adversus regis injurias nullam in populo relictam potestatem, quod recte colli-

LES HABEBANT VICINI;) Putabat populus, ut Josephi verbis utar, ὐδὲν ἄτοπον εἶναι τῶν πλησιοχώρων βασιλευομένων τὴν αὐτὴν ἔχειν αὐτὰς πολιτείαν: *nihil esse absurdi, si, cum vicini regnarentur, ipsi eandem imperii formam acciperent.*

„*b*) (ÆSCHYLUS PERSIS:) His exemplis probat „Author Orientis populos sub absolutissimo im„perio fuisse, adeoque & Judæos, qui talem, qua„lem vicini, Regem habere volebant.

„*i*) (NOTUM ILLUD MARONIS:) Comparantis „regnum apium cum absolutissimis mundi Regibus. „4. *Georg. 210. vid. Tesm. b.*

k) (Grot.) (SERVIRENT SYRIA ASIAQUE ET SUETUS REGIBUS ORIENS:) Cicero de provinciis Consularibus: *Judæis & Syris nationibus natis servituti.* Euripides Helena:

τὰ βαρβάρων γὰρ δῦλα πάντα πλὴν ἑνός.
Sunt præter unum serva cuncta in barbaris.

Quod ex Æschylo adumbratum, apud quem est:

Ἐλεύθερος γὰρ ὔτις ἐςὶ πλὴν Διός.
Nam nemo liber vivit, extra unum Jovem.

Cui simile Lucanum dictum:

toto jam liber in orbe
Solus Cæsar erit.

Sallustius de gentibus orientis: *Adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis.* Citant Servius & Philargyrus ad illum in Georgicis locum. Apollonius de Damide apud Philostratum libro VII: Ἀσσύριος γὰρ ὢν καὶ Μήδοις προσοικήσας ὐδὲν ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνθυμεῖται μέγα. *Assyrius cum sit & Medorum accola, nihil pro libertate præclarum cogitat.* Julianus contra Christianos: τί με χρὴ καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ φιλελεύθερόν τε καὶ ἀνυπότακτον Γερμανῶν ἐπεξιόντα τὸ χειροηθὲς καὶ τιθασσὸν Σύρων καὶ Περσῶν καὶ Πάρθων ϗ πάντων ἁπλῶς τῶν πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν βαρβάρων, καὶ ὅσοι τὰς βασιλείας ἀγαπᾷ κεκτημένα δεσποτικωτέρας: *Quid tibi jam singulatim exsequar aut Germanorum libertatis amantia & impatientia jugi ingenia, aut contra dociles herilem manum ferre Syros & Parthos, & omnes, qui aut ad orientem aut ad meridiem sunt barbaros, multasque gentes alias contentas sub regibus vivere dominos imitantibus?* Claudianus:

Non tibi tradidimus dociles servire Sabæos:
Armenia dominum nec te præfecimus oræ.

„*l*) (NAM ET IN GERMANIA ET GALLIA TUM „REGES ERANT:) His Civilis opponebat reges „Asiæ, in quos populus ipsum jus imperii transscri„psit, cum Germanorum Reges nudi fuerint ad„ministratores, bellique duces.

„*m*) (SUPRA QUOQUE NOTAVIMUS:) Vide „*§. VIII. n. 8.*

n) JUS REGIUM DESCRIBENS:) Quod jus regium late explicabimus, *c. seq. §. 2.*

o) (SATIS OSTENDIT ADVERSUS REGIS INJURIAS NULLAM IN POPULO RELICTAM POTESTATEM:) Imo in Synedrio verum imperii vestigium supererat, nam causam ibi Reges dixisse vidimus.

ADDITIO.

„Contrarium mox demonstrabimus.

 „))TH-

colligunt veteres ex illo Pſalmi: [p] *Tibi ſoli peccavi.* ad quem locum Hieronymus: *Quod rex erat, & [q] alium non timebat.* Et Ambroſius: *Rex erat, nullis ipſe legibus, tenebatur, quia liberi ſunt reges a vinculis delictorum. Neque enim ullis ad pœnam vocantur legibus; [r] tuti imperii poteſtate. Homini ergo non peccavit cui non tenebatur obnoxius.* Idem legere eſt apud Iſidorum Peluſiotam epiſtola poſtremo edita CCCLXXXIII. Video conſentire Hebræos, regi in eas leges quæ de officio regis ſcriptæ exſtabant peccanti [s] inflicta verbera; [t] ſed ea apud illos infamia carebant, & a rege in ſignum pœnitentiæ ſponte ſuſcipiebantur, [u] ideoque non a lictore ſed ab eo quem legiſſet ipſe cædebatur, & ſuo arbitrio verberibus ſtatuebat modum. [x] A pœnis autem coactivis adeo liberi erant reges, [y] ut etiam excalceationis lex [z] quippe cum ignominia conjuncta, in ipſis ceſſaret. Hebræi Barnachmoni ſententia exſtat in dictis Rabbinorum, titulo de Judicibus: [aa] *Nulla creatura judicat regem, ſed Deus benedictus.*

3. [bb] Hæc cum ita ſint, [cc] tamen aliqua judicia arbitror regibus ademta, [dd] manſiſſe penes Synedrium LXX. virûm, quod divino imperio

p) (TIBI SOLI PECCAVI:) At recte Gronovius monet, hic non excludi populum,

q) (Grot.) (ALIUM NON TIMEBAT:) Idem Hieronymus epiſtola ad Ruſticam de Pœnitentia: *Rex enim erat; alium non timebat; alium non habebat ſuper ſe.*

r) (Grot.) (TUTI IMPERII POTESTATE:) Paria habet ad eundem Pſalmum Arnobius minor. Vitiges apud Caſſiodorum: *Cauſa regiæ poteſtatis ſupernis eſt applicanda judiciis, quando quidem illa a cœlo petita eſt, ita ſoli coelo debet innocentiam.*

s) (INFLICTA VERBERA:) Plurimas hanc in rem authoritates Rabbinorum colligit *Schick. de jur. reg. c. 2 theor.* 2. At bene Zieglerus hic obſervat ſomnia hæc Rabbinorum eſſe, nec ullum exemplum dari Regum ita caſtigatorum; neque enim ſacra pagina neque Joſephus, accuratus alias in notandis Hebræorum moribus Author, neque ullius gentis vicinæ ſcriptor id monuit, non omiſſuri hanc ignominiæ notam, ſi unquam ea in uſu fuiſſet.

ADDITIO.

„Rabbini non ob quodvis delictum Regem huic „fuſtigationis pœnæ ſubjiciunt, ſed ob tria ſcl. ſi „multiplicat mulieres, equos, aurum & argen„tum. *Schik. d. l. p. m.* 60. quamquam id negent „alii & ad omnia delicta extendant, *Seld. de Syn„edr. L. 3. c.* 9. Sed ineptam hanc & ſtudio ex„tollendi Synedrii ſui excogitatam fabulam eſſe vel „exinde apparet, quod Deus multiplicationem mu„lierum, equorum auri argentique inter beneficia „Davidi & Salomoni collata referat.

„t) (SED EA APUD ILLOS INFAMIA CARE„BANT:) Idque late probat *Schik. d. l. pag.* 62. „ubi tamen fatetur, exemplum de Rege ita caſtiga„to non exſtare.

„u) (IDEOQUE NON A LICTORE, SED AB EO „QUEM LEGISSET:) Regulariter Inſpectorem (ſeu „apparitorem) Synagogæ reum percutiiſſe ex Rab„binis refert *Schickardus d. l. p.* 58. ubi ritum verbe„randi prolixe recenſet & viros honoratiores non „cum exprobratione, ſed vultu ſubmiſſo cæſos „fuiſſe, ait, *pag.* 62. Quam fabulam mox refu„tabimus.

„x) (A POENIS AUTEM COACTIVIS ADEO LI„BERI ERANT REGES:) Nemo enim ſuperior erat, „nam Synedrium eo tempore nullum fuiſſe ſtatim „videbimus.

„y) (UT ETIAM EXCALCEATIONIS LEX IN IIS „CESSARET:) De qua *Deut. XXIX. v.* 5. 6. 7. 9. *Ruth. „IV. v.* 7. ubi merito notat Oſiander, majorem „ignominiam fuiſſe ob delicta verbera pati.

„z) (QUIPPE CUM IGNOMINIA CONJUNCTA:) „In faciem enim ſpuebatur recuſanti, & ignomi„nioſum nomen ei tribuebatur. Vid. *Schik. de jur. „reg. c. 2. th.* 7.

„aa) (NULLA CREATURA JUDICAT REGEM:) „Quod verum non fuiſſet, ſi Synedrio reges ſub„jecti fuiſſent.

„bb) (HÆC CUM ITA SINT:) i. e. cum certum „ſit, Reges Ebræorum in rebus plerisque ſummo „jure imperaſſe, *vid. n. t.*

„cc) (TAMEN ALIQUA JUDICIA ARBITROR „REGIBUS ADEMTA:) Imo nulla, uti jam plenius „demonſtrabitur.

„dd) (MANSISSE PENES SYNEDRIUM A MOSE „INSTITUTUM AD HERODIS TEMPORA PERPETUA „COOPTATIONE DURAVIT:) Adeoque ex ſententia „Autho-

„Authoris Regibus Ebræorum, etsi summum imperium habuerint, judicia quædam adenta fuerunt: Atque hoc exemplo probare vult dari aliquem statum medium inter Monarchiam & Principatum. *vid. n. 1.* At bene observat Osiander, statum Ebræorum non fuisse Monarchicum, nec per Synedrium potestatem eorum restrictam fuisse: Nam 1.) certum est judicia illa a Mose suadente Jethrone introducta (*vid. Exod. c. XVIII. & c. XXII. Num. c. II. & Deut. c. XVII.*) tantum temporaria fuisse, & vel saltem ad ingressum & occupationem terræ sanctæ durasse, vel post Josuam defecisse: Sane 2) nullum illius Synedrii indicium tempore Judicum exstat: Imo mortuo Josua, & generatione illa exstincta, Israelitæ a vicinis populis subacti, horum judiciis subsuerunt. *Jud. c. II. v. 10. 14. 17. 19. c. III. v. 8. 10. 13. seq.* Et tunc 3) dicitur Deum suscitasse NB. *judices* qui liberarent eos de vastantium manibus, *Jud. c. 2. v. 16. & 18.* Atque per hos judices regebatur populus, uti de Othoniel id asseritur *d. c. III. v. 9. & 10.* Sane 4) si eo tempore exstitisset tale Synedrium, qui factum fuisset, ut fœmina quædam Debora scilicet, judicem egisset: ita enim traditur *Jud. c. IV. v. 4. Erat autem Debora prophetis, qua judicabat populum in illo tempore*, & mox *v. 5. Sedebat sub palma, ascendebantque ad eam filii Israel in omne judicium:* & hinc mater in Israel vocabatur. *Jud. c. V. v. 7.* Quid vero opus fuisset fœmina, si LXX viri summam rerum habuissent. Porro & 5) refertur *Jud. c. VIII. v. 22.* omnes viros Israel ad Gedeon dixisse: *Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filii tui, quia nos liberasti de manu Midian:* Si vero Synedrium tunc obtinuisset, jus ei quæsitum auferre non potuissent Israelitæ: Sed & Gideon noluit acceptare dominatum, non quia Synedrium existebat, sed quod imperium sibi vindicaret Deus; *d. c. 8. v. 23.* cujus proinde nomine & jure judices imperium exercebant. Præfuit autem Gideon Israelitis per 40 annos, *Jud. c. VIII. v. 28.* Sed & 6) mortuo Gideone filius ejus Abimelech Rex constituebatur *c. IX. v. 3. 6. 16. 18.* cui successit Jair, qui judicavit Israelem per 32 annos: *Jud. c. X. v. 3.* tunc secutus est Jephthe, qui noluit in auxilium venire Israelitis, nisi finito bello Principem eum constituerent, *Jud. c. XI. v. 9. seq.* & dicitur judicasse populum sex annis; *c. XII, 7.* Abesan septem, *ibid. v. 8. & 9.* Ahilon decem, *v. 11.* Abdon octo, *v. 13. & 14.* Simson viginti, *c. XVI. v. 31.* imo 7) cum ad tempus judices in Israel non essent, dicitur unumquemque quod sibi rectum videbatur, fecisse. *Jud. c. XVII. v. 6. c. XVIII. v. 1. & v. 31.* quod asseri non potuisset, si Synedrium tunc temporis extitisset; Et cum 8) eo tempore Benjamitæ uxore cujusdam Levitæ abusi essent, is non ad Synedrium querelam tulit, sed ad omnes terminos possessionis, omnique tributum decisioni rem submisit. *Jud. c. XIX. v. 29. c. XX. v. 6.* Sed & 9) merito Osiander quærit, si Synedrium fuisset, cur penes Samuelem fuisset summa rerum, cur ille posuisset judices filios suos? *1. Sam. c. VIII. v. 1.* Sane 10) tempore Regum Synedrium non fuisse certum est: nec ullum vestigium talis Synedrii in tota historia Regum exstat. Contrarium potius 11) ex ipsa rogatione populi apparet, volebat Regem qualem vicini habebant, *1. Sam. c. VIII. v. 5.* Vicini autem Reges absolutissima gaudebant potestate, *vid. n. 1.* Neque dici potest voluisse Reges, at non eodem jure ac potestate; nam in omnibus similes fieri voluisse apparet tam ex ulteriori instantia populi, *v. 5. 20. & erimus nos quoque sicut omnes gentes & judicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnab t bella nostra pro nobis:* tum ex jure Regis quod Samuel ipsis proposuit, & quod nullam administrationis partem Synedrio, si aliquod fuisset, reliquit. Etsi 12) tale fuisset, Israelitis petentibus Regem observaturus fuisset Samuel, an non habetis Synedrium, an non confessum judicum, tempore Mosis jam a Deo constitutum, & huc usque continuatum? Sed & 13) Deus Samueli, de contemtu populi querenti, non respondit, *eos Synedrium rejicisse*, sed *eos abjicere Deum per Samuelem.* Cæterum 14) extra omne dubium est, Reges omnia suo nutu egisse, bella gessisse, quin & crimina infinita commisisse, nec ab ullo unquam hominum ideo in jus vocatos fuisse. Josaphat judices per singula loca constituit. In Jerusalem quoque constituit Levitas & Sacerdotes, NB. & Principes familiarum ex Israel, ut judicium & causam Domini judicarent habitatoribus ejus: Quibus præsidem dedit Amariam pontificem in sacris, & Zabadiam in secularibus & aliis quæ ad officium Regis pertinent, *2. Paral. XIX. v. 5. 8. & 11.* quæ omnia satis ostendunt tunc temporis Synedrium tale, quale Rabbini fuisse fingunt, non extitisse. Atque hinc 15) David ait, *Tibi soli peccavi*; si vero Synedrium jus habuisset corrigendi Regem, vere ita loqui non potuisset: Unde & interpretes, ipsique Ebræorum Magistri (*conf. Abarbanel. ad 2. Sam. XII.*) hoc esse tum ita explicant, quod judicem & superiorem non habuisset. *Osiander d. l. p. m. 510.*

„Neque obstat historia Jeremiæ, ubi Rex proceribus ait, *se contra eos nihil posse*, *Jerem. cap. XXXVIII. v. 5.* Nam vulgata verba illa ita transfert; *nec enim fas est, Regem vobis quicquam negare*; Adeoque hic non de Synedrio agitur, sed de Principibus aulæ & belli, *qui rogabant* regem, ut occideret hominem, quod manus virorum bellantium dissolveret, & terrorem injiceret animis civium. Rex probabat hanc causam, quæ ipsi, ingruente tunc bello, legitima videbatur, & respondebat iis, *ecce ipse in manibus vestris est, nec enim fas est, Regem vobis quicquam negare.* Omnia igitur hæc non a Synedrio, sed a Rege rogantibus proceribus acta sunt: Sane Rex, invitis illis Principibus, extrahi e lacu captivum jussit, ipsique securitatem juravit, quod facere non potuisset si partem imperii proceres habuissent.

„Postquam ex captivitate reduces essent Judæi, Nehemias Principes tribuum Hierosolymæ habitare jussit, atque hi Principes jura dicebant populo. *Nehem. c. II. v. 1. 2. & 3.* Quæ prima est origo posterioris Synedrii: Atque ex his Principibus postea Duces electi sunt, qui tanquam nudi officiales subsuerunt Synedrio. Coram

Exod. XXII, 8. *Deut.* I, 17. *Psalm.* LXXXII, 1. 2. *Chron.* XIX, 6. 8. 1. *Chron.* XXVI, 32. & 2. *Chr.* XIX, 11. perio a Mose institutum ad Herodis tempora perpetua cooptatione duravit. ee Itaque & Moses & David judices Deos vocant, & judicia vocantur judicia Dei: ff & judices dicuntur non humana sed divina vice judicare. Imo aperte gg distinguuntur res Dei a rebus regis, ubi res Dei, monentibus doctissimis Hebræorum, hh judicia ex lege Dei exercenda intelligi debent. Non nego ii regem Judæorum capitalia quædam judicia per se exercuisse: qua in re ipsum kk regi decem tribuum Israeliticarum ll præfert Maimonides: mm quod & exempla non pauca, tum in sacris literis, tum in scriptis Hebræorum, evincunt: nn sed quædam cognitionum genera regi videntur non permissa, ut de tribu, de Pontifice, oo de Propheta. Ejusque rei argumentum est in Jeremiæ Prophetæ historia, quem cum proceres ad mortem deposcerent, respondit Rex: *Ecce iii potestate vestra est,* *Jerem.* XXXVIII, 5. pp *nam contra vos rex nihil potest:* qq in hoc negotiorum genere scilicet. Imo & qui alia quavis de causa apud Synedrium reus factus esset,

„ram hoc Synedrio Herodes causam egit, non ut „Rex, sed ut privatus, cujus pater Antipater ad„huc vivebat, quod vel ex eo indubium fit, quia „Hircanus tunc principatum adhuc obtinuit. *O„siand. d. l. p.* 518. qui principatus sub Herode eo „potentiæ excrevit, ut statui monarchico simillimus esset,

„ee) (ITAQUE ET MOSES ET DAVID:) Ideo „judices *dii* a Mose vocantur, quia rem divinam, „i. e. justitiam administrant, quod proinde non „de Synedrio tantum, sed de omnibus judici„bus dici potest. Atque de his judicibus etiam „loquitur David non vero de judicibus Syne„drii.

„ff) (ET JUDICES DICUNTUR NON HUMANA „SED DIVINA VICE JUDICARE:) Justitia enim ori„tur ex voluntate divina, adeoque qui eam admi„nistrat, administrat rem Dei. *Conf. supra §. 8.* „*n.* 15. Atque hæc ratio est cur gentes regium „nomen pro Deo coluerint, vide infra *l. 1. c.* 4, „*§.* 7. n. 7.

„gg) (DISTINGVUNTUR RES DEI A REBUS RE„GIS:) i. e. jura sacra a juribus secularibus: Utro„rumque cura penes Reges erat, sed administra„tio priorum committi debebat juxta legem Dei „Levitis, posteriorum autem cura committebatur „secularibus, uti id clare ita traditur, 2. *Paral.* „*XIX. v.* 8. *&* 11. Hoc non tantum Hebræorum „Regibus proprium fuit, sed omnibus gentibus „usitatum est, quod supra §. 8. plenius probavimus. „Adeoque verum non est, Synedrium de rebus Dei „cognitionem sibi arrogasse: cum demonstratum „jam sit, tale Synedrium plane tempore Regum „non exstitisse.

„hh) (JUDICIA EX LEGE DEI EXERCENDA:) „Sed per Levitas & Pontifices, quos Rex consti„tuebat: res enim sacræ seu Dei, apud omnes gen„tes, & in omni statu per sacerdotes administrari „solent. *Vid. §. 8. Inst. de rer. div. & Disp. B.* „*Parent. de evocatione sacrorum sect.* 2. *§.* 21. *seq.*

„ii) (REGEM JUDÆORUM CAPITALIA QUÆDAM „JUDICIA PER SE EXERCUISSE:) Absque concursu „synedrii: Imo omnia, quia Synedrium non fuit

„kk) (REGI DECEM TRIBUUM) Separatio hæc „regni Israelitici & judaici facta est sub Rehobeam, „1. *Reg.* 12. *p.* 19. *seq.*

„ll) (PRÆFERT MAIMONIDES:) Imo eodem jure „Israelitarum Reges jus judiciorum capitalium ha„buerunt, quo Reges Judæ.

mm) (QUOD ET EXEMPLA:) Scl. exercitorum „judiciorum capitalium, quæ æque Regibus Israeli„tarum ac judæ a Deo commissa fuere.

„nn) (SED QUÆDAM COGNITIONUM GENERA „REGI VIDENTUR NON PERMISSA:) Imo etiam „de his judicium regi competiit, non syuedrio, ut„pote quale tunc non fuit: At cognitionem com„mittebat peritis, i. e. Levitis, uti apparet ex 2. *paral.* 19. *v.* 11.

oo) (Grot.) (DE PROPHETA.) *Non capit Prophetam perire extra Jerusalem* Luc. XIII. v. 33.

ADDITIO.

„Hæc exempla ex Rabbinis, præcipue ex *Sanhedr.* „*fol.* 2. 1. *& fol.* 89. 1. afferunt Cunæus *de rep. hebr.* „*L.* 1. *c.* 22. & Lichtfoogt *in Luc. c.* 13. Sed dictum jam „est, Rabbinos studio extollendi synedrii posterioris „hæc somniasse.

„pp) (NAM CONTRA VOS REX NIHIL POTEST:) „Dixi 1) proceribus aulæ & belli id dictum fuisse, „non Senatui: dixi 2) vulgatam alio sensu verba hæc reddere: dixi 3) Regem ad *rogationem proce„rum* Prophetam morti dedisse, adeoque tota res „in arbitrio Regis fuit: dixi 4) solum Regem li„berasse eum; quod facere non potuisset, si ad sy„nedrium jus in Prophetam animadvertendi per„tinuisset.

„qq) (IN HOC NEGOTIORUM GENERE:) ubi scl. „de propheta agebatur.

„rr) (CUM

esset, rr eum rex judicio eximere non poterat. Ideo Hyrcanus judicium de Herode (cum impedire non posset) ss arte elusit. *Jos. Ant. xv, xvii.*

4. tt In Macedonia a Carano orti, ut uu apud Arrianum Callisthenes ait, ȣ βίᾳ ἀλλὰ νόμῳ Μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν; *non vi sed lege in Macedonas imperium obtinebant.* Curtius libro IV: *Macedones assueti regio imperio, sed in majore libertatis umbra quam cæteræ gentes.* Nam & judicia de civium capite non erant penes regem. xx Idem Curtius lib. VI: *De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace erat vulgi: nihil potestas regum valebat, yy nisi prius valuisset auctoritas.* zz Est & alterum mixturæ hujus indicium α alio Curtii loco: *Macedones scivere gentis suæ more, ne rex pedes venaretur, sine electis principum amicorumve.* Tacitus de Gothonibus: *Regnantur paulo jam addictius quam cæteræ Germanorum gentes, β nondum tamen supra libertatem.* Nam principatum ante descripserat γ auctoritate suadendi, non jubendi potestate: regnum autem plenum postea his verbis: *Unus imperitat, * nullis jam exceptionibus, non precario regnandi jure.* Eustathius ad sextum Odysseæ, ubi Phæacum respublica describitur, ait esse συνέλευσιν βασιλείας καὶ ἀριςοκρατίας, δ *mixtum aliquid ex regis & procerum potestate.* *Lib. VIII.* 5. Si-

„rr) (EUM REX JUDICIO EXIMERE NON POTERAT:) Hoc falsissimum est de Regibus Hebræorum ante captivitatem Babylonicam existentibus. „Exemplum Jeremiæ nihil probat, diximus enim „Regem eundem Ieremiam contra judicium procerum liberasse.

„ss) (ARTE ELUSIT:) Dum scl. judicium in diem sequentem distulit, & synedrium hoc modo „impedivit, Herodi autem interim fugam consuluit. *Seld. de Synedrio L. 3. c. 9. n. 1. vid. Zigl. in not. b.* At hæc pertinent ad Synedrium secundum: Eo enim tempore summam rerum penes illud fuisse negari nequit: quanquam exemplum Herodis jus Synedrii in Reges non probet. dictum enim est, Herodem eo tempore non „fuisse Principem, sed privatum.

tt) (IN MACEDONIA:) status Macedoniæ ab initio popularis fuit: Herculesenim, Theseus, Agesilaus, &c. duces potius belli fuere quam Reges, *vid. sup. §. 8. n. 10.* At tempore Philippi status fuit monarchicus.

„uu) (APUD ARRIANUM:) *L. 4. p. 265.*

„xx) (IDEM CURTIUS:) *Lib. VI. c. 8.*

„yy) (NISI PRIUS VALUISSET AUTHORITAS:) „i. e. nisi authoritatem addidisset populus; vel, ut „Justinus loquitur, nisi consilio vicisset. *Just. l. 2. c. 12,*

„zz) (EST ET ALTERUM MIXTURÆ HUJUS INDICIUM:) Imo si talis mos instar legis obtinuisset, non inde misceretur status, sed exercitium imperii restrictum esset, & Rex vi pacti inde obligaretur, non vi imperii. Præterea mos ille non obtinuit in vim legis, sed prospiciebatur securitati Principis, ne insidiis exponatur: Cæterum res erat arbitrii.

„α) (ALIO CURTII LOCO.) L. 8. cap. 1.

„β) (NONDUM TAMEN SUPRA LIBERTATEM:) „Status ergo popularis, quem libertatem vocant „scriptores Romani, adhuc subsistebat. *Vid. supr. „§. 11. n. 3.*

„γ) (AUTHORITATE SUADENDI:) *Vid. sup. §. 10. n. 2.*

„*) (NULLIS JAM EXCEPTIONIBUS. &c.) i. e. nullo jure sibi reservato: non precario, i. e. non titulo „officii revocabili.

δ) (Grot.) (MIXTUM ALIQUID EX REGIS ET PROCERUM POTESTATE:) Laonicus Chalcocondylas talia ait esse regna Pannonum & Anglorum libro II. Arragonum lib. V. & Navarræ eodem libro, ubi ait nec magistratus a Rege creatos, nec præsidia imposita nisi volentibus, nec quicquam populo imperatum contra mores. Reges alios esse pleno cum jure, alios sub legibus etiam Judæus Levi Gersonides notavit ad 1 Sam. VIII, 4. Mira quæ de Taprobane scribit Plinius lib. VI. cap. XIII. *Eligi regem a populo senecta clementiaque, liberos non habentem, & si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. Rectores ei a populo XXX. dari, nec nisi plurium sententia quenquam capite damnari. Sic quoque appellationem esse ad populum, LXX. judices dari. Si liberent ii reum non amplius XXX.* (ita enim legi locus hic debet) *iis nullam esse dignitatem, gravissimo probro. Regi cultum Liberi patris, cæteris, Arabum. Regem, si quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, sed aversantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus.* Servius ad illud IV. Æneidos: *Populumque patresque. Quidam hoc loco volunt tres partes politiæ comprehensas, populi, optimatum, regiæ potestatis. Catonem enim ait de tribus istis partibus ordinatam fuisse Carthaginem.*

5. Simile quid in Romanorum regum temporibus observo; nam tum omnia ferme negotia [ε] manu regia expediebantur. *Romulus nobis, ut libitum, imperaverat*, inquit [ζ] Tacitus. *Constat initio civitatis reges omnem potestatem habuisse*, inquit [η] Pomponius: tamen quædam populo excepta, etiam illo tempore, [θ] vult Halicarnassensis. Quod si Romanis magis credimus, [ι] in causis quibusdam provocationem ad populum a regibus fuisse ex Ciceronis de Republica libris, *Epist* 108 ex pontificalibus quoque libris, & Fenestella, annotavit Seneca. Mox Servius Tullius, non tam jure quam auris popularibus ad regnum pervectus, plus etiam vim regni imminuit: quippe [κ] ut loquitur Ta- *III. Annal.* citus, *fanctor legum queis etiam reges obtemperarent*. Quo minus mirandum [λ] quod Livius dicit, primorum Consulum potestatem a regia hoc ferme uno distitisse, quod annua esset.

6. [μ] Similis etiam mixtura ex populari & optimatum potentia Romæ fuit tempore interregni, & primis Consulum temporibus: [ν] nam in rebus quibusdam, iisque majoribus, ita demum ratum erat quod populus jussisset, [ξ] si patres auctores fierent: quod postea, vi populi aucta, [ο] speciem tantum veterem retinuit, cum in incertum comitiorum eventum patres auctores fieri cœperunt, [π] ut Livius & Dionysius notant. Quin & serius aliquanto mixturæ mansit aliquid, quamdiu, [ρ] ut idem

„ε) (MANU REGIA:) *Vid. l. 2. §. 1. ff. O. I. ibi „omniaque manu a regibus gubernabantur.*

„ζ) (TACITUS:) *Ann. 3. 26. Dion. Hal.* 10. *c.* 1.

„η) (POMPONIUS *L. 2. §. 1. ff. orig. jur.*

θ) (VULT HALICARNASSENSIS:) Status sub illis primis Regibus vere fuit mixtus ex populari, Aristocratico, & monarchico: Nam Romulus populum in 30 Curias divisit, quarum suffragiis leges ferebantur: *L. 2. §. 2. O. I.* sed & præterea centum ex proceribus, quos prudentissimos vocabat, elegit, qui in negotiis imperii expediendis concurrerent.

ADDITIO.

„Imo status fuit mere Monarchicus, & Romu„lus ordinis causa Magistratus, & Senatum ex libera „voluntate constituit, & provocationes ad popu„lum permisit.

„ι) (IN CAUSIS QUIBUSDAM PROVOCATIONEM „AD POPULUM A REGIBUS FUISSE:) Præter Sene„cam *ep. 108.* id quoque testatur Livius *L. 8. c. 33.* „ibi: *videro, cessurusne provocationi sis, cui Rex „Tullius Hostilius cessit.*

κ) (UT LOQUITUR TACITUS:) *Annal. 3. p. m. 109.*

λ) (QUOD LIVIUS DICIT:) *L. 2. c. 1.*

„μ) (SIMILIS ETIAM MIXTURA:) Imo status „mere fuit popularis, sed administratio mixta fuit.

„ν) (NAM IN REBUS QUIBUSDAM:) Imo in „omnibus: Nam Consules meri ministri populi „fuere: imperium non jure proprio sed nomine „& vice populi administrabant, adeoque omnia „valebant ex authoritate populi, *vid. supra §. 19. „in fin.*

ξ) (Grot.) (SI PATRES AUTHORES FIERENT:) Plutarchus Coriolano: *ὁ δῆμος ἄκυρος ἦν τῦ ψηφῶ καὶ νόμῳ τι ποιεῖν ἄνευ προβυλεύματος: Populus jus non habebat aut legem condendi, aut aliud quid jubendi, nisi senatus præcessisset auctoritas.* Similem mixturam in Genuatium republica suis temporibus observat Chalcocondylas libro V.

ADDITIO.

„Vera ratio est, quia administratio Senatui a „populo commissa fuit.

„ο) (SPECIEM TANTUM VETEREM RETINUIT:) „Imo Livius in allegato loco nihil mutatum esse „ait: Nam nec olim Senatus aliquid facere invito „populo, vel contra eum potuit, atque idem „jus suo tempore obtinere ait Livius *L. 1. c. 17.* „ibi: *hodieque in legibus magistratibusque rogan„dis idem jus usurpatur, vi ademta, priusquam „populus suffragium ineat, in incertum comitiorum „eventum patres auctores fiunt.*

π) (UT LIVIUS:) *d. L. 1. c. 17.*

„ρ) (UT IDEM LOQUITUR LIVIUS:) *L. 6. c. 37. „Non posse æquo jure agi ubi imperium penes illos, „penes se auxilium tantum sit. Nisi imperio com„municato nunquam plebem in parte pari respu„blica fore:* At repetendum hic est, mixturam non „fuisse status seu formæ reipublicæ, sed saltem ad„ministrationis. Unde Senatus legatis civitatis „Ardeæ responsum dedit, judicium populi rescindi „a Senatu non posse, *Liv. l. 4. c. 7.*

„ς) (IM-

idem loquitur Livius, σ imperium penes patricios, (id eſt Senatum) τ penes tribunos (id eſt plebem) υ auxilium erat, jus nempe vetandi ſive intercedendi. *Liv. lib. VI. c. 35.*

7. Sic & φ Iſocrates Athenienſium rempublicam Solonis temporibus vult fuiſſe δημοκρατίαν ἀριςοκρατίᾳ μεμιγμένην, χ poteſtatem optimatum populari mixtam. His poſitis, ψ quæſtiones quasdam quæ frequentem in hoc argumento uſum habent examinemus.

§. XXI.

„σ) (IMPERIUM PENES PATRICIOS:) Nam plebs „quoque poſtea in Senatum allecta eſt; de tempo„re non conſtat: *Vid. Roſ. aut. Rom. L. 7. c. 5.* „L. Sextium de plebe primum Conſulem creatum „eſſe teſtatur Livius *L. 6. c. ult.*

„τ) (PENES TRIBUNOS (i. e.) PLEBEM) De ori„gine & poteſtate tribunorum *vide Roſin. d. l. c.* „22. Sulla eam ſuſtulit & a Pompejo reſtitutam Ti„berius abolevit. *Suet. in Tib. c. 2. vid. Briſſon. de* „*de form.* 3,

„υ) (AUXILIUM ERAT NEMPE JUS VETANDI „SIVE INTERCEDENDI:) Tribuni igitur magis ad „impediendum quam ad agendum initio fuerunt „creati, hoc fine, ut ſi quid vel de publico negotio „vel de privato animadverterent a patribus agi, „quod fraudi poſſet eſſe plebi, interponerent ſuam „authoritatem, & fraudem averterent, *vide Roſin.* „*d. l. c. 22.* De hoc auxilio, ſeu jure vetandi agit „*Livius L. 6. c. 35. 36. 38.*

„φ) (ISOCRATES:) In Oratione quæ inſcribi„tur, *Areopagitica:* & in alia, cui nomen *Pana*„*thenaicus.*

„χ) (POTESTATEM OPTIMATUM POPULARI „MIXTAM:) At hæc mixtura non erat formæ, ſed „adminiſtrationis; nam apud Athenienſes ſtatus „fuit mere popularis.

„ψ) (QUÆSTIONES QUASDAM:) Omnes illæ „quæſtiones ex hoc ſolo principio deciduntur, quod „obligatio, quæ ex conventione eſt, nihil detra„hat juri imperii.

(AD §. XXI.) Author hic tractat celebrem illam quæſtionem: *An ſummam poteſtatem habeat is qui inæquali fœdere alii obligatur?* uti ſi quis promiſit, *ſe populi Romani majeſtatem comiter conſervaturum:* Dicimus, per hanc formulam nihil derogatum fuiſſe promittentis poteſtati ſummæ, non magis quam cum Rex maximus & potentiſſimus promittit alteri Principi longe inferiori auxilia adverſus hoſtes, atque ad id, fœdere facto, ſe obligat; uti fit in omni fœdere offenſivo: non enim illa obligatio Regis majoris eſt ex ſubjectione, nec oritur ex imperio ſuperioris, ſed utrinque ex proprio pacto & placito: de quo plenius infra *L. 2. c. 15. §. 6. ſeq.*

ADDITIO.

„Beatus Parens in diſſertatione *de imperio in* „*pares* quæ exſtat *in Vol. 2. Diſſ. fol. 32.* materiam „hanc egregie illuſtravit: Poſtquam enim oſten„dit, obligationem oriri non tantum ex juſſu ſu„perioris, ſed & ex pacto & propria diſpoſitione, „ſimul oſtendit poſteriorem obligationem non in„ferre ſubjectionem, nec ita promittentem ſubeſ„ſe alterius imperio: Inter alia id confirmat ex„emplo fœderis inæqualis; atque de his ita diſſe„rit: *dict. diſp. §. 44. ſeq.* Simile plane jus eſt, quo „uſi fuere Romani ex fœderibus inæqualibus, quæ „cum Regibus & populis devictis inire ſolebant, „hac famoſiſſima formula: *Populi Romani maje*„*ſtatem comiter conſervet, vid. L. 7. §. 1 ff. de capt.* „*& poſtl. Cicero in orat. pro L. Corn. Balb. c. 3. & ſeq.* „ubi de ſenſu formulæ diſputat, cujus ea vis fuit, „ut populus iſte tum reverentiam imperio Roma„no, tum eo conſervando auxilia militaria debue„rit: *reverentia* enim voce *comitatis*, *auxilia* „verbo *conſervandi*, quod fit aſſiſtendo in bellis, „exprimitur: Atque hæc ſunt ipſiſſima illa duo „capita, ad quæ hodie quoque refertur fidelitas „feudataria; & adeo hujusmodi fœderati Romanis „idem ipſa re præſtiterunt, quod nunc Vaſalli do„minis; licet nomina feudorum & Vaſallorum, & „diſtinctio utilis directique dominii incognita Ro„manis fuerint, eosque illi ſocios, amicos, fœ„deratos dixerint. *l. 5 §. 2. l. 7. ff. de capt. & poſtl.* „Unde in exercitu Pompeji, aliorumque Imperato„rum, ſocii P. R. militarunt, & fere maxima pars „ſociorum fuit, ut paſſim eorum annales & au„thores referunt. Sunt itaque hæc vere imperia „in pares, cum reges illi ac populi, non obſtan„te hoc fœdere, manſerint liberi, & cum ſum„ma poteſtate ac majeſtate, quam *Cicero d r* *c.* 37. ipſis æque ac populo Romano tribuit: Atque „hoc eſt quod urget JCtus Proculus in *dict. l. 7. §. 1.* „ubi ſolide exponit ac probat hos populos nihilomi„nus liberos eſſe, etſi populus Romanus eorum cives „in judicium vocare, reos facere, & in damna„tos animadvertere quoque potuerit, *d. l. 7. §. fin.* „adeo verum eſt ex fœdere imperium, ipſumque „adeo judicium, exerceri quoque in pares poſſe: „neque ideo eos fieri ſubditos ſi jure pacti, non „jure magiſtratus ea ita exerceantur.

„At vero hæc pugnare videntur, fœdus eſſe in„æquale, & tamen inde imperium exerceri in æqua„les & pares. Quin & in *d. l. 7. §. 1.* dicitur alterum „populum ſuperiorem eſſe: & *Cicero d. Orat. c. 35.* „docet, quod formula habeat hanc vim, ut ſit ille in „fœdere inferior, & mox in *c. 36.* ait: *Certe popu*„*lus ille in ſuperiore conditione cauſaque ponitur,* „*cujus majeſtas foederis ſanctione defenditur.*

„Verum ea nihil movent, quia variæ rationes „ſunt quibus alter altero ſuperior vel inferior di„citur, & non tantum poteſtate ac imperio, de

quitur ut summum imperium retineat. y Atque idem de rege pronunciandum est. z Est enim populi liberi & regis, qui vere rex sit, eadem ratio. Addit Proculus; illud adjici in fœdere, aa ut intelligatur alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur alterum non esse liberum. Superiorem hic intelligere debemus non potestate (jam enim dixerat talem populum alterius potestati subjectum non esse) bb sed auctoritate, & dignitate: quod verba sequentia apta admodum similitudine explicant: *Quemadmodum*, inquit, *clientes nostros intelligimus liberos esse; etiamsi neque auctoritate, neque dignitate, neque jure omni nobis pares sunt; sic & eos qui majestatem nostram comiter conservare debent, cc liberos esse intelligendum est.*

3. dd Clientes in fide sunt patronorum; ee sic populi fœdere inferiores in fide populi qui dignitate est superior. Sunt ἐπὶ προςάταις, ἀχ' ὑποτελεῖς, ff *sub potrocinio, non sub ditione*, gg ut Sylla apud Appianum loquitur in parte, non in ditione, ut Livius: & Cicero, Officiorum secundo, sanctiora illa Romanorum tempora describens hh patrocinium sociorum ait penes eos fuisse, non imperium; quicum satis convenit dictum illud Scipionis Africani Majoris: *Populum Romanum beneficio quam metu obligare homines malle, exterasque gentes fide & societate junctas habere* ii *quam tristi subjectas servitio:* & quæ Strabo

Appian. Mithr. Lib. 21.

Liv. l. 26

„y) (ATQUE IDEM DE REGE PRONUNCIANDUM „EST:) Scil, ut Rex quoque liber sit qui nullius „alterius potestati subjectus est, etiamsi promittat „se alterius majestatem comiter habiturum.

„z) (EST ENIM POPULI LIBERI ET REGIS &c.) „Scl. ratione imperii, cujus ratiu in utroque ea„dem est.

„aa) (UT INTELLIGATUR ALTERUM POPULUM „SUPERIOREM ESSE;) Distinguit Proculus *superio„ritatem a libertate:* Superioritatem igitur non in„telligit quæ subjectionem infert, sed quæ majorem „potentiam.

„bb) (SED AUTHORITATE ET DIGNITATE:) „Quin & viribus ac potentia.

„cc) (CLIENTES NOSTROS INTELLIGIMUS LI„BEROS ESSE:) Adeoque clientes nostri dicuntur, „quia protectione indigent, non quia subditi nobis „sunt.

„dd) (CLIENTES IN FIDE SUNT PATRONORUM:) „Clientes a colendo dicti sunt, quia patronum, in „cujus clientela sunt, reverenter habere debent: „Origo hujus clientelæ apud Romanos cum urbe „Roma cœpit. *Dion. Halic. 2. c. 9. Pluth. in Romul.* „uti igitur inter privatos altrius cilientelæ se subji„ciens non sit subjectus, ita nec inter populos is „qui se in clientelam alterius populi dat, imperium „amittit: Sic Batavi, ab Hispanis oppressi, se in „clientelam Anglis obtulerunt. *Camb. in vit. Eli„sab. p. 3. p. 410.* Bythiniam in clientela Cæsaris fuis„se lego apud *Gell. N. A. c.* 13, Vide de hac re *Bo„din. de republ. l. 1. c. 7. n.* 68. *& Tesm. h.* Clien„tes Romanorum debebant reverentiam patronis, „ob beneficia quæ a patronis exspectabant, at „ipsi liberi erant. *B. Par. Jus publ. c.* 26. *§.* 11. „*&* 12.

ee) (Grot.) (SIC POPULI FOEDERE INFERIORES:) Vide Cardinalem Tuschum PP. concl. IↃ CCCCXXXV. Exemplum habes in Dilimnitis, qui *αὐτόνομοι*, suique juris, Persis militabant, apud Agathiam libru III. Sic Irenes consilium fuit, inter mariti liberos ita partiri imperium, ut post natos faceret *δευτέρους μὲν κατὰ τὸ τῆς τιμῆς ἀξίωμα, αὐτονόμους δὲ καὶ αὐτοκράτορας ἑκάστους, dignitate quidem minores, cæterum sui juris, plenaque potestatis.* Vide Crantzium Saxonicorum X, de urbibus quæ se in Austriacorum protectionem dedere. Herodianus libro V: Ὀσροηνῶν τε καὶ Ἀρμενίων, ὧν ἦσαν οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμμαχοι, *Osroenorum & Armeniorum, quorum hi subditi erant, illi amici ac socii.*

„ff) (SUB PATROCINIO NON SUB DITIONE:) „Obligantur enim non ex jure aliquo superiurita„tis, sed ex pacto.

„gg) (ET LIVIUS:) *L. 21. c. 5.*

„hh) (PATROCINIUM SOCIORUM AIT PENES EOS „FUISSE.) 2. *off.* 8. Nam posterioribus temporibus „per injuriam sibi imperium in socios & clientes „arrogabant, idque merito improbat Livius.

„ii) (QUAM TRISTI SUBJECTAS SERVITIO:) Un„de *Cic. 1. off. 11.* ait, *in quo tantopere apud nostros „culta justitia est, ut ii qui civitates aut nationes „devictas bello in fidem recepissent, earum patroni „essent more majorum.* Sic Syracusani fuerunt sub „clientela Marcellorum, ob debellatam hanc a Mar„cello urbem. *Liv. 25. 29. & L. 26. 32. Cic. in Q. „Cæcil. n. 4.*

„kk) (NI-

Strabo commemorat de Lacedæmoniis poſt Romanorum in Græciam adventum: ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδὲν: *manſerunt*, inquit, *liberi* [kk] *nihil conferentes præter operas ſociales.* [ll] Sicut patrocinium privatum non tollit libertatem perſonalem, ita patrocinium publicum non tollit [mm] libertatem civilem, quæ ſine ſummo imperio intelligi nequit. Ideo apud Livium opponi videas, [nn] in fide eſſe & in ditione. [oo] Et Syllæo Arabum regi minatus eſt Auguſtus, teſte Joſepho, ni injuriis in vicinos abſtineret, [pp] curaturum ſe, ut ex amico ſubditus fieret; cujus conditionis erant [qq] reges Armeniæ, quos in ditione Romana fuiſſe ad Vologeſen [rr] ſcribebat Pætus, & proinde [ss] ſono magis nominis quam re ipſa reges: quales Cypri aliique reges olim, ſub regibus Perſis, ὑποταγέντες, ſubditi, [tt] ut Diodorus loquitur. *Lib. XVI.*

4. * Obſtare

„kk) (NIHIL CONFERENTES PRÆTER OPERAS SO-„CIALES :) quas non ex ſubjectiooe aliqua præſta-„bant, ſed ex foedere.

„ll) (SICUT PATROCINIUM PRIVATUM NON „TOLLIT LIBERTATEM PERSONALEM:) Quia cliens „non niſi ex pacto alterius curæ ſe ſuaque jura com-„mittit.

„mm) (LIBERTATEM CIVILEM:) in quo illa libertas civilis conſiſtat, vidimus *ſupra* §. 12. *n.* 1.

„nn) (IN FIDE ESSE, ET IN DITIONE:) Namqui „ſe in fidem dat, ſaltem in clientelam alterius „tranſit jure ſubjectionis, uti ex loco Ciceronis an-„te allegato apparet.

„oo) (ET SYLLÆO ARABUM REGI MINATUS „EST AUGUSTUS:) In pluribus hic errat Author. (1) „Auguſtus noo minatus eſt Syllæo, ſed in ſavorem „Syllæi minatus eſt Herodi, qui Arabiam exerci-„tu ingreſſus eſt. *Joſ. ant. 16. 15.* (2) Syllæus non „erat Arabum Rex, ſed unus ſaltem ex principibus, „*Joſeph. antiq. L. 16. c. 11. p. m. 400.* eorum Rex erat „Obadia, cujus nomine Syllæus vi & fraude regnum „adminiſtravit, *ibid. c. 13. &* 15. eoque mortuo de-„mum ſucceſſit. *c.* 15.

„pp) (CURATURUM SE UT EX AMICO SUBDITUS „FIERET:) Putat Gronovius regnum Judæorum „tunc temporis ejusdem conditionis fuiſſe cujus re-„gnum Armeniæ, nempe beneficiarium populi Ro-„mani: At contrarium ſolide probavit B. Par. *in* „*Anton. I. G. 17. §. 3. & ſqq.* Nam mortuo demum „Herode & relegato Tetracha Archelao Judæa, „petentibus ipſis Judæis, in provinciæ formam re-„dacta, & Syriæ incorporata fuit. *Joſeph. L. 18. an-„tiq. c. 1. in pr. & de bello jud. L. 2. c. 8.* ex eo tem-„pore demum Romani imperium exercuerunt, mo-„netam Romanam introduxerunt, &c. *Joſ. d. c. 8.*

„qq) (REGES ARMENIÆ:) *Florus 4. 12. Armeni-„os victo Rege Tigrane in hoc unum ſervitutis ge-„nus Pompejus aſſuefecerat, ut rectores a nobis ac-„ciperent. Vid. Gron. h.*

„rr) (SCRIBEBAT PÆTUS:) *apud Tac. 15. Ann.* 13. „*Gron. h.*

„ss) (SONO MAGIS NOMINIS QUAM RE) *Vid. ſupra Pars I.* „*§. 10.* ubi hanc cautionem adhibendam monuit „*ne decipiamur ambiguo nominis ſono.*

„tt) (UT DIODORUS LOQUITUR:) *L. 16. in ann.* „*Phil. X. p. m.* 503. ibi *habebant illæ*, (Cypriæ ur-„bes) *Reges ſingulos, quibus parerent, ut tamen Regi* „*Perſarum audientes illi deberent eſſe.*

*) (OBSTARE HIS QUÆ DIXIMUS VIDETUR:) Quæritur an Rex qui populo Romano inæquali fœdere junctus eſt, Romæ poſſit reus fieri violati fœderis? Equidem Grotius *h. §. n. 4. & ſeq.* quatuor diſtinguit caſus, varieque eos definit. Res ita ſe habet: Inprimis videndum an & quis modus exequendi fœdere expreſſus: vel an, uti in fœdere Suevico certi judices conſtituti fuerint, aut, an qui fœderis ſecuritatem receperint, qui Guarans dici ſolent, & tum ex vario tenore fœderis varie procedendum erit. Etſi vero nihil fœdere ea de re cautum, tamen ratio juris gentium expedita eſt. Vel enim inter ipſos Principes & fœderis capita cauſa vertitur, & cum alium illi neminem judicem habeant, nullum remedium niſi jus belli ſupereſt. Vel vero privatus e fœderis civibus illud violavit, & cauſa apud illius, tanquam rei, magiſtratum ſeu Principem agenda, atque ab eo ſatisfactio flagitanda eſt; Quod ſi Princeps ille ſatisfacere detrectet, jam ejus injuria eſt, adeoque ſi alium judicem is non habeat, ſola armorum vis ſupereſt. Eadem ratione, ſi privatus a Principe fœderato læſus fuerit, delata ad ſuum magiſtratum vel Principem querela, ſi ei lædens non ſatisfaciat, itidem ipſorum Principum ea cauſa facta, & nullum, niſi armorum auxilium ſupereſt. Quod ſi extraneus, qui extra fœdus eſt, læſerit, vel læſus ſit, huc non pertinet, ſed is jure communi utitur.

Denique, ſi Principes fœderis habeant ſuperiorem, & judicium ſuperius, uti ſtatus imperii, nihil impedit, quo minus ordinaria quoque via jus ſuum læſus ex fœderis formula perſequi, & judicio quoque alterum violati fœderis reum peragere poſſit.

An vero corpori fœderato, cui imperium delatum eſt, majeſtas competit? Reſp. Ex fœdere majeſtatem corpori fœderato non tribui, ſed ſin-

gulis,

4. Obstare [xx] his quæ diximus videtur quod addit [yy] Proculus: *Et fiunt apud nos rei ex civitatibus fœderatis, & in eos damnatos animadvertimus.* Sed ut hæc res intelligatur, sciendum est quatuor incidere posse controversiarum genera. [zz] Primum, si subditi populi, aut regis, qui in fide est alterius, dicantur fecisse contra fœdus: [α] deinde, si ipsi populi aut reges accusentur: [β] tertio, si socii qui in ejusdem populi aut regis fide sunt, inter se litigent: [γ] quarto, si subditi conquerantur de injuriis eorum quorum sunt in ditione. Prima specie si peccatum appareat, [δ] tenetur rex aut populus eum qui nocuit aut punire, aut ei cui nocitum est dedere: quod non tantum inter inæquales, sed & inter æqualiter fœderatos locum habet, [ε] imo etiam inter eos qui nullo fœdere tenentur, [ζ] ut ostendimus alibi. Tenetur etiam dare operam [η] ut damna resarciantur; [θ] quod officium Romæ erat recuperatorum. Gallus Ælius apud [ι] Festum: *Reciperatio est cum inter populum & reges, nationesque ac civitates peregrinas*

gulis, si liberi Principes vel populi sunt; illi enim quam ante habuere majestatem, retinent, per supra tradita; nova autem conventui ex fœdere non accedit. Neque vero majestas, pactis hominum, sed legitima ordinatiooe summi magistratus constituitur.

Unde consequens est, quod sola violatione fœderis oon committatur crimen majestatis, uti, si pars fœderata violat. Verum si fœderatorum civis aliquid contra fœdus fecerit, committit id crimen majestatis non in fœdus, sed in Principem suum, vel magistratum, modo tale quid sit, quod perduellionem infert, scil. si hostili animo in suam Rempublicam vel Principem fecerit. In cœteris casibus mera erit violatio fœderis, noo perduellio. Atque ita, si regnum alicui in feudum datum fuerit, utrique & Doioino & Vasallo recte Majestas tribuitur, cum utrique regnum, eoque summa potestas competit, alteri jure directi, alteri jure utilis domioii: & in utrumque, cives regni crimen majestatis committere possunt. At, si Rex Vasallo contra fidelitatem ex fœdere feudali Domino debitam quid delinquat, felonia id est, non perduellio. *Vid. Disput. nostra de imperio in pares & 47. seq.*

„xx) (HIS QUÆ DIXIMUS &c.) Nimirum inæ„quali fœdere junctos non desinere esse liberos.

„yy) (PROCULUS:) *Leg. 7. ff. capit. & postl.* „*reverf.*

„zz) (PRIMUM SI SUBOITI POPULI:) His Procu„li sententia non obstat. Nam subditi illi non „possunt rei fieri apud eum in cujus fide est popu„lus vel Rex, sed læsus magistratum subditi adire „debet, & eum rogare ut lædentem puniat, vel „dedat.

„α) (OEINOE SI IPSI POPULI AUT REGES AC„CUSENTUR:) *Nimirum fecisse contra foedus*: At „nec hos tangit sententia Proculi: sed socius so„cium jure belli cogere debet, ut stet legibus fœ„deris. *Vid. n. 5.*

„β) (TERTIO, SI SOCII, QUI IN EJUSOEM „POPULI AUT REGIS FIDE SUNT, INTER SE LI„TIGENT:) Neque hoc casu is, in cujus fide sunt, „judex est, quia socii illi sunt summæ potestates „quæ superiorem non agnoscunt, adeoque inter „quos belli jura obtinent, nisi id in fœdere di„ctum sit. Tunc enim verum est, civitates fœ„deratas reas fieri apud Romanos.

„Non autem inde elicitur, Romanos summum „in tales civitates habuisse imperium: Rei enim „fiunt ex pactu, non vi imperii.

„γ) (QUARTO SI SUBDITI CONQUERANTUR:) „Tunc subditi alium judicem præter ipsum Prin„cipem non habent: adeoque hæ causæ non dis„ceptantur apud eum in cujus fœdere est Princeps, „vel populus lædens:

„δ) (TENETUR REX AUT POPULUS EUM QUI „NOCUIT AUT PUNIRE, AUT EI CUI NOCITUM „EST OEOERE:) De quo *vide supra L. 1. c. 3. §. 1.* „*& infra L. 2. c. 21. §. 4. 1. & L. 3. c. 20. §. 41.* „Nam vi officii subditum compellere tenetur, ut „jus suum cuique tribuat: Si Rex id omittit, in„juria agit, & jus belli contra cum obtinet.

„ε) (IMO ETIAM INTER EOS QUI NULLO „FOEOERE TENENTUR:) Subditi enim injuriam „reparare, Rex vero eos ad reparationem com„pellere tenetur.

„ζ) (UT OSTENOEMUS ALIBI:) *d. l. 1. c. 3. §. 1.* „*& d. l. 2. c. 21. §. 4. & d. l. 3. c. 20. §. 41.*

„η) (UT DAMNA RESARCIANTUR:) Unde non „tantum sufficit si lædentis magistratus dedere ve„lit personam, sed & ejus bona dedere debet: Ita „Samnites Romanis obtulerunt Brutuli Papii & „personam & bona. *Liv. L. 8. c. fin.*

„θ) (QUOO OFFICIUM ROMÆ ERAT RECUPE„RATORUM:) Seu reciperatorum, qui inter popu„lum Romanum & civitates peregrinas de rebus „privatis reddendis recipiendisque cognoscebant. „*Vid. Torrent. ad Suet. in Ner. c. 17.*

„ι) (FESTUS:) *de verb. sign. in voce Reciperatio.*

„κ) (AT

nas lex convenit, quomodo per reciperatorem reddantur res reciperenturque, resque privatas inter ſe proſequantur. ϰ At ſociorum alter in ſocii ſubditum jus prehenſionis λ aut punitionis directe non habet. Itaque Decius Magius Campanus ab Annibale vinctus & Cyrenas delatus, atque inde deportatus Alexandriam, μ docuit contra jus fœderis vinctum ſe ab Annibale eſſe: atque ita vinculis liberatus eſt. *Livius lib. 23.*

5. ν Secunda ſpecie ξ jus habet ſocius cogendi ſocium, ut ſtet ⁕ fœderis legibus, ο atque etiam puniendi, ni ſteterit. π Sed hoc quoque inæquali fœderi proprium non eſt. ϱ Idem etiam locum habet in fœdere æquali. σ Nam ut quis ultionem ſumat ab eo qui peccavit, τ ſatis eſt ut ipſe ei qui peccavit ſubditus non ſit; υ quod alibi a nobis tractabitur. φ Quare etiam inter reges aut populos non fœderatos idem uſu venit.

6. χ Tertia ſpecie ψ ſicut in fœdere æquali ſolent controverſiæ defer-

„ϰ) (AT SOCIORUM ALTER IN SOCII SUBDITUM JUS PREHENSIONIS AUT PUNITIONIS DIRECTE NON HABET:) Adeoque Proculi effatum „ad ſubditos ſocii, etſi inæqualis, non pertinet.

„λ) (AUT PUNITIONIS DIRECTE NON HABET:) „Sed per indirectum, ſcilicet per implorationem „officii judicis ordinarii: ſocius igitur punit ſocii „ſubditum contra fœdus agentem ope magiſtratus.

„μ) (DOCUIT CONTRA JUS FOEDERIS VINCTUM SE AB ANNIBALE ESSE:) Annibal non „prehendit ſociorum Campanorum ſubditum, De„cium Magium; ſed poſtulavit a Campanis ut „eum dederent; & per decretum Senatus deditus „fuit: Adeoque Annibal in ſubditum a ſuo magi„ſtratu deditum animadvertit. Hactenus igitur „omnia ordine peracta ſunt: Neque Annibali ob„jicere Magius potuit *ſe contra legem foederis vin„ctum fuiſſe*: Senatus enim Campanorum conſen„ſit, & dedidit. Quo igitur jure Ptolomæus ju„dicium ſibi in hac cauſa ſumſerit, & Magium „tempeſtate in Ægyptum delatum liberaverit, *quod „contra leges foederis vinctus eſſet*, divinare haut „poſſum. *Vid. Liv. L. 23. c. 7. & 10.*

„ν) (SECUNDA SPECIE:) Si ipſi populi aut Re„ges accuſantur qui in fide ſunt alterius.

„ξ) (JUS HABET SOCIUS COGENDI SOCIUM:) „Scl. jure belli, nam ſuperiorem alium qui jus „inter eos diceret, non habent.

„ο) (ATQUE ETIAM PUNIENDI:) i. e. talio„nem ob injuriam illatam ab eo exigendi.

„π) (SED HOC QUOQUE INÆQUALI FOEDERI „PROPRIUM NON EST:) Uti igitur in prima ſpecie non diſtinguitur inter fœdere æquali & inæ„quali junctos, ita nec hic.

„ϱ) (IDEM ENIM ETIAM LOCUM HABET IN „FOEDERE ÆQUALI:) Nimirum, quod ſocius jus „habeat cogendi ſocium æquali fœdere junctum, „ut ſtet legibus fœderis, aut eum puniendi ſi non „ſteterit.

„σ) (NAM UT QUIS ULTIONEM SUMAT AB „EO QUI PECCAVIT:) Unumquemque enim pri„vata authoritate injuriam vindicare poſſe natura „licitum eſſe paſſim tradit. *Vide proleg. §. 41. l. 1. „c. 1. §. 10. n. 7. & c. 2. §. 5. c. 8. §. 1. §. 17. §. 21. „n 5. c. 4. §. 2. §. 3. l. 2. c. 7. §. 2. c. 18. §. 1. ſeq.* c. 20. „*§. 1. ſeq.* §. 40.

„τ) (SATIS EST UT IPSE EI QUI PECCAVIT „SUBDITUS NON SIT:) Author enim fingit Prin„cipes ab illa licentia privata & naturali puniendi „exemtos eſſe jure gentium. *Vid. cap. ſeq. 4. §. 1. „& 2.* At ibidem demonſtrabimus ſubditum nec „naturali jure vim inferre Principi ob injuriam „privatam poſſe.

„υ) (QUOD ALIBI A NOBIS TRACTABITUR:) „*d. c. 4. §. 2. & d. c. 20. §. 3.*

„φ) (QUARE ETIAM INTER REGES AUT PO„PULOS NON FOEDERATOS IDEM USU VENIT:) „Ut ſcl. jure belli talio, ſeu reparatio injuriæ ab iis „exigi poſſit.

„χ) (TERTIA SPECIE:) ſi ſocii qui in ejuſdem „populi aut Regis fide ſunt inter ſe litigent.

ψ) (Grot.) (SICUT IN FOEDERE ÆQUALI SOLENT CONTROVERSIÆ DEFERRI AD CONVENTUM SOCIORUM:) Talis conventus vocatur *κοινοδίκιον* in vetere culumna *ἰσοπολιτείας* ſive communicatæ civitatis Priansiorum & Hieropotamiorum.

ADDITIO.

„Imo nec in æqualis nec inæqualis fœderis ſo„ciis controverſiæ inter ſocios ortæ ad conventum „ſociorum pertinent, niſi id in ſpecie lege fœde„ris dictum ſit. Unde Senatus Romanus teſtatur „apud *Polyb. Excerpt.* 105. *judicium ſibi in foede„ratos reos non competere. &c.*

 „ω) (UT

deferri ad conventum sociorum, quos scilicet res non tangit, [ω] ut Græcos, [αα] Latinos veteres, [ββ] & Germanos olim fecisse legimus, [γγ] aut alioqui ad arbitros, [δδ] aut etiam ad principem foederis tanquam communem arbitrum; [εε] ita in fœdere inæquali plerumque convenire solet, ut controversiæ disceptentur apud eum qui superior est in fœdere. [ζζ] Quare ne hoc quidem ostendit imperii potestatem, [ηη] nam & reges apud judices a se constitutos judicio contendere solent.

7. [θθ] In postrema specie [ιι] jus cognoscendi nullum est sociis. Ideo cum Herodes quædam adversus liberos ad Augustum sua sponte deferret, dixerunt: *Poteras de nobis supplicium sumere tuo jure, tum qua pater, tum qua rex.* [κκ] Et Scipio, cum Romæ a Carthaginensium quibusdam Annibal accusaretur, dixit [λλ] non oportere se Patres conscriptos reipublicæ Carthaginensium interponere. Et [μμ] hoc est in quo Aristoteles ait societatem a civitate differre, quod sociis curæ sit ne injuria in ipsos committatur, non vero ne sociæ civitatis cives inter se injurias committant.

Jos. l. xvi c 7. 8. Valer. Max. l. iv. c. 1. *Pol. III. 9.*

8. [νν] Solet & illud objici, quod in historiis ei qui fœdere superior est imperandi & ei qui inferior est parendi vox interdum tribuitur. Sed nec hoc movere nos debet, aut enim agitur de rebus ad commune bonum societatis pertinentibus, aut de utilitate privata ejus

„ω) (UT GRÆCOS:) Apud Concilium Amphy- „ctionum *Just. 8. 1.* sed legibus fœderis ita erat „statutum: *Vide supra §. 17. n. 8.* E contrario „Achæi graviter tulere quod eorum Prætores Ro- „mam disceptandi causa missi fuerint. *Pausanias* „*L. 7. p.* 382.

„αα) (LATINOS VETERES:) *Vid. Liv. L. 1. c.* „2. Add. *infr. §. 21. n.* 10.

„ββ) (ET GERMANOS OLIM FECISSE LEGIMUS:) „*Tac. de mor. Germ. c.* 12. *Cæs. de bell. gall. L.* 6. „*c.* 5.

„γγ) (AUT ALIOQUI AD ARBITROS:) Si „scl. partes in id consentiant, inviti enim non te- „nentur. *Vid. infra L. 3. c.* 20. *§.* 46. *seq. & L. 2. c.* „23. §. 8.

„δδ) (AUT ETIAM AD PRINCIPEM FOEDERIS:) „Exempla allegavimus *supra §. 18.* Ita in fœdere „Suevico tres judices constituti fuere. *Vide supra* „§. 16.

„εε) (ITA IN FOEDERE INÆQUALI PLERUM- „QUE CONVENIRE SOLET:) At superior ille tum „jus non dicit vi summæ potestatis, sed ex con- „sensu partium & vi pacti.

„ζζ) (QUARE NE HOC QUIDEM OSTENDIT IM- „PERII POTESTATEM:) Quia uti dictum est non „ut superior, nec vi potestatis summæ, sed ex „consensu & pacto partium jus dicit.

„ηη) (NAM ET REGES APUD JUDICES A SE „CONSTITUTOS JUDICIO CONTENDERE SOLENT:) „Princeps legibus a se latis non obligatur, quia „superior sibi ipsi non est, leges autem non nisi „a superiore feruntur in inferiorem: Sed pii Prin- „cipes, ut aliis exemplo sint, juxta illas leges „vivere solent. Hinc Imperatores testantur se, etsi „legibus soluti sint, tamen legibus vivere. *L.* 31. „*ff. de Leg.* Unde dignam esse imperantis vocem, „legibus se alligatum profiteri, ait Theodosius in „*L. 4. C. de legib.*

„θθ) (IN POSTREMA SPECIE:) Si subditi con- „querantur de injuriis eorum quorum sunt in di- „tione. Exemplum vide *infra c. 4. §.*

„ιι) (JUS COGNOSCENDI NULLUM EST SOCIIS:) „Quia socii imperium nec in socium nec in ejus „subditos habent.

κκ) (Grot.) (ET SCIPIO:) *Vide Polybium in* „*legationum excerpto CV.*

„λλ) (NON OPORTERE SE PATRES CONSCRI- „PTOS REIPUBLICÆ CARTHAGINENSIUM INTER- „PONERE:) *Vid. Liv.* 33. 47.

„μμ) (ET HOC EST IN QUO ARISTOTELES „AIT SOCIETATEM A CIVITATE DIFFERRE:) Ari- „stoteles *Pol.* 3. 9. ait, plures civitates, quæ socie- „tatem ineunt, sive ad bellum gerendum sive „propter commercia &c. non constituere una ci- „vitatem, tum quia communem magistratum non „habent, tum quia societas illa singulorum curam „non habet, & nec pœnas nec præmia civibus sociæ „civitatis statuit.

νν) (SOLET ET ALIUD OBJICI:) Author recte „respondet, imperium non tantum oriri ex subje- ctione,

ejus qui fuperior eft in fœdere. ξξ In rebus communibus, ϖϖ extra tempus conventus, ππ etiam ubi fœdus æquale eft, folet is qui lectus eft princeps fœderis (נגיד ברית Daniel XI, 22.) fociis imperare, ϱϱ ut Agamemnon regibus Græcis, σσ Lacedæmonii Græcis poftea, deinde Athenienfes. In oratione Corinthiorum ττ apud Thucydidem legimus: χρὴ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας, τὰ κοινὰ προσκοπεῖν, *Decet eos qui fœderis principes funt, circa fuas quidem utilitates nihil præcipuum fumere, at in communibus rebus curandis eminere fupra cæteros.* υυ Ifocrates veteres Athenienfes ductum exercuiffe ait, ὅλων ἐπιστατοῦντας, ἰδίᾳ δ᾽ ἑκάστους ἐλευθέρους ἐῶντας εἶναι: *curam gerentes pro fociis omnibus, fed ita ut iis libertatem integram relinqueret.* Et alibi: στρατηγεῖν οἰομένους δεῖν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν, *ita ut imperium habere belli, non dominari fe debere cenferent.* Item: συμμαχικῶς ἀλλ᾽ οὐ δεσποτικῶς βουλευομένους περὶ αὐτῶν, *focialiter non beriliter res eorum curantes.* Hoc ipfum Latini imperare, Græci modeftius φφ τάσσειν dicunt. Athenienfes delato fibi ductu belli in Perfas, ἔταξαν, inquit Thucydides, ἅς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον καὶ ἃς ναῦς, χχ *ordinarunt* (fic qui Roma in Græciam mittebantur, dicebantur mitti ψψ ad ordinandum ftatum liberarum civitatum) *quæ urbes pecunias in barbarum, quæ naves conferrent.* Hoc enim fi facit qui princeps tantum eft in fœdere: ωω non mirum eft fi in fœdere inæquali idem faciat is qui fuperior eft fœdere. Imperium ergo hoc fenfu, id eft [a] ἡγεμονία, [b] libertatem aliorum non tollit. Rhodii in oratione apud Senatum Romanum quæ [c] apud Livium exftat: *Græci domefticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur: nunc imperium ubi eft, ibi ut fit perpetuum optant: libertatem veftris tueri armis fatis habent, quoniam fuis non poffunt.* Sic poft Cadmeam a Thebanis receptam *Lib. XXXVII.*

„ctione fed etiam ex pacto & confenfu, adeoque fuperiorem dici poffe etiam illum qui ex pacto talis eft. *Vid. fupra* §. 18. Talis igitur difpofitio imperantis fummam poteftatem non minuit, modo non transferat ipfum jus imperii, vel tale aliquid, quod ad ejus effentiam requiritur. *Vide B. P. jus publ. c.* 21. §. 6. & 7.

„ξξ) (IN REBUS COMMUNIBUS:) i. e. quæ ad utilitatem utriusque focii communem fpectant.

„ϖϖ) (EXTRA TEMPUS CONVENTUS:) in ipfo conventu enim dubium non eft quin imperet fociis ex pacto.

„ππ) (ETIAM UBI FOEDUS ÆQUALE EST:) ubi primus in ordine imperat ex confenfu.

„ϱϱ) (UT AGAMEMNON REGIBUS GRÆCIS:) in bello Trajano, cujus caput erat Agamemnon.

„σσ) (LACEDÆMONII GRÆCIS:) Bello Perfico, usque ad proditionem Paufaniæ, ab eo enim focii fe contulerunt ad Ariftidem Athenienfem *Gron. h.*

ττ) (APUD THUCYDIDEM:) *de bell. Pelop. l. 1. p. m. 63.*

„υυ) (ISOCRATES:) In panegyrico cui elaborando decem, vel ut alii ajunt quindecim annos impendit. *Tefm. h.*

„φφ) (Τάσσειν:) i. e. ordinare, conftituere.

„χχ) (ORDINARUNT:) Improbat hanc Authoris verfionem *Gron. h.* putatque ibi intelligendum effe per vocem ἔταξαν *jufferunt, imperarunt*, fed revera idem eft, nam juffus & imperium quando ex pacto oriuntur & fœdere, recte molliori voce, *ordinationes* dicuntur.

ψψ) (Grot.) (AD ORDINANDUM STATUM LIBERARUM CIVITATUM:) Plinius epiftolarum VIII, 24.

„ωω) (NON MIRUM EST SI IN FOEDERE INÆQUALI IDEM FACIT:) Sed hoc itidem dependet ex difpofitione contrahentium.

„a) (ἡγεμονία:) Quæ vox eft ab ἡγέομαι, duco, dux fum.

„b) (LIBERTATEM ALIORUM NON TOLLIT:) Quia illud imperium non ex fubjectione oritur, fed ex fœdere, adeoque ex pacto.

„c) (QUÆ APUD LIVIUM EXSTAT:) *L. 37. c. 54.*

Lib. xv. ceptam [d] narrat Diodorus multas civitates conveniſſe πάσας ὑπάρχειν αὐτονόμυς, ἡγεμόσι χρωμένας ἀθηναίοις *omnes ut liberæ eſſent, ſed Athenienſium ductu uterentur.* De ipſis Athenienſibus Philippi Macedonis tempore Dion Pruſæenſis: ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δε ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο: [e] *quo tempore ductu belli omiſſo libertatem ſolam retinebant.* Sic Cæſar [f] quos ſub imperio Suevorum fuiſſe dicit, eosdem mox ſocios nominat.

9. In iis vero rebus [g] quæ ad propriam utilitatem ſpectant, ſuperioris poſtulata ſolent imperia dici, non ex jure, ſed ex effectus ſimilitudine, [h] ſicut regum preces imperia ſæpe eſſe dicuntur, [i] & ægroti imperare Medicis, Livius lib. XLII. [k] *Ante hunc conſulem* (C. Poſthumium) *nemo unquam ſociis in ulla re oneri aut ſumptui fuit: ideo magiſtratus mulis, tabernaculis, & omni alio inſtrumento militari ornabantur,* [l] *ne quid tale imperarent ſociis,*

10. [m] Interim verum eſt accidere plerumque, ut qui ſuperior eſt in fœdere, ſi is potentia multum antecellat, paulatim imperium proprie dictum uſurpet: præſertim ſi fœdus perpetuum ſit, [n] & cum jure præſidia inducendi in oppida, ſicut Athenienſes fecerunt, [o] cum a ſociis ad ſe provocari paſſi ſunt; quod nunquam fecerunt Lacedæmonii,

„d) (NARRAT DIODORUS:) *L. 15. p. m. 456.* ibi, „*populus autem communionem ſociorum omnium* „*comitiis celebrandis locum conſtituerunt & ſingu-* „*lis civitatibus aſſeſſores deſignaverunt: communi* „*vero ſententia decretum eſt, ut locus is in quo* „*conſiliarii convenirent Athenis eſſet. Ex æquo* „*tamen cuilibet civitati, ſive magna ſive parva, ſuf-* „*fragium ſuum liberum eſſe debere: præterea omnes* „*civitates ſuis quidem legibus vivere, ſe tamen tan-* „*quam ad caput ad Athenienſes referre debere.*

„e) (QUO TEMPORE DUCTU BELLI OMISSO:) „Nam victis Athenienſibus Philippus reddidit li- „bertatem civitati, at belli ductum, una cum reli- „quis Græciæ civitatibus, Philippo commiſit. *Vid.* „*ſupplem. Freinsh. ad Curt. L. 1. c. 8.*

„f) (QUOS SUB IMPERIO SUEVORUM FUISSE „DICIT:) Nerviorum in Gallia Belgica. *Cæſ. 5. bell.* „*Gall.* 39, *Gron. h.*

„g) (QUÆ AD PROPRIAM UTILITATEM SPE- „CTANT &c.) Scilicet ejus qui ſuperior eſt in fœ- „dere. *n. præced.*

„h) (SICUT REGUM PRECES IMPERIA ESSE DI- „CUNTUR:) Adeoque poſtulatis annuunt, non quia „res deferre tenentur, ſed quia negare non au- „dent: Cæterum ſubditi non annuunt petitis vi „imperii, ſed ex conſenſu.

„i) (ET ÆGROTI IMPERARE MEDICIS:) Cum „enim ſervilis eſſent conditionis plerique Medici, „non rogabantur ſed jubebantur ab ægrotis ad ſe „accedere: *Vid. Sen. 6. benef. 16. L. 26. ff. oper.* „*lib.* & *Teſm. h.* At hoc imperium improprie „dicitur, quia in arbitrio ſervorum erat venire „vel non venire.

„k) (ANTE HUNC CONSULEM NEMO UNQUAM „SOCIIS IN ULLA RE ONERI AUT SUMTUI FUIT:) „Romanorum mos antiquitus fuit, ſuis ſumtibus „aſſiſtere ſociis: quod generoſitatis erat non ju- „ris: Nam Author infra *l. 2. c. 16. §. 12. in fin.* „probat auxilia promiſſa deberi impendiis auxilia „petentis.

„l) (NE QUID TALI IMPERARENT SOCIIS:) „i. e. ne videantur vi imperii aliquid ab eis exi- „gere.

„m) (INTERIM VERUM EST ACCIDERE. &c.) Nos de imperio quærimus quod jure gentium ex fœdere & propria diſpoſitione, adeoque ex pacto, uni defertur, non de eo quod vi & fraude acquiritur.

„n) (ET CUM JURE PRÆSIDIA INDUCENDI:) E- „quidem jus præſidii, quod ex pacto & fœdere eſt, „non infert imperium (ita enim hodieque Belgæ „præſidia in civitatibus Brabantiæ habent) At oc- „caſionem dare poteſt, ut jus hoc præſidii ad op- „primendos ſocios adhibeant.

„o) (CUM A SOCIIS AD SE PROVOCARI PAS- „SI SUNT:) Gronovius notat hic, Romanos qui- „dem victo Perſeo ſocios ad ſe evocaſſe, *Liv. L. 45.* „*c. 31. Pauſan. L. 7. p.* 417. at de Athenienſibus id „nullibi dici. Contrarium autem apparet ex exem- „plo Themiſtoclis, qui exſtructis Athenis muris di- „ſertis verbis Lacedæmoniis propoſuit. *Quod ſi il-* „*luc* (Athenas) *velint Lacedæmones ſociive legatio-* „*nem mittere, miſſuros inpoſterum tanquam ad eos* „*qui dignoſcant quæ ſibi conducant, quæque è* „*republica ſint. Thucyd. L. 1. ſ. 37. n. 20.*

„p) (ISO-

nii. quibus temporibus [p] Isocrates Athenienſium imperium in ſocios regno comparat. [q] Sic Latini querebantur [r] ſub umbra fœderis Romani ſervitutem ſe pati. Sic [s] Ætoli vanam ſpeciem, & inane nomen libertatis: Achæi poſtea, *fœdus ſpecie jam eſſe* [t] *precariam ſervitutem:* [u] Sic apud Tacitum Civilis Batavus de iisdem Romanis conqueritur; *neque enim ſocietatem, ut olim, ſed tanquam mancipia haberi:* [v] & alibi: *Miſeram ſervitutem falſo pacem vocari.* [w] Eumenes quoque apud Livium Rhodiorum ſocios verbo eſſe ſocios, revera ſubjectos imperio & obnoxios: Magnetes quoque in ſpeciem liberam Demetriadem, [x] revera omnia ad nutum Romanorum fieri. [y] Sic Theſſalos in ſpeciem fuiſſe liberos, ſed revera ſub imperio Macedonum notat Polybius.

Hal. l. vi.

Livius lib. xxxiv.

Hiſt. iv.

Lib. xxxv. & Lib. xxxvii.

II. Hæc cum fiunt, & ita fiunt [z] ut patientia in jus tranſeat, [aa] qua de re alibi erit diſputandi locus, [bb] tunc aut qui ſocii fuerant fiunt ſubditi, [cc] aut certe partitio fit ſummi imperii, [dd] qualem accedere poſſe ſupra diximus.

§. XXII.

[a] Qui vero certum quid penſitant [b] aut ad redimendas injurias, [c] aut

„p) (ISOCRATES:) In panegyri ante allegata: „At bene notandum eſt, Iſocratem imperium in ſocios non ideo comparaſſe regno, quod ſocios ad „ſe evocarent, ſed quod magnitudine rerum ge- „ſtarum elati ſocios indigne haberent. Conf. *Juſt.* „*L. 5. c. 1. & c. 3.* Apud *Thucydidem l. 1. ſ. 27.* „*n. 40.* legati Corinthiorum exprobrabant Athe- „nienſibus quod privarent libertate non modo ſo- „cios ſuos, ſed & ſocios Corinthiorum.

„q) (SIC LATINI QUEREBANTUR:) Apud „*Liv. l. 8. c. 4.* nam Latinos veteres ſocios imperii „aſſumtos fuiſſe ex *Liv. l. 1. c. 1.* apparet.

r) (Grotius) (SUB UMBRA FOEDERIS ROMANI SERVITUTEM SE PATI:) Hoc ipſum eſt quod Arato Plutarchus dicit, *συμμαχίαν ὑποκορίζεσθαι, molle ſervitium*, vocula apud Tacitum hiſtoriarum IV. Feſtus Rufus de Rhodiis: *Primum libere agebant, poſtea in conſuetudinem parendi, Romanis clementer provocantibus, pervenerunt.* Cæſar quos in Æduorum amicitia fuiſſe prius dixerat, & clientes vocarat, poſt ſub imperio fuiſſe memorat. Adde, ſi libet, Fredericum Mindanum de proceſſibus lib. II. cap. XIV. n. 5. Zieglerum §. Landſaſſii n. 86. Gailium libro II. obſervatione LIV. num. 6. Vide Agathiam libro I. ubi monentur Gotthi quid a Francis cum tempore expectandum habeant.

„s) (ÆTOLI:) *Liv. 34. 23. & l. 35. 38.*

„t) (PRECARIAM SERVITUTEM:) *Liv. 29. 37.*

„u) (SIC APUD TACITUM:) *L. 4. p. m. 565.*

„v) (ET ALIBI:) *d. l. 4. p. m. 567.*

„w) (EUMENES QUOQUE APUD LIVIUM:) *L. 37. c. 53.*

„x) (Grot.) (REVERA OMNIA AD NUTUM RO- „MANORUM FIERI:) Tales & Lazi Juſtiniani „temporibus. Vide Procopium Perſicorum II.

„y) (SIC THESSALOS IN SPECIEM FUISSE LI- „BEROS, SED REVERA SUB IMPERIO MACEDO- „NUM:) Philippus enim eos, quod exercitui ſuo „robur Theſſalorum equitum adjungere geſtie- „bat, improviſus expugnavit. *Juſt. L. 7. c. 6.*

„z) (UT PATIENTIA IN JUS TRANSEAT:) „Mens Authoris eſt, imperium quod ex pacto eſt „& fœdere, mutari ſæpius in verum imperium ob „potentiam ejus qui fœdere ſuperior eſt: Aliquan- „do autem hoc ipſum imperium legitimum fieri, „ſi ſocii conſentiunt, ſaltem tacite.

„aa) (QUA DE RE ALIBI:) *Vide L. 2. c. 4. §. 14. n. 1.*

„bb) (AUT QUI SOCII FUERINT FIUNT SUBDI- „TI:) i. e. qui antea ex lege fœderis parebant, „jam parent ex lege ſubjectionis.

„cc) (AUT CERTE PARTITIO:) i. e. fit ſtatus „mixtus: qualem non agnoſcimus.

„dd) (QUALEM ACCIDERE POSSE SUPRA DI- „XIMUS:) ſcilicet *§. XVII.* ubi de partitione imperii „egimus, ſimulque probavimus ſtatum mixtum non „dari.

a) (Grot.) (QUI VERO CERTUM QUID PENSITANT:) Perſæ pecuniam annuam ab Juſtiniano accipiebant, qua de re vide Procopium Perſicorum II, & Gotthicorum IV, id molli vocabulo vocabatur ſtipendium ad tutandas portas Caſpias. Turcæ Arabas montanos pecunia placant.

ADDITIO.

Quæritur, An regna cenſitica ſummo imperio gaudeant? Recte hoc affirmat Author, quia cenſum ſolvunt ex fœdere & pactu, non ex ſubjectione. Ita enim ipſa Roma Gothis tributaria fuit: Aliud vero eſt, ſi præter cenſum ipſum jus imperii, vel tale aliquid quod ad imperii ſubſtantiam pertinet, in alium confertur, tunc enim deſinit eſſe regnum liberum. *Vide diſp. noſtram de Juſt. & jure regn. Portug. p. 61.*

„b) (AUT AD REDIMENDAS INJURIAS:) Ex-

„empla

[c] aut ad tutelam comparandam, σύμμαχοι φόρου ὑποτελεῖς, ut est apud Lib. 1. Thucydidem: [d] quales Hebræorum reges, [e] & vicinarum gentium, post Antonii tempora, ἐπὶ φόροις τεταγμένοις, [f] ut Appianus loquitur, [g] quo minus summum imperium habere possint, nullam dubitandi causam video, [h] quanquam infirmitatis confessio de dignitate aliquid delibat.

§. XXIII.

1. Difficilior multis videtur * quæstio [a] de nexu feudali, : [b] sed

„empla vide apud *Polyb. 1. hist. in fin. Justin. 24.* „*c. 4. & 5. L. 25. c. 1. Herodian. L. 1. c. 6. & L. 8.* „*c. 7.* Ita hodieque Belgæ, Angli, Gallique census præstant Algirorum prædonibus, ne commercia eorum turbent,

„*c*) (AUT AD TUTELAM COMPARANDAM:) „Ne auxilium eis ferrent.

d) (Grot.) (QUALES HEBRÆORUM REGES:) Josephus lib. XV. οὐ γὰρ ἔφη καλῶς ἔχειν Ἀντώνιος βασιλέα περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν γεγενημένων εὐθύνας ἀπαιτεῖν. οὕτως γὰρ ἂν οὐδὲ βασιλεὺς εἴη. δόντας δὲ τὴν τιμὴν καὶ τῆς ἐξουσίας αὐτεξουσιάσαντας ἐᾷν αὐτῇ χρῆσθαι. *Negabat Antonius rectum esse, regem vocari ad rationes reddendas de iis quæ ut rex fecisset: ita enim ne regem quidem eum fore. Par esse ut qui honorem ei dederint, etiam potestate quam liberrime uti eum sinant.* Chrysostomus II. de Eleemosyna: ἐπειδὴ τὰ τῶν Ἰουδαίων μετέπεσε πράγματα καὶ λοιπὸν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐτέθησαν ἀρχὴν, οὔτε αὐτόνομοι ἦσαν, καθάπερ καὶ πρότερον, οὔτε καθόλου δοῦλοι, καθάπερ καὶ νῦν. ἀλλ' ἐν τάξει συμμάχων ὄντες διετέλουν, φόρους μὲν τελοῦντες τοῖς βασιλεῦσιν ἑαυτῶν, καὶ τοὺς παρ' ἐκείνων ἄρχοντας δεχόμενοι. τ' ἀλλαχοῦ δὲ τοῖς ἰδίοις κεχρημένοι νόμοις καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὰ πάτρια κολάζοντες νόμιμα: *Judæi, ex quo retro ferri res eorum cæpere, Romano attributi imperio, neque in plena, ut ante, erant libertate: neque tamen ita, ut nunc omnino servi, sed sociorum vocabulo honorabantur, regibus suis tributa pendentes, & ab iis accipientes præfectos. Cæterum in plerisque suis utebantur legibus, ita ut & popularium delinquentes ipsi punirent secundum mores patrios.*

ADDITIO.

„Statum Hebræorum post captivitatis tempora „curate examinavit B. Parens in tractatu de *Auto-* „*nomia Jur. gent. c. 17.* Adde ea quæ diximus su- „pra *c. 4. §. 7. n. 4.*

„*e*) (ET VICINARUM GENTIUM:) Antonius „enim non tantum Hebræorum Reges tributarios „fecit, sed etiam vicinos Reges Armeniæ &c. *Jo-* „*seph. antiq. l. 14. c. 22. l. 15. c. 5.* Et tributa regno- „rum devictorum dono dedit Cleopatræ: *d. c. 5.* „Conf. *Lindenbrog. ad Ammian. L. 25. p. 154.*

„*f*) (UT APPIANUS LOQUITUR:) *duntaxat ut* „*certum tributum penderent. de bell. civ. l. 5. p.* „*m. 715.*

„*g*) (QUO MINUS SUMMUM IMPERIUM HABE- „RE POSSINT:) Quia census non præstatur jure „subjectionis, sed ex pacto,

„*h*) (QUANQUAM INFIRMITATIS CONFESSIO:) „Hinc adeo odiosum & invidiosum est nomen „regni vectigalis seu tributarii.

*) (QUÆSTIO DE NEXU FEUDALI:) Regna feudalia non videntur habere summum imperium, tum quia Vasallus non tantum reverentiam, sed & fidelitatem, imo servitia militaria pro beneficio præstare tenetur; tum quia domino competit jurisdictio feudalis in Vasallum, atque ideo imperium, quod jurisdictioni cohæret *L. fin. ff. de offic. ej. cui mand.* Resp. Vasallus ideo non fit subditus: nec dominus, etsi vi jurisdictionis suæ feudalis judicium quasi ordinarium in Vasallos exerceat, quod dicitur das Lehn- oder Mannen-Gericht, & curiæ ejus feudali jurisdictio cohæret *1. F. 10. 2. F. 15. 16. 20. 34. 55. §. f. & fin.* est Vasalli magistratus; quia Vasallus ea non ex jure subjectionis, sed ex contractu feudali præstat, neque beneficii, quale feudum est, concessio subditum facit. *Carpz. L. 4. §. 70. n. 24.* Equidem feuda dari possunt etiam subditis, sed tum illi non ex hoc negotio feudali fiunt subditi, sed jam ante fuere. Serenissimis equidem Principibus Electoribus singulare in Vasallos suos privilegium tribui solet ex *A. B. tit. 11. in pr.* de quo agendi locus jam non est. *Vid. Rummel. ad A. B. part. 2. diss. 1. & seqq.* aliosque interpretes *ad d. c. 11.* Unde apparet, quam inter absurda plurima, quæ reperiuntur in *Clem. 2. de sent. & re judic.* id quoque absurdissimum sit, quod, cum Papa, usurpando regnum Siciliæ, illud Regi Siciliæ in feudum det, tamen eum Regem non modo Vasallum, sed & subditum suum esse contendit; Contra vero Imperatori Henrico VII. qui regnum illud imperio vindicare volebat, omnem superioritatem negat, ejusque citationem infirmare, quo nihil arrogantius, haud erubescit, cum tamen ab imperio quoque Regem terras aliquas jure feudi habuisse concedat. Igitur ex *d. Clem.* quoque confirmatur, Vasallum ex solo Vasallagio non fieri subditum, & tamen domini in eum aliquod esse imperium & jurisdictionem. *Vid. disp. de imper. in pares §. 37. seq.*

ADDITIO.

„Originem horum regnorum feudalium dedu- „xit *B. Par. in tractatu de Autonomia Jur. Gent.* „*c. 19. ubi §. 2. usque ad §. 8. ita rem explicat.* „Demonstrata jam differentia civitatis mediatæ & „immediatæ, quæ ab Autonomia & juris gentium „est,

[b] ſed quæ ex antedictis facile ſolvi poteſt. Nam in hoc contractu, [c] qui proprius eſt Germanicarum gentium, neque uſquam invenitur [d] niſi ubi Germani ſedes poſuerunt, duo ſunt conſideranda, obligatio perſonalis, & jus in rem.

2. Obli-

„eſt, aliud occurrit, & alterius generis ac ſenten-
„tiæ diſcrimen, ſubjectionis mediatæ & imme-
„diatæ, quod iuris civilis, ſeu ut vocant, poſitivi,
„& ab inſtituto maxime populi Francorum &
„Germanorum eſt, qua imperio Romano-Germa-
„nico quidam immediate dicuntur ſubjecti, qui-
„dam autem mediate. Hanc ſolam illi, qui diſ-
„crimen noſtrum in dubium traxere, ob oculos
„habuerunt, & cum noſtra illa, quam plane igno-
„raſſe videntur, miſcuerunt. Quæ proinde di-
„ſtinctio cum primis adhuc ab omni ambiguitate
„ſua vindicanda eſt. Equidem, ratione naturali
„inſpecta, non datur ſubjectio mediata, ſed omnis
„omnino ſummæ poteſtati, uti ante diviſionem ci-
„vitatum, ita poſtea in ſingulis immediate ſubjecta
„eſt; ut *ſupra c. 9. §. 4. & ſeqq.* jam aſſertum ivi-
„mus, & ipſæ ſacræ literæ graviſſimis & ſeveris
„perquam præceptis ſuffragantur *Rom. XIII. v. 1.*
„*& ſeqq. Tit. III. v. 1. & 1. Pet. II. v. 13. 14.* Etſi
„enim omnis Magiſtratus, qui cum ſumma pote-
„ſtate eſt, eam per adminiſtros ſeu officiales exer-
„ceat (nec aliter ſufficeret tanto oneri, *vide infra*
„*§. 11.*) hi tamen omnia agunt non ſuo ſed unice
„ſummi Magiſtratus, a quo præfecti ſunt, jure ac
„auſpiciis; neque aliam poteſtatem ſuo nomine
„habent, ſed mera ſunt miniſteria & inſtrumenta
„primarii agentis, per quæ hic ipſe agit: quæ &
„ratio eſt iſtius Apoſtoli *d. v. 14.* Non magis
„igitur Regis poteſtas, quæ per miniſtros vel offi-
„cia in ſubjectos exercetur, mediata videri poteſt,
„quam ſi ipſe manu ſua, aliove inſtrumento quid
„agat; quia actio non eſt inſtrumenti, ſed cauſæ;
„nec illud agit, ſed movetur: atque adeo non
„poteſt miniſtrorum poteſtas media videri inter
„Regem & ſubjectos, quæ nulla ipſorum eſt, ſed
„tota Regis vel ſummi Magiſtratus. Ita ergo apud
„Romanos, & in jure communi, omnes illæ Præ-
„fecturæ Provinciarum & militiæ mera fuere no-
„mina officiorum; poteſtas ipſa autem populi Ro-
„mani: quemadmodum & ſub Merovingis & Ca-
„rolingis nomina Ducum, Comitum &c. Quæ o-
„mnia in confeſſo ſunt, & cum certiſſimæ ratio-
„nis, tum certiſſimi juris. Verum ſpecialiter
„apud populos Germaniæ primis, ut ego quidem
„arbitror, authoribus Francis Germanis (*Hypomn.*
„*jur. feud. tit. 1. §. 5.*) una cum uſu feudorum in-
„troductum eſt genus quoddam poteſtatis propriæ,
„quæ Vaſalli & intermedia eſt inter Regem & ſub-
„jectos. Ex eo enim manavit duplex illud pote-
„ſtatis ac territorii dominium; directum, quod
„ſuperior Dominus retinet, & utile, quod Vaſal-
„lus acquirit in terram ſeudalem, ejuſque ſubdi-
„tos 2. *F. 8. §. Rei autem* verb. *ut tanquam domi-*
„*nus* 1. *F. 45.* voc. *proprietatem.* Hi ergo ſubditi
„Vaſallo immediate, at ſuperiori Domino me-
„diate ſubjecti ſunt, idque non modo cum vaſal-
„lus quoque eſt ſubditus Domini directi; ſed &
„cum extraneus eſt, & ſolo nexu ſeudali domino
„devinctus; quia Vaſallus, ut talis, ſubditus non
„eſt. *Dn. Struv. Synt. J. F. c. 8. theſ. 6. in fin. &*
„*c. 14. theſ. 2. n. 2.* Etſi autem verum ſit, quod
„Vaſallus, qua talis, non ſit ſubditus: *Dn. Struv.*
„*d. l.* item quod Vaſalli mei Vaſallus, non ſit meus
„Vaſallus: *Curt. Jun. de feud. part. 4. n. 88. Andr.*
„*Kobl. tract. de ſubfeud. c. 4. n. 3. & ſeqq.* id ta-
„men non impedit, quo minus terra cum juriſdi-
„ctione alteri non ſubdito, ſed extraneo, in feu-
„dum data, dominus directum dominium, & ter-
„ræ & juriſdictionis quam habuit jure directo, in
„cives ejus terræ retineat. Manent ergo cives iſti
„domino directo, ejuſque prædictæ juriſdictioni,
„etſi alteri Vaſallo extraneo in feudum datæ, me-
„diate ſubjecti; at Vaſalli iſtius Vaſalli non ſiunt
„Vaſalli Domini directi, quia nec fidelitatem ei
„jurarunt, nec ab eo de feudo inveſtiti ſunt: quam-
„vis domino honorem debeant, nec eum offen-
„dere poſſint, quin & mediate ei ſervitia præ-
„ſtent. *Dn. Struv. in tract. cap. 12. theſ. 12. n. 3.*
„*Kobl. tot. tract. de ſubfeud.* Ab hac ergo feudo-
„rum origine nata eſt illa ſpecies poteſtatis, quæ,
„etſi ſummæ ſubjecta ſit, tamen jure proprio, non
„meri officii miniſterio ita competit, ut cives ſui
„eidem immediate, domino directo autem media-
„te ſubjiciantur. Quod genus poteſtatis deinde
„paulatim latius ſerpſit, atque alio modo ac ſenſu
„in allodia quoque irrepſit; nam & illi, quibus
„Comitatus, Baroniæ, aliaque officiorum & judi-
„ciorum nomina ac terræ in adminiſtrationem
„conceſſa olim fuere, quin & civitates, ſenſim ad
„exemplum & imitationem feudorum, jura rega-
„lia, quæ imperii erant, ſibi jure quodam proprio
„adſeruerunt. *Vid. Diſput. noſtra de imperio in pa-*
„*res §. 37. §. 38. §. 39.* & *Prudentia Jur. publ. c. 15.*
„*§. 6. & 43.* Conf. *Prodrom. jur. gent. Exerc. 2. §.*
„*102. ſeq.*

„*a*) DE NEXU FEUDALI:) Seu de regnis quæ
„Vaſallis dantur ea lege, ut domino directo fide-
„litatem jurent, & ſervitia præſtent.

„*b*) (SED QUÆ EX ANTE DICTIS FACILE SOL-
„VI POTEST:) Principium enim perpetuum eſt,
„quod imperium non deſinat quoties aliquid alii
„præſtatur ex pacto.

„*c*) (QUI PROPRIUS EST GERMANICARUM GEN-
„TIUM:) Varias de origine feudorum ſententias
„collegit B. Par. *in Hypomn. jur. feud. tit. 1. §. 6. ſeq.*

„*d*) (NISI UBI GERMANI SEDES POSUERUNT:)
„Etſi enim apud alias gentes ſimile tale negotium
„inveniatur, tamen illa diſtinctio, inter dominium
„directum & utile, non niſi ex Francorum mori-
„bus originem duxit. *B. Par. d. hyp. §. 3.*

2. [e] Obligatio perſonalis eadem eſt, ſive quis ipſum jus imperandi; ſive aliud quidvis, etiam alibi ſitum, feudi jure poſſideat. Talis autem obligatio, [f] ſicut privato non erat demtura jus libertatis perſonalis: [g] ita nec regi aut populo jus demit ſummi imperii, [h] quæ libertas eſt civilis, quod apertisſime conſpici datur [i] in feudis liberis quæ Franca vocant, [k] quæ nullo jure in rem, in ſola perſonali obligatione conſiſtunt. [l] Hæc enim nihil ſunt aliud quam ſpecies fœderis inæqualis de quo egimus, quo alter alteri operam pollicetur, alter alteri præſidium & tutelam. [m] Pone etiam adverſus omnes promiſſam operam, quod nunc [n] feudum ligium vocant ([o] nam ea vox latius patebat) [*] nihil id de jure ſummi imperii in ſubditos detrahit: ut jam taceam [p] ſemper ineſſe conditionem tacitam, dum juſtum ſit bellum, [q] de qua agendum erit alibi.

3. Jus vero in rem quod attinet, id quidem tale eſt, [r] ut ipſum impe-

„e) (OBLIGATIO PERSONALIS EADEM EST:) „Verum eſt quod eadem ſit obligatiu perſonæ, ſive „imperium ſive res privata in feudum detur. U„traque enim ex conſenſu oritur, non ex imperio.

„f) (SICUT PRIVATO NON ERAT DEMTURA „JUS LIBERTATIS PERSONALIS:) Vaſallus enim „non tantum non ſubjicitur alieno dominio, ſed „nec ſit ſubditus.

„g) (ITA NEC REGI AUT POPULO JUS DE„MIT SUMMI IMPERII:) i.e. libertatem publicam „de jure ſuo ſtatuendi; quia Rex ille fidelitatem „præſtat non vi ſubjectionis, ſed ex conſenſu.

„h) (QUÆ LIBERTAS EST CIVILIS:) De qua „late egimus *ſupra §. XII.*

„i) (IN FEUDIS LIBERIS QUÆ FRANCA VO„CANT:) De quibus vide *B. Par. Hyp. jur. feud.* „*tit. 3. §.* 47. ubi ait in feudis francis regulariter „ſolam obligationem ad ſervitia, non etiam fide„litatem, & ne contra dominum quid fiat, re„miſſam videri. *Add. 2. feud. 104.*

„k) (QUÆ NULLO JURE IN REM:) Imo „in feudis francis æque domino competit domi„nium directum, cujus effectus eſt, ut exſtincta „familia Vaſalli, vel felonia in dominum directum „commiſſa, feudum cum dominio directo conſo„lidari poſſit. *B. Par. d. l. Vid. n. ſeq.*

„l) (HÆC ENIM NIHIL ALIUD SUNT QUAM „SPECIES FOEDERIS INÆQUALIS:) Verum eſt jure „naturæ ex feudis, uti ex omni inæquali fœdere, „non niſi obligationem perſonæ oriri: At in feu„dis, etiam francis, jure Francorum ſpecialiter „ſtatutum eſt, ut Vaſallus, qui ex domini directi „beneficio feudum tenet, jus in ipſa re conſequa„tur, & vi hujus juris in re fidelitatem præſtare „teneatur.

„m) (PONE ETIAM ADVERSUS OMNES PRO„MISSAM OPERAM:) Ita ut nemo excipiatur: „Hinc Vaſallus ligius eſſe non poteſt, niſi is qui „nec dominum ſuperiorem nec antiquiorem ha„bet; Sane unus nemo duorum ligius eſſe poteſt. „*Schœnb. Diſp. I. 52. & II. 8. ſeq. Obrecht. Diſp.* „*2. th.* 136. *& ſeq. Gron. h.*

„Equidem Dd. juris feudalis exiſtimant Princi„pem ſuperiorem, dominum antiquiorem, & Im„peratorem ſemper & ipſo jure excipi: *B. Par.* „*hyp. jur. feud. tit. 3. §.* 11. At ſi Vaſallus ſupe„riorem vel antiquiorem dominum habet, per rei „naturam Vaſallus ligius alterius eſſe nequit, utpote „qui contra omnes, nemine excepto ſervitia præſta„re tenetur. Tale feudum Ligium olim fuit Duca„tus Sileſiæ, ejusque Duces ſervitia militaria præ„ſtare tenebantur Regibus Bohemiæ contra omnes

n) (Grot.) (FEUDUM LIGIUM:) Vide Baldum prooemio Digeſtorum, Nattam conſilio CCCCLXXXV.

ADDITIO.

Feudum ligium a ligando dicitur, quia hi Vaſalli magis ac reliqui ligantur, qui fidelitatem quidem ac ſervitia præſtant, at ſemper, tacite ſaltem, excipiunt ſuperiorem & antiquiorem dominum, & imperatorem. *d. Hyp. §.* 11.

o) (NAM EA VOX LATIUS PATEBAT:) Diximus ſervitia & fidelitatem hic præſtari contra omnes, nemine excepto. 2. *f.* 52. *§. ſatis.* 2. *f.* 99. *Clem. fin. de re jud.* ſecus ac in aliis feudis.

„*) (NIHIL DE JURE SUMMI IMPERII IN SUB„DITOS DETRAHIT:) Vaſallus enim ligius ſervitia „debet ex pacto, non vi imperii.

„p) (SEMPER INESSE TACITAM CONDITIONEM:) „Imo auxilio in genere promiſſo, illud ſemper „debetur quoties is cui promittitur, bello petitur: „Vaſalli enim Ligii non ſunt judices, adeoque nec „arbitrium, an cauſa juſta ſit an non, ſibi arro„gare poſſunt.

„q) (DE QUA AGENDUM ERIT ALIBI:) *Vide* „*L. 2. c. 15. §. 13. & c. 25. §.* 4. ubi plenius refutabi„mus ſententiam Authoris.

„r) (UT IPSUM IMPERANDI JUS:) Talia feu„da ſunt regna Siciliæ & Neapolis. *B. Par. jus* „*publ. c. 6. §. 21. & 22.* Bohemiæ ac olim Hunga„riæ, & Poloniæ. *ibid, c. 7. § 5.*

„s) (AUT

imperandi jus, si feudi jure teneatur, [s] aut familia extincta, [t] aut etiam ob certa crimina amitti possit. [u] Sed interim summum esse non desinit: [v] aliud enim est res, [w] ut sæpe diximus, aliud rem habendi modus. Et tali jure multos video reges a Romanis constitutos, ita scilicet ut deficiente regia familia imperium ad ipsos rediret, [x] quod de Paphlagonia aliisque nonnullis Straboni notatum. Lib. XII.

§. XXIV.

Distinguendum quoque, non minus in imperio quam in dominio, [a] jus ab usu juris, [b] sive actus primus ab actu secundo. Nam [c] sicut rex infans jus habet, sed imperium exercere non potest: [d] sic & furiosus, & [e] captivus, [f] & qui in alieno territorio ita vivit, ut actiones circa imperium alibi situm liberæ ei non permittantur; [g] omnibus enim his casibus curatores sive [h] Prodici dandi sunt. Itaque [i] Demetrius, cum in potestate Seleuci non satis libere viveret vetuit aut sigillo aut literis suis credi, sed omnia quasi se mortuo administrare voluit.

CAPUT

„s) (AUT FAMILIA EXTINCTA:) Feuda enim „certæ familiæ collata ea exstincta redeunt ad con-„ferentem, quia tunc cessat dispositio. *Vide infra* „*l. 2. c. 9. §. 2.*

„t) (AUT ETIAM OB CERTA CRIMINA:) tunc „enim feloniam committit Vasallus, i. e. contra „fidelitatem promissam peccat, adeoque vinculum „quod fuit inter vasallum & dominum directum „hoc ipso tollitur: Quæ autem sint illa crimina vi-„de *apud B. Par. in hyp. jur. feud. tit. XI. §. 4.* „*& seq.*

„u) (SED INTERIM SUMMUM ESSE NON DESINIT:) „Quia fidelitas illa vi pacti non ex jure imperii præ-„statur.

„v) (ALIUD ENIM EST RES, ALIUD HABENDI MO-„DUS:) Sensus est, quod imperium non ex potesta-„te agendi dijudicari debeat, sed ex causa, titulo „& jure: ita enim rem, i. e. jus in rem summo jure „quis habere potest, etsi agendi potestas restricta „sit: & e contrario, jus plane non habere potest „in rem, & tamen omnia agere sine exceptione.

„w) (UT SÆPE DIXIMUS:) *Supra §. 11. & 12.* „*& L. 2. c. 3. §. 6.*

„x) (QUOD DE PAPHLAGONIA:) Atque huc perti-„nent innumera regna ante allegata scil. Bohemiæ, „Neapolis, Siciliæ &c.

a) (JUS AB USU JURIS:) Equidem sunt nonnulli qui nullam esse differentiam inter jus & ejus exercitium admittunt, & jus imperii ab ipsa administratione dependere contendunt: quos in fine *Cap. seq.* refutabimus.

Author hanc distinctionem probat exemplo furiosi & infantium, quibus omnino jus imperii ex dispositione populi competit: at exercitium ejus non habent, quia intellectus adeoque facultas moralis administrandi deficit. Unde succedit officium curatorum, de quo supra exemplum §. *XIV.* attulimus.

„b) (SIVE ACTUS PRIMUS AB ACTU SECUNDO:) „Ille jus imperii dicitur, hic exercitium ejus, seu „administratio.

„c) (SICUT REX INFANS JUS HABET:) Toti „enim familiæ, adeoque & furiosis & infantibus „delatum est. *Vid. L. 3. c. 20. §. 3. n. 1.*

„d) (SIC ET FURIOSUS:) Ex eadem ratione. „*Vid. L. 3. c. 20. §. 3. n. 1.*

„e) (CAPTIVUS:) Non enim magis hic jus amit-„tit quam absens. *Vid. L. 3. c. 20. §. 3.* At admini-„strare non potest: *ibid.* Unde nec pacem facit: „*ibid.* Conf. *Diss. L. B. de Dankelman de Rege* „*captivo.*

„f) (ET QUI IN ALIENO TERRITORIO ITA VI-„VIT:) Uti olim Reges in expeditione sancta ab-„sentes, Carolus V. in Africa bellum gerens &c. „Exempla Regum Galliæ vide apud *La Force* „*Nouvelle description de la France p. 1. c. 16. p. 202.*

„g) (OMNIBUS ENIM HIS CASIBUS CURATORES „DANDI SUNT:) Qui autem ex naturæ ratione præ-„ferantur vidimus *supra §. XV.* Scil. agnati; non „vero populus, nedum mater.

„h) (PRODICI:) πρόδικος Lacedæmone κατ' ἐξοχὴν „tutor Regis dicitur. *Plut. de Lycurgo. Vid. Crag.* „*de republ. Laced. p. 88.*

i) (Grot.) (DEMETRIUS:) *Vid. Plut. in Demetrio.*

ADDITIO.

„Tesmarus in not. *h.* Simile fere exemplum „refert in Francisco I. ab Hispanis capto. *Vid.* „*Guiccard. Hist. 16.*

CAPUT IV.

De bello Subditorum in Superiores.

I. *Status quæstionis.*
II. *Bellum in superiores, qua tales, ordinarie licitum non esse, jure naturæ.*
III. *Nec concessum lege Hebræa.*
IV. *Minus etiam lege Evangelica: quod probatur ex sacris literis.*
V. *Ex factis Christianorum veterum.*
VI. *Refellitur sententia statuens inferioribus magistratibus licitum esse bellum adversus summam potestatem: idque rationibus & sacris literis.*
VII. *Quid sentiendum si summa & alioqui inevitabilis sit necessitas.*
VIII. *Jus belli dari posse in principem populi liberi.*
IX. *In regem qui imperium abdicaverit.*
X. *In regem, qui regnum alienet, ad impediendam traditionem tantum.*
XI. *In regem qui manifeste totius populi hostem se ferat.*
XII. *In regem post amissum regnum ex lege commissoria.*
XIII. *In regem qui partem duntaxat imperii habeat, pro ea parte quæ ipsius non sit.*
XIV. *Si resistendi libertas certis casibus reservata sit.*
XV. *Invasori alieni imperii quatenus parendum.*
XVI. *Invasori alieni imperii vi resisti posse ex jure belli manentis.*
XVII. *Ex lege antecedente.*
XIIX. *Ex mandato jus imperandi habentis.*
XIX. *Cur extra hos casus id non liceat.*
XX. *In controverso jure privatos sibi judicium sumere non debere.*

§. I.

[a] Bellum gerere possunt & privati in privatos, [b] ut viator in latronem; [c] & summum imperium habentes in eos qui itidem id habent, [d] ut David in Regem Ammonitarum; [e] & privati in eos qui imperio summo, [f] at non in se utuntur, [g] ut Abrahamus [h] in regem Babyloniæ [i] & vicinos; [k] & qui summum imperium habent in privatos,

„AD §. I.) Author hic tractat quæstionem, qua-„le jus privati habeant resistendi Principi? in qua „decidenda admodum variant Doctores. adeoque „cum statum publicum concernat, caute pertra-„ctanda est.

„a) (BELLUM GERERE POSSUNT ET PRIVATI „IN PRIVATOS:) Quoties scil. copia judicis non „est, quo pertinet omnis necessaria defensio. vid. „*supra L. 1. c.* 1. §. 2. *c.* 2. §. 1. *n.* 1. & 2. *L.* 2. *c.* 1. „§. 2. *seq.*

„b) (UT VIATOR IN LATRONEM:) Nam & „tunc copia judicis non est, eoque necessaria of-„fensio.

„c) (ET SUMMUM IMPERIUM HABENTES, IN „EO QUI ITIDEM ID HABENT:). Quod bellum „Author publicum vocat, *Vid. supra l.* 1. *c.* 3. §. 1. „& *c.* 2. §. 1. *seq.*

„d) (UT DAVID IN REGEM AMMONITARUM:) „Et omnia bella, quæ inter duas summas potesta-„tes geruntur. *l.* 29. *ff. Capt. & postl.*

e) (ET PRIVATI IN EOS QUI IMPERIO SUMMO UTUNTUR:) Si scl. necessaria defensio sit, & privatus ille, a Principe extraneo læsus, aliter defendere jus suum non possit: Nam si tales necessariæ defensionis fines non adsunt, vindicare illam injuriam nulli privato licet: supra enim *c.* 2. §. 1. & *c.* 3. §. 21. *n.* 4. dictum est, privatum ab alio Principe læsum sui Principis officium implorare debere, ut ille jus læsi tueatur, prout natura tenetur; qui si Principem lædentem requisiverit ut satisfaciat, nec impetraverit, causa hæc inter duos Principes vertitur, nec nisi Martis arbitrium superest.

ADDITIO.

„Hinc alibi demonstravimus, male tale bellum „mixtum vocari. *Diss. proœm. XI.* §. 166. *n.* 6.

„f) (AT NON IN SE:) Nam suo Principi nun-„quam resistere licet, nec jure necessariæ defen-„sionis.

g) (UT ABRAHAMUS:) Imo hic occupavit terras vacuas, quamdiu igitur ibi habitavit, nullius alterius potestati fuit subjectus, adeoque summæ potestatis jure bella gessit.

ADDITIO.

„Hinc Patriarchæ passim quoque Reges vocan-„tur: uti de Abrahamo exstat locus apud *Just. L.* „36. *c.* 1. idque ex Nicolao Damasceno quoque „probat *Grotius de verit. relig. Christ. L.* 1. *c.* 16. Sane „fœdera eum pepegisse legimus *Gen. XIV*, 13. & „*XXI*, 22. *Conf. Tesm. in not. h.*

„h) (IN REGEM BABYLONIÆ:) Amraphel enim, „cum quo bellum gerebatur, Rex Senaar dicitur: „*Gen. XIV. v.* 1. quæ regia postea Babylonia dicta „fuit. *Gen. X*, 10. *Dan. I. v.* 2. *Gron. h.*

„i) (ET VICINOS:) Nimirum Regem Ponti, Re-„gem Elamitarum, & Thadal, Regem gentium. „*Gen. XIV*, 1.

k) (ET QUI SUMMUM IMPERIUM HABENT IN PRIVATOS:) Si scl. fiat intra fines necessariæ defensionis: alias ordinem procedendi hunc esse antea diximus, ut Princeps læsus adeat magistratum subditi lædentis, qui si reparationem negat, tota jam quæstio est inter duos hos summos Principes, quæ non nisi belli jure decidi potest. *Vid. B. Par. prodr. jur. gent. Ex.* 2. §. 154.

„l) (AUT

vatos, [l] aut sibi subditos, [m] ut David in partem Isbosethi, [n] aut non subditos, ut Romani in piratas.

2. [o] Tantum illud quæritur, an aut privatis [p] aut publicis personis bellum gerere liceat in eos quorum imperio [q] sive summo [r] sive minori subsunt? Ac primum id minime controversum est, [s] arma sumi posse in inferiores, [t] ab iis qui summæ potestatis auctoritate armantur: [u] qualis fuit Nehemias armatus edicto Artaxerxis adversus vicinos regulos. [v] Sic metatores expellendi domino prædii licen- *L. devo-*
tiam Imperatores Romani concedunt. [w] Verum adversus summam *tum C. de*
potestatem, [x] aut inferiores sed agentes quod agunt summæ potesta- *Metato-*
tis auctoritate, quid liceat quæritur. *ribus. lib. XII.*

3. [y] Illud quidem apud omnes bonos extra controversiam est, si quid

l) (AUT SIBI SUBDITOS:) Imo hoc non est bellum, nec privatum, sed est effectus imperii, vi cujus Rex subditos rebelles etiam armis coercere potest. *Vide supra c. 3. §. 1. & §. 5.*

ADDITIO.

„Late id explicavimus in *Diss. prooem. IX. §. 67. n. 2.*

„m) (UT DAVID IN PARTEM ISBOSETHI:) „Imn hic Isbosethus non fuit privatus aut subditus, „sed legitimus Israelitarum Rex, consensu populi & „hæreditario jure denominatus: David autem „tantum erat Rex Judæ. *2. Sam. II, 8. seq. & III, 1.* „Unde verum hic erat & publicum bellum, quod „inter duas summas potestates gerebatur; Atque „hinc David ab interfectoribus Isbosethi (quem „hominem justum vocat) pœnas sumsit. *2. Sam.* „*IV. 12.* Sane David eo demum mortuo Rex Is„raelitarum factus est. *2. Sam. V, 1. seq.*

„n) (AUT NON SUBDITOS, UT ROMANI IN „PIRATAS:) Aut Piratæ fuerunt populi summa „potestate utentes, aut colluvies latronum: priori „casu jure belli cum ipsis actum est; posteriori ca„su jure necessariæ defensionis. De bellis pirati„cis late egimus *supra c. 2. §. 1. & Differt. prooem.* „*IX. §. 166. n. 7.*

„o) (TANTUM ILLUD QUÆRITUR AN AUT PRI„VATIS:) i. e. an subditus contra Principem, vel „magistratum sibi præpositum arma sumere possit?

„p) (AUT PUBLICIS PERSONIS:) i. e. an magi„stratibus minoribus jus vi resistendi Principi com„petat.

„q) (SIVE SUMMO:) i. e. Regi.

„r) (SIVE MINORI:) i. e. alii magistratui & „potestati inferiori.

„s) (ARMA SUMI POSSE IN INFERIORES:) Si„ve privatos, sive magistratus.

t) (AB IIS QUI SUMMÆ POTESTATIS AUTHORITATE ARMANTUR:) Qui non suo jure vim inferunt, sed jussu superioris.

„u) (QUALIS FUIT NEHEMIAS:) Vicini enim, „Persarum imperio subjecti, quovis modo repara„tionem civitatis impediebant, Cyrus edicto suo „Nehemiæ concessit facultatem his resistendi, ad„eoque ille jussu superioris vim repellebat.: Simi„le exemplum est in edicto, quo Ahasverus Judæis „facultatem concessit sese defendendi contra vim „inimicorum: at neutro casu jure belli facultas „resistendi competiit.

v) (SIC METATORES:) Imn hi nnn expellebantur jure belli, sed ex lege Imperatoris; adeoque dominus prædii hic nudus fuit executor legum; nihil enim interest an Princeps ipse, an per alios leges suas exsequatur.

ADDITIO.

„Metatores sunt qui eligendi & præparandi „hospitii causa præcurrunt. *Goth ad rubr. C. de* „*metatis:* Licentia autem hos metatores expellen„di illis demum dominis competebat, qui ab hospi„tiis liberi erant. *Goth. add. rubr. & ad L. 5. C. eod. &* „*passim tot. tit.*

„w) (VERUM ADVERSUS SUMMAM POTESTA„TEM QUID LICEAT QUÆRITUR?) i. e. quæritur „an aut privatus, aut minor magistratus in sum„mam potestatem arma sumere possit?

„x) (AUT INFERIORES SED AGENTES QUOD „AGUNT SUMMÆ POTESTATIS AUTHORITATE:) „i. e. an privatus Magistratui, Principis volunta„tem exequenti, vim inferre possit?

y) (ILLUD QUIDEM APUD OMNES. &c.) Duo hic quærit Auth̃nr 1.) An subditus Principi aliquid juri naturæ contrarium præcipienti parere teneatur? 2.) An injuriam inferenti privatus resistere possit, saltem si certissimum discrimen adsit? Utrumque negat Author, & merito: Nam, quod ad *primam quæstionem* attinet, certum est, objecta imperii per naturam alia esse non posse quam quæ nostræ facultatis & arbitrii sunt, quæ enim actiones nostræ ne quidem in nostra potestate sunt, qui in alterius hominis esse possunt? Natura igitur facultates nostras aliis subjecisse videri non potest, quæ ne quidem in nobis sunt; nec nos obligare voluit ad faciendum id, quod in potestate nostra non est, & de quo disponere non possumus:

Talia sunt 1.) quæ jure naturæ vetita sunt, quæ nec superior ipse facere, nedum alios ad faciendum cogere potest: 2.) Quicquid virtuti contrarium est: etsi enim homines non præcise teneantur ad virtutis officia, tamen cum natura nos doceat divinæ perfectioni repugnare quosdam actus,

Pars I. Oonn Prin-

quid imperent naturali juri aut divinis præceptis contrarium, [z] non esse faciendum quod jubent. [aa] Nam Apostoli cum dixerunt Deo magis quam hominibus obediendum, [bb] ad certissimam provocarunt regulam, omnium inscriptam mentibus, quam totidem ferme verbis expressam apud [cc] Platonem reperias: at si qua [dd] ex tali causa, [ee] aut alioqui quia summum imperium habenti ita libet, injuria nobis inferatur [ff] ea toleranda est potius, quam vi resistendum.

§. II.

Princeps quoque talia ut faciamus injungere non potest. 3.) Quicquid non est actus voluntatis nostræ, sed judicii & intellectus: Etsi enim arbitrii nostri sit, quamdiu adhuc aliquid dubii esse putamus in re, cohibere consensum, quin ne consentire tum quidem tanquam in re incerta possimus, certum tamen est, si vel nihil in re dubii sit, vel nihil esse statuamus, impossibile esse, ut consensum cohibere possimus: non magis quam in hoc: *Bis duo esse quatuor:* Atque huc pertinent res fidei. 4.) Quicquid alias impossibile est, nam ibi deficit facultas naturalis agendi. Hæc itaque imperando Princeps excedit terminos imperii, adeoque cum imperium in his rebus nullum sit, etiam nulla ex imperio obligatio esse potest. Certum igitur est ex tali imperio nos non teneri: Atque hinc recte Apostoli imperio Superiorum, *ne docerent Christum*, opposuere, Deo magis parendum, quam homini: quia quicquid Dei mandato contrarium est, extra terminos est imperii humani. De *altera quæstione* §. seq. agetur.

„z) (NON ESSE FACIENDUM QUOD JUBENT:) „*Conf. prol.* §. 41. quo pertinet exemplum obstetricum Ægyptiorum, *Exod. 1. v. 15. seq.* idque „opponebat Basilius præfecto Valenti, qui jubebat „ut idola coleret apud *Tesm. in not. b.* His adde „exemplum Christianorum militum sub Juliano. „*Vid. supra L. 1. c. 2. §. 10. n. 11.*

„aa) (NAM APOSTOLI:) *Act. IV, 19. & V, 24.*

„bb) (AD CERTISSIMAM PROVOCARUNT RE„GULAM:) Nam ratio naturalis dictat, facienda „non esse ea quæ mandato Dei, a quo omnem fa„cultatem nostram agendi habemus, repugnant.

„cc) (PLATONEM:) *In Apologia Socratis:* Add. „*Sophocl. in Antig. v. 453.*

„dd) EX TALI CAUSA:) Quæ mandatis divinis „repugnat.

„ee) (AUT ALIOQUI:) Uti si Princeps jus mihi etiam ex jure civili quæsitum injuria aufert.

„ff) (EA TOLERANDA EST POTIUS QUAM VI „RESISTENDUM:) Quæstio hæc in §. *seq.* tracta„bitur.

(AD §. II.) Author quæstionem maximi momenti hoc & *seqq.* §§. explicat, an & quatenus Principi notorie injuriam facienti resistere liceat? in qua decidenda eo cautius procedendum, quia illa non nisi per civile bellum agitari potest & solet.

„Res ita se habet: Summi imperii præcipue „duo sunt capita: Tueri (1) Jus seu justitiam. (2) „Bonum civitatis seu publicum. Neutrum fieri „potest nisi, quid tale sit, primum constet, aut, „si quid in ambiguo hæreat, definiatur. Sequitur „ergo, dato summo imperio, seu summa potestate „tuendi justum & bonum civitatis, ei conjunctum „esse judicium seu arbitrium statuendi in re dubitabili, quid sit æquum & bonum; atque adeo quid „tuendum, *per pos. 4. n. 4.* Et, cum ideo summum in terris imperium natura constitutum sit, ut „esset potestas, quæ gentem humanam vice divini „Numinis regeret, ejusque bonum ac felicitatem, „quæ prædictis duobus capitibus constat, recte temperarent; *per pos. 4. n. 3.* adeo, ut quicquid ad „hanc *eudæmoniam* tum tuendam, ornandam, perficiendam, tum maxime explicandam & definiendam pertinet, id omne summa imperii potestate, „sollicitudine & moderatione, quin sub ejus quasi „forma & natura comprehensum sit: *per pos. 4. n. 2.*

„Judicium seu arbitrium non est, nisi rei dubiæ „& qualitercunque disceptabilis, ita, ut deliberandum videatur quid magis eligendum sit. Si enim „appareat quid æquum, aut factu optimum sit, jam „non judicio seu arbitrio res cognoscenda, sed cognita & certa erit, & vel justum bonumque, vel „contrarium. Etenim, cum omnis publica Magistratus potestas imperii, quod tuenda justitia & „Republica continetur, finibus circumscripta sit, „certum est, qua eos excedit, privatum esse.

„Hinc dicimus, non esse bellum subditorum in „superiores; ne quidem jure defensionis necessariæ. Etsi enim illa omnibus animantibus, nedum „omnibus hominibus communis sit; tamen respectu superiorum non esset illa defensio contra injuriam, sed rebellio adversus imperium; quod est „superioris, & cui parendum est, non resistendum.

„Neque causari possunt subditi se lædi, injuriasque pati; quia id non ipsorum, maxime in sua causa, sed superiorum est judicium; quod non sibi „sumere, sed ei stare subditos oportet. Nec ipsorum est prætexere, Rempublicam vastari, vel ei „non recte consuli, vel atrocia fieri; quia hoc omne „judicium & arbitrium cum summo imperio in Magistratum translatum est; & subditi nec de jure „statuere, nec de bono Reipublicæ arbitrari possunt. „Utrumque (tum justum ne an injustum? tum, expediat Reipublicæ, nec ne?) est facultas Magistratus, & summi imperii propria; neutrum, subditorum.

„Quare manifestum est, inter Magistratum & „subditos statum belli per naturam intelligi non posse;

„ſe; ſed omnia, etiam armis, ex capite imperii agi
„ad compeſcendos ſubditos contumaces, & ſubigen-
„dos rebelles; uti ex capite belli ad debellandum ho-
„ſtem, & tuendam Rempublicam ſi cum extraneo
„ſeu hoſte res ſit.

„Cæterum id ancipitis maxime quæſtionis eſt, ſi
„Magiſtratus quid committat, ut jure naturæ deſi-
„nat eſſe Magiſtratus, & vel privatus, vel hoſtis
„fiat ſuæ Reipublicæ, ut Atheois 30 olim tyranni,
„quid diccodum? Et duplex ea viſio eſt: (1) An
„committi ita poſſit officium Magiſtratus publicum?
„(2) Quæ natura ſint hujusmodi commiſſi effecta &
„conſequentia?

„Prioris quæſtionis perpetua norma eſt ut,
„quoadusque dubitari poſſit, juſtum an inju-
„ſtum, bonum an adverſum ſit, omns judicium
„& arbitrium ſit Magiſtratus, neque ullæ ſubdito-
„um partes, niſi parendi Si vero certa
„ac indubia ſit actus injuria, vel Reipublicæ
„noxia, atque adeo ceſſet judicium, Magiſtratus,
„quatenus notorie, ut loquuntur, æqui ſeu boni
„publici limites perrumpit, vel excedit, non ut
„Magiſtratus agit, ſed ut privatus: Atque ideo tum
„hactenus privatorum jure utitur.

„In altera quæſtione diſtinguendi ſunt exceſſus:
„qui vel privati ſunt, vel publici. Prius de pri-
„vatis: Tales ſunt, cum Magiſtratus vel adver-
„ſus privatos committit, ut Achab contra Naboth:
„*I. Reg. XXI.* vel in rebus ac cauſis ſuis privatis, noo
„in officio: ut Caligula & Nero ſtupris, inceſti-
„bus & adulteriis inſames fuere: qualia & Hen-
„rico IV. Cæſari objecta ſunt. Et ex his cauſis
„non deſinit eſſe Magiſtratus, in quem nihil com-
„miſit, ſed quoad excaſſum iodubitatum habe-
„tur pro privato,

„Unde conſtat, actum hunc Magiſtratus, quip-
„pe manifeſte injuſtum, omni jure nullum eſſe:
„& nec jus nec obligationem inde naſci. Verum,
„id maxime certatur, an talis privatus uti poſſit
„jure naturali neceſſariæ defenſionis in extremo
„periculo, quo ſe, aut res ſuas, aliter tueri noo
„poteſt? Equidem cum natura id brutis quoque
„datum ſit, non poteſt negari in homioe; mo-
„do vere res poſita ſit in ſtatu inculpatæ tute-
„læ ſcl. ut & injuria ſit indubitata; nec alia
„eandem evadendi via. Verum tamen, cum ita
„comparati ſunt homines, ut fere judicium ſe-
„cundum ſe ferant, oec injurias ſuas viles habeant,
„facillimeque adeo ſibi perſuaſuri eſſent, ſe eſſe in
„ſtatu **einer rechten Nothwehre**, cum non ſint;
„nihil intutius, & aleæ ac periculi plenius foret,
„quam ejus rei arbitrium permitti ſubdito contra
„Magiſtratum.

„Uode concludo, jus tale, ut privato licita ſit
„**die Nothwehre** contra Magiſtratum, aſſeren-
„dum non eſſe; non quod natura intra juſtos ter-
„minos ei id negaverit; ſed, quia hoc ipſum,
„num res ſit io terminis neceſſariæ & inculpatæ
„defenſioois, ſubditi judicio, cum illud potius
„Magiſtratus ſit, contra Magiſtratum permiſſum vi-
„deri non poteſt. Quodſi vero ſubditus eo tamen
„jure utatur, & poſtea, cauſa cognita, appareat,
„terminis inculpatæ tutelæ ubique obſervatis ipſum
„ſe vitamque ſuam defendiſſe, abſolvendus erit.

„Equidem, cum Saul Davidis vitæ jam immineret,
„nec appareret effugiendi locus, David tamen,
„cum Regem in manibus haberet, ipſi pepercifſet,
„*1. Reg. XXIV.* ipſe Saul agnovit illud pro benefi-
„cio, & fatetur, fuiſſe penes Davidem jus **einer
„rechten Nothwehre**, cum *d. c.* 24. *v.* 20. ait:
„*Quis, cum invenerit inimicum ſuum, dimittit
„eum?* Secus eſt, ſi privatus alium aggreditur, vel
„lædit: id enim ſactum ſua natura illicitum eſt, &
„adverſus illud defendendi ſui licentia natura cui-
„que permiſſa eſt, &, ſi fines inculpatæ tutelæ is
„exceſſerit, exceſſus ille punitur.

„Atque ita ſummus Magiſtratus ob vitia privata
„non excidit ſummo imperio ſeu magiſtratu, in
„quo nihil commiſſum eſt. Et licet forte mani-
„feſta eſſent vitia, non tamen in terris poteſtas
„naturæ conſtituta eſt, quæ ea vindicet; cum ſum-
„ma penes ipſum ſit poteſtas, quæ aliam ſuperio-
„rem vel judicem non agnoſcit, niſi Deum. Ne-
„que de jure neceſſariæ defenſionis quæri poteſt,
„cujus caſus eſt, cum quis alium invadit, ſpoliat,
„lædit; non cum alias infamibus vitiis ſe polluit.
„Supereſt ergo, horum vindictam ſoli Deo, ipſi-
„usque tremendo judicio reſervari. Uude intelli-
„gitur cauſa, quæ duos hiſtoricorum Principes,
„Livium *Lib.* 24. *c.* 4. & 7. & Polybium *Excerpt.
„Legat. lib.* 7. colliſit in hiſtoria Hierooymi, Sici-
„liæ Tyranni, qui propter infamiſſuna crimina
„occiſus eſt. Hunc enim Livius jure; Polybius
„injuria cæſum ait: *dd. loc.* non tam juris, quam
„facti diſſidio: quia Polybius teſtabatur, privata
„ſaltem crimina fuiſſe. *d. lib.* 7. Atque hæc de
„privatis. Videamus jam de publicis exceſſibus.

„Hi in officio committuntur, & vel adverſus
„ipſam Rempublicam, vel in populum promiſcue. Et
„hæc quoque cauſa pariter certiſſimam regulam &
„decidendi Legem accipit *ex ſupra dictis.* Quousque
„enim dubitari poteſt, num facto hoc adverſus Rem-
„publicam vel populum, vel ultra notiſſimos ſum-
„mi imperii fines molitus quid fuerit, ipsius judi-
„cium, omnemque ſummum Magiſtratum ipſi in-
„tegrum, ejusque arbitrio ſtandum, nec ullam po-
„pulo cauſam querendi eſſe, qui judicium cum ſum-
„mo imperio in ipſum transtulit, ibi oſtenſum eſt.

„Hoc & præclariſſime Samuel, *1. Sam. 8. v. 11.* in
„concione populi Regem ſibi poſcentis; & hæc re-
„gula ac ratio, divini Vatis ſententiam docet. Ille
„quippe jura futuri Regis recenſet, fines ſeu limites
„cujusque juris non addit. Tueri ſcilicet oportet
„populum ſeu Rempublicam, & regiam una dignita-
„tem, ſine qua nec reſpublica poteſt, communibus
„civium viribus, operis, ac præſidiis; idque oaturali
„ratione, quia ipſorum res eſt, & ideo in civitatem
„coiverunt. Hæc igitur, ut ipſi conducere videtur,
„exigere Regis eſt. Quæ vero alia jurium genera
„nominat Samuel, quam jura illa regalis exigendi
„a ſubditis operas, angarias &c. eosque adigendi ad
„munera & officia publica, atque ad miniſteria aulica
„utriusque ſexus; *d. c.* 8. *v.* 11. 12. 13. 16. & conſti-
„tuendi ærarium publicum, ad miniſteria & officia
„publica, aliaque onera Rei publicæ ſuſtentanda; ſi-
„ve collatis fundis, ſive redituum portionibus, deci-
„mis &c. *v.* 14. 15. 17. Non quod in infinitum alia
„onera imponere poſſit; cum tantum poſſit ad ne-

§. II.

1. a Et naturaliter quidem omnes ad arcendam a se injuriam jus habent

„cessitates & utilitates publicas; sed quia Regis ju-
„dicium est, quid sit è Republica? Unde etsi ipse du-
„riora imparet, cum certus & status à natura mo-
„dus præscriptus non sit, nullus subditis querulandi
„aut repugnandi locus relinquitur, *d. cap. 8. v. 18.*
„Exposuit itaque jussu Dei Samuel populo, quæ le-
„ge naturæ & gentium sint jura Regis; & inprimis,
„de horum finibus non populum, sed Regem solum
„statuere posse, ipsiusque, ut summi moderatoris,
„quin vice Dei, judicium esse, &c.

„Atque hæc ita de casu, quo res quodammodo
„adhuc dubia est. Dispiciendum jam de altero,
„quo excessus manifestus & plane certus est. Et
„eadem hic regula tenet: nec hoc casu committi
„summum imperium Magistratus, sed quoad exces-
„sum manifestum pro privato haberi, ut *supra* di-
„ximus. Uti, si leges imperet juri naturæ, vel divi-
„no morali contrarias; vel quid statuat Reipublicæ
„noxium, idque manifestum sit. Plane enim cer-
„tum est id irritum & nullum esse, & nec jus nec
„obligationem parere : quia id extra fines sum-
„mi imperii est, à quo solo omnis publica
„ejus potestas unice pendet, & extra ejus limites
„nulla est, sed ipse privatus, qui nihil de Republi-
„ca statuere potest: adeoque quæ ita statuit, nemi-
„nem obligant, sed abolenda sunt. At non desi-
„nit esse summus Magistratus, etsi in officio com-
„mittat: quia naturali ratione ex eo, quod quis in
„officio quoque committit, oritur saltem obligatio
„ad reparandum & tollendum excessum; *per pos.*
„*7.* non autem regulariter privatio officii.

„Videndum ergo, quibus excessibus summum
„imperium commissum, Magistratusque amissus
„jure naturali intelligatur? Et dubitari plane ne-
„quit, si summus Magistratus tendat ad everten-
„dum Rempublicam ejusve statum; aut grassetur
„in perniciem populi, idque manifestum sit, quin
„ipse hostem induat, eoque desinat ipso jure esse
„Magistratus. Hæc enim per naturam simul stare
„non possunt, esse summum Magistratum, qui
„tuendæ Reipublicæ ac servando populo constitu-
„tus est, & tendere ad evertendum Reipublicæ
„statum, vel populum: quod hostium & hostile
„est. Fit igitur ille ex Magistratu hostis & per-
„duellis; ex cive & civitatis capite, peregrinus.
„Et, cum civitas seu populus in corpus coierit sta-
„tus sui tuendi causa, non potest amplius videri
„corporis illius membrum, qui adeo ab illo se se-
„parat, ut ejus incolumitati insidietur: quæ pu-
„gnant cum affectu civis, & animi odiique hostilis
„sunt: ut fuere Athenis 30. tyranni; *Iust. V. 6. 10.*
„Romæ Decemviri. *Liv. lib. III. c. 48. 49.* Et tales
„Cajus ac Nero visi, & hostes judicati sunt. *Suet.*
„*in Neron. c. 49. D. Cass. lib. 63. in fin.*

„Everti autem Reipublicæ status intelligitur, et-
„iam cum pars status præsentis, secularis vel ec-
„clesiastici, evertitur: cum per partes totus ita
„perverti posset.

„In perniciem populi, quem tueri oportuit,
„grassari intelligitur, qui, etsi non pariter in o-
„mnes sæviat, ita tamen promiscue, ut periculum,
„terror, exemplum, ad omnes pertineat; Liv. *lib.*
„*3. c. 36.* Quod Claudianus *de Bell. Gild.* ita pul-
„chre expressit.

„*Instat terribilis vivis; morientibus hæres;*
„*Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter:*
„*Divitibusque dies, & nox metuenda maritis.*

„Tale quoque est, cum Magistratus, leges
„communi sensu pro tutela status præsentis latas,
„pervellit: vel, cum non tantum leges adversus
„jus naturæ fert, sed & vi in invitos exequi, &
„conscientias, in quas imperii nulla vis est, co-
„gere putat, ut in historia Assamonæorum. *Ma-*
„*chab. lib. 1. & 2.* Quo facto, etsi forte erran-
„tes, multo deteriores, hypocritas scil & simu-
„latores Deo mentientes, faciunt (conf. *Matth.*
„*XXIII. v. 13.*) quæ scelera in cogentium, quippe
„Autorum, capita omnino redundant.

„His casibus & excessibus igitur, quibus desinit
„summum imperium seu Magistratus, redire il-
„lud ad populum, vel eum cujus summa tum in
„Republica est potestas, necesse est: Et huic adeo
„tum suæ Reipublicæ, ejusque status præsentis, le-
„gumque ac civium custodia ac defensio incumbit.
„Quæ proinde tum non peragitur ex causa belli
„juris Gentium, quod non est, nisi inter duos li-
„beros populos, sed ex causa imperii specialiter
„dicti. De quo jam plus satis.

ADDITIO.

„Subditus nec naturæ jure vim inferre Principi
„potest, etsi gravius ejus sit imperium, imo etsi
„forte in subditos quosdam sæviat: Nam 1)
„Omnes & singuli arbitrio Principis se se submi-
„serunt, adeoque huic soli competit judium in sin-
„gulos subditos, non singulis subditis in Princi-
„pem. 2) Injuriæ sæpius videntur privatis, quæ
„ut admittantur necessitas vel utilitas Reipublicæ
„exigit: Et tunc obtinet quod Tacitus ait: *Inju-*
„*rias privatas utilitate publica compensari.* 3) Ne-
„gari nequit Principi in singulos idem jus com-
„petere, quod populus ante delationem imperii in
„singulos habuit: Certum autem est populo in
„statu Democratico litem de injuria singulis illata
„moveri non potuisse. 4) Qui Principi vim in-
„fert, hoc ipso lædit jus totius populi; tollit
„enim eum cui populus tutelam civitatis communi
„consensu commisit. Nemo autem jus tertii, ne-
„dum totius populi, prætextu necessariæ defensio-
„nis, violare potest. Conf. *l. 2. c. 3. §. 4. ibique not.*
„Sane misera foret conditio imperantium, si actus
„ejusmodi privati judiciu singulorum subjecti essent,
„vel si rationem actionum suarum singulis reddere
„tenerentur: Alias rationes allegat Author *h. & §.*
„*6. §. 7.*

„*a*) (ET NATURALITER QUIDEM OMNES AD
„ARCENDAM A SE INJURIAM JUS HABENT:)
„Quod verum omnino est, quia natura ejusque
„Author

habent resistendi, ut [b] supra diximus. [c] Sed civili societate ad tuendam tranquillitatem instituta, [d] statim civitati jus quoddam majus in nos & nostra nascitur, [e] quatenus ad finem illum id necessarium est. [f] Potest igitur civitas jus illud resistendi promiscuum publicæ pacis & ordinis causa prohibere: [g] Et quin voluerit dubitandum non est, [h] cum aliter non possit finem suum consequi. Nam si maneat promiscuum illud resistendi jus, [i] non jam civitas erit, sed dissociata multitudo, [k] qualis ille Cyclopum:

Θεμιςεύει δὲ ἕκαςος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων.
Dant conjugibus jus
Quisque suis sobolique
Νομάδες, ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.
[l] *Confusa turba, nemo ubi audit neminem:*

[m] Et Aboriginum, qui [n] Sallustio tradente, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum: [*] & apud eundem alio loco Getuli, qui neque moribus, neque lege aut imperio cujusquam regebantur. *Eurip. Cyclop.*

3. [o] Ita, ut dixi, habent mores omnium civitatum: [p] *Generale*

„Author, dum jura quædam singulis propria esse „voluit, simul facultatem concessit jura illa defen„dendi, nisi superior & judex adsit.

„b) (SUPRA:) *L.* 1. *c.* 1. §. 10. & 14. *c.* 2. §. 1. „§. 6. & 8. *c.* 3. §. 1. §. 17. §. 21. *n.* 5.

„c) (SED CIVILI SOCIETATE AD TUENDAM „TRANQUILLITATEM INSTITUTA:) Quod plenius „Author explicat *L.* 1. *c.* 3. §. 1. *n.* 2. §. 2. *n.* 1. „*L.* 2. *c.* 21. §. 3. *c.* 20. §. 8. *n.* 4. §. 9. *n.* 4. §. 40. „*n.* 1. *L.* 1. c. 2. §. 5. *n.* 5. *c.* 1. §. 10. *n.* 7.

„d) (STATIM CIVITATI JUS QUODDAM MAJUS „IN NOS ET NOSTRA NASCITUR:) Quod dominium „eminens vocare solet. *L.* 1. *c.* 1. §. 6. *c.* 3. §. 6. *L.* 3. „*c.* 20. §. 7. *l.* 2. *c.* 14. §. 13. & 7. *L.* 3. *c.* 2. §. 15. „*L.* 2. *c.* 5. §. 24. *n.* 2. at revera pars est imperii, *dd. ll.*

„e) (QUATENUS AD FINEM ILLUM ID NECES„SARIUM EST.) Civitas enim dominium eminens „saltem habet in cives & res civium *ad usum pu„blicum*, *L.* 1. *c.* 3. §. 6. *n.* 2. & boni communis „causa. *L.* 1. *c.* 1. §. 6. *ibique notat.*

„f) (POTEST IGITUR CIVITAS JUS ILLUD RE„SISTENDI PROMISCUUM &c. PROHIBERE:) Imo „singuli hoc ipso dum in civitatem coeunt, „adeoque se suasque actiones civitatis arbitrio sub„jiciunt, juri suo vi privata agendi renunciant.

„g) (ET QUIN VOLUERIT DUBITANDUM NON „EST:) Non demum id voluerunt ex prohibitione „quadam, sed ex pacto dum in civitatem coeunt.

„h) (CUM NON ALITER POSSIT FINEM SUUM „CONSEQUI:) Quia subsistere tranquillitas publica „non posset; quæ tamen finis est civitatis.

„i) (NON JAM CIVITAS ERIT, SED DISSOCI„ATA MULTITUDO:) Status naturalis maneret, & „nullus civitatis esset effectus.

„k) (QUALIS ILLA CYCLOPUM:) Verba Euri„pidis hæc sunt:

„Non fora ibi nec jura valent, nec legibus æquis
„Vivitur: ast montesque colunt imisque latebris,
„Speluncarum: quisque dat libera jura
„Natisque uxorique: aliena haud respicit ullus.

„Nos alibi probavimus imperia patrumfamilias a „natura statuta esse: Adeoque in primævo rerum „statu verè fuisse dissociatam multitudinem. Conf. „*Diss. prooem. XII.* §. 612. *seq.*

l) (Grot.) (CONFUSA TURBA NEMO UBI AUDIT NEMINEM:) De Bebriciis similia prodidit Valerius:

non fœdera legum
Nulla colunt, placidas aut jura tenentia mentes.

„m) (ET ABORIGINUM:) Aliarumque gentium „quæ in civitatem nondum coiverunt, sed per fami„lias reguntur: Uti igitur nunc lites quæ inter plures „civitates oriuntur non nisi bello decidi possunt; ita „olim controversiæ inter familias ortæ non nisi „Martem arbitrum habuerunt. Vid. *L.* 1. *c.* 1. §. 1. *n.* 1.

„n) (SALLUSTIO TRADENTE:) *Bell. Catil.* 6.

„*) (ET APUD EUNDEM:) *Jugurth.* *c.* 18. Alia „exempla ejusmodi gentium quæ in civitates non „coiverunt attulimus in *not. ad dict.* *c.* 1. §. 1. *n.* 1.

„o) (ITA UT DIXI HABENT MORES OMNIUM „CIVITATUM:) Nimirum civitati, & civitatum re„ctoribus solis jus competere vi agendi, non pri„vatis; & privatos non posse resistere jussibus ci„vitatis.

„p) (GENERALE PACTUM EST SOCIETATIS HUMA-

rale pactum est societatis humanæ, inquit [q] Augustinus, *Regibus obedire.*

Æschylus: Τραχὺς μόναρχος κ' ἐχ' ὑπεύθυνος κρατεῖ
Rex est, suo uti jure, nulli obnoxius.

[r] Sophocles: Ἄρχοντές εἰσιν, ὥς θ' ὑπεικτέον. τί μή;
Nam principes sunt: obsequendum. quippe ni?

[s] Euripides: Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας χρεὼν φέρειν.
Imperia habentum perferenda injuria est.

Adde quod [t] supra ex Tacito in hanc rem adduximus: [u] cujus & hoc est: *Principi summum rerum arbitrium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est.* Hic quoque
Indigna digna habenda sunt Rex quæ facit.

[v] Seneca: *Æquum atque iniquum regis imperium feras:*

[w] Quod ex Sophocle sumptum, [*] qui dixerat:
Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν,
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.

Et quod apud [x] Sallustium est: [y] *Impune quidvis facere, id est regem esse.*

3. [z] Hinc ubique majestas, id est dignitas, [aa] sive populi, sive unius qui summo fungitur imperio, tot legibus, tot pœnis defenditur: [bb] quæ constare non potest si maneat resistendi licentia. [cc] Miles qui castigare volenti se centurioni restiterit, [dd] si vitem tenuit, [ee] militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum centurioni intulit, [ff] capite punitur: Et apud Aristotelem est, εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐ δεῖ ἀντιπληγῆναι, *si magistratum gerens aliquem verberavit, reverberandus non est.*

L. Milites. §. Irreverens. D. de re mil. Rufus legibus militaribus, c. XV.

§. III.

„HUMANÆ REGIBUS OBEDIRE:) Verum 1) non „est dari aliquam societatem humanam. *Vid. L.* 1. „*c.* 1. §. 10. Verum quoque 2) non est societatem „humanam unquam tale aliquid pepigisse.

„q) (AUGUSTINUS:) *L. 3. confess. c.* 2. quod relatum est in *dist. 8. c.* 2.

„r) (SOPHOCLES:) *in Ajace v.* 678. Similia „*vide v.* 1096. & in *Antigone v.* 676. & *v.* 989. item „in *Philoctete v.* 921. *Vid. Tesm. h.*

„s) (EURIPIDES:) *in Phœniss. v.* 396.

„t) (QUOD SUPRA:) *Vid. L. 1. c. 3. §. 15.*

„u) (CUJUS ET HOC EST:) *Lib. 6. Annal.* 8.

„v) (SENECA:) Verba sunt Creontis quibus „alloquitur & solatur Medeam euntem in exilium: „*Sen. in Medea. v.* 195. *vid. Tesm. h. l.*

„w) (QUOD EX SOPHOCLE SUMTUM:) In *Antig. v.* 676.

„*) (QUI DIXERAT:) Verba hæc sunt: Quem urbs „præfecit hic audiendus est de parvis, justis & injustis,

„x) (SALLUSTIUM:) In Jugurth. *c.* 31. *inf.*

y) (Grot.) (IMPUNE QUIDVIS FACERE, i. e. REGEM ESSE:) Pertinent huc M. Antonii verba quæ ex Josepho modo adduximus.

ADDITIO.

„Alias authoritates cumulavit *Tesmarus in not. h.* „*ex Platone, Seneca, Plinio, Thuano. Item Ammiano* „*Marcellino, Cicerone. &c.*

„z) (HINC UBIQUE MAJESTAS TOT LEGIBUS „TOT POENIS DEFENDITUR:) Hinc inter crimina „primum occupat locum læsa Majestas, & conjungitur pœna læsæ Majestatis humanæ cum pœ„na læsæ Majestatis divinæ.

„aa) (SIVE POPULI SIVE UNIUS:) Nam eadem est Majestas, sive ab uno sive a pluribus te„neatur,

„bb) (QUÆ CONSTARE NON POTEST, SI MA„NEAT RESISTENDI LICENTIA:) Vera ratio est, „quod familiæ in civitatem coeuntes, ac jus summi „imperii in civitatem transcribentes, suo juri vi „agendi renuncient, ac se suaque judicio civitatis „submittant. *supra lit. f.*

„cc) (MILES QUI CASTIGARE VOLENTI SE CEN„TURIONI RESISTIT:) Rigor hic est ex disciplina „militari, sine quo difficile esset tot millia homi„num male moratorum in ordinem redigere, „*Conf. L. 3. c. 18. §. n.* 2.

„dd) (SI VITEM TENUIT:) i. e. apprehendit „scipionem quo verberatur a Centurione. *Tac.* 1. „*Ann.* 23. *vid. Gron. & Tesm. h.*

„ee) (MILITIAM MUTAT:) i. e. ex honestio„re ac lucrosiore ad minus honestam & minus lu„crosam transfertur. *Gron. h.*

„ff) (CAPITE PUNITUR:) Quia superiori re„sistit: quod in militia speciem rebellionis infert.

„a) (IN

§. III.

[a] In lege Hebræa mortis supplicio damnatur qui inobediens fuerit, aut summo Pontifici, [b] aut ei qui extra ordinem rector populi a Deo esset constitutus. [c] Quod vero apud Samuelem est de jure regis, omnino recte inspicienti apparet, [d] nec de jure vero intelligendum, id est, de facultate honeste & juste aliquid agendi, [e] (longe enim alia vivendi ratio præscribitur regi in ea parte legis, quæ est de officio regis) [f] neque nudum factum indicari: nihil enim esset in eo eximium, cum injurias facere etiam privati privatis soleant: [g] sed factum quod effectum aliquem juris habeat, id est *non resistendi obligationem. [h] Ideo additur, populum pressum istis injuriis

Deuter. XVI. 12. *Jos.* I. 18. 1 *Samuel* VIII. 5. *Deuter.* XVII. 14.

„a) (IN LEGE HEBRÆA MORTIS SUPPLICIO „DAMNATUR:) Author ex legibus Hebræorum „probat Magistratui etiam iniqua decernenti resisti „non posse: idque de judice ecclesiastico statutum „est *Deut. XVII. v.* 12. *Vid. Tesm. & Cunæum de* „*Rep. Hebr. L.* 1. *c.* 12. *&* 13.

„b) (AUT EI QUI EXTRA ORDINEM RECTOR „POPULI A DEO EST CONSTITUTUS:) Loquitur de „Iosua qui non electus a populo, sed immediate a „Deo judex constitutus fuit, cujus dictis obedire „tenebatur populus sub pœna mortis. *Josu. cap. I.* „*per tot. & §. fin.*

c) (QUOD VERO APUD SAMUELEM EST DE JURE REGIS:) Author ut probet, nullo casu Principi resisti posse, allegat jus regium quod Samuel populo proposuit, & concludit, Deum ea propositione indagare voluisse, Regem impune injurias inferre subditis posse: *Vid. pr. §. 2. in not.*

„d) (NEC DE JURE VERO INTELLIGENDUM:) „Varie hunc locum interpretantur Doctores. *Alii* „jus regium hic pro vitiosa aliqua consuetudine „Regum sumunt: Indeque ajunt, explicari hic nudum „factum Regis, quid facturus sit, non quid facere „deberet. *Alii* cum Authore contendunt, significari „per hoc jus regium impunitatem, i. e. Regem im„pune hæc facere posse, quia resistere subditi in„juriam facienti non possunt. *B. Parens* verum „jus regium hic describi ait, sed cujus fines a Re„gis arbitrio dependerent: *Vid. Prodr. Jur. gent.* „*Ex.* 2. *§.* 147. Verba ejus relata sunt initio *§. praced.*

„Nos existimamus, non *in genere jus regium* ibi „proponi, neque jus quod ex natura imperii se„quitur, ibi explicari. Nam justo imperio omni„no repugnat, *constituere pro lubitu subditos ara*„*tores agrorum, & messores segetum, fabros armo*„*rum, filias unguentarias, & ponere servos subdi*„*torum in opere suo, auferre NB. agros, vineas &* „*oliveta possessoribus, ac decimare populum &c.* Sed „proponitur ibi mos *Regum Orientis: Vid. sup.* „*L.* 1. *c.* 3. *§.* 20. *n.* 1. Expetebant nimirum Israe„litæ Regem ad exemplum vicinarum gentium, „Deus ipsis explicavit morem quo vicini Reges ute„rentur, eorumque arbitrio reliquit num talem sibi „constitui vellent: Illi consentiebant in has leges, & „Samueli, actiones Regum præmissas explicanti, eos„que dehortanti, respondebant: *Nequaquam; Rex* „*enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut* „*omnes gentes, & judicabit nos Rex noster &c.* „Hoc ergo jus erat intuitu Israelitarum ex consen„su, quia de operis & de bonis suis pro lubitu „disponere, eaque arbitrio Regis submittere potue„runt: atque hinc declarat supremum Numen *se* „*clamorem populi non auditurum, quia talem Re*„*gem petiissent.*

„e) (LONGE ENIM ALIA VIVENDI RATIO „PRÆSCRIBITUR IN EA PARTE LEGIS, QUÆ EST „DE OFFICIO REGIS:) Verum jus regium descri„bitur in *Deut. XVII. v.* 14. *seq.* quod toto cœlo „differt a jure Regis quod Samuel explicavit, & „quod jus fuit Israelitis ex consensu.

„f) (NEQUE NUDUM FACTUM INDICARI:) „Quasi scl. Samuel id proposuerit, ut populo con„stet quid Rex facturus est, non quid facere de„beret: Nam expressis verbis *jus regium* (quo scili„cet vicini utebantur) vocavit, quod proinde nu„dum factum non indicat.

„g) (SED FACTUM QUOD EFFECTUM ALIQUEM „JURIS HABET:) i. e. impunitatem: Nam hunc „effectum juris gentium esse ait, ut effectum ali„quando pariat externum ad instar illius primitivi „juris. *prol. §.* 41. ubi speciatim hoc exemplum af„fert, ne magistratui vi resistere liceat, cum ex „hypothesi Authoris jure naturæ id fieri possit. „*vid. supra §.* 1. *&* 2. At diximus verum jus Re„gum Orientis ibi exponi, talem autem Regem „sibi optabant Israelitæ.

*) (Grot.) (NON RESISTENDI OBLIGATIONEM:) Philo in Flaccum: πότε γὰρ εἰς ἀπόστασιν ὑπωπτεύθημεν; πότε δ' οὐκ εἰρηνικοὶ πᾶσιν ἐνομίσθημεν; τὰ δ' ἐπιτηδεύματα, οἷς καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμεθα, οὐκ ἀνεπίληπτα, καὶ συντείνοντα, πρὸς εὔνοιαν πόλεως καὶ εὐστάθειαν: *Quando enim defectionis suspecti fuimus? quando non pacis amantes ab omnibus judicati sumus? instituta vero, quibus utimur quotidie, nonne extra reprehensionem sunt, nonne ad concordiam bonumque statum civitatis conducit.*

„h) (IDEO ADDITUR:) Imo non ideo additur, „quasi jure gentium demum impunitas hæc regibus „sit concessa; sed ideo Deus eos non exaudit, quia re„gem cum tali potestate qua vicini utebantur, petiere.

 „i) (SED

L. jus pluribus. D. de just. & jur.

juriis Dei opem imploraturum, quia ſcilicet humana remedia nulla exſtarent. [i] Sic ergo hoc jus vocatur, quomodo prætor jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit.

§. IV.

I. [*] In novo fœdere Chriſtus præcipiens, dari Cæſari quæ Cæſaris ſunt, [a] intelligi voluit a ſuæ diſciplinæ ſectatoribus non minorem, ſi non majorem, obedientiam cum patientia (ſi opus ſit) conjunctam ſummis poteſtatibus deberi, quam ab Hebræis regibus Hebræis debebatur, quod latius exſequens optimus ejus interpres Paulus Apoſtolus, [b] officia ſubditorum late deſcribens, inter alia, *Qui obſiſtit,* inquit, *poteſtati, Dei ordinationi obſiſtit: tum vero qui obſiſtunt, ſibi ipſis condemnationem accipient.* Addit mox, *Dei enim miniſter eſt qui poteſtate fungitur tuo bono.* Deinde: *Quapropter neceſſe eſt ſubjici, non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam.* In ſubjectione includit [c] non reſiſtendi neceſſitatem, neque eam ſolum quæ [d] ex formidine majoris mali oritur, [e] ſed quæ ex ipſo ſenſu officii noſtri manat, [f] neque hominibus tantum [g] ſed & Deo nos obligat. Rationes addit duas: primum, [h] quod Deus ordinem illum imperandi & parendi approbaverit, & olim in lege Hebræa, & nunc in Evangelio: [i] quare poteſtates publicæ eo loco nobis habendæ ſunt quaſi ab ipſo Deo eſſent conſtitutæ. [k] Noſtra enim facimus, quibus auctori-

Rom. XIII.

„i) (SIC ERGO JUS HOC VOCATUR, QUOMO-„DO PRÆTOR JUS REDDERE DICITUR, ETIAM „CUM INIQUE DECERNIT:) Sane ſubditi de io-„juria non queri potuerunt, quia in facta Regis com-„promiſerunt: Cæterum in eo differunt Rex & ju-„dex, quod ille conveniri non poſſit a ſubditis „propter injurias privatas, hic poſſit.

*) (IN NOVO FOEDERE:) Author h. §. ex novo codice probat, Chriſtum & Apoſtolos commendaſſe hominibus ne reſiſtant magiſtratibus injuſta jubentibus.

„a) (INTELLIGI VOLUIT A SUÆ DISCIPLINÆ „SECTATORIBUS NON MINOREM, SI NON MAJOREM OBEDIENTIAM &c. DEBERI:) Servator non „reſpondet ad quæſtionem: *an Principi inju-„riam facienti reſiſtere liceat?* ſed *an Cæſari tri-„buta debeantur?* Cum igitur ait *Cæſari danda „ſunt quæ Cæſaris ſunt,* id de tributis ſaltem intel-„ligendum eſt, quæ Cæſar jure a ſubditis exigere „potuit: Argumentum igitur hoc ad priorem „quæſtionem plane non concludit.

„Cæterum ſuppoſitum Authoris, quaſi lex „Evangelii majorem obedientiam erga Principem „inculcet, examinavimus in *Differt. proœm. III. „§. 44. n. 5. & §. 46. n. 2.*

„b) (OFFICIA SUBDITORUM LATE DESCRI-„BENS:) Hæc officia fluunt ex ipſo jure naturæ: „neque hactenus aliquid addit Apoſtolus, præter „unicum illud, quod perfectionis & virtutis eſt, ut „ſcil. non tantum metu pœnæ, ſed & propter con-„ſcientiam parere Magiſtratui debeant.

„c) (NON RESISTENDI NECESSITATEM:) Imo „ex his verbis id non ſequitur: Potius ex ratione „quam Apoſtolus allegat, (quod poteſtate fungatur „*tuo bono,*) concludi poſſet, ceſſare illam obedientiæ „& patientiæ rationem, ſi non *tuo* bono fungatur, „ſed *ſuo* bono.

„d) (EX FORMIDINE MAJORIS MALI:) i. e. „metu pœnæ.

„e) (SED QUÆ EX IPSO SENSU OFFICII NOSTRI „MANAT:) i. e. ex conſcientia & animi puritate.

„f) (NEQUE HOMINIBUS TANTUM:) i. e. Re-„gibus, in quos omne jus ſuum imperii & judi-„cium tranſcripſere.

„g) (SED ET DEO NOS OBLIGAT:) Quia Deus „pacta vult ſervari, ea præcipue, quæ juris execu-„tionem reſpiciunt.

„h) (QUIA DEUS ORDINEM ILLUM IMPERAN-„DI ET PARENDI APPROBAVIT:) Rectius, quia „Parentes ideo imperantes eligunt, ut hi legem „Dei exequantur.

„i) (QUARE POTESTATES PUBLICÆ EO LOCO „NOBIS HABENDÆ SUNT, QUASI AB IPSO DEO „SINT CONSTITUTÆ:) Quia leges naturæ ejusque „Authoris exequuntur:

„k) (NOSTRA ENIM FACIMUS, QUIBUS AU-„THORITATEM NOSTRAM IMPERTIMUR:) Quod „faciendi quis alii jus dat, ejus ipſe Author cen-„ſetur. *Vid. ſupr. §. 5. n. 2.*

„l) (QUOD

ctoritatem nostram impartimur. Alteram, [l] quod hic ordo nostro bono inserviat.

2. [m] Atqui, dicat aliquis, injurias pati utile non est. Hic quidam, [n] vere magis quam ad sensum Apostoli, ut arbitror, apposite, dicunt, has quoque injurias utiles nobis esse, quia ista patientia sua non sit caritura mercede. Mihi videtur Apostolus considerasse finem universalem isti ordini propositum, [o] qui est tranquillitas publica, [p] in qua & singulorum comprehenditur. Et sane [q] quin plerumque hoc bonum per potestates publicas consequamur dubitandum non est: nemo enim sibi male vult: [r] at imperantis felicitas in subditorum felicitate consistit. [s] *Sint quibus imperes*, [t] ajebat ille. Proverbium est apud Hebræos: *Nisi potestas publica esset, alter alterum vivum deglutiret:* qui sensus & apud Chrysostomum: τῶν πόλεων τὰς ἄρχοντας ἂν ἀνέλῃς, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους καὶ κατεσθίοντες, *nisi rectores civitatum essent, feriorem feris viveremus vitam, non mordentes tantum,* [u] *sed & vorantes alios alii.*

Quod

„l) (QUOD HIC ORDO BONO NOSTRO INSERVIAT:) Tendit enim ad defensionem juris nostri, „quæ fit auxilio totius civitatis.

„m) (ATQUI DICAT ALIQUIS, INJURIAS PATI UTILE NON EST:) Respondet Author, utile „esse quoad finem imperii universalem, qui est „tranquillitas publica; sub qua etiam comprehenditur privata: Neque finem illum universalem „tolli, etsi in hunc vel illum privatum injurii „sint imperantes. Ratio rationis hæc est, quia pri„vatorum non est judicium quid ad finem uni„versalem pertineat: intuitu subditorum enim „semper bonum esse quicquid Rectori placet, mo„do civitatem non evertat, omne enim arbi„trium ejus est; subditis autem nil nisi obsequii „gloria est relicta.

„n) (VERE MAGIS, QUAM AD SENSUM APO„STOLI &C. APPOSITE:) Imo ad sensum Apostoli „quoque apposite hæc dicuntur, is enim non tan„tum de jure loquitur, nec de sola obligatione „non resistendi, sed & virtutis & perfectionum „regulas inculcat, & mercedem promittit iis qui „patientiam exercent, & privatas injurias, nedum „publicas, patienter ferunt. Utilitas igitur in eo „consistit, quod ista patientia non sit sua caritura „mercede: quod evidentissime apparet ex collatione „cum effato Petri. *Vide infra n. 6.*

o) (Grotius) (QUI EST TRANQUILLITAS PUBLICA:) Bene Chrysostomus: συνεργός ἐστί σοι συμπράττει σοι. Princeps nimirum Evangelium prædicanti. Dedolat ille quod tu descobinas.

ADDITIO

„De hoc fine universali civitatis late egit *B. Parens in tr. de Auton. jur. gent. c. 6. & 7.*

„p) (IN QUA ET SINGULORUM COMPREHENDITUR:) Nam publica tranquillitas subsistere „non potest, nisi singulis quoque bene sit.

„q) (QUIN PLERUMQUE HOC BONUM PER „POTESTATES PUBLICAS CONSEQUAMUR:) Jus „enim privata vi agendi plurima incommoda ha„bet: nam 1.) læsus, uti in bello apparet, paria „cum lædente pericula subit; 2.) ob rem mini„mam, si alter resistit, utriusque vita in discrimine „posita est. 3.) lædentes multum iræ & vindictæ, „utpote judices quasi in propria causa, tribuere „solent &c.

„r) (ET IMPERANTIS FELICITAS IN SUBDITO„RUM FELICITATE CONSISTIT:) Dum ergo ho„rum felicitatem curat Imperans, suam procurat.

s) (Grot.) (SINT QUIBUS IMPERES:) Dictum hoc Sullæ ajunt Plutarchus, Florus, & alii, unde sumsit Augustinus lib. III. cap. 28. de civitate Dei.

t) (AJEBAT ILLE:) Scl. Furfidius ad Sullam, *Flor. 3. 21. vid. Gron. & Tesm. h.*

u) (Grot.) (SED ET VORANTES ALIOS ALII:) Est hoc de statuis sexto, sed & hoc: ἐὰν γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλῃς πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν. *Tolle tribunalia, & omnem de vita tranquillitatem abstuleris.* Deinde: μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴποις, εἴτις κακῶς τῷ πράγματι κέχρηκεν, ἀλλ' αὐτῆς βλέπε τῆς διατάξεως τὴν εὐκοσμίαν, καὶ τὴν πολλὴν ὄψει τοῦ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς νομοθετήσαντος σοφίαν. *Nec mihi illos refer qui male usi sunt honoribus, sed ipsius instituti vide pulchritudinem, & sapientiam ejus admiraberis qui primus ejus auctor fuit.* Idem ad Romanos: κἂν ἀνέλῃς αὐτὰς (τὰς ἀρχὰς) πάντα οἰχήσεται. καὶ οὐ πόλεις, καὶ οὐ χώρα, οὐκ οἰκία, οὐκ ἀγορὰ, οὐκ ἄλλο οὐδὲν στήσεται, ἀλλὰ πάντα ἀνατραπήσεται τῶν δυνατῶν τοὺς ἀσθενεστέρους καταπινόντων. *Magistratus si abstuleris, pereant omnia; non urbes stabunt, non agri, non forum, nec quicquam aliud, evertentur omnia & fortioris esca fiet quilibet infirmior.* Idem sensus apud eundem ad Ephes. V.

3. Quod si quando [v] nimia formidine [w] aut iracundia aliisve affectibus transversi agantur rectores, quo minus rectam ineant viam quæ ad tranquillitatem ducit, id [x] inter minus frequentia habendum est; & quæ, ut ait Tacitus, interventu meliorum pensantur. Leges autem satis habent id [y] quod plerumque accidit respicere, [z] ut ajebat Theophrastus, quo & illud [aa] Catonis pertinet: *Nulla lex* [bb] *satis commoda est: id modo quæritur, si majori parti & in summa prodest.* Quæ autem rarius contingunt, [cc] communibus tamen regulis constringenda sunt, quia [dd] etsi ratio legis in isto speciali facto specialiter locum non habeat, [ee] manet tamen ratio in sua generalitate, [ff] cui specialia subjici fas est. [gg] Id enim satius quam sine norma vivere, aut normam cujusque arbitrio permitti. [hh] Seneca apposite ad hanc rem, *Satius erat a paucis etiam justam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.*

L. 6. de leg. *L. 3. de leg.* *Liv. l. 34.* *Lib. VII. de benef. c. 16.*

4. [ii] Locum & hic habere debet illa nunquam satis memorata [kk] apud Thucydidem sententia; *Sic existimo, etiam singulis hominibus plus eam prodesse civitatem quæ tota recte se habeat, quam si qua privatis floreat utilitatibus, ipsa autem universim laboret. Qui enim domesticas fortunas bene collocatas habet, patria tamen eversa, pereat & ipse necesse est: Contra vero, etiam si quis in beata republica parum felix*

„v) (NIMIA FORMIDINE:) Ut qui ob leves „suspiciones subditos reos majestatis faciunt, ex- „emplo Claudii, *Suet. 37. Gron. h.*

„w) (IRACUNDIA:) Ut Alexander, cui, ubi „exarsisset, nec dilatio ultionis nec modus erat. „*Just. 9. 8. Gron. h.*

„x) (INTER MINUS FREQUENTIA:) Adeoque „quæ finem illum universalem, i. e. tranquillita- „tem publicam non tollunt.

„y) (QUOD PLERUMQUE ACCIDIT, RESPICERE:) „Lex enim est regula, regula autem statuitur „juxta id quod plerumque accidit.

„z) (UT AJEBAT, THEOPHRASTUS:) Cujus „sententiam refert Pomponius *in L. 3. de leg.* & „Paulus in *L. 6. ff. de Leg. Add. L. 4. l. 5. l. 10. l. 12.* „*eod. Arist: 3. pol. II. Quintil. D. 252. & 274.*

„aa) (CATONIS:) In disputatione illa de abro- „ganda lege Oppia, apud *Liv. 34. c. 3. Tesm. h.*

„bb) (SATIS COMMODA EST:) Scl. omnibus. „*Gron. h.*

„cc) (COMMUNIBUS TAMEN REGULIS CON- „STRINGENDA SUNT:) Regula enim generalis ma- „net, etsi aliquando patiatur exceptionem.

„dd) (ETSI RATIO LEGIS:) Quæ voluit pro- „spicere non tantum securitati singulorum, sed „publicæ magis.

„ee) (MANET TAMEN RATIO IN SUA GENE- „RALITATE:) Quæ ideo potestates constitutas sup- „ponit, ut civibus in genere bene sit.

ff) (CUI SPECIALIA SUBJICI FAS EST:) Etsi igitur quorundam privatorum utilitates turbentur, manet tamen utilitatis publicæ ratio.

„gg) (ID ENIM SATIUS QUAM SINE NORMA „VIVERE:) Adeoque tota ratio Authoris eo redit, „majus malum esse sine summa potestate vivere, „quam vivere sub potestate utut injusta, adeoque „utilius esse huic quoque parere, quam nulli: Nos „modo diximus, potestates introductas esse boni „publici causa, quid vero publice bonum sit, ar- „bitrium esse imperantis non singulorum. Sane „finis universalis illius ordinis in Principe su- „perest, etsi potestate sua in quibusdam actibus „privatis abutatur.

„hh) (SENECA APPOSITE AD HANC REM:) „Mihi videtur minus apposite locus ille ad hanc „rem allegari, ut ex inspectione ipsa apparet.

„ii) (LOCUM ET HIC HABERE DEBET &c.:) „Author confirmat suam sententiam authoritati- „bus, & ex Thucydide, Livio, Platone, Xeno- „phonte &c. refert, tranquillitatem publicam „præferendam esse saluti privatorum:

kk) (Grot.) (APUD THUCYDIDEM SENTENTIA:) Lib. II. quicum bene convenit illud Ambrosii libro III. de officiis: *Eadem singulorum est utilitas, quæ universorum.* Et illud in jure: *Semper non quod privatim interest uni ex sociis servari debet, sed quod communi societati expedit.* L. actionis §. Labeo. D. Pro Socio. Adde L. unicam. §. penult. C. de Caducis tollendis.

ADDITIO.

Thucydides *de bell. pelop. l. 2. p. m. 114. Adde Sen. L. 1. de Clem. 4. Vellej. Paterc. 2. 3. Cic. lib. 4. ad Heren. 44. Plin. 7. c. 18. Cic. 1. offic. c. 25. & l. 1. de fin. c. 7. Arrian. 6. §. 436. Tesm. in not. h.*

„ll) (LI-

lix est, multo tamen facilius per illam incolumis servatur. Quare cum civitas quidem singulorum possit sustentare calamitates, singuli autem publicas non item; quid est cur non universim ipsi consulere, ipsamque tueri oporteat, nec id facere quod vos facitis, dum quasi attoniti jactura rei familiaris salutem proditis reipublicæ? Quem sensum breviter ita explicat [ll] Livius: *Respublica incolumis & privatas res salvas facile præstat: publica prodendo tua nequicquam serves.* Lib. XXVI. [mm] Plato dixerat legum IV: τὸ μὲν γὰρ κοινὸν συνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις. καὶ συμφέρει τῷ κοινῷ τε καὶ ἰδίῳ ἀμφοῖν, ἢ τὸ κοινὸν τίθεται καλῶς μᾶλλον ἢ τὸ ἴδιον: *quod commune est connectit civitates, quod singulorum dissipat; quare & publice & privatim utilius est ut publica magis quam privata curentur.* [nn] Xenophon vero: ὅςις ἐν πολέμῳ ὢν ςασιάζει πρὸς τὸν ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτȣ̃ σωτηρίαν ςασιάζει: *qui in bello contra ducem seditiose se gerit, facit hoc cum suæ salutis periculo.* Eodem & illa Iamblichi verba pertinent: *Non disjuncta est privata utilitas a publica, imo in bono communi singulare etiam continetur: & ut in animalibus cæteraque natura, ita in civitatibus in totius salute salus est partium.*

5. In publicis autem [oo] præcipuum haud dubium est ordo ille, quem dixi, imperandi, parendique; [pp] is vero cum privata resistendi licentia consistere nequit. Explicare libet hoc ipsum nobili [qq] Dionis Cassii loco: ȣ̓ μὲν τοι καὶ ἐγὼ ȣ̓̃τ' ἄλλως καλὸν εἶναι νομίζω ἄρχοντά τινα τῶν ἀρχομένων ἡττᾶσθαι, ȣ̓̃τ' ἂν σωτήριόν τι γενέσθαι ποτὲ, εἰ τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν τινι, κρατεῖν αὐτȣ̃ ἐπιχειρήσειε. σκέψασθε δὲ ποῖος μὲν κόσμος. οἰκίας γένοιτο, ἂν οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ὄντες τῶν πρεσβυτέρων καταφρονήσωσι. ποῖος δὲ τῶν διδασκαλείων, ἂν οἱ φοιτῶντες τῶν παιδευτῶν ἀμελήσωσι. τίς ὑγίεια νοσȣ̃σιν, ἂν μὴ πάντα τοῖς ἰατροῖς οἱ κάμνοντες πειθαρχῶσι. τίς δι ἀσφάλεια ναυτιλλομένοις, ἂν οἱ ναῦται τῶν κυβερνητῶν ἀνηκȣςῶσι. φύσει τε γὰρ ἀναγκαῖά τινα καὶ σοτήρια τῷ μὲν ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῷ δὲ ἄρχεσθαι τέτακται: *Esse vero neque decorum existimo, ut rector civitatis subditis cedat, neque spem esse ad salutem si quod parere positum est velit imperare. Cogitate enim quis futurus sit ordo in familia, si a junioribus senes spernantur: unde sanitas ægrotantibus, si non per omnia Medicis pareant: quid tuti navigantibus, si plebs nautica gubernantium jussa contemnat. Natura quippe id necessarium & hominibus salutare, ut alii quidem imperent, alii vero pareant.*

6. Paulo

„ll) (LIVIUS:) *L. 26. c. 36.*

„mm) (PLATO:) *de Legibus L. 4.*

„nn) (XENOPH:) *Inst. 8. p. m. 216.*

„oo) (PRÆCIPUUM HAUD DUBIE EST ORDO „ILLE:) Cujus finis universalis est tranquillitas „publica.

„pp) (IS VERO CUM PRIVATA RESISTENDI „LICENTIA CONSISTERE NON POTEST:) Imo hoc „argumentum non concludit. Nam 1.) verum „non est resistendi licentiam consistere non posse „cum illo ordine imperandi & parendi, ipse enim „Author ait, resistere Principi licere si ea lege „delatum est imperium: *vid.* §. 14. Vel si indiscri„mine vitæ ponatur privatus: *vid.* §. 7. Potest er„go consistere ordo ille cum licentia resistendi. „Vera ratio, cur resistere Principi non liceat 2) „hæc est, quia singuli omne arbitrium in Princi„pem transtulerunt, adeoque judicare de ejus „actibus non possunt.

„qq) (DIONIS CASSII:) *L. 41. p. m. 168.*

„rr)

1. Epist. II. 18. 6. Paulo comitem addamus Petrum; cujus hæc sunt verba: *Regem honorate. Servi, subditi estote cum omni timore dominis, non solum bonis & æquis,* rr *sed etiam duris. Hoc enim cedit gratiæ, si quis* ss *propter conscientiam Dei suffert molestiam injuste afflictus; quæ enim gloria est si peccantes & colaphis cæsi subsistitis? sed si bene agentes, & tamen male habiti subsistitis,* tt *hoc cedit vobis gratiæ apud Deum.* Confirmat mox hoc a Christi exemplo. Idemque sensus in Clementis constitutionibus his verbis exprimitur: ὁ δῦλος ἔυνοιαν Φερέτω πρὸς τὸν δεσπότην μετὰ Φόβȣ Θεȣ̃, κἂν ἀσεβὴς κἂν πονηρὸς ὑπάρχῃ. *Servus Deum timens simul bene hero suo velit, quamvis impio, quamvis injusto.* Notanda hic duo: quod dicitur subjectionem dominis deberi etiam duris, uu idem ad reges quoque referendum: Nam quod sequitur, ei fundamento superstructum, vv non minus subditorum quam servorum officium respicit. Ac deinde talem a nobis requiri subjectionem, ww quæ injuriarum patientiam secum ferat: xx sicut de parentibus dici solet:

yy *Ames parentem, si æquus est: si non, feras.*

Et Eretriensis quidam adolescens qui Zenonis scholam diu frequentaverat, quid ibi didicisset rogatus respondit: ὀργὴν πατρὸς Φέρειν, zz *iram patris ferre.* De Lysimacho α Justinus: *Magno animo regis, velut* L. xv. *parentis, contumeliam tulit.* β Et apud Livium est: *Ut parentum sæ-* L. xxvii. *vitiam, sic patriæ, patiendo ac ferendo leniendum esse.* Apud Tacitum: Annal. xvi.

γ *Fe-*

„rr) (SED ETIAM DURIS:) Quia arbitrium „an duri sint an non, penes subditos non est.

„ss) (PROPTER CONSCIENTIAM:) Quia „patientia sua non est caritura mercede. *Vid. supra* „*n. 2. pr.*

tt) (Grot.) (HOC CEDIT VOBIS GRATIÆ APUD DEUM:) Tertullianus de Pœnitentia: *Timor hominis Dei honor est.*

ADDITIO.

„Adeoque ex hoc loco apparet, Apostolos lo„qui de virtute, de perfectionis & regulis & præ„miis; commendant illi patientiam, & in vicem „hujus perfectionis mercedem promittunt: adeoque „de jure non resistendi plane non loquuntur. *Vid.* „*supr. n. 2.*

„uu) (IDEM AD REGES QUOQUE REFERENDUM:) Imo mala hæc est comparatio: *Servus* pa„rere tenetur Domino, quia hic jus vitæ & necis „in servum habet: *Populus* autem paret ex sua vo„luntate & dispositione: *Ille* resistere non potest, „quia Dominus jure suo utitur vitam ipsi auferen„do, *hic* resistere ex alia ratione non potest, quia „arbitrium suum in Principem transtulit.

„vv) (NON MINUS SUBDITORUM QUAM SER„VORUM OFFICIUM RESPICIT:) Utrumque verum „est; sed ex diversis principiis, uti modo vidi„mus.

„ww) (QUÆ INJURIARUM PATIENTIAM SECUM „FERAT:) Imo hæc patientia sequitur ex subje„ctione: Dum enim populus jus suum summque „arbitrium in Principem confert, ejus non est de „injuria queri.

„xx) (SICUT DE PARENTIBUS:) Comparatio „hæc nihil probat: Parentibus resistere non licet, „si forte durius castigant liberos. At si vitæ pericu„lum imminet liberis, vel membrorum mutilatio, „omnino resistere parentibus possunt; ad paren„tes enim saltem pertinet educandi jus, & facultas „de actionibus liberorum disponendi: In vitam au„tem & membra eorum nullum jus habent. Secus „ac in Principe.

yy) (Grot.) (AMES PARENTEM, SI ÆQUUS EST: SI NON, FERAS:) Terentius Hecyra:

Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.

Cicero pro Cluentio: *Non modo reticere homines parentum injurias, sed etiam æquo animo ferre oportet.* Habet ad hoc præceptum pulchra Chrysostomus tum II. ad Timotheum, tum libro V. adversus Judæos. Pertinent huc & quæ Epictetus, & post eum Simplicius habent de duabus ansis.

ADDITIO.

„Similia vide apud *Demosthen. ep. 3. in f.* de „toleranda injuria parentum. *Vid. Tesm. in not. b.* „*lit. μ. v.*

„zz) (IRAM PATRIS FERRE:) Historiam nar„rat *Ælianus 5. Varr. 33. Tesm. b.*

„α) (JUSTINUS:) *L. 15. c. 3.*

„β) (ET APUD LIVIUM:) *L. 27. c. 34.*

„γ)

γ *Ferenda regum ingenia:* δ & alibi: *bonos imperatores voto expetendos, qualescunque tolerandos.* Apud Persas ε laudante Claudiano: Hist. iv.

Quamvis crudelibus æque
Paretur dominis.

§. V.

1. Nec ab hac lege Domini discedit [a] consuetudo veterum Christianorum, [b] optima legis interpres. Nam quamquam [c] pessimi sæpe homines imperium Romanum tenuerunt, nec defuerunt qui [d] obtentu adjuvandæ reipublicæ iis se opponerent, [e] nunquam tamen eorum conatibus se adjunxerunt Christiani. In [f] Clementis constitutionibus est βασιλείᾳ ἐ θεμιτὸν ἐπανίςασθαι, *regiæ potestati resistere nefas.* [g] Tertullianus Apologetico: *Unde Cassii & Nigri, & Albini? unde qui* [h] *inter duas lauros obsident Cæsarem?* [i] *unde qui faucibus ejus exprimendis palæstricam exercent? unde qui armati palatium irrumpunt, omnibus tot* [k] *Sigeriis* (sic diserte habet manuscriptus qui est apud omni laude ornatissimos juvenes Puteanos) *ac Partheniis audaciores? De Romanis, ni fallor, id est de non Christianis.* De Palæstrica, quod ait, ad Commodi mortem pertinet, peractam imperio præfecti Ælii Læti, manu palestritæ; [l] quo tamen Imperatore vix quis-

„γ) (FERENDA REGUM INGENIA:) Obsequio „mitigari imperia ait Alexander apud *Curt. 8. 8.* „& *Seneca de ira c. 8. Difficilis quoque & indomita* „*natura blandientem feret.*

„δ) (ET ALIBI:) *Hist. L. 4. c. 8.* Adde *his* „*Cambd. in vita Elisabethæ L. 1. & Hortled. L. 1.* „*c. 6.*

„ε) (LAUDANTE CLAUDIANO:) *In Eutrop. 2.* „*fol. 478.*

(AD §. V.) Author porro probat obligationem, non resistendi ex Martyrum constantia: Verum hæc exempla non jus probant, sed illud, si probatur, confirmant: Obligationem de non resistendo probavimus ex eo quod populus omne suum jus, adeoque & judicium de modo imperandi in Principem transtulerit: idque verum esse Martyrum exempla testantur.

a) (Grot.) (CONSUETUDO VETERUM CHRISTIANORUM:) Ad quam pertinet canon XVIII. Concilii Chalcedonensis, repetitus canone IV. Concilii in Trullo: Concilium Toletanum quartum: capitulum 11. Caroli Calvi in villa Colonia. Synodus Suessionensis canone V.

„*b*) (OPTIMA LEGIS INTERPRES:) Intelligit „legem NOVI fœderis: Nam mores veterum Chri„stianorum non exiguum momentum habere de„bent ad interpretandum ea quæ obscura sunt in sa„cris literis. *Vid. prol. §. 51.* Cæterum sæpius di„ctum est in novo fœdere non de jure hominum „inter se, nec de legibus agi, sed de perfectione.

„*c*) (PESSIMI SÆPE HOMINES:) Ut Tiberius, „Nero, Caligula &c.

„*d*) (OBTENTU ADJUVANDÆ REIPUBLICÆ:) Ut „eam a tyrannide liberarent.

„*e*) (NUMQUAM TAMEN EORUM CONATIBUS:) „Quia juxta virtutum regulas perfectius esse credi„derunt injurias quaslibet ferre quam eas vindi„care.

„*f*) (CLEMENTIS CONSTITUTIONIBUS:) de „quibus *Vid. L. 1. c. 2. §.* 11. *n.* 1.

„*g*) (TERTULLIANUS APOLOGETICO:) *c.* 35.

„*h*) (INTER DUAS LAUROS OBSIDENT CÆSA„REM:) Rectius legitur: Inter *suas* lauros; nam „Commodus pestilentiæ causa in loco lauris vesti„to apud Laurentum oppidum agebat. *Vid. Herod.* „1. 35. *Gron. h.*

„*i*) (UNDE QUI FAUCIBUS EJUS EXPRIMENDIS „PALÆSTRICAM EXERCENT:) Notat enim Grono„vius *h.* Commodum in exercitatione luctæ pe„riisse, validissimo palæstrita, specie exercendi, gut„tur ejus comprimente eousque donec expiraret. „Vide tamen *Herod. l. c. f.*

k) (Grot.) (SIGERIIS:) Xiphilinus Domitiano. ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν Παρθένιος ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ καὶ Σιγήριος (male Σίγηρος) ἐν τῇ πρoκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν. *Insidias autem ei communicato inter se consilio struxere Parthenius Præpositus cubiculariorum, & Sigerius & ipse e cubiculariis.* Martialis libro IV.

Sigeriosque meros, Partheniosque sonas.

Corruptum hic nomen non hic modo in Tertulliano fuerat, sed adhuc est in Suetonio, ubi Saturius, & in Victore vulgari, ubi Casperius legitur.

„*l*) (QUO TAMEN IMPERATORE VIX QUISQUAM

quisquam fuit fceleratior. Parthenius, cujus factum itidem deteftatur Tertullianus, erat ille qui peffimum Imperatorem m Domitianum oppreffer at. His comparat n Plautianum præfectum Prætorio, qui Septimium Severum valde fanguinarium Imperatorem occidere in palatio voluerat. In eundem Septimium Severum o arma, quafi pro reipublicæ caritate fumpferat in Syria Pefcennius Niger, p in Gallia & Britannia Clodius Albinus. q Sed horum quoque factum Chriftianis difplicuit, quod & ad Scapulam jactat Tertullianus: *Circa majeftatem Imperatoris infamamur: tamen nunquam Albiniani vel Nigriani, vel Caffiani inveniri potuerunt Chriftiani.* Caffiani illi erant, qui fecuti erant r Avidium Caffium, virum egregium, qui in Syria fumtis armis caufabatur rempublicam fe ire reftitutum, s quam M. Antonini negligentia perderet.

2. t Ambrofius cum injuriam u non fibi tantum, fed & gregi fuo, & Chrifto fieri crederet a Valentiniano, Valentiniani filio, populi fatis concitati motu ad refiftendum uti non voluit. x *Coactus*, inquit, *repugnare non novi; dolere potero, potero flere, potero gemere: adverfus arma, milites, Gothos quoque, lacrymæ meæ arma funt, talia enim funt munimenta facerdotum, aliter nec debeo, nec poffum refiftere.* Mox: *Exigebatur a me ut compefcerem populum: referebam, in meo jure effe ut non excitarem, in Dei manu ut mitigaret.* Idem y Ambrofius Maximi copiis

Lib. v. orat. in Auxent.

„FUIT SCELERATIOR:) Et tamen Tertullianus „commendat Chriftianos, quod his liberatoribus „civitatis fe non adjunxerint.

„m) (DOMITIANUM OPPRESSERAT:) *Sueton. in* „*Domit. c. 16.*

„n) (PLAUTIANUM PRÆFECTUM PRÆTORIO:) „Cui filii fui Baffiani filiam defponfaverat. *Guth-* „*bert. Chronol. in Septim. Sever. p. m. 136.*

„o) (ARMA SUMSERAT IN SYRIA PESCEN- „NIUS NIGER:) Qui in Syriaco exercitu impera- „tor fuit proclamatus, & quem Severus tribus ma- „gnis prælis vicit: is Antiochiæ, quo fugerat, in- „terfectus eft. *Guthberlet. d. l. Dio Caff.*

„p) (IN GALLIA ET BRITANNIA CLODIUS AL- „BINUS:) Britanniæ præfectus, quem antea fibi „junxerat collegam: & cui poftea & Cæfaream „dignitatem & titulum Augufti denegavit, unde „bellum ortum, ubi periit Albinus: *Dio Caff,* „*vid. Calvif. ad ann. mund. 1147.*

„q) (SED HORUM QUOQUE FACTUM CHRISTIA- „NIS DISPLICUIT:) Adeo illicitum effe Principi „refiftere putabant.

„r) (AVIDIUM CASSIUM:) Præfidem Afiæ, qui „a Fauftina conjuge inductus, cum putaret Impe- „ratorem a Quadis occifum effe, imperium arri- „puit, fed poft tres menfes & dies fex interfectus „fuit. *Dio Caff. vid. Calvif. ad ann. mund. 4124.*

„s) (QUAM M. ANTONINI NEGLIGENTIA PER- „DERET:) Cum tamen nullus Imperatorum fapi- „entia, juftitia, modeftia, beneficentia & doctri- „narum ftudio eum æquaverit, *Guthberl. in M.* „*Anton. p. 231.* Exemplum benignitatis infigne „eft, quod literas apud Caffium inventas abolere „jufferit, ne cogeretur invitus aliquem odiffe. „*Dion. Caff. vid. Calvif. d. l.*

„t) (AMBROSIUS:) Qui miffus erat a præfecto „prætorio Mediolanum cum infignibus Confulari- „bus ad regendam Infubriam, Liguriam & Æmi- „liam. *Calvis. ad ann. m. 4318.* Mortuo Auxentio, „Mediolanenfi Epifcopo, ipfe ad fedandam emotio- „nem accurrens ab omnibus eligitur Epifcopus. „*Calvif. ad an. mund. 4325.*

„u) (NON SIBI TANTUM SED ET GREGI SUO:) „Nam ad inftinctum matris Juftinæ, hærefi Ar- „riana infectæ, Mediolani catholicos quos potuit „fedibus fuis ejecit. *Calvif. ad a. m. 4325.*

x) (Grot.) (COACTUS REPUGNARE NON NOVI) Inferuit Gratianus caufa XXIII, quæftione VIII. Idem Ambrofius epiftola XXXIII: *Vultis in vincula rapere? voluntas eft mihi, non ego me vallabo circumfufione populorum.* Imitatus eft magnus Gregorius libro VI. epiftolar. *Si in morte Longobardorum me mifcere voluiffem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in fumma confufione effet divifa.*

„y) (AMBROSIUS MAXIMI COPIIS ADVERSUS IM- „PERATOREM ET ARRIANUM ET ECCLESIÆ GRA- „VEM UTI NOLUIT:) Valentinianus junior Arria- „nos fedibus fuis reftituit, capitali fupplicio confti- „tuto fi quis id impedire vellet: Auxentius Me- „diola-

copiis, adversus Imperatorem, & Arianum, & Ecclesiæ gravem, uti noluit. Sic Julianum defectorem cum pessima consilia agitaret, lacrymis Christianorum repressum, ait Nazianzenus, addens, τῦτο μόνον ἐχόντων κατὰ διώκτυ φάρμακον, *quia solum hoc contra persequutorem erat remedium.* Atqui exercitus ejus ferme omnis ex Christianis constabat. Adde quod, ut observat idem Nazianzenus, sævitia illa Juliani non tantum in Christianos erat injuria, sed & rempublicam in summum adduxerat periculum. Accedat his illud Augustini ubi illa Apostoli ad Romanos dicta explicat: *Necesse est propter hanc vitam nos subditos esse oportere, non resistentes si quid illi* (rectores) *auferre voluerint.*

Theodoret. hist. Eccles. lib. 5. c. 4.

Orat. 1. in Julianum.

Prop. 74.

§. VI.

1. Inventi sunt nostro sæculo viri, eruditi quidem illi, sed temporibus & locis nimium servientes, qui sibi primum (ita etiam credo) deinde aliis persuaderent, ea quæ jam dicta sunt locum habere in privatis, [a] non etiam in magistratibus inferioribus, quibus jus esse putant resistendi injuriis ejus cujus summum est imperium; imo & peccare eos ni id faciant: quæ opinio admittenda non est. [b] Nam sicut in dialecticis [c] species intermedia, si genus respicias, est species; [d] si speciem infra positam, genus: ita magistratus illi, inferiorum quidem ratione habita, [e] sunt publicæ personæ; at superiores si considerentur, [f] privati sunt. Nam omnis facultas gubernandi quæ est in magistra-

„diolanum venit recepturus ecclesiam, Ambrosius „resistebat defensus a populo, & Imperator coa„ctus Ambrosio ecclesiam habere permisit, audito „inprimis nuncio de morte Gratiani: postea varias „Ambrosio insidias struxit, sed frustra. Maxi„mus, præfectus Britanniæ, victo Eugenio Scoto„rum Rege, imperium interim sibi sumsit, Gra„tianum vincit & interficit, minabaturque se in „Italiam cum exercitu venturum, Ambrosius ab„legatus ad pacem conciliandam re infecta redit, „Maximus Italiam occupat, at a Theodosio cujus „auxilium Valentinianus imploraverat vincitur & „interficitur, *Calvis. ad a. m.* 4332. 36. & 37.

(AD §. VI.) Arguit hic Author Scriptores qui jus resistendi Principi injusta jubenti *privatis* negant, at *magistratibus inferioribus* concedunt, inter quos sunt Hottomannus, Petrus Martyr, Danæus, Paræus, Junius Brutus &c. *vid. Grot. & Obrecht. in not. b.* Sed nihil ineptius est hac sententia. Nam *magistratus Inferiores* æque sunt privati, & imperium, quod exercent, non proprio jure, sed tanquam officiales Principis habent, nec plus agere possunt quam ipsis concessum est &c. non autem iis est concessum, ut contra eum insurgant a quo causam habent.

a) (Grot.) (NON ETIAM IN MAGISTRATIBUS INFERIORIBUS:) Petrus Martyr ad Judicum III. Paræus ad XIII. caput ad Romanos, Junius Brutus, Danæus libro VI. Politicorum, & alii.

„b) (NAM SICUT IN DIALECTICIS:) Vera ra„tio est quod magistratus extra fines officii ipsis de„lati meri privati sint, adeoque nec majorem resi„stendi facultatem habeant quam ipsi privati. „Tesmarus egregium hanc in rem allegat locum „Advocati cujusdam apud Hortlederum, *L. 1. c. 9.* „Und liegt nicht daran, daß meine Herren auch „eine Obrigkeit seyn, denn ihre Obrigkeit als „eine Unter-Gewalt, höret auf durch Gebot ih„res Obristen Hauptes. Zudeme daß meiner „Herren ihnen von GOtt durch Mittel Kayserl. „Majestät als eine Regul dem Kayser zu gehor„chen, gegeben ist: Aber Kayserl. Majest. Ge„walt ist ohne Mittel von GOtt, und wie des „Kaysers Gewalt ohne Mittel von GOtt ist, so „soll demselben niemand ohn GOtt allein eigen„gewaltiglich wiederstehen, so lange derselbige „nicht durch diejenige so ihn erwehlet, abgesetzet ist.

c) (Grot.) (SPECIES INTERMEDIA:) Genus speciale: Senecæ epistola LVIII.

„d) (SI SPECIEM INFRA POSITAM, GENUS:) „Adeoque & datur genus subalternum, & genera„lissimum.

„e) (SUNT PUBLICÆ PERSONÆ:) Quia officium „juris dicendi ipsis a Principe concessum est.

„f) (PRIVATI SUNT:) Extra scl. officii fines, „qui in jure dicundo subditis, non in facultate re„sistendi imperanti, & tali imperanti a quo omne „jus suum habent, consistunt.

„g) (UT

giſtratibus, ſummæ poteſtati ita ſubjicitur, [g] ut quicquid contra voluntatem ſummi imperantis faciant, id defectum ſit ea facultate, ac proinde pro actu privato habendum. Locum enim hic quoque habet quod dicunt Philoſophi, [h] ordinem non dari niſi cum relatione ad aliquid primum.

Averr. v. Metaph. com. 6.

2. [i] Ac mihi videntur, qui contra ſentiunt, talem ſtatum rerum inducere, qualem antiqui fabulabantur in cœlo fuiſſe antequam Majeſtas oriretur, quo temqore ajunt [k] minores Deos Iovi non conceſſiſſe. At is quem dixi [l] ordo & ὑπαλληλισμὸς, non tantum ſenſu communi cognoſcitur: [m] unde illud,

Omne ſub regno graviore regnum eſt.

Et [n] Papinii illud:

vice cuncta reguntur:
Alternisque regunt.

Et [o] Auguſtini dictum celebre: *Ipſos humanarum rerum gradus adverte: ſi aliquid juſſerit curator, faciendum: non tamen ſi contra proconſul jubeat: aut ſi conſul aliquid jubeat, & aliud Imperator, non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire: nec hinc debet minor iraſci ſi major prælatus eſt.* Et hoc ejusdem de Pilato: *Talem quippe Deus dederat illi poteſtatem, ut eſſet etiam ipſe ſub Cæſaris poteſtate.*

e qui reſtit. xt. qu. 3. *Ad Joban.*

3. Sed & divina probatur auctoritate. [p] Nam Apoſtolorum princeps ſubjectos nos eſſe vult aliter regi, aliter magiſtratibus: Regi, [q] ut ſupereminenti, id eſt ſine ulla exceptione, [r] præter ea quæ Deus directe imperat, qui injuriæ patientiam probat, non interdicit: Magiſtratibus, [s] tanquam miſſis a rege, id eſt poteſtatem ſuam a rege

1. Ep. II, 1.

„g) (UT QUICQUID CONTRA VOLUNTATEM „IMPERANTIS FACIANT:) Non enim ſunt publicæ perſonæ niſi intra fines ab imperante ipſis „præſcriptos, in reliquis privati ſunt: Unde JCti „Romani optime ſtatuerunt, nec ſubditos parere „debere magiſtratui, qui ſupra jurisdictionem ſuam „jus dicere velit, *l. f. ff. de jurisd.* quia hactenus „privatus eſt,

„h) (ORDINEM NON DARI NISI CUM RELA„TIONE AD ALIQUID PRIMUM:) Bene hoc expli„cat *Gron. h.* Quod in ſerie aliqua eſt, tam diu „locum tueri quamdiu dependet a primo: ita ma„giſtratus tamdiu eſſe magiſtratus quamdiu agunt „ex auctoritate Principis.

„i) (AC MIHI VIDENTUR:) Author hic & in ſe„quentibus late probat id de quo nemo dubitat: „ſcilicet magiſtratum inferiorem cauſam a rege „habere, ejusque imperio parere, adeoque hacte„nus eam privatum eſſe.

„k) (MINORES DEOS JOVI NON CONCESSISSE:) Vi„de Theogeniam Heſiodi ubi recenſet: quemadmo„dum dii illi minores conjuraverint in Jovem, cui „gigantes ut Briareus, Cottus, & Gyges adſtiterunt.

l) (Grot.) (ORDO ET ὑπαλληλισμὸς:) Sic in familia paterſamilias primus, inde materfamilias, inde filii, mox ordinarii ſervi, poſtremo ſervi vicarii. Vide Chryſoſtomum 1. ad Corinth. XIII, 3.

„m) (UNDE ILLUD:) Apud *Sen. Thyeſt. v. 612.* „At hoc effatum non pertinet ad illum ordinem „de quo Authori ſermo eſt, ſed voluit eo indigi„tare Tragicus omne regnum Deo ſubjectum eſſe.

„n) (ET PAPINII:) *Sylvarum 3. 3. 49. 50.*

o) (Grot.) (AUGUSTINI:) Habet prope eadem Auguſtinus ſermone VI. in verba domini.

„p) (NAM APOSTOLORUM PRINCEPS:) Nimi„rum Petrus, *Vid. 1. ep. Petr. c. II. v. 13. & 14.*

„q) (UT SUPEREMINENTI, i. e. SINE ULLA EX„CEPTIONE:) Quia omne jus ſuum & arbitrium in „eum contulerunt.

„r) (PRÆTER EA QUÆ DEUS DIRECTE IMPE„RAT:) Nam his aliquid contrarium facere nos „nulla ratione poſſe vidimus *ſupra §. 1. n. 2.*

„s) (TANQUAM MISSIS A REGE:) Tanquam „officialibus qui omne jus ex conceſſione imperan„tis habent, adeoque ſaltem intra fines ipſis præ„ſcriptos.

„t) (ET

rege ducentibus. [t] Et cum Paulus omnem animam supremis potestatibus esse subjectam vult, [u] etiam Magistratus inferiores inclusit. Neque in populo Hebræo, [x] ubi tot fuere reges divini humanique juris contemptores, unquam inferiores magistratus, [y] in quibus plurimi fuere pii & fortes, [z] id sibi juris sumpserunt ut regibus vim ullam opponerent, [aa] nisi si qui a Deo, [bb] cujus in regem summum 1. Sam. xv, 30. jus est, mandatum speciale acceperant. Quin contra, quod procerum officium sit ostendit Samuel, cum proceribus & populo inspectante Saulem jam perverse regnantem [cc] solita veneratione est prosequutus.

4. Atque adeo [dd] religionis quoque publicæ status nunquam non a regis ac Synedrii arbitrio pependit. Quod enim post regem magistratus simul cum populo [ee] Deo se fideles fore promiserunt, id intelligi debet [ff] quatenus in cujusque id futurum erat potestate. Ne simulacra quidem falsorum Deorum, quæ publicæ exstabant, [gg] dejecta unquam legimus, nisi jussu aut populi in libera republica, aut regum cum regnabantur. Quod [hh] si quid aliquando factum est vi contra reges, narratur in testimonium divinæ providentiæ id permittentis, non in facti humani approbationem.

5. Solet a contrariæ sententiæ auctoribus proferri dictum [ii] Trajani, cum pugionem præfecto prætorio traderet: *Hoc pro me utere, si recte*

„t) (ET CUM PAULUS OMNEM ANIMAM:) „*Ad Rom. XIII. v. 1: & seq. 1. Tit. III. 1.*

„u) (ETIAM MAGISTRATUS INFERIORES INCLUSIT:) Nullam enim animam excepit.

„x) (UBI TOT FUERE REGES DIVINI HUMANIQUE JURIS COMTEMTORES:) Adeoque qui injurias injuriis quotidie cumulabant.

„y) (IN QUIBUS PLURIMI FUERE PII ET FORTES:) Adeoque qui Regum delicta detestabantur.

„z) (ID SIBI JURIS SUMSERUNT:) Ut sibi sumturi fuissent, si licitum id esse putassent,

„aa) (NISI SI QUI A DEO &C. MANDATUM SPECIALE ACCEPERANT:) Huc pertinet exemplum Aodis qui interfecit Eglonem Regem Moabitarum. *Vid. Grot. infr. §. 19, n. 4.*

„bb) (CUJUS IN REGE SUMMUM JUS EST:) „Omne sub regno graviore regnum esse paulo ante dixit *n. 2.*

„cc) (SOLITA VENERATIONE EST PROSEQUUTUS:) Et reversus est cum Saule in Galgala, ubi Saul adoravit *1. Sam. XV. 30.*

„dd) (RELIGIONIS QUOQUE PUBLICÆ STATUS NUNQUAM NON A REGIS &C. ARBITRIO PEPENDIT:) Posterioribus scilicet temporibus, præprimis sub Herode.

„ee) (DEO SE FIDELES PROMISERUNT:) Adeoque videatur plus parendum Deo quam hominibus.

„ff) (QOATENUS ID FUTURUM ERAT IN CUJUSQUE POTESTATE:) Sensus argumenti admodum obscuri, hic esse videtur, Magistratum Hebræorum non restitisse regi & Synedrio de statu religionis publico pro arbitrio disponentibus: Neque allegari posse *Magistratum Deo se fidelem fore promisisse*, adeoque jus ei fuisse regem vi hujus promissi impediendi: Promissionem enim hanc tantum valere quatenus res est in ejus potestate. Non autem in ejus potestate fuisse, *resistere Regi.*

„gg) (DEJECTA UNQUAM LEGIMUS:) Nam jus de religione statuendi est pars imperii: Si igitur simulacra falsorum deorum publica authoritate recepta sunt, privati ea dejicere non possunt.

„hh) (SI QUID ALIQUANDO FACTUM EST VI CONTRA REGES:) Adeoque jus non ex exemplis definiendum est: inprimis cum ea exempla ultoribus vix caruerint. Ita Darius apud *Justin. II. 15. Quod ad ultionem pertinet, jam non suam sed exempli communemque omnium Regum esse causam, quam negligere illi & indecorum & periculosum esse*, & Tacitus *hist. 1. 44.* de Vitellio puniente Galbæ interfectores, *non honore Galbæ id factum, sed tradito principibus more, munimentum in præsens, ultionem in posterum.* Basilius Porphyrogennetus misit ad Chosroen postulatum ut dederetur sibi Bardas Sclerus, qoi domino contraria cepisset arma, *ne in semet ipsum perniciosum exemplum statueret. Zonor. in Bas. Porphyr.*

„ii) (TRAJANI:) Apud Joh. *Zonar. in vit. Traj. ann. 2.* Atque hoc dictum allegarunt legati Scotorum contra Mariam Reginam Scotiæ apud *Buchan. rer. Scot. L. 20. p. m. 729. Tesm. b.*

ſi recte impero, ſi male, contra me, Sed ſciendum eſt Trajanum, ut ex Plinii Panegyrico apparet, id unice curaſſe ne quid regium oſtentaret, [kk] ſed verum principem gereret, [ll] qui proinde ſubeſſet ſenatus populique judicio; quorum ſententias exſequi præfectus deberet etiam in ipſum principem. Simile eſt quod de [mm] M. Antonino legimus, qui publicam pecuniam attingere noluit, niſi conſulto ſenatu.

Dio LVI.

§. VII.

I. Gravior illa eſt quæſtio, an lex de non reſiſtendo nos obliget [a] in graviſſimo & certiſſimo diſcrimine. Nam leges etiam Dei quædam, quanquam generaliter prolatæ, [b] tacitam habent exceptionem ſummæ neceſſitatis: [c] quod de lege ſabbati [d] Haſamonæorum temporibus a ſapientibus definitum fuit: unde dictum celebre; [e] *periculum animæ*

kk) (Grot.) (SED VERUM PRINCIPEM GERERET:) Quod poſtea imitati Pertinax & Macrinus, quorum orationes egregias apud Herodianum vide.

ADDITIO.

„Nam ſtatus revera fuit popularis, & Cæſares adminiſtrabant ſaltem rempublicam: unde legibus ſubjecti contra leges reipublicæ agere oon potuerunt. *Vid. ſupra c. 3. §. 8. n. 10.* adeoque exemplum hoc ad reges qui proprio jure imperium tenent, non pertinet.

„*ll*) (QUI PROINDE SUBESSET SENATUS POPULIQUE JUDICIO:) Quia nuda adminiſtratio ei conceſſa fuit: Nam poſterioribus demum temporibus Principes verum imperium regium uſurpare, & populum omne jus ſuum in ſe contuliſſe aſſerere cœperunt. *Vid. d. c. 3. §. 8. n. 10.*

„*mm*) (M. ANTONINO:) Eadem hic ratio eſt quæ in Trajano. Nam & hic Imperator cavebat, ne quid regium oſteotaret. *Vid. ſup. §. 5. n. 1. in f.* Idem tamen Antoninus ſolum Deum Principis judicem eſſe dixit. *Vid. ſup. c. 3. §. 8. n. 10.*

„(AD §. VII.) Author, poſtquam ſuppoſuit facultatem reſiſtendi Superiori jure gentium eſſe ſublatam, excipit vitæ periculum: Idque 1.) quia Dei leges caſum neceſſitatis excipiunt. 2.) Quia primi io ſocietatem coeuntes, qui hanc legem ſtatuerunt ne reſiſteretur, non videntur ſibi onus hoc imponere voluiſſe, mori potius quam ullo caſu reſiſtere imperanti. *n. 2.* Etſi vero 3.) Deus probaverit legem illam gentium de non reſiſtendo, probaſſe eum tamen videri ut humanam, & humano modo. *n. 3.* Addit 4.) pluribus id permitti a regii imperii aſſertoribus, unde quærit, cur non & ſiogulis in extremo diſcrimine conſtitutis. *n. 4.* Idque probat 5.) exemplo Davidis & Maccabæorum, *n. 4. & 5.* Monet tamen 6.) parcendum eſſe perſonæ Regis. *n. 6. & 7.* Denique & 7.) concludit per legem Evangelii omoe jus reſiſtendi ſublatum eſſe, & Chriſtianis præter fugam nullum aliud defenſionis remedium relictum eſſe. *n. 8. usque ad finem.*

„Multa hic monenda occurrunt. Nam ſupra jam demonſtravimus, jus oeceſſariæ defenſionis nunquam competere ſubditis, ſive ſingulis ſive pluribus, ſi injuriæ ſunt privatæ. Sane leges naturæ aut divinæ nullibi caſum neceſſitatis excipiunt. Ex ioani autem & vaga illa coojectura, quid primi coeuntes in ſocietatem quæſiti de hoc caſu reſponſuri eſſent, nullum jus oriri poteſt. Davidis exemplum contrarium probat; Antiochus autem ipſum ſtatum populi evertit, iodeque juſta in hunc fuere arma, *Vid. infr. n. 5.*

„Sed & verum non eſt, ſingulos in civitates coeuntes hunc caſum neceſſariæ defenſionis excepiſſe, quia omne judicium, adeoque & judicium de juſtitia hujus injuriæ, io Principem tranſtulerunt. Porro verum ooo eſt Deum poteſtates civiles, adeoque & legem de non reſiſtendo, approbaſſe humano modo, i. e. excepto caſu extremæ neceſſitatis: Denique verum non eſt Evangelium aliquid præcipere per modum legis, quæ homines inter ſe obliget; ſed & verum non eſt, lege demum Evangelii jus reſiſtendi in caſu neceſſitatis ſublatum eſſe: quæ omnis nunc plenius examinabimus.

„*a*) (IN GRAVISSIMO ET CERTISSIMO DISCRIMINE:) Si ſcl. Princeps injuria ad necem rapit ſiogulos.

„*b*) (TACITAM HABENT EXCEPTIONEM SUMMÆ NECESSITATIS:) Imo neceſſitas nunquam jus dat contra leges oaturæ, etſi aliquando in foro ſoli excuſet, de quo plenius *L. 2. c. 2. §. 6. ſeq. & L. 3. c. 17. §. 1.* Nunquam autem excuſat privatum Regi vi reſiſtentem.

„*c*) (QUOD DE LEGE SABBATHI:) Imo lex divina nunquam prohibuit ne quis ſe defendat die Sabbathi, indeque ex mala interpretatione Judæorum abſtinuerunt Hasamooæi, *vid. 1. Maccab. II. v. 36. Joſeph. antiq. 12. 1.* & ideo pœnam imbecillitatis dedere. vid. *B. Parens in diſp. de juſt. prel. exitu Sect. 3. §. 7.*

„*d*) (HASAMONÆORUM TEMPORIBUS:) Ab Aſſamonæo Mathiæ proavo ita dicti; qui a Juda Maccabæo Mathiæ filio, Maccabæi, *Joſeph. 13. 8. vid. Grom. hh.*

„*e*) (PERICULUM ANIMÆ IMPELLIT SABBATUM:) Gronovius interpretatur, quod ſolvat neceſſitate ſervandi Sabbati. *Caſaub. Ex. I. ad Bar. n. 12. Buxtorf. Synag. c. 16.*

f) (Grot.)

animæ impellit sabbatum: & Judæis apud Synesium causam neglectæ legis de sabbato hanc reddit: [f] σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν: *in certissimum vitæ periculum adducti sumus.* Quæ exceptio probata est ipsi [g] Christo: [h] ut & in lege altera de non edendis panibus propositionis. Et Hebræorum magistri legibus de cibis vetitis, aliisque nonnullis ex veteri traditione [i] eandem addunt exceptionem, recte quidem: [k] non quod Deo jus non sit ad certam mortem subeundam nos obstringere, sed quod leges quædam ejus sint argumenti, [l] ut non credibile sit datas ex tam rigida voluntate: [m] quod in legibus humanis magis etiam procedit.

2. [n] Non nego [o] a lege etiam humana quosdam virtutis actus posse præcipi, [p] sub certo mortis periculo, ut [q] de statione non deserenda; [r] sed nec temere ea voluntas legem condentis fuisse intelligitur, [s] neque videntur homines in se & alios tantum jus accepisse, [t] nisi quatenus summa necessitas exigat. [u] Ferri enim leges ab homini-

f) (Grot.) (Σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς δέομεν:) Maccabæorum lib. 1. c. 9. 10. 43. & 44. καὶ ἤκουσε Βακχίδης καὶ ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἕως τῶν κρηπίδων τοῦ Ἰορδάνου ἐν δυνάμει πολλῇ καὶ εἶπεν Ἰωναθὰν τοῖς παρ' αὐτοῦ, ἀναστῶμεν νῦν καὶ πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν. οὐ γάρ ἐστι σήμερον ὡς ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. *Id cum audisset Bacchides, venit multo cum exercitu ad Jordanis ripas ipso die Sabbati. Jonathan autem suis dixit. surgamus nunc & pro vita pugnemus, neque enim nostræ res se habent ut heri & nudius tertius.*

„*g)* (CHRISTO:) *Matth. XII. v. 4.*

„*h)* (UT ET IN LEGE ALTERA:) *1. Sam. XXI.* „*v. 6.* at bene notandum est, prohibitum non „fuisse de sancto comedere pane si comedens mun„dos erat. *ibid.*

i) (EANDEM ADDUNT EXCEPTIONEM:) Nimi„rum necessitatis.

„*k)* (NON QUOD DEI JUS NON SIT:) Deus „enim absolutum jus in vitam hominis habet, il„lamque quo vult modo auferre potest, *Vid. sup.* „*prol.* §. 48. & *L.* 1. *c.* 21. §. 14.

„*l)* (UT NON CREDIBILE SIT DATAS EX „TAM RIGIDA VOLUNTATE:) Ut v. g. mortem „potius ferre, quam injuriam à Superiore illatam „repellere debeat.

„*m)* (QUOD IN LEGIBUS HUMANIS MAGIS ET„IAM PROCEDIT:) Ut in legibus ante allegatis de „non edendis panibus propositionis, de cibis ve„titis &c.

„*n)* (NON NEGO &c.:) Sensus hujus loci hic „est: posse Legislatores in actibus virtutis sub „pœna capitis necessitatem agendi vel non agendi „imponere, adeoque potuisse quoque eis, qui in „civilem societatem coeunt, talem legem di„cere ne resistatur Principi etiam in præsentissimo „vitæ periculo &c. At eam gentium volun„tatem non fuisse, quia si primi coeuntes in civita„tem de hac re interrogarentur, responsuri sine du„bio essent, se in tali discrimine jus resistendi non vo„luisse auferre, nisi resistentia illa Rempublicam tur„batura esset: quam sententiam statim explicabimus.

„*o)* (A LEGE ETIAM HUMANA QUOSDAM „VIRTUTIS ACTUS POSSE PRÆCIPI:) Nam actus „virtutis aliquando occasionem dare juri stricto, „indeque verum jus oriri, passim Author docet. „*Vid. L. 3. c. 20.* §. 2 *n.* 1. & *L.* 2. *c*, 13. §. 17.

„*p)* (SUB CERTO MORTIS PERICULO:) i. e. ut „actus ille perficiatur etsi vitæ periculum immi„neat.

„*q)* (DE STATIONE NON DESERENDA:) Hæc lex „non ab hominibus lata, sed naturalis est: subditi „enim patriam contra hostes defendere debent, „etiam cum discrimine vitæ.

„*r)* (SED NEC TEMERE EA VOLUNTAS LEGEM „CONDENTIS FUISSE INTELLIGITUR:) i. e. non „præsumendum esse, lege humana quæ præcepta „sunt, fieri debere si vitæ periculum immineat.

„*s)* (NEQUE VIDENTUR HOMINES IN SE ET „ALIOS TANTUM JUS ACCEPISSE:) Ut scl. possint „eis injungere, ut deserant omnem tutelam sui, & „certæ morti occurrant. *vid. Gro... h.* At si de utilita„te reipublicæ agitur, omnino id injungere possunt.

„*t)* (NISI QUATENUS SUMMA NECESSITAS ID „EXIGAT:) i. e. nisi resistentia illa conjuncta sit „cum maxima reipublicæ perturbatione. &c. de „quo mox.

„*u)* (FERRI ENIM LEGES DEBENT ET SOLENT „CUM SENSU IMBECILLITATIS HUMANÆ:) i. e. ac„commodari debent ad statum hominum corrup„tum, vel, ut Author alibi ait, admodum huma„num: *vid. L. 3. c. 23.* §. 5. *n.* 3. unde ait Deum „humanam legem probantem eam probare ut hu„manam, & humano modo. *L.* 2. *c.* 2. §. 6. *n.* 4. & „*h.* §. *n.* 3.

minibus solent & debent cum sensu humanæ imbecillitatis. [w] Hæc autem lex, de qua agimus, [x] pendere videtur a voluntate eorum qui se primum in societatem civilem consociant, [y] a quibus jus porro ad imperantes manat. [z] Hi vero si interrogarentur [aa] an velint omnibus hoc onus imponere, ut mori præoptent quam ullo casu vim superiorum armis arcere, [bb] nescio an velle se sint responsuri, nisi forte cum hoc additamento, [cc] si resisti nequeat, nisi cum maxima reipublicæ perturbatione, aut exitio plurimorum innocentium. Quod enim [dd] tali circumstantia [ee] caritas commendaret, id [*] in legem quoque humanam deduci posse non dubito.

3. Dicat aliquis [**] rigidam illam obligationem, mortem potius ferendi quam ullam unquam superiorum injuriam repellendi, [ff] non ex lege humana sed divina proficisci. Sed notandum est, primo homines [gg] non Dei præcepto, sed sponte adductos [hh] experimento infirmitatis familiarum segregum adversus violentiam in societatem civilem coiisse, [ii] unde ortum habet potestas civilis, quam ideo
1.Petr.II, 13. [kk] humanam ordinationem Petrus vocat: quanquam alibi & [ll] divina ordinatio vocatur, [mm] quia hominum salubre institutum Deus probavit.

„w) (HÆC AUTEM LEX DE QUA AGIMUS:) „Scl. lex de non resistendo Principi.

„x) (PENDERE VIDETUR A VOLUNTATE EORUM QUI SE PRIMUM IN SOCIETATEM CIVILEM CONSOCIANT:) Cum enim Principes nullum jus „habeant nisi ex voluntate populi, omnino videndum, quale jus in Principem delatum voluerit.

„y) (A QUIBUS JUS PORRO AD IMPERANTES MANAT:) Quia civitas omne jus suum in Principem transfert, qui proinde eodem jure utitur „quo antea civitas.

„z) (HI VERO SI INTERROGARENTUR:) An „ex vana & vaga hac conjectura jus resistendi Principi deduci possit, cordatus lector judicet.

„aa) (AN VELINT OMNIBUS HOC ONUS IMPONERE:) i. e. anne potius a lege, de non resistendo Principi, excipere voluerint casum, si vitæ „discrimen immineat.

„bb) (NESCIO AN VELLE SE SINT RESPONSURI:) Frustra quæritur quid primi illi constituentes civitatem responsuri essent.

„cc) (SI RESISTI NEQUEAT NISI CUM MAXIMA REIPUBLICÆ PERTURBATIONE:) Hoc enim „casu gentes responsuros fuisse fingit, mortem potius ferendam esse.

„dd) (TALI CIRCUMSTANTIA:) Si scl. resisti „nequeat nisi cum reipublicæ perturbatione, aut „exitio plurium innocentium.

„ee) (CARITAS COMMENDARET:) Adeoque „hanc obligationem, mortem potius ferendi, non „ex jure naturæ sociali, sed laxiori, i. e. ex caritate „deducit.

„*) (IN LEGEM QUOQUE HUMANAM DEDUCI „POSSE &c.) i. e. lege præcipi posse, ut mortem potius ferat; etsi jure naturæ & gentium resistere „liceat.

„**) (RIGIDAM ILLAM OBLIGATIONEM MORTEM POTIUS FERENDI:) Quam ex lege humana „deduxit.

„ff) (NON EX LEGE HUMANA SED DIVINA:) „Quod omnino verum est; quia lex naturæ est, pacta servare, populus autem omne jus suum & arbitrium in Principem consensu suo transtulit.

„gg) (NON DEI PRÆCETO SED SPONTE ADDUCTOS:) Civitates, earumque imperium, ex consensu plurium familiarum originem cepisse alibi „probavimus,

„hh) (EXPERIMENTO INFIRMITATIS:) Caussas „quæ homines in civitatem coegerint *Vide in* „*prol. §. 19. ibique not.*

„ii) (UNDE ORTUM HABET POTESTAS CIVILIS:) De origine civilis potestatis *vide Diss.* „*proœm. XII. §. 106. Conf. sup. l. 1. c. 1. n. 2.*

„kk) (HUMANAM ORDINATIONEM:) Quod verum est de civitatibus & rebus publicis consensu „constitutis; ex pacto enim unus vel plures imperant, adeoque hactenus imperium est ordinatio humana.

„ll) (DIVINA ORDINATIO:) Divina ordinatio est, tum quia patribusfam. imperium à Deo „ab initio concessum est: tum intuitu officii ipsius, „quod consistit in suum cuique tribuendo, adeoque in exequenda voluntate divina. Sed & speciatim divina ordinatio apud Judæos vocatur, „quia speciali Dei jussu judicia constituta sunt.

„mm) (QUIA HOMINUM SALUBRE INSTITUTUM DEUS PROBAVIT:) Publica judicia non esse à natura, sed à facto humano Author ducuit supra

„c. 3

bavit. *nn* Deus autem humanam legem probans censetur probare ut humanam & humano modo.

4. Barclajus, regii imperii assertor fortissimus, huc tamen descendit, *oo* ut populo & insigni ejus parti jus concedat se tuendi adversus immanem sævitiam; *pp* cum tamen ipse fateatur totum populum regi subditum esse. Ego facile intelligo, *qq* quo pluris est id quod conservatur eo majorem esse æquitatem *quæ *rr* adversus legis verba exceptionem porrigat: attamen indiscriminatim *ss* damnare aut singulos aut partem populi minorem, *tt* quæ ultimo necessitatis præsidio sic olim usa sit *uu* ut interim & communis boni respectum non desereret, vix ausim. Nam David, *vv* qui, extra pauca facta, testimonium habet *ww* vitæ secundum leges exactæ, armatos circum se primum ** quadragintos, *xx* deinde plures aliquanto habuit; *yy* quo nisi ad vim arcendam si inferretur? Sed simul illud notandum est,

Lib. III. adv. Monarchom. c. 8. Lib. VI. c. 23. & 24.

1. Sam. XXII. 2. & XXIII. 3.

„*c. 3. §. 1. n. 2.* At Deum hoc institutum approbasse; indeque judicia vocari ordinatiooem divinam h. n. ait. Nos plane alio sensu judicia „ordinatiooem divinam vocari diximus.

„*nn*) (DEUS AUTEM HUMANAM LEGEM PROBANS CENSETUR PROBARE UT HUMANAM ET HUMANO MODO:) *Vid. L. 2. c. 2. §. 6. & n. præced.* „Author respondet objectioni, quod, cum Deus „approbaverit potestatem civilem, adeoque & legem de non resistendo Priocipi, sequi videatur legem illam non esse humanam sed divinam. Respondet, inquam, per hanc approbationem leges humanas non mutare naturam, nec „fieri divinas, sed manere humanas, quia Deus „eas approbat ut humanas, & humano modo: „Quæ omnia gratis dicuntur: Lex enim *de ferenda potius morte*, postquam populus consensu suo „omne jus suum imperii in potestatem civilem „transscripsit, ex ipsa naturæ ratione sequitur, eoque divina est: Lex enim naturæ est, pacta esse „servanda.

„*oo*) (UT POPULO ET INSIGNI EJUS PARTI JUS CONCEDAT SE TUENDI:) Qui enim promiscue sævit in totum populum, tyrannus fit, & „desinit esse Princeps. *vid. §. II.* Idem quoque „dicendum de eo qui in partem majorem sævit, „totum enim inde læditur.

„*pp*) (CUM TAMEN IPSE FATEATUR TOTUM POPULUM REGI SUBDITUM ESSE:) Indeque videatur populo nil nisi obseqnii gloriam relictam „esse. Hæc enim subditio non impedit quo minus totus populus resistere Principi possit, si vel „in totum populum vel in ejus partem promiscue „sævit, eoque populum non tuetur, sed destruit. „Aliud autem est si singulis privatas injurias infert.

„*qq*) (QUO PLURIS EST ID QUOD CONSERVATUR, EO MAJOREM ESSE DIGNITATEM:) Adeoque jus resistendi eo magis æquitati conveniens „esse ait, si agitur de conservatione vel totius populi, vel insignis ejus partis.

„*) (QUÆ:) Æquitas scilicet.

„*rr*) (ADVERSUS LEGIS VERBA EXCEPTIONEM PORRIGAT:) Sensus est, quod etsi lex humana „præcipiat mortem potius ferre quam ullam injuriam superiori vi repellere, eam tamen exceptionem pati, si per illam resistentiam totus populus, „vel major ejus pars conservatur.

„*ss*) (DAMNARE AUT SINGULOS AUT PARTEM POPULI MINOREM:) Adeoque singulos „quoque, & minorem populi partem jus resistendi „habere putat, non obstante lege illa humana: „rationem dedit n. præced. quod scl. illi qui in civitatem cocunt quæsiti, num mori præoptent „quam ullo casu vim superiorum armis arcere, negative responsuri fuissent: At satis hoc „refutatum est in præcedentibus: Diximus jus resistendi ounquam competere nec singulis nec paucis, idque ipso jure naturæ statutum esse.

„*tt*) (QUÆ ULTIMO NECESSITATIS PRÆSIDIO:) „Adeoque ubi agebatur de conservanda vita vel „singulorum vel paucorum.

„*uu*) (UT INTERIM ET COMMUNIS BONI RESPECTUM NON DESERERET:) Si scilicet resistentia „illa fit citra reipublicæ perturbationem, aut absque exitio plurimorum innocentium.

„*vv*) (QUI EXTRA PAUCA FACTA:) Quæ ad „invidiam usque recenset & exaggerat Bayle in Dichon. voce *David.*

„*ww*) (VEL SECUNDUM LEGES EXACTÆ:) *Vid.* „*Eccles. c. 47.*

„**) (QUADRINGENTOS:) *1. Sam. XXII. v. 2.*

xx„) (ET POSTEA PLURES:) Nimirum sexcentos. „*1. Sam. XXIII. v. 3.*

„*yy*) (QUO NISI AD VIM ARCENDAM SI INFERRETUR?) Imo 1.) David usus est his armatis „non ad vim inferendam, sed ut sociis fortunæ: „*1. Sam. XXII. v. 2.* Nam 2.) ipse fatebatur nefas „esse personam Regis violare, *1. Sam. XXII. v 7.* „Hinc 3.) legimus, eum nunquam vi Regi restitisse, sed fuga sibi consuluisse. Sane 4.) nec „intra fines Judææ morabatur, sed apud Regem „Moa-

eſt, non factum id a Davide, zz niſi poſtquam & Jonathanis indicio, α & pluribus aliis certiſſimis argumentis compererat Saulem vitæ ſuæ imminere. β Deinde vero nec urbes invadit, nec pugnandi captat occaſiones, γ ſed latebras quærit, modo in locis deviis, δ modo apud populos externos, ε & hac religione ut popularibus ſuis nunquam noceat.

5. ζ Simile videri poteſt η factum Maccabæorum: θ nam quod quidam hæc arma eo titulo defendunt quaſi Antiochus non rex ſed invaſor fuerit, vanum puto; cum nusquam in omni hiſtoria Maccabæi, & qui eorum partes ſequebantur, ι Antiochum alio quam regis nomine compellent; & merito ſane, cum jam pridem κ Macedonum imperia agnoviſſent Hebræi, λ in quorum jus Antiochus ſucceſſerat. Nam

„Moabitarum, *1. Sam. XXII. v. 4.* neque redit in „Judæam niſi juſſu divino, *ibid. v. 4.* quin, 5.) „tantum abfuit, ut Saulem & Hebræos pro hoſti„bus habuerit, ut potius defenſionem urbis Ceilæ „ſuſceperit, *1. Sam. XXIII. v. 1. ſeq. & v. 12.*

„zz) (NISI POSTQUAM ET JONATHAN:) *Vid.* „*1. Sam. XX. per tot.* Imo nec ex eo tempore animum „reſiſtendi Principi habuit, quod actu teſtatus eſt.

„α) (ET PLURIMIS ALIIS INDICIIS:) Quod „interfecerit ſacerdotes Domini, qui panes & gla„dium Davidi dederunt. *1. Sam. XXII. per tot.* „quod armata manu eum perſecutus fuerit. *ibid.* „*c. XXIII. & XXIV.*

„β) (DEINDE VERO:) Certiſſimo indicio Da„videm armatos illos penes ſe habuiſſe non animo „reſiſtendi.

„γ) (SED LATEBRAS QUÆRIT MODO IN LOCIS „DEVIIS:) Fugit enim in ſpeluncam Adollam „*1. Sam. XXII. v. 1.* & in ſaltum Hareth. *ibid. v. 5.* „latitabat in monte ſolitudinis Ziph, *d. l. c. XXIII.* „*v. 14.* in colle Hachila *1. Sam. XXIII. v. 19. &* „*c. XXVI. v. 1.* in deſerto Maon *ibid. v. 24.* & „in deſerto Engeddi *ibid. c. XXIV. v. 2.*

„δ) (MODO APUD POPULOS EXTEROS:) Primo „enim fugit ad Achim Regem Geth. *1. Samuel.* „*XXI. v. 19.* deinde ad Regem Moab *1. Samuel* „*XXII. v. 3. ſeq.* poſtea iterum ad Regem Achis *c.* „*XXVII. per tot.*

„ε) (ET HAC RELIGIONE UT POPULARIBUS „SUIS NUNQUAM NOCEAT:) Etſi contrarium per„ſuaſerit Achi Philiſtorum Regi *1. Sam. c. 27. per* „*tot.* Equidem David cum ab Achi, contra Sau„lem bellum gerente, reverti juſſus fuerit quod „ſuſpectus eſſet Satrapis, de eo queſtus eſt *quod pu*„*gnare ei contra hoſtes Regis non liceret*; *1. Sam. 29.* „*per tot.* Verum ſimulaſſe videtur David ne priva„retur tanto protectore; ſane hoſtili animo in Ju„dæam non fuiſſe Davidem vel exinde patet, quia „durante hoc bello prædæ ab Amalecitis captæ „ſeniores Judæorum participes fecit. *1. Sam. XXXI.* „*per tot.*

„ζ) (SIMILE:) Ubi ultimo neceſſitatis præſi„diu uſi Judæi Principi vim inferenti reſtiterunt: „at diſſimilitudinem ſtatim demonſtrabimus.

„η) (FACTUM MACCABÆORUM:) *1. Maccab. II.* „*v. 84. ſeq. & per totum librum.*

„θ) (NAM QUOD QUIDAM HÆC ARMA EO „TITULO DEFENDUNT QUASI ANTIOCHUS NON „REX SED INVASOR FUERIT, VANUM PUTO:) „Verum omnino eſt Antiochum verum Judææ „Regem fuiſſe: Nam Judæi cum ipſis Perſis in di„tionem Alexandri Magni venerunt, diuque in „poteſtate regni Macedonici manſerunt, tandem „vero Syriæ pars facti: *Juſtin. l. 36. c. 3. Cuna.* „*de Republ. Ebraeor. . 16c, Jornand. de regn. ſuc*„*ceſſ. c. 7. Selden. de Jur. nat. l. 7. c. 8.* Adeoque „in eo diſſimilitudo cum exemplo Davidis non „conſiſtit: ſed in eo quod injuria Davidi illata „privata fuerit, ea autem quæ Maccabæis infere„batur publica: Legibus enim alienis ſubjicieban„tur, Religio evertebatur, promiſcue in populum „ſæviebat Antiochus 1. *Maccab. c. I. & c. II.* quin „deſtruere populum animus ei erat *c. III. v. 39. 42.* „*&* 43. unde Mathathias moriens filiis ſuis com„mendat *ut vindicarent vindictam populi. d. c. II.* „*v. 67. c. III. §. 42. &* 43.

„ι) (ANTIOCHUM ALIO QUAM REGIS NOMINE „COMPELLENT:) *Conf. 1. Maccab. c. I. v. 43. &* „*ſeq.* Sane pace facta Regem eum agnoverunt, „eumque qua talem intra muros Sion receperunt. „*c. 6. §. 58. ſeq.* Judæi terram eam regiones regis „vocant. *c. 7. v. 7.* Demetrius Rex Jonathani de„dit poteſtatem congregandi exercitum & fabri„candi arma: *c. 10. v. 6. & 8.* remittit ipſi præſta„tiones; *v. 28. ſeq.* Alexander qui de regno cum „Demetrio decertabat, eum conſtituit ſummum „pontificem, quem honorem quoque acceptavit. „*v. 20. & 21.* Demetrius eundem honorem con„firmavit, plurimaque Jonathani privilegia dedit. „*c. 11. v. 27. ſeq. &c.*

„κ) (MACEDONUM IMPERIA AGNOVISSENT HE„BRÆI:) Macedones enim imperium Perſarum oc„cuparunt, cui ſubfuerunt Judæi. De quo mox.

„λ) (IN QUORUM JUS SUCCESSERAT ANTIO„CHUS:) Hiſtoriam acquiſitionis vide 1. *Maccab. I.*

„μ) (ALIENIGENAM POPULO PRÆFICI:) *Deut.* „XVII. v. 15.

„μ) (DE

Nam quod lex vetat ν alienigenam populo præfici, ν de voluntaria electione intelligendum est, non de eo quod temporum necessitate adductus populus facere cogebatur. Quod vero ajunt alii, ξ usos Maccabæos jure populi cui *αὐτονομία* deberetur, ne id quidem firmum.

„ν) (DE VOLUNTARIA ELECTIONE INTELLIGENDUM EST:) Non de alienigenis qui vi vel fraude imperium obtinuerunt.

„ξ) (USOS MACCABÆOS JURE POPULI CUI *αὐτονομία* DEBERETUR :) Si *αὐτονομία* sumitur pro civitate mediata, seo tali cui legibus suis vivendi facultas concessa est, etsi alteri civitati bello subjecta sit, omnino verum est *αὐτονομίαν* Judæos habuisse. *B. Parent in Auton. jur. gent. c.* 15. §. 2. *seq.* Quam cum Antiochus evertere, ac leges suas tam in sacris quam profanis obtrudere vellet, merito ei restiterunt, tanquam tyranno, qui statum civitatis evertere conabatur.

„Egregie hanc Autonomiam Judæorum explicavit *B. Parens in tract. de Auton. jur. gent. c.* 17. *verba ejus hæc sunt:* Inprimis autem magni momenti hoc beneficium legibus suis vivendi inter Judæos, tantoque majoris fuit, quo magis illi ab omnium hominum juribus recederent; unde in aliorum potestatem bello redacti, & libertate seu jure suo privati, in sævissimas calamitatum & miseriarum Charybdes ex eo demersi, & tantum non submersi sunt, quod in peregrinarum legum observationem sub Antiocho & deinde sub Romanis adigerentur, quod omnium ipsis tristissimum fuit. A captivitate Babylonica Cyrus iis non nisi reditum in terram sacram & natalem suam, cum potestate ædificandi templum decrevit. *Esdr. I. v.* 2. *& seq.* Quo proinde edicto constat nondum ipsis indultam fuisse Autonomiam seu jus liberæ civitatis. Nec plus indulsit Darius *Esdr. VI. v.* 3. *& seq.* nec ex prædictionibus vatum, Aggæi & Zachariæ, promissum plus fuit. *Esdr. V. v.* 2. Primus omnium vero Artaxerxes Autonomiam, & suis legibus ac judiciis utendi copiam iis concessit. *Esdr. cap. VII. v.* 25. *&* 26. nec aliud extat edictum ullum de restituenda civitate Hierosolymitana, cujus forma non consistit in lapidibus, sed legibus & judiciis *supra c.* 15. §. 15. *& pass. jus publ. c.* 17. Inde ergo certum initium civitatis & reparatæ reipublicæ judaicæ ac vaticinii Danielis repetendum est: Jus muniendi deinde Nehemiæ precibus accessit. *Nehem. I.* Quibus rebus quam omnia mirifice conveniant, alii loco reservamus. Hac ratione itaque Judæi ex immediato servitutis statu in libertatem seu mediatam civitatem & rempublicam Autonomiâ restituti sunt.

„Judæa deinde, una cum Persis devictis, in potestatem Macedonum immediatam rursus redacta, Alexander M. singulari gratia denuo Judæis Autonomiam & legibus suis utendi licentiam reddidit, teste Josepho *lib. II. Antiq. cap.* 8. qui istius recenset, ut, permittente Pontifici Rege petere quod lubuerit, Autonomiam seu legibus suis vivendi libertatem petierit; Cui cum Rex annuisset, Pontificem, pergit, ulterius rogasse ut Judæis in Babylonia & Media quoque eodem jure uti liceret: & id ipsum quoque Regem indulsisse, una cum immunitate septimi anni: quod itidem Judæi petebant legis suæ servandæ causa. *Levit. XXV. v.* 3. *& seq.*

„Hoc jus ab ipso victore Judæis concessum, & exinde optimo maximo jure gentium quæsitum, cum ejus in Syriam successor, Antiochus, per summam injuriam ac Tyrannidis sævitiam eripere ipsis vellet, bellum inde natum est, quod Judæis initio quidem, sanctissimo Numinis consilio, luctuosum, at eventu lætum, & hostibus exitiale fuit. Ejus enim belli, quod Ducibus Asmonæis seu Macchabæis gestum est cum Antiocho & successoribus ejus, unica causa fuit edictum Antiochi, ut omnis populus eisdem legibus viveret, & suas quisque relinqueret: quod exstat 1. *Macchab. I. v.* 43. Quod & agnovit Dux ipsius Lysias, 1. *Macchab. c. VI. v.* 58. 59. cum Regem ac Principes ita alloquitur : *Faciamus pacem cum hoc populo, eique permittamus legem suam servare, sicut & ante: non enim alia de causa in nos excandescunt, & nobiscum dimicant, quam quia legem ipsorum abolere ediximus.* Hoc ergo edictum cum crudeliter exsequerentur Rex & Ministri ejus, *d. c.* 1. *v.* 46. *& seq.* & plurimi Judæorum metu parerent, *Macchab. II. v.* 15. *seq.* unus primariorum sacerdotum Matthathias, cum suis se opposuit, quos plurimi secuti, vi armata animadverterunt in violatores legum: *d. cap. II.* §. 41. *& seqq.* atque ita dicuntur obtinuisse legem de manibus gentium, & de manibus Regum. *d. c.* 2. *v.* 48.

„Quæ animi constantia, profligatis Antiochi ducibus, & Rege mortuo, filii ipsius, Antiochi Eupatoris, expugnavit animum, ut Authore Lysia consentiret in Judæorum Autonomiam, legibusque suis uti ipsis permitteret. *Machab. lib. I. c.* 6. *v.* 58. *seq.* *& lib.* 2. *c.* 11. *v.* 14. *& seq. v.* 22. *v.* 25. *v.* 27. & omnino *v.* 31. Ubi Rex literis firmavit potestatem legibus suis utendi, sicut & prius. Sed cum Demetrius occiso Antiocho Syriam occupasset, recrudit bellum scelere eorum qui ad hostes desciverant, &, cum cæso Judæorum duce Juda in ejus locum frater Jonathan Dux electus esset, ille denuo fugato hoste, pacem Demetrio extorsit, qua juri suo Judæi redditi sunt. *Macchab. I. c.* 9. *in fin. Joseph. lib.* 13. *Antiq. c.* 2. *Sulpit. Sev. hist. sacr. lib.* 2. *pag.* 129. Tum vero, quando jam ipsi hostes inter se bello contenderent, utraque pars certatim Jonathæ non saltem Autonomiam obtulit, sed & jus armorum, purpuræ, aliaque beneficia, & insignia prope regia; adeo ut quisque veluti licitando amicitiam Judæorum, precio non minus quam ar-

 mis

mum. Nam Judæi primum ο a Nabuchodonofore devicti jure belli π ex eodem jure fuccefforibus Chaldæorum Medis & Perfis paruerant: ϱ quorum totum imperium ad Macedonas devenit. Hinc Judæi
Hift. l. 5. σ Tacito vocantur; *Dum Affyrios penes Medosque & Perfas Oriens fuit, vilisfima pars fervientium.* τ Nec quicquam ab Alexandro ejusque fuccefforibus ftipulati funt, fed fine ulla conditione in eorum ditionem venerunt, υ ficut ante fub ditione Darii fuerant. Quod fi & Judæi

„mis fuperare hoftem contenderet, ut pluribus refertur 1. *Macchab. X, & XI.* Jonathane mortuo „frater ejus Simon non modo Dux belli, fed & „Princeps terræ, & fummus facerdos a populo con„ftituitur, & a Rege firmatur: de cujus felicitate „*vid. Macch. 1. c. 13. & feq.* quæ ita continuavit, „ut tandem, diffolutis Regum Syriæ viribus, Affa„monæi, poft annos 481. a reditu, denuo Judæo„rum populo regnum, & fibi regiam dignitatem „vindicaverint. *Jofeph. Ant. lib. 13. c. 19.*

„Tandem vero ceffere in poteftatem Romano„rum, falvis non tantum legibus fuis, fed & fal„va fumma ac regia poteftate: more Romanorum, „qui Regibus devictis regna fua reftituere folebant, „ea formula, ut majeftatem P. R. comiter confer„varent de quo in *l. 8. §. 1. ff. de Capt. & poftl.* & „*apud Ciceronem Orat. pro Balb. circa med.* Igitur „pro amicis & fociis feu confœderatis Reges ifti „habiti funt. Quod vel ex refponfo Augufti patet: „qui, cum Herodes apud ipfum graviffimorum „criminum reus poftularetur, minatus ei eft, fi „hactenus eo ufum ut amico, poft hæc habiturum „pro fubjecto. *Jofeph. l. 16. Antiq. c. 15.*

„Herode vero mortuo, Archelaus filius quidem „non fucceffit in fceptrum Judæ, ut expofitum eft „*fupra c. 11. §. 3.* fuis tamen adhuc legibus vixe„runt Judæi fub Tetrarchis fuis, Herodis filiis. „*d. c. 11. §. 5. Tacit. Hift. lib. 5. c. 9.* quanquam filiis „iftis Tetrarchis vel mortuis vel relegatis, Judæa „in provinciæ formam rejecta, & Syriæ adjuncta, „quin & jus gladii ademtum ei effet, nondum ta„men apparet, Autonomiam ipfis pariter ereptam „fuiffe. Nam & Pilatus ipfe provocat ad legem „Judæorum, atque ad illam eos remittit. *Joh. „XVIII. v. 31.* Quin adeo rebus eorum favit Clau„dius Imp. ut omnibus Judæis fub imperio Roma„no degentibus poteftatem legibus fuis vivendi, „ad preces Regum Agrippæ & Herodis indulfe„rit, quæ extant apud *Jofeph. lib. 19. Antiq. c. 4.*

„Verum, qui fucceffere Procuratores Judææ, & „Præfides Syriæ, cum præfecturam fuam nimis „avare, fuperbe, & crudeliter in Judæos gefferunt, „tum legibus fuis eos vivere paffi non funt; quæ „res caufam denique dedit funeftiffimo ifti bello, „quo à Romanis Refpublica Judæorum cum Me„tropoli & Templo funditus deleta fuit: Ejus „enim belli caufam unice fuiffe, quod jure fuo li„bere uti Judæis permiffum à Præfectis Romanis „non fuerit, ipfe Rex Agrippa docet, qui oratione „fua ad Judæos ita loquitur: *Una fiquidem nunc „vobis intentio eft, ne quid de patriis inftitutis fol„vatur &c. Jofeph. Lib. 2. de Bell. Jud. c. 16. circa „finem.*

„Neque vero ideo credi oportet injuftum belli „exitum fuiffe, cum victoria à partibus Populi „Romani, atque adeo ab injufta belli caufa fteterit. „Etfi enim Præfecti Romani injuria in Ju„dæos fævirent, eosque jure fuo ac legibus, quas „jure defeodebant, fpoliarent, tamen Judæi jure „ita puniti, &, licet à Romanis injufto bello peteren„tur, tamen jufto Dei judicio in pœnam execran„dorum facinorum everfi funt: ut pluribus de„monftratum in difp. *de Juft. præl. exit. fect. 5.*

„Ex quibus omnibus perfpicuum eft Judæos, „amiffu licet morte Herodis regno proprio & fce„ptro regio, autonomia tamen & fuis legibus us„que ad noviffimum bellum ufos, eoque Romanis „mediate fubjectos fuiffe: & regnum adeo, feu „fceptrum Judææ, Herodis obitu; autonomiam „inducto aratro, expiraffe.

„ο) (A NABUCHONONOSORE:) *Tac. Hift. L. 5. „p. m. 619.* ibi: *Dum Affyrios penes Medosque & „Perfas oriens fuit, defpectiffima pars fervientium:* „Unde merito notatur Juftinus *L. 36. c. 3.* qui pri„mum Xerxem Regum Perfarum Judæos do„muiffe ait.

„π) (EX EODEM JURE CHALDÆORUM MEDIS „ET PERSIS:) Nam occifo Balthazare Chaldæo „regnum ad Darium Medum pervenit. *Daniel.c. „V. v. 30. & 31. junct. v. 28.*

ϱ) (Grot.) (QUORUM TOTUM IMPERIUM AD MACEDONAS DEVENIT:) Juftinus libro XXXVI. *Primus Xerxes Rex Perfarum Judæos domuit, poftea cum ipfis Perfis in ditionem Alexandri Magni venere, diuque in poteftate Macedonici imperii fuere. A Demetrio cum defciviffent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.*

„σ) (TACITO:) *Hiftor. L. 5. p. m. 619.*

„τ) (NEC QUICQUAM AB ALEXANDRO EJUS„QUE SUCCESSORIBUS STIPULATI SUNT:) Imo id „fpeciatim ftipulati funt, *ut autonomia feu legibus „fuis vivendi libertas ipfis permitteretur*, uti ex Jofe„pho probatum dedimus.

„υ) (SICUT ANTE SUB DITIONE DARII FUE„RANT:) Verum eft omnem autonomiam Judæo„rum tum ceffaffe; fed fub Artaxerxe eam reftitu„tam, & ab Alexandro Magno confirmatam fuiffe „probavimus.

„φ) (RE-

Judæi interdum φ ritus suos & leges palam exercere permissi sunt, id fuit ex regum beneficio jus precarium, non ex lege aliqua imperio addita. χ Nihil ergo est quod Maccabæos tueatur præter summum certissimumque periculum: ψ quamdiu scilicet intra sui defendendi terminos ita se continuerunt, ut in loca devia exemplo Davidis secederent, quærendæ securitati; ω nec arma expedirent, nisi ultro oppugnati.

6. Illa interim cautio tenenda est, αα etiam in tali periculo personæ regis parcendum: quod qui factum a Davide putant non ex officii necessitate, ββ sed ex sublimiore proposito, γγ falluntur. Ipse enim David aperte dixit, insontem neminem esse posse qui manus regi inferret. Nimirum sciebat δδ scriptum in lege: *Diis*, id est, Judicibus summis, *non maledices*, & εε *Principi in populo tuo non maledices*: in qua lege mentio facta specialis eminentium potestatum, ζζ ostendit aliquid præcipi speciale. Quare Optatus Milevitanus de hoc Davidis facto loquens: ηη *Obstabat*, ait, *plena divinorum memoria mandatorum.* Et verba Davidi hæc tribuit: *Volebam hostem vincere, sed prius est divina præcepta servare.* 7. At

1 Samuel XXVI. 9
Deuter. XXII. 2.
Lib. II.

„φ) (RITUS ET LEGES PALAM EXERCERE „PERMISSI SUNT, ID FUIT EX REGUM BENEFICIO „JUS PRECARIUM:) Imo id non fuit precarium, „i. e. revocabile, sed jus ex concessione quæsitum, „adeoque vera autonomia, quæ absque injuria a „successoribus concedentium iis auferri non pot„uit.

„χ) (NIHIL ERGO EST QUOD MACCABÆOS „TUEATUR PRÆTER SUMMUM CETISSIMUM PERI„CULUM:) Dixi jam iojuriam hic fuisse publicam, „status & religionis & reipublicæ evertebatur, quia „delere populum intendebat Antiochus: Hic igi„tur de injuria privata, de qua Author quæstiooem „proposuit, plane non agitur.

„ψ) (QUAMDIU SCIL. INTRA SUI DEFENDEN„DI TERMINOS ITA SE CONTINERENT:) Imò in „loca devia secedere opus non erat; in ejusmodi „eversores status omnia licent; desinunt esse Prin„cipes, adeoque omnia media ad defensionem sta„tus necessaria subditi adhibere possunt.

„ω) (NEC ARMA EXPEDIRENT NISI ULTRO „OPPUGNATI:) Imo nec oppugnationem exspe„ctare tenebantur, sufficiebat enim Regem statum „evertere voluisse.

„αα) (ETIAM IN TALI PERICULO PERSONÆ „REGIS PARCENDUM:) Dixi jam jus resistendi non„quam privatis, etiam io periculo vitæ constitutis „competere, exemplo ipsius Davidis: nedum igi„tur personam Regis violare fas est. Excipe, si „desinit esse Princeps.

„ββ) (SED EX SUBLIMIORI PROPOSITO:) „i. e. ex mera generositate, citra obligationem.

„γγ) (FALLUNTUR:) Nam ipse David contra„rium agnoscebat, & nefas dicebat violare perso„nam uncti, *1. Sam. XXIV. v. 19. & 20. & c.* „*XXVI. v. 21.* Equidem Saul id generositati Da„vidis tribuit, dum ait, *quis est qui hostem suum* „*inveniat & non occidat?* At exiode non infertur „jure id fieri potuisse, sed ideo laudatur, quod id „quod officii est ultro & amore virtutis egerit, & „quod spreta vindictæ cupidine vitæ ejus peper„cerit, quam auferre potuisset: Cæterum lex illa *de* „*non resistendo* non tantum vera est in persona Re„gis, sed & in iis qui ejus oomine injuriam fa„ciuot, eamque exequuntur: quia qui his resistunt, „ipsi Regi resistunt cujus instrumentum sunt.

„δδ) (SCRIPTUM IN LEGE:) *Exod. XXII, 28.* „*Act. XXVIII, 5.*

εε) (Grot.) (ET PRINCIPI IN POPULO TUO NON MALEDICES:) Joabus Semeiæ apud Josephum: ἐ τεθνήξῃ βλασφημήσας τὴν ὑπὸ τῷ Θεῷ καταςαθέντα βασιλεύειν; *An non morieris, qui et maledicere ausus es quem Deus in regni sede constituit.*

„ζζ) (OSTENDIT ALIQUID PRÆCIPI SPECIALE:) „Imo nihil est speciali ratiooe personæ sed lex hæc „officium respicit quod sanctissimum est, adeo„que ei qui illud gerit maledicere nemo debet; „nedum resistere ejus jussibus, sive ipse præcepta „exequatur, sive per alios.

ηη) (Grot.) (OBSTABAT PLENA DIVINORUM MEMORIA MANDATORUM:) Josephus de Davide: μετανοήσας δ' εὐθὺς ἐ δίκαιον εἶπε, φονεύειν τὴν ἑαυτῷ δεσπότην: *Sed statim pænitudine ductus, injustum facinus esse dixit, dominum suum occidere.* Et post: Τὸν ὑπὸ Θεῷ κεχειροτονημένον βασιλέα δεινὸν ἀποκτεῖναι κἂν ᾖ πονηρὸς ἥξειν γὰρ αὐτῷ παρὰ τῷ διδόντος τὴν δίκην: *Horrendum regem quamvis malum interficere, pænam enim id facienti imminere ab eo qui regem dedit.*

7. At θθ falsa maledicta ne in privatum quidem licet jacere; ιι in regem ergo veris quoque abstinendum; quia, ut ait scriptor proble-
Sect. XL. matum, quæ Aristotelis nomen præferunt: ὁ κακηγορῶν τὸν ἄρχοντα, εἰς τὴν πόλιν ὑβρίζει: *Qui rectori maledicit*, κκ *in civitatem est injurius.* Quod si voce lædendus non est, λλ manu certe multo minus, unde &
1.Samuel. xxiv.6. pœnitentia tactum Davidem legimus, μμ quod vestem ejus violasset: tantam intelligebat personæ istius sanctitudinem! nec immerito, nam cum summum imperium νν non possit non multorum odiis patere, ξξ securitas fungentis peculiariter fuit munienda. Quod Romani etiam οο in Tribunis plebis constituerunt, ut ἄσυλοι, id est inviolabiles essent. Inter Essenorum dicta erat, ππ reges sanctos esse habendos: & insigne illud apud Homerum:

Περὶ γὰρ δίε ποιμένοι λαῶν,
μή τι πάθοι.
ϱϱ *Nam pro populi pastore timebat,*
Nequid ei accideret.

Nec immerito, ut apud σσ Curtium est, *regium nomen gentes quæ*

„θθ) (FALSA MALEDICTA NE IN PRIVATUM „QUIDEM LICET JACERE:) Imo nec vera, unde „regula: convitii veritatem non excusare.

„ιι) (IN REGEM ERGO VERIS QUOQUE:) Dixi „in privatis quoque id verum esse, in Regibus au„tem eo magis, quia omne judicium privato„rum in Regem cessat.

κκ) (Grot.) (IN CIVITATEM EST INJURIUS:) Julianus Misopogone: καὶ γὰρ οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας, ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὑβρίζει, ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησεν: *Sunt enim leges severæ pro principibus, ita ne qui in principem injuriosus fuerit, is ex animi libidine conculcaverit leges.*

„λλ) (MANU CERTE MULTO MINUS:) Utrius„que autem ratio est, quod judicium populi & „singulorum nullum sit in Regem.

„μμ) (QUOD VESTEM EJUS VIOLASSET:) Da„vid surrexit animo interficiendi Saulem, ad quod „socii fortunæ eum hortabantur *1. Sam. 24. v. 5.* „*&* *8.* mutavit autem consilium ad conspectum „Regis, ita enim ipse ait *v. 11. Cogitavi, ut occi*„*derem te, sed pepercit tibi oculus meus: Dixi* „*enim non extendam manum in dominum meum,* „*quia unctus Domini est.* Hujus igitur intentio„nis eum pœnituit, non vero quod vestem violas„set: Cæterum Alexander M. nautam, qui regium „diadema vento abreptum repetiit, & ne natans „madefaceret, capiti imposuit, capite plecti jussit, „idque monentibus Chaldæis, qui opinabantur, „*caput illud, quod regium diadema gestasset, salvum* „*relinqui, negligique non debere*, *Tesm. h.*

νν) (Grot.) (NON POSSIT NON MULTORUM ODIIS PATERE:) Quintilianus Declamatione CCCXLVIII: *Hanc esse conditionem omnium qui administrationem reipublicæ aggrediuntur, ut ea quæ maxime pertinent ad salutem communem, cum quadam sua invidia, efficere cogantur.* Vide ea de re Liviæ verba ad Augustum apud Xiphilinum ex Dione.

„ξξ) (SECURITAS FUNGENTIS PECULIARITER „FUIT MUNIENDA:) Hinc Regum persona sancta „dicitur, quia speciali sanctione injuriis hominum „est exemta. *Conf. supra §. 2. n. 3.*

„οο) (IN TRIBUNIS PLEBIS:) Jura enim ple„bis contra patricios defendebant, adeoque contra „violentiam nobilitatis Romanæ tuti esse debebant. „De his tribunis eorumque jure egimus *supra c. 3.* „*§. 20. n. 6.*

„ππ) (REGES SANCTOS ESSE HABENDOS:) Ob „officium divinum quod gerunt.

ϱϱ) (Grot.) (NAM PRO POPULI PASTORE TIMEBAT:) Bene Chrysostomus, 1. ad Tim. 1: *Si quis ovem juguler ab eo gregem imminui, at si quis pastorem de medio sustulerit, ab eo totum gregem dissipari.* Seneca libro priore de Clementia cap. III. *Somnum ejus nocturnis excubiis muniunt: latera objecti circumfusique defendunt: incurrentibus periculis se opponunt. Non hic est sine ratione populis urbibusque consensus sic protegendi amandique reges, & se suaque jactandi quocunque desideravit imperantis salus. Nec hæc vilitas sui est aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam senis & invalidi. Quemadmodum totum corpus animo deservit* (quod ipsum late ibi exsequitur) *sic hæc immensa multitudo unius animæ circumdata illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura viribus suis nisi consilio sustineretur. Suam itaque incolumitatem amant, &c.* Adde, quæ infra, lib. II. cap. 1. §. IX.

„σσ) (CURTIUM:) *L. 10. c. 3. Conf. supra c. 3. §. 8.* „*n. pen. ibique not.*

„ττ) (AR-

quæ sub regibus sunt pro Deo colunt. [ττ] Artabanus Persa: ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιςος ὗτος ἐςι, τὸ τιμᾷν βασιλέα καὶ προσκυνεῖν, εἰκόνα Θεȣ̃ τὰ πάντα σώζοντος: *Nobis inter leges multas easque bonas hæc optima est, regem colendum & adorandum, ut Dei cuncta sospitantis effigiem.* Plutarchus Agide: ὐ θεμιτὸν ὐδὲ νενομισμένον βασιλέως σώματι τὰς χεῖρας προσΦέρειν, *nec fas nec licitum regis corpori manus inferre.*

8. Illa quæstio gravior, an quantum Davidi, an quantum Maccabæis licuit, [υυ] liceat & Christianis, quorum magister crucem subire toties jubens, [φφ] exactiorem patientiam videtur requirere. Certe ubi superiores ob religionem mortem intentant Christianis, [χχ] Christus fugam concedit, his scilicet [ψψ] quos officii necessitudo nulli loco alligat; [ωω] ultra fugam nihil. Petrus vero Christum ait cum pateretur nobis reliquisse exemplum quod sequamur, qui cum peccato vacaret, & doli omnis immunis esset, convitia convitiis non reposuit, neque inter patiendum minatus est, [a] sed rem permisit juste judicanti. Idem gratias agendas Deo ait, [b] & gaudendum Christianis si tanquam Christiani pœnis subdantur. [c] Et hac maxime patientia invaluisse Christianam religionem legimus. *1 Pet. IV, 12. 13. 14. 15. 16.*

9. Quare Christianis veteribus, qui recentes ab Apostolorum & Apostolicorum virorum disciplina [d] eorum præscripta & intelligebant melius & perfectius implebant, [*] summam injuriam fieri puto ab iis qui quo minus ipsi se defenderent in certissimo mortis periculo, vires putant illis, non animum defuisse. Imprudens certe & impudens

ττ) (Grot.) (ARTABANUS PERSA:) Apud Plutarchum Themistocle.

„υυ) (LICEAT ET CHRISTIANIS:) Author „existimat facultatem illam, resistendi magistratui „vim inferenti, legibus Servatoris prohiberi: At „sæpius dictum est servatorem nullas leges dedisse „seu statuisse, adeoque nec legem de non resistendo: Sed & porro asserimus, Christianis idem licere, quod Maccabæis licuit, adeoque per Evangelium nihil hactenus mutatum esse. Diximus „autem Davidi nihil licitum fuisse, eumque arma, „quæ habuit, nunquam in Regem vertisse, Maccabæos autem contra eum, qui statum publicum „evertit, arma licite sumsisse, quod & Christianis „licere ipse Author fatetur, *vid.* §. 11.

„φφ) (EXACTIOREM PATIENTIAM VIDETUR „REQUIRERE:) Eam enim legis Evangelii esse obligationem passim docet: *Vid. differt. proem.* 5.

„χχ) (CHRISTUS FUGAM CONCEDIT:) *Matth.* „XXIV. 16. *seq.* Gronovius circa hoc assertum „notat, videri Grotium tot heroum, quorum armis „a Deo prosperatis libertatem conscientiæ in Belgio &c. debemus causam damnare: At citra rationem: Nam Grotius quoque excipit casum ubi „status evertitur *Vid.* §. 11. Quod fit, si populus „suis uti legibus & juribus prohibetur.

„ψψ) (QUOS OFFICII NECESSITUDO NULLI „CERTO LOCO ALLIGAT:) Adeoque nefas putat „fugere iis qui certo loco alligantur ex officii necessitudine; quod non admittimus.

„ωω) (ULTRA FUGAM NIHIL:) Sed nec jure „naturæ præterea aliquid conceditur.

„a) (SED REM PERMISIT JUSTE JUDICANTI:) „Hoc exemplo probatur non resistendum esse superiori, mortem inferenti ei qui culpa vacat; sed „judicium Deo esse relinquendum.

„b) (ET GAUDENDUM CHRISTIANIS:) Christiani, qui pœnis injuria subduntur, non tantum „juri convenienter faciunt non resistendo, sed „præterea insignem laudem & gloriam merentur, „si amore religionis patiuntur injurias superiorum.

„c) (ET HAC MAXIME PATIENTIA INVALUISSE:) Atque hoc inprimis argumento utitur „Author ad probandam veritatem Religionis Christianæ in tractatu *de verit. relig. christ. L.* 2. *c.* 19.

„d) (EORUM PRÆSCRIPTA ET INTELLIGEBANT MELIUS &c.) Vide ea quæ scripsit Author „*in Prolegom.* §. 51.

„*) (SUMMAM INJURIAM FIERI PUTO &c.) „Miltonii ea fuit sententia *in defens. pro pop.* „*Angl. c. 4. p. m.* 101. *Ostendam*, ait, *primo non* „*potuisse, deinde quoties poterant movisse, postre-* „*mo*

dens fuisset [e] Tertullianus, si apud Imperatores, qui ejus rei ignari esse non poterant, ita confidenter ausus esset mentiri: *Si enim hostes apertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipsique Parthi, vel quantæcunque unius tamen loci & suorum finium gentes, quam totius orbis? Externi sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum: sola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam copiis impares, qui tam libenter trucidamur, si non* [f] *apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere?* Sequitur hic quoque magistrum suum Cyprianus, & aperte prædicat: *Inde est, quod nemo nostrum, quando apprehenditur, reluctatur: nec se adversus injustam violentiam vestram, quamvis nimius & copiosus noster sit populus, ulciscitur. Patientes facit de secutura ultione securitas.* [g] *Innocentes nocentibus cedunt.* Et [h] Lactantius: *Confidimus enim majestati ejus, qui tam contemtum sui possit ulcisci quam servorum suorum labores & injurias. Et ideo cum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur:* [i] *sed Deo remittimus ultionem.* Nec aliud spectavit Augustinus, cum dicit: *Nihil justus præcipue cogitet in his rebus, nisi ut bellum suscipiat cui bellare fas est; non enim fas est omnibus.* Ejusdem est illud: *Quoties imperatores* [k] *in errore sunt, leges ad tuendum errorem contra veritatem condunt, per quas justi examinantur & coronantur.* Idem alibi: *Ita a plebibus principes & a servis domini ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, & sperentur æterna.* Quod veterum Christianorum exemplo [l] alibi sic explicat: *Neque tunc civitas Christi, quamvis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum adversus impios persecutores, pro temporali salute pugnavit, sed potius ut obtineret æternam non repugnavit. Ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro salute contemnere.*

Ad Demetrianum. *Lib. V.* *Lib. 6. qu. 10. in Jos.* *Epist. CLXVI.* *De Civit. Dei l. XXII.*

10. Nec minus egregia sunt quæ in eandem sententiam habet Cyril-

„*no, etiamsi cum possent non movissent, non esse* „*tamen cæteroque dignos, quorum ex vita & mo-* „*ribus tantis in rebus exemplum sumas.*

„e) (TERTULLIANUS:) *In Apol. adv. gent. c. 31.*

„f) APUD ISTAM DISCIPLINAM:) Christia- „norum scilicet.

g) (Grot.) (INNOCENTES NOCENTIBUS CEDUNT:) Hæc sunt in scripto ad Demetrianum. Ejusdem hæc libri primi epistola I: *Intellexit* (adversarius) *Christi milites vigilare, jam sobrios & armatos ad prælium stare, vinci non posse, mori posse; & hoc ipso invictos esse, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed promte & animas & sanguinem tradere.*

„h) (LACTANTIUS:) *de just. c. 20.*

„i) (SED DEO REMITTIMUS ULTIONEM:) De „remittenda his casibus Deo ultione vide *Lactant.* „*L. 6. c. 18. Sophocl. Electr. v. 173. Just. 39. 3.* „*Sen. Thyest. in fin. & Octav. v. 255. Tesm. h.*

„k) (IN ERRORE SUNT:) i. e. idolorum cul- „tui dediti.

„l) (ALIBI SIC EXPLICAT:) *Aug. de civ. Dei* „*22. c. 6.*

„m) (THE-

Cyrillus in locum Johannis de gladio Petri. [m]Thebæa legio, ut acta nos docent, militibus constabat sexies mille sexcentis sexaginta sex Christianis omnibus: Qui, cum Maximianus Cæsar apud [n]Octodurum exercitum compelleret sacra diis falsis facere, primum[o] Agaunum iter arripuerunt: & cum eo misisset Imperator qui eos ad sacrificandum venire juberet, ipsique se id facturos negassent, Maximianus decimum quemque jussit interfici per apparitores: [p]qui nemine repugnante facile imperium sunt exsecuti.

11. [q]Mauritius ejus legionis [r]primicerius, a quo Agaunum vicus Mauritii [s]dictus est postea, narrante Eucherio Episcopo Lugdunensi, eo tempore commilitones sic allocutus legitur: *Quam timui, ne quisquam, quod armatis facile est, specie defensionis, beatissimis funeribus manus obviam afferre tentaret! jam mibi ad hujus rei interdictum Christi nostri parabatur exemplum, qui exemptum vagina Apostoli gladium propriæ vocis jussione recondidit: docens, majorem armis omnibus Christianæ confidentiæ esse virtutem, ne quisquam mortali operi mortalibus dextris obsisteret; quin imo cœpti operis fidem perenni religione compleret.* Cum hoc supplicio peracto Imperator superstitibus eadem quæ ante præciperet; sic omnes respondent: *Milites quidem, Cæsar, tui sumus; & ad defensionem Reipublicæ Romanæ arma suscepimus: nec unquam aut desertores bellorum aut proditores militiæ fuimus, aut ignavæ formidinis meruimus subire flagitium. Tuis etiam obtemperaremus præceptis, nisi instituti legibus Christianis dæmonum cultus & aras semper pollutas sanguine vitaremus. Comperimus præcepisse te, ut aut sacrilegiis pollueres Christianos, aut de denis interfectis nos velles terrere, Non inquiras longius latitantes: Nos omnes Christianos esse cognosce: habebis potestati tuæ subdita omnium corpora: auctorem vero suum respicientes Christum animas non tenebis.*

12. Tum Exuperius legionis signifer sic eam allocutus ibidem narratur: *Tenere me, commilitones optimi, sæcularium quidem bellorum signa perspicitis: sed non ad hæc arma provoco, non ad hæc bella animos vestros virtutemque compello. Aliud vobis genus eligendum est præ-*

„m) (THEBÆA LEGIO:) de *qua vide supra c. 2.* „§. 10. *n.* 11.

„n) (OCTODURUM:) Veragiorum vicum appellat Cæsar 2, *Gall. t.* Martenach hodie. *Vid.* „*Gron. h.*

„o) (AGAUNUM:) Quod nomen postea accepit a Mauritio, & hodieque vocatur Saint Maurice. „*Vid n. seq.*

„p) (NEMINE REPUGNANTE:) Quia jus resistendi sibi non competere sciebant.

q) (Grot.) (MAURITIUS:) De hujus Martyris honoribus apud Helvetios, vide Guillimannum in veteri scripto de translatione Sancti Justini in novam Corbeiam: *Unde juxta fidem Chronicorum sub atrocissima & incomparabili illa decima post Neronem persecutione passum eum colligimus: quæ & prioribus persecutionibus immanior, dum venerabilem multitudinem martyrum cœlis mitteret, inter quos etiam præcipuum Sancti Mauritii collegium, & innocentiæ speculum.* De Thebæis martyribus Brunsvicum translatis vide Crantzium Saxonicum VII, 6.

„r) (PRIMICERIUS:) Dicitur is qui in aliquo „ordine primum habet locum. *Vid. tot tit. C. de* „*primiceriis ibique commentatores.* *Conf. Tesm h.*

„s) (DICTUS EST POSTEA:) Nam hodieque „dicitur Saint Maurices: *vid. n. præc.*

„t) (Grot.)

præliorum. Non per hos gladios poteſtis ad regna cæleſtia properare. Deinde Imperatori hæc nuntiari jubet: *Non nos adverſum te, Imperator, armavit ipſa, quæ fortiſſima eſt in periculis, deſperatio.* [t] *Tenemus ecce arma & non reſiſtimus, quia mori magis quam vincere volumus, & innocentes interire, quam noxii vivere præoptamus.* Et poſtea: *Tela projicimus: exarmatas quidem dexteras ſatelles tuus, ſed armatum fide catholica pectus inveniet.*

13. Sequitur poſt hæc laniena in non repugnantes, in cujus narratione hæc ſunt Eucherii verba: [u] *Ne juſti punirentur multitudo non obtinuit, cum inultum* (male editur *multorum*) *eſſe ſoleat quod multitudo delinquit.* In veteri Martyrologio res eadem ſic narratur: *Cædebantur itaque paſſim gladiis non reclamantes, ſed & depoſitis armis cervices perſecutoribus vel intectum corpus offerentes, non vel ipſa ſuorum multitudine; non armorum motione elati ſunt ut ferro conarentur aſſerere juſtitiæ cauſam, ſed hoc ſolum reminiſcentes, ſe illum confiteri qui nec reclamando ad occiſionem ductus eſt, & tanquam agnus non aperuit os ſuum, ipſi quoque tanquam grex Dominicarum ovium laniari ſe tanquam ab irruentibus lupis paſſi ſunt.*

14. [w] Valens impie & crudeliter ſævit in eos qui ſecundum ſacras literas & Patrum traditionem [x] τὸ ὁμέσιον profitebantur, quorum quamvis maxima multitudo, nunquam ſe armis tutata eſt.

1. Petr. II, 21. 15. Certe ubi patientia nobis præſcribitur, [y] ſæpe adduci videmus,
Matth. x, 39. & a Thebæis militibus adductum jam audivimus Chriſti exemplum,
Luc. xvii. 33. ut nobis imitandum, cujus patientia ad mortem ſe extendit. Ac qui ita animam perdit, [z] is vere eam acquiſiviſſe a Chriſto pronuntiatur. [aa] Diximus ſummum imperium tenentibus reſiſti jure non poſſe, [bb] Nunc quædam ſunt quæ lectorem monere debemus, ne putet in hanc legem delinquere eos qui revera non delinquunt.

§. VIII.

t) (Grot.) (TENEMUS ECCE ARMA ET NON RESISTIMUS:) Similia ſunt illa Judæorum Alexandrinorum ad Flaccum ἄοπλοί ἐσμὲν ὡς ὁρᾷς παραγενομένες δὲ αἰτιῶνται τινες ὡς πολεμίες. ἃ δὲ ἡ Φύσις ἑκάστῳ προσένειμεν ἀμυντήρια μέρη χεῖρας, ἀπεστράφομεν, ἔνθα μηδὲν ἐργάσασθαι δύνανται, παρέχοντες αὐτῶν τὰ σώματα πρὸς εὐσκόπες τοῖς θέλεσιν ἀποτείνας βυλάς. Et quæ ſequuntur. *Inermes ſumus, ut vides, & tamen ſunt qui nos tanquam hoſtes publicos hic criminantur. Etiam eas quas ad noſtri tutelam partes dedit natura retro vertimus, ubi nihil habent quod agant. Corpora præbemus nuda ac patientia ad impetum eorum qui nos volent occidere.*

„u) (NE JUSTI PUNIRENTUR, MULTITUDO „NON OBTINUIT:) Venia univerſis dari, ubi univerſitas peccavit, & a quibusdam ſaltem vindicta „ſumi ſolet: *Sen. 2, de ira c. 10. Polyb. L. 6. c. 36.* „*Liv. 2. 59. Appian. Parth.* 160. *Dio L. 49. Tacit.* „*ann.* 3. 21. *Conf. L. 3. c.* 11. §. 17.

w) (Grot.) (VALENS:) Vide excerpta ex Johanne Antiocheno, ex Manuſcripto libro viri æterna memoria digiſſimi Nicolai Peireſii.

„x) (τὸ ὁμέσιον:) adeoque qui orthodoxi „erant non Arriani. *Vid. Gron. h.* i. e. qui credebant, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum unam „eandemque ſubſtantiam, licet tres ſint perſonæ. „*Vid. Tesm. h.*

„y) (ADDUCTUM JAM AUDIVIMUS CHRISTI „EXEMPLUM:) Chriſtus non tantum officii neceſ„ſitate non reſiſtebat, quia ſcilicet cognitum ipſi „erat jure naturæ id non licere; ſed præterea ex „ſublimiori propoſito id faciebat, ut tanquam vir„tutum doctor patientiæ exemplum aliis præberet.

„z) (IS VERE EAM ACQUISIVISSE A CHRI„STO PRONUNCIATUR:) Implendo & legem na„turæ & regulas perfectionis.

„aa) (DIXIMUS:) *Supra §. 1. n. 3.*

„bb) (NUNC QUÆDAM SUNT QUÆ LECTOREM „MONERE DEBEMUS:) Hactenus Author tradidit „regu-

§. VIII.

Primum ergo, qui principes ſub populo ſunt, [a] ſive ab initio talem acceperunt poteſtatem, [b] ſive poſtea ita convenit, [c] ut Lacedæmone, ſi peccent in leges ac Rempublicam, [d] non tantum vi repelli poſſunt, ſed, ſi opus ſit, puniri morte: quod [e] Pauſaniæ regi Lacedæmoniorum contigit. [f] Atque hujus generis cum fuerint vetuſtiſſima per Italiam regna, mirum non eſt, ſi [g] poſt narrata crudeliſſima Mezentii facinora ſubjungat [h] Virgilius:

Ergo omnis [i] furiis ſurrexit Etruria juſtis.
Regem ad ſupplicium præſenti morte repoſcunt.

§. IX.

Secundo, ſi rex, [a] aut alius quis, imperium [b] abdicavit [c] aut manifeſte habet pro derelicto, [d] in eum poſt id tempus omnia licent quæ

„regulam: *Superiori jure naturæ a privatis reſiſti non poſſe, etſi in graviſſimo & certiſſimo diſcrimine ſint conſtituti:* jam ſequuntur exceptiones illius regulæ.

a) (SIVE AB INITIO TALEM ACCEPERUNT POTESTATEM:) Hi enim tantum ſunt officiales & miniſtri populi, in quos ipſum jus imperii ejusque arbitrium translatum non eſt: de quibus *vid. c.* 3. §. 7. *n.* 1. *ſeq.* §. 10. & 11.

„*b*) (SIVE POSTEA ITA CONVENIT:) Ita enim Lacedæmoniorum Regum poteſtas conſtitutis poſtea Ephoris, limitata fuit: ſed hos quoque Reges nudos fuiſſe officiales vidimus *ſupra c.* 3. §. 10, *n.* 7. & §. 8. *n.* 5.

c) (Grot.) (UT LACEDÆMONE:) Plutarchus Lyſandro: *οἱ Σπαρτιᾶται τῷ βασιλεῖ δίκην προσέγραψαν θανατικήν, ἣν οὐχ' ὑποστὰς ἐκεῖνος εἰς Τεγέαν ἔφυγε*: *Spartiatæ Regem ad capitis judicium vocarant, quod ille declinans fugit Tegeam.* Idem Sulla: *αὐτοί γε τοι Σπαρτιᾶται βασιλεύοντας ἐνίους ἀφείλοντο τὴν ἀρχὴν ὡς οὐ βασιλικοὺς, ἀλλὰ φαύλους καὶ τὸ μηδὲν ὄντας:*) *Quibusdam Regibus Spartiatæ regnum ademerunt ut ineptis regno, quippe abjectis nihilique hominibus*, De Agide injuſte, ſed damnato tamen, vide eundem Plutarchum, Moſynæci Regem inedia puniebant. Mela lib. II.

„*d*) (NON TANTUM VI REPELLI POSSINT, SED SI OPUS SIT PUNIRI MORTE:) Exempla vide apud *Thucyd. L.* 1, *p.* 52. & 72. *Conſ. Nepos in Paus. c.* 3. *Plato L.* 8. *Leg. p.* 712. *Amm. Marcel. L.* 28. *c.* 30. *De Regibus Scotis antiquis vide Buchan. L.* 20. & *Thuan. L.* 50. *p. m.* 1044. *Camd. p.* 2. *p.* 232. *Vid. Teſm. h.*

„*e*) (PAUSANIÆ:) Bene notat *Gron. h.* eum non fuiſſe Regem, ſed Regis Pliſtarchi, Leonida geniti, tutorem & patruelem; adeoque rectius afferri potuiſſe exemplum Agidis, de quo *Plut.* & Demarati in exilium ejecti, *Juſt.* 2. 10, & Pauſaniæ alterius. *Juſt.* 6. 4.

„*f*) (ATQUE HUJUS GENERIS CUM FUERINT VETUSTISSIMA PER ITALIAM REGNA:) Imo hæc regna non fuere nomina officii, ſed jure proprio conſtituta, Turnus enim & Æneas ipſum jus regni habuerunt.

„*g*) (POST NARRATA MEZENTII CRUDELISSIMA FACINORA:) Adeoque Mezentius non ideo a populo ad ſupplicium raptus eſt, quod officialis ſaltem populi fuerit, ſed quia in tyrannum degeneravit, promiſcue in populum ſævit, adeoque ipſo jure Princeps eſſe deſiit. Nova ſuppliciorum genera invenit, vivorum corpora mortuorum corporibus junxit, & longa ſic morte necavit: Unde tot ſæva dediſſe funera & civibus viduaſſe urbem dicitur. *Virgil. Æneid. L.* 8. *p. m.* 305. & 307.

„*h*) (VIRGILIUS:) *Æneid.* 8. *v.* 495. *p. m.* 305.

i) (Grot.) (FURIIS SURREXIT ETRURIA JUSTIS:) Et aruſpex Etruſcus in Mezentium inſurgentibus:

Quos juſtus in hoſtem
Fert dolor.

„*a*) (AUT ALIUS QUIS:) Qui ſummam poteſtatem habet.

„*b*) (ABDICAVIT:) Exempla eorum qui imperium abdicaverunt exſtant in Artaxerxe, *Juſt L.* 10. *c.* 1. Ptolomæo, *Juſt. L.* 16. *c.* 2. Seleuco, *Appian. de bell. Syr. n.* 126. Alfonſo, *Thuan. L.* 1. *pr.* Coſmo Medico, *Thuan. L.* 36. *p.* 733. aliisque, quos ordine recenſet *Thuanus L.* 16. *ſub fin* Nota ſunt recentiora exempla in Carolo V. Caſimiro, Catharina Regina Sueciæ, Philippo &c. Hi deſinunt eſſe Reges. Atque ex hoc capite accuſatus fuit Dionyſius minor. *Juſt.* 21. 5.

„*c*) (AUT MANIFESTE HABEAT PRO DERELICTO:) Uti Henr. III. dereliquit regnum Poloniæ, qui audita morte fratris clam ſe Cracovia ſubduxit, anno 1574. *Thuan. L.* 58. & 61. *Vide Gron. h.*

„*d*) (IN EUM POST ID TEMPUS OMNIA LICENT:) Jus enim imperii eique junctum arbitrium ceſſat, quia id ſua voluntate in alium tranſtulit, cui proinde jam ut alius privatus parere debet.

 „*e*) (SED

quæ in privatum. *e* Sed minime pro derelicto habere rem censendus est qui eam *f* tractat negligentius.

§. X.

L. 4. c. 16. Tertio, existimat Barclajus, si rex regnum alienet, aut alii subjiciat, amitti ab eo regnum. Ego hic subsisto. Nam talis actus, si regnum electione aut successoria lege deferatur, nullus est: quæ autem nulla sunt *a* nullum habent juris effectum. Unde & de usufructuario, cui regem talem similem diximus, verior mihi videtur Jurisconsultorum sententia, *b* si extraneo jus suum cedat, nihil eum agere. Et quod dicitur ad dominum proprietatis reverti usumfructum, intelligendum *c* legitimo tempore. Si tamen rex reipsa etiam tradere regnum aut subjicere moliatur, *d* quin ei resisti in hoc possit non dubito. Aliud est enim, *e* ut diximus, imperium: aliud habendi modus, *f* qui ne mutetur obstare potest populus: *g* id enim sub imperio comprehensum non

Instit. de usuf. §. fruitur. L. usufru ctus. D. de jure dotium.

„*e*) (SED MINIME PRO DERELICTO HABERE REM CENSENDUS EST:) Nam animus derelinquendi non præsumitur, sed de eo certe constare debet, & tali facto, unde notorie voluntas agentis apparet. *Vid. L.* 2. *c.* 4. §. 3. *seq.*

„*f*) (TRACTAT NEGLIGENTIUS:) Uti Sardanapalus. *Just.* 1. *c.* 3.

„(AD §. X.) Quæritur: *An Rex qui regnum alienat, illud amittat?* Juxta Authoris principia distinguendum est, an regnum sit patrimoniale, an usufructuarium: Priori casu & valere alienationem, & populum resistere non posse alienanti asserit. Posteriori casu ait alienationem nullam esse, & effectu carere, nihilque agi: Imo populum si re ipsa tradere regnum velit, resistere quoque regi posse.

„Equidem, cum Author per regna patrimonialia intelligat ea, quæ jure belli sunt quæsita, verum omnino est, illa pro lubitu alienari posse; non a Rege, sed a populo victore, etiam inconsulta civitate victa; quia in arbitrio victoris est, an imperium servare, an vero destruere velit. Si igitur destruere potest, nedum in alium alienare poterit: At in regnis ex voluntate populi delatis certum est, alienationem citra consensum populi factam nullam esse, nam ea lege concessum est imperium ut familiæ cohæreat, extra igitur hanc legem cessat translatio imperii eoque agendi facultas. Si proinde Rex aliæ familiæ regnum dare velit, statum evertit, indeque merito ei resistere subditi possunt, si actu tradere velit. *Vid. supr. c.* 8. *& Diss. proœm.* 12. §. 632. *seq.*

„*a*) (NULLUM HABENT EFFECTUM JURIS:) Adeoque ob nudam alienationem quæ pacto fit, & quam non sequitur traditio, ex hypothesi authoris non amittitur regnum, sed negotium ipso jure nullum est. At verius est hoc ipsum pactum satis indigitare animum evertendi statum: adeoque xere desinit esse Princeps,

„*b*) (SI EXTRANEO JUS SUUM CEDAT, NIHIL EUM AGERE:) Imo cessione finitur ipsum jus usufructus. *Per text. expr. in l.* 66. *ff. jur. dot.* Ibi: *sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum.*

„*c*) (LEGITIMO TEMPORE:) Hæc explicatio, ratione usufructus, & verbis textus & rationi juris civilis repugnat, uti late demonstravi *in jure meo contr. l.* 7. *t.* 1. *q.* 3.

„*d*) (QUIN EI RESISTI POSIT IN HOC POSSIT NON DUBITO:) Jam enim leges fundamentales regni evertit, contra leges primæ dilationis in aliam familiam jus imperii transfert. Hactenus igitur deficit jus agendi, atque adeo incipit esse privatus. Hac ratione, licet minus apposite, utitur Hermolaus apud *Curt.* 8. 7. ubi Alexandrum, qui Macedones victores ad mores Persarum victorum componere voluit, ita alloquitur: *Quæ omnia tolerare potuimus antequam nos barbaris dederes, & non more victoris sub jugum mitteres. Persarum te vestis & disciplina delectat, patrios mores exosus es. Persarum ergo non Macedonum regem occidere volumus & te transfugam belli jure persequimur.*

„*e*) (UT DIXIMUS:) *c. prec.* §. 11.

„*f*) (QUI NE MUTETUR OBSTARE POTEST POPULUS:) Hic enim modus habendi, mutuo consensu populi & Principis statutus, eaque conditione imperium delatum est: si proinde alienat imperium deficit illa conditio, eoque desinit esse Princeps.

„*g*) (ID ENIM SUB IMPERIO COMPREHENSUM NON EST:) Quid? ut scilicet mutare possit modum habendi: Qui enim modum habendi mutat contra leges delati imperii, non jus populi tuetur, sed alienando perdit.

„*h*) (IN

non eſt. Quo non male aptes illud Senecæ in re non diſſimili: *Et ſi parendum in omnibus patri, [b] in eo non parendum quo efficitur ne pater ſit.*

§. XI.

Quarto, idem ait Barclajus amitti regnum [a] ſi rex vere hoſtili animo in [b] totius populi exitium feratur, quod concedo; [c] conſiſtere enim ſimul non poſſunt voluntas imperandi & voluntas perdendi: [d] quare qui ſe hoſtem populi totius profitetur, [e] is eo ipſo abdicat regnum, [f] ſed vix videtur id accidere poſſe in rege mentis compote, qui uni populo imperet. Quod ſi pluribus populis imperet, [g] accidere poteſt ut unius populi in gratiam alterum velit perditum, [h] ut colonias ibi faciat.

§. XII.

[a] Quinto, ſi regnum committatur, [b] ſive ex felonia in eum cujus feudum

„*b*) (IN EO NON PARENOUM QUO EFFICITUR, „NE PATER SIT:) Adeoque etſi Principi in omni„bus ſit parendum, in eo tamen non eſt parendum „quo efficitur ne Princeps ſit: uti efficeretur, ſi jus „imperii contra delationis leges in aliam familiam „transferret.

a) (Grot.) (SI REX VERE HOSTILI ANIMO IN TOTIUS POPULI EXITIUM FERATUR, &c. QUOO CONCEDO:) Pari de cauſa tribunus plebis qui ſit ipſo jure deſinere eſſe talem ingenioſe defendit Gracchus, cujus verba digna lectu apud Plutarchum. Johannes Major in libro IV. Sententiarum dicit, non poſſe populum a ſe abdicare poteſtatem deſtituendi Principes in caſu quo ad deſtructionem vergeret, quod commode explica ex his quæ hoc loco dicuntur.

ADDITIO.

„Hactenus regulam propoſuimus *Principi propter „privatos injurias nec a privato quoquam, nec ab „inferiori magiſtratu, nec a toto populo reſiſti poſſe:* „Ampliavimus id, & verum eſſe diximus, licet „quidam ſubditi in ſummo ſint conſtituti diſcri„mine: adeo ut nec tunc, cum conſcientiæ unius „vel alterius civis vis infertur, jus reſiſtendi locum „habeat.

„Merito autem Author excipit caſum, ſi tyran„nus eſſe incipiat, i. e. hoſtili animo in exitium „totius populi, vel etiam partis feratur: Nam tunc „finis delati imperii, qui in tuendo populi conſi„ſtit, ceſſat; non enim adminiſtrat jura populi, „qui perdere & delere populum vult,

„*b*) (TOTIUS POPULI:) Imo etiam partis, quia „alias totum hoc modo everti poſſet. *Vid. §. 7. n. 4*

„*c*) (CONSISTERE ENIM SIMUL NON POTEST „VOLUNTAS IMPFSANOI ET VOLUNTAS PERDEN„OI:) Quia natura & eſſentia imperii conſiſtit in „tuendo jure populi, cui repugnat voluntas eum „perdendi.

„*d*) (QUARE QUI SE HOSTEM POPULI TOTIUS „PROFITETUR:) Uti Caligula, qui optabat popu„lum Romanum habere unam cervicem. *Suet. in „Cal. c. 30.*

„*e*) (IS EO IPSO ABDICAT REGNUM:) Impro„prie abdicare dicitur: abdicatio enim ſupponit vo„luntatem abdicandi, quæ ceſſat in Principe ſævien„te. Rectius igitur dicendum, eum deſinere eſſe „Principem etiam invitum, quia ultra facultatem „a populo ſibi conceſſam nihil agere poteſt, ſed „privatus eſt.

„*f*) (SEO VIX VIOETUR ID ACCIDERE POSSE „IN REGE MENTIS COMPOTE:) Plurima exſtant „exempla Imperatorum qui promiſcue in populum „ſævierunt: de Caligula & de Nerone conſtat eis „nihil ſacrum, atque ideo hoſtes Senatus fuiſſe de„claratos. *Suet. in Ner. c. 49.* de Antiocho vide „quæ diximus *ſupra §. 95.* Seneca *in Herc. furente v.* „*1220.* tyrannum exhibet ita loquentem:

„*Aut omne Pindi Thracis exſcindam nemus*
„*Bachique Euros & Citharonis juga*
„*Mecum cremabo: totum cum domibus ſuis,*
„*Dominisque tecta, cum deis templa omnibus*
„*Thebana ſupra corpus excipiam meum*
„*Atque urbe verſa condar.*

„*g*) (ACCIOFRE POTEST UT UNIUS POPULI „GSATIA, ALTERUM VELIT PEROITUM:) Sic „Philippus conſilia de bello Romano ſecum voli„tans omnes fere familias ex civitatibus maritimis „in Emathiam traduxit, Thracibusque & aliis bar„baris civitates dedit habitandas, fidiora hæc „genera fore ratus in bello Romano. *Liv. Libr. 40. „c. 3. ſeq.* ubi addit ingentem eam rem fremitum „in tota Macedonia feciſſe.

„*h*) (UT COLONIAS IBI FACIAT:) Inque eum „finem priſtinum populum ſedibus ſuis ejiciat: „hoc enim non eſt tueri jura populi, ſed evertere.

„*a*) (QUINTO SI REGNUM COMMITTATUR:) Au„thor aliam hic a regula, *de non reſiſtendo Prin„cipi*, refert exceptionem, ſi ſcilicet imperium „ſub certa lege delatum & clauſula addita ſit com„miſſoria: Nam tunc principi delatum eſt impe„rium ſub conditione reſolutiva, qua exiſtente de„ſinit eſſe princeps, & incipit eſſe privatus.

„*b*) (SIVE EX FELONIA IN EUM CUJUS FEU-

feudum est, [c] sive ex clausula posita in ipsa delatione imperii, ut, [d] si hoc aut hoc rex faciat, subditi omni obedientiæ vinculo solvantur, [e] tunc quoque rex in privatam personam recidit.

§. XIII.

Sexto, si rex [a] partem habeat summi imperii, [b] partem alteram populus aut senatus, [c] regi in partem non suam involanti vis justa opponi poterit, qui eatenus imperium non habet. Quod locum habere censeo, [d] etiamsi dictum sit, belli potestatem penes regem fore; [e] id enim de bello externo intelligendum est: [f] cum alioqui quisquis imperii summi partem habeat, non possit non jus habere eam partem tuendi, [g] quod ubi fit, [h] potest rex etiam suam imperii partem belli jure amittere.

§. XIV.

Septimo, [a] si in delatione imperii dictum sit, [b] ut

„DUM EST:) Si scilicet Rex, qui feudi jure re„gnum ab alio Rege tenet, contra fidelitatem pro„missam aliquid agit: tunc enim perdit regnum „ex conventione. De regno tali feudali egimus *su„pra L. 3. c. 23.* & agemus infra *L. 2. c. 6. §. 8.* „Cæterum felonia dicitur a Germ. fehlen, (non ab „Italica voce, *fello, vid. B. Par. jur. feud. tit. 11.* „*§. 4.*) unde hodieque is qui feloniam committit, „germanis dicitur: einen Lehnfehler begehen.

„*c*) (SIVE EX CLAUSULA POSITA IN IPSA DE„LATIONE IMPERII:) Cujus rei exempla Author „retulit *supra §. 8.* exceptio enim ibi proposita, ea„dem est cum ea quæ in hoc §. proponitur.

d) (Grot.) (SI HOC AUT HOC REX FACIAT:) Vide de regno Arragoniæ Marianam libro VIII.

„*e*) (TUNC QUOQUE REX IN PRIVATAM PER„SONAM RECIDIT:) Nunquam enim in illum ca„sum imperium habuit, & ultra fines delati im„perii nunquam rex fuit.

„At bene notandum, judicium de hac re, si „dubia res sit, neutri competere, nec domino „directo nec Vasallo: sed armis res decidi debet.

„*a*) (PARTEM HABEAT SUMMI IMPERII:) Au„thor supponit statum mixtum, vel ubi divisum „est imperium, sive per partes quas vocant poten„tiales, sive per partes subjectivas: *Vide L. 1. c. 3.* „*§. 17. n. 1.* ubi notavimus non dari statum „mixtum.

b) (Grot.) (PARTEM ALTERAM POPULUS AUT SENATUS:) Exemplum habes in Genuate republica apud Bezarum libro XVIII. in Bohemia tempore Wenceslai historiæ libro X. Adde Azorium institutionum Moralium lib. X. cap. 8. & Lambertum Schafnabrugensem de Henrico IV.

c) (REGI IN PARTEM NON SUAM INVOLANTI, VIS JUSTA OPPONI POTERIT:) Hoc verum esset si status mixtus daretur: quia alter quoad partem populo vel Senatui reservatam privatus esset.

„*d*) (ETIAMSI DICTUM SIT, BELLI POTESTA„TEM PENES REGEM FORE:) Gronovius *in not. b.* „conjecturatur, excusari hic Barneveldio inter cri„mina objectos Waartgelders. *Grot. apol. c. 10.*

„*e*) (ID ENIM DE BELLO EXTERNO:) Belli „enim potestas Regi data est ad tuenda civium ju„ra contra extraneos, non vero contra alteram „populi vel Senatus partem.

„*f*) (CUM ALIOQUI QUISQUIS IMPERII SUMMI „PARTEM HABEAT NON POSSIT NON JUS HA„BERE EAM PARTEM TUENDI: &c.) Sensus est, „quod, si lis oriatur inter ejusdem imperii par„tes, cuique parti jus competat partem suam tuen„di, etiam contra regem, cui altera imperii pars „commissa est, etsi is solus jus belli contra ex„traneos obtinuerit.

„*g*) (QUOD UBI FIT:) i. e. Si altera pars jus „suum armis tuetur.

„*h*) (POTEST REX ETIAM SUAM IMPERII „PARTEM BELLI JURE AMITTERE:) Nam altera „pars, ex hypothesi Authoris, æque summam pote„statem habet, adeoque jure belli contra adver„sarium agit. At gratis hæc dicuntur, quia ne„gamus talia imperia divisa dari.

a) (SI IN DELATIONE IMPERII DICTUM SIT UT CERTO EVENTU RESISTI REGI POSSIT:) Hoc enim casu populus & rex in eum eventum consentiunt: ut proinde ex ipsa regis voluntate arma in eum sumi possint.

ADDITIO.

„Tertia vice Author hic eandem repetit exce„ptionem; nam 1.) *supra §. 8.* primam exceptio„nem hanc posuit, resisti posse Principi, *si ita con„venit, sive ab initio sive post:* 2.) idem quoque in „quinta exceptione statuit *supra §. 12. Subditos* „*omni obedientiæ vinculo liberari, si talis clausula* „*in ipsa delatione imperii posita sit:* atque id 3.) „hic denuo repetit, ut resistere liceat, *si in delatione* „*imperii id dictum sit:* Res ipsa vera est, & ratio „notoria; quia principi imperium ex propria ejus „consensu non nisi intra certos fines delatum est. „Quicquid igitur extra fines delati imperii agit, id „tan-

[b] ut certo eventu resisti regi possit, [c] etiamsi eo pacto pars imperii retenta censeri non possit, [d] certe retenta est aliqua libertas naturalis, & exempta regio imperio. [e] Potest autem qui jus suum alienat & jus pactis imminuere.

§. XV.

I. [a] Vidimus de eo qui jus imperandi habet [b] aut habuit. [c] Restat ut

Vict. de potest. civ. n. 23. Suarez de legib. lib. III. c. 10. n. 9. Lessius de just. & jure. l. II. c. 29. dub. 5. n. 73.

„tanquam privatus agit, adeoque qua talis coram „populo, (ad quem resoluta conditione delationis „redit imperium) reus fieri potest: Ubi vero per„petuo ootandum, non singulos Principem ex „hac causa reum facere posse, sed totum popu„lum eum quo id pactum est.

b) (Grot.) (UT CERTO EVENTU RESISTI REGI POSSIT:) Exempla vide apud Thuanum historiarum CXXXI, in narratione anni CIↃIↃCIV; & libro CXXXIII, in anno CIↃIↃCV, utrumque de Hungaria: apud Mejerum narratiooe anni CIↃIↃ CCCXXXIX, in fœdere inter Regem Galliæ & Carolum Burgundum. Adde de Polonia quæ habet Chytræus Saxonicorum XXIV. & de Hungaria Bonfinius Decadis IV, libro IX.

„*c*) (ETIAMSI EO PACTO PARS IMPERII RE„TENTA CENSERI NON POSSIT:) Recte: omne „jus imperii in Regem translatum est sub coo„ditione resolutiva, qua pendente omne jus impe„rii, ac arbitrium de eo statuendi est penes regem: „ea autem existente redit totum jus populi, & „Princeps iocipit esse privatus.

„*d*) (CERTE RETENTA EST ALIQUA LIBER„TAS NATURALIS, ET EXEMTA REGIO IMPERIO:) „Imo omnis libertas publica translata est in prin„cipem pendente & stante conditione, i. e. quam„diu intra fines delati imperii imperat; at eo mo„mento, quo existit conditio resolutiva, i. e. quo „excedit illos fines, illudque notorium est, omne „jus ex dispositione contrahentium redit ad popu„lum, illudque quod Princeps habuit exstin„guitur.

„*e*) (POTEST AUTEM, QUI JUS SUUM ALIE„NAT ET JUS PACTIS IMMINUERE:) Sensus est, „quod populus, qui jus imperii alienat, & in re„gem transfert, id jus pactis quoque imminuere „possit: Nam potest plane non transferre, adeo„que qua vult lege transferre: Unde Rex qui sub „tali lege imperium acceptat, illud ex consensu „suo amittit, si leges delationis violat.

„*a*) (VIDIMUS DE EO QUI JUS IMPERANDI „HABET:) Quateous scilicet ei resistere liceat, *vide* „*supra* §. 7. *n.* 15.

„*b*) (AUT HABUIT:) Intelligendum hoc est de „rege qui abdicavit regnum, aut dereliquit, *vid.* „§. 9. aut alienavit, *vid.* §. 10.

„*c*) (RESTAT, UT DE INVASORE IMPERII „VIDEAMUS:) Qui scilicet tyrannus est vel occu„patiooe vel administratiooe. Principia vera ex„posuit *B. Parens in Exerc. II. ad Grot. quæ ex*„*stat in Vol. II. disp. fol.* 1435. Verba ejus hæc sunt: „Ex iis, quæ de legitimo magistratu in hostem „mutato diximus, patet, quid statuendum de eo, „qui summum imperium de facto invadit: (quo„rum ille Tyrannus in exercitio, hic in occupa„tione vulgo dicitur) hic enim nullum jus belli „aut victoriæ (quo principatus jure gentium obti„nentur) habet, adeoque invasiooe sua non magis „acquirit principatum vel summum imperium, „quam prædo aut fur rei surreptæ dominium.

„Utrique ergo commune est, quod medii tem„poris acta non valent, sed ipso jure nulla sunt, „*per pos.* 7. sed cum id coojunctum fere sit cum „summo reipublicæ periculo, aliorumque inson„tium, quorum causa res gestæ sunt, præjudicio, „ultro a populo vel successore confirmari illa, „prout e re visum fuerit, sæpe necesse est: unde „generale jus factum in specie, *l. fin. off. de præt.*

„Ita Claudius omnia Caligulæ acta rescidit: „*Suet. in Calig. c.* 11. At, cum Lepidus pariter acta „Syllæ rescindere pararet, fas quidem id visum „fuit, sed obstitit utilitas & præjudicium Repu„blicæ, sine cujus magna clade id fieri non potuis„se testatur *Flor. L.* 3. *cap. ult.* Cæterum, in „hac quæstione notandum, discrimen inter jus & „possessionem a jure naturæ esse, atque ex eo a „JCtis Romanis accurate evolutum, ut suo loco „demonstrabitur: Hujus vero possessionis (quæ „est facultas naturalis rem tenendi) etsi ipsa nec „sit species juris, nec jus inserat, sed interim sal„tem, donec de jure decidatur, instar juris tuenda „sit, incredibile tamen est, quam insignes jure „gentium quoque ejus sint effectus: de quibus suo „loco: Hic de iovasore regni.

„Unde primum sequitur, durante hac vi & pos„sessiooe, cives vel subditos non teneri parere jussi„bus & legibus Regis etsi legitimi: Non quod jure „ei obligati non sint, sed quia non possunt, cum „non sint in sua potestate, sed invasoris. Natura „autem oemo teoetur facere, quod facere non „potest, verumque adeo est, impossibilium nul„lam esse obligationem (conf. l. 185. ff. de R. J.) „Deinde reliqui populi non subditi, sed medii, „vulgo neutrales, non possunt salva pace nisi pos„sessionem sequi. Enimvero cum de regno inter „Regem & invasorem actu armis decertetur, coo„sequens est, si in hac armorum lite populus ali„quis uni parti præ altera faveat, & vel facto al„teri assentiat, hoc ipso desinere eum esse me„dium, & fieri alterius partis hostem: Sunt enim „omnes hostes, qui hostile judicium quomodocun„cunque sequuntur, de quo *add. Grot. Lib.* 3. *c.* 17. „Necesse igitur est, ut populi medii neutrius par„tis causæ se immisceant, aut ullo judicio alteram „præ altera probent; sed factum pro jure habeant,

„id est, ut qualitercunque eventus armorum & in „quamcunque partem volvetur, eum utrinque fe„quantur. Quæ & caufa eft, cur ufu gentium & „populi & Principes medii cum tali invafore jura „pacis, belli, fœderum, legationum, & cætera „juris gentium negotia ac commercia perinde ac „cum legitimo Rege obfervent, & exerceant. Ne„que impedit, quod ille, ut pofuimus, invafor, „adeoque privatus fit, quia tamen eft in poffeffio„ne regni & regiæ poteftatis, quam folam populi „medii refpiciunt, & refpicere oportet; quia eam „deferendo aut improbando definunt effe medii, & „hoftis perfonam induunt.

„Præterea & illud inde fequitur, etfi lis illa ar„mata cum invafore quam diutiffime fufpenfa ma„neat, & poffeffio hæc violenta duret, tamen jus „nulla re immutari: unde, fi forte inter reliquos „populos, vel principes medios fint, quibus cum „eodem regno vel Rege controverfia intercedat, „vel alias ipforum interfit, nullum ipfis præjudi„cium affert, quod poffefforem tanto tempore „paffi & fecuti fuerint; quia id non ab ipforum „arbitrio pendet, fed eft à poteftate juris. Non „enim patiuntur poffefforem, quod eum agno„fcant Regem legitimum, fed quia ipfi in ea cau„fa & armorum lite judices non funt; adeoque, „fi illud fibi arrogent, ex mediis hoftes fiunt, & „hoftile judicium fequuntur. Nihil igitur præju„dicii ex hac patientia inferunt caufæ fuæ, quæ „ipfis integra eft eum populo, quisquis huic inte„rim præfuerit, Rex, an invafor, prout ea ante „paucos annos in notiffima caufa regia late deduxi. „Cum igitur talis violenta invafio & poffeffio ne„mini jus fuum auferat, *per pof.* 7 adeoque eo „non obftante jus regni integrum fit, & Regi & „populo, licitum utrisque femper eft, fi, fuis vel „amicorum opibus inftructi, poffint invaforem „expellere, Rege excepto; etfi fubditi fidem jam „dederint, quia id vitio factum; five enim coacti „dederint, vitium eft a vi, fi fponte, a perfidia, „quia jus Regis extinguere illi non poffint.

„Quodfi vero, qui regnum invadit liber popu„lus, vel Princeps fit, qui jus in illud fibi effe con„tendit, obtinent jura bellorum & victoriæ, & „jure gentium cedit illud victori (*conf. Difp. de „jure vict.*)

Hucusque B. Parens: at cum olim fpeciali dif-fertatione hanc materiam illuftraverim, operæ pretium erit, eam hoc loco inferere.

DISSERTATIO
DE JURE REGIS EJECTI, ET DE ADMINISTRATIONE USURPATORIS REGNI, AC UTRIUSQVE EFFECTU.

§. 1.

„Diftinctionem inter *imperium* & ejus *admini„ftrationem* impugnat Limnæus, Scriniorum „publicorum compilator in *J. publ lib. 1. c. 10. n.* 279 „idque authoritate cujusdam Itali, Fabi Albergati, „qui in difcurfibus politicis Bodino oppofitis, *L.* 2. „*c.* 10. afferit, adminiftrationem ad effentiam im„perii pertinere. Saniores juris publici fcriptores „differentiam agnofcunt. *Vid. Bodin. de rep. L.* 1. „*c.* 2. *§.* 7. *& L.* 6. *c.* 6. *Reinking. de regim Sec. & „eccl. L.* 1. *claff.* 2. *c.* 2. *n.* 104. *&* 236. *ibique alleg. „Kulpis. Colleg. Grot. Exerc.* 2. *§.* 13. *ibique alleg. „Hobbes. de cive c.* 13. *n.* 1. Grotius paffim quo„que hanc differentiam inculcat. Ita enim *L.* 1. *c.* 3. „*§.* 19. notat Polybium qui Romanam rempubli„cam ad mixtum genus reipublicæ refert, caufam„que erroris affert, *quod magis externam fpeciem, „& quotidianam adminiftrationem, quam jus ipfum „fummi imperii fpectaverit*: Unde & alibi diftin„guit inter *fummitatem imperii*, & *habendi plenitu„dinem*: *d. c.* 3. *§.* 14. Et *L.* 2. *c.* 16. *§.* 17. de ejecto „Rege differens, inquit: *jus regni penes eum ma„net, utcunque poffeffionem amiferit*: & *d. c.* 16. „*§.* 18. ait: *Invaforem jus non habere, etfi poffeffio„nem habeat.*

„Neque nova hæc eft diftinctio, ut Bodinus au„tumat, fed ex ipfo jure naturæ originem ducit, „atque JCtis Romanis cognita fuit: *Vid. Diff. pro„œm. XII. §.* 591. *feq.*

„Rationes a Fabio allegatæ adeo obfcuræ funt, „ut vix intelligi queant, atque iis fufficienter re„fpondet *Beclerus ad Hyppol. a lapide p.* 18. Quis, „quæfo, negabit Regi infanti, furiofo, captivo, „&c. *jus imperii* competere; fed quis fanus „iisdem *adminiftrationem* concedet; Michael Hof„pitalius Galliæ Cancellarius jura Galliæ in Cale„tum vindicaturus ita differit: *Quamvis Angli „Caletum* 230. *plus minus annos* POSSEDERINT, jus „*tamen penes Galliæ reges fuiffe non minus quam „Ducatum Aquitaniæ & Normanniæ, quos Angli „diu armis detinuerant. Cambd. in vit. Elifab. p.* 1. „*ad a.* 1567. *fol.* 119.

„§. 2. Infignem hæc diftinctio ufum habet in „REGE EJECTO, qui absque omni dubio *jus im„perii* retinet, etfi omnis *adminiftratio* fit penes „USURPATOREM.

„§. 3. Equidem jus IMPERII Regi ejecto inte„grum manere vel ex eo apparet, quia jus illud „ex difpofitione populi ei quæfitum eft, quod „ufurpator ei auferre nequit: hoc igitur jus ubi„que Regem etiam exulem fequitur, adeo, ut po„ftea reftitutus non ex nova difpofitione populi jus „acquirat, fed priftinum continuet; quod egre„gie declaraverunt proceres Angliæ cum Carolum „II. folenni edicto revocarent? *Quanquam*, ajunt, „*nulli dubium fit, quin poft luctuofum parentis „Caroli obitum certum & abfolutum effet regiæ „hodie Majeftatis in regnis fuis & coronis jus & „dominium fine ulla edicti folemnitate aut pompa; „quoniam autem bis vicibus promulgatos effe reges „iu more pofitum fuerit, ut inde boni omnes fubditi „officium fuum & obfequium teftarentur: Nos ita„que utriusque ordinis proceres &c. in regem agno„fcimus & pronunciamus, & ab ipfo nuperi domini „Regis obitu imperialem Angliæ coronam primogenia „forte & fucceffione indubitata Carolo Secundo, re„gii fanguinis proximo ceffiffe &c.* apud *Bateum in „motib. Angl. tom.* 5. *p. m.* 65.

„Hactenus igitur ufurpator eft prædo, qui „omnia, quæ agit, injuria agit: unde neceffa„rio fequitur, omnes ejus actiones, quatenus ad jus

,,jus imperii pertinent, ipso jure nullas esse, Grot.
,,*L. 2. c. 14. §. 14.*
,,§. 4. Effectus hujus *juris imperii* varii sunt,
,,*tum* ratione ipsius Regis ejecti, *tum* ratione sub-
,,ditorum, *tum* ratione vicinorum.
,,§. 5. REX EJECTUS omnia agere potest quæ ad
,,ipsum administrationis actum non pertinent: un-
,,de 1.) titulum regium retinet, nec non 2.) ordi-
,,nem & dignitatem: 3.) legatos mittit; Sane Ca-
,,rolus II. regno exutus ad Imperatorem, Tur-
,,cam, Moscoviæ ducem, Polonum, Danum,
,,Suecos, Venetos, Belgas, Hispanos, splendidas
,,misit legationes. *Vid. Bateus de motib. Angl. part.*
,,*2. f. 191.* Legatus Mariæ Smattæ ait se esse legatum
,,Reginæ absolutæ, & injuste abdicatæ, apud
,,*Camden. in vit. Elisab. part. 2. fol. 209.* Nec
,,movere debet, quod legatus Caroli II. a Turcis
,,Cromwelio deditus fuerit, *Bateus de mot. Angl.*
,,*p. 2. f. 129.* exemplum enim barbaræ gentis ad imi-
,,tandum allegari nequit; Equidem P. Æmilium lega-
,,tos Persei devicti retinuisse legimus apud *Grot.*
,,*L. 2. c. 17. §. 2. n. 2.* Verum hoc inde est, quia
,,a summa potestate victus jus ipsum imperii per
,,ultimam victoriam amisit: *Grot. d. l.* 4.) Fœde-
,,rum jus retinet, illudque cum vicinis exercet: 5.)
,,contra usurpatorem, si subditus est, non jure bel-
,,li sed vi imperii agit: 6.) ordines equestres con-
,,fert: 7.) juri ejus nunquam præscribitur, sed
,,tempore augetur injuria usurpatoris; unde regi
,,& populo semper licitum est, suis vel amico-
,,rum opibus invasorem expellere; Idque verum
,,est, etsi subditi fidem usurpatori dederint, quia
,,id vitio factum; si enim coacti dederunt fidem,
,,vitium est a vi, si sponte, a perfidia, quia jus Re-
,,gis extinguere non possunt: *Vid. B. Parens in*
,,*Prodrom. jur. gent. Ex. 2. §. 171.*
§. 6. RATIONE SUBDITORUM effectus insignis
,,hic est, ut non liberentur ab homagio vero
,,regi præstito, etsi usurpatori fidem dederint, uti
,,jam vidimus: sed effectus illius homagii suspen-
,,ditur, quia exercitium imperii penes regem non
,,est, de quo *infra* plenius.
,,Quæritur: *an subditi regi ejecto alimenta sub-*
,,*ministrare, vel commercium cum eo habere possint?*
,,Equidem jure utrumque licitum est: sed is
,,subditus usurpatoris vindictam metuere debet: si
,,vero fidem usurpatori dedit, neutrum licitum
,,est quamdiu usurpator imperium possidet.
,,Porro quæritur: *an quilibet subditus talem*
,,*usurpatorem occidere possit?* Recte id negat Gro-
,,tius *L. 1. c. 4. §. 15. in fin. & seq.* quia is tan-
,,tum injuriam vindicare potest qui eam passus
,,est, adeoque solus rex ejectus, vel tota respubli-
,,ca. Vid. *Grot. L. 1. c. 3. §. 5.* Unde Brutus &
,,Cassius, qui Julium Cæsarem tanquam usurpato-
,,rem interfecere, a populo rei facti & damnati
,,sunt. *Cic. L. 3. off.* & Dio Cassius ait eos eodem,
,,quo ipsi usi sunt, gladio periisse. *L. 59. hist. in fin.*
,,Excipe casum, ubi rex vel populus consentit.
,,Grotius *l. 1. c. 4. §. 15. seq. & L. 1. c. 3. §. 5.*
,,Neque tunc saltem impunitatem habet occisor, uti
,,existimat Grotius *L. 2. c. 20. §. 17.* sed jure id fa-
,,cit, quia non suo nomine, sed tanquam instru-
,,mentum populi vel Principis usurpatorem occi-
,,dit: qui cum aliter jus suum contra invasorem
,,defendere non possint, injuria non agunt si per
,,alienas manus pœnam meritam ei infligunt.
§. 6. Bene autem distinguendum est inter inva-
,,sorem privatum, & eum qui ipse summam pote-
,,statem habet; nam ea quæ hactenus dicta sunt,
,,saltem de usurpatore rebelle vel prædone intelli-
,,genda sunt: cum usurpatore rege autem obti-
,,nent jura bellorum. Rex ergo invasor jure gen-
,,tium acquirit imperium, nam cum inter duas
,,summas potestates hic lis sit, sola belli alea judex
,,est, & ultima victoria instar sententiæ. Talis igi-
,,tur usurpator jure gentium acquirit imperium,
,,quamdiu illud actu tenet; cessante autem posses-
,,sione redit imperium ad pristinum possessorem,
,,cujus possessio nunc prævalet: idque jus postli-
,,minii dicitur, cujus effectus est, ut omnes actus
,,intermedii pro nullis habeantur: de quo alibi
,,plenius egimus.
§. 7. Ratione VICINORUM varii sunt hujus rei
,,effectus: Nam (1) fœdere juncti tenentur assistere
,,regi contra ejusmodi invasorem, sive subditum,
,,sive prædonem extraneum: *Vid. l. 2. c. 16. §. 18.*
,,At non *tenentur* si lis sit inter regem & subditos:
,,Hernici, cum Romani ejectis regibus auxilia vi
,,fœderis ab ipsis peterent, negabant esse sibi fœ-
,,dus cum Romanis ejecto rege. *Dion. Halic. l. 3.*
,,*c. 37.*
,,Equidem Pussendorfius distinguit, an Regi au-
,,xilia promissa sint an regno? *Priori* casu fœdera-
,,tum regi promissa auxilia mittere debere ait, non
,,posteriori casu: *de jur. nat. l. 8. c. 8. §. 9.* Ego
,,nec priori casu fœderatum ad auxilia mittenda
,,obligari puto, quia ea promissa sunt regi qua
,,regi, adeoque qua capiti regni: si prouide rex
,,& regnum inter se dissentient, neutri auxilia de-
,,bentur: nam judicium circa talem litem fœdera-
,,to non competit, qui utrique junctim auxilia
,,promisit non uni præ altero.
(2) Vicini fœderati tenentur auxilia præstare
,,*invasori*, si ab hoste extraneo regnum bello peti-
,,tur: quia fœderatus sequitur possessionem, re-
,,gnique administrationem.
,,(3) Si vicinus fœderatus cum tali *invasore* socie-
,,tatem bellicam contrahit, adeoque cum eo tanquam
,,cum rege legitimo agit; nihilominus finita societa-
,,te causam justi regis ejecti defendere, ac tyrannum
,,bello petere potest. *Grot. l. 2. c. 16. §. 18.* Fœdus
,,enim cum eo contractum est qua *possessore*: quo
,,ipso juri legitimi regis non derogatur, quod ple-
,,nius explicabimus *d. §. 18.* Conferantur ea quæ
,,ex B. Parentis doctrina proponemus infra §. 14.
,,Exemplum occurrit in Nabide Lacedæmoniorum
,,tyranno, quem Romani in fœdere cum Epirotis
,,comprehenderunt *Liv. l. 29. c. 12.* Imo iidem
,,Romani fœdus & amicitiam cum eo contra Phi-
,,lippum inierunt. *Liv. l. 32. c. 39.* Neque tamen
,,id obstabat quo minus postea cum Græciæ popu-
,,lis arma jungerent, ut Lacedæmones pristinæ li-
,,bertati restituerent, & Nabidem Tyrannum ex-
,,pellerent. *Liv. l. 34. c. 22. seq.* Equidem Nabis Ti-
,,tio Quintio, Romani exercitus Imperatori, bellum
,,tyranno inferenti opposuit, *de nomine hoc respon-*
,,*dere possum, me, qualiscunque sum, eundem esse*

„*qui fui, cum Tu ipse mecum societatem pepigisti;*
„*Tum me regem a vobis appellari memini, nunc ty-*
„*rannum vocari video.* At recte regesserunt Ro-
„mani, *amicitia & societas nulla nobis tecum, sed*
„*cum Pelope justo ac legitimo Rege* (qui in Roma-
„norum castris degebat *Liv. l. 34. c. 36.*) *facta est.*

„(4) Quæritur: Si subditi de tyrannide sui regis,
„qui fœdere nobis junctus est, queruntur, an contra
„fœderatum auxilia subditis ejus mittere liceat?
„Negatur: quia judicium nobis inter regem ejusque
„subditos non competit: Male igitur Carolus II.
„Galliarum rex Pisanos Florentinorum in se cru-
„delitate exposita orantes, ut in avitam assereren-
„tur libertatem, liberos esse jussit, *immemor* (ut
„Bellarius *Rer. Gall. lib. 5.* & Commin *L. 7. c. 7.*
„addunt) *pactorum cum Florentinis initorum.*

„(5) Reges vicini, si invasores ad eos confu-
„giunt, dedere tyrannos justo regi deditionem ex-
„petenti, aut punire eos tenentur. *Vid. Grot. l. 2. c. 21. §. 4.*
„*n. 3. l. 3. c. 20. §. 41. n. 2.* Basilius Porphyrogennetus misit
„ad Chusroem Persarum regem, postulatum ut de-
„deretur sibi regni affectator (Bardus Sclerus) qui
„domino contraria cepisset arma, neve in semet
„ipsum pernitiosum exemplum statueret. *Zonoras*
„*in Basil. Porphyr. p. m. 120. coll. 1.* At Chosroes
„& legatos & Sclerum carceri tradidit, quia le-
„gati clandestine cum Sclero tractaverunt. *Zon. d. l.*

„At si (6) invasor regni dedi sibi regem ejectum
„petit, vicini petitis annuere non tenentur: Sane
„nec Galli nec Belgæ Carolum II. Cromwelio de-
„dere voluerunt: si tamen usurpatoris potentia me-
„tuatur, rex juberi potest exire e territorio: Ita
„Galliæ rex ad rogationem Cromweli eundem
„Carolum regno suo exire jussit. *Bateus de motib.*
„*Angl. p. 2. f. 308. Wikefort* L'ambassadeur *L. 1.*
„*Sect. 3.*

„§. 8. Uti ergo jus imperii plenissime est penes
„regem ejectum, ita EXERCITIUM ejus seu ADMINI-
„STRATIO omnis est penes usurpatorem, idque ex
„ratione juris gentium nunc probandum erit.
„Nam 1) administrandi facultas sequitur ex natura
„possessionis, utpote quæ consistit in facultate rem
„tenendi, adeoque in mero factu: Hinc etiam
„prædo possidere dicitur, & JCtus *in l. 2. ff. uti*
„*possid.* bene ait, *qualemcunque possessorem hoc ipso,*
„*quod possessor est, plus juris habere, i. e. plus*
„*posse, quam qui non possidet.* Certum igitur est
„regnum non in regis sed usurpatoris potestate
„naturali esse. Hoc posito, necessario 2.) sequitur
„quædam cura & administratio intuitu usurpatoris,
„quia respublica per se & suapte virtute subsistere
„nequit, omnia igitur usurpator agit, sine quo impe-
„rium salvum & tectum esse non potest; Nam 3)
„hactenus regi ejecto præjudicium non fit, imo po-
„tius ejus interest conservari rempublicam, quod
„sine administratione fieri nequit. 4) Usurpator non
„tantum facultatem habet administrandi, sed &
„tenetur administrare: neque enim mala fides ef-
„ficit ut minus, sed ut magis quoque ad custodiam
„rei teneatur. Idque eleganter JCtus exemplo ge-
„storis negotiorum, qui mala fide agit, explicat:
„*Sed & si quis negotia mea gessit non mei contem-*
„*platione sed sui lucri causa: Labeo scripsit, suum*
„*eum potius quam meum negotium gessisse: Qui*
„*enim deprædandi causa accedit suo lucro non meo*
„*commodo studet, sed nihilominus, imo magis &*
„*is tenebitur negotiorum gestorum actione. L. 6. §. 3.*
„*ff. Neg. gest.* Unde fures & prædones etiam na-
„turali ratione ad exactissimam diligentiam obli-
„gantur: Sane 5) usurpator non melioris esse de-
„bet conditionis quam legitimus administrator,
„qui imperium sartum atque tectum conservare
„tenetur.

„Minus ergo accurate (6) Grotius *L. 1. c. 4.*
„*§. 13.* tali injusto possessori vim obligandi tribuit
„ex eo, *quod omnino probabile sit populum vel Se-*
„*natum malle interim rata esse quæ imperat, quam*
„*legibus judiciisque sublatis summam induci confu-*
„*sionem:* Nam (a) conjectura illa voluntatis nul-
„libi probatur, neque (b) ea ulla ratione vim ob-
„ligandi dare potest. Sane (c) rata interim sunt
„acta usurpatoris, etsi de contraria voluntate tum
„regis tum populi constet: idque (d) ex natura
„possessionis, quæ administrandi facultatem sup-
„ponit, sequitur: Sed & (e), hac fictione posita,
„usurpator vi taciti mandati, adeoque juste ageret,
„utpote consentiente eo qui jus prohibendi habet.

„§. 9. Effectus hujus *administrationis* itidem va-
„rii sunt, *tum* ratione usurpatoris, *tum* ratione
„subditorum, *tum* ratione vicinorum.

„§. 10. USURPATOR 1) titulis regiis utitur, seque
„Dei gratia ordinatum asserere potest: eoque ti-
„tulo usus est Cromwelius. *Vid. Greg. Leti de vi-*
„*ta Oliverii Cromwelii p. 2. l. 5. p. m. 316.* quia ad-
„ministrat imperium, rem sacram atque divinam.
„2) Bella tam offensiva quam defensiva contra vi-
„cinos gerit, quoties ad defensionem reipublicæ
„necessaria sunt, quia sunt pars administrationis.
„Unde 3) omnes solennitates belli cum eo obser-
„vari debent: præsidium Nabidis ex pacto di-
„missum esse ait *Livius L. 34. c. 29.* capti tali
„bello fiunt servi, & postliminii jure utuntur. &c.
„Hinc (4) fœdera contrahere, & pacem facere,
„adeoque etiam legatos mittere potest; cujus rei
„exempla affert *Wikefort l'ambassad. L. 1. Sect. 3.* In
„historia Angliæ splendidæ extant legationes Crom-
„welii in Lusitaniam, Poloniam, Sueciam, ad
„Belgas, in Hispaniam, Galliam, aulam Tur-
„cicam &c. *Bateus de mot. Angl. p. 2. f.* 281. 302.
„199. 189. 195. 192. Quin mediator fuit inter Da-
„num & Suecum, *ibid. p.* 325, Sed & vicissim
„ab iisdem regibus legati, de nova republica gra-
„tulabundi missi sunt, uti Don Alfonso Marchio
„de Cardenas ab Hispano *Leti in Oliver. Cromw. p.*
„*2. l. 3. f.* 165. Comes a Langerfeld nomine Sue-
„ciæ *ibid. fol.* 168. Alius a Belgis *ibid. f.* 170.
„5. Ejusmodi legati ab usurpature missi sancti
„sunt: Hinc cum Ascharius Cromwelii legatus con-
„foderetur, ideo omnis ei satisfactio promissa fuit
„apud Bateum, *d. p. 2. f.* 169. Occisu Dorislao
„sæpius petita, sed tandem comperendinando fru-
„strata est vindicta. *Bateus d. p. 2. fol.* 138. *Leti p.*
„*2. L. 3. p.* 171. Equidem sunt qui rejecere hujus-
„modi legatos, nam de Moscovitis refert Leti;
„*protestarono, di non voler mai correspondenza*
„*alcuna con i parricidi del loro Re, & a questo fine*
„*publicarono; che sotto pena della vita nissuno ar-*
disse

„*disse piu corrispondere, trafficare, ore negotiare con* „*Inglesi*. Sed hæc res meri arbitrii est, uti mox „videbimus.

„6) Usurpator leges condit circa sacra & pro„fana vi administrationis: Unde Cromwelius lau„datur a Gregorio Leti, *p.* 2. *L.* 5. quod fuerit *in*„*fallibile ne regolare il sagro & profano.* Et idem „ingeniose ab eodem Authore describitur *Tiranno* „*senza vizi, & Principe senza vertu.*

„§. II. RATIONE SUBDITORUM effectus hujus *ad*„*ministrationis* hic est, ut 1) non teneantur pare„re jussibus & legibus Regis ejecti, sed usurpatoris: „non quod jure ei obligati non sint, sed quia non „*in* ejus potestate, sed in potestate usurpatoris „constituti sunt. *B.. Par. in prodr. jur. gent. Ex.* 2. „*§.* 196. Neque ipsis aliquid hactenus imputari „potest, nam ea lege se regi subjecere, ut illos „contra vim injustam defendat; si proinde *in* re„gis potestate non est defendere rempublicam, „defectus non est *in* ipsis, sed in ipso rege, & „uti princeps ipse vi cedere cogitur, ita subditi in„juria non agunt, si ex necessitate faciant quæ li„bere facturi non fuissent; inque eo consentiunt „omnes. Vid. *Grot. L.* 2. *c.* 4. §. 15. ibique Com„mentatores Add. *Kulpis. Exerc. ad Grot. L.* 1. *c.* „4. *§. f. Ursil. ad Mathæum de afflict. dec.* 77. *n.* 4.

„Hinc 2) subditi ejusmodi invasorem in bel„lo sequi tenentur, nam est pars administratio„nis, & agitur de defensione reipublicæ.

„*An* vero contra ipsum regem ejectum sequi „tenentur? Equidem non peccant subditi, si in eo„rum arbitrio non est non sequi; & cum totum „administrationis negotium arbitriu usurpatoris re„lictum sit, hactenus judicium populi cessat. Sane „eadem ratione qua subditi legitimum regem etiam „in injusto bello sequi tenentur, *vid. Grot. L.* 2. *c.* 26. „*§.* 4. *seq.* eadem ratione etiam populus usurpatorem „sequi tenetur, in neutro enim casu arbitrium po„puli est. Hinc Athenienses excusat Vellejus pa„terculus *Lib.* 2. quod *in* bello Mithridatico arma „sumserint contra Romanos, *Si quis hoc rebellan*„*di tempus* ait, *quo Athenæ oppugnata a Sulla* „*sunt, imputat Atheniensibus, nimium veri ve*„*tustatisque ignarus est; adeoque enim certa Athe*„*niensium in Romanos fides fuit, ut semper & in* „*omni re, quicquid sincera fide gereretur, id Ro*„*mani Attica fieri prædicarent. Cæterum tum op*„*pressi Mithridatis armis homines miserrimæ c o*„*ditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugna*„*bantur ab amicis & animos extra mœnia, cor*„*pora necessitati servientes intra muros habebant.* „Hinc Thrasybulus patriam liberaturus vetuit oc„cidere cives sub auspiciis 30 tyrannorum pu„gnantes: *Nep. in Thrasybul. c.* 2. Aliud „igitur dicendum si ultro arma in princi„pem movent, tunc enim tota illa ratio necessi„tatis cessat. *Grot. L.* 1. *c.* 4. *§.* 14.

„3) Usurpator collectas quoque qua possessor, & „onera publica a civibus exigere potest, quia sine „illis subsidiis administratio perfici nequit. Serva„tor Romanis qui occupaverunt Judæam tributum „solvere jussit, quia Cæsaris imaginem nummus „præferebat, *i. e.* quia in possessione erat imperii. „*Grot. L.* 1. *c.* 4. *§.* 20. & in Talmud Hierosolymi„tano Abigail, cui David exprobrabat quod ma„ritus Saulem secutus fuerit, respondet, nimirum „ta Sauli adhuc obtinere, i. e. eum adhuc in pos„sessione regni esse. *tit. Sanhedrin fol.* 20.

„At 4) jam dixi, subditos talem tyrannum „privato jure occidere non posse. *Grot. L.* 1. *c.* 3, „*§.* 4. *n.* 2.

„§. 12. RATIONE VICINORUM insignis effectus „administrationis (1) hic est, ut illi non possint „salva pace nisi possessorem sequi, quod ita pro„bat *B. Parens in prodr. jur. gent.* Ex. 2. *§.* 170. *&* „171. *Enimvero cum de regno inter regem & in*„*vasorem actu armis decertitur, consequens est,* „*si in hac armorum lite populus aliquis uni parti* „*præ altera faveat, aut vel facto alteri assentiat, hoc* „*ipso desinere cum esse medium, & fieri alterius* „*partis hostem: Sunt enim omnes hostes qui ho*„*stile judicium quomodocunque sequuntur. Necesse* „*igitur est, ut populi medii neutrius partis causa se* „*immisceant, aut ullo indicio alteram præ altera* „*probeant; sed utriusque factum pro jure habeant,* „*i. e. ut qualitercunque eventus armorum & in* „*quamcunque partem volvatur, eam utrinque se*„*quantur, quæ & causa est, cur usu gentium popu*„*li & principes medii cum tali invasore jura pacis,* „*belli, fœderum, legationum & cætera juris gen*„*tium negotia ac commercia, proinde ac cum legi*„*timo rege observent & exerceant: Neque impedit* „*quod ille invasor, prædo, privatus &c. sit; quia* „*tamen est in possessione regni & regiæ potestatis;* „*quam solam populi medii respiciunt, & respicere* „*oportet, quia eum deserendo, aut facta ejus im*„*probando desinunt esse medii, & hostis personam* „*induunt:* Hactenus B. Parens.

„Accedit quod medii illi non sint judices cau„sæ alienæ, uti ergo inter privatos illi, ad quos „lis non pertinet, tuto sequuntur possessionem; „ita medii quoque, quorum judicium inter inva„sorem & Regem ejectum cessat, præsentem „possessionem sequi jure possunt.

„Porro & 2) vicini legatos usurpatoris reci„pere, aliosque ad eos mittere possunt, Wikeforr „*L.* 1. *Sect.* 3. rationem hanc addit: *Les Princes* „*a qui on envoye les Ministres, n'ont pas accoutumé* „*d'examiner les titres de ceux qui les employent,* „*& se contentent d'en considerer la puissance & la* „*possession. Conf. supra §.* 10.

„Sed & 3) cum tali usurpatore justum bel„lum esse, solennitates bellorum ubtinere, post„liminio locum esse &c. dixi *supra* §. 10. *n.* 3.

§ 13. Hinc jam apparet decisio casus singula„rissimi de quo nostris temporibus controversia mo„ta fuit: Stanislaus regnum Poloniæ occupaverat, „ejecto Rege Augusto: Rex Borussiæ possessionem „secutus amicitiam cum novo Rege coluit: Durante „hoc regno Stanislaus reditus quosdam dominiales, „dolo administratoris ablatos, & Regiomontum „translatos vindicavit, atque in contradictorio „cum aliis creditoribus eorum restitutionem per „sententiam obtinuit: Antequam executioni man„data esset sententia, Augustus recuperavit regnum, „reditusque illos domaniales, tanquam reditus co„ronæ, sibi tradi petiit: Rex Borussiæ, qui hujus „litis arbiter non fuit, & ex ratione juris gentium

„possessionem sequebatur, decrevit, Augusto ejusque cessionario hanc pecuniam tradendam esse.

„§. 14. Neque vicini reges, dum sequuntur possessorem, suo juri, si forte aliquod in re usurpata habeant, præjudicium faciunt: Atque hinc cum in causa Lingensi opponeretur juribus Borussicis, *principes Arausionenses non posse usurpatores illius comitatus appellari, quia Brandenburgica domus per seculum & ultra titulos illius familiæ agnovit:* merito responsum fuit, medios suis juribus non præjudicium facere sequendo possessionem, quia id non ab ipsorum arbitrio pendet, sed a potestate juris. Non enim eos pati possessorem quod eum agnoscant regem legitimum, sed quia ipsi in ea causa & armorum lite judices non sunt, adeoque si illud sibi arrogent, ex mediis hostes fierent, & hostile judicium sequerentur. Nihil igitur præjudicii ex hac patientia inferri causæ suæ, quæ ipsis integra est cum populo, quisquis huic interim præfuerit rex an invasor. Quæ sunt verba *B. Parentis in prodr. jur. gent. Ex. 2. §. 136.*

„§. 15. Superest, ut disquiramus quid juris sit ejecto usurpatore circa gesta medii temporis? *Alii* indistincte ajunt, omnia quæ ab usurpatore, vel ejus nomine acta sunt, ipso jure nulla esse. *Math. de afflict. Dec. 70. n. 1. & Dec. 77. n. 2. seq. ibique Doctores. Johan. de Ana. in c. 1. in. 1. & 2. coll. de schismaticis per l. 66. C. de SS. Eccl. Alii* in privatis quoque actibus distinguunt, an in favorem usurpatoris & in odium alterius gesta sint an non, *Ursill. ad Math. de afflict. Dec. 77. n. 1. Alii* an ab officialibus fiant regi fidelibus an ab infidelibus, *dict. Dec. 77. n. 4. & 5. Alii* an officiales suo nomine agant an nomine usurpatoris. *Ursill. ad d. Dec. 77. n. 4. & 5.*

„§. 16. Nos in genere dicimus, omnia acta usurpatoris, adeoque & ejus leges, rescripta, decreta, ipso jure nulla esse, etiamsi justitiæ conveniant: Exc. (1) si speciatim a vero rege confirmantur: Tunc enim non subsistunt vi sua, sed ex ratihabitione justi regis. *Vid. infra §. 18. pr.* Sic Aratus nec potuit nec voluit possessoribus auferre quæ post 50. annorum possessionem sine injuria tenebant. *Cic. 2. off.* 23. & Bodinus ait, acta tyrannorum non tantum utilia sed & iniqua sæpius rata esse oportere, si salvam rempublicam esse velimus: Indeque Thrasybulum Atheniensibus, Aratum Syconis, Tullium Romanis suasisse ut acta usurpatorum valida pronunciarent. *De republ. l. 2. c. 5. p. 281.* Sane Lepidus, si Syllæ acta rescidisset, bello civili causam daturus fuisset. *Flor. l. 3. c. 23.* Theodosius & Arcadius, cæso Maximo usurpatore, lege publica præcepere ut ea quæ Maximus contra jus rescripsit non valeant, ea autem, quæ legitime rescripsit non impugnentur, apud *Bodin. de republ. L. 2. c. 5. p. m. 281.* Ita Constantinus Magnus, quæ Licinius tyrannus inique decreverat, & edixerat, una lege abrogavit, cætera confirmanda putavit, *ibid.* alia vide apud *Bodin. d. l.* & infra §. 18.

„Ex his sponte sequitur privilegia, beneficia, largitiones, etiam bene de republica meritis concessas, nullam vim habere ejecto usurpatore, quin & magistratus, honores, officia &c. dignis quoque collata, non subsistere, nisi ex confirmatione legitimi Principis & possessoris præsentis: Unde Theodosius & Arcadius, *tametsi largitiones Maximi, & ea quæ in flagitiosos & nihil de republica merentes effudisset, revocarent, magistratus, imperia, curationes indignis adimerent, decreta quoque & judicia convellerent, ea tamen quæ sine fraude ac reipublicæ detrimento acta fuerant, infirmari noluerunt. Bodin. c. 5. p. 281.* & in præcedentibus dixerat idem Bodinus: *His consentanea est JCtorum disciplina, quæ successorem tyrannorum ad ea, quæ juste promiserint, fecerint, obligari voluit, cætera rescindi.*

„Denique quicquid interim ab officialibus pro administranda justitia actum, atque inter partes litigantes statutum est, ipso jure non subsistit: Hoc autem verum saltem esse de actibus judicum puto qui a tyranno constituti sunt; cum enim jus non habeat judices creandi, quicquid ab his peragitur nullum est: Secus si judices a vero possessore jam constituti fuere, vel jussu sui magistratus electione justitiam administrant, his enim juris dicundi potestas competit, idque uno ore omnes testantur *Baron. de tyrannide q. 7. Andreas de Jsernia in c. 1. quid sit invest.* ubi ait: *facta a tyranno debere revocari, non autem facta a judicibus tyranno subditis, qui non peccaverunt, quia necessitas non habet legem. Cap. c. dec. Neap.* 179. *ibique late Dd.* Modo hi judices juxta leges populi judicent. Si enim vel dolo quid agunt, vel contra leges pronunciant, etiam legitimorum judicum actus irriti sunt.

„Exc. 2) Si Rex ejectus locupletior factus est ex facto usurpatoris. *Grot. l. 2. c. 14. §. 14.* Rex enim plus suo haberet quod sine injuria retinere nequit. Unde etiam jure Romano statutum est, ut malæ fidei possessori impensæ utiles & necessariæ restitui debeant. Equidem hæc in thesi vera sunt, sed in hypothesi vix usus est hujus quæstionis, usurpator enim tot calamitatum author, & tot criminum reus est, ut id quod versum est in utilitatem regni, pensare damnum datum, & reparare injuriam nunquam possit.

„§. 17. Sed quid de actibus intermediis ratione vicinorum dicendum? Equidem 1) rex restitutus obligatur vicinis quoque ex facto usurpatoris si locupletior exinde factus est; at 2) ex omnibus reliquis actibus cum vicinis gestis rex ejectus non obligatur: Nam cum actus illi subsistant ex sola ratione, quia possessor fuit, & quia vicini possessionem sequuntur, necessario sequitur, cessante possessione, cessare omnem rationem validitatis. Hinc pacta, & fœdera, cum usurpatore inita, tacitam habent conditionem, quamdiu in possessione fuerit: ejecto igitur invasore alius est possessor, indeque nova cum hoc incunda sunt pacta.

„Atque hinc (1) contractus cum hujusmodi invasoribus initos nullos esse ait *Grotius L. 2. c. 14. §. 4. Ursill. ad Math. de afflict. dec. 77. n. 6, Rum. Conf.* 105.

„(2) Ex guarantia ab usurpatore promissa legitimus

ut de invasore imperii videamus, [a] non postquam longa possessione [b] aut pacto jus nactus est, [c] sed quamdiu durat injuste possidendi causa. [d] Et quidem dum possidet, actus imperii quos exercet, vim habere possunt obligandi, [e] non ex ipsius jure quod nullum est, [f] sed ex ex eo quod omnino probabile sit eum qui jus imperandi habet, [g] sive is est populus ipse, [*] sive rex, [h] sive senatus, id malle, interim rata esse quæ imperat, quam legibus judiciisque sublatis summam induci confusionem. [i] Improbat Cicero Syllanas leges, ut crudeles in proscriptorum liberos, ne honores petere possent. [k] Servandas tamen censuit, affirmans (ut nos docet Quintilianus) [l] ita his legibus contineri statum civitatis, ut his solutis ipsa stare non posset. [**] Florus de ejusdem Sullæ actis: [m] *Lepidus acta tanti viri rescindere parabat, nec immerito, si tamen posset sine magna clade reipublicæ.* Et mox: *Expediebat ægræ quasi sauciæque reipublicæ requiescere quomodocunque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.* Lib. II. cap. 1.

2. [n] In

„timus Rex non tenetur, *Vid. B. Parens in diss.* „*de Guarantia sub fin.* §. 15.

„(3) Dejotarus Rex, occiso Cæsare, ea quæ „ablata ab hoc injuria fuere, suo marte vindicavit: „neque id improbat Cicero, sed approbat potius, „ajens: *Sciebat homo sapiens jus semper hoc fuisse,* „*ut quæ tyranni eripuissent, ea tyranno interfe-* „*cto, ii, quibus erepta essent, recuperarent. Philip.* „*2. p. m.* 851.

„*a*) (NON POSTQUAM LONGA POSSESSIONE:) „Imo sola longa possessio nunquam jus dat inva- „sori, sed auget potius injuriam.

„*b*) (AUT PACTO JUS NACTUS EST:) Po- „pulus enim & rex de suo jure disponere, ac im- „perium invasori conferre possunt:

„*c*) (SED QUAMDIU DURAT INJUSTE POSSI- „DENDI CAUSA:) Adeoque quamdiu invasor est.

d) (ET QUIDEM DUM POSSIDET, ACTUS IMPERII QUOS EXERCET VIM OBLIGANDI HABERE POSSUNT:) Ex natura possessionis quæ facultatem, imo necessitatem administrandi infert: Subditi autem, qui in potestate invasoris sunt, sequuntur possessionem.

„*e*) (NON EX IPSIUS JURE QUOD NULLUM „EST:) Quicquid enim agit in re aliena agit, „adeoque injuria.

„*f*) (SED EX EO QUOD OMNINO PROBABILE „SIT, EUM QUI JUS IMPERANDI HABET &c, „MALLE INTERIM RATAM ESSE:) Hæc conje- „ctura voluntatis nimis vaga est, neque inde jus „aliquod inferri potest, utpote quod acquiritur „demum ex dispositione certa: Vera ratio est, „quod administratio sequatur ex natura possessionis, „rex autem ejectus administrare per rei naturam „nequit, quia regnum non est in ejus facultate na- „turali: Adeoque valent actus administrationis, „etsi constet regem eos valere nolle: *Conf. Dis-* „*sert. præmissa* §. 8.

g) (SIVE IS EST POPULUS IPSE:) Ut in statu populari.

*) (SIVE REX:) In statu scilicet Monarchico.

h) (SIVE SENATUS:) In statu nimirum Aristocratico.

„*i*) (IMPROBAT CICERO SYLLANAS LEGES:) „*L. 2. de Leg. agr. c. 2.*

k) (SERVANDAS TAMEN AFFIRMANS:) Hæ „leges igitur non valebant ex ratione juris, quia „quicquid Sylla egit, injuria egit: neque valebant „ex possessione, quia ea jam desiit, & agebatur de „actibus tyranni rescindendis: Sed vim habebant „ex consensu expresso, & ratihabitione eorum ad „quos imperium pertinebat, qui leges illas ob me- „tum novorum motuum tollere noluerunt.

„*l*) (ITA HIS LEGIBUS CONTINERI STATUM „CIVITATIS, UT HIS SOLUTIS IPSA STARE NON „POSSIT:) Sylla enim legem tulit ne proscripto- „rum liberis aditus ad magistratus daretur: hæc „lex sine magna clade reipublicæ rescindi non „potuit, si enim proscriptorum liberi admissi fuis- „sent ad honores, ulturi fuissent injurias parenti- „bus illatas in auctoribus, auctorumque fautori- „bus. *Gron. h.*

**) (FLORUS:) *L. 3. c. 23.*

„*m*) (LEPIDUS ACTA TANTI VIRI RESCIN- „DERE PARABAT:) Adeoque poterant rescindi „quia injuria omnia gesta fuere, at ob utilitatem „publicam confirmatæ fuerunt; Exemplum habe- „mus in *l. Barbar. ff. de off. præt.* ubi acta usurpa- „toris ideo confirmabantur, quia alias plures re- „suscituræ fuissent lites: Unde totus titulus exstat „in Codice Theodosiano de *confirmatione actuum* „*tyranni.* Exemplum est in Richardo III, qui filii „majoris Eduardi V. liberos exclusit; ejecto enim „postea usurpatore ab Henrico VII. hic acta salva „esse voluit, quia Eduardus bene gessit imperium. „Equidem Bodinus in genere ait, iniquum esse „benefacta rescindere: *de republ. L. 2. c. 5. in fin.* „Verum negamus esse bene facta intuitu causæ; „quia usurpator non habet jus in re aliena aliquid „agendi, etsi bene egerit,

2. *n* In his tamen quæ ita necessaria non sunt, & pertinent ad raptorem in iniqua possesione firmandum, si sine gravi periculo potest non pareri, parendum non est. *o* Sed an talem raptorem imperii vi dejicere, aut denique occidere liceat, quæritur?

§. XVI.

1. Ac primum, *a* si bello injusto, & cui juris gentium requisita non adsint, imperium arripuerit, *b* neque pactio ulla sequuta sit, *c* aut fides illi data, *d* sed sola vi retineatur possesio: *e* videtur manere belli jus, ac proinde *f* in eum licere quod in hostem licet, *g* qui a quolibet etiam privato jure potest interfici. *h* *In reos majestatis*, inquit Tertullianus, *i* *& publicos hostes omnis homo miles est.* *k* Sic & adversus militiæ desertores, cunctis jus pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum est.

Apolog. C. quando liceat unicuique. l. 1.

§. XVII.

„*n*) (IN HIS TAMEN QUÆ ITA NECESSARIA „NON SUNT &C. PARENDUM NON EST.) Imo simpliciter parendum est jussis usurpatoris: possessio „enim totius imperii penes eum est: Neque subditis imputari aliquid potest, cum rex ejectus „eos defendere non possit, prout ejus officii est: „*Vid. Diss. modo præmissam §. 11.*

„*o*) (SED AN RAPTOREM IMPERII VI DEJICERE AUT DENIQUE OCCIDERE LICEAT, QUÆRITUR?) Author sit quemlibet privatum occidere invasorem regni posse (1) in bello minus solenni: Hoc enim casu manere jus belli putat. „§. 17. (2) Si talis lex exstat, ut cuique privato liceat tyrannum occidere. §. 17.) (3) Si populus „aut rex consentiant. §. 18. Quæ singula nunc examinabimus.

„*a*) (SI BELLO INJUSTO ET CUI JURIS GENTIUM REQUISITA NON ADSUNT.) Alibi diximus, „non dari bellum justum quod solennitates suas „non ab ipso naturæ jure habeat. Author hic intelligit bellum *publicum minus solenne* de quo vid. *l.* 1. „*c.* 3. §. 1. & §. 4. Illudque opponit *publico solenni*, „quod etsi natura forte injustum sit, jure gentium „tamen, accedentibus certis solennitatibus, pro „justo habetur; ad effectum scil. dominii externi, & „impunitatis. *Vid. Diss. proœm. IX. §. 63, seq. §. 70. seq.* In *priori* statuit cuique privato jus esse „usurpatorem occidendi, non in *posteriori*. At „(1) alibi probavi, distinctionem inter bellum publicum jure gentium solenne, & minus solenne, „mere cerebrinam esse. *dict. diss. IX. §.* 168. (2) Verum non esse, privatis jus occidendi usurpatorem, „concessum esse in bellis minus solennibus, (i. e. „quæ privati cum principe gerunt, qui imperium „vi occupavit.) quod exemplo Cæsaris probatur, „cujus cædem ipse Senatus improbavit.

„*b*) (NEQUE PACTIO ULLA SECUTA SIT:) *Vid.* „*§. præced. n.* 1.

„*c*) (AUT FIDES ILLI DATA: &c.) Fides enim „etiam usurpatori & perfido data servanda est, „quia qua tali datur. *Vid. infra l. 3. c. 19. §. 2. n. 1.* „*& 2. & c. 23. §. 2.* Conf. *indicem* voce *fides.*

„*d*) (SED SOLA VI RETINEATUR POSSESSIO:) „sine juris titulo.

„*e*) (VIDETUR MANERE JUS BELLI:) Imo nunquam cum usurpatore privato bellum geritur, sed „si subditus est, imperans jure imperii eum coercet, „si extraneus, jure necessariæ defensionis. *Vid.* „*Diss. prooem.* IX. §. 168.

„*f*) (IN EUM LICERE QUOD IN HOSTEM LICET &c.) Jure naturæ autem hostem a quolibet „occidi posse existimat. *Vid. l. 3. c.* 18. §. 1. *n.* 3. „inprimis si magistratus est. *L. 1. c.* 3. §. 4 *n.* 2. At „dixi privatum, qui imperium usurpavit, nunquam „hostis loco haberi posse, sed pro subdito rebelle „vel prædone. Sed & admitti nequit, quod Author asserit, cuique privato jus esse occidendi hostem. *Vid. not. ad d. cap.* 18. §. 1.

„*g*) (QUI A QUOLIBET ETIAM PRIVATO JURE „POTEST INTERFICI:) Author rationem addit infra *l. 3. c.* 18. §. 1. quia hostis jure gentium externo res nullius est, quod refutavimus *ibidem.*

„*h*) (IN REOS MAJESTATIS:) Tunc id fit lege „permittente.

„*i*) (ET PUBLICOS HOSTES OMNIS HOMO MILES EST:) Hoc admitti non potest absque imperantis consensu: *Vid. d. c.* 18. §. 1.

„*k*) (SIC ADVERSUS MILITIÆ DESERTORES:) Si „id lege concessum est, alias non.

„*a*) (IDEM

§. XVII.

[a] Idem cum Plutarcho, qui ita ſentit libro de fato ad Piſonem, ſtatuendum cenſeo, ſi ante invaſionem lex publica exſtiterit, quæ unicuique poteſtatem facit occidendi eum [b] qui hoc aut illud quod in aſpectum cadit auſus fuerit; puta [c] qui privatus ſatellitium ſibi circumdederit, [d] arcem invaſerit; [e] qui civem indemnatum, aut non legitimo judicio necaverit; [f] qui magiſtratus ſine juſtis ſuffragiis creaverit. [g] Tales leges multæ exſtabant in Græciæ civitatibus, [h] ubi proinde juſta cenſenda fuit talium tyrannorum interfectio. Talis erat Athenis lex Solonis [i] renovata poſt reditum ex Piræo, in eos qui ſtatum popularem ſuſtuliſſent, aut eo ſublato honores geſſiſſent. [k] Ut & Romæ lex Valeria, ſi quis injuſſu populi magiſtratum gereret: [l] & lex Conſularis poſt decemvirale imperium, ne quis magiſtratum ſine provocatione crearet, qui creaſſent, eum jus fasque eſſet occidi.

§. XVIII.

Nec minus licebit invaſorem imperii interficere, [a] ſi diſerta auctoritas accedat ejus qui jus verum imperandi habet, ſive is rex eſt, ſive ſenatus, ſive populus. [b] His annumerandi & regum puerorum a. Paral. xxiii.

„a) (IDEM &c. STATUENDUM CENSEO SI ANTE INVASIONEM LEX PUBLICA EXSTITERIT:) „Quia conſenſu imperantis invaſor privatus interficitur.

„b) (QUI HOC AUT ILLUD QUOD IN CONSPECTUM CADIT AUSUS FUERIT:) Omnibus enim „his caſibus invaſor legis authoritate occidi poteſt.

„c) (QUI PRIVATUS SATELLITIUM SIBI CIRCUMDEDERIT:) Nam ſolius Principis eſt, corporis cuſtodes ſibi comparare, cum ſubditi ſatis „tuti ſint ſub tutela Principis.

„d) (ARCEM INVASERIT:) Vim enim exercere in territorio, ubi judicis copia eſt, rebellionem ſapit.

„e) (QUI CIVEM INDEMNATUM AUT NON LEGITIMO MODO NECAVERIT:) Officiales enim „juxta leges præſcriptas judicare debent, ſi proinde ſpretis legibus in ſubditos ſæviunt, lege facultas occidendi eos concedi poteſt.

„f) (QUI MAGISTRATUS SINE JUSTIS SUFFRAGIIS CREAVERIT:) Uti exemplum Author „mox affert in lege Valeria.

„g) (TALES LEGES MULTÆ EXSTABANT IN GRÆCIÆ CIVITATIBUS:) Nam cum plerique „Reges Græciæ nudo officii jure imperium tenuerint (*vid. Grot. ſup. c.* 3. §. 10.) populus certis „legibus eorum imperium circumſcribere ſolebat.

„h) (UBI PROINDE JUSTA CENSENDA FUIT TALIUM TYRANNORUM INTERFECTIO:) Nam „ſingulis facultatem occidendi eum qui legibus contraria feccrit, concedere ſolebant. De „cæde tyranni *vide Sen.* 7. *de benef.* 19. & 30. *Sen.* „*Herc. fur. v.* 920. *Quintil, decl.* 274, & 322. *Arrian.* 4. 263. *Curt.* 8. 7. *Nepos Timol.* 1. *Thuan.* „*L.* 34, *p. m.* 6. 91. & *l.* 50. *p. m.* 1044. *Cic. ad* „*Brut. ep.* 16. *Plutb. Publicola*, & *Puffend. de J.* „*N.* & *G. L.* 7. *c.* 8. §. 6. *Conf. Tesm. h.*

„i) (RENOVATA POST REDITUM EX PIRÆEO:) „Ejectis 30. tyrannis per Thraſybulum *vid. Leges Attica Petiti tit.* 4. *p.* 10. *Gron. h.*

k) (Grot,) (UT ET ROMÆ LEX VALERIA:) Plutarchus Publicola:) ἄνευ κρίσεως κτείνειν τὸν βουλόμενον τυραννεῖν: *Ut injudicatum occidere eum liceret qui dominatum concupiſceret.* Mox addit: εἰ τις ἐπιχειροίη τυραννεῖν Σόλων μὲν ἁλόντι τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, ὁ δὲ Πουβλικόλας καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἀνελεῖν δίδωσι: *Solon ei qui dominatum invadit deprehenſo diem dici vult, ac Publicola etiam ante judicium talem permittit interfici.*

ADDITIO,

„Lex illa lata eſt a Petro Valerio Publicola etiam „Conſule, *Gron. h.*

„l) (ET LEX CONSULARIS:) Quæ eſt nepotis „illius L. Valerii, potiti ſimul conſulatum cum „Collega M. Horatio. *Dion.* 5. 19. *Livius* 3. 55.

„a) (SI DISERTA AUCTORITAS ACCEDAT EJUS „QUI JUS VERUM IMPERANDI HABET:) Is enim „qui authoritate legitimi magiſtratus invaſorem „occidit, non ſuo jure nec ſuo nomine occidit, „ſed tanquam inſtrumentum ſuperioris, qui jus „occidendi tyrannum habet. Sed hoc verum eſt „de invaſore privato, non vero de invaſore rege, „qui jure belli alienum regnum occupat, & ubi „de juſtitia cauſa nemo eſt qui judicare poſſit.

„b) (HIS ANNUMERANDI ET REGUM PUERORUM

rorum tutores, [c] qualis Joaſo erat Jojada, cum Athaliam regno depelleret.

§. XIX.

1. [a] Extra hæc [b] ut privato vi dejicere aut interficere liceat ſummi imperii invaſorem, probare non poſſum: Quia fieri poteſt, ut is qui jus habet imperii [c] malit invaſorem in poſſeſſione relinqui, quam periculoſis & cruentis motibus occaſionem dari, qui plerumque ſequi ſolent iis violatis aut interfectis qui validam habent factionem in populo, aut externos etiam amicos. [d] Certe an rem in id periculum adduci velit rex aut populus incertum eſt, quorum ſine cognita voluntate vis juſta eſſe non poteſt. Favonius dicebat, χείρον εἶναι μοναρχίας ἀνόμȣ πόλεμον ἐμφύλιον, [e] *pejus eſſe bellum civile dominatu illegitimo.* Et Cicero, *Mihi pax omnis cum civibus bello civili utilior videtur.* Ajebat T. Quintius ſatius fuiſſe Lacedæmone [f] tyrannum Nabidem relinqui, cum aliter opprimi non poſſet quam ruina graviſſima civitatis, in ipſa vindicta libertatis perituræ. Nec alio ſpectat illud apud [g] Ariſtophanem, leonem in civitate non alendum; ſi alitus ſit, ferendum eſſe.

Liv. lib. xxxiv.

2. Profecto graviſſima cum ſit deliberatio, libertas an pax placeat, ut Tacitus loquitur, & difficillimum hoc σκέμμα πολιτικὸν Ciceroni, εἰ τυρωννȣμένης τὸν πατρίδος παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τȣ̃το περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύειν; *An, cum patria illegitimo imperio premitur, omnimodo danda ſit opera ejus demendi, etiamſi civitas eam ob rem in ſummum diſcrimen adducenda ſit?*

Lib. ix. ad Att. epiſt. 4.

„RUM TUTORES:) Si rex, cujus imperium alius „uſurpat, minor eſt, tutoribus authoritatem interponere licet: Si proinde authoritate tutorum tyrannus occiditur, jure occiditur.

„c) (QUALIS JOASO ERAT JOJADA CUM „ATHALIAM REGNO DEPELLERET:) Ahaſia mortuo, mater ejus omnem prolem Regum Judæ exſtirpavit, præter Joaſium, quem ſoror Ahaſiæ furori Athaliæ eripuit. Sexennio elapſo Jojada, qui „& agnatus, & Sacerdos ſummus, & tutor Joaſi fuit, „Athaliam regno jure depellit, eamque occidit. 2. „*Chron.* XXII. & XXIII. quod factum etiam approbat *Hobbeſius in Leviath. c.* 44. & *Puffend. L.* 7. „*c.* 8. *in f.*

„a) (EXTRA HÆC:) i. e. extra caſus recenſitos.

„b) (UT PRIVATO VI DEJICERE AUT INTERFICERE LICEAT &c. INVASOREM, PROBARE NON POSSUM:) Ratio ex præmiſſis notoria eſt: „Injuria enim publico illata eſt, ejus igitur eſt vel „punire vel diſſimulare: Singulis autem privatis judicium non competit. Hinc merito factum Bruti, Cæſarem occidentis, improbatum fuit.

„c) (MALIT INVASOREM IN POSSESSIONE RELINQUI:) Vaga nimis eſt hæc conjectura, unde „nullum jus infertur; vera ratio eſt, quia injuria „publica a privatis vindicari non poteſt inconſulto populo, & hactenus admitti poteſt, quod Author *n.* 2. ait, non debere ſingulos, quod populi „commune eſt judicium ad ſe rapere.

„d) (CERTE AN REM IN ID PERICULUM ADDUCI VELIT, INCERTUM EST:) Ratio, cur id „ſingulis non liceat, certa eſt,

„e) (PEJUS ESSE BELLUM CIVILE DOMINATU ILLEGITIMO:) Ob periculum motibus civilibus „conjunctum.

f) (Grot.) (TYRANNUM NABIDEM RELINQUI:) Quod Plutarchus in T. Quinti vita ſic explicat: ὡς ἑώρα σὺν κακῷ μεγάλῳ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ἀπολȣ́μενον τὸν τύραννον. *Cum videret, ſine gravi aliorum Laconum malo, non poſſe tyrannum deſtrui.* Non alienum eſt ab hac re quod Plutarchus refert Lucurgo, Laconem quendam, cum legiſſet:

> Σβεννύντας πότε τȣ́σδε τυραννίδα χάλκεος ἄρης
> Εἷλε Σελινȣ̃ντος δ' ἀμφὶ πύλαις ἔπεσον.
> *Hos, dum Marte parant dominatum exſtinguere, ſævus,*
> *Ante Selinuntis mœnia Mars rapuit.*

Reſpondiſſe δικαίως τεθνήκαντι οἱ ἄνδρες· ἔδει γὰρ ἀφέμεν ὅλαν αὐτὸν κατακαῆμεν: *Merito viri illi periere, exſpectare enim debuerant ut ipſe per ſe dominatus conflagraret.*

„g) (ARISTOPHANEM:) In comœdia, quæ inſcribitur *ranæ: Act.* 5. *Scen.* 4.

„h) (NON

fit? [h] non debent finguli quod populi commune eft judicium ad fe rapere. Illud vero plane iniquum:

[i] *Detrahimus dominos urbi fervire paratæ.*

[k] Sicut Sylla, interrogatus quid ita armatus patriam peteret, refpondit, ἐλευθερώσων ἀπὸ τῶν τυραννούντων, *ut eam a tyrannis liberem.* *App. civ. I.*

3. [l] Melius Plato epiftola ad Perdiccam fuadet, cujus verba Latine fic pofuit Cicero: *Tantum contendere in republica, quantum probare tuis civibus poffis: vim neque parenti, neque patriæ afferri oportere.* Qui fenfus & apud [m] Salluftium exftat: *Nam vi quidem regere patriam aut parentes, quanquam & poffis & delicta corrigas, tamen importunum eft, cum præfertim omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hoftilia portendant.* Unde non longe abit illud Stallii apud Plutarchum in vita Bruti: τῷ σοφῷ καὶ νοῦν ἔχοντι διὰ φαύλους καὶ ἀνοήτους κινδυνεύειν καὶ παράττεσθαι μὴ καθήκειν: æquum non effe ut vir prudens ac fapiens, improborum & defipientium caufa, in pericula & turbas fe conjiciat. Huc & Ambrofii illud non male referas: *Adjuvat hoc quoque ad profectum bonæ exiftimationis, fi de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum fine confufione fieri poteft; ne videamur jactantiæ magis facere caufa quam mifericordiæ, & graviora inferre vulnera dum minoribus mederi defideramus.* [n] Thomas feditiofam effe dicit interdum quamvis tyrannici regiminis deftructionem. *Epift. fam. lib. I.* *Bell. Jug.* *De off. II. c. 21.* *2. 2. q. 42. art. 2.*

4. Non debet movere nos in contrariam fententiam [o] factum Aodis in Eglonem regem Moabitarum: nam aperte teftatur facra auctoritas, hunc a Deo ipfo vindicem fufcitatum; mandato fcilicet fpeciali. [p] Neque vero conftat hunc Moabitarum regem nullum jus imperandi ex pactione habuiffe. Nam & in alios reges Deus per quos *Jud. III, 15. Nehem. IX. 27.*

„*b*) (NON DEBENT SINGULI QUOD POPULI „COMMUNE EST JUDICIUM AD SE RAPERE:) „In jus ergo alienum involarent, fi invaforem „morte dignum judicarent.

i) Grot.) (DETRAHIMUS DOMINOS URBI SERVIRE PARATÆ:) Plutarchus Catone Majore de Antiocho Magno: ἐποιήσατο αἰτίαν τοὺς Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, μηδὲν δεομένους: *Bello prætextum fumebat, liberare Græcos, libertatis non egentes.*

ADDITIO.

„Hæc funt verba Cæfaris apud Lucanum I. „350. Idque merito improbat Author, quia fi voluit fervire Roma, urbs libera, nulla caufa poterat effe Cæfari, ut invitam illam affereret in libertatem. *Vide Tesm. h.*

„*k*) (SICUT SYLLA INTERROGATUS:) *Pluth.* „*de genio Socratis. p.* 576.

„*l*) (MELIUS PLATO:) *Plat. ep,* 5.

„*m*) (SALLUSTIUM:) *Jugurth. c.* 3. Seneca *de* „*otio Sapientis* sit, permanendum in malo jam familiari, & Thucydides *L.* 1. *p.* 38. civitati tranquillæ optimum non mutari inftituta. *Vide* „*Tesm. h.*

„*n*) (THOMAS SEDITIOSAM INTERDUM DICIT:) Si fcilicet cum periculo totius reipublicæ, „adeoque tam nocentium quam innocentium, de„ftructio illa conjuncta eft.

„*o*) (FACTUM AODIS IN EGLONEM REGEM „MOABITARUM:) Is non tanquam privatus, fed „juffu divino inftructus tyrannum necavit, nam „Deum hunc liberatorem fufcitaffe dicitur. *Judic.* „III. *v.* 15.

„*p*) (NEQUE VERO CONSTAT HUNC MOABITARUM REGEM NULLUM JUS IMPERANDI EX „PACTIONE HABUISSE:) Author fupra §. 16. affe„ruit jure belli invaforem a quolibet privato occidi „poffe, *nifi pactio fecuta fit*: Cum ergo Eglon „ab Aode occifus fuerit, Author fupponit popu„lum *vel* non dediffe fidem, *nec* pactionem cum Eglone de parendo initam effe: *Vel* fi „fecuta eft, id ad ea refert exempla, ubi Deus ju„dicis fua per quos volebat miniftros executus eft.

II. Reg IX. quos volebat ministros sua judicia exsequebatur, q ut per Jehun in Joramum.

§. XX.

Maxime autem a in re controversa judicium sibi privatus sumere non debet, sed possessionem sequi. Sic tributum solvi Cæsari Matth. XXII. 20. Christus jubebat, b quia ejus imaginem nummus præferebat, id est, c quia in possessione erat imperii.

CAPUT V.

Qui bellum licite gerant.

I. *Belli causas effectrices alias esse principales in sua re.*
II. *Aut in aliena.*
III. *Alias instrumentales, ut servos & subditos.*
IV. *Natura jure neminem a bello prohiberi.*

§. I.

„q) (UT PER JEHUN IN JORAMUM:) Hunc „enim Deus unxit ut deleret domum Achab, cujus „filius erat Joram, 2. *Chron.* XXII. *v.* 7.

a) (IN RE CONTROVERSA PRIVATUS SIBI JUDICIUM SUMERE NON DEBET, SED POSSESSIONEM SEQUI:) Privatus sibi judicium sumere in usurpatorem non debet, quia ejus non est injuria, sed publica, quæ publice quoque vindicari debet: Merito autem quæritur, cum duo concurrant, jus Regis & possessio invasoris, quodnam interim sequi privati teneantur? Recte Author ait possessionem sequendam esse, cum enim Rex ejectus facultatem naturalem non habeat imperium tenendi, nec exercere illud possit, subditi legibus ejus parere non tenentur, cum executio legum deficiat, & Rex eus defendere contra injuriam invasoris non possit.

Eadem quoque ratio est in vicinis: Nam & hi quoque sequuntur possessionem, fœdera cum invasore contrahunt &c. quia id pars administrationis & possessionis est. Conf. *Dissertatio supra th.* 15. *inserta ibique* §. 7.

b) (Grot.) (QUIA EJUS IMAGINEM NUMMUS PRÆFEREBAT:) Certissimum hoc indicium possessionis. vide in hist[illegible]a Genuate zezarum libro XVIII.

ADDITIO.

„Imperium Romanorum in Judæam belli jure „nititur; qui titulus justus est, adeoque Romani non „possunt invasores dici. *Vid. supra* §. 7. *n.* 5.

„c) (QUIA IN POSSESSIONE ERANT IMPERII:) „Nam jus cudendi monetam est pars imperii, nec „ab alio, quam eo, qui imperium tenet, exerceri „potest. *Maimonides in Gezelach c.* 5. Hinc fingi„tur in Targum Hierosolymitano *tit. Sanhedr. f.* „20. Abigaelem Davidi quærenti, *numne Rex sit* „*ipse?* Respondisse: *Numisma Domini nostri* „*Sauli adhuc obtinet.*

(AD §. I.) Recte Author ait licitè bellum geri posse 1.) ab ipsa parte læsa pro defensione juris sui necessaria. 2.) Adjutorium quoque bellum non tantum licitum sed & laudabile esse posse: Imo opem ferre alii, qui injuriam patitur, maximæ perfectionis esse. 3.) In bello etiam aliquem intervenire posse tanquam instrumentum alterius, quo refert milites: hos enim suo jure nihil facere posse ait, sed tanquam instrumentum alterius agentis posse.

ADDITIO.

„Contenta hujus tituli exposuit B. Parens in „Prodr. jur. gent. *Exerc.* 2. §. 176. *seq. his verbis:* „Alii sunt, qui bellum gerunt, ille scl. cujus causa „est, ac bello agitur: qui & dicitur Herr des Krie„ges (*conf. Rec. Imp.* 1541. §. 54.) Alii qui geren„tibus assistunt. Alii per quos gerunt bellum.

„Alteri assistere adversus injurias bonum opus „est, perinde ut alteri benefacere; idque adeo & „licitum est natura, & laudabile ac virtutis: Ve„rum cum in bellis utraque pars jus sibi asserat, & „uterque injuriam ab altero sibi fieri contendat, is, „qui alterius parti assistit, eandem cum ipso belli „fortunam suscipit, & fit hostis alterius, quia eo„rum qui hostes ipsi sunt, judicium & partes se„quitur. Igitur adjutor asserit quidem se jus suæ „partis adversus injurias alterius tueri, at hic e con„trario, sibi ab utroque injuriam fieri ac jus dene„gari. Et hæc ergo quæstio quoque cum judi„cem non habeat, ab exitu armorum pendet.

„Itaque potest hostis in adjutorem perinde ut in „hostem ipsum, & sive copias saltem miserit, in „has perinde ut in exercitum hostilem, cujus pars „sunt, non modo sine ullo novo facto hostium „more agere; sed & ex hac opis hosti præstitæ „causa novum bellum ei denunciare; si autem „ipse adjutor militet, etiam sine denunciatione jus „belli in ipsum exercere, de quo agemus *Lib.* 3. „*c.* 3.

„Cæterum non potest adjutor bellum gerere si „principalis nolit, vel suo juri renunciet, quia is „injuriam remittere vel saltem suspendere adhuc „& deliberare potest: atque ita adjutor neque suo „jure vim facere potest, quod nullum habet; ne„que nomine principalis, qui suo jure non utitur.

„Omnia bello capta, cedunt ei soli, qui bel„lum gerit, seu cujus est causa; cujus & onera „sunt, quia ejus est negotium, res, actio & ejus „nomi-

§. I.

[a] UT in aliis rebus, [b] ita & in voluntatis actionibus [c] tria esse solent efficientium genera, principales, adjuvantes, & instrumenta. Causa effectrix principalis in bello [d] plerumque est is cujus res agitur: [e] in privato privatus: in publico potestas publica, [f] maxime summa. [g] An & pro aliis nihil moventibus bellum moveri ab alio possit, [h] alibi videbimus. Illud interim tenebimus, [i] naturaliter quemque sui juris esse vindicem: [k] ideo manus nobis datæ.

§. II.

[a] Sed & alteri prodesse qua possumus non licitum modo sed & honestum est. Recte [b] qui de officiis scripserunt ajunt, [c] nihil esse homini utilius homine altero. [d] Sunt autem diversa hominum inter se vincula quæ ad mutuam opem invitant, nam & cognati ad opem ferendam coeunt, & vicini inclamantur, & qui ejusdem civitatis sunt participes; unde illud [e] *Porro Quirites & quiritari.*

L. servus D. de servis export. Cic. l. II. off. ex Panatio. DD. ad l. Si quis in servitutem. D. de fur. l probibemus C. de jure fisci.

„nomine universum bellum geritur, *per pos.* 5. *n.* 1. „a. de quo alibi.

„Bellum Princeps gerit per cives i. e. subditos „suos, qui ad patriam suam, & rempublicam „ejusque jura defendenda natura adstricti sunt „& ideo in civitatem coiverunt. Illi igitur vel „ipsi militare, vel conducto milite, stipendia sol„vere tenentur, prout principi visum fuerit. Quæ „ipsa huc non pertineot.

„*a*) (UT IN ALIIS REBUS:) Corporalibus scl. „Sic enim malleus quo faber ferrarius utitur, „non est causa actionis, sed ipse faber, qui mal„leo utitur.

„*b*) (ITA ET IN VOLUNTATIS ACTIONIBUS:) „Adeoque aliæ sunt actiones intellectus, aliæ cor„poris, ut manuum.

„*c*) (TRIA SOLENT ESSE EFFICIENTIUM GE„NERA:) Ita ut quis vel nomine proprio vel no„mine alieno, vel tanquam socius agere possit.

„*d*) (PLERUMQUE EST IS, CUJUS RES AGI„TUR:) Adeoque cujus causa bellum geritur. *Vid.* „*R. J.* 1541. §. 54.

„*e*) (IN PRIVATO PRIVATUS:) De bello pri„vato vide *supra c.* 3. §. 1. & §. 4.

„*f*) (MAXIME SUMMA:) Imo sola summa, quia „quoties superior adest, jus belli cessat.

„*g*) (AN ET PRO ALIIS NIHIL MOVENTIBUS „BELLUM AB ALIO MOVERI POSSIT:) Merito id „negamus: quia ei injuria facta non est, adeoque „cessante injuria, frustra ageret ad ejus reparatio„nem. Idque adeo verum est, ut nec propter „prætensa delicta juris gentium, v. g. ob Atheismi „notam, ob commessationem carnis humanæ, ob „usum armorum illicitorum &c. bella gerere li„ceat: de quibus late *L.* 2. *c.* 20. §. 40. & *seq.* „agemus.

h) (ALIBI VIDEBIMUS:) Author statuit unumquemque privatum non tantum esse suæ, sed etiam *alienæ* injuriæ vindicem, quod passim refutavimus. *Vid. Differt. prooem. I.* §. 80. *Differt. VIII.* §. 17. & *Diss. VII.* §. 85.

„*i*) (NATURALITER QUEMQUE SUI JURIS ESSE „VINDICEM:) Quod verum tantum est, si judicis „copia deficit: cum enim natura singulis, jura „quædam propria esse voluerit, omnia ea con„cessit ac permisit, sine quibus jus illud defen„dere non possumus. *Vid. indicem voce judicia.*

„*k*) (IDEO MANUS NOBIS DATÆ:) Ex hoc „facto creationis apparet, facultatem nobis con„cessam esse, jura nostra manu defendendi.

„*a*) (SED ET ALTERI PRODESSE NON LICI„TUM MODO SED ET HONESTUM EST:) Imo, „posita societate humana, ejusque custodia, id „necessarium est, & salva justitia omitti non pot„est. *Vid. prol.* §. 7. *ibique not.*

„*b*) (QUI DE OFFICIIS SCRIPSERE:) Ut Am„brosius, Seneca, Cicero &c.

„*c*) (NIHIL ESSE HOMINI UTILIUS HOMINE „ALTERO:) Vid. *Cicero L.* 1. *off. c.* 4. 7. 9. & *L.* „2. *c.* 3. *c.* 4. *c.* 5. *c.* 11. *L.* 3. *c.* 5. & 6. *Seneca de* „*ira L.* 1. *c.* 5. & *de off. l.* 1. *c.* 3, *L.* 4. *c.* 18. Item *de* „*Clem. L.* 1. *c.* 1. *de vit. beat. c.* 24. *de otio sap. c.* 30.

„*d*) (SUNT AUTEM DIVERSA INTER SE HO„MINUM VINCULA, QUÆ AD MUTUAM OPEM IN„VITANT:) Quæ partim ex instinctu naturæ se„quuntur, ut assistere liberis, uxori, parentibus, „cognatis; partim ex pacto, ut assistere sociis, „concivibus, Principi.

„*e*) (PORRO QUIRITES & QUIRITARI:) For„mula, qua utebantur in subita vi hominum, „quicunque obvii essent, aut exaudirent, auxi„lium implorantes: *Apulei.* 8. *Met.* 215. *nec diu* „*tale facinus meis oculis tolerantibus porro Qui*„*rites proclamare gestivi. Vid. Gron. h.* Adde „*Brisson. de form. L.* 8. *p.* 718.

„*f*) (ARI-

Rhet. ad Alex. c. 3. Bart in l. Ut vim. D. de justit & jure n. 7. & 8 Jas. ibid. n. 19 Cast. ad l. 1 § jus gent. eodem. Bart. ad l. hostes D. de capt. n 9. Innoc. ad c sicut de jurejur. & inc. olim de rest. spol. n. 16. Panor. n 18. Sylvest in verbo bellum. q. 8.

ritari. [f] Aristoteles dixit oportere quemque aut pro se arma sumere, si injuriam acceperit, aut pro cognatis, aut pro benefactoribus, aut sociis injuria affectis auxilia ferre. Et [g] Solon docuerat beatas fore respublicas, in quibus alienas injurias quisque suas existimaret.

2. [h] Sed ut cætera desint vincula, sufficit humanæ naturæ communio. [i] Ab homine enim nihil humani alienum est. Menandri dictum est.

Injuriarum si improbis auctoribus
Reponeremus ultionem singuli,
Nobis putantes fieri quod fit alteri,
Inter nos juncti conspiratis viribus,
Non prævaleret innocentiæ impetus
Audax malorum, qui custoditi undique
Jussique pœnas quas merentur pendere,
Aut nulli penitus essent, aut pauci admodum.

[k] Democriti hoc vero Αδικεμένοισι τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ παρεῖναι. τὸ μὲν γὰρ τοιȣ̃το δίκαιον καὶ ἀγαθόν: *Injuria oppressos defendere pro viribus oportet, & non negligere: illud enim justum bonumque est.* Quod

Lib. VI. sic explicat [l] Lactantius: *Deus qui cæteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incursu & periculo tutiora generavit. Hominem vero qui nudum fragilemque formavit, ut eum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraque omnia pericula & accipiat & præstet auxilium.*

§. III.

Instrumenta cum dicimus, [a] non arma hic intelligimus, [b] & si quæ sunt his similia, [c] sed eos qui ita agunt sua voluntate, ut ea voluntas

„f) (ARISTOTELES:) *L. 1. pol. 1.*

g) (Grot.) (SOLON:) Verba hæc Plutarchus refert: τῶν πόλεων κάλλιστα οἰκεῖται ἐκείνη ἐν ᾗ τῶν ἀδικȣμένων ȣ̓χ ἧττον οἱ μὴ ἀδικȣ́μενοι προβάλλονται καὶ κολάζȣσι τȣ̀ς ἀδικȣ̃ντας: *Civitatum illa felicissime colitur in qua qui injuriam non sensere ei non minus quam qui sensere se opponunt, & injuriam cæptantes puniunt.* Huc & illud pertinet Rudente Plauti: *Pratorquete injuria prius collum, quam ad vos perveniat.*

„h) (SED UT CÆTERA DESINT VINCULA, „SUFFICIT NATURÆ HUMANÆ COMMUNIO:) Si „per eam communionem intelligitur motus ad so„cietatem universale[illegible] ejusque conservationem, „nego talem commu[illegible]em existere. Si vero in„telligitur communio rationis, quæ nos docet, „jura quædam cuique hominum a Deo concessa „esse, & virtuosum ac perfectioni convenires esse „jura illa defendere, ac opem ferre indigenti, qui „auxilium nostrum implorat, verum est, omni „cessante vinculo, satis ex ipsa ratione con„stare, pietati convenire ut homo hominem tue„atur.

„i) (AB NOMINE ENIM NIHIL HUMANI „ALIENUM EST:) Cras enim id nobis accidere „potest, quod hodie fit alteri: adeoque in nostri „quoque securitatem Menander monet, ut con„junctis viribus injuriam aliis illatam repellamus.

k) (DEMOCRITI:) Apud *Stobæum Serm. 46. p. 310.*

„l) (LACTANTIUS:) *Instit. L. 6. c.* 10. Add. *id. de* „*vero cultu c. 10.*

„a) (NON ARMA HIC INTELLIGIMUS:) Nam „Author supra *§. 1. pr.* dixit alias esse actiones corpo„ris alias voluntatis, & in utrisque aliud esse cau„sam agentem, aliud instrumentum per quod „agitur: Hic de actionibus voluntatis quæstio est.

„b) (ET SI QUÆ HIS SUNT SIMILIA:) Quæ „scilicet ad usum armorum & belli pertinent.

„c) (SED EOS QUI ITA AGUNT SUA VOLUN„TATE, UT EA VOLUNTAS AB ALTERA PENDEAT:)

luntas ab altera pendeat. [d] Tale instrumentum est patri filius, [e] pars quippe ejus naturaliter, [f] tale & servus, [g] quasi pars ex lege; [h] nam sicut pars non tantum pars est totius eadem relatione qua totum est totum partis, sed hoc ipsum quod est totius est: ita possessio est aliquid ipsius possidentis. [i] Democritus: οἰκέτῃσιν ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο: *Familia tanquam partibus corporis aliis ad aliud utere.* Quale autem in familia est servus, [k] tale in republica est subditus, ac proinde instrumentum imperantis.

L. cum famus C. de Agricol. lib. xi.

Arist. lib. 1. de moribus, cap. 10, L. Grachus C. de adult.

Sen. 1. con. 4 Th 22. 40 art. 2. Silvest de bello p. 3.

§. IV.

„DEAT:) De quo plenissime agetur infra *L.* 2. *c.* 11. „§. 12.

d) (TALE INTRUMENTUM EST PATRI FILIUS:) Author id hausit ex Jure Romano, ubi filius est instrumentum patris: At id ex fictione juris civilis oritur, ubi pater & filius pro una habentur persona: Jure naturæ igitur filius & pater pro una persona non habentur: Idque ipse fatetur Author *L.* 2. *c.* 5, §. 2, 3. & 4. & imprimis §. 7.

ADDITIO.

„Quod filius sit instrumentum patris id a na„tura esse videtur, cujus rei rationem explicavi„mus in *differt. proœm.* XII. §. 149. Add. *infr. l.* 2. „*c.* 5. §. 2. *seq.*

„*e*) (PARS QUIPPE EJUS NATURALITER:) „Vera ratio est, quia pars est familiæ, cui filius „naturaliter omnia acquirit, *d. c.* 5.

„*f*) (TALE ET SERVUS:) Cum enim jure „belli jus perpetuum in ejus res & operas acqui„ratur, verum omnino est, servum naturali jure „esse instrumentum domini, quia quicquid acqui„rit, non sibi acquirit, sed domino: adeoque „causa actionis est dominus, ille nudum est instru„mentum. *Vid. Differt. proœm. XII.* §. 133.

„*g*) (QUASI PARS EX LEGE:) imo servus non „est pars domini, neque id ulla lege statutum est. „Adeoque hæc non est ratio cur dominus per ser„vum acquirat; sed quod dominus jure belli jus „perpetuum in res & operas servi acquisiverit. „*dict. diff. XII.* §. 130.

„*h*) (NAM SICUT PARS NON TANTUM PARS „EST &c.) Rationem hanc, obscuram admodum, „ita explicat *Gron. h.* Totum dici dialecticis „non tantum totum per se cum aut ipsum essen„tiale est partibus, aut cum partes toti, in quo ap„paret relatio totius ad partem, & nullius alius „argumenti vel loci topici, sed etiam totum per „accidens, ubi contra nec totum est de essentia „partium, nec partes de essentia totius. In quo „non apparet illa relatio, sed vel causæ respectu „diversorum effectuum, vel subjecti diversorum „adjunctorum, & vicissim; sic rem possessam esse „partem possidentis. *Scalig. de caus. lat. ling. L.* 6. „*c.* 130.

„Obscurum per æque obscurum: Vera ratio „naturæ est, quod *filius* sit vera portio corporis pa„terni & in domo patris natus adeoque imperio „ejus subditus: cujus proinde actiones a patris vo„luntate dependent: *Servus* qui hostis, eoque cri„minis reus; atque ideo in dominio victoris con„stitutus est, naturali quoque ratione nihil suo, sed „omnia nutu domini agit. His igitur casibus utilitas „actionis non pertinet ad agentem, sed ad eum cujus „nomine agit: Hic causa est actionis, agens „instrumentum, ita enim voluit, ita disposuit: non „magis ergo actio hic instrumento tribui potest, „quam actiô fabri potest tribui malleo: quod ube„rius explicat *B. Parens, in disp. de jure terr.* §. „4. & 5. ibi. *Aliquando tamen totus homo, adeo„que & voluntas ipsius, instrumentum alterius „est, scl. ejus in cujus potestate est, uti magistratus, „patrisfamilias, ac domini: qui proinde ipsius mi„nisterio omnia agere possunt, magistratus vero insu„per, seu lex constituere quoque potest, ut alter al„terius instrumentum esse queat, cum omnes in „ejus potestate sint; adeoque tertio actio dabitur, „quoties jure id statutum est, cujus repræsentatione „hæres quoque eadem persona cum defuncto habe„tur. Notum porro est, quod sublato toto aliquo „jure, tollantur 1.) omnes ejus partes, 2.) actiones, „& 3.) quicquid ex jure illo fluit, itaque deriva„tur, ut ab eo penitus dependeat: cum toto prin„cipali seu fundamento sublato, reliqua quoque „omnia tollantur.*

„*i*) (DEMOCRITUS:) *apud Stobæum serm.* 62 *.p.* 358.

„*k*) (TALE IN REPUBLICA EST SUBDITUS:) „Scilicet pars ex lege: At vidimus nec servum „nec subditum esse partem sive domini, sive ma„gistratus, uterque tamen est instrumentum, sed ex „diversa ratione: *Servus* instrumentum familiæ „est invitus, jure belli in eum statum redactus, „ex quo jus plenum & perpetuum in res servi „domino acquiritur: *subditus* vero instrumen„tum reipublicæ est ex sua voluntate, cum enim se „legibus reipublicæ ejusque arbitrio submittit, dis„ponit simul, quod eam operis & bonis suis defen„dere velit: quoties igitur tale aliquid agit, non „in suam utilitatem, nec suo nomine id agit, sed „nomine civitatis cujus instrumentum est.

„*a*) (QUIN NATURALITER OMNES SUBDITI „BELLO ADHIBERI POSSINT:) Atque hoc est i„psum jus sequelæ, de quo integra B. Parentis exstat „disputatio, ubi §. 7. & 8. ex juris naturæ ratio„nibus illud deducit, verba hæc sunt: Posita ita„que & concessa, quæ omnino concedi debet, „hac principis potestate, qua velut cœlum suis ful„minibus, armatus princeps obsequium suis im„perat, & necessitate ita flagitante atque expostu„lante reverentiam extorquet populorum, inde,

§. IV.

Nec dubium quin naturaliter omnes subditi bello adhiberi

„tamquam fonte & origine alii rivuli, aliæ venæ
„scaturiunt & derivantur? scl. frustra arma jactare
„regem sine armatis; frustra suorum injuriam
„sine suorum auxilio persequi Principem, nisi
„cives, nisi subditi ad hoc obstricti & commune pe-
„riculum communibus viribus avertere tenerentur.
„Hinc civem quemque non tam suum, quam ci-
„vitatis, quam reipublicæ esse debere, præsertim
„difficili tempore, censet *Arist. 5. pol. 8. referente*
„*Knipsch. c. 2. L. 6 n. 11. de jure & privil. civ.* Ad
„utramqe ergo potestatem defendendam, tum ad
„omnem vim externam propulsandam & debellan-
„dam, tum ad civium refractariorum contuma-
„ciam coercendam (quam vim coactivam quoque
„in civitate necessariam esse docet *Hobbes. cap. 6.*
„*§. 4.*) subditos teneri principis sui arbitrio coire,
„cum omnibus mandatis superiorum parere & co-
„ram iis omnino comparere debeant, teste Inno-
„centio in *cap. olim de rest. spoliat.* nec decreta eo-
„rum, nisi palam sint improba, improbanda fir-
„miter statuimus. Atque inde duplex jus sequelæ
„a sequendo ita dictæ, in universum nascitur; al-
„terum quod ad legum judiciorumque executionem
„die Zent oder Gerichts-Folge, alterum quod ad
„bellum, quam sequelam superiorem, uti ante
„dictam inferiorem Dd. vocitant, pertinet, die
„Heers-Folge, hohe und Landes-Folge, quod
„Angli vocabulo *presse* efferre solent. Scimus
„equidem, principi adhuc alia diversa jura vi-
„gore regalium competere. *Baurmeist. Knipsch.*
„*&c. d. tr. & l.* ac plerosque eorum exerce-
„re sequelam subditorum, indeque plures se-
„quelæ species formari posse, uti inprimis spe-
„cies est, qua ad venationem rustici & subditi
„citantur, zu der Jagd-Folge. Sic præsentem
„Turcarum Imperatorem innumerabili hominum
„multitudine stipatum, venatum procedere Regis
„Galliæ Legatum literis inde datis scripsisse accepi,
„ut vix asserere ausim, quot hominum millia
„quotannis circiter in venationibus istis perire so-
„leant, adeo id fidem superat. Item zur Amts-
„Folge, Geleits-Folge, ad exigenda tributa, col-
„lectas, (de quibus vide *Wehn. observ. pract. ver-*
„*bo* Folge,) sequela & opera civium opus esse;
„unde & passim in Constit. Imp. executio ordina-
„tur contra morosos in contribuendo status, uti
„in *Rec. Imp. d. A.* 1564. §. 48. *Rec. Imp.* 1566. §. 15.
„*item R. Imp.* 1576. §. 16. &c. Verum hæc & si-
„milia jura continentur sub imperio, quo Princi-
„pes jura non tantum communia, sed & sua exe-
„quuntur in subditos, quod, cum ad executionem
„judicialem pertineat, & judiciosam formam &
„constitutionem sequatur, quorum tractatus diffu-
„sior, nec paginæ nostræ angustia capi, nec insti-
„tuto convenire videatur, ideo eo relicto ad spe-
„ciem nostram, SEQUELAM sc. BELLICAM, statim
„progredimur, quam proinde quoque ita descri-
„bimus: *Quod sit jus regale quo Princeps talem in*
„*subditos suos habet potestatem, ut ad arma indu-*
„*enda vocati comparere eumque cum iisdem sequi*
„*teneantur:* Cum quibus consentit, nostroque
„suum calculum addit Generosus Dominus a Sec-
„kendorff, im teutschen Fürsten-Staat
„*part. 2. c. 10. n. 8.* daß die Heers-Folge oder
„Reise, ein solches fürstliches, oder obrigkeitli-
„ches Recht sey, daß auf dero Erfordern, die
„Unterthanen schuldig seyn mit ihrem Leib und
„Person in der Rüstung, wie es bräuchlich und
„die Nothdurfft erfordert, zu erscheinen, und
„Gegenwehr, oder Angriff zu thun. Dispescunt
„eam Dd. (*Vid. Wehn. d. l.*) in universalem,
„qua subditi universaliter dominum sequuntur, &
„particularem seu pactitiam, qua sub certis pactis,
„vel usu, vel præscriptione immemoriali innixi
„subditi, ad certum tantum locum & tempus se-
„quelam præstare obligantur, daß sie des Nachts
„wieder daheim seyn mögen, de qua, utpote
„irregulari, nec nobis hic erit tractandi locus,
„sed universalem & illimitatam illam, quæ regu-
„lariter dominis vi superioritatis & supremæ præ-
„eminentiæ competit, legentes legumlatorum
„nostrorum vestigia, qui jura sua constituunt &
„aptant ad ea, quæ frequenter & utplurimum ac-
„cidere solent, non, quæ perraro *l. 3. 4. 5. & 6. ff.*
„*de LL.* investigabimus, paucisque illius juris jura
„considerabimus, omnem, quoad fieri licet, pro-
„lixitatem studiose declinantes.

„ Hoc ergo præcipuum Jus Regale, cui omnis
„Principum majestas, omnisque sceptrorum ma-
„gnitudo innititur & statuminatur, ut ulterius or-
„dine suo persequamur, perspicuum jam satis, ut
„credo, erit, hoc jus sequelæ non minus esse ex
„jure naturali ac est ipsa Principis potestas: huic
„enim necessario jus illud cohæret, & tanquam
„pedissequa eam sequitur, quippe sine quo pote-
„stas illa nullatenus subsistere aut exerceri, nedum
„defendi potest, quemadmodum ex supra dictis
„manifestissimum videtur. Sequendos itaque mi-
„nime eos censeo, qui hujus sequelæ nostræ nata-
„les ad Græcos vel Romanos referunt, & belli
„ducem quærunt, qui hoc introduxit, cum ean-
„dem cum ipsis regnis originem trahere persuasi
„sumus. Et, ut altius ejus infantiam ab ipsis
„imperiorum & rerumpublicarum crepundiis re-
„petamus, postquam regna cœpere & pervenere
„dominationes, hisce suorum auxiliis statim usos,
„innixos invictosque stetisse Principes legimus; &
„ex vetustissima verissimaque patet Mosis historia,
„primum eorum, qui principatus imperium hu-
„manis cervicibus imposuit Nimrodum, a quo
„originem suam omnes reges repetunt, teste scri-
„ptura *Gen. X. v. 9.* fuisse, quod quoque gentibus
„incognitum non mansit: ab ipsis enim Saturnus
„dictus est, utpote qua Saturni appellatione, apud
„eas venire solent primi regnorum parentes & fun-
„datores, uti eorum primogeniti Joves vocan-
„tur, teste Xenophonte *lib. X. de Æquiv.* Dicere
„eum quoque Babylonium, nam & Nimrodo

a Baby-

hiberi possint, [b] sed quosdam specialis lex arcet, ut olim [c] Romæ

„à Babylone initium regni extitisse ipsa facra refert „pagina *Gen. X. v. 10.* Saturnum suum hunc Hesiodus ὁπλότατον, id est natu minimum inter „fratres fuisse in *Theogonia* canit: quod idem de „Nimrodo narrat antiquitatum Judaicarum scriptor Josephus *dict. lib. 1. c. 7.* Denique etiam „si plures extiterint Saturni, antiquiores quoque, „hic tamen Deorum, qui regnum aliquod gessisse „finguntur, antiquissimus fuit, uti canit Princeps „poetarum *Virgil. Æneid. 8. v. 319.*

„Primus ab æthesio venit Saturnus Olympo
„Arma Jovis fugiens &c.

„Id quod sæpius fit, uti idem Poeta de Ænea lib. „1. Æneid.

- - Trojæ qui primus ab oris.
Italiam fato profugus Lavinaque venit
Littora &c.

Etsi Antenor ante eum & prior venerat, sed „non prior Princeps ac fundator regni, ut hoc „optime observat, & poetam more suo, primum „eum, non ante quem nemo, sed primum Principem vocantem, defendit *Aurel. Victor. de orig. „gent. Rom. in Princ.* Hoc ipsum autem, quod „primus regum fuerit Nimrodus Babylonius ex facris & Josepho constat. Atque hunc statim usum „fuisse jure quodam sequelæ certum est: quid „enim est potens illa coram Deo venatio, nisi „qua homines in libertate sua, quasi natura fine le„gibus & sedibus certis, vagantes in cœtus justos „cullegerit, legibusque circumscripserit, ut vena„tor feras palantes persequitur ne pergant vagari, „& sive hominibus sive animalibus cicuribus da„mna inferre. Hac venatione hominum, quos „in recens conditas urbes, quasi in custodiam suam „compulit, adeo oppletæ fuere civitates illæ, ut „Ninus, filius Beli, seu Assuris Ninives conditoris, *vers 11.* ex Semi posteris genitus, *eod. cap.* 10. „*v.* 22. uti Nimrod ex Semi filiis editus *vers. 8. vid. „Joseph. antiquit. Judaic. cap. 5.* & *Joh. Cluv. „hist. univers. lib.* 2. extenderit hos fines, & non „venando tantum homines intra fines, sed & finitimis bella inferendo, rudes adhuc ad resisten„dum populos perdomuerit, pomœriaque imperii „ad terminos usque Lybiæ protulerit, annotante „*Just. Lib. 1. c. 1.* tanto jam subjectorum numero „ipsum sequente, ut, si fides Diodoro Siculo, „1700 millia peditum & 290 millia equitum ex„ercitum secum duxerit, cujus uxor Semiramis „quantis copiis exercitibusque instructa res inge„tes gesserit, passim in historiis obvium est, & „nemo ignorare potest, nisi in eis penitus existat „hospes. Hinc jam & post Nimrodi fere tem„pora & ante Ninum quoque per universum or„bem apud alios reges idem juris sequelæ usus in„valuit, & Vexorem Ægypti, & Tanaum Scythiæ „Reges, (quos vetustiores & antiquiores paulo „Nino faciunt quidam, quamvis & antiquis pa„rium de antiquissimis illius temporis regnis con„stet, monente hoc eodem *Joan. Cluv. lib. de hist. „univers. in primord. Reg. Assyr.*) alterum in Pon„tum, alterum in Ægyptum subditos secutos re„fert *Just. lib. 1. cap. 1.* & in continua quasi serie „per omnia annalium monumenta, tot hujus se„quelæ, quot bellorum invenimus vestigia.

„(b) (SED QUOSDAM SPECIALIS LEX ARCET:) quos „recenset B. Parens *in d. disp. 79.* Verba hæc sunt: „Cessat hoc jus in quibusdam personis, quæ vel „publica lege aut moribus ab hoc sequelæ jure sunt „immunes. Sic I.) immunitatem habent Clerici „& Personæ Ecclesiasticæ, quia nihil ipsis commu„ne est cum secularibus actionibus, & tantum cœli „signa sequi, sollicitis precibus ac piis meditatio„nibus vacare debent. Vidimus tamen superiori „Germaniæ bello intestino, multos clericalis & mo„nastici ordinis viros in acie stetisse, ac pro reli„gione pontificia contra hostes pugnasse, sed hos „non jurisdictio Magistratus, sed Religionis zelus „armaverat. II.) Exempti etiam censentur ab hoc „onere Professores omnes, legum & medicinæ Do„ctores, Magistri: Ecclesiæ enim & Scholæ indivi„duo nexu invicem conjunguntur; & hoc est pro„pter favorem liberalium artium, & curam juventu„tis: *add. l. medicos 6. Cod. de prof. & med.* Idem „de Consiliariis Principis aulæque Ministris, qui pro „salute Principis vigilant, constitutum *l. non mi„nus 11. Cod. de Adsess.* III.) Excluduntur regula„riter a sequela, minores 17. & majores 70. annis. „*l.* 2. *§.* 1. *de vacat. & excus.* ob imbecillitatem „utriusque ætatis, quæ ferociam laborum milita„rium perferre & sustinere nequit. IV.) Fœminæ, „idque propter sexus verecundiam *l. 2. de R. J.* Ubi „Ulpianus eas ab omnibus officiis civilibus & publi„cis removet: quanquam reperiamus, (uti de Persis „& Hungaris *thes. 29.* monuimus,) fœminas nonnun„quam ipsis viris succenturiatas. Taceo virtutem „bellicam Semiramis, Tomyris, Joannæ puellæ Lo„tharingicæ, per quam Gallia ab Anglis recepta, „Amazonum, quas mulieres fuisse tot Authorum „unanimis nos docet consensus. Licet Palæphatus „*de incredibilibus*, relatus ab *Ursin. in Acerra Phi„lolog. lib. 3. quæst* 138. contra omnem historiæ „fidem viros fuisse contendat, qui tunicas talares „ad morem Thressarum gestare, comam mitris „redimere, barbasque radere solebant: hinc ho„stium ludibrio mulieres, hi viri appellati. V.) „Muti & surdi, qui natura etiam militiæ sunt inca„paces, adeo ut etiam mitti soleant, si tale vitium „cœpta militia obtigerit, *l. 4. ff. de test. mil.* Nam „nec imperium, aut signum datum audire, nec sa„cramentum præstare possunt: Denique, qui & „alio corporis vitio ad militiam inhabiles sunt. *l. 4. „§. 12. ff. de re milit. l. 6. Cod. eod.* Vasalli tamen, „si tali laborent vitio, per alium militare, vel „adhoham præstare obligantur, cum his eorum „vitiis domino jus suum interverti nequeat, pet „ea quæ sæpius jam sunt tractata. VI.) De Spado„nibus autem quæritur, an habiles sint militiæ? „Quod affirmandum videtur, quia nullibi ab ea „prohibentur, licet aliquando pro morbosis ha„beantur, *l. 7. ff. adil. edict.* Non enim quivis „morbus

Romæ servos, nunc passim [d] clericos: quæ tamen lex, ut omnes ejus generis, [e] cum summæ necessitatis exceptione intelligendum est. Et hæc quidem generaliter de adjutoriis & subditis dicta sunto: [f] nam quæ specialia sunt suis locis tractabuntur.

„morbus a malitia prohibet, sed is qui impedit „facultatem obeundi munia militaria *arg. l. 4. §. „12. verbis ut inhabilis sit militiæ. ff. de Re mil.* Inter „Spadones autem strenuos sæpius viros ac milites „esse posse, vel exemplo Narsetis, insignis Imperato„ris Justiniani belli Ducis, Gothos tota Italia expel„lentis, *vid. Procop. l. 3. de bello Goth. Paul. Diac. „lib.* 18. obvium est. Nec movet quod illi tantum ad„mittantur, qui cum uno saltem testiculo nati sunt, „exemplo Cottæ & Syllæ *Leg. 4. ff. princ. de Re mil.* „nam non ideo excluduntur spadones, exemplo „non multum absimili dicti Narsetis; quin imo il„li, qui cum uno testiculo nascuntur, spadonibus „aliquando comparari solent, uti in *l. 6. §. ult. ff. „Ædil. edit.* Porro in servis VII) cessat quoque jus „sequelæ, utpote in quos, cum cives non sint, jus „territorii, quo continetur sequela, immediate „& directe non competit: sed tantum quatenus „sunt in potestate domini, & qui nullius juris ca„paces sunt, militari jure comprehendi nequeunt, „*l. 6. l. 7. Cod. qui milit. poss. lib. 12.* adeo, ut capitis „pœnam subeant si militiam sectentur; *l. 11. ff. Re „mil.* indeque factum, ut Lacedæmonii, cum sup„plendus esset servis exercitus, eos manumitten„dos esse statuerint *Just. l. 3. c. 5.* Sic post cæsum „Romæ exercitum apud Cannas, cum deesset ju„ventus, in sacramentum militiæ liberata sunt ser„vitia. Hucusque tot mala compulerunt: Sed li„bertate donatos fecerant de servitute Romanos. „*Flor. lib. 1. de bell. Pun. 2.* Parthorum tamen mos „specialis fuit, ut servi quoque militiæ adscriberen„tur *Justin. lib. 41. c. 2.* ubi id contra morem aliarum „gentium dicitur. Verum cum hodie apud nos „talium servorum usus nullus sit, plenius hoc jus „non exequimur. VIII) Sed & in rusticis Saltu„ensibus & agricolis non exercebatur jure Roma„no jus sequelæ *l. 3. C. qui milit. poss. lib. 12. l. ult. „C. de municip. & col. lib. 11. l. 1. C. fugit. lib. 11.* „ne agrorum cultura tempore belli deseratur. *arg. „l. 13. princ. ff. de re milit.* sed & hodie parcius „rustici ad bellum vocari solent, & delectus saltem „instituitur, der Ausschuß, de quo mentionem „fecimus *thes. 39.* nisi talis sit necessitas, ut singu„latim omnes, Mann vor Mann, cum armis „convocentur. Eandem ob causam etiam nego„tiatores a jure sequelæ immunes erant, ne com„mercia & negotiationes interim intermitterentur. „*tot. tit. Cod. Neg. ne milit. Lib. 12.* Accedit & „alia causa, quod apud Romanos tantæ dignitatis „habita fuerit armata militia, ut rusticos & ne„gotiatores, qui soli quæstui intenti sunt, indi„gnos ea æstimaverint. Unde ex eadem ratione „ad militiam non vocatæ fuere viles & infames „personæ. *l. 8. l. 3. ff. his qui not.: l. 4. §. 1. & seq. „poss. de re mil.* quod, quantum ad personas no„torie infames hodieque obtinere putamus? cæte„rum vilitatem non obstare, sed vilissimos quo„que hodiernis moribus in militiam recipi, expe„rientia sat notoria docet, & testatur post alios „*Perez. ad tit. C. negot. ne milit. n. 10.* IX) Pro„hibitum quoque invenitur, ne quis in fraudem „civilium munerum aut privati creditoris, cui ea „ratione durior adversarius objicitur, militiam ex„petat. *l. 1. §. 1. l. 2. Cod. qui milit. poss. lib. 12.* „rei & criminis postulati, nomen militiæ dare „prohibentur. *l. ult. Cod. Eod.* Verum non „ideo jus sequelæ in iis cessat, nam ul„tro saltem in fraudem alterius militiam af„fectare iis non licet, vocati autem detractare „munia militaria nequeunt: Princeps enim suo „jure, scil. jure sequelæ utitur, nec ideo in eo im„pediri potest, quod alteri forte incommodum in„de navatur *arg. l. 53. l. 155. §. 1. R. J.* ipse vero de„bitor non potest facto suo, & ultro in militiam „abeundo, id quod ipse alteri debet ei intervertere, „& conditionem ejus deteriorem facere. *l. 40. ff. „adm. tut. arg. rubr. ff. de alien. jud. mut.* Unde „& tunc demum a militia prohibetur, si eo animo „illam petierit, ut duriorem adversarii conditio„nem faceret, *l. 4. §. 8. ff. de Re milit.* quæ causa „in Principe plane cessit.

c) (Grot.) (ROMA SERVOS:) Servius ad IX. Æneidos.

d) Grot.) (CLERICOS:) Ac Levitæ olim extra belli munia, ut notatum Josepho. De Clericis vide Nicetam Choniaten libro VI. Caroli calvi capitulum in Sparnaco XXXVII. in Gratiano c. Clericum. dist. V. & causa XXIII. quæstione VIII. Et canones quidem sic habent: sed quanto illi servati a Græcis quam a Latinis diligentius, vide Annam Comnenam.

ADDITIO.

„Clerici arcentur ideo à militia, ne avocentur „a sacris, negligantque commissam sibi curam ani„marum. *Vid. Grot. l. 1. c. 2: §. 10. n. 9. & 10. L. 2. „c. 1. §. 14. n. 2.*

„*e*) (CUM SUMMA NECESSITATIS EXCEPTIO„NE:) Si aliter defendi respublica non potest, „hinc ordines armati sacri originem traxerunt.

„*f*) (NAM QUÆ SPECIALIA SUNT, SUIS LOCIS „TRACTABUNTUR:) Ita enim infra DE SUBDITIS „quæstio occurret, an sequi teneantur, si bellum „sit injustum *l. 2. c. 26. §. 5.* an præda eorum sit „*l. 3. c. 6. §. 14. seq. & §. 24.* an alii quoque mili„tare possint &c. *L. 3. c. 20. §. 31.* De SOCIIS BELLI „quoque variæ infra tractabuntur quæstiones: quis „sit socius: *l. 3. c. 9. §. 2. & c. 6. §. 2.* an de damno „bello dato teneantur: *L. 4. c. 1. §. 3.* an in par„tem prædæ admitti debeant: *l. 3. c. 6. §. 24.* an „defendi debeant contra alium fœderatum: *L. 2. c. „25. §. 4.* an jus cogendi habeant socium ut stet fœ„deris legibus. *L. 1, c. 3. §. 21. 5.* &c.

FINIS LIBRI PRIMI.

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI ET PACIS
LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De belli causis, &, primum de defensione sui & rerum.

§. I.

[a] VEniamus ad causas bellorum, [b] justificas intelligo: [c] Nam sunt & aliæ quæ movent sub ratione utilis, distinctæ interdum ab iis quæ movent sub ratione justi: [d] quas inter se, & a [e] belli principiis, [f] quale erat cervus in bello Turni & Æneæ, accurate distinguit [g] Polybius. At quamquam manifestum est harum rerum discrimen, voces tamen confundi solent. [h] Nam quas causas dicimus justifi-

a) (VENIAMUS AD CAUSAS BELLORUM:) Exposito jure belli i.e. bellum jure geri posse; & demonstratis personis quæ bellum gerere possunt, sequuntur jam causæ ex quibus bellum licite geri queat. Sæpius dictum est, bella esse instar judiciorum, & quasi actiones quibus Principes jura sua prosequuntur: adeoque ex quibus causis privatus jus suum intentata actione vindicare, ex iisdem Princeps bellum gerere potest. *Vid. Dispnt. nostram de Amnestia c. 1. §, 2.*

b) (JUSTIFICAS INTELLIGO:) Quas opponit suasoriis. *Vid. l. 2. c. 22. §. 1.*

c) (NAM SUNT ET ALIÆ, QUÆ MOVENT SUB RATIONE UTILIS, DISTINCTÆ INTERDUM AB IIS, QUÆ MOVENT SUB RATIONE JUSTI:) In omni deliberatione de bello duæ occurrunt quæstiones: 1) an justa sit belli causa, 2) an conducat reipublicæ. *In priori* examinatur, an ex causa justa bellum geri possit? *in posteriori*, an utile sit, an expediat geri? anne potius cedere læsus debeat? Causa igitur juris Authori dicitur *justifica*, causa utilitatis vero *suasoria: vid. Dispnt. nostr. de Amnestia §. 1. §. 3.* Eodem enim modo privatus, actionem coram judice intentaturus, duo ponderare debet: 1) an justa sit ejus actio, ita, ut exitum favorabilem sperare possit: 2.) an utile sit eam intentare, tum ob potentiam adversarii, tum ob defectum subsidiorum. &c.

d) (QUAS INTER SE, ET A BELLI PRINCIPIIS:) Diversa omnino sunt, *causa* belli, ejus *initium*, ac *occasio*. *Causæ* sunt ex quibus & ob quas bellum geritur, & vel justificæ sunt, vel suasoriæ: *Initium* Polybio & Diodoro est illud momentum quo bellum incipit, seu primus actus belli. *Occasio* vero est, per quam causa bello datur; atque hinc occisio cervi non erat principium belli inter Æneam & Turnum, sed occasio. *Virgil. Aeneid. VII. v.* 484.

e) (Grot.) (BELLI PRINCIPIIS:) exordia pugnæ dixit Virgilius.

f) (QUALE ERAT CERVUS IN BELLO TURNI ET AENEAE:) Dictum jam est, occisionem cervi fuisse occasionem belli, non principium, nec primam belli actum; cum enim Trojani cervum occiderent, nondum bellum erat.

g) (POLYBIUS.) *Histor. 3. cap. 6. & 7.*

„*h*) (NAM QUAS CAUSAS DIXIMUS JUSTIFICAS, ET-
„IAM PRINCIPIA DIXIT LIVIUS:) Imo principia ex
„sensu Livii non sunt idem cum causa justifica. Ait
„enim, Romanorum *Principium* esse non agere,
„nisi

Lib.XLV. ſtificas, etiam principia dixit Livius in Rhodiorum oratione: *Certe quidem* [i] *vos eſtis Romani, qui ideo felicia eſſe bella veſtra quia juſta ſint præ vobis fertis, nec tam exitu eorum quod vincatis, quam principiis, quod non ſine cauſa ſuſcipiatis, gloriamini.* Eodemque ſenſu ἀρχὰς πολέμων dixit Ælianus libro XII. cap. 53. & Diodorus Siculus libro XIV, de bello agens Lacedæmoniorum in Eleos [k] easdem vocat προφάσεις & ἀρχάς.

2. [l] Hæ juſtificæ cauſæ proprie noſtri ſunt argumenti, ad quas il-
Lib.VIII. lud pertinet Coriolani apud Halicarnaſſenſem: πρῶτον ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν ὅπως εὐσεβῆ καὶ δικαίαν πορίσετε τῦ πολέμυ πρόφασιν: *Id primum vobis curan-*

„niſi ex *juſta cauſa*; adeoque plane ibi non agitur de „principiis belli, nedum principia confunduntur „cum cauſa belli.

i) (Grot.) (VOS ESTIS ROMANI:) Certe vix ulla gens tam diu conſtans manſit in ſpectandis belli cauſis. Polyb. apud Suidam voce ἐμβαίνειν οἱ γὰρ ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐποιῦντο μηδέποτε πρότεροι τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβάλλειν εἰς τὺς πολεμίυς: *Romani ſummopere id curarunt, ne priores ipſi finitimis inferrent violentas manus. Sed ut ſemper crederentur in hoſtem ire ad arcendas injurias.* Oſtendit id Dion cum Philippo Macedone & Antiocho in Excerptis legationum: διὰ τὺς παλαιὺς ὐδὲν ἔτω σπυδάζειν, ὡς τὸ δικαίυς ἐφίςασθαι πολέμυς. Rurſum in Excerptis Peireſianis: σφόδρα οἱ ῥωμαῖοι φιλοτιμῦνται δικαίυς ἐνίςασθαι τὺς πολέμυς, καὶ μηδὲν εἰκῆ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιύτων ψηφίζεσθαι. *Valde id ſtudent Romani juſta ut bella ſuſcipiant, nihilque tale decernant ſine cauſa ac temere.*

k) (Grot.) (EASDEM VOCAT προφάσεις & ἀρχάς:) Δικαιώματα dixit Baronius Gotthicorum III. Adde quæ infra hoc libro capitis XXII. initio.

ADDITIO,

„Voces hæ ſignificant prætextus & principia. „Verba Diodori in *Lib. 14. p. m. 396.* hæc ſunt: „*Hac omnia moliri, quærendo ſibi legitimas occaſio-* „*nes atque veriſimilia juſti belli initia, prætextu qua-* „*dam conſiliis ſuis honeſtate.* Equidem Diodorus „non confundit cauſas belli juſtificas & ſuaſorias, „nec has cum principiis; nam curate diſtinguit „cauſas ſuaſorias à juſtificis. *Juſtificas* enim alle- „gabat, quod nollent vicinas circum urbes liberas „reddere, nec pecuniæ in bello contra Athenien- „ſes impenſæ partem contribuere, atque hanc cau- „ſam juſtificam voce ἀρχῆς intelligit Diodorus. „*Suaſoriæ* autem fuere, quod Pauſaniam Deo ſacra „peragere parantem prohibuiſſent, tum in Ludis „Olympiis Lacedæmonios in certamen admitti no- „luiſſent.

l) (HÆ JUSTIFICÆ CAUSÆ PROPRIE NOSTRI SUNT ARGUMENTI:) Nam ſuaſoriæ non faciunt bellum juſtum, niſi concurrant cauſæ vere juſtificæ, adeoque de his ſolis in jure naturæ quæritur, iſtæ ad politices doctrinam pertinent.

Equidem rariſſime cauſa movens ad bellum allegari ſolet; ſane, ſi alia utilitatis ratio non ſubeſſet, propter ſolam juris violationem populi vix bella geſturi eſſent. Hinc merito cauſæ illæ juſtificæ vocantur *prætextus*, *legitimæ occaſiones*, quia cauſæ utilitatis & ſuaſoriæ taceri ſolent, & jura tantum prætexi.

Idque exemplis omnium gentium probatur, quæ rariſſime ex eo cauſa, quam allegare ſolent, bellum ſuſcipiunt. De Lacedæmoniis bellum Eleis inferentibus id jam dictum eſt: Porro Athenienſes, cum a Lacedæmonienſibus in auxilium vocarentur contra Syracuſanos jus allegabant, *quod aliorum cauſa accedere liceret:* At cauſa movens & ſuaſoria erat ſpes acquirendæ Siciliæ. *Juſtin. Lib. 4. cap. 3.* In primo bello Punico Romani allegabant pro juſtitia cauſæ, Carthaginenſes male habuiſſe Meſſanos Romanorum ſocios, at cauſæ ſuaſoriæ erant, quod Siciliam affectarent. *Flor. lib. 2. cap. 2.* In bello Punico ſecundo Romani cauſam juris allegabant, quod Annibal Saguntum civitatem ſociam oppugnaſſet, & contra fœdus Iberim amnem tranſiiſſet. *Polyb. L. 3. c. 5. & 6.* ſed cauſa ſuaſoria erat, ne Annibal victa Sicilia in Italiam trajiceret, indeque ſola utilitas eos ad bellum movebat. *Polyb. d. l.* Cæſar cauſam belli Civilis prætexebat, quod injuria præteritus fuerit in comitiis, & quod exercitum dimittere juberetur: (unde vota corrupta ajebat de *Bel. Civ. L. I.*) Pompejus juſtitiam cauſæ eo defendit; quod Cæſar juſſui Senatus obtemperare nollet: At cauſa ſuaſoria utrinque erat, quod Cæſar noluerit ſuperiorem, Pompejus parem habere. *Lucan. Pharſal. 1. v. 6. 125.* ubi egregie diſtinguit a cauſa belli ejus initium: ex quo enim Rubiconem tranſiit Cæſar, alea belli jacta fuit, & cum armatus extra Provinciam ſuam exercitum duxiſſet, bellum inchoaſſe dicitur. In bellis Græcorum contra Perſas jus ideo armis vindicari dicebatur, quod fœminæ regiæ hinc inde raptæ fuerint. Phœnices quippe primi rapuere Inachi filiam, Cretenſes Europam, tum Jaſo Medeam, iterum Paris Helenam. *vid. Herod. pr. Hiſtor.* ſed ſuaſoriæ longe aliæ erant; Perſæ enim affectabant Regnum Græciæ, vel ſaltem metuebant, ne Græci in Perſiæ Provincias trajicerent. Apud Juſtinum enim Dario titulus coeundi cum Spartanis dicitur fuiſſe vetus Perſarum in Athenienſes odium, revera autem timuiſſe, ne iis victis Lacedæmones ad ſe arma transferrent: *Lib. 5. c. 1.*

curandum arbitror. [m] *ut piam & justam accipiatis belli causam.* Et hoc Demosthenes; ὥσπερ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ πράξεων τὰς ἀρχάς, καὶ τὰς [n] ὑποθέσεις ἀληθεῖς, καὶ δικαίας εἶναι προσήκει: *Sicut in domibus, & navigiis, rebusque similibus, quæ substernuntur firmissima esse oportet, ita in actionibus causas ac fundamenta oportet justo ac vero congruere*, [o] Nec minus hoc Dionis Cassii: δεῖ δὲ τοῦ δικαίου πᾶσαν ἡμᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι. μετὰ μὲν γὰρ τούτου καὶ ἡ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχὺς εὐελπίς ἐστιν, ἄνευ δ' ἐκείνου βέβαιον οὐδὲν κἂν παραυτίκα τις κατορθώσῃ τι ἔχει: *maxima nobis justitiæ habenda est ratio: quæ si adsit, vis bellica spem bonam præbet: sin absit, nihil quis certi habet, etiamsi prima ex sententia succedant.* Et illud Ciceronis: *illa bella injusta sunt, quæ sunt sine causa suscepta*: qui & alibi Crassum reprehendit, quod Euphratem transire voluisset, [p] nulla belli causa.

Olynth. II.

Lib. XLI.

De re publ. lib. III.

3. [q] Quod non minus de bellis publicis quam privatis verum est. Hinc illa Senecæ querela: *Homicidia compescimus & singulas cædes? quid bella & occisarum gentium gloriosum scelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit. Ex senatusconsultis plebisque scitis sæva exercentur, &* [r] *publice jubentur vetita privatim*, [s] Habent quidem bella publica auctoritate suscepta aliquos effectus juris

c. 1. Ita cum Romani Carthaginensibus bello civili occupatis indicerent bellum, causam justificam allegabant, quod bellum in Romanos pararent, & quod mercatores Romanos violassent, cum causa suasoria fuerit studium occupandi Sardiniam. *Polyb. Lib. I. cap. f. juncto cap. 23. & Lib. 30. 5.* Antigonus causam justificam belli, quod cum sociis, Ptolumæo, Cassandro & Lysimacho gessit, prætexebat se Olympiadis mortem a Cassandro interfectæ ulcisci velle, & Alexandri Regis sui filium cum matre obsidione liberare. At hoc honestatis saltem causa allegatum ait *Justinus Lib. 15. c. 1.* causa enim suasoria fuit ne prædam divideret. *d. c. 1.* Sic Demetrius causam belli justificam allegabat, quod Antipater socios invaserit, ut suasoria causa erat spes Macedoniæ acquirendæ *Justin. L. 16. c. 1.* Alia exempla *Vide apud Tesm. in Not. ad h. §. & Grot. L. 2. c. 22. §. 1. seq. Conf. Justin. L. 5. c. 1. L. 9. c. 3. L. 18. c. 2. L. 24. c. 1. L. 27. c. 3. L. 30. c. 3. add. inf. §. 17.*

„m) (UT PIAM ET JUSTAM ACCIPIATIS BELLI „CAUSAM &c.) de effectu justitiæ causæ late egimus „*in Prolegom. §. 27.* Sane omnes qui bellum suscipiunt, credi volunt sibi tales causas esse, indeque publice eas exhibere solent. *vid. Lib. 2. c. 26. 4.* „*& Lib. 3. c. 1. §. 5.* Merito ergo bella sine justa „causa suscepta latrocinia dicuntur. *L. 2. c. 22. §. 3.*

n) (Grot.) (Ὑποθέσεις:) Sic & ὑπόθεσιν belli dixit Julianus secundo de laudibus Constantii.

„o) (NEC MINUS HOC DIONIS CASSII:) *Histor.* „*l.* 12. Quam religiose causas belli justificas examinaverint pleræque gentes præter exempla *in* „*Prolegomenis* allegata alia exstant apud *Nepotem in* „*Agesilao c. 2. Appian. de Bello Mitrid. n 177. Sueton. in Augusto cap. 20.* Conf. *infra L. 2. c. 22. per tot.*

p) (Grot.) (NULLA BELLI CAUSA:) Appianus eidem Crasso a Tribunis denuntiatum dicit μὴ πολεμεῖν τοῖς Παρθυαίοις μηδὲν ἀδικοῦσι: *Ne bellum Parthis inferret nulla injuria cognitis.* Plutarchus de eodem: καὶ συνίσταντο πολλοὶ χαλεπαίνοντες εἴ τις ἀνθρώποις οὐδὲν ἀδικοῦσιν, ἀλλ' ἐν σπονδαῖς πολεμήσων ἄπεισι: *Coibant multi, indignantes esse aliquem qui bellatum iret in homines non modo nullius injuriæ compertos, sed & pace defensos.*

„q) (QUOD NON MINUS DE BELLIS PUBLICIS „QUAM PRIVATIS VERUM EST:) Nam nec inter „duos certare sine justa causa licet, hæc enim „certatio per vim non nisi ex necessitate defensio„nis, adeoque non nisi ex justa causa licita est.

r) (Grot.) (PUBLICE JUBENTUR, VETITA PRIVATIM:) Idem Seneca de ira II. cap. VIII. *Pro gloria habita, quæ, quamdiu opprimi possunt, scelera sunt.* Adde quæ infra ex Seneca & Cypriano Libro XII. Cap. IV. §. circa finem.

s) (HABENT QUIDEM BELLA &c. EFFECTUS JURIS:) Etiam bella injusta, quæ inter duas summas potestates geruntur, jura belli habent quoad processum, donec per ultimam victoriam lis decidatur.

„t) (UT

ris, [t] ut & sententiæ: [u] de quibus agendum infra erit: [v] Sed non eo magis peccato vacant, ni causa subsit; [w] ut merito Alexander, si sine causa in Persas & alias gentes bellum arripuit, Scythis Curt.l.vii. [x] apud Curtium, sed & [y] Senecæ latro, [z] Lucano prædo appelletur, [aa] Indorum quoque sapientibus [bb] ἀτάσθαλος, [cc] & a pirata quondam

t) (UT ET SENTENTIÆ:) Potius ut judicia & actiones: Nam quod inter gentes est bellum, id inter privatos est actio in judicium deducta, & sententiæ sunt victoriæ.

ADDITIO.

„ Author aliquoties jam distinxit inter bella publica *solennia* & *minus solennia*, quam distinctionem ex mente Authoris explicavimus, simulque refutavimus *in Differt. proœm.* IX. §. 63. *seq.* „& supra *L.* I. *c.* 3. §. 4. *Solenne* enim bellum „Author vocat, cui gentes ex condicto, seu communi consensu, solemnitates quasdam tribuerunt; „& tale esse ait, quod a summis potestatibus prævia denunciatione geritur. *Dict. Diff. pr.* §. 63. *seq.*

„ Effectus huic *bello solenni* particulares tribuit, „1) ut geri possit etiam ex causa injusta. 2) ut „in tali bello in infinitum capi & vastari res hostiles, personæque occidi possint. 3) ut dominium externum harum rerum acquiratur, 4) „ut capientes & occidentes apud omnes gentes tuti sint, ita, ut nec tanquam fures, nec „tanquam homicidæ ideo puniri possint; Atque „hos effectus ex pactis gentium introductos esse ait. „*Dict. differt. pr.* §. 65. *seq.* Unde idem esse statuit quod in sententia, cui jus civile itidem effectus quosdam particulares tribuit: nimirum, „ut sententia valeat etiamsi sit injusta, quod „talis sententia utut injusta plenum dominium „etiam ex aliorum judicio tribuat. *Dict. differt.* „*pr.* §. 68. *fol.* 176.

„ At tale *bellum solenne ex jure gentium* non „dari alibi demonstravimus, *dict. differt. pr.* §. „68. *fol.* 175. Cum enim jus gentium voluntarium „non existat, *Diff. prooem.* IV. §. 29. nec ejus solennitates concipi, nec effectus juris particulares „inde deduci possunt. Una & eadem solennitas „est in bello publico & privato, scilicet necessaria „juris nostri defensio, quæ non est, nisi ex justa „causa. At, quia uterque justitiam causæ prætendit, nec superior est, qui de ea cognoscat in „bello publico, ex ipsa naturæ ratione (non ergo ex pactis demum gentium) judicium de justitia causæ tam diu suspenditur, donec per ultimam victoriam lis decidatur: Interim igitur „uterque omnia agit sine quibus jus (quod „uterque injuria læsum ait) repeti nequit: hinc „uterque capit, vastat, occidit, donec alter victus „sit. Atque idem ex eadem naturæ ratione obtinet in judiciali disceptatione; cum enim partes litigantes communi consensu Judicem adeant, „uterque media defensionis adhibet, neque ea jure „naturali negari utrique possunt, donec per sententiam de justitia causæ decidatur. Quod latius „explicavimus in *Differt. Proœm.* IX. §. 68. *fol.* „175. An ergo uterque jure agit? Negatur: Sed „juris quæstio suspenditur, donec lis decisa sit: „tunc enim constat victum omnia illa defensionis media injuria adhibuisse. *ibid.* §. 68.

„*u*) (DE QUIBUS AGENDUM INFRA ERIT:) *Lib.* „3. *per tot.* Systema Grotii explicavimus in Diss. „Proœm. IV. Compendium totius systematis exhibuimus *L.* 1. *c.* 1. §. 13. *seq.* & *c.* 3. §. 4. & *in* „*Proleg.* §. 17.

„*v*) (SED NON EO MAGIS PECCATO VACANT:) Etsi „enim ex hypothesi Authoris is quis tale bellum „gerit licite & jure agat, hanc tamen justitiam „saltem ait esse ex jure gentium, adeoque non nisi „impunitatem & dominium externum tribuere; „cæterum secundum justitiam internam bellum „injustum esse, indeque in foro poli omnes actus „hujus belli, utpote justitia interna carentes, esse „illicitos, quin ipso jure nullos. Vid. *Differt. pr.* „IV. §. 14. §. 20. *seq.* & *latius in Diff.* IX. §. 64. *seq.*

w) (UT MERITO ALEXANDER &c.) Justitia belli Persici defendi rationibus posset, easque partim exponit Justinus *L.* 11. *c.* 5. Sed quid juris in Scythas, qui itidem Persarum hostes erant, habuerit, nescio, unde non immerito eum Scythæ latronem gentium vocabant.

„*x*) (APUD CURTIUM:) L. 7. c, 8. *Ac tu, qui* „*te gloriaris ad latrones persequendos venire,* „*omnium gentium latro es.*

y) (Grot.) (SENECÆ LATRO:) Locus est de Benef. I. Cap. XIII. Non male Justinus Martyr. Apologetico II. τοσῦτον δὲ δύνανται ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ: *Tantum possunt Principes qui opiniones vero præferunt, quantum in solitudine latrones.* Philo: οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπὰς, σεμνοῖς ὀνόμασιν ἀρχῆς ἐπικρύπτοντες λῃστείαν ἀληθέστερον: *Qui magna furta committunt, qui honesto principatus nomine adumbrant ea quæ reipsa nihil nisi latrocinia sunt.*

„*z*) (LUCANO PRÆDO:) *L.* 10. §. 20.
„*Illic Pelæi proles vesana Philippi*
„*Felix prædo jacet.*

„*aa*) (INDORUM QUOQUE SAPIENTIBUS:) „Brachmannis scilicet & Gymnosophistis, (de „quorum origine & doctrina *vide Bayle dans son* „*Dictionaire* voce *Brachmannes & Gymnosophistes.*) „Indi enim vocabant Alexandrum iniquum & curiosum, quod tam procul a domo bellum gerens sibi pariter atque aliis negotium faciat *in* „*Orat. apud Arrian. L.* 7. *pr.*

„*bb*) (Ἀτάσθαλος:) Perniciosus, malorum „Author, quasi ἄταις θάλλων, a quo quasi mala „germinant.

„*cc*) (ET A PIRATA QUONDAM TRACTUS

SIT

dam tractus sit in criminis societatem: quomodo & ab ejus patre Philippo duos Thraciæ reges regno spoliatos [dd] Justinus narrat, fraude latronis ac scelere. [ee] Augustini illud huc pertinet: *Remota justitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia?* Convenit talibus Lactantii illud: *inanis gloriæ specie capti, sceleribus suis nomen virtutis imponunt.* De civit. Dei lib. iv c. [illegible] Lib. [illegible] de fals[illegible] lig.

4. [ff] Causa justa belli suscipiendi nulla esse alia potest nisi injuria. *Iniquitas partis adversæ justa bella ingerit*, inquit idem Augustinus, ubi iniquitatem dixit pro injuria, [gg] quasi ἀδικίαν dixisset, cum vellet dicere [hh] ἀδίκημα. Sic [ii] in Romano Feciali carmine: *Ego vos testor, populum illum injustum esse, neque jus persolvere.*

§. II.

1. Ac plane [a] quot actionum forensium sunt fontes totidem sunt belli. Sylvest. de bell. c. 1. n. 2.

SIT IN CRIMINIS SOCIETATEM:) Refert enim „Augustinus *Lib.* 4. *de Civit. Dei c.* 4. *Eleganter* „*& veraciter Alexandro illi Magno quidam com*„*prehensus Pirata respondit. Nam, cum idem Rex* „*hominem interrogasset, quid ei videretur, ut ma*„*re haberet infestum? Ille libera contumacia, quid* „*tibi, inquit, ut orbem terrarum? Sed quia id exi*„*guo navigio facio, latro vocor, quia Tu magna* „*classe, Imperator.*

„*dd*) (JUSTINUS NARRAT:) *Lib.* 8. *c.* 3

„*ee*) (AUGUSTINI:) *de Civit. Dei L.* 4. *c.* 6. *in fin.*

„*ff*) (NISI INJURIA:) Bellum enim unice ad „defensionem juris nostri, & ad propulsandam „injuriam licitum est

gg) (QUASI ἀδικίαν:) i. e. Actum injustum in abstracto, seu habitum.

hh) (Ἀδίκημα:) Quæ est ipsum factum injustum in concreto.

„*ii*) (IN ROMANO FERIALI CARMINE:) Vid. „*Liv. L. I. Cap.* 32. Ceterum in eo omnes gentes „conveniunt, bella non nisi ad arcendam injuriam „licita esse *Liv.* 31. 2. *&* 6. *Isidor. Orig.* 18 *c.* 1. „*Appian. de Bello Hispanico n.*257. *ap. Tesm. in* „*not. h. l. Conf. L.* 2. *c.* 22. *§.* 1. *&* 3. *L.* 3. *c.* 1. *seq.* „*& supra Proleg. §.* 25.

„(AD §. II.) Grotius, ut probet ex quibus „causis bellum licitum sit, ait, ex iisdem causis „bellum licitum esse, ex quibus actiones forenses „dantur *L.* 2. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 1.

„ Actiones autem dari ait, vel *ob injuriam non* „*factam* vel *ob factam L.* 2. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 1.

„ Ob *non factam* agi posse ut caveatur de inju„ria quæ metuitur, item damni infecti, eoque re„fert interdicta alia, ne vis fiat &c. *ibid.* quod plu„ribus exemplis illustrat *d c.* 1. *§.* 3. *seq.*

„ Ob *factam injuriam* 1) agi vel *ut reparetur*, „vel *ut puniatur. d. c.* 1. *§.* 2. *n.* 1.

„2) Quod *reparandum* venit, aut spectare *id* „*quod nostrum est, vel fuit*; aut id *quod nobis de*„*betur, ibid:*

„3) *Nostrum* aliquid fieri vel *communi homi*„*num jure*; vel *jure singulari. L.* 2. *c.* 2. *§.* 1. *§.* 3. „*seq.*

„4) *Jus commune hominum* aut directe esse *in* „*rem corporalem* aut *ad actus aliquos L.* 2. *c.* 2. *§* „1. *pr.*

„5) *Jure singulari* aliquid nostrum fieri vel „*acquisitione originaria*, vel *derivativa*, *d. c.* 2. §. 1. „*c.* 3. *§.* 1. *c.* 4.

„6) Per acquisitionem originariam nobis ac„quiri non tantum *jus in res* tum *extantes*, tum „*non extantes*: sed etiam *in personas ipsas. L.* 2. *c.* „5. §. 1. *junct. L.* 2. *c.* 10. *§.* 1.

„7) *Deberi* autem nobis *aut* ex jure naturæ, „scilicet vel ex pactione vel ex maleficio: *aut* ex „lege, quo refert quasi contractus & quasi delicta: „*d. L.* 2. *c.* 1. *§.* 2. *n.* 1. *aut* ex jure gentium vo„luntario, quo refert legationum jura, & jus sepul„turæ. *L.* 2. *c.* 18. *§.* 1. *& c.* 19.

„8) Quatenus *punienda* est injuria, eam parere „ait accusationem & publica judicia *L.* 2. *c.* 1. *n.* 1.

„ Grotius disciplinam juris naturæ admodum „obscuram reddit, per expositionem hanc obje„ctorum juris, i. e. causarum ex quibus jure na„turali actiones dantur: Eas enim causas non tan„tum novis, & inter JCtos non usitatis terminis „proponit, sed præterea infinitis illis divisionibus „& subdivisionibus, sæpius minus aptis, adeo con„fundit Lectorem, ut vix conceptum systematis „sibi formare possit.

„ Sane mirum est Authorem methodum juris „Romani insuper habuisse, quæ tamen facillima „& juri naturali maxime congrua est. JCti enim „Romani *tria* objecta juris, ex quibus omnes „actiones oriuntur, constituunt: *personas* scilicet, „seu *statum hominum*, *res*, & *actiones* quæ nimi„rum ex obligatione personæ sequuntur: Juxta „hæc tria objecta in dissertatione prœmiali XII. „totum systema juris naturalis exposuimus; si„mulque demonstravimus, nullum jus inter ho„mines superesse, quod eo referri non possit.

a) (QUOT ACTIONUM SUNT FONTES, TOTIDEM SUNT BELLI;) Bellum inter summas potestates

belli: [b] nam ubi judicia deficiunt incipit bellum. [c] Dantur autem actiones aut ob injuriam non factam, aut ob factam. Ob non factam, [d] ut qua petitur cautio de non offendendo, [e] item damni infecti, & interdicta alia [f] ne vis fiat. [g] Ob factam, aut ut reparetur, aut ut puniatur: [h] quos duos obligationum fontes recte distinguit Plato

ſtates, quæ alium judicem non habent, idem eſt quod judicium inter privatos. Utrumque eſt de negotio aliquo dubio ſeu controverſo inter partes, (adeoque ſemper legitimum certamen partium ſignificat) de quo illæ armis diſceptant, hi apud judicem. Hinc, uti in omnibus judiciis & diſceptationibus, ita in bello quævis pars ſibi jus aſſerit, adverſario negat, & uterque ſe jure, adverſarium injuria agere; uterque ſua arma juſta, adverſarii injuſta; uterque denique quoties ipſe bello quid agit, capit, lædit, id jure quoties hoſtis, injuria fieri; & ſibi ſoli, non hoſti jus ex actibus bellicis naſci contendit: Atque hæc eſt natura omnis certaminis ſeu contentionis, utpote quæ in contradictione partium conſiſtit. *Vid. diſp. noſtram de Poſtlim. & Amneſtia Sect. I. §. 2. 3.*

„*b*) (NAM UBI JUDICIA DEFICIUNT, INCIPIT „BELLUM:) Quod late explicavi ſupra *L. 1. c. 2. pr.*

c) (DANTUR AUTEM ACTIONES AUT OB INJURIAM NON FACTAM:) Author ſibi ipſi hic contrarius eſt: nam 1) ipſe aſſeruit in §. præcedenti, *cauſam juſtam ſuscipiendi belli nullam aliam eſſe poſſe, niſi injuriam*, qualis non eſt, quæ futura eſt. 2) Ipſe Author *infra §. 17.* docet, bellum ob metum vicinæ potentiæ licitum non eſſe. Sane 3) reparatio injuriæ peti non poteſt ubi jus non eſt ablatum, adeoque, ubi injuria non eſt facta. Unde 4) contradictio potius videtur, defendere jus ſuum bello, ubi jus nullum ablatum eſt.

ADDITIO.

„Grotius per injuriam non factam intelligit 1) „ſi injuria paratur, eaque evitari nequit; uti, ſi „alter vi præſenti corpus meum impetat cum pe„riculo vitæ meæ non vitabili. *vid. infra §. 2. „in f. juncto §. 3. usque ad §. 11.* vel ſi fur effringat „ædes meas furandi cauſa. *d. c. 1. §. 11. ſeq.* 2) Si „injuria ſaltem metuitur, ut ſi quis metuit damnum „ex opere vicini ruinoſo, vel ne alius vim inferat „&c. *L. 2. c. 1. §. 2. n. 1.* vel ſi quis metuit vicinam „potentiam *d. c. 1. §. 17. Priori* caſu injuria vere eſt „facta, & alter actu jus meum lædit; qui enim inſi„dias vitæ bonisque meis ſtruit, hoc ipſo facultatem, „ſecure juribus a natura conceſſis utendi, turbat, il„ludque mihi auffert, adeoque hoc jus ſi inſidias „evitare aliter nequeo, cum internecione alterius „defendere poſſum.

„*Poſteriori* caſu injuria plane non eſt, neque pa„ratur, nec in actum aliquem deducitur, hic er„go jus meum nulla ratione læſum eſt, & ſolus „metus jus non dat, ne exigendi quidem cautionem „(*Diſſentit Grotius d. c. 1. §. 2. & §. 17.*) unde cau„tiones de non offendendo, damni infecti, ne vis „fiat, &c. ſunt meri Juris civilis.

„*d*) (UT, QUA PETITUR CAUTIO DE NON OFFEN„DENDO.) Cautio hæc eſt meri juris civilis, ob „utilitatem publicam, ſecuritatem nimirum civi„um, introducta.

„*e*) (UT DAMNI INFECTI:) Cautio damni infe„cti itidem eſt Juris poſitivi; naturali ratione enim „jus ablatum non eſt, adeoque nihil eſt, quod re„parari poſſit: at, cum publice interſit ne urbs „ruinis deformetur, & ut ſecuritati publicæ pro„ſpiciatur, magiſtratus refectionem ædium civi„bus injungere, eoque ſimul prævertere poteſt, ne „ex alterius negligentia civi damnum inferatur, in„jungendo ei cautionem, qua civis eveniente caſu „de reparatione damni certus redditur.

„*f*) (NE VIS FIAT:) Hæc cautio, ne in futurum „civi vis fiat, itidem eſt Juris civilis, eaque ſecu„ritati publicæ proſpicitur.

„*g*) (FACTAM, AUT UT REPARETUR, AUT UT „PUNIATUR:) Unusquisque enim tantum intra fi„nes facultatis a naturæ Auctore conceſſæ agere „poteſt, Si quis igitur extra illos fines aliquid agit, „vel rem alteri auferendo, vel jus ejus alias mi„nuendo, injuria eſt, ex qua ad ejus reparationem „obligatur, vel damnum datum reſarciendo, vel „patiendo tantundem. *vid. Poſit. Iur. Gent. 6. ſequ.*

h) (Grot.) (QUOS DUOS OBLIGATIONUM FONTES RECTE DISTINGIUT PLATO:) Et ante eum Homerus, nam cum mulctam perſolvere Proci Penelopes voluiſſent ait Ulyſſes:

οὐκ εἴ μοι πατρώϊα πάντ' ἀποδοῖτε
ὅσσα τε νῦν ὔμμ' ἐστὶ καὶ εἴ ποθεν ἄλλ' ἐπιθεῖτε,
οὐδὲ μὲν ὧς ἔτι χεῖρας ἐμὰς λήξαιμι φόνοιο
πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτῖσαι,
Patrias non ſi mihi raptas
Reſtituatis opes, addatisque altera plura,
Abſtineam fœdare manus in ſanguine veſtro,
Cunctus prius quam veſtra proci delicta luaris.

Caſiodorus lib. V. epiſt. XXXV. *Ut qui vindictam remiſimus, damna minime ſentiamus.* Adde quæ infra hoc libro initiis capitum XVI. & XX.

ADDITIO.

Reparatio & pœna non ſunt fontes obligationis ſed effectus; neque proprie duo ſunt fontes, ſed una reparandi neceſſitas. Nam Jure naturæ omnis obligatio conſiſtit in reparatione injuriæ: reparatio autem illa fit reſtituendo vel id quod plus ſuo habet, vel tantundem: unde apparet pœnas dupli, tripli, &c. nec non pœnas corporales ad corrigendum inventas, eſſe mere civiles, non ut reparetur injuria, ſed ut in futurum & ipſe qui peccavit, & alii deterreantur.

„*i*) (QUOD

Plato nono de legibus. [i] Quod reparandum venit, aut spectat id quod nostrum est [k] vel fuit, [l] unde vindicationes [m] & condictiones [n] quædam; [o] aut id quod nobis debetur [p] sive ex pactione, sive ex male-

,,i) (QUOD REPARANDUM VENIT:) Nos methodum JCtorum Romanorum secuti in genere dicimus, reparandi necessitatem hominibus incumbere, quoties jus aliis naturali ratione quæsitum violatur. Jus autem cuique quæsitum est vel ex *statu hominum*, vel ex jure in re, vel ex *obligatione personæ*.

k) (VEL FUIT:) Et sine justa causa nostrum esse desiit: Nam si jure nostrum esse desiit, repeti & reparari nequit, quia tum nihil nobis abest.

ADDITIO.

,,*Nostrum* esse, ait, aut communi hominum jure *Vid. infra c.* 2. aut jure singulari, tum in res, tum in personas. *Vid. infra c* 3. *c.* 4. & *c.* 5. §. 1. Ad jura in re Author etiam refert jura quæ ex *statu personæ* competunt.

l) (UNDE VINDICATIONES,) quibus is, qui dominum rei se esse contendit, eam sibi restitui petit cum omni causa a quovis detentore. §. 1. §. 2. *Inst. de Act. L.* 20. *ff. Rei Vind.* & de quibus *infra c.* 10. agetur: quo pertinent actiones reales quibus jus aliquod in re ipsa vindicatur: modo non ex ratione deinum civili reales factæ sint, uti actio hypothecaria. &c.

m) (ET CONDICTIONES QUÆDAM:) ut condictio indebiti, causa data non secuta &c. Ex hypothesi enim Juris civilis dominium rei traditione & voluntate nostra in alterum transfertur, licet causa translationis vel sit erronea, vel turpis, vel causa, ob quam datum est, non sequatur; indeque cessabat Jure civili omne repetendi remedium, translato quippe rite dominio; & repugnat jure dominium alterum factum, & eum privari dominio condictione posse. Hoc ergo suppletum & correctum est ex Jure gentium, quo dominium transferri non debuit, cessante quippe causa. Unde ex eo præsidium quæsitum est per condictiones, quibus id quod jure civili repeti non potest, Jure gentium repetitur, & hinc dictæ Juris gentium. Ea igitur omnium condictionum natura est, ut per eas ideo repetantur res, etsi voluntate domini translatæ, quod causa deficiat. Unde peritissimus Ulpianus ait, *Constat, id demum condici posse alicui, quod vel non ex justa causa ad eum pervenit, vel redit ad non justam causam. L.* 1. §. *f. ff. Cond. sine causa.* Atque hinc est, quod condictio sine causa generalis sit, & cum omnibus condictionibus specialibus concurrat, cum omnes dentur ob defectum causæ. *d. L.* I. §. 1. & 2. *L.* 4. *ff. eod.*

ADDITIO.

,,Grotius *vindicationes* refert ad res quæ nostræ sunt, *condictiones quasdam* ad res quæ nostræ fuerunt, utrasque refert ad obligationem quæ ex dominio oritur; hinc ubi obligationem quæ ex dominio oritur in Cap. X. explicat, nasci eam ait, aut *e rebus exstantibus aut e rebus non exstantibus. C.* 10. §. 1. & 2. At ex his apparet Authori cognitam non fuisse naturam juris in re, seu dominii: Jus quod nobis *in re* competit, semper supponit rem extantem, quia per actiones reales rem, quam meam esse dico, vindico: & alter ideo quia rem meam tenet, eam reddere tenetur. Quando igitur res amplius non exstat, i. e. quando perit, perit quoque jus meum in re, & ego desino esse dominus: Si tamen alter ex illa re, quæ periit, locupletior factus est, vel res culpa ejus periit, actio contra eum datur, non *realis*, quia jus in re desiit, verum *personalis*; condictio nimirum, vel actio ex quasi delicto: Male igitur *condictiones* refert ad jus in re, seu ad obligationem ex dominio: quod plenius explicabimus *d. cap. X.*

,,Sed nec admitti potest jure civili transferri dominium, idque jure gentium demum correctum esse. Nam alibi probavi, voluntate domini rei dominium in alium transferri ipso jure naturæ, etsi forte errore &c. id factum sit. *Vid. diss. pr. XII.* §. 570.

,,Hinc jam apparet, male *condictiones quasdam* ab Authore referri ad *Jus in re*, seu ad id quod *nostrum* est, indeque male cum vindicatione conjungi: postquam enim res voluntate domini in alium semel translata est, omne jus transferentis in re cessat; at quia possessor rei locupletior fit ex meo errore, vel ex causa injusta, actio personalis pristino domino datur ad rem condicendam: Is igitur in quem rem meam errore transtuli non obligatur tanquam possessor rei alienæ, ea enim voluntate mea in eum translata est, sed, quia jus alienum tenet, unde actio quasi ex contractu oritur.

,,*n*) (QUÆDAM:) Imo nulla condictionum spectat id quod nostrum est, nam in illis quoque condictionibus, de quibus Author loquitur, dominium nostrum desiit, unde omnes conditiones sunt personales, non reales; in sola condictione furtiva speciale est, quod detur vero rei domino, adeoque ei cujus res non fuit sed adhuc est. *L.* 1. *L.* 11. *ff. Cond. furt.* Bene tamen notandum est, hanc condictionem rei furtivæ non dari ut domino, sed ut aliis qui dominium rei suæ sine justa causa perdiderunt, unde hæc actio etiam personalis est. Cur vero non instituit rei vindicationem? Resp. consultius est a dominio abstrahere, quia allegans dominium probare illud teneretur. *Vid. Diss. Prooem.* XII. §. 572. *n.* 5.

o) (AUT ID QUOD NOBIS DEBETUR:) Obligatio hæc oriri dicitur JCtis ex jure ad rem, ubi persona sola obligatur ad aliquid præstandum.

ADDITIO.

,,Alibi demonstravimus, Doctores male id quod nobis ex obligatione personæ debetur referre ad jus rerum, & quidem ad *Jus ad rem.* Nam ICtis Romanis Jus ad rem cognitum non est, & id quod nobis debetur, pertinet ad tertium Juris objectum, nimirum ad actiones, quæ *ex obligatione personæ* oriuntur. *Vid. Diss. Prooem.* XII. §. 329.

,,*p*) (SIVE EX PACTIONE &c.) Quamdiu enim pactum non impletur, manet injuria.

maleficio; [q] sive ex lege [r] quo referenda quæ ex quasi contractu & quasi maleficio dicuntur; [s] ex quibus capitibus nascuntur conditiones cæteræ. [t] Factum ut puniendum parit accusationem & judicia publica.

Bel. ad l. 2. C. de servit & aquo. uu. vs. Wilh. Mat. de bello justo & licito
† Liv. lib. v.

2. Plerique bellorum [u] tres statuunt causas justas, defensionem, recuperationem rerum, & punitionem: quæ tria in [v] Camilli ad Gallos denunciatione invenias: † *Omnia quæ defendi, repetique, & ulcisci fas sit;* in qua enumeratione nisi vox recuperandi sumatur laxius, [w] omissa est persecutio ejus quod nobis debetur; quam non omisit [x] Plato,

ADDITIO.

„Melior est partitio ICtorum, qui obligationem „personæ ex tribus causis deducunt, vel ex *contra-„ctu*, vel ex *maleficio*, vel ex *variis causarum figuris:* „de quibus infra *c. 11. seq. c. 17. seq.* Nam de-„monstravi in *Dissertatione proemiali XII. §. 562.* „obligationes ex quasi contractu, vel quasi ex de-„licto etiam ex variis causarum figuris descendere.

„*q*) (SIVE EX LEGE:) Hic obligandi modus „non est naturalis, sed juris positivi.

r) (QUO REFERENDA QUÆ EX QUASI CONTRACTU ET QUASI MALEFICIO DICUNTUR:) Imo reparationes hæ non ex lege demum civili oriuntur, sed ipsa naturali ratione, quoties enim facto hominis, sive licito sive illicito, mihi aliquid abest citra voluntatem meam, jure naturali homo id reparare tenetur, si proinde res mihi absit non ex dispositione mea, sed ex solo facto agentis licito, JCti illum actum dixere *quasi contractum*; si res mihi absit ex facto alterius illicito, at absque proposito nocendi, dixere *quasi delictum §. f. Inst. de Obligat.*

ADDITIO.

„JCti Romani facta illicita, quæ absque pro-„posito peraguntur, non ad quasi, sed ad vera de-„licta retulere, idque ex Lege Aquilia nototrium „fit, ubi damnum injuria, & levissima culpa, „datum, inter delicta privata refertur. Quia vero „Lex Aquilia tantum de iis factis illicitis, quibus „corpore in corpus damnum datur, loquitur, Præ-„tores ob paritatem rationis actionem quoque de-„derunt ex damno, quod non corpore, sed in *cor-„pus*, vel quod *corpore*, sed non in *corpus* datum est, „atque hæc facta illicita ad quasi delicta retule-„runt.

„Author ex arroneo illo principio, quasi omnes „quasi contractus ex lege originem ceperint, etiam „*actionem negotiorum gestorum* ex jure civili ortam „esse ait, *L. 3. c. 10. §. 9.* Quod ibidem examina-„bimus.

„*s*) (EX QUIBUS CAPITIBUS NASCUNTUR „CONDICTIONES CÆTERÆ:) Nam quasdam con-„dictiones ex jure dominii nasci, paulo ante dixe-„rat, quando nimirum alter aliquid habet quod „nostrum est, quo refert condictionem indebiti & „sine causa *L. 2. c. 10. §. 1. n. 5. & §. 2. n. 2.* Ex „natura enim dominii sequi putat, obligari posses-„sorem ad rem domino restituendam, quæ sine „causa & ex errore penes eum est. *L. 2. c. 10.* „*§. 1 n. 5.* Reliquas autem condictiones ex lege, „adeoque ex jure positivo oriri putat, idque spe-„ciatim de condictione ob turpem & injustam cau-„sam tradit: *d. c. 17. §. 12. & §. 2. n. 1.* quod modo „refutavimus, & ulterius refutabimus allegatis locis.

t) (FACTUM UT PUNIENDUM PARIT ACCUSATIONEM ET JUDICIA PUBLICA:) Sensus est, quod quoties ad pœnam agitur, id fiat per accusationem ejus, cui injuria facta est, instituto contra reum processu inquisitorio. Nec negari potest, hoc factum tendere ad reparandum, nam & pœna reparatio est, ea enim fieri debet tum restituendo id quod ablatum est, tum tantundem patiendo, quæ talio sola juris naturalis pœna est. Vid. infra cap. 17. & 20.

u) (TRES STATUUNT CAUSAS:) Imo una tantum belli causa est, scl. injuriæ reparatio, quod ipse Author §. 1. *n.* 4. monuit. Qui ergo *defendit* jus suum agit ad reparationem injuriæ, ut alter desistat a turbatione, & rem in statum pristinum quietum restituat. *Vid. L. 5. in fin. de Rei vind.* Qui agit de re *recuperanda*, repetit id quod ablatum est injuria, adeoque agit ad injuriæ reparationem. Denique qui ad *puniendum* agit, itidem reparationem intendit, ut nimirum, si jus ipsum restitui non possit, lædens tantundem patiatur. Unde simul apparet, minus curate hæc capita ad belli causas referri, cum nihil aliud sint, quam modi persequendi: Ita enim in negotiis privatis quoque aliud sunt actiones, seu remedia juris, aliud causæ ex quibus actiones oriuntur, una igitur tantum est causa bellorum, sc. injuria, ad cujus reparationem agere remediis possum, vel defendendo jus meum, vel recuperando ablatum, vel puniendo lædentem i. e. talionem ai inferendo.

ADDITIO.

„Author recte notatur a B. Parente, quod de-„fensionem & recuperationem ad justas belli cau-„sas referat. Defensio enim & recuperatio sunt „media reparandi, quæ supponunt justam causam. „Nam tunc demum, si justa causa præcessit jus „nostrum armis defendere, vel recuperare, vel „per talionem reparare possumus.

v) (CAMILLUS:) Apud *Liv. 5. 49.* At Camillus tria hæc non pro justis belli causis, sed pro justis remediis venditat.

„*w*) (OMISSA EST PERSECUTIO EJUS QUOD „NOBIS

[x] Plato, cum dixit bella geri non modo si quis vi opprimatur, aut expiletur, verum etiam [y] si deceptus fuerit. Quicum Senecæ illud convenit: [z] *Æquissima vox est, & jus gentium præ se ferens: Redde quod debes.* Et [aa] in Fecialium formula erat: *Quas nec dederunt, nec solverunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, solvi oportuit:* & apud [bb] Sallustium in historiis: *Jure gentium res repeto.* Augustinus cum dixit: * *Justa bella definiri solent, quæ ulciscuntur injurias:* vocem ulciscendi generalius sumpsit [cc] pro eo quod est demere: quod & sequentia ostendunt, [dd] in quibus non est enumeratio partium, [ee] sed exemplorum additio: *Sic gens & civitas petenda est, quæ vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est,* [ff] *vel reddere quod per injurias ablatum est.*

Alcibiades. *L. 3. benef. c. 14.* *Liv. l. 1.* *Lib. VI. q 20. super Josue.*

3. [gg] Hanc naturalem notitiam secutus Indorum rex, narrante Diodoro, Semiramidem accusabat, ὅτι προκατάρχεται τοῦ πολέμου μηδὲν ἀδικηθεῖσα: [hh] *quod bellum inchoaret nulla accepta injuria* [ii] Sic & Romani cum Senonibus postulant, ne a quibus nullam injuriam accepissent [kk] eos oppugnarent. Aristoteles Apodicticon II. cap. 21. πολεμοῦσι γὰρ τοῖς πρότερον ἀδικήσασι: *Bellum sumi solet in eos qui priores injuriam fecerunt.* De Abiis Scythis Curtius: *Justissimos barbarorum constabat, armis abstinebant,* [ll] *nisi lacessiti.*

Liv. lib. v. *Lib. 11.*

1. Pri-

„NOBIS DEBETUR:) Imo hoc sequitur ex voce *re-*„*petionis*, repetitur enim bello omne id, quod no-„bis abest, adeoque & quod nobis debetur, nam „id nobis quoque abest.

„x) (PLATO:) *In Alcibiade p. m. 109.*

y) (SI DECEPTUS:) Adeoque si læsus, indeque injuria ei facta est, quod etiam fit si alter non solvit quod debet.

„z) (ÆQUISSIMA VOX EST:) Tota enim natura-„lis justitiæ definitio in eo consistit, *suum cuique* „*tribuere.*

aa) (IN FECIALIUM:) Apud *Liv. 1. c. 32.*

bb) (SALLUSTIUM:) *Histor. L. 3.*

*)(Grot.)(JUSTA BELLA DEFINIRI SOLENT:) Servius ad IX. Æneidos de Romanis: *Cum volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc est, Princeps Fecialium, proficiscebatur ad hostium fines, & præfatus quadam solemnia, clara voce dicebat, se bellum indicere propter certas causas: aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent.*

cc) (PRO EO QUOD EST DEMERE:) Lege *repetere*: nam in genere verum est, injurias vindicari vel propellendo, vel repetendo, vel ulciscendo, his omnibus enim modis repetimus jus nostrum.

ADDITIO.

„Ego recte legi, *demere*, puto. Nam omnino „reparatur, eoque demitur injuria vel per defensio-„nem, vel per repetitionem, vel per punitionem. „Atque hoc sensu Romani legatos in Græciam mi-„sisse dicuntur, ad demendam injuriam, apud Iustin. „*L. 34. c. 1.* & legati Ardeatorum petebant ut „demeretur injuria *Liv. L. 4. c. 7.*

„dd) (IN QUIBUS NON EST ENUMERATIO PAR-„TIUM:) i. e. non recensentur species ultionis.

„ee) (SED EXEMPLORUM ADDITIO:) Quæ pro-„bant, per ultionem non pœnam seu punitionem „hic intelligi, sed quemlibet injurias demendi mo-„dum; quod & fit per repetitionem ejus quod no-„bis debetur.

„ff) (VEL REDDERE QUOD INJURIA ABLATUM „EST:) Certissimo indicio, *ultionem* non pœnam „denotare, quia & id quod nobis debetur & red-„dendum est eo refertur. Confer *supra L. I. c. 3. §.* „*1. & 21. n. 4.*

„gg) (HANC NATURALEM NOTITIAM.) Nimirum „reparandam esse injuriam.

„hh) (QUOD BELLUM INCHOARET:) adeoque „quod ageret ad reparationem injuriæ non factæ.

„ii) (SIC ET ROMANI CUM SENONIBUS:) Apud „*Liv. Lib. 5. c. 35.* Senones Germani fuere, quod pro-„bat *B. Parens in J. publ. Prolegom. §. 17.* & Sue-„vorum populus *ibid. cap. 3. §. 17.* Galli quoque ali-„quando dicuntur *d. Proleg. §. 18.*

„kk) (EOS OPPUGNARENT:) Clusinos scilicet in „Hetruria. *Vid. Gronov. h. l.*

ll) Grot.) (NISI LACESSITI:) Plutarchus Nicia:

καὶ γὰρ

[mm] 1. Prima igitur causa justi belli est injuria nondum facta, [nn] quæ petit aut corpus, aut rem.

§. III.

[a] Si corpus impetatur vi præsente cum periculo vitæ non aliter vitabili, tunc bellum esse licitum, etiam cum interfectione periculum inferentis, [b] ante diximus, [c] cum ex hac specie, [d] ut maxime probata, ostendimus bellum aliquod privatum justum esse posse. Notandum est jus hoc defensionis per se ac primario [e] nasci ex eo quod natura quemque sibi commendat, [f] non ex injustitia aut peccato alterius unde periculum est. Quare etiamsi ille peccato careat, [g] puta, quod bona fide militet, [h] aut alium me putet quam sim, [i] aut quod insania aut insomniis agitetur, [k] ut evenisse quibusdam legimus, [l] non eo tolletur jus se tuendi, cum sufficiat quod ego [m] non teneor id quod

Sylv. in verbo Bellum. part. 1. n. 3. & p. 2.

Bart. ad l. ut vim. D de just. & jur. Bal. in rep. l 1. C. unde vi. Bann. 2. 2. q 10. art. 10. dub. ult. Soto l. 1v. disput. v. art. 10. Valent. 2. 2 disp 5 q. 10. p. 7.

ἢ γὰρ τὴς Ἡρακλέα πάντων κρατεῖν ἀμυνόμενον ἢ προεπιχειρούμενον. *Herculem etiam cuncta subegisse, dum lacessitus se defendit.* Iosephus XVII. antiquæ historiæ: οἱ παρελθόντες ἢ μὴ πρὸς διανοουμένους ἄρχοντες ἀδίκων ἔργων, οἱ δὲ εἰσιν οἱ βιαζόμενοι ἢ μὴ θέλοντας τοὺς ἀμυνομένους ἐφ' ὅπλα χωρεῖν: *Qui in id veniunt, ut in nihil hostile cogitantes violentas inferant manus, hi sunt qui invitos cogunt ad arma semet tutatura confugere.*

„mm) (PRIMA IGITUR CAUSA BELLI JUSTI EST „INJURIA NONDUM FACTA.) Diximus, ex injuria „non facta non oriri reparandi necessitatem, adeu„que nec jus belli: diximus præterea, cautiones esse „ex mero Iure civili. Quæ vero Author in sequenti„bus tractat capita, non pertinent ad injuriam non „factam, sed ad eam quæ actu fit.

„nn) (QUÆ PETIT AUT CORPUS, AUT RES:) „De injuria in corpus facta agit §. 3. *seq.* de injuria „in res §. 11. *seq.*

a) (SI CORPUS IMPETATUR &c.) Affine ergo bellis caput est, de jure necessariæ defensionis privatorum, eademque hujus ac bellorum principia; sc. quoniam judicis, qui defendat, copia noo est. Cum enim jus seu facultas a Creatore nobis concessa impediri, nobisque auferri non possit. *vid. posit. V.* & concessa facultate omnia iotelligantur concessa, sine quibus illa exerceri non potest, *per posit 4. n.* 4. Hinc planum est, si quis te invadat, vel impediat, te jure a natura concesso uti, te jus tuum defendere judicio, si ejus tum copia sit, si vero tum hoc deficiat, vi etiam propriis posse. Aggressorem igitur suum, etiam furiosum, qualiter eumque propulsare, & si alia tuendi ratio non est, etiam occidere quisque potest. Quod, quam providenter omni animaotium generi, & sensui natura insculpserit, exposui in *prodr. I. Gent. Ex. 2. §. 115. sequ.* atque ita jus illud contra aggressorem certum est.

ADDITIO.

„Iungantur hic ea, quæ notavimus ad *L. 1. „c. 2. pr.*

„b) (ANTE DIXIMUS:) Vide *L. 1. c. 2. §. 1. seq.* „*c. 3. §. 1. & 3.*

„c) (CUM EX HAC SPECIE &c.) Bellum enim ali„quod privatum licite geri posse Author ex eo „probavit *supra l. 1. c. 3. §. 1. n. 3.* quia juri natu„ræ non repugnat, ut quis injuriam etiam vi a se „arceat.

„d) (UT MAXIME PROBATA:) Nam Author „eam non solum ex jure naturali, sed etiam ex sa„cris, & communi gentium consensu probavit. Vi„de *L. 1. c. 2. §. 1. seq.*

„e) (NASCI EX EO QUOD NATURA QUEMQUE „SIBI COMMENDAT:) i. e. ex instinctu illo, quo „omne animans fertur ad sui conservationem. *L. 1.* „*c. 2. §. 1. n. 1.*

„f) (NON EX INJUSTITIA, SEU PECCATO AL„TERIUS:) Adeoque etsi ille qui me aggreditur cul„pa vacet, nihilominus defendere me contra eum „possum, etiam cum ejus internecione. Etsi enim „ipse non injuste agat, jus tamen in me ei non com„petit, adeoque eum repellere possum non ob de„lictum, sed quod aliter jus meum conservare ne„queo.

„g) (PUTA, QUOD BONA FIDE MILITET:) Ad„eoque bona fide putet, hostem licite occidi pos„se.

„h) (AUT ALIUM ME PUTET QUAM SIM. &c.) „Adeoque, si putet se hominem sceleratissimum, „& aquæ ac igni ioterdictum occidere.

„i) (AUT, QUOD INSANIA AUT INSOMNIIS AGI„TETUR:) Is scl. qui io hoc furore alium aggreditur.

„k) (UT EVENISSE QUIBUSDAM:) De noctam„bulis iotegri extant tractatus, ubi varii casus re„censentur de somniosis vim aliis inferentibus.

„l) (NON EO TOLLITUR JUS SE TUENDI:) „Adeoque occido alterum non quia peccat, sed „quia jus meum lædit.

„m) (NON TENEOR ID QUOD ILLE INTENTAT, „PATI:)

quod ille intentat pati, non magis ⁿ quam si bestia aliena periculum intentaret.

§. IV.

1. An & innocentes, qui interpositi defensionem aut fugam, sine qua evadi mors non potest, impediunt, transfodi aut obteri possunt disputatur. ᵃ Sunt qui licere id putant, etiam Theologi, Et certe naturam solam si respicimus, ᵇ multo apud eam minor est soci- *Card. f. 13. lib. 1. Petr. Nav. l. 11. c. 3. num 147. Cajet. 2. 2. art. 6. 7. q. 2.*

„PATI:) Creator enim mihi jus in res & actio„nes meas concessit, adeoque omnia mihi licent, „sine quibus jure concesso uti nequeo.

„n) (QUAM SI BESTIA ALIENA PERICULUM IN„TENTARET:) Nam nec in ea vitium est, & ta„men eam invadentem occidere tuto possum.

a) SUNT, QUI LICERE ID PUTANT:) Nam alia quæstio est an ipse jure id faciat, alia, quis causa sit facti: Is enim qui occidit innocentem necessitate coactus, jure suo utitur, quia jus se conservandi a natura ei concessum est, nec adeo delinquit: At is qui persequitur fugientem causa est hujus actionis, is homicidium committit, dum fugientem ad illud perpetrandum adigit, & causa actionis non est qui cogitur, sed qui cogit, non in fugiente, sed persequente. De Phœnicensibus, qui a Thebanis ad incitas redacti Templum Delphicum spoliarunt, Iustinianus ait, hoc factum plus invidiæ Thebanis, quam Phœniciis attulisse *L. 1. c. 8.* Cum Appius Claudius filiam Virginii ad stuprum raperet, & hic, quia aliter filiæ castitatem servare non poterat, eam interemisset. (*Liv. Lib. 3. C. 48. Valer Max. Lib. 6. c. 1. n. 2. L. 2. §. 24. ff. Orig. Iur.*) *Hoc te uno*, ajebat, *quo possum modo in libertatem vindico: Indeque Te, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro.* Et tum ad milites ait, *ne quod Appii Claudii scelus esset, sibi attribuerent.* Et adeo pater insons habitus est, ut Appio dies condicta, isque in carcerem conjectus fuerit, ubi mortem sibi ipsi conscivit. *Liv. d. L. 3. c. 57. & 58.*

ADDITIO.

„Mutavit hanc sententiam B. Parens in *Exercit.* „11. *ad Grot. de J. B. & P.* §. 183. *seq.* Verba „ejus hæc sunt: Finge, invasum per angustum „præcipitium, in quo claudus vel infans positus „est, qui via cedere nequeat fugientem; quæritur, „an eum præcipitare possit, si aliter fugam expe„dire nequeat?

„Quin procedamus ultra ad exempla quibus „Carneades abusus est ad justitiam destruendam: „ut, si naufragio facto unus tabulam arripiat, an „alius validior, eam ipsi ad se salvandum eripere, „vel, an fugato exercitu militem equo fugientem „alius dejicere vel occidere possit, ut equo ipse „evadat? Quæ tum Romæ quoque mirata est, & „ἄπορα visa sunt, atque refelli a Cicerone non „potuisse refert *Lactantius Lib. 5. c. 16.* & nec „ipse refellit, sed ad Theologicos sensus rapit, de „quibus quæstio non fuit. Totum pendet a na„tura concessæ nobis facultatis, cujus verbi vim „certissimamque notionem ac naturam mirum est „adeo non expendisse viros doctos, maxime, qui „jus naturæ scribere ausi sunt. Facultatis enim „ea perpetua, ac immota natura, & substantialis „forma est, ut eadem pluribus simul concessa, „nullius in solidum esse possit (*d. Exercit.* 11. §. „77.) Sane enim majus portentum ostentari non „potest, quam ejus, qui dixit, jure naturæ faculta„tem omnibus in omnia competere nihilque ma„gis naturæ repugnat, & ab omni sensu communi „ac sana ratione aberrat, ut facile apparet, quale „jus naturæ sperandum sit, quod ducitur a tali mon„stro, quod omni Hyppocentauro monstrosius est. „Inprimis igitur ita certissime natura comparatum „est, ut, cum plurium facultates concurrunt, illæ „invicem impediant, tantumque alteri facultatis „decedat, quantum inde alteri accesserit, & ha„ctenus non sit potentia, sed impotentia. Quæ „quanto sanior doctrina est juris Romani. *Conf.* „*L. 3. §. 5. ff. de ad qu. Poss.* cujus perpetua hæc „regula est: concursu partes fieri *d. Exercit.* 11. „§. 77. & 78.

„Hinc igitur facile resolvuntur prædicta illa „ἄπορα, falsumque omnino, licitum esse fugienti „per præcipitium deturbare inde hominem, qui „via cedere nequit: nam & huic a natura æque „concessa est sui defensio, ac alteri; & utrique „par jus, quod invicem auferre nequeunt; verum „hoc vitium non est in fugiente, sed persequente, „quia hujus actionis & homicidii author est, ei„que persecutione sua causam dedit, & ad necessi„tatem præcipitii alterum adegit.

„Pari ratione falsum est, in naufragio alterum „alteri tabulam, quam occupavit, aut in fuga exer„citus equum, eripere licere. Neque vero hæc est „nostræ rei defensio, sed alienæ invasio & spolia„tio: & natura igitur plus juris est alteri ad suum „servandum, quam alteri ad spoliandum. Ceterum „alia quæstio est, an, & quousque tanta necessitas „& metus mortis excuset ab ordinaria pœna ho„micidii. Quod autem de stultitia talis juris nu„gatur Carneades, fuse a nobis explosum est in „*Exercit. ad Grot.* 1. §. 139. *& seqq.*

„Non moramur ea, quod Grotius de lege evan„gelica & lege dilectionis, erronea & pugnantia; „quin ex Thoma, *non occidi ex intentione*, bar„bara affert; Res enim perspicua, sensus in genere „est, eum qui semet defendit occidere alterum „non hujus odio, & animo humius occidendi, „sed sui studio naturali, & animo sui defendendi.

„b) (MULTO APUD EUM MINOR EST SOCIE„TATIS RESPECTUS:) Author ait collidere hic jus „societatis humanæ, & instinctum naturæ, atque „hunc

societatis respectus quam propriæ salutis cura. [c] At lex dilectionis, præsertim Evangelica, quæ alterum nobis æquat, plane id non permittit.

a. 2. q. 64. art. 1. 2. Bene autem dictum est a Thoma, si recte accipiatur, in vera defensione [d] hominem non occidi ex intentione: non quod non interdum, si alia salutis non suppetat ratio, [e] non liceat destinato id facere unde mors aggressoris sit secutura, sed quod hic mors illa non eligatur [f] ut quiddam primario intentum, [g] sicut in punitione judiciali, [h] sed ut unicum quod eo tempore suppetit; cum is qui impetitus jam est, [i] etiam illo tempore malle debeat tale aliquid facere quo alter absterreatur aut debilitetur, quam quo intereat.

§. V.

1. [a] Periculum præsens hic requiritur, & quasi in puncto. Fateor

„hunc prævalere, indeque minorem apud natu„ram esse respectum societatis, quam propriæ „salutis curam, statuit. Ubi 1) notandum est, cu„ram propriæ salutis i. e. jus necessariæ defensio„nis, fatente ipso Authore, non sequi ex jure sociali, „sed ei potius contrariari: certissimo indicio, cu„stodiam societatis non esse verum juris naturæ „principium. 2) Notandum, inanem esse hanc ra„tionem, tum in genere, quia apud naturam non „minor, sed plane nullus est societatis respectus, „utpote quæ natura incognita est; tum in specie, „quis id ipsum in quæstione est, an cura illa se „conservandi, quam natura nobis æque ac omni„bus animalibus indidit, hactenus licita sit, ut in„nocentes interpositi occidi possint? Hoc ergo „probandum erat.

c) (AT LEX DILECTIONIS &c. NON PERMITTIT:) Author duplicem hic committit errorem: 1) Quod asserat, legem dilectionis utrumque æquare, & ideo innocentem interpositum occidi non posse; nam supra *L. 1. C. 2. §. 8. n. n. & 10.* diximus, legem dilectionis utrumque servare, si uterque æque servari potest; secus ergo ubi alterutri pereundum, nemo enim alterius vitam suæ præferre tenetur, Jubemur diligere proximos, ut nos ipsos, non magis: unde ordinata caritas a nobis ipsis incipit. Quin res hæc, quam lex dilectionis exigere ait, ne quidem in nostra est potestate, nam vitam a Creatore nobis concreditam perdere nequidem possumus, quia jus conservandæ ejus nobis saltem competit. 2) Quod hunc casum ex Evangelii lege decidat, quæ non ad juris naturalis, sed ad perfectionis regulas pertinet: Generosi quippe animi est, alterius salutem suæ præferre, adeoque Evangelium inculcat non quid facere debeamus, sed quid fieri virtuosius sit. *vid. L. 1. c. 2. §. 8. ibique not.*

ADDITIO.

„Diximus B. Parentem hanc sententiam mutas„se: Non ergo erravit Grotius docendo lege di„lectionis id prohiberi: sed nec errat, dum legem „Evangelii, quatenus perfectionum regulas conti„net, partem juris naturalis constituit.

d) (HOMINEM NON OCCIDI EX INTENTIONE:) Sensus in genere est eum qui semet defendit occidere alterum, non hujus odio, & animo hominis occidendi, sed sui studio naturali, animoque sui defendendi: Equidem actus quo quis alterum occidit semper fit ex intentione, sed illa intentio non est illicita, cum finis ejus sit propria defensio.

e) (NON LICEAT DESTINATO ID FACERE:) At hoc ipso ex intentione occidit.

f) (UT PRIMARIO INTENTUM:) i. e. non animo hostili, aut odio, sed necessitate defensionis.

g) (SICUT IN JUDICIALI PUNITIONE:) Imo nec hic mors est primarium intentum, sed reparatio injuriæ, quæ non nisi morte nocentis fieri potest.

h) (SED UT UNICUM QUOD EO TEMPORE SUPPETIT:) quia jure a Creatore mihi concesso aliter uti non possum.

„i) (ETIAM ILLO TEMPORE MALLE DEBEAT:) „Inania hæc sunt verba, quæ nihil significant: Ra„tio cur aggressor possit occidi non in eo con„sistit, quod occisor aliquid malle debeat quo al„ter absterreatur, aut debilitetur; sed in eo, quod „is qui se defendit jure suo utatur, idque agat „quo omisso jus a Creatore concessum conservare „nequit.

a) Grot.) (PERICULUM PRÆSENS HIC REQUIRITUR, ET QUASI IN PUNCTO:) Hujus distinctionis usum egregium vide apud Agathiam IV. Apud Thucydidem octavo Phrynichus: *ὅτι ἀνεπίφθονον οἱ ἤδη ἔνι περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο τι ἂν δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι: Cariturum invidia si ipse jam in vita per ipsos adductus periculum & hoc & aliud quidvis aggrediatur potius, quam ab hominibus inimicissimis perdi se sinat.*

ADDITIO.

„Incipit ergo hoc jus defensionis (quæ sunt ver„ba B. Parentis in *Vol. 2. disput. fol. 1440. §. 193.*) „ex quo inimicus tuus aggredi te parat, & jam „desiit evadendi copia. Neque igitur sufficit in„vadendi metus, quem tu tibi facis, & qui tuus „actus

teor quidem si insultator arma arripiat, [b] & quidem ita ut appareat eum id facere occidendi animo, occupari posse facinus: [c] nam in moralibus, [d] ut & in naturalibus punctum non invenitur sine aliqua latitudine: sed multum falluntur & fallunt [e] qui metum qualemcunque ad jus occupandæ interfectionis admittunt. Vere enim dictum est [f] a Cicerone, primo de Officiis: plurimas injurias a metu proficisci, cum is qui nocere alteri cogitat timet, ne nisi id fecerit ipse aliquo afficiatur incommodo. Clearchus apud [g] Xenophontem: καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς οὔτε μέλλοντας, οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν: *multos ego novi qui calumnia adducti aut suspicione, dum metuunt alios, & prævenire malunt quam perpeti, atrocissimis malis eos affecerunt qui nihil tale facturi fuerant, ac ne cogitaverant quidem.* [h] Cato in oratione pro Rho-

„actus est. *Confer. l. 9. pr. l. 21. pr. ff.* quod *met.* „*caus. L. 3. §. 9. ff. de vi armat.* nec morari „teneris, dum alter imminet, & ferit, quia vel „hoc ictu, qui ad mensuram non datur, sterni „posses. Natura igitur defensio necessaria non „est, nisi a momento quo de animo invadendi, „& de impotentia effugiendi constat. Verum iste „rigor in præsenti hominum statu ideo attendi non potest, tum, quia inimicus tuus animum „dissimulare, & ex improviso te adoriri posset, „tum, quia evadendi viæ esse, sed te latere possent. Cum igitur exitum iste rigor habere non „possit, (*Vid. Exercit. ad Grot. 1. §. 23. & seqq.*) „attemperare eum ad humanæ imbecillitatis sensum necesse est. Primum ergo sufficit, si justa „fuerit invasionis opinio, & v. g. inimicus ita se „paraverit, & instruxerit, ut aliud suspicari non „possis: & deinde, si nescīveris aliam esse evadendi viam, ignorantia inculpata.

„Cæterum culpam opinionis & ignorantiæ jure „gentium ad mediocritatem redactam, ac ad præsentem hominum conditionem moderatam, idque accurate & quam optime jure Rom. factum „temperatumque fuisse, videbimus suo loco (*Vid. „Collat. Jurid. ad Dn. Struv.*) Est igitur hæc „quæstio non de jure, sed facto, an fueris in statu „necessariæ defensionis: cum enim fatearis te hominem occidisse, non poteris ab homicidio absolvi, nisi probato statu inculpatæ tutelæ: Quod „si ergo testes nulli adfuerint, nec probari rite id „possit, sed dubium tamen sit, succedit illa naturæ „& utriusque juris regula. *In dubio præferendum, „quod verisimilius est.* (*Conf. L. 144. ff. de R. J. „cap. 47. eod. in l.*) Hinc vero plura occurrunt, „quæ factum implicant: etsi enim forte verisimile feceris alterum fuisse aggressorem, plura „tamen quæruntur; v. g. an fueris vel credideris „te fuisse in præsenti periculo, nec aliter evitare „illud potuisse. Quod cum non nisi jurejurando „tuo patefieri possit, illo præstito superest adhuc „dubium, opinio illa justa, an culposa fuerit, &, si „judex animadvertit qualemcunque excessum, eum „pro modulo suo vindicat. Unde patet, lucculentas illas decisiones *Ord. Crim. Caroli Art.* 139. „*& seq.* usque ad Art. 146. rationi & naturæ convenientissimas esse.

b) (ET QUIDEM ITA UT FACIAT ID OCCIDENDI ANIMO &c.) Invasio ergo, eoque & defensio, incipit ex quo invasor aggredi parans evitari amplius nequit. Exemplum est in Ulysse, qui vidit devorari socios itineris a Polyphemo, qui duarum dierum spatium sibi indultum sciebat. Hic ergo jure necessariæ defensionis Polyphemum occidit.

„*c*) (NAM IN MORALIBUS:) Vide supra *Lib.* „*1. c. 2. §. 8. n. 4.* Rationem Author refert infra „*Lib. 2. c. 23. §. 1.* Quoties enim de turpitudine „actus quæritur, minima circumstantia formam „rei mutat.

„*d*) (UT ET IN NATURALIBUS:) Si sc. de „facto quæstio est, an absolute necessaria fuerit „defensio: In his factis igitur vix est ut momentum, seu punctum observari possit: Atque hinc „in dubio leges civiles jurijurando occisoris id „committunt.

e) (QUI METUM QUALEMCUNQUE &c. ADMITTUNT:) Incipit igitur defendendi necessitas, non ex quo quis metuit, quia hic actus magis est ejus qui invaditur, & qui frustra metuere potest, sed ex quo periculum probabiliter certum esse, & evitari non posse incipit. Pars ergo invasionis est præparatio, & iter ad invadendum. Optime Demosthenes *Philipp. 3.* ait, *Qui, quibus ego occidar, jam parat, is mecum bellum gerit, etsi nondum jacula in me mittat.*

„*f*) (A CICERONE:) *1. Offic. c. 7.*

„*g*) (XENOPHONTEM:) *de Exped. Cyri L. 2.* „*n.* 285.

„*h*) (CATO:) Apud *Gell. Noct. Att. 7. c. 3. p.* „*m.* 193.

Rhodienfibus: *quod illos dicimus voluiffe facere, id nos priores facere occupabimus?* Infignis eft illa apud [i] Gellium fententia: *Gladiatori compofito ad pugnandum pugnæ hæc propofita fors eft, aut occidere fi occupaverit, aut occumbere, fi ceffaverit. Hominum autem vita non tam iniquis neque tam indomitis neceffitatibus circumfcripta eft, ut idcirco prior injuriam facere debeas; quam nifi feceris, pati posfis.* Et apud Ciceronem alio loco non minus recte: *Quis hoc ftatuit unquam, aut cui concedi fine fummo omnium periculo poteft, ut eum jure potuerit occidere, a quo metuiffe fe dicat, ne ipfe pofterius occideretur?* Locum hic habet illud Euripidis:

Cic. Quint. lib. v. c. de refutatione.

Εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν ὡσ σὺ φῆς κτείνειν πόσις,
Χρὴ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.
Te fi, ut ais, interficere vir voluit tuus,
Voluiffe fat erat & tibi, ubi tempus foret.

Lib. I. Cui geminum eft Thucydidum illud: τὸ μέλλον ἐν ἀφάνει ἔτι κεῖται, καὶ οὐκ ἄξιον ἐπαρθέντας αὐτῷ φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν κτήσασθαι: *Futurum in incerto adhuc eft: nec quemquam oportet eo commotum inimicitias fufcipere, non jam futuras fed certas.* *Lib. III.* Idem Thucydides quo loco mala feditionum quæ Græcas civitates inceſſerant diferte explicat, ponit & hoc in vitio: ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾶν ἐπῄνειτο: *laudabatur qui malum facinus quod facturus erat alter ipfe occupaffet.* *Lib. III.* Livius: [k] *Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro fe efficiunt, & injuriam a nobis repulfam, tanquam aut facere aut pati neceffe fit, injungimus aliis.* In tales non male convenit illud Vibii Crifpii a Quintiliano laudatum: *Quis tibi fic timere permifit?* Etiam *Lib. I.* Livia apud Dionem ait, [l] infamiam eos non effugere qui facinus quod timent occupant.

2. Quod fi quis vim non jam præfentem intentet, fed conjuraffe aut infidiari compertus fit, fi venenum ftruere, fi falfam accufationem, falfum teftimonium, iniquum judicium moliri, [m] hunc nego jure poffe interfici; fi aut aliter evadi periculum poteft: aut non certum fatis eft aliter evadi non poffe. Plerumque enim [n] interpofita tempo-

„i) (GELLIUM:) *d. c. 3. p. m.* 194.
k) (Grot.) (CAVENDO, NE METUANT HOMINES:) Ut Cæfar, qui cum rempublicam occuparet, dicebat adverfariorum metu fe eo adductum. Locus eft egregius apud Appianum civilium II.
„l) (INFAMIAM EOS NON EFFUGERE:) Solus „enim metus jus non dat, nifi duo concurrant, & „ut alter actu vim paret, & ut vis illa fine periculo „vitæ, famæ, alteriusque juris evitari nequeat.
„Ceterum metum qualemcunque non probari, „nec jus dare apparet ex *Euripid. in Ædipo v.* 700. „*in Phœniffis v.* 323. *in Jon. v.* 1300. *in Herc.* „*fur. v.* 208. *vid. L.* 5. *L.* 6. *ff. quod met. caufa* „*Lucan.* 7. *v.* 105. *Thuan. Lib.* 51. *in fin.* Quos Au„thores congeffit Tesm. *in not. h. l.*
m) (HUNC NEGO JURE POSSE OCCIDI &c.) Supponit Author cafum, ubi infidiæ adverfarii anature fatis eludi per magiftratum non poffunt, nam, fi id fieri poteft, nunquam neceffaria eft defenfio: fupponit quoque cafum, ubi fuga fibi confulere nequit, fi enim tuto fugere poteft, itidem non eft neceffaria defenfio.
His igitur terminis pofitis, jure naturæ omnino jus neceffariæ defenfionis incipit, eoque prævenire alterum, & occidere infidiatorem poffum.
„n) (INTERPOSITA TEMPORIS MORA AD MUL-
„TA

temporis mora ad multa remedia, ad multos etiam casus patet, ut dici solet, [o] inter os & offam: quamquam non desunt & Theologi & Jurisconsulti [p] qui indulgentiam suam longius extendant [q] Sed & altera, quæ melior tutiorque sententia est, [r] suis non caret auctoribus.

Bann. q. 64 art. 7. dub. 4. Baldus in l. multis. C. de lib. caus. & in l. 1. C. unde vi. Less. lib. II. c 9 dub 8. Soto lib. v. q. 1. art. 8.

§. VI.

[a] Quid dicemus de periculo mutilationis membri? Sane cum damnum membri, præsertim e præcipuis, valde sit grave, & vitæ quasi æquiparabile: adde quod vix scire queat an non periculum mortis post se trahat, si aliter vitari nequeat, [b] putem intentantem periculum occidi recte posse.

§. VII.

[a] Pro pudicitia quin idem liceat controversiam vix habet, [b] cum

Card. in Clem. Si furiosus, de homicid. Covarr. ibid. p. 3. §. 1. n. 2. Sylv. in verbo Homicid. dium. 3. q. 4.

„TA REMEDIA &c. PATET) Egregie Seneca *in* „*Agamemnone* §. 130.

„*Proinde, quicquid est, da tempus & spatium tibi.*

„*Quod ratio nequit, sæpe sanavit mora.*

„Tempori inesse rerum omnium medicinam „effatum fuit Richelii apud Priolum in *Hist. Gall.* „Vide *Tesm.* h. l.

„o) (INTER OS ET OFFAM.) Dictum M. Ca„tonis apud *Gell. L.* 13. *c.* 17. quod proverbium „explicat Erasmus in Adag. voce *incertus eventus.*

„p) (QUI INDULGENTIAM SUAM LONGIUS EX„TENDANT.) Nam plurimi sunt, qui negant in„vasorem fugere necessario debere; quia se defen„dens utitur jure suo; nec vitium aliquod in defen„dente reperitur sed invasore, imprimis, si „fuga infamiam infert. Atque id statuisse Barto„lum, Baldum, Salicetum, imo opinionem com„munem fuisse ex Alexandri Consiliis probat *Co-*„*varruvias in Clementina. si furiosus de homicida.* „*p.* 3. *§. un. n.* 4. qui ipse dubium se esse in hac „controversia fatetur.

„q) SED ET ALTERA:) Quæ tradit, necessa„riam defensionem non esse quoties fuga sibi con„sulere potest. Rationem allegant, quod non ad „nostri solum conservationem obligemur, sed & „ad proximi, quem diligere tenemur, sicut nos ip„sos. Sane Imperator *in Constit. Crim. Art.* 140. „constituit, ut moderamen inculpatæ tutelæ non „videatur si fugæ locus fuerit.

„r) SUIS NON CARET AUTORIBUS:) Quod ex „Glossa & Molinæo probat Covarruvias *d. l.*

a) (QUID DICAMUS DE MUTILATIONE MEMBRI:) Nos cum Authore statuimus, ob periculum certum vulneris vel mutilationis alium occidi posse, cum enim in genere omne jus meum cum internecione alterius, si aliter fieri non possit, defendere queam, cur non & membra mea; nam & hic irreparabile mihi infertur damnum, & mors inde quoque sequi potest.

ADDITIO.

„Equidem opponi huic sententiæ solet, 1) nul„lam esse proportionem inter vitam invasoris, & „amissionem membri corporis mei: 2) Deum ta„lionem tantum statuisse ob membrum ruptum, & „mortem demum ob vitam ereptam: 3) Mutilatum „posse pœnitere, non vero invasorem si occida„tur in ipso crimine deprehensus. At tanti hæc „non sunt, ut contrariæ sententiæ rationes ever„tant: Nam ad 1) respondemus, omnino esse pro„portionem inter malitiam & occisionem, quia „summa malitia est jus alii a creatore quæsitum „auferre: adde proportionem illam in pœna„rum determinatione necessariam esse, non vero „in juris nostri defensione: Invasor enim sibi im„putare debet, quod tanto periculo se exponat. „Ad 2) respondemus, Deum loqui de pœna talio„nis a magistratu infligenda, hæc statui non nisi „in tantundem potest, adeoque si membrum rup„tum non est, non potest in pœnam membrum vi„cissim rumpi, nedum vita adimi. At in necessa„ria defensione jus meum conservare etiam cum „internecione alterius possum, etsi, ubi ablatum „semel est, non nisi ad restitutionem, & repara„tionem injuriæ, & quidem coram magistratu a„gere possim, cessante quippe necessitate. Deinde „loquitur Lex Divina de casu ubi membrum rup„tum jam est, non ubi ante ruptionem pericu„lum illud internecione alterius evitari potest. Ad „3) respondemus, forte aggressorem pœnitentiam „non acturum, adeoque spem pœnitentiæ fallere „quin plus mali in futurum forte ab eo com„mitti posse. Sed & culpa ipsius est aggresso„ris, adeoque sua culpa damnatur. Denique ipse „quoque invasus pœnitendi tempore opus habere „potest. Vide *Puffend. Iur. Nat. L.* 2. *c.* 5. *§.* 10. *Co*„*varruvias d. l.* 1. *ibique DD.*

„b) (PUTEM INTENTANTEM PERICULUM OC„CIDI RECTE POSSE:) Non ex allegatis ab Autho„re rationibus, sed quia jus mihi a Creatore con„cessum quocunque modo conservare possum.

a) (PRO PUDICITIA QUIN IDEM LICEAT &c.) pudicitia duplex est, alia *animi* alia *corporis*, illa con-

b cum non tantum communis existimatio, c sed & lex divina d pu-

consistit in habitu, i. e. in perpetua & constanti voluntate animum ab omni improba libidine purum servandi: hæc consistit in inviolata integritate istarum corporis partium, quæ ad propagationem hominis a natura destinatæ sunt. De *priori* quæstio hic non est, quia animo violentia inferri nequit. *Vide Ius Canon. in Quæst. V. c.* 32. Sane vi stuprata nullum pudicitiæ patitur detrimentum; unde Brutus de Lucretia, quæ vim passa erat, *Mens peccat*, inquit, *non corpus. Liv. L. 1. c.* 58. Et ipsa Lucretia, *corpus esse violatum, animum vero insontem. ibid. add. Sen. Hyppol. Act. 3. n. 732.*

Mens impudicam, non casus facere solet
& pr. 889.
Non cessit animus, vim tamen corpus tulit.

Sed de *posteriori* quæritur, an pro conservanda illa integritate corporis occidere vim inferentem liceat? Quod merito cum Authore affirmamus. Idque 1) ex regula generali, quod omnia mihi licita sint sine quibus jura a Creatore concessa salva esse non possunt, si igitur pudicitia sine internecione adversarii conservari nequit, nihil impedit quo minus licite id fieri possit. Quæ regula generalis 2) eo magis in pudicitiæ defensione obtinet, quo sanctior hæc integritas corporis fœminis esse solet & debet. Infra demonstrabimus, hominis propagationem inter res excellentiori gradu sanctas recenseri, hæc autem propagatio maxime fit per fœminam, cujus corpus est domicilium humani generis, ex illo provenit divinum animal, homo, & divinæ quasi auræ particula, sc. anima. Atque hæc causa est, cur pudicitiæ tam patriciæ, quam plebejæ templum extructum fuerit. *Liv. L. 10. cap. 23.* Grave ergo nefas est, hanc sanctimoniam violare, & justissima proinde ejus est defensio. Atque hæc defensio 3) eo justior est in maritata, quia per violationem maritatæ, indeque forte secutum partum suppositītium, injuria perpetuatur in familia. Eique 4) communis omnium DD. est sententia. *Ames de Consc. L. 5. c. 31. n. 8. Puffend. I. Nat. L. 2. c. 5. §. 11. Selden. jur. nat. L. 4. c. 3.* ubi apud Hebræos jus illud obtinuisse ait: Conf. *Alibus Ditoeolog. I. c. 129. n. 29 vid. Tesm. in not. h. l.*

Patet igitur, perpetrato jam facinore huic amplius juri locum non esse, non enim esset defensio pudicitiæ, ceu rei quæ amplius infecta fieri nequit, sed ultio & vindicta, quæ soli magistratui competit. Non ergo probari potest factum Argiogontis uxoris, quæ stuprum passa postea caput stupratoris marito tradidit. *Flor. Lib. 2. c. 11. Liv. Lib. 38. c. 24.* Adde exempla Timocleæ Thebanæ apud *Plutarchum in Alex M. c. 20.* & alterius matronæ Asiaticæ apud *Valer. Max lib. 6. c. 1. in f.* Cœterum, cum hæc acta appareant sublimi heroicæ virtutis impetu, & ex tam generosi & pudicitiæ tenacissimi animi magnitudine, hæc laus facile obliterat quod modum juris excessit, cum stupratori nulla injuria facta sit, qui supplicium meritus est. Notandum autem est, non tantum pudicitam propriam, sed et eorum qui sub custodia nostra sunt, defendi cum internecione alterius posse: quod ex instinctu naturæ probat Rex Theodoricus apud *Cassiod. Var. l. 36.*

ADDITIO.

„Equidem inter Theologos Osiander, autori„tate *Augustini de libero Arbit. Lib. 1. c. 5.* ni„xus, negat ob pudicitiam conservandum aggres„sorem interfici posse in *Observ. ad h. §.* 7. Ra„tiones has affert 1) quia pudicitia non potest cor„rumpi, nec ab invasure tolli; potest corrupta cor„pore esse virgo, animo illæsa manere. Resp. a„lia quæstio est an ipsa impudicitiæ rea argui pos„sit, alia, an corpori ejus injuria inferatur. Equi„dem verum est, animum corruptum non fuisse, „adeoque illam pro impudica haberi non posse; „at curruptio corporis est gravissima injuria, quam „avertere quovis modo licet, fœmina igitur jura „sua a Creatore concessa licite, etiam cum inter„necione violantis, defendit. 2) Si pro honore & „pro existimatione non licet occidere invasorem, etiam pro tali specie honoris non licebit? Resp. „Negamus pro honore servando non licere inter„ficere lædentem si aliter servari non possit, cum „enim jus hoc meum sit, & a Deo mihi concessum, „omnia licita sunt sine quibus illud salvum serva„re non possum. 3) Nullam esse comparationem „inter pudicitiam & mortem invasoris. At ei jam „satisfactum est *supra §.* 6. 4) Si patiaris vim in„ferre corpori, non peccas; si vero occidas alte„rum, peccas, & ad minimum dubitante conscien„tia id facis ergo tutius est parcere stupratori. „Resp. Utraque propositio neganda. Verum enim „non est fœminam non peccare si vim corpori infer„ri patitur, cum non sit domina sui corpòris, seu il„lius domicilii unde homo, divinum animal, origi„nem trahit, adeoque debet sanctissimum illud do„micilium ab omni injuria liberum servare. Verum „porro non est peccare virginem occidendo stu„pratorem, illa enim jure suo utitur, dum jus a na„tura sibi concessum contra alterius injuriam ejus „internecione servat. Unde Osiander ipse in fine ob„servationis addit, venia dignam esse quæ in de„fensione excedit.

„b) (CUM NON TANTUM COMMUNIS ÆSTIMA„TIO.) Hinc *Livius Lib.* 1. *c.* 58. ait, *quid salvi „est mulieri amissa pudicitia.* Unde reperiuntur, „qui mori maluere, quam castitatem violare: Imo „Theologi quidam autocheiriam in tali casu per„mittere videntur. *Hieron. in Jon. c.* 1. *August. de „Civ. Dei l.* 1. *c.* 16. *vid. Tesm. h. l.*

„c) (SED ET LEX DIVINA.) Equidem talis lex „expressa non extat, recte id observante *Osiandro „in not. h. l.* At argumento legis probare id so„lent: Si enim furem domum vi effringentem „propter rerum nostrarum tutelam occidere licet, „uti licet, *Exod.* 22. §. 2. multo magis id licitum „erit ad tutelam honoris & pudicitiæ: Sed & por„ro, si asyla sunt concessa illis qui ex improviso „aliquem occidunt, quid ni asyla illis usu venient, „qui justa ex causa & ex necessitate alium occidunt.

d) (Grot.)

[d] pudicitiam vitæ adæquet. Itaque [e] Paulus Jurisconsultus dixit pudorem tali facinore recte defendi. Exemplum habemus [f] in Tribuno Marii a milite occiso [g] apud Ciceronem & [h] Quintilianum: [i] sed & a fœminis occisorum in historiis exstant. Chariclea apud Heliodorum talem interfectionem vocat ἀμύνης νόμον τῆς εἰς σωφροσύνην ὕβρεως: *justam defensionem ad arcendum injuriam in castitatem.*

*§. VIII.

d) (Grot.) (PUDICITIAM VITA ADÆQUET.) Seneca beneficiis primo, capite undecimo: *Proxima ab his sunt sine quibus possumus quidem vivere: sed ut mors potior sit, tanquam libertas, & pudicitia, & mens bona.* Paulus sententiarum v. tit. XXIII. *qui latronem cædem sibi inferentem vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.* Augustinus libro I. de libero arbitrio: *Lex dat potestatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat; vel cuipiam viro aut fœminæ ut violenter sibi stupratorem irruentem, ante aut post illatum stuprum, si possit, interimat.*

„e) (PAULUS ICTUS.) *Lib. 5. Sent. tit. 23. ibique* „*Cujacius.* In terminis idem statuit Imperator „Hadrianus referente Marciano *in L. 1. §. 4. ff.* „*de Sicar.*

„f) (IN TRIBUNO MARII.) C. Plotius, Miles „in exercitu C. Marii, Tribunum, C. Luscium, „Sororis Caji Marii Filium, quod stuprum inferre „vellet occidit, & ideo dimissus dicitur. *Val. M.* „*6. 1. 12. Cic. in Orat. pro Mil. n. 4. Gron. b.*

g) (Grot.) (APUD CICERONEM) Vide & Plutarchum Mario. Mars quoque Deorum judicio absolutus dicitur, interfecto eo qui filiæ ipsius stuprum inferebat. Testis Apollodorus bibliothecæ III. Adde insignem historiam apud Gregorium Turonensem libro nono.

„h) (QUINTILIANUM) In Declamat. 3.

„i) (SED ET A FOEMINIS OCCISORUM IN HI„STORIIS EXTANT.) Exempla Chiomaræ Or„giagontis Gallo Græcorum Reguli uxoris, Timo„cleæ Thebanæ matronæ Asiaticæ, jam allegata sunt, „præterea Tesmarus ex *Sen. Controver.* 2. adducit „virginem, quæ militem vim sibi inferentem occi„dit, & duo nobilia exempla ultæ pudicitiæ re„fert ex *Thuano L. 66. ad Ann.* 1578.

*)(AD §. VIII.) Author ait, laudabilius esse occidi injuria quam occidere jure, inprimis si persona invadentis multis sit utilis. Equidem in genere regulam illam, *quod laudabilius sit injuria occidi, quam jure occidere*, veram non esse, neque hominem pati id quidem absque injustitiæ nota posse certum est. Nam 1) homo in corpus suum nullam habet potestatem, nisi ad tuendum: nec ullum jus nisi ad illud conservandum. *Pos. 5. n. 3.* Omnes enim 2) in eo conveniunt, hominem non sui tantum causa esse creatum, sed & congenerum, præcipue autem Creatoris sui causa. Duplex igitur homini a natura injunctum est munus, in homines, & in Deum; ut proinde certum sit, nos patriæ, familiæ quoque, & præcipue Deo natos esse. Unde 3) hoc jus hominibus & Deo quæsitum homo voluntaria morte, adeoque facto suo, auferre absque injuria nequit. Hominem autem 4) Dei causa præcipue natum esse, vel ex ipsa rationis concessione apparet, ejus enim unicus finis est ut Creatoris sui notitiam, ac voluntatis ejus seu legis naturæ cognitionem inde habeat; unde sequitur, creaturæ necessitatem incumbere adorare Creatorem, i. e. majestatem ejus laudibus extollere, ac voluntatem ejus perficere, adeoque stationem, quam ei commisit, non deserere. Sed & porro ac 5) Deus corpus conjunxit cum anima, ex hoc igitur facto Creatoris satis constat, fas non esse homini vinculum illud facto suo dissolvere. Quo argumento Servator in alia causa utitur, ubi arctior talis conjunctio, ut inter corpus & animam, non invenitur. Confer. *Lactant. Instit. Lib. 3. c. 8.* Sane 6) anima est particula quasi divinitatis, in quam homini nullum plane jus competit, adeoque nec facultas eam suo loco deturbandi. Alias 7) in hominum potestate foret totum tollere humanum genus: si enim vita in eorum esset potestate, communi consensu illam neglegire, sibique mortem consciscere possent, Adeo autem id non est in potestate hominum, ut potius Deus per motum universalem studium conservandi vitam singulis indiderit, eoque voluntatem suam de conservando genere satis declaraverit. Idque 9) Gentes pleræque, & moratiores, ex ipso lumine rationis agnoverunt. Hinc Cicero in somnio Scipionis fingit, Scipionem minorem, cum pater de cœli gloria multum dissereret, regessisse. *Si hoc verum, quid est quod hic moror?* Patrem autem respondisse: homines creatos esse ut terræ jura tueantur, eaque lege datam esse rationem seu animam, in quam tanquam auram particulæ divinæ nullum jus esset homini. Verba *apud Cic. de Republ. L. 6. p. 305.* hæc sunt: „*Nisi enim cum Deus is, cujus hoc tem*„*plum est omne quod conspicis, istis te corporis* „*custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non pot*„*est. Homines enim sunt hac lege generati, qui tue*„*rentur illum globum qui in hoc templo medio vides,* „*qua terra dicitur: hisque animus datus est, quare* „*& Tibi Publi, & piis omnibus retinendus est animus* „*in custodia corporis, nec injussu ejus a quo ille vo*„*bis est datus, ex hominum vita migrandum est, ne* „*munus humanum a Deo assignatum a Deo defu*„*gisse videamini.*„ Plato, & ejus Magister Socrates, sæpius comparant animam militi, qui in statione est, nec abire potest. *Plato in Phædone.* Hinc JCti regulam sumsere, quod nemo membrorum suorum sit dominus, *L. 13. ff. Leg. Aquil.* Equidem non desunt exempla ubi laudantur illi qui se ipsos interemerunt, ut Lucretia, *Liv. l. 1. c. 58.* Pan-

§. VIII.

[a] Quod autem diximus supra, quanquam occidere parantem occidere licet, laudabilius tamen eum facere qui occidi quam occidere malit, id nonnulli ita concedunt, [b] ut excipiant personam multis utilem: Sed mihi hanc patientiæ contrariam legem omnibus illis imponere, quos vivere aliorum intereſt, parum tutum videtur. [c] Ita-

Soto d. q. 1. Silv. in verb Bellum. p. 5.

thæa Suſorum regis filia, *Xenoph. Cyro Pæd. l. 5. l. L. p. 127.* Artemiſia vidua Mauſoli &c. At facta hæc vere injuſta ſunt, verum ob conjunctum amoris indicium in maritos, & ob verum caſtitatis ſtudium, excuſavit non tantum, ſed laudavit etiam antiquitas præfata exempla.

Equidem JCtis imputari ſolet quod Autocheiriam permiſerint, quia ſervo naturaliter in corpus ſuum ſævire licere ſtatuunt. *L. 9. §. 7. de pecul.* At in iſta lege non agitur de licentia legis, ſed de jure dominii, & quæritur tantum, an dominus damnum ex illa datum ſævitia deducere poſſit, quia jus domini non impedit quo minus ſervus ſævire in corpus poſſit; ea enim, quæ facti ſunt, manent penes ſervum: interim ipſum factum legibus improbatur. Agit ergo textus de *jure domini*, an is per ſævitiam ſervi læſus, & in eum peccatum ſit? id negatur, quia non obſtante dominio facultatem in corpus ſuum ſæviendi ſervus naturaliter habet; adeoque eo damnum domino dediſſe non videtur. Non vero agit de lege, an contra eam peccet.

Probata igitur hac theſi, quod nemo ſibi ipſi mortem conſcire poſſit, neceſſario ſequitur, nec in poteſtate ejus eſſe alii ſe occidendum ultro offerre, quia nihil intereſt, an quis ipſe ſibi violentas manus inferat, an vero ultro ſe alii occidendum præbeat.

ADDITIO.

„Negare non poſſum, pro autocheiriæ licentia „totidem eſſe auctoritatas affirmantium, quot ne„gantium. Stoicorum enim hæc doctrina fuit, & „pleræque Indiæ ac Americæ gentes eam pro vir„tute habent: at, cum plenius hæc quæſtio ab Au„thore examinetur in *L. 2. c. 1. §. 65.* ulte„riorem tractationem eo remitto.

„Cæterum quæſtionem illam, an is qui jure „aliquem occidere poteſt, ex regulis perfectionis „pati potius debeat injuria occidi? negative de„cidit *B. Par. in Prodr. jur. gent. Exercit. 2. §. „210. ſeqq.* his verbis:

„Id vero quæſtionis eſt, an in ſtatu neceſſariæ „& inculpatæ defenſionis conſtitutus parcere inva„ſori poſſit, ejusque vitam ſuæ præferre, de quo „Grotius §. 9. ſed more ſuo ad nullam juris ra„tionem. Equidem, cum nihil interſit, alium „an ſe quidam occidat, & neutrum ſit in homi„num poteſtate, quam nullam habent ad corpus „ſuum perdendum ſed tantum ſervandum, per „*Poſ. 4. n. 3.* manifeſtum eſt, ipſum absque *αὐ„τοφονίας* crimine vitæ ſuæ tutelam ultro deſerere „non poſſe. Quid enim refert, aliena, an ſua „manu quis ſe vel alium occidat. Conf. *l. 13. pr. „ff. ad L. Aquil.*

„Non eſſe autem homini jus ad corpus ſuum „demonſtratur ipſo facto ex opere Dei, qui ar„ctiſſime animam & corpus conjunxit, idque ſui, „ſuæque laudis cauſa, quæ proinde ſeparare & „perdere homo non poteſt; atque ita diſerte ar„guit, & pulcherrime illuſtrat *Cicero in ſomn. Scip.* „Præterea, ingenuit ille omni animantium naturæ „ſummam hujus conjunctionis tuendæ ſtudium, „ita, ut nullus vehementior ſit ſenſus & amor „quam vitæ, nulla major averſio quam mortis. „Neque id fecit in gratiam ſolius hominis, ut „ipſe de vita ſua ſtatuere poſſit, quod Plato præ„clare docuit, & ſæpius laudat *Cicero lib. 2. de fin. „bon. c. 14.* ubi ex Platone inquit; hominem non „ſibi, ſcil. ſoli, natum eſſe, ſed patriæ, ſed ſuis, ut „perexigua pars ipſi relinquatur, *& plenius L. 1. „de Offic. c. 7.* qui locus adſcribi meretur. Præ„clare, inquit, ſcriptum eſt a Platone: Non nobis „ſolum nati ſumus, ortusque noſtri partem patria „vindicat, partem parentes, partem amici; atque, „ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur ad „uſum hominum omnia creari, homines autem „hominum cauſa eſſe generatos, nec hominum „tantum, ſed & quam maxime ipſius Creatoris „cauſa, ut eum admiretur & coleret. Non ergo „hoc ſolius hominis jus eſt, de quo ipſe ut de „ſuo diſponere poſſit, ſed jus, de quo participat „hominum congregatio, & inprimis ipſe Creator. „Hinc vero perſpicuum jam eſt, quando homo vi„tam alterius ſuæ præferre poſſit, & pro eo mor„tem obire; ſcil. quando morte ſua majus & ex„cellentius bonum Deo quaſi & terris relinquit, „uti pro patria, pro exercitu, pro republica ſe „devovendo, in duello pugnando; qualium exem„plorum plena eſt hiſtoria Romana, indeque ce„lebratiſſima nomina illa Deciorum, Horatiorum, „Torquati, Corvini.

„*a*) (QUOD AUTEM DIXIMUS:) Supra *L. 1. c. 2. „§. 8. n. 9, & 10. & L. 1. c. 3. §. 3. n. 1. 2. 3. 8. & „9.* Conf. *L. 1. c. 4. §. 7.*

b) (UT EXCIPIANT PERSONAM MULTIS UTILEM:) Talem ſcilicet perſonam, ex qua inſignis in rempublicam redundat utilitas, non laudandam eſſe putant, ſi ultro mortem pro aliis oppetat. Author rejicit hanc ſententiam tanquam contrariam patientiæ & perfectioni, & eventualiter reſtringit ad eos, quorum officium eſt ut alios ſecuros reddant. Nos jam diximus, jus neceſſariæ defenſionis eſſe juris præceptivi, & invaſum non poſſe de vita ſua diſponere, indeque omitti illud jus non poſſe, quia repugnat & juri naturæ & perfectioni. Excipitur autem caſus, ſi pro majori bono id faciat: Hinc pro patria mori licitum eſt, quia per mortem

c Ita-que restringendum id arbitrer ad eos quorum officium est ab aliis vim arcere, d quales sunt socii itineris ea lege contracti, & e rectores publici, quibus illud * Lucani aptari potest.

f Cum tot ab hac anima populorum vita salusque
Pendeat, & tantus caput hoc sibi fecerit orbis,
Sævitia est voluisse mori.

§. IX.

1. Contra vero evenire potest, ut quia invasoris vita multis sit utilis, a occidi is sine peccato nequeat: b neque id tantum ex vi legis divinæ, sive veteris sive novæ; c de quibus egimus supra, cum regis personam sanctam esse ostendimus, d sed ipso etiam naturæ jure. Nam jus naturæ, e quatenus legem significat, f non ea tantum respicit quæ dictat justitia, quam expletricem diximus, g sed aliarum *Soto d. loco.*

tem suam conservat potius plura subjecta quæ laudes Dei celebrare possunt: Exempla videmus in Deciis, in Curtiis, in Codro apud *Justinum l. 2. c. 6. f.* alia exempla recenset *Tesmarus ad §. 9. h. c. lit. r. & n.* Loco omnium esto exemplum Servatoris qui pro conservando genere humano mortem oppetiit.

„c) (ITAQUE RESTRINGENDUM ID ARBITRER:) „Dictum est, juri naturæ repugnare malle occi„di quam occidere: nisi pro majori bono id fa„ciat, tunc & licitum & virtuosum est. vid. §. seq.

„d) (QUALES SUNT SOCII ITINERIS EA LEGE „CONDUCTI:) Mens authoris est, quod hi absque „injuria non possint malle occidi, quam occidere, „quia ex lege contractus socios defendere tenentur. „At dixi id omnibus hominibus commune, ad„eoque nihil in sociis itineris singulare esse.

e) (RECTORES PUBLICI:) Hos quoque suam salutem vitæ invasorum præferre debere putat Author. At toties jam monuimus, cuique homini incumbere necessitatem vitam suam contra invasorem defendere, neque citra peccatum id omitti posse.

*) (LUCANI:) 5. §. 680.

f) (Grot.) (CUM TOT AB HAC ANIMA:) Curtius lib. X. *Sed cum avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum.*

a) (OCCIDI IS SINE PECCATO NEQUEAT:) Ex præcedentibus apparet, necessitatem defensionis esse juris præceptivi, nisi invasus pro majori bono se occidi patiatur. Sed hanc patientiam necessitatis esse, concedere non possum. Regula naturæ est, quod jus vitæ meæ ob aliena merita auferri mihi nequeat; adeoque res arbitrii mei est, an jure meo uti, an illud ex generosa intentione remittere velim.

b) (NEQUE ID TANTUM EX VI LEGIS DIVINÆ:) In duobus hic errat author: 1) quod lege divina invasorem, qui multis utilis est, occidi sine peccato non posse putet, id enim verum non esse. jam demonstravimus. 2) Quod ex nova lege, i. e. evangelio, jus oriri putet; quod negavimus supra *L. 1. c. 2. §. 6. & 7.*

ADDITIO.

„Servator leges non statuit, sed leges naturales „populo inculcat, nimirum eam præcipue partem „juris naturalis quæ in perfectione consistit, & unde „Author nullum jus, nullamque obligationem *in„ter homines* oriri docet, sed saltem *intuitu Dei.* „quod B. Parens quoque statuit. *Vid. supra* §. 4. „*n.* 1.

„c) (DE QUIBUS EGIMUS:) *Supra L. 1. c.* „4. §. 2. *n.* 1. *seq.* §. 6. 7. *n.* 2. *n.* 4. & 7. At ibi„dem demonstravimus, plane ex alia causa princi„pi vitam nobis eripienti resistere non licere; quia „scilicet singuli judicium de jure atque de injuria „transtulere in principem; non ergo ex ea ratio„ne, quod vita regum pluribus sit utilis.

d) (SED IPSO ETIAM NATURÆ JURE:) Jure naturæ possimus quidem ob alterius merita mortem pro altero appetere, at non tenemur. Virtutis id est, non necessitatis. *Vid. lit. a.*

„e) (QUATENUS LEGEM SIGNIFICAT:) Adeoque „quatenus definitur regula actuum moralium, obli„gans ad id quod rectum est, non simpliciter ad „justum. *L. 1. c. 1. §. 9.* Quam definitionem exa„minavimus *ibidem.*

„f) (NON EA TANTUM RESPICIT QUÆ DICTAT „JUSTITIA, QUAM EXPLETRICEM DIXIMUS:) Au„thor *justitiam expletricem* propriam esse dixit *fa„cultati*, seu qualitati perfectæ ad aliquid juste ha„bendum vel agendum *L. 1. c. 1. §. 4. 5. & 8.* eam„que distinguit *à Justitia attributrice*, quam pro„priam esse putat *aptitudini*, seu qualitati morali minus perfectæ ad agendum vel habendum id quod „convenit. *L. 1. c. 1. §. 4. 7. & 8.* Illa, ex hypo„thesi Authoris, obligat ad id quod *justum* est: hæc „ad id quod *rectum.* Utraque Authori voce legis „venit *d. c. §. 9.* quæ refutavimus allegatis locis.

„g) (SED ALIARUM QUOQUE VIRTUTUM &c.) „Nam ideo jus hoc laxius vocavit, quia non ad so„lius justitiæ socialis, sed & aliarum virtutum ma-

 „teriam

rum quoque virtutum, ut temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ actus in se continet, ut in certis circumstantiis non honestos tantum sed & debitos. [b] Ad id vero quod diximus caritas obstringit.

Lib. 1. cont. il-lust. 18. 2. Nec ab hac sententia dimovet me Vasquius, cum ait [i] principem qui innocentem insultet, desinere principem esse ipso facto: quo vix quicquam potuit dici [k] aut minus vere aut magis periculose. [l] Nam sicut dominia ita & imperia non amittuntur delinquendo, [*] nisi lex id statuat. Quæ autem hoc de imperiis statueret lex, ut delicto in privatum amitterentur, nusquam reperta est, [**] nec repertum iri credo: [m] summam enim rerum confusionem induceret. Quod autem Vasquius & huic & aliis multis illationibus fundamentum ponit, [n] imperia omnia parentium non imperantium utilitatem spectare id etiamsi verum universim esset, ad rem non faceret, [***] non enim statim res deficit, cujus utilitas aliqua in parte deficit. Quod vero addit, reipublicæ incolumitatem a singulis propter se desiderari, atque ideo debere quemque etiam toti reipublicæ suam salutem anteponere [o] non satis cohæret. Nam nostri quidem causa rempublicam salvam esse volumus, [p] sed non tantum nostri, verum & aliorum.

3. Falsa

„teriam pertinet. *L.* 1. *c.* 1. §. 1. *n.* 1. adeoque Gro„tius sub hac significatione *aptitudinem* quoque „continet, quæ comprehendit illas virtutes, quæ aliis hominibus utilitatem afferunt,ut liberalitas, mi„sericordia &c. *L.* 1. *c.* 1. §. 8. *n.* 1.quæ refutavi„mus *ibidem*.

„*b*) (AD ID VERO &C. CARITAS OBSTINGIT:) „Mens Authoris hæc est: Jus naturæ, quatenus „laxiori sensu sumitur, i. e. quateous jus humanæ „naturæ continet, prohibere quo minus invasor „qui aliis utilis est occidi possit: id enim carita„tis legem, quæ pars est justitiæ attributricis, im„pedire. *Vid. Lib.* 1. *c.* 1. §. 9. At 1) non dari jus „humanæ naturæ, seu laxius, late demonstravi„mus *d. Proleg.* §. 9. & 10. *&* *L.* 1. *c.* 1. §. 4. 7. *&* „9. 2) Distinctionem in justitiam expletricem ac „attributricem, plane ad justitiam non pertinere ali„bi probavimus.

„Cæterum 3) negari nequit, caritatis regulam „nos obstringere intuitu Dei, & in conscientia; at „negamus ea lege probiberi ne occidatur invasor „qui multis utilis est. *Conf. l.* 2. *c.* 25. §. 3. *n.* 1. *&* 3.

„*i*) PRINCIPEM, QUI INNOCENTEM INSULTET, „DESINERE PRINCIPEM ESSE) Authur Vasquium „ob libertatem sentiendi jam notavit *in proleg.* §. 55. „& merito quoque hic notari meretur, quia alibi „jam dictum est, principem ob injuriam privatam „oon desinere esse principem *vid. L.* 1. *c.* 4. §. 8.

„*k*) (AUT MINUS VERE, AUT MAGIS PERICU„LOSE) Rationes exposuimus supra *L.* 1. *c.* 4. §. 1. „*n.* 3. §. 2. *seq.* §. 6. 7.

„*l*) (NAM SICUT DOMINIA ITA ET IMPERIA „NON AMITTUNTUR DELINQUENDO:) Imo diversa „utriusque est ratio. Dominium ideo non amittitur „delinquendo quia persona ibi tantum obligatur, „noo vero res: imperia ideo delinquendo noo „amittuntur, quia imperans judicem non habet, ut„pote cum subditi omne jus suum & judicium in „principem transtulerint.

*) (NISI LEX:) Scilicet ut rex ob delictum „privatum regnum amittat, tunc enim judicem „habet, non superiorem, sed ex pacto. At eo „casu non singulorum est judicium, sed totius po„puli, cum quo ita pactum est. *Vid. supra L.* 1. „*c.* 4. §. 14.

„**) (NEC REPERTUM IRI CREDO:) Cur igitur „Author ipse hunc casum excepit supra *L.* 1. *c.* 4. „§. 8. §. 12. §. 14.

„*m*) (SUMMAM ENIM RERUM CONFUSIONEM IN„DUCERET:) Si singuli, qui se læsos putant, judi„cium sibi in principem arrogarent. Confusionem „autem illam Author latius exposuit *supra L.* 1. „*c.* 4. §. 2.

„*n*) IMPERIA PARENTIUM NON IMPERANTIUM „SPECTARE:) De quo argumento late eginius su„pra *L.* 1 *c* 3. §. 8. *n.* 14.

„***) (NON ENIM STATIM RES DEFICIT:) Ad„eoque oec imperium deficit, etsi imperans male „eo utatur. Anne hoc est idem per idem designa„re? Vera responsio est, quod omne judicium de „privatorum utilitate in principem sit translatum, „adeoque, hac thesi posita, de utilitate subditorum „solus princeps judicare possit.

„*o*) (NON SATIS COHÆRET:) Non enim sequi„tur, imperium propter singulos præcipue consti„tutum est, ergo singuli injurias sibi illatas vindi„care ac principi vi resistere possunt.

„*p*) (SED NON TANTUM NOSTRI, VERUM ET „ALIORUM:) Sensus est: singulis subditis per im„perium prospici, quatenus sunt membra universi,

„quam-

3. Falsa enim & a sanioribus philosophis rejecta est opinio [q] existimantium amicitiam ex sola indigentia natam, [r] cum sponte & natura nostra ad eam feramur. Ut vero meo unius bono multorum admodum bonum præferam caritas monet sæpe, [s] imperat interdum. [t] Huc illud Senecæ pertinet: [u] *Principes regesque, & quicunque alio nomine sunt tutores status publici, non est mirum amari ultra privatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica privatis potiora sunt, sequitur ut is quoque carior sit in quem se respublica convertit.* Ambrosius: *Sibi cum quisque arbitretur gratius excidia patriæ depulisse, quam propria pericula.* Is quem dixi Seneca: *Callistratus & Rutilius, hic Athenis, ille Romæ, reddi sibi penates suos noluerunt clade communi: quia satius erat duos unico malo affici, quam omnes publico.*

Lib. I. de Clement. c. 4.

De officiis II c 3.

Lib. VI. de Benef. c. 37.

§. X.

1. [a] Si periculum immineat accipiendæ alapæ, aut mali similis, huic

„quamdiu igitur universi utilitas non læditur singuli queri non possunt: qua circa utilitates singulorum omne arbitrium in Principem transscriptum est.

q) (Grot.) (EXISTIMANTIUM, AMICITIAM EX SOLA INDIGENTIA NATAM:) Refutat perniciosam hanc opinionem Seneca libro I. de beneficiis cap. I, & libro IV. C. XVI,

ADDITIO.

„Si enim amicitia ex sola indigentia nata dicatur, inde sequeretur, cessante indigentia cessare quoque amicitiam, adeoque & vinculum quo Reipublicæ & Principi adstringimur.

r) (CUM SPONTE ET NATURA NOSTRA FERAMUR &c.) Animorum conciliatio demum veram producit amicitiam: & idem velle, ac idem nolle, eam demum veram amicitiam esse docet Cicero. Hæc autem animorum conjunctio non ex indigentia, sed ex similitudine voluntatis oritur. Hinc fieri potest ut ex duobus quos nunquam vidi, & qui neque beneficio nec injuria mihi cogniti sunt, alterum amem, alterum odio habeam. Quin sæpius contingit, aliquem multis nos cumulare beneficiis, quem tamen ob alia forte ejus vitia amicitia non prosequimur.

„*s*) (IMPERAT INTERDUM:) Quod in alia causa repetit Author *L. 2. c. 2. 5. n. 1. & 3.* At caritas nunquam imperat, &, cum virtus & regula perfectionis sit, nunquam jubet, sed saltem hortatur, & suadet præmium proponendo. Undejam dictum est, rationem hanc non probare Principi injuriam privatam facienti non posse resisti: sed ex alia id sequitur ratione, quia populus judicium in tali causa non habet, sed omne jus suum & judicium in Principem transtulit: etsi ergo cesset omnis amicitia in Principem, nihilominus tamen ei parere debent singuli, quia ita disposuere.

„*t*) (HUC ILLUD SENECÆ PERTINET:) Omnia allegata exempla probant utilitatem privatam publicæ cedere debere, quod passim Author inculcat, & exemplis illustrat. Vide *L. 3 c. 20. §. 7. & L. 1. c. 4. §. 4. n. 3. L. 1. c. 1. §. 6.* Ceterum in eo non consistit vera ratio cur Principi resistere non liceat, uti jam dictum est.

u) (Grot.) (PRINCIPES REGESQUE:) Plutarchus Pelopidæ initio: *ἀρετῆς πρῶτον ἔργον σώζειν τὰ ἄπαντα ἄλλα σώζοντα: primum virtutis opus servare servantem cætera.* Cassiodorus *de Amicitia: si manus oculorum obsequio vibratum in aliud membrum senserit gladium imminentem ipsa suum minime discrimen attendens, plus alii quam sibi timens, gladium excipit.* Post: *Proinde qui morte propria dominos suos a morte redimant, recte quidem hoc faciunt, si potius salutem animæ suæ quam liberationem alieni corporis in causa constituunt, cum enim eis conscientia dictet, quod fidem dominis suis debeant exhibere, videtur etiam consonum rationi, quod sua vita corporali vitam dominorum debeant auferre.* Deinde rursus: *Dilectione itaque, & maxime pro salute multorum, potest quis salubriter morti suum corpus exponere.*

a) (SI CUI PERICULUM IMMINEAT ACCIPIENDÆ ALAPÆ &c.) Qu. An ad vitandam alapam, vel simile malum, inimicum occidere liceat? Author de *justitia expletrice* id affirmat, quin & de *Justitia attributrice*, at negat illud ex *lege Evangelii.* Quid Jus Naturæ circa hanc rem statuat exposui in *Prodr. Juris Gent. Exerc. 2. §. 205. sequ.* his Verbis. Ingens vero iste seculi abusus est, cum existimatur pro illata injuria, vel ad cavendam alapam, te hominem famæ tuæ defendendæ causa occidere posse, non tantum quia ejus plenissima reparatio & satisfactio judicio fieri potest, sed & quia nemo famam suam defendit hominem occidendo. Longe alia veterum heroum erat sententia, quibus

Soto d. loco, Navarr. c. 15. n. 3 Sylvest in verbo Homicidium. 1. quæst. 5. Lud. Lopez. c. 62.

huic quoque jus esse id arcendi cum cæde inimici sunt qui putant. Ego, [b] si mera justitia expletrix respiciatur, non dissentio. Quanquam enim [c] inæqualia sunt mors & alapa, tamen qui injuria me parat

bus nullum majus generosæ mentis indicium visum est, quam injurias & contumelias ferre posse, justissima ratione: illi enim virtute sua freti facto ipso famam adversam refellunt, & rebus suis gestis hominum judicia convincunt, exemplo Q. Fabii Max. qui nomen *Cunctatoris* quod convitii fuit, tam splendidum & illustre sibi re gesta reddidit. apud *Liv. 22. c. 29. seq.* & Caji Marii, qui nulla se oratione lædi posse, publica oratione professus hanc causam addidit, *quia falsam vita moresque mei superant, apud Sallust. in B. Iugurt. c. 25.*

Ast ignaviæ suæ sibi conscii a quolibet rumusculo honori & famæ suæ metuunt, quæ opere & rebus non suffulta non nisi in opinione hominum, qua nihil fugacius est, vagatur, & ideo ad quamvis sinistræ famæ auram excitati & commoti eam dispellere, & authoribus irasci necesse habent. Hinc vetus proverbium: Pusilli animi, quin fœmineum esse, contumeliam ferre non posse. quod Juvenalis *Satyra* 13. ita exponit.

Minuti
Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas
Ultio:
- - - Et mox
Vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina.

Unde Seneca *de Constant. sap. 1. c. 19.* muliebri cura eos angi ait, atque hinc talem ita deridet *Horat. Serm. 2. Satyr. 3. p. 14.*

Contemnere miser?

At contra Alexander M. dicebat. *Regium esse, cum bene feceris, audire male. Plutarcho in Alex. M. c. 27. in f.* Quod Rex ille sumsit ex ore Philosophi, qui hoc dicto usus est adversus Platonem, apud *Diogen. Laërt. L. 6. c. 1. pr.* & alibi *Plutarchus: Nescio, quid egregium, quid Socraticum, aut potius Herculeum præse ferat ad aliorum convitia silentium quæ illi ut muscam curabant. Add. tres Impp. in L. Un. C. si quis Imper. maled. Valer. Max. L. 5. c. 1. n. 2.*

ADDITIO.

„Author quæstionem propositam *a*) ex Jure sociali, quod expletricem justitiam respicit *b*) ex Jure naturæ laxiori, quod respicit Justitiam distributricem, & *c*) ex Lege Evangelii decidit. Nos neutrum horum Jurium agnoscimus, imo nec legem Evangelii, quia illa pars est juris naturalis, adeoque sub ea continetur: *Vid. Differt. Prooem.* „I. 2. & 3,

„De solo igitur Jure Naturæ quæstio est, *an ad arcendum alapæ periculum, quod fugiendo evitare possum, alium occidere liceat?* Nos affirmativam tuemur. Nam 1) in genere notandum est, Deum cuique hominum jura quædam tum in suas res, tum in corpus, actionesque suas concessisse, idque Jus naturali ratione cuique quæsitum esse. Hoc posito. 2) sequitur, alios hoc jus ex voluntate Creatoris quæsitum turbare, vel mihi auferre non posse, eoque injuria agere, si me, meaque jura violant. cum vero 3) naturale sit, ut hanc injuriam quovis modo a me arcere possim, inde apparet, me non peccare, si ad evitandam alapam vitam aggressori eripio Sane ex medii necessitate sequitur, Deum concesso jure concessisse quoque facultatem jus illud conservandi ac defendendi, (alias enim frustra jus concessisset) quod satis ex ipso creationis facto probatur, quia instinctum non tantum nobis indidit, vim vi repellendi, sed & arma suppeditavit, quibus injuriam â nobis arcere possumus. Idque 4) verum est, etsi tuto fugere possim: Cum enim jus in aliquo loco standi naturali ratione mihi quæsitum sit, eoque injuria agat qui me â loco illo deturbare intendit, contra hanc injuriam me defendere, & jus naturali ratione mihi quæsitum quovis modo conservare possum, & si id citra internecionem adversarii fieri nequeat, id quoque licitum erit, tanquam unicum juris mei tuendi medium.

„Atqui 5) nulla est proportio inter mortem & alapam, Respondetur: Proportio hæc observatur in pœnis, non vero ubi agitur de necessaria defensione: Jus enim meum omni modo defendere possum: sed & hic quoque est proportio inter malitiam lædentis & inter mortem. Summa enim & morte digna est malitia ejus qui jus mihi quæsitum auferre vult, cum cognitum ipsi sit, jus me defendendi, etiam cum ejus internecione, mihi concessum esse.

„Equidem 6) negari nequit, virtuosius & generosius esse, loco cedere i. e. fugere, quam injuriam inferenti vitam adimere, at naturali Jure homo ad id non obligatur: etsi minus perfecte agat, eoque præmio virtutibus destinato privetur.

„Hoc jus naturæ 7) merito legibus civilibus restrictum est, ut non liceat ob alapam, quæ metuitur, alium occidere, sed aggressus fugere tenetur, quia injuria illata a magistratu in continenti reparari potest. Atque id in *Ord. Crim. Art.* 140. statutum est, & hodieque praxi obtinet. At merito excipitur casus, si salva existimatione quis fugere non potest. Quod cum fieri non possit inter eos qui castra sequuntur, hine necessario sequitur, militem fugere non teneri: ex judicio enim commilitonum infamia in eum redundaret, & excluderetur a sociorum consortio.

„*b*) (SI MERA JUSTITIA EXPLETRIX RESPICIATUR NON DISSENTIO:) i. e. Si jus naturæ sociale, ac stricte sic dictum, seu facultas aliquid juste agendi inspiciatur: At frustra ex jure sociali quæstio hæc deciditur, cum tale jus non existat: *Vid. Differt. Prooem.* I.

„*c*) (INÆQUALIA SUNT MORS ET ALAPA:) Ad-

„eoque

rat afficere, * is mihi eo ipſo dat jus, hoc eſt [d] facultatem quandam moralem adverſus ſe [e] in infinitum, quatenus aliter malum illud a me arcere nequeo. Caritas quoque per ſe non videtur [f] nos hic obſtringere in gratiam nocentis. [g] At lex Evangelica omnino tale factum illicitum reddidit: [h] jubet enim Chriſtus alapam accipi potius quam adverſario noceatur; [i] quanto magis occidi eum vetat alapæ effugiendæ cauſa. [k] Quo exemplo monemur cavere a dicto Covarruviæ, non pati humanam cognitionem, juris naturalis non ignaram, quicquam naturali ratione permitti, quod apud Deum, qui ipſamet natura eſt, non ſit idem permiſſum. Nam Deus, qui ita auctor eſt naturæ [l] ut & ſupra naturam agat libere, jus habet nobis leges *dict. l. 1.*

„eoque nulla proportio videatur inter injuriam & „mortem; cui dubio jam reſpondimus.

„*) (IS MIHI EO IPSO DAT JUS:) Quia natu„ra omnia mihi permittit, ſine quo jus ab Autho„re naturæ mihi conceſſum ſalvum conſervari ne„quit, alias enim fruſtra conceſſiſſet.

d) (FACULTATEM QUANDAM:) Apollodorus lib. II. de Lino agens: ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας καὶ Θηβαῖος γενόμενος ὑπὸ Ἡρακλέους τῇ κιθάρᾳ πληγεὶς ἀπέθανεν. ἐπιπλήξαντος γὰρ αὐτὸν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε. δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ παρανέγνω νόμον Ῥαδαμάνθυος, ὃς ἂν ἀμύνεται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι, ἀθῷον εἶναι: *Ad Thebas cum veniſſet, civisque Thebanus factus eſſet, ibi interiit ab Hercule percuſſus Cithara, nam cum Linus feriſſet Herculem, iratus Hercules mortem ei intulit, reusque a nonnullis factus patratæ cædis, legit in judicium legem Rhadamanthi, qua inſons pronunciatur, ſi quis nocuerit ei qui vim prior intulerit.*

ADDITIO.

„Hanc facultatem Author *qualitatem perfectam* „vocat, & aptitudini ſeu *qualitati minus perfe„ctæ* opponit; illamque vocat jus naturæ proprie & „ſtricte ſic dictum, ſeu jus ſociale. *Proleg.* §. 8. & 9. „*L.* 1. *c.* 1. §. 3. 4. & 9. quam juris denominatio„nem, ſimulque ac definitionem, rejecimus in alle„gatis locis.

„*e*) (IN INFINITUM:) i. e. citra ullam propor„tionem, aut injuriæ qualitatem; ſufficit enim ali„ter jus meum defendi non poſſe. *Vid. ſupr.* §. 3.

„*f*) (NOS HIC OBSTRINGERE:) Omnino perfe„ctionis eſt pati potius & recipere alapam, ac „reparationem injuriæ a judice impetrare: niſi in„famiæ nota, ſaltem ex opinione hominum, jun„cta ſit.

„*g*) (AT LEX EVANGELICA TALE FACTUM ILLICITUM REDDIT:) Sæpius dictum eſt, legem Evangelicam eſſe regulam perfectionis & virtutis, non juris. Ea non definit quid homo jure facere poſſit, vel non poſſit, ſed quid perfectius ſit agere vel non agere: adeoque prohibitio non in lege Evangelii quærenda eſt, ſed in ſola juſtitia, quam Author vocat expletricem.

ADDITIO.

„Lex Evangelii continet eam partem juris natu„ralis quæ obligat homines intuitu Dei, cujus præ„ceptis homo obtemperare debet niſi præmiis „æternis privari velit: Juxta præcepta hujus Evan„gelii, i. e. juxta leges perfectionis, omnino verum „eſt potius accipiendam eſſe alapam, quam ejus ef„fugiendæ cauſa alium occidere: Sed cum limita„tione ſi ſine infamia effugi poteſt.

„*h*) (JUBET ENIM:) Imo docet tantum, & ſpe „præmii hortatur.

„*i*) (QUANTO MAGIS OCCIDI VETAT:) Serva„tor nunquam vetat per modum legis, ne homi„nes quid faciant, id enim judicis & ſuperioris eſt: „ſed monet, hortatur, & patientiæ regulas com„mendat, ſuisque auditoribus inculcat. *Conf. L.* 1. „*c.* 2. §. 8. *n.* 3.

„*k*) (QUO EXEMPLO MONEMUR CAVERE:) Illa„tio Covarruviæ juſta, & rectæ rationi conſenta„nea eſt; neque ea hoc exemplo intervertitur. Si „enim ratio naturalis aliquid permittit homini, ne„ceſſario ſequitur, Deum id permittere, quia Deus „voluntatem ſuam per rationem naturalem decla„ravit, adeoque contradictionem infert, ratione „naturali permitti, & a Deo tamen vetari.

„*l*) (UT ET SUPRA NATURAM AGAT LIBERE „&c.) Senſus hic eſſe videtur: Quod Deus, auctor „naturæ, circa naturam libere agere, & rebus „natura liberis ac non definitis leges præſcribere, „adeoque & vetare poſſit ne jus ſit arcendi alapam „cum nece inimici. Sed anne hæc pugnant cum „principiis authoris? Sane tantum ex hypotheſi „Grotii abeſt ut Author ille naturæ libere circa „naturam agere poſſit, ut Deus velle non poſſit ne „id quod natura intrinſece malum eſt, malum „ſit. *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 5. Unde a contrario ne„ceſſario ſequitur, eum nec velle poſſe ut id quod „intrinſece bonum eſt, bonum non ſit: Cum igi„tur ipſe *Grotius pr. h.* §. & *infra n.* 3. fatetur „jure naturæ ſociali, adeoque intrinſece, licitum eſſe „arcere alapam cum nece inimici, id neceſſario „quoque apud Deum permiſſum eſſe debet.

leges præſcribendi, [m] etiam de his rebus quæ natura ſua liberæ indefinitæque ſunt: [n] multoque magis ut debeatur id quod natura honeſtum eſt, [o] etſi non debitum.

3. Mirum autem eſt, [p] cum Dei voluntas in Evangelio tam diſerte appareat, inveniri Theologos, & Chriſtianos Theologos, qui non modo [q] cædem recte putent admitti ut alapa vitetur, [r] ſed & accepta alapa, ſi qui eam impegit fugiat, [s] ad honorem ut ajunt recuperandum: quod mihi a ratione & pietate valde alienum videtur. [t] Nam honor eſt opinio de excellentia, at qui talem fert injuriam is [u] patientem ſe excellenter oſtendit: atque ideo [v] honorem auget magis quam minuit, nec refert ſi quidam corrupto judicio virtutem hanc [w] in probrum confictis nominibus traducant, [x] perverſa enim illa judicia nec rem nec rei æſtimationem immutant. Nec Chriſtiani vete-

Navarr. c. 15. 4. Henr. de irregul. c. 14. Vict. de jure bell. n. 5.

„m) (ETIAM DE HIS REBUS QUÆ SUA NATURA LIBERÆ ET INDIFINITÆ SUNT:) At non „ſunt res liberæ & indefinitæ, quas natura ejusque „Author pro licitis & permiſſis declaravit; eis „enim ineſt bonitas intrinſeca, quam Deus ex principiis Grotii mutare, adeoque & legibus ſuis vetare „nequit *d. n. 5.* veriſſimum igitur eſt Covarruviæ „dictum, *non pati humanam cognitionem quicquam naturali ratione permitti, quod apud Deum „non itidem ſit permiſſum.*

„n) (MULTOQUE MAGIS UT DEBEATUR ID QUOD „NATURA HONESTUM EST:) Si naturali ratione „aliquid licitum, illud quoque natura honeſtum „eſt, quod Deus, poſita bonitate intrinſeca, vetare „i. e. pro illicito & inhoneſto declarare nequit.

„o) (ETSI NON DEBITUM:) Paſſim Author docet præcepta divina maxime verſari circa ea quæ „quæ honeſta ſunt, non tamen debita. *Vid. Diſſ. „prooem. III. §. 9.*

„p) (CUM DEI VOLUNTAS IN EVANGELIO TAM „DISERTE APPAREAT:) Servator legem non ſtatuit, ſed perfectionis regulas docet: Sane ipſe quoque, ſi quæſitus fuiſſet an jure naturæ id licitum „ſit? reſponſurus fuiſſet affirmando: At perfectius „aliquando eſt jure ſuo non uti.

„q) (CÆDEM RECTE PUTENT ADMITTI UT „ALAPA VITETUR:) Et recte, quia jus a Creatore mihi conceſſum quovis modo defendere poſſum.

„r) (SED ET ACCEPTA ALAPA SI QUI EAM IMPEGIT FUGIAT:) Quod itidem concedimus, ſi fugiens ignotus eſt læſo, adeoque hic reparationem „exigere non poſſet, tunc enim eſt neceſſaria de„fenſio: Idem dicendum, ſi etſi non fugiat, vindicta „absque famæ periculo omitti non poſſit.

„s) (AD HONOREM UT AJUNT RECUPERANDUM:) Si ea eſt ſeculi perverſitas, ut opinione bo„norum virorum honor per alapam auferri videa„tur, veriſſimum eſt, licere eum etiam cum interne„cione nocentis recuperare.

t) (NAM HONOR EST OPINIO DE EXCELLENTIA.) Dixi in virtute aliud eſſe meritum actus virtuoſi, aliud opinionem hominum de iſto actu. Utrumque honos dicitur. Honor, quoad meritum actus a nemine auferri poteſt, nam illud conſiſtit in ipſa excellentia actuum virtuoſorum, at hominum opinio de iſto actu poteſt eſſe vel bona, vel mala. Atque hactenus dici poteſt, honorem nobis auferri poſſe, ſi ſc. homines male de actibus noſtris opinentur. Non autem hic intelliguntur homines mali, nec judicium perverſorum inſpicitur, ſed bonorum, & honeſtorum virorum.

ADDITIO.

„Quid ſi igitur cordati quoque viri male de „quodam actu opinentur, & alapæ illationem pro „actu infamiam inferente habeant, nec aliter quam „duello recuperari famam poſſe exiſtiment, idque „forte ipſius Principis judicio confirmetur? Non „video cur non famam & honorem meum, etiam „cum alterius internecione, defendere, i. e. quovis „modo alapam avertere, vel honorem recuperare „queam.

„u) (PATIENTEM SE EXCELLENTER OSTENDIT) „At famam, adeoque jus natura ipſi quæſitum perdit.

„v) (HONOREM AUGET MAGIS QUAM MINUIT:) „Inter homines id aſſeri nequit: communi enim „hominum, etiam honeſtiſſimorum, opinione; ala„pæ talis infamia facti inhæret, ut is qui militiæ „operam dat, ſi judicis officium implorat & di„gnitate moveatur, & a commilitonibus vilipen„datur. Fama igitur jus eſt, quod æque ut vita „defendi, etiam cum internecione lædentis, poteſt.

„w) (IN PROBRUM CONFICTIS NOMINIBUS:) Gal„li enim illam patientiam vocant *Lacheté*. Germa„ni Zaghaftigkeit.

„x) (PERVERSA ENIM ILLA JUDICIA NEC REM „NEC REI ÆSTIMATIONEM IMMUTANT:) Etſi per„verſa ſint illa judicia, ſunt tamen univerſalia, & „a Principibus quoque approbata: Quando igitur „ipſe judex male de tali homine, qui judicem adit, „opinatur, adeoque fama læſi periclitatur, negari „nequit, vere judicium ceſſare, (quia judex repara„tionem denegat) adeoque jus neceſſariæ defenſio„nis incipere, per ea quæ Author ipſe tradidit „ſupra

veteres hoc tantum viderunt, sed & philosophi, qui dixerunt * pusilli esse animi contumeliam ferre non posse, y ut alibi ostendimus.

3. Hinc etiam liquet quam non probandum sit quod a plerisque est traditum, defensionem cum interfectione esse licitam, ** jure scilicet divino z (nam de solo naturæ jure quo minus ita sit non disputo) aa etiam si quis fugere sine periculo possit, bb quia fuga scilicet ignominiosa sit, in nobili præsertim homine. Atqui nulla hic ignominia est, cc sed falsa quædam ignominiæ opinio, dd aspernanda ab omnibus iis qui virtutem & sapientiam sectantur: qua in re gaudeo me assentientem habere inter Jurisconsultos Carolum Molinæum †. Quod de alapa & fuga dixi, ee idem dictum volo de aliis rebus, per quas vera existimatio non læditur. Quid si vero dicat aliquis de nobis, quod creditum apud bonos existimationem nostram delibaret? hunc quoque occidi posse sunt qui doceant: ff mendose admodum, gg & contra naturæ quoque jus, hh nam interfectio illa non est modus aptus ad tuendam existimationem.

Soto art. 8. d q. 5. Dd. in L. ut vim. D. de just. & jure, & in L. 1. C. unde vi. Vasquez. d. c. 18. n. 13, 14. Sylv. in verbo Bellum. p. 2 n. 4. † In add. ad Alex. conf. 119. Petr. Navarr. l. 11. c. 3. n. 776.

§. XI.

„supra *l. 1. c. 3. §. 2. n. 1.* Neque hactenus contra „leges perfectionis aliquid peragi, existimamus.

*) (PUSILLI ESSE ANIMI CONTUMELIAM FERRE NON POSSE:) Si enim ex ipsis actibus de virtute alicujus, & de ejus meritis constat, tutus erit contra imbecilles obscurorum virorum obtrectationes: Hinc maximi heroes contemserunt injurias sibi illatas: Augustus arguebat Tiberium quod metueret infamiam, apud Suetonium *in Augusto c. 51.* Pisistratus laudatur quod contumelias contemserit. *Valer. Max. l. 5. c. 1. n. 2.* Exemplum Fabii cunctatoris notum est, *Vid. Liv. l. 22. c. 39.* & digna Imperatoriæ majestatis vox est, non curare injurias subditorum, *L. un. C. si quis imper. maledix*

ADDITIO.

„Hæc vera omnino sunt si levior est contumelia: „Ubi autem infamia quædam communi opi-„nione conjuncta est, vel patientia pro indicio „malæ causæ haberetur, omni jure defendere fa-„mam possumus: adeo ut bella quoque ob læsam ex-„istimationem geri possint. *Vid. Tesm. h. lit. f.* „*in fin. lit. k. & lit. q.*

„y) (UT ALIBI.) *L. 1. c. 2. §. 8. per tot.*

„**) (JURE SCL. DIVINO:) Quod voluntarium „Author vocat, & quod plerumque versari ait cir-„ca ea quæ honesta quidem sunt, at non debita. „*Diss. prooem. III. §. 8.* Tale autem jus non exi-„stere probavi supra *L. 1. c. 1. & d. disp. §. 13.*

„z) (NAM DE SOLO NATURÆ JURE QUO MI-„NUS ITA SIT NON DISPUTO:) Si enim sola „justitia expletrix respicitur, jus esse arcendæ alapæ „cum internecione inimici docuit *supra n. 1.*

„aa) (ETIAM SI QUIS SINE PERICULO FUGERE „POSSIT.) Quæ sententia verissima est: nam cum „ego a natura jus habeam in eo loco standi, in-„juria alter agit qui loco me depellere vult; hoc „jus igitur quocunque modo defendere possum; „etsi laudabilius & perfectius agat, qui violentiæ „alterius ultro cedit.

„bb) (QUIA FUGA IGNOMINIOSA SIT IN NOBI-„LI PRÆSERTIM HOMINE:) Jus meum standi in „loco quocunque modo conservare possim, etsi „nulla ignominia in me redundaret. Multo ma-„gis igitur id verum est, si communi judicio, etsi „pravo, fuga ignominiam præ se fert.

„cc) (SED FALSA IGNOMINIÆ OPINIO:) At „hæc opinio communis est, a civitate approba-„ta, quæ me omnis dignitatis, & consortii hone-„storum virorum indignum reddit.

„dd) (ASPERNANDA AB IIS QUI VIRTUTEM „ET SAPIENTIAM SECTANTUR:) Quid si hi quo-„que non aspernentur, sed communem opinio-„nem sequantur, vel sequi teneantur; ut illi qui „militiæ operam dant.

„ee) (IDEM DICTUM VOLO DE ALIIS REBUS &c.) „Imo eadem ibi ratio subest, si communi judicio „etsi pravo existimatio læditur.

ff) (MENDOSE ADMODUM:) Quia injuria actu jam facta est, adeoque per justam defensionem amplius evitari nequit. Ad eam igitur reparandam agi coram magistratu debet, cujus cum copia sit, necessitas defensionis cessat.

ADDITIO.

„Si communi judicio ex tali dicto aliquid famæ „nostræ decedit, ita ut sine duello recuperari ho-„nor non possit (ut inter eos qui militiæ operam „dant,) inimicus jure occidi potest.

„gg) (ET CONTRA NATURÆ QUOQUE JUS:) i. e. „contra jus sociale; quod modo refutavimus. Sa-„ne hic agitur de necessaria juris nostri defensio-„ne.

hh) (NAM INTERFECTIO ISTA NON EST MODUS APTUS AD TUENDAM EXISTIMATIONEM:) Hæc vera ratio non est; sed quia cessat illa necessitas *tum* avertendi injuriam, quia facta jam „est

§. XI.

[a] Veniamus ad injurias quibus res nostræ impetuntur. [b] Si expletricem justitiam respicimus, non negabo ad res conservandas raptorem, [c] si ita opus sit, vel interfici posse: [d] nam quæ inter rem & vitam est inæqualitas, ea favore innocentis & raptoris odio compensatur, ut supra diximus: unde sequitur, si ad jus solum respiciamus, [e] posse furem cum re fugientem, si aliter res recuperari nequeat, jaculo prosterni. Demosthenes, oratione in Aristocratem: εἰ τ' οὐ δεινὸν; ὦ γῆ καὶ θεοὶ, καὶ φανερῶς παρὰ νόμον, οὐ μόνον, παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων νόμον, τὰ ἄγοντα καὶ φέροντα βίᾳ

est, *cum* reparandi privata authoritate, quia copia judicis est.

a) (VENIAMUS AD INJURIAS QUIBUS RES NOSTRAS DEFENDIMUS:) Quærit hic Author, an pro defensione rerum nostrarum alium occidere possimus? Equidem, si mortis periculum simul immineat, vel si vulneris, mutilationis &c. metus præsens sit, res dubio caret, nam & vita reparari nequit, & e vulnere mors sequi potest.

Quod si *res* tantum in discrimen veniunt, uti, cum fur vel prædo eas invadunt, certum utique est, dominum defendere res suas adversus eos posse: Sed, num & eos occidere si alias res secum ablaturi sint, magis dubium videtur? Sed naturæ ratione inspecta id negandum est, quia reparatio rerum ablatarum per judicia fieri potest, ac debet. Et cum igitur hæc ordinaria sit defendendi juris sui ratio jure naturæ constituta, nondum fingi potest necessitas furis occidendi. Quod si vero reparatio non fiat cum possit, vitium id ex culpa judicis aut alterius erit, non defectus remedii juris sui tuendi. Vid. *Exercit. nostra ad Grot.* 2. §. 200.

Merito autem excipitur casus si res mea aliter servari non possit: Concesso enim jure, omnia concessa videntur sine quo jus illud conservari nequit. *Pos.* 4. *n.* 4. Neque vitium tunc est in eo qui se defendit, sed in eo qui alterum injuria compellit ad se defendendum: Experientia docet inter gentes justam belli esse causam defensionem territorii vel jurium: Ipse Author id probat exemplo furis nocturni.

ADDITIO.

„Hactenus Author egit de defensione contra injuriam qua vita, existimatio, & pudicitia, adeoque persona impetitur: Hic jam quæritur, an pro defensione rerum raptorem interficere possim? Author respondet 1) jure naturæ proprie sic dicto (quod *sociale* vocat, & quod respicere ait Justitiam expletricem) furem talem omnino impune posse occidi: §. 11. Imo 2) nec jure naturæ laxiori (quod *Jus humanæ naturæ* vocat, & justitiam attributricem respicere ait, & quo refert legem caritatis) licentiam illam, nisi res minima sit, non impediri existimat: §. 11. Adeoque caritatem illam nihil in contrarium præcipere, etsi per modum commendationis id omitti suadeat: §. 11. & 12. *n.* 3. At 3) lege Mosis, quæ ad Græcos & Romanos transiit, licentiam illam limitatam, & tantum ad casum, ubi quis telo se defendit, adeoque ubi is, qui rem suam servare vult, ipse in discrimen venit, restrictam esse, eoque id, quod caritas suadet, civibus præcepisse tradit: §. 12. *per tot.* Unde 4) statuit, furem nocturnum si cum telo invenitur præsumi venire animo occidendi, adeoque eum regulariter tanquam sicarium occidi posse: contrarium tamen si probetur occisorem pro homicida haberi. §. 12. *n.* 2. *&* 3. Tandem 5) ait lege Evangelii plus exigi quam lege Mosis, adeoque omnino amittendam rem esse si cum periculo perpetrandæ cædis conjuncta sit, nisi vita nostra vel familiæ nostræ ab illa dependeat. §. 13. *n.* 1. Unde 6) concludit, licentiam furem pro servanda re occidendi, quæ legibus Europæis, seposita lege Servatoris dari solet, non verum jus dare, sed solam impunitatem. *d.* §. 13. *n.* 1. *&* §. 14.

„Nos Jure Naturæ etiam pro defensione rerum occidi furem posse statuimus; idque ex rationibus supra §. 10. allatis extra omne dubium ponitur: ubi simul probavimus, Evangelii legem Jus hoc naturæ, quod in suo genere perfectum est, non improbare, nedum tollere; sed saltem nobis inculcare, perfectius & generosius esse amittere rem suam, quam jure suo cum internecione alterius uti.

„*b*) (SI EXPLETRICEM JUSTITIAM &C. RESPICIMUS:) i. e. jus naturæ sociale, in qua expletricem justitiam obtinere dixit. *L.* 1. *c.* 1. §. 5. §. 8. *n.* 1.

„*c*) (SI ITA OPUS SIT:) i. e. si aliter jus in illas res salvum mihi non est, tunc enim est necessaria defensio.

„*d*) (NAM QUÆ INTER REM ET VITAM EST INÆQUALITAS &c.) Verior ratio est, quod jus arcendi injuriam non oriatur ex aliqua proportione, neque ex qualitate injuriæ, sed ex jure necessariæ defensionis, vi cujus omnia mihi licent, sine quo jus a natura mihi concessum, etsi minimum, & exigui momenti, salvum esse non potest.

„*e*) (POSSE FUREM &C. JACULO PROSTERNI:) Si igitur fur nocturnus, vel diurnus quoque, at mihi incognitus, res auferat & aufugiat, eoque omnem

βίᾳ τάμὰ ἐν πολεμίᾳ μοίρᾳ μὴ ἐᾶσαί μοι ἀμύνεσθαι: *Nonne hoc per Deos durum atque injustum est, nec scriptis tantum legibus, sed & communi inter homines legi contrarium, f ut non sinar vi uti adversus eum qui hostiliter res meas rapiat?* g Nec obstat caritas per modum præcepti, h lege divina humanaque seposita, i nisi res sit quæ minimum valeat, ac proinde contemni mereatur: quam exceptionem recte * nonnulli adjiciunt.

§. XII.

1. a Quis sensus sit b legis Hebrææ videamus, cum qua congruit & c lex Solonis vetus, quam Demosthenes adversus Timocratem commemorat, d & inde sumta lex XII. Tabularum; * & Pla-

Soto d. l. Matefilan. notab. 135. Jason. & Gam. Inst. de action. in pr. Covar. d. §. 1. n ibi decima. Less dub. XI. n. 68.

„omnem spem authoritate Judicis res recuperandi „adimat; adeoque jus meum salvum esse non potest nisi fugientem jaculo prosternam, id erit pars „necessariæ defensionis.

„f) (UT NON SINAR VI UTI:) Adeoque Demosthenes jus defendendi res adscribit juri, quod „omnibus hominibus commune est.

„g) (NEC OBSTAT CARITAS:) Sensus est, jus „defendendi res suas non tantum jure sociali, sed „& jure naturæ, laxiori sensu sumto (quod caritatem præcipit) licitum esse, adeoque caritatem „non obstare per modum præcepti. Verum sæpius jam dictum est, Jus tale laxius non dari, & „caritatem regulas saltem perfectionis continere, quæ inter homines obligationem non producunt.

„h) (LEGE DIVINA HUMANAQUE SEPOSITA:) „Nam lege divina & humana jus hoc defendendi „res suas restrictum esse putat, de quo mox plenius agemus.

„i) (NISI RES SIT QUÆ MINIMUM VALEAT:) „Jus necessariæ defensionis mihi etiam in re minima competit, uti modo probavimus, in primis si „is cui aufertur, pauper est: pauper ille apud Quintilianum ait: *non debetis expectare, ubi pauper „magna perdiderim, sed quantulum est, quod abstulerit mihi dives, minus est, quod reliquit.* Declam. 13.

„*) (NONNULLI:) *Vide infra §. 13.*

a) (QUIS SENSUS SIT LEGIS HEBRÆÆ VIDEAMUS:) Dictum in præcedentibus est, jure naturæ mihi non jus esse res meas cum internecione alterius defendendi, quoties reparatio per judicem fieri potest. Aliud igitur dicendum, si illas res ablatas judicio recuperandi facultas deficiat: veluti, si noctu fur ædes furandi causa ingressus est; etsi enim deprehensus fuerit, si tamen cum rebus noctu elabitur, spem recuperandi auferet ejus judicio conveniendi, furtique probandi impossibilitas. Interdiu enim & testes & auxilia sunt, ut fur deprehendi, agnosci, convinci, & furtum acclamatione accursu &c. in publico & aprico constitui possit. At, qui obscura nocte furem noverit? & licet dominus ipsum cognoverit, unde probabit ipsum furem fuisse, furtum fecisse, res secum abstulisse? Cum omnes noctu tectis suis clausi, somnoque sepulti sint: Neque proinde, fure ita cum rebus elapso, facultas domino relinqui videtur, ejus postridie prehendendi, conveniendi & convincendi. Hinc decantatissima illa lex trium præcipuarum orbis legislationum consensu celebrata & repetita, quæ distinguit inter furem nocturnum, quem occidere licet; & diurnum, quem non licet, nisi cum telo se defendat, quia tum vitæ periculum conjunctum est. Hoc discrimen ex lege naturæ proponitur primum in lege Mosaica: *Exod. 22. v. 2. & 3.* hinc relata in legem Atticam: *Gell. Noct. Attic. L. 11. c. 18.* unde desumta lex XII. Tabb. *L. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* atque ibi pro majori cautela additum, *ut cum clamore id testificetur.* Quod meri juris positivi, & in favorem ejus qui furtum patitur constitutum est, ut eo tutius absolvi possit, si & ipse indicium faciat, se in periculo & angustiis fuisse, & furis corpus in conspectu sit. Quod discrimen & Plato, & veteres quædam Germanicæ leges secutæ sunt. *vid. Grot. §. h. & in not.* De ratione, mirum, quam nequicquam laborent, ac varient, & a vera aberrent Grotius, Gronovius, Puffendorfius &c. quæ hic evidentissima est. *Vid. Exerc. nostram 2. ad Grotium §. 201. & §. 202.*

„b) (LEGIS HEBRÆÆ:) quæ extat *Exod. 22. v.* „2. *Si effringens fur domum si effodiens fuerit in„ventus, & accepto vulnere mortuus, percussor non „erit reus sanguinis, quod, si orto sole hoc fecerit, „homicidium perpetravit, & ipse morietur.*

„c) (LEX SOLONIS VETUS:) Quam refert De„mosthenes *in Oratione ad Timocratem p. m. 790.* „*Si quis interdiu quinquaginta drachmas furatus „fuerit, abduci liceat ad Decemviros: Si quis vero „noctu quippiam surripuerit, eum & occidere, & „inter persequendum vulnerare, & ad undecim vi„ros, si cui lubet, adducere fas est.* Rationem di„scriminis explicat Ulpianus Rhetor. *Noctu autem* „ait, *majorem assignat poenam, quandoque noctur„num crimen gravius est. Interdiu enim licet vo„care, qui auxilium ferant, noctu non item. vid. „Sam. Petiti jus Atticum. Zigler. h. l.*

d) (Grot.) (ET INDE SUMTA LEX XII. TABB.) Addi potest lex Wisigotthorum libro VII. tit. I. cap. XV. & capitulare Caroli Magni lib. V. cap. 191. lege Longobarda, qui nocte alienam cortem ingreditur, nisi ligandum se præbeat, occidi potest.

ADDITIO.

„Verba legis XII. Tab. hæc sunt: *si nox* (noctu)

 furtum

*& Platonis ſcitum nono de legibus. Nam omnes iſtæ leges in hoc conveniunt, *quod furem nocturnum a diuturno diſtinguunt, *f* de ratio-

„*furcum faxit, ſi im* (eum) *aliquis occidit, jure ca-*
„*ſus eſto. vid Dion. Goth. in fragm. XII. Tabb. c.* 24.
„*Leg.* 1. *Macrob.* 1. *Saturnal.* 4. *Cicero pro Milone*
„*c.* 12. *Gajus in L.* 4. *ff. ad L. Aquil. Gell. lib.* 11.
„*c.* 18. *Auguſtin* 11. *ſup. Exod.* ubi rationem addit,
„*quia plus quam fur eſt.* Quod & Seneca Pater
„in controverſiis aſſerit: *lex, qua nocturnum furem*
„*occidi quoquo modo jubet, non de damnato, ſed de*
„*fure loquitur. Odit hoc vitium non immerito, cum*
„*non multum abſit a proditore.*

„Bene in notis obſervavit Anthor, etiam in
„Germanorum legibus hoc diſcrimen obſervari:
„In legibus Viſigothorum *l. VII. tit.* 1. *c.* 15
„talis lex exſtat: *Fur, qui per diem defenſare*
„*ſe voluerit, ſi fuerit occiſus, mors ejus nul-*
„*latenus requiratur. Et lege* 16. *Fur nocturnus*
„*captus in furto, dum res furtivas ſecum portare*
„*conatur, ſi fuerit occiſus, mors ejus nullo modo vin-*
„*dicatur.* Legi ex capitulis Caroli M. allegatæ
„addatur tit. VI. c. 9. *Si effregerit fur domum, ſi*
„*effodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mor-*
„*tuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis, quod*
„*ſi orto ſole id fecerit, homicidium perpetravit, &*
„*ipſe morietur.* Lex Bajuvariorum *tit* 8. *l.* 5.
„*Fur nocturne tempore captus in furto, dum res*
„*furtivas ſecum portat, ſi fuerit occiſus, nulla ex*
„*hoc homicidio querela naſcatur inter eos qui ſi-*
„*ne compoſitione occidi poſſunt.* In lege Burgundio-
„num *additamenti primi tit.* 16. *c.* 1. *&* 2. *Qui-*
„*cunque in vineam intrare præſumſerit de die furti*
„*cauſa, inferat illi, cujus vinea eſt, ſolidos tres, &*
„*mulcta nomine ſolidos tres: certe, ſi de nocte hoc*
„*præſumſerit facere, & percuſſus fuerit, ita, ut*
„*moriatur, cujus vinea eſt, nullam calumniam pa-*
„*tiatur.* Adde *Puffend. l.* 11. *c. V.* §. 17. *&* 18.

„*) (ET PLATONIS SCITUM:) *Qui nocte furem*
„*domum ſuam ingreſſum interemerit, innoxius eſto.*

„e) (QUOD FUREM A NOCTURNO DISTINGUANT:)
„Ad eum effectum, ut ille tuto occidi poſſit, hic
„non.

„*f*) (DE RATIONE LEGIS AMBIGITUR.) Diver-
„ſæ circa rationem hujus diſtinctionis ſunt opinio-
„nes. *Alii* enim ſtatuunt, conditores illos legum
„ideo nocturnum furem occidendi facultatem de-
„diſſe, quod noctu fur vel ignotus eſſet, vel de-
„ficientibus teſtibus convinci ſaltem non poſſit,
„indeque terminos neceſſariæ defenſionis rei no-
„ſtræ tum incipere putaſſent. *Alii* rationem di-
„ſtinctionis hanc adferunt, quod noctu diſcerni
„non poſſit, an tanquam fur, an tanquam ſica-
„rius veniat, indeque raptorem interfici non tan-
„quam furem, ſed tanquam ſicarium. *Grotius* ſta-
„tuit legislatores illos jus naturæ ſuſtuliſſe, & pro-
„hibuiſſe, ne quis directe rerum cauſa noctu inter-
„ficiatur: (adeoque leges humanas id, quod cari-
„tas ſaltem ſuadebat, præcepiſſe:) Ceterum leges
„illas excepiſſe caſum, ſi is qui rem ſuam ſerva-
„re vult ipſe in diſcrimen venerit: Idque præ-
„ſumi noctu putat, niſi contrarium per teſtes pro-
„bari poſſit, furem nimirum vel fugiiſſe, vel abs-
„que telo fuiſſe, indeque dominum rei in vitæ
„periculum adductum non fuiſſe. *Gronovius* deni-
„que *in not. h. l.* aſſerit, furem nocturnum ideo
„impune occidi poſſe, quod legislatores indubita-
„tum habuerint, furem nocturnum cum telo ve-
„nire, adeoque ad inferendam vim paratum eſſe:
„indeque non ex præſumtione, ſeu fictione juris
„tutum eſſe occiſorem, ſed ex ipſa poteſtate legis,
„quæ probationem in contrarium non admittat.
„At mihi nec Gronovii nec Grotii ſententia ar-
„ridet: Verius eſt, jus illud occidendi pro
„rerum noſtrarum defenſione, etſi nullum
„vitæ periculum ſubſit, legibus illis datum
„eſſe: Equidem utraque ratio aliquando pro facti
„circumſtantiis concurrere poteſt, uti in lege Mo-
„ſaica, ubi fur inſtrumentis vi effringit domum,
„adeoque ubi & vitæ, & bonis periculum immi-
„net, & tunc ex duplici capite cædes furis licita
„fit, uti bene obſervat Puffendorff. *de jure nat. l.* 11.
„*c. V.* §. 18. Sed de eo jam quæritur, an, ubi omne pe-
„riculum vitæ ceſſat, & de ſola rei jactura agitur,
„an, inquam, per allegatas leges furem nocturnum
„impune occidere liceat, ſi rem aliter ſervare non
„poſſim? Ego dictis legibus id non prohiberi pleni-
„us nunc demonſtrabo. Nam 1) in lege Moſis ſup-
„ponitur caſus, ubi quis inventus eſt orto ſole ſuf-
„fodiens domum: Atque de hoc caſu merito ſta-
„tuitur, occidi fodientem non poſſe, quia neceſſa-
„ria defenſio ceſſat; utpote cum vocatis domeſti-
„cis, vel vicinis impediri, eoque jus meum conſer-
„vari poſſit. Moſes igitur non loquitur de caſu,
„ubi vicini vel domeſtici non adſunt, & fur in
„ſuffodiendis ædibus pergit; vel ubi fur effractis
„jam ædibus aliquid ſurripuit, actuque fugit, eo-
„que omnem ſpem recuperandi demit. His enim
„caſibus neceſſaria eſt defenſio juris noſtri, quæ
„per legem illam Moſis nulla ratione excluditur
„aut prohibetur. Quod 2) ad legem Solonis at-
„tinet, ex ipſa inſpectione apparet, eam loqui de
„cæde furis, non pro conſervanda vita, ſed pro
„conſervatione rerum noſtrarum: loquitur enim
„de fure fugiente, & qui inter perſequendum vul-
„neratur, adeoque ubi fur non inſidiatur vitæ no-
„ſtræ, ſed fugiendo ſalutem quærit. Sed &
„3) ipſam legem 12. Tabb. generalem eſſe apparet,
„dum in genere furem nocturnum jure cædi ſta-
„tuit, nulla diſtinctione facta an fur vitæ inſidie-
„tur, nec ne; ubi ergo lex non diſtinguit, nec
„nos diſtinguere debemus. Imprimis, cum de
„mente legis ex aliis ſatis conſtet. Sane lex 12 Tabb.
„furem diurnum occidere permittit, ſi telo ſe de-
„fendat: atqui eo ipſo occiditur pro re conſervanda;
„ſi enim furi fugienti rem ablatam relinqueremus
„ipſe non reſtiturus, nec ullum vitæ noſtræ pericu-
„lum metuendum eſſet. Periculum igitur hic non
„eſt a fure qui fugit, ſed a domino rei qui fugien-
„tem ſiſtit, & rem ablatam defendentem occidit.
„4) Romani JCti legem illam ita explicant, ut
„quoquo

ratione legis ambigitur. Quidam id unum putant ſpectatum, quod noctu diſcerni nequeat is qui venit, fur ſit, an ſicarius, [g] & ideo tanquam ſicarium poſſe interfici. Alii diſcrimen in hoc poſitum exiſtimant, [h] quod noctu, quia fur ignotus ſit, res minus videantur poſſe recuperari. Mihi legum conditores nec [i] hoc nec illud proprie videntur ſpectaſſe, ſed hoc voluiſſe potius, [k] directe rerum cauſa interfici neminem debere: [l] quod fieret, exempli cauſa, ſi fugientem telo proſternerem, ut illo interemto rem meam reciperem: [m] ſed ſi ipſe in periculum vitæ adducar, [*] tunc mihi licere a me avertere periculum etiam cum periculo vitæ alienæ: [n] nec obſtare mihi quod me in id diſcrimen adduxerim, dum rem meam cupio retinere aut occupatam extor-

Covar. d. loco. Aug citat. in c. ſi perfodiens. de Homicid. Leſſius d c. 9. dub xi. n. 66.

„quoquo modo fur occidi poſſit, quia fur eſt, ut „loquitur Seneca *X. contr. ult.* Cicero *pro Milone* ait, „*XII. tabula nocturnum furem quoquo modo interfici* „*impune voluerunt*: idem aſſerit Gajus *l. 4. §. 1. Ad* „*L. Aquil. Gell.* 11. *c.* 18.

„Vera igitur ratio diſcriminis inter furem nocturnum & diurnum hæc eſt, quod dominus a „fure diurnu res recuperare poſſit, vocando homines, vel domeſticos, vel vicinos vel prætereuntes, in auxilium; eoque nondum ſit neceſſaria „defenſio: cum e contrario a fure nocturno recuperari res non poſſit, quia a domeſticis aut vicinis media nocte ſperare auxilium non licet; forte „enim cognitus fur non eſt; vel, ſi cognitus domino „ſit, ob teſtium inopiam convinci non poteſt; vel, „ſi teſtes adſint, effugere, eoque ſpem recuperandi „omnem auferre poſſet. Idque verum eſt etſi fur „telo ſe non defendat, quin plane telum non habet; *Puffendorff d. l.* ſufficit enim rem meam aliter ſervari non poſſe.

„Cæterum leges hæ generales varias pro variis „circumſtantiis patiuntur exceptiones. Nam fieri „poteſt, ut fur nocturnus non occidi, fur diurnus „vero jure occidi poſſit; quoties nimirum neceſſitas defenſionis vel ceſſat vel adeſt.

„Furem igitur nocturnum occidere non licet, „quoties is ſine periculo rei meæ amittendæ ſervari poteſt, per *text. expreſſ. in L. 9. ff. de ſicar.* „ut ſi fur vulneratus ſit ut amplius evadere nequeat; quod exemplum in lege Solonis affertur: „vel, ſi captus eſt, & ultro ſe ligandum præbet, „quod in lege Viſigothorum cautum eſt: his enim „caſibus ceſſat neceſſaria defenſio rei noſtræ, adeoque jus occidendi.

„E contrario furem quoque interdiarium occidere licet, quoties rem meam ſervare aliter non „poſſum: ut 1) ſi fur, cum prehenderetur, telo „ſe defendit. verba legis XII. tabb. vide infra *n.* 3. „add. *L. 4 ff. L. aquil. L. 54. §. 2. ff furt. Cic* „*pro milone Gell. Lib. 11.* 18. *Quintil. L. 5. Auguſtin.* „11. *ſup. Exod.* Si enim dominus rei non poſſet „fugam furis eum occidendo impedire, nulla „rei recuperandæ ſpes ſupereſſet. 2) Si fur interdiu „rem auferat, & evadendi facilitas adſit; forte „quod flumen trajiciat, vel ſylvam attigerit, eoque „omnem rei meæ ſervandæ ſpem auferat, ſane „hoc quoque caſu furem jaculo proſternere, & fugientem ita ſiſtere, eoque rem meam recuperare „poſſum. 3) Si ei qui in loco ſolitario a conſortio hominum remoſo degit, furto res aufertur, „& fur in fugam ſe conjicit, nulla ſpe eas recuperandi domino relicta: ſane, cum dominus rei „jus ſuum non niſi internecione furis conſervare „poſſit, hic jure neceſſariæ defenſionis occidi poteſt. „Neque enim vel clamore, vel auxilio vicinorum „& domeſticorum impediri ablatio poterit, quia „non ſunt vicini & domeſtici, vel auxilium ab „ipſis non ſperatur.

„*g*) (ET IDEO &c. OCCIDI:) recte hoc diſcrimen „rejicit Author, quia poteſt etiam non ſicarius eſſe; „uti ſi actu abſtulit & fugit, ibi enim non habet „animum occidendi, & tamen occidi poteſt: ut ex „lege Solonis apparet.

„*h*) (QUOD NOCTU RES MINUS VIDEANTUR „RECUPERARI:) Imo poteſt notus eſſe, ſed propter „defectum teſtium forte probatio deficeret, vel „poſſet aufugere, eoque ſpem rem meam recuperandi adimere. Sola ergo ſupereſt ratio quod „noctu rem meam aliter defendere non poſſum.

„*i*) (NEC HOC, NEC ILLUD:) Senſus eſt, leges „nec ideo dediſſe occidendi facultatem, quod ſpes „recipiendi rem ab ignoto non ſit, nec ideo, quod „ſicarium occidere videatur.

„*k*) (DIRECTE RERUM CAUSA INTERFICI NEMINEM DEBERE:) Imo hoc directe pugnat cum verbia Solonis, is enim permittit proſequi fugientem „furem, eumque vulnerare rei recuperandæ cauſa.

„*l*) (QUOD FIERET SI FUGIENTEM TELO PROSTERNEREM:) Et jure id fieret, uti ex ſolonis legibus apparet.

„*m*) (SED SI IPSE IN PERICULUM VITÆ ADDUCAR:) Imo, etſi ipſe non adducar in vitæ periculum, occidere furem licet; ſufficit enim aliud medium ſervandi res meas non eſſe.

„*) (TUNC MIHI LICERE:) De eo caſu non dubitatur, quia nunc præter rem meam etiam vitam „defendo.

„*n*) (NEC OBSTARE MIHI QUOD ME IN DISCRIMEN ADDUXERIM:) Adeoque, quod videar ipſe „eſſe

extorquere, aut furem capere, nam in his omnibus nihil mihi posse imputari, o qui verser in actu licito, nec cuiquam injuriam faciam p cum utar meo jure.

2. Discrimen ergo nocturni & diurni furis q in hoc positum est, r quod noctu vix sit copia testium adhibendorum; atque ideo, si occisus fur reperiatur, facilius credatur ei qui a se s vitæ tuendæ causa dicat furem interemtum, repertum scilicet cum aliquo instrumento quo nocere posset. t Id enim lex Hebræa requirit, agens de fure reperto במחתרת quod quidam transferunt *in perfossione*, alii forte melius, *cum perfossorio instrumento:* quomodo & Jeremiæ II, 34. ea vox a doctissimis Hebræorum exponitur. Ducit nos ad hanc interpretationem lex duodecim Tabularum, quæ furem diurnum occidi vetat, addita exceptione, u nisi se telo defenderit. Adversus nocturnum igitur præsumtio est defendisse se telo. w Teli autem nomine ferrum, fustis & lapis venit, ut ad hanc ad ipsam legem notatum a Cajo est. Contra ab x Ulpiano proditum est, quod de fure nocturno dicitur, si quis eum occiderit, impune id ferre, id intelligendum

L. Si pignoer §. furem ff de furtis.

„esse causa periculi, cum evitare illud possim non „persequendo rem meam.

„o) (QUI VERSER IN ACTU LICITO:) Imo hæc „responsio difficultatem motam non solvit. Si „enim verum est, quod author ait, *neminem occidi* „*posse rerum causa*, necessario sequitur, nec eum, „qui, ne rem furto ablatam ei eriperem, vi resi„stit: non enim ego in periculo constitutus sum, „quia relinqueodo rem, nihil esset quod a fure „metuendum sit. Is solam rem sibi servare vult, „vitam meam non impetit, omne ergo periculum „est a me ipso, non a fure, adeoque tota ratio ne„cessariæ defensionis cessaret, neque tunc versarer „in actu licito.

„p) (CUM OTAR JURE MEO:) Imo ex princi„pio Authoris non uterer jure meo, quia jus non ha„beo rerum causa aliquem occidendi: nec vitæ „periculum hic subest, quia hoc periculum mihi „non imminet a fure, utpote qui vitæ meæ non „insidiatur, sed ex proprio meo facto, dum vi rem „recipere cupio: adeoque evitare periculum illud „possum, rem furi relinquendo.

„q) (IN HOC POSITUM EST:) Diximus, totam „discriminis rationem in eo positam esse, quod „noctu requisita necessariæ defensionis regulariter „adsint, interdiu non item.

„r) (QUOD NOCTU VIX SIT COPIA TESTIUM „ADHIBENDORUM:) Cum omnia somno sepulta ja„ceant: sed diximus, etsi testes adsint, tamen oc„cidi posse, si res aliter servari non possit.

„s) (VITÆ TUENDÆ CAUSA DICAT FUREM IN„TEREMPTUM:) Non opus est ut id dicat, sed „sufficit quod aliter rem recuperare non potu„erit, etsi nullum vitæ periculum adfuerit.

„t) (ID ENIM LEX HEBRÆA REQUIRIT:) Lex „Hebræa id non requirit. Nam Moses unum sal„tem casum furti nocturni propouit, ubi sc. fur „perfodit & effringit ædes, & in eo actu depre„henditur: At non excludit alios casus, ubi eadem „ratio subest, uti, si fur latitans in ædibus noctu „furtum faciat, & fugiens per fenestras descendat: „sane in utroque casu pro defensione rerum oc„cidere furem, & fugientem vulnerare licet si ali„ter servare rem non possumus. Et frustra quæ„ritur noctu, an cum instrumento perfossorio ve„niat, an non; unde enim in tenebris id cogni„tum esse domino potest?

„u) (NISI SE TELO DEFENDERIT:) Imo argu„mentum potius tale a contrario formari debet. „Si diurnum occidere possum qui cum telo se de„fendit, sequitur me nocturnum occidere posse „etsi telum non habeat, nec eo se defendat; cui „adstipulatur ratio naturalis: contra diurnum enim „regulariter defendere res meas internecione furis „non possum, quia per domesticos vicinosque im„pediri vel prehendi potest, nisi telo se defendat, „tunc enim vitæ meæ insidiatur, adeoque ex eo „capite jure occidi potest: e contrario fur noctur„nus semper occidi potest etiamsi sine telo veniat, „quia dominus alias res suas salvas habiturus non „esset: adeoque præsumtio telum noctu gestari „non dat licentiam occidendi, sed periculum præ„sens suas res perdendi.

„w) (TELI AUTEM NOMINE FERRUM &c. VE„NIT:) *L. 41. L. 233. §. 2. V. S.* Seneca *in Hercule* „*Furioso v.* 860.

„*Quicquid in mortem trahit, telum est.*
„*Confer. L. 54. §. 2. ff. furt. & T. sin. b.*

„x) (ULPIANO:) *L. 9. ff. Sicar.*

„y) (SI

gendum ita demum locum habere, [y] si parcere ei sine periculo suo non potuit, nimirum rem servando. *L. furem D. ad Leg. Corn. de sicariis.*

3. Est ergo, ut dixi, [z] præsumptio pro eo qui furem noctu occidit: sed si forte testes adfuerint, ex quibus constet non fuisse eum qui furem occidit adductum in vitæ suæ periculum, [aa] jam præsumtio ista cessabit, ac proinde is qui occidit [bb] homicidii tenebitur. Accedit quod tam diu quam noctu lex duodecim Tabularum exegit, ut is qui furem deprehendisset [cc] cum clamore id testificaretur, ut ex Cajo discimus, nimirum ut si fieri posset, concursus eo fieret magistratuum aut vicinorum ad auxilium & testimonium. Quia vero [dd] concursus talis de die facilius habetur quam de nocte, ut notat [ee] Ul- *L. Itaque. D. ad leg. Aquil.*

,,y) (SI PARCERE EI SINE PERICULO SUO NON ,,POTUIT:) Ulpianus non tantum loquitur de periculo quod ex telo metuitur, sed de periculo perdendi bona & res suas: *vid. Gothofr. ad d. L.* ,,Nam utrobique eadem defensionis est ratio. Si ,,proinde fur cum re ablata fugiat, adeoque nullum ,,mihi ab eo periculum sit, nihilominus eum per- ,,sequi & vulnerare licet, ut ex lege Solonis jam ,,probavi.

,,z) (PRÆSUMTIO PRO EO QUI NOCTU FUREM ,,OCCIDIT:) Quod sc. fur repertus sit cum telo, ad- ,,eoque credatur ei qui vitæ tuendæ causa furem se ,,interemisse asserit. At dictum jam est, occiso- ,,rem non demum esse tutum ex hac præsumtione, ,,sed ex jure necessariæ defensionis, quia aliter res ,,suas servare non potest, etsi constet furem telum ,,non habuisse.

,,aa) (JAM PRÆSUMTIO ISTA CESSABIT:) Hoc ,,& rationi naturali & legibus ante allegatis con- ,,trariatur. Ex iis enim constat, furem occidi ,,posse quoties rem meam aliter servare non pos- ,,sum, etsi nullum vitæ periculum fuerit, idque ,,notorium sit.

,,bb) (HOMICIDII TENETUR:) Salva justitia hoc ,,admitti nequit; justissima cædis causa est defen- ,,sio juris nostri.

,,cc) (CUM CLAMORE TESTIFICETUR:) Verba ,,legis hæc sunt. *Si luci* (interdiu) *furtum faxit* ,,(fecit) *si im* (eum) *aliquis endo ipso capsit* (in fur- ,,to ipso deprehendit) *verberator: illique cui fur- ,,tum factum escit* (esset) *addicitor. Si se telo de- ,,fensint quiritato endoque plorato* (Quiritium opem ,,implorare, i. e. clamore violentiam testificare de- ,,bet: *L. 4. §. 1. L. Aquil. Vid. Briss. de V. 3. voce ,,Endo, & voce quirites*) *post deinde si casi escint,* ,,(essent) *se* (sine) *fraude esto:* (i. e. jure cæsus ,,esto) *Gell. l. 2. c. ult. Cicero pro Mil. L. 54. §. 2. ff. ,,furt.* In hac lege igitur saltem de fure diurno dici- ,,tur clamorem necessarium esse, non de nocturno. ,,Atque hinc Cajus in *L. 4 ff. ad L. Aquil.* vel ma- ,,le retulit verba XII. Tabb. vel dicendum est ea ,,interpolata a Triboniano esse: verba Caji hæc ,,sunt. *Lex XII. Tabb. furem noctu deprehensum oc- ,,cidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore ,,testificetur, interdiu autem deprehensum ita per- ,,mittit occidere, si is telo se defendat, ut tamen ,,æque cum clamore testificetur.* Tribonianismum ,,hic arguit Jacob. Gotbofredus in expositione le- ,,gum XII. Tabb. Eamque legem spuriam esse ,,ait, & Tribonianum, quæsito Caji nomine, hanc ,,conditionem velut XII. Tabulis expressam in in- ,,terficiendo fure nocturno adjecisse: Cum ex Ci- ,,cerone, Seneca, Ulpiano, Gellio, & Augustino ,,constet lege XII. Tabb. nocturnum furem impu- ,,ne omni modo occidi posse, neque in lege So- ,,lonis, quam imitata est lex XII. Tabb. aliquid ta- ,,le; imo contrarium ex Ulpiani scholio appareat. ,,Conf. *Zigler in not. h. l.*

,,Sane clamor ille vix ullum effectum habe- ,,re potest tempore nocturno, ubi præsentissimum ,,periculum est rei suæ perdendæ; ubi hominum ,,somno sepultorum auxilium vix sperari potest; ,,Sed & difficillima erit clamoris facti probatio, cum ,,noctu testes adesse non soleant. Atque hinc ne- ,,cessitas clamandi apud Belgas decreto comitiali ,,anno 1591. sublata fuit. *vid. Grænw. ad L. 4. ff. ,,L. 4. ff. L. Aquil.* Ceterum in Germania clamo- ,,re factum illud testificari debet, quem tamen si ,,omittit non ordinaria sed extraordinaria pœna ,,tenetur. *Carpz. Pr. Crim. p. 1. quæst. 32 n.* ,,38. Ratio hujus moris ea esse videtur, quod for- ,,te vicini & prætereuntes & magis domestici auxi- ,,lio venire, vel fugientem sistera possint. *vid. Puf- ,,fend. d. l. Cujac. L. 14. O. 15.* qui conjecturan- ,,tur, abusum causam dedisse huic limitationi, quod ,,nonnulli ex ædibus suis impetum in prætereuntes ,,facerent, eosque occisos in furto post deprehen- ,,sos fingerent; in primis, cum in urbe munitæ ,,sint ædes, & non tam facilis sit furandi occasio. ,,Unde Harmenopulus distinguit inter furtum in- ,,tra muros, & extra eos commissum, putatque ,,priori casu nec nocturnum furem occidi posse, ni ,,telum gestet, & clamor editus sit. *vid. Gothofr. ,,ad L. 54. ff. Furt. Lir. l.* Quem sequitur Cujacius ,,14. *O.* 15. nec improbat Puffendorfius 11. *V.* §. 17.

,,dd) (CONCURSUS TALIS DE DIE FACILIUS ,,HABETUR:) Nam inutilis noctu foret ille clamor ,,& ratione magistratus, & ratione vicinorum, qui ,,somno sepulti nec audire clamorem, nec tam ci- ,,to adesse possunt,

,,ee) (OL-

[ee] Ulpianus ad modo indicatum Demosthenis locum, ideo de nocturno periculo [ff] asseveranti magis creditur.

4. [gg] Cui simile est quod lex Hebræa puellæ [hh] de vi illata in agro vult credi, in urbe non item, [ii] quia clamore concursum ciere potuit aut debuit. Ad superiora & hoc accedit, [kk] quod etiamsi cætera essent paria, tamen quæ nocte accidunt, minus explorari, & qualia quantaque sint cognosci possunt: eoque sunt terribiliora. Lex ergo tam Hebræa, quam Romana, [ll] id quod caritas suadet civibus suis præcepit, [mm] ne quem interficiant ideo duntaxat quia rem furatur, sed ut ita demum liceat si is qui rem suam servare voluit [nn] ipse in discrimen venerit. [oo] Moses Maimonides notavit, permissam privato homini alterius interfectionem, non aliter nisi ut servetur id quod est irreparabile „ut vita & pudicitia.

§. XIII.

1. [a] Quid vero jam de lege Evangelica dicemus; [b] idem

„ee) (ULPIANUS:) Non JCtus sed Rhetor, qui „commentario illustravit Demosthenem. Ex quo „apparet legis rationem esse, quod propter deficiens „auxilium res mea servari non possit.

ff) (ASSEVERANTI MAGIS CREDITUR:) Dictum „jam est, nocturnum furem occidi posse, etsi præsumtio non sit telo eum venisse, adeoque, etsi periculum vitæ nullum fuerit, quia semper necessaria est defensio noctu.

gg) (CUI SIMILE EST:) Vide *Deuter.* 12, 15. Hoc plane huc non pertinet, & mere est Juris civilis. *Conf. not. seq.*

hh) (Grot.) (DE VI ILLATA IN AGRO VULT CREDI:) Bene id explicat Philo, ut locus frequentioris exempli causa sit positus, non quod ex eo solo semper definienda sit controversia. Potest enim, ut libro de specialibus legibus ille differit, & in urbe aliqua vim pati occluso ore, & in agro aliqua consentire in stuprum.

„ii). (QUIA CLAMORE CONCURSUM CIERE POTUIT ET DEBUIT:) Incertissima hæc res est: nam „forte nemo in ædibus vel vicinia præsens esse potuit; vel stuprator os obturavit puellæ ut clamore edere non potuerit; vel animi deliquium passa „est puella, forte aspectu stupratoris exterrita. „Interim verum est, difficiliorem esse probationem „stupri violenti in agro commissi, indeque jura civilia merito assertioni puellæ credunt.

„kk) (QUOD ETIAMSI CÆTERA ESSENT PARIA:) „Imo, etsi nullus terror amplius adsit, sed forte „fur cum re ablata fugiat, tamen ex lege Solonis „& legibus XII. tabb. occidi & vulnerari fur potest, quia rem meam aliter servare non possum.

„ll) (ID QUOD CARITAS SUADET CIVIBUS SUIS „PRÆCIPIT:) Nam caritas ex hypothesi Authoris „non per modum præcepti impedit facultatem occidendi furem, etiam rerum servandarum causa, „sed legislatores demum illam prohibere. vid. §. „*praced.* At dictum jam est, leges illas non immutasse jus naturæ, sed defensionem rerum suarum „permittere, etsi nullum adsit vitæ periculum. Atque hactenus verum non est, legislatores illos „præcipere id, quod caritas saltem suadet.

„mm) (NE QUEM INTERFICIANT IDEO DUNTAXAT QUIA REM FURATUR:) Imo id nullibi „legibus illis prohibetur; contrarium ex ipsis legibus „jam probatum est. Equidem Car. V. in ordinatione criminali prohibuit, ne quis alterum occidat „nisi lethalibus armis invadatur. At hoc non pertinet ad furem nocturnum, nec ad casum si res „aliter servari non possit.

„nn) (IPSE IN DISCRIMEN VENERIT:) Diximus „id opus non esse, sed sufficere rem mihi aliter „salvam esse non posse, etsi nullum occisori vitæ periculum immineat.

„oo) (MOSES MAIMONIDES NOTAVIT:) At is „non excludit alios casus; nam præterea vindex „sanguinis cædere homicidam potuit: Ebræus, qui „Ebræum in gentilium potestatem traderet, qui in „contemtum numinis præceptum aliquod violaret, „Apostatæ, Idololatræ, impune a quolibet privato „occidi poterant, quod ex ipso Maimonide probat Seldenus de jur. nat. L. 4. c. 3.

a) (QUID VERO JAM DE LEGE EVANGELII DICEMUS:) Lex Evangelii ad jus naturæ plane non pertinet, adeoque in interpretatione hujus disciplinæ nullam habet authoritatem.

ADDITIO.

„Præcepta Evangelii non pertinent ad eam partem juris naturalis quæ *inter homines* obtinet; sed „ad eam quæ homines obligat *intuitu Dei*: Hinc „duplicia præcepta continet, 1) ut jura quæ inter „homines obtinent cuique tribuantur ex mentis „puritate: 2) ut homines Deum riè colant: inter partes cultus autem retulimus imitationem perfectionum divinarum, i. e. exercitium virtutum. „Hanc partem præcipue docendo inculcat Servator, quia totam hanc disciplinam moralium Doctores

[b] idem ab ea permitti quod permisit lex Moysis; [c] an ut in aliis rebus perfectior est lege Moysis, ita hic quoque plus eam a nobis exigere? [d] Ego quin plus exigat non dubito. Nam si tunicam & pallium [e] deseri jubet Christus, & Paulus damnum aliquod injustum tolerari potius quam litigari, [f] quæ incruenta contentio est: [g] quanto magis vult res etiam momenti majoris deseri potius quam interfici a nobis hominem, [h] Dei effigiem, [i] eodem nobiscum sanguine ortum? [k] Quare si res servari potest, ita ut non videatur periculum esse faciendæ cædis, recte id quidem; [l] sin aliter, omittenda res est: nisi forte talis aliqua res sit, [m] ex qua vita nostra & familiæ nostræ pendeat, [n] quæque judicio recuperari nequeat, [o] forte quia fur sit ignotus, [p] & spes sit aliqua sine cæde rem abituram.

2. Et quanquam hodie [q] omnes ferme, tam Jurisconsulti, quam Theologi doceant, recte hominem a nobis interfici posse, rerum defendendarum causa, [r] etiam extra eos fines in quibus lex Mosis & Romana id permittit; puta si fur jam re accepta fugiat; tamen quin *Soto d. art. 8. Less. dub. xi. n. 74. Sylv. in verbo Bellum. 2. n. 3. lib. 1.*

ea

„res apud Hebræos insuper habebant: Horum præ„ceptorum neglectus proprie pœnam non meretur, „puritas enim mentis, in qua substantia virtutum „consistit, metu pœnarum moveri nequit; & caren„tia præmiorum, quæ cuique actui perfectionis de„stinata sunt, loco pœnæ est. *Vid. Diss. Prooem. III.* „*§. 11. §. 44. n. 9. seq. §. 57.*

„*b*) (IDEM AB EA PERMITTI, QUOD PERMIT„TIT LEX MOSIS:) Quæ non tantum permittit in„ternecionem furis, si fur me persequentem in pe„riculum adducat, (ita enim Author legem illam „interpretatur,) sed etiam si periculum quidem vi„tæ non est, res tamen aliter servari non potest.

„*c*) (AN UT IN ALIIS REBUS PERFECTIOR EST „LEGE MOSIS:) Ita, ut licet lex mosis permittat „Evangelium tamen id prohibeat. Vide *Proleg.* „*§. 48. & Lib.* 1. *c.* 2. *§. 6.*

d) (EGO QUIN PLUS EXIGAT, NON DUBITO:) Authoris sententiam de obligatione Evangelii late explicavi supra *l. 1. cap.* 2. *§. 6.* eamque simul refutavi *ibidem, & in differt. prooem. III. §. 39. seq.*

„*e*) (DESERI JUBET CHRISTUS:) Imo non ju„bet Christus id fieri, sed virtutis & perfectio„nis id esse asserit. Vide *L.* 1. *c.* 2. *§. 8. n. 4.*

„*) (ET PAULUS:) Vide *d. §. 8. n.* 4.

„*f*) (QUÆ INCRUENTA CONTENTIO EST:) Lo„quitur enim de certatione, quæ non fit per vim, „sed coram magistratu.

„*g*) (QUANTO MAGIS VULT RES ETIAM MA„JORIS MOMENTI DESERI. &c.) Argumentum „procedere posset si Christus & Paulus id jussis„sent: at, cum illi saltem perfectionis regulas sup„peditent, nihil aliud inde elici potest, quam per„fectius agere eum qui jure suo non utitur, nec „rei suæ servandæ causa alium occidit.

„*h*) (DEI EFFIGIEM:) Hominem enim creatum „esse ad effigiem Dei, & sacra pagina, & gentilium philosophia tradit.

„*i*) (EODEM NOBIS CUM SANGUINE NATUM:) „Ex Adamo.

„*k*) (QUARE SI RES SERVARI POSSIT, ITA UT „&c.) Imo etsi periculum sit faciendæ cædis, tuto „rem meam cum internecione raptoris servare pos„sum; Sed, juxta doctrinam Servatoris, generosius „est vitam hominis suæ rei præferre.

„*l*) (SIN ALITER, OMITTENDA RES EST:) Me„re virtutis id est: jure naturæ & divino recte occi„di potest,

„*m*) (EX QUA VITA NOSTRA ET FAMIFIÆ NO„STRÆ PENDEAT:) Pro servanda re nostra in ge„nere fur occidi potest, si alia ejus tuendæ ratio „non sit. Idque verum est, sive res nobis vel „nostris necessaria sit, sive non; sive ego in peri„culum adducar, sive non: Sane omne vitium est „in fure, qui rem furto ablatam adeo dimittere „non vult, ut vitæ periculum subire malit.

„*n*) (QUÆQUE JUDICIO RECUPERARI NEQUEAT:) „Si enim judicem recuperari potest non est necessaria „defensio, neque vita nostra ex illa re tum pendet.

„*o*) (FORTE QUIA FUR SIT IGNOTUS:) Imo „etsi fur sit notus, cum enim evadere & effugere „possit, hoc quoque casu necessaria erit defensio.

„*p*) (ET SPES SIT ALIQUA SINE CÆDE REM „ABITURAM:) Dictum est, me etiam animo facien„dæ cædis rem meam defendere posse, si aliter ser„vari nequeat.

„*q*) (OMNES FERE TAM ICTI &c.) Pro affir„mantibus quoque agit *Puffend. de jur. nat. L. 2.* „*c. 5. §. 18. Ant. Matth. ad Tit. de sicar. c. 2. n. 8.* „*Brunn. ad L. 9. ff. de sicar. Carpz. P. I. Qu. 32.* „*n. 38. ibique DD.* ubi requirit ut clamore testifice„tur propter *L. 4. L. Aquil.*

„*r*) (ETIAM EXTRA FINES, IN QUIBOS LEX

ea quam protulimus [s] sententia veterum Christianorum fuerit, non dubitamus: nec dubitavit [t] Augustinus, cujus hæc verba sunt: *Quomodo apud divinam providentiam a peccato liberi sunt, qui pro his rebus quas contemni oportet humana cæde polluti sunt?* Nimirum in hac materia, ut in aliis multis, [u] cum tempore laxata est disciplina, & paulatim interpretatio legis Evangelicæ [w] cœpit ad sæculi mores accommodari. [x] Olim in clericis retineri solebat forma veteris instituti, tandem his quoque [y] remissa.

De lib. arbitr.

Panorm. c. 3. de homic. Less. d. l.

§. XIV.

Quæritur a nonnullis, an non lex saltem civilis, ut jus habens vitæ ac necis, si quo casu permittat furem interfici a privato, simul etiam præstet [a] ut id ab omni culpa sit liberum. [b] Minime vero id concedendum arbitror. Nam primum [c] lex jus necis non habet in omnes cives ex quovis delicto, sed demum ex delicto tam gravi ut mortem

„MOSIS ET ROMANA ID PERMITTIT:) Author „enim existimat illas leges tunc demum permittere cædem furis, si ipse in periculum vitæ adducatur §. 12. At jam dixi, mores nostros, si clamorem excipias, cum jure naturæ & legibus „Mosis accurate convenire, omnimuque eandem „esse rationem, sc. omnia licere, sine quibus res „mea salva mihi esse nequit.

„s) (SENTENTIA VETERUM CHRISTIANORUM „FUERIT:) Hoc facile concedimus, at primi illi „Christiani non jura tradiderunt, sed virtutis re„gulas inculcarunt, adeoque loquuntur de eo quod „perfectius est omittere, etsi de jure liceat.

„t) (AUGUSTINUS:) *de lib. arb. quæst.* 48.

u) (Grot.) (CUM TEMPORE LAXATA EST DOCTRINA:) Hieronymus in vita Malchi: *Postquam ecclesia coepit habere christianos magistratus, facta est quidem opibus major, sed virtutibus minor.* Vid. c. suscepimus, de homicidio voluntario &c. de his, distinct. 1.

„w) (COEPIT AD SECULI MORES ACCOMMO„DARI) Imo Evangelium nunquam cædem fu„ris in vim juris prohibuit, sed id contrariari per„fectioni docuit: adeoque juxta regulas juris nec „olim nec hodie prohibitum fuit furem noctur„num occidere, at juxta regulas perfectionum nec „olim id licuit, nec hodie: nam & hodie perfe„ctius est remittere jus suum, adeoque hactenus „non laxata potest dici disciplina ecclesiastica, nec „ad mores seculi accommodata lex Evangelii, ut„pote quæ hodie eadem valet authoritate qua olim; „tanquam norma scilicet virtutum:

„x) (OLIM IN CLERICIS RETINERI SOLEBAT FOR„MULA VETERIS INSTITUTI:) Ita, ut ne quidem „vitæ defendendæ causa latronem occidere liceret, „quo pertinet Nicolai Papæ Rescriptum *Dist. 50.* „*c. 6. vid. Balmason ad Cap. Apost.* 27. Hinc præsbi„tero, qui vitæ tuendæ causa latronem ictu lapidis „peremit, sacris per totam vitam interdictum esse „refert *Zigler ad Grot. h. l.*

„y) (REMISSA EST HOC NOMINE CENSURA:) „Posterioribus enim temporibus mitius tractari „cœpit Clericus vitam defendens. *Espenedus Di„gress. L. 2. c. 4.* & disputari nunc solet, an Cleri„cus talis fiat irregularis? *Aug. Barbosa ad Capit.* „*10. de Homicid. Rintfeld. ad Capit. 10. de injur.* „*& damn. qu. 6. Concl. 5. Zigl. d. l.*

a) (UT ID AB OMNI CULPA SIT LIBERUM:) Quæritur, an ex licentia illa, quam leges civiles concedunt furem nocturnum occidendi, verum jus oriatur, an saltem impunitas? Posterius demum concedit author.

b) (MINIME ID CONCEDENDUM ARBITROR:) Imo verum jus inde oritur: nam demonstravimus, jus hoc defendendi res suas a summo opifice concessum, per *Posit. 4. n. 4.* omnibusque etiam brutis ingeneratum, & iisdem, quibus legitimum bellum, obvallatum esse. Imo ipse Author jure naturæ id licitum esse, nec caritatem obstare, asseruit §. 11. *n* 1. Verum igitur non est, hoc defendendi jus saltem excusare cædentem, quia tunc demum excusatur actus si is per se injustus est, & cædens ob aliam accidentem rationem vel plane immunis est a pœna, vel saltem pro parte: Hac ratione excusatur is qui ex summa inopia furtum committit, pœna enim ideo mitigatur. Ideo Pihnea immunis fuit a pœna; etsi enim jus non habuerit adulterum occidendi, tamen laudatur factum quia zelo quodam pio id fecit, & gloriæ divinæ vindicandi causa: Atque hoc apud Hebræos vocatur judicium Zeli, de quo Seldenus late egit, & cujus rei exempla alia proposuit Grotius supra §. 7.

ADDITIO.

„Huc quoque referri solet lex quæ permittit cæ„dem uxoris in adulterio deprehensæ: At ex hac quoque licentia verum jus marito oriri alibi demonstravimus. *Vid. l. 2. c. 20. §. 17.*

„c) (LEX JUS NECIS NON HABET &c. EX QUO„VIS DELICTO:) Imo, si abusus aliter cohiberi non „potest, magistratui jus est mortis pœnam infli„gendi: quod sæpius in re minima fieri videmus, ut

mortem mereatur. Eſt autem valde probabilis Scoti ſententia, fas non eſſe quemquam ad mortem damnare [d] niſi ob delicta quæ lex per Moſem data morte punivit, addito duntaxat, [e] aut quæ his ſunt paria recta exiſtimatione. Neque enim videtur notitia divinæ voluntatis, quæ ſola animum tranquillat, aliunde in hoc negotio tam gravi haberi poſſe, [*] quam ex illa lege, [f] quæ certe mortis pœnam in furem non conſtituit. Præterea vero [g] lex nec debet nec ſolet jus dare, etiam eos qui mortem meruerunt privatim interficiendi, [h] niſi in criminibus valde atrocibus: [i] alioqui fruſtra inſtituta eſſet judiciorum auctoritas. Quare ſi quando lex impune furem dicit interfici, [k] tollere quidem pœnam cenſenda eſt, [l] ſed non etiam jus dare.

§. XV. [a] Ex

„ut in eum qui venatur in loco publico, qui falſam cudit monetam, in furem 5 aureorum.

d) (NISI OB DELICTA QUÆ LEX PER MOSEN DATA PUNIVIT:) Lex forenſis a Moſe data mere poſitiva eſt. Prout igitur ipſi licuit pœnas capitales quibusdam delictis, quæ ſocietatem publicam turbant, indicere, ita & aliis magiſtratibus id negari non poteſt, ſi neceſſitas publica id exigat. Præterea leges Moſis tantum obligant Hebræos, aliis autem gentibus normam præſcribere non poſſunt. Adde *Gron. b.*

„*e*) (AUT QUÆ HIS SUNT PARIA ÆSTIMATIONE:) Imo, quoties neceſſitas publica id exigit.

„*) (QUAM EX ILLA LEGE:) Argumentum ex „lege Moſis omnino hactenus valet, ut quidquid „ea lege ſtatutum eſt id etiam a chriſtiano ma„giſtratu ſtatui poſſit. *vid. Lib.* 1. *c.* 1. *§.* 17. *n.* 3. „At inde non ſequitur, ulteriores pœnas in mali„tiam hominum etiam in illis caſibus, ubi par ra„tio non obtinet, ob utilitatem publicam ſtatui non „poſſe.

„*f*) (QUÆ CERTE MORTIS POENAM IN FUREM „NON STATUIT:) Sed tantum reſtitutionem qua„drupli; Verum hic non quærimus de pœna fu„ris, quo modo, ſi in poteſtate judiciis conſtitu„tus eſt, puniri debeat: Sed loquimur de fure fu„giente & res noſtras auferente, hic enim occidi „poteſt non in pœnam, ſed jure neceſſariæ defen„ſionis: Secus igitur, ſi furto peracto fur per in„tervallum in noſtram poteſtatem veniat, tunc „enim occidi non poteſt, ſed vel magiſtratui tra„dendus, vel ſi inter gentes res agitur, & furis „magiſtratus juſtitiam negat, bello reparatio exigi „poteſt.

„*g*) (LEX NEC DEBET JUS DARE PRIVATIM IN„TERFICIENDI:) Jus occidendi furem non ex le„ge civili demum naſcitur, ſed ex lege naturæ, „quæ jus defendendi res meas etiam cum interne„cione furis mihi concedit.

„*h*) (NISI IN CRIMINIBUS ATROCIORIBUS:) v. g. „in banno imperii, in deprehenſa in adulterio. &c.

„*i*) (ALIOQUI FRUSTRA INSTITUTA ESSET JU„DICIORUM AUTHORITAS:) Nos ſupponimus ca„ſum, ubi judiciorum authoritas ceſſat, i. e. ubi „fur cum re ablata fugit, adeoque ubi neceſſaria „defenſio incipit, & per judicia jus nobis ſalvum „eſſe non poteſt.

„*k*) (TOLLERE QUIDEM POENAM CENSENDA EST:) „Adeoque putat, ſolam impunitatem dari occiſori.

„*l*) (SED NON ETIAM JUS:) Imo intra termi„nos neceſſariæ defenſionis verum jus [illegible]at, utpote „quod voluntate Creatoris, adeoque jure naturæ, & „approbatione legis nititur: Supponimus enim „judiciorum authoritatem interponi non poſſe, nec „per judicia jus nobis ſalvum eſſe.

a) (EX HIS QUÆ DIXIMUS APPARET:) Quæſtio hic proponitur, an duella, i. e. dimicationes ſingulares inter duos, licita ſint? Nos in genere omnia duella, extra terminos neceſſariæ defenſionis, improbamus: Atque hinc 1) quoties injuria facta jam eſt, adeoque quoties de injuriæ peractæ reparatione agitur, nunquam duella licita ſunt, ſed tunc judex ordinarius adiri, & ab eo ſatisfactio peti debet. Nam 2) diximus ideo, ſummam poteſtatem conſtitutam eſſe, ne per alium controverſiæ dirimantur: ſi vero quilibet adverſarium ad duellum provocare poſſet, non opus foret ſuperiore. Sane 3) duella non ſunt verum & adæquatum medium reparandi juris, quia injuriam paſſus ibi perire poteſt, quo ipſo augeretur potius alterius injuria. Neque 4) Deum præſidem huic aleæ fore credi debet, quia alea hæc locum habet ubi omne aliud remedium ceſſat, at, cum Deus juris dicendi vices delegaverit magiſtratui, hoc ipſo declaravit, ſe aleæ huic præſidere nolle. Sed & 5) certum eſt, neutrum dimicantium de vita ſua diſponere poſſe: & æque illicitum eſſe vitam ſuam exponere, quam alterum vita privare. Accedit 6) omnium moratiorum gentium conſenſus. Nam in oratione mea *de Progreſſu Juris Europæi* demonſtravi, duella illa ex prima hominum feritate orta eſſe, & eodem abuſu retenta fuiſſe quo jus vitæ & necis in ſervos. Adeo enim abuſus ille in Europa inprimis invaluit, ut lege publica is modus decidendi in controverſiis privatorum receptus fuerit. *vid. leg. Bajuv. L.* 1. *tit.* 2. *&* *L.* 5. *tit.* 11. Longobardorum *lib.* 2. *tit.* 55. Siculorum *lib.* 2. *tit.* 32. *&* 33. Quin & in jure feudali leges de certamine privatorum extant 2 *Feudor.* 27. Fragmenta

§. XV.

[a] Ex his quæ diximus apparet, [b] duobus modis posse contingere ut a privatis sine peccato suscipiatur singularis dimicatio: primum, si invasor concedat alteri licentiam dimicandi, [*] alioqui eum occisurus sine dimicatione: deinde, si rex aut magistratus [c] duos mortem meritos inter se committat; quod si fiat, [d] illis quidem licebit arripere spem salutis. At qui jussit, is [e] minus recte officio functus videbitur, cum satis fuisset, si unius supplicium sufficere videbatur, [f] forte eligi moriturum.

§. XVI.

Quæ vero dicta huc usque a nobis sunt, de jure tuendi se ac sua, [a] maxime quidem ad bellum privatum pertinent, [b] sed ita ut ad publicum

de jure campionum (Kampf-Recht) nobis reliquit Schottelius. Confer. *Lindenbrog. in Glossario* voce *Duell[...]* & voce *Cambio*. Frodo Rex Sveciæ omnes causas privatorum ita decidi jussit apud *Saxon. Grammatt. l. 5. p. m.* 77. Confer. *Bodin. de Republ. l. 4. c. 7. Disput. mea de probat. Feudal. c. 2. Hypomn. mea Jur. Feudal. tit.* 9. §. 11. In Gallia publico Edicto illa duella permisit Henricus II. apud *Grammond. Histor. L. 1. p.* 74. At generali gentium consuetudine hic mos abolitus, eoque jus naturæ restitutum fuit. In Germania id in Comitiis statutum est per Constitutionem, quæ vocatur Erkläryrung des Land-Friedens de anno 1500. In Gallia per decretum comitiale de anno 1615. In Sicilia a Friderico II. *Confer. Grammond. Lib. 1. p. 74. Thuan. Histor. L. 1. c.* 9. Alia exempla vide apud *Test. h. lit. b.* Conf. *Grot. inf. c.* 20. *§. 8. & c. 23. §. 10.*

Author duplicem facit exceptionem: 1.) si quis ab alio invaditur, tunc enim jure necessariæ defensionis licet cum invasore dimicare. 2) Si Princeps duos, qui mortem meriti sunt, inter se committit, quia nihil interest an magistratus mortem meritam eis inferat per apparitorem, an per correum.

ABOITIO.

„De duellorum licentia egimus in *Diss. prooem.* „*XII. §. 691.* quo lectorem remittimus.

„*b*) (DUOBUS MODIS.) Imo plures possunt esse „modi, uti mox videbimus.

„[*]) (ALIOQUI EUM OCCISURUS:) Adeoque ju„re necessariæ defensionis.

„*c*) (DUOS MORTEM MERITOS INTER SE COM„MITTAT:) Rationem jam dedimus quia in arbi„trio principis est per quos exequi sententiam ve„lit, an per apparitores an per correos. Dissentit „*Osiander in Observ. ad h. §.* tum quia nefas ei vi„detur cooperare ad propriam mortem, tum quia „putat reum mortis pœnam pati quidem debere, ne„fas vero esse occidere eum qui non læsit. At „prior ratio inanis est, quia is non cooperat ad „propriam mortem qui ex sententia superioris „eam patitur non sua manu, sed a manu correi. „Altera ratio itidem nihil concludit, nam dum „eum occidit qui non læsit, id non suo jure fa„cit, sed jussu superioris: qui uti per apparitores, „ita & per correos sententiam exequi, ex flagitio„sis mortem inferre potest.

„*d*) (ILLIS QUIDEM ARRIPERE LICET SPEM „SALUTIS:) Dimicatio talis ideo licita Authori vi„detur, quia victor spem salutis ex ea pugna habet, „quam arripere licite potest. At ex plane alia ra„tione dimicatio illa licita fit, quia nimirum in„star apparitorum sunt, & sententiam judicis ex„sequuntur.

„*e*) (MINUS RECTE OFFICIO SUO FUNCTUS VI„DETUR:) In principis arbitrio est cui nam instru„mento executionem pœnæ committere velit.

„*f*) (SORTE ELIGERE MORITURUM:) At ipsa „pugna sors est. vid. *Grot. Lib. 2. c. 23. §. 10.* Cæ„terum dimicantibus nulla fit injuria, uterque „enim mortem meritus est.

„Quæritur, si unus correorum occiditur duello, „an alter a pœna liberetur? Resp. si tale crimen „est cui gratiam facere Princeps potest, tota res „ab ejus arbitrio pendet. Si vero jure naturæ „mortis pœna statuta est, ut in homicidio, neces„sario morti tradendus est, vel per manus appa„ritoris, vel exponendo eum novæ pugnæ.

„*a*) (MAXIME QUIDEM AD BELLUM PRIVATUM „PERTINENT:) Quod sel. inter privatos geritur, & „publico antiquius est: Prius enim singuli certa„bant antequam in societates coirent. *Vide L. 1.* „*c. 1. §. 2. & c. 3. §. 1. n. 1.*

b) (Grot.) (SED ITA, UT AD PUBLICUM QUOQUE APTARI DEBEANT:) Ammianus lib. XXIII. *Cum irruentibus armis externis lex una sit & perpetua, salutem omni ratione defendere: nihil renitente vi moris.* Alexander Imperator oratione ad milites apud Herodianum V. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων οὐκ εἰς γνώμενα ἔχει τὴν πρόκλησιν, τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαρραλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύ-

blicum quoque aptari debeant, [c] habita diversitatis ratione. Nam in privato bello [d] jus quasi momentaneum est, [e] & cessat simulatque judicem adiri res patitur. [f] At publicum, quia non oritur nisi ubi non sunt aut cessant judicia, tractum habet, [g] & perpetuo fovetur accedentibus novis damnis & injuriis. Præterea in bello [h] ferme defensio mera consideratur, at [i] publicæ potestates cum defensione & ulciscendi habent jus: Unde illis licet [k] prævenire vim non præsentem, sed quæ de longo imminere videatur, [l] non directe (id enim injustum esse supra docuimus) [m] sed indirecte ulciscendo delictum cœptum jam, sed non consummatum: de quo agendi erit [n] alibi locus.

§. XVII.

Illud vero [a] minime ferendum est quod quidam tradiderunt, jure gentium arma recte sumi [b] ad imminuendam potentiam crescentem *Alb. Gent. lib. 1. c. 14.*

ἀμύνεσθαι ὑπάρχει τὸ εὔελπι: Injurias qui prior infert nihil habet probabilis coloris: at qui sibi molestos arcet, ex bona conscientia sumit fiduciam, bonaque ei spes adest inde, quod injuriam non inferat, sed auferat.

ADDITIO.

„Uti enim bellum privatum nititur sola defen„sione naturali, ita bellum publicum quoque non „est licitum, nisi pro defendendo jure. *d. c.* 1. §. 2. „*n.* 1.

„*c*) (HABITA DIVERSITATIS RATIONE:) Circa „jus ipsum nulla est differentia: Utrumque bellum „supponit necessariam juris sui defensionem.

„*d*) (JUS QUASI MOMENTANEUM EST:) Sup„ponitur enim in eo momento copiam non esse „judicis.

„*e*) (ET CESSAT:) Tunc enim definit defensio „esse necessaria.

„*f*) (AT PUBLICUM &c. TRACTUM HABET:) „quia summæ potestates nunquam judicem habent, „qui lites earum dirimat, adeoque quovis tempore „recuperatio seu defensio juris est necessaria.

„*g*) (ET PERPETUO FOVETUR &c.) Nam sæpius „orto bello, novæ belli causæ subnascuntur. *Vid.* „*l.* 3. *c.* 1. §. 3. quarum defensio licita est.

„*h*) (FERME DEFENSIO MERA CONSIDERATUR:) „Imo & ultio: Hinc si quis injuriam mihi intulit „& aufugit, postea forte in loco ubi vulgo iter fieri „non solet mihi occurrit, & denuo fuga se surripere „vindictæ meæ studet, eum jure occidere possum. „Pariter si in loco deserto reum invenio ubi judicis „copia non est, talionem ab eo sumere possum.

„*i*) (PUBLICÆ POTESTATES &c. ETIAM JUS „ULCISCENDI HABENT:) Nam dari quoque bella pu„nitiva Author passim tradit. Vid. *l.* 2. *c.* 20. §. 1. & „§. 38. Cæterum etiam in bello privato ultionem „sumi posse, si injuria aliter reparari nequit, mo„do dictum est.

„*k*) (PRÆVENIRE VIM NON PRÆSENTEM &c.:) „Sed quæ metuitur, & in actum aliquem deducta „est: jam enim incipit defensio esse necessaria.

„*l*) (NON DIRECTE, ID ENIM INJUSTUM ESSE „SUPRA DOCUIMUS:) Ob injuriam enim non fa„ctam, & ob solum metum injuriæ jus belli non „esse vidimus supra §. 5.

„*m*) (SED INDIRECTE &c.) Eum, qui actu vim „parat, & insidias struit, adeoque animum læden„di in actum aliquem externum deducit, etiam *di*„*recte* prævenire possum, idque ex jure necessariæ „defensionis; quia aliter injuria evitari, nisi præ„veniendo, non potest. Neque id proprium saltem „est bellis publicis, sed & in privatis obtinet: ad„eoque hæ diversitatis rationes magis subtilitatem „sapiunt, quam usum in jure habent.

„*n*) (ALIBI:) *Lib.* 2. *c.* 20. §. 38. & *c.* 22. §. 5.

a) (ILLUD VERO MINIME FERENDUM EST &c.) Quæritur, an metus vicinæ potentiæ sit justa belli causa? Negatur, quia nondum injuria facta est, adeoque nec defensio juris, nec reparatio injuriæ locum habere potest, quod plenius examinabimus infra *L.* 2. *c.* 22. §. 5. Male igitur hanc causam allegarunt Galli in bello contra Imperatorem & Hispanos gesto apud Grammond. *Histor. Lib.* 4. Duo tamen excipiuntur casus: 1) Si certum sit vicinum meditari bellum, si fœdera contrahit, si exercitum auget, si vicina castra munit &c. ne literæ forte intercipiantur, ex quibus constet contra me hoc parari, tunc enim eum prævenire possum, quia injuria vere fit, adeoque jus necessariæ defensionis incipit: de quo casu egimus supra §. 2. 2) Si socio, qui justam belli causam habet, ideo assisto, quia potentiam metuo ejus qui socii mei hostis est; nam tunc bellum non gero jure meo, & ob injuriam mihi factam, sed defendo socii causam, etsi causa accedendi suasoria sit metus vicinæ potentiæ.

„*b*) (AD IMMINUENDAM POTENTIAM CRESCEN„TEM:) Causa igitur hæc non est justifica, sed suaso„ria; quæ movere ad bellum suscipiendum solet. *vid.* „*l.* 2. *c.* 1. §. 1. Exempla congessit Tesmarus *in not. h.* „Ex ea enim causa Lacedæmonii bellum moverunt „in Athenienses: *Thucyd. I. p. m.* 48. Romani in „Antiochum: *Appian. de Bello Syr. c.* 47. Turnus „& Rutulus in Aborigenes: *Liv, L.* 1. *c.* 2. Fidena„tes in Romanos: *Liv. L.* 1. *c.* 14. Confer. *Polyb.* „1. *c.* 10. *Thuan. L.* 37. *pr.* At pro justa causa gen„tes eam non habuere, nec eam tanquam justificam alle-

tem quæ nimium aucta nocere poſſet. Fateor in conſultationem de bello & hoc venire, [c] non ſub ratione juſti, ſed ſub ratione utilis: ut ſi ex alia cauſa juſtum ſit bellum, [d] ex hac cauſa prudenter quoque *Bal. l. 3. de rer. divis.* ſuſceptum judicetur: [e] nec aliud dicunt qui in hanc rem citantur auctores. Sed ut vim pati poſſe [f] ad vim inferendam jus tribuat, [g] ab omni æquitatis ratione abhorret. Ita vita humana eſt, [h] ut plena ſecuritas nunquam nobis conſtet. Adverſus incertos metus [i] a divina providentia, [k] & ab innoxia cautione, non a vi præſidium petendum eſt.

§. XVIII.

Albric. Gent. l. 1. c. 13. Caſtr. lib. 5 de juſtitia. I. [a] Nec minus illud diſplicet, quod docent, [b] ju-

„allegare ſolent. Equidem Arioviſtus Cæſari id„eo bellum indixit, quod videatur exercitum in „Gallia habere ſui opprimendi cauſa. *Debere ſe „ſuſpicari, ſimulata Cæſarem amicitia, quod exer„citum in Gallia habeat, ſui opprimendi cauſa ha„bere, quod, niſi decedat, aut exercitum deducat „ex his regionibus ſeſe illum non pro amico, ſed pro „hoſte habiturum.* At ex præcedentibus apparet, „cauſam, eur Arioviſtus excedere voluerit Roma„nos, noo fuiſſe metum increſceotis potentiæ, ſed „cauſabatur, partem Galliæ ad Arioviſtum jure bel„li pertinere, alteram partem bellum ipſi intuliſſe, „adeoque bellum ſe nun aggreſſoris, ſed defenſo„ris vice gerere. Addebat porro, *Æduos, ceteros„que Galliæ populos bello victos ſtipendium promi„ſiſſe, nunc recuſare; populum Romanum id jus „ipſi quæſitum auferre non poſſe prætextu ſocietatis „cum Gallis initæ. Caſ. d. l. c.* 21. 22. 26. & 27. „Adeoque ex his conſtat, Cæſarem potius metu „vicinæ potentiæ Arioviſtum bello impetiiſſe, ita „enim ipſe ait *d. l. c.* 5. *Quibus rebus adductus Cæ„ſar expectandum ſibi non ſtatuit, dum omnibus „ſociorum fortunis conſumtis in Santones Helvetii „pervenirent. Et cap.* 16. *& in Galliam magnam „Germanorum multitudinem venire populo Romano „periculoſum videbat, qui cum Galliam occupaſſent, „in Provinciam exirent, atque inde in Galliam con„tenderent.* At nec Cæſar illam ſuadendi cauſam „prætexebat, ſed quod Æduos, ceterosque populi „Romani amicos defendere, & injurias iis illatas „vindicare propoſitum eſſet, *d. L.* 1. *c.* 20. idque „late, expoſitis ſimul rationibus arctiſſimæ neceſſi„tatis quæ ipſis cum Æduis intercederet, *c.* 25. & 26. „repetiit, atque tandem concludit: *Populi Romani „hanc eſſe conſuetudinem, ut ſocios & amicos non „modo ſui nihil deperdere, ſed gratia, dignitate, „honore auctiores eſſe velit:* & denuo poſtulavit, *ne „aut Æduis, aut eorum ſociis bellum inferret.*

„[c]) (NON SUB RATIONE JUSTI, SED SUB RA„TIONE UTILIS:) Metus enim ille ſolet eſſe cau„ſa ſuaſoria, quæ gerentes ad bellum inferendum „movet, qui forte ex ſola cauſa juſtifica bellum „geſturi non fuiſſent; At is non eſt cauſa juſtifica; „i. e. non eſt juſta belli inferendi cauſa. vid. *ſup. „L.* 2. *c.* 2. *§.* 1. *& Lib.* 2. *c.* 22. *§.* 2. *&* 3.

„[d]) (EX HAC CAUSA PRUDENTER QUOQUE „SUSCEPTUM JUDICETUR:) Quia non tantum mo„vemur ſub ratione juſti, ſed & ſub ratione utilis. „*Vid. ſupra §.* 1. Nam alibi diximus, in omnibus „bellis duplicem obvenire quæſtionem 1) an jure „bellum geri poſſit? 2) an utile ſit? & an emolu„dum aliquod ex bello illo ſperari poſſit? Poſte„rior quæſtio non ex jure, ſed ex rationibus poli„ticis ac prudentiæ decidi debet.

„[e]) (NEC ALIUD DICUNT AUTHORES:) Non enim „ex cauſa tali juſtum geri bellum aſſerunt, ſed ex „ea moveri læſos ajunt, ut ex cauſa juſtifica bellum „proſequantur: idque ex exemplis ante allegatis „apparet. *Vid. Vitr. Grot. enucl. l.* 1. *c.* 1. *qu.* 31. ibi que *Scharrok. de offic. c.* 3. *c.* 9. *c.* 10.

„[f]) (AD VIM INFERENDAM JUS TRIBUAT:) „Bene mentem Grotii Gronovius hic explicat: ſcl. „non æquum eſſe ut, quia prævideo aliquem huc „creſcere poſſe me ut impune lædat, cum hujus „animi nondum ulla ſigna det, ideo eum aggredi „poſſim, & incrementa ejus vi interpellare.

„[g]) (AB OMNI ÆQUITATIS ABHORRET:) Quia „rationi naturali refragatur, agere ad reparationem „injuriæ quæ data nondum eſt.

„[h]) (UT PLENA SECURITAS NUNQUAM NOBIS „CONSTET:) Adeoque nulla vitæ pars a bello un„quam vacaret *Term. h.*

„[i]) (A DIVINA PROVIDENTIA:) Quæ juſtam „tueri ſolet cauſam: *Vid. Prolog. §.* 27.

„[k]) (ET AB INNOXIA CAUTIONE:) Imo nemo „a vicino jus exigendi cautionem habet, & hæc „ipſa prætenſio injuria eſſet, quam alter bello aver„tere poſſet, quod latius explicavimus ſupra §. 2. „*n.* 1. Nullum igitur aliud remedium ſupereſt, quam „ut is qui metuit, ſuæ ſecuritati pariter proſpiciat, „ne forte vicinus eum imparatum aggrediatur:

[a]) (NEC MINUS ILLUD DISPLICET:) Quæritur an is, qui bellum promeritus eſt, ſe defendere jure poſſit? Recte author id negat, quia injuriam defenderet. Inſtant quidam, defenſionem licitam ideo videri, quia metuere lædens poteſt ne excedatur in vindicta: Reſp. 1) impedire hoc poteſt offerendo ſatisfactionem i. e. reparando injuriam: quam diu id non facit, injuria agit, & alter

[b] justam esse defensionem etiam eorum qui bellum promeriti sunt, quia scilicet pauci contenti sunt [c] tantundem reponere vindictæ quantum acceperunt injuriæ. [d] Nam metus ille rei incertæ jus ad vim dare non potest: [*] unde nec reus criminis jus habet publicis ministris capere se volentibus per vim resistendi, ob metum ne plus æquo puniatur.

2. Sed qui in alium peccavit, [e] debet primum ei quem læsit offerre satisfactionem [f] viri boni arbitratu: [g] ac tum demum pia erunt ejus arma. Sic Ezechias, cum fœdere non stetisset, quod cum rege Assyrio majores ejus pepigerant, bello petitus fatetur culpam, [h] & regi permittit arbitrium mulctæ: Idque cum fecisset, [i] & postea iterum bello lacesseretur, fretus bona conscientia vim hostium sustinuit, [k] & Deum habuit faventem. [l] Pontius Sammis post res Romanis

2. Regum xviii. 7. 14 & cap. xix.

ter in infinitum capere, mediaque injuriam continuandi auferre potest. Non ergo potest allegari alterum forte excessurum, quia non datur excessus quam diu reparatio nondum facta est, i. e. quamdiu læsus facultatem jure suo sine interpellatione adversarii utendi nondum recepit; nondum tutus est sua possessione: tamdiu enim in infinitum omnia in hostem licent donec salvum sit alterius jus, quod non nisi per ultimam victoriam, vel per transactionem contingit.

Atqui milites aliquando excedere possunt, adeoque hactenus defensio licita erit. &c. Resp. nec tum licita erit defensio, quia hujus excessus ipse causa est si enim injuriam reparare vellet: bello non esset opus, adeoque nec excessus sequerentur.

ADDITIO.

„Equidem hæc vera sunt de eo qui vel fatetur, „vel saltem convictus est in conscientia, se injustam „defendere causam, adeoque se bellum promeri„tum esse. Quid si vero Princeps putet justam „sibi esse causam, an tunc jure se defendere potest? „Equidem cum judicem utraque pars non habeat, „adeoque nemo judicare possit quis jure quis in„juria agat, hominum judicium de justitia causæ „in suspenso manet, donec divina decisio per ulti„mam victoriam accedat. Eodem modo, uti acto„ri & reo in privatis judiciis æque defendendi me„dia conceduntur, donec per sententiam alteruter „causa cadat.

„Atque hinc apparet, nec intuitu processus bellum „utrinque justum dici posse; nam alteruter necessa„rio injuria agit, id autem demum deciditur per „ultimam victoriam, seu per exitum belli.

„b) (JUSTAM ESSE DEFENSIONEM &c.) quomo„do justa esse potest si injuriam defendunt.

„c) (TANTUNDEM REPONERE VINDICTÆ:) Sen„sus hic est: cum jure naturæ bello tantum lici„tum sit jus suum vindicare *ad quantitatem debiti* „*& pœnæ*, pauci autem hac reparatione contenti „sint, videri posse lædenti propter metum exces„sus defensionem licitam esse. At negamus bello „tantum agi *ad quantitatem debiti & pœnæ:* in „hostem omnia in infinitum licent, ut alibi demon„strabimus, *Vid. l. 3. c.* 1. §. 2. *cap.* 11. §. *2. c. 3.* „§. *8. cap.* 13. §. 1. *cap.* 14. §. 1. *cap.* 15. §. 1. adeo„que hæc ipsa defensio, dum resistit ei qui jure „agit, & cui reparationem negat, injusta est.

„d) (NAM METUS ILLE REI INCERTÆ:) De „excessu scl. futuro.

„*) (UNDE NEC REUS CRIMINIS:) *Vid. Puffen*„*dorff. jur. nat. l.* 2. *c.* 5. §. *19.* Simile hoc pla„ne huc non quadrat: Subditus ideo judicare non „potest num plus æquo puniatur, quia omne suum „judicium in civitatem quæ punit transtulit.

„e) (DEBET PRIMUM OFFERRE &c. SATISFA„CTIONEM:) Eoque reparare injuriam: quod illu„stravimus exemplo Samnitum in *Proleg.* §. *27. lit.* „*b.*

„f) (VIRI BONI ARBITRATU:) Imo id non est „necessitatis: Nam ad arbitrium recipiendum ne„mo cogi potest.

„Quis ergo taxabit & æstimabit injuriam & da„mnum? Resp. læsus illud æstimat, si alter con„tradicat bello res decidi debet, judex enim alius „non est.

„g) (AC TUM DEMUM PIA EJUS ERUNT ARMA:) „Si sc. læsus oblatam satisfactionem respuat: Tunc „enim omnis injuria transit in læsum. *d.* §. *27.*

„h) (ET REGI PERMITTIT ARBITRIUM MUL„TÆ:) Verba hæc sunt. 2. *Reg.* 18. *v.* 14. *Tunc* „*misit Ezechias Rex Juda nuncios ad regem Assy*„*riorum, dicens, peccavi, recede a me, & omne,* „*quod imposueris mihi, feram:* Indixit igitur rex „Assyriorum Æzechiæ regi Judæ trecenta talenta „argenti, & triginta auri.

„i) (ET POSTEA ITERUM BELLO LACESSERETUR:) „Absque ulla causa, junctis simul in summum „numen blasphemiis. vide 2. *Reg.* 18. *v.* 17. *&* „*seqq. & cap.* 19.

„k) (ET DEUM HABUIT FAVENTEM:) Venit enim „angelus Domini & percussit in castris Assyrio„rum centum octoginta quinque millia hominum „2. *Reg.* 19. *v.* 36.

„l) (PONTIUS SAMNIS:) Apud *Liv. Lib.* 9. *c.* 1.

manis redditas, deditum belli auctorem: *Expiatum*, inquit, *est quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit. Satis scio quibuscunque diis cordi fuit subigi nos ad necessitatem dedendi res, iis non fuisse cordi tam superbi a Romanis fœderis expiationem spretam.* Mox: *Quid ultra tibi, Romane: quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum irarum, quem meorum judiciorum supplicem feram? Neminem, neque populum, neque privatum, fugio.* Sic cum Thebani omnia æqua obtulissent Lacedæmoniis, ii autem ultra tenderent [m] bonam causam ab his ad illos transiisse ait Aristides Leuctrica prima.

CAPUT II.

De his quæ hominibus communiter competunt.

I. *Ejus quod nostrum est divisio.*
II. *Proprietatis exordium & progressus.*
III. *Quædam propria fieri non posse, ut mare sumtum pro suo integro, aut præcipuis partibus, & quare.*
IV. *Sola non occupata cedere singulis occupantibus, nisi per universitatem a populo occupata sint.*
V. *Feras, pisces, aves cedere occupanti, nisi lex obstet.*
VI. *In res proprias factas jus hominibus competere eis utendi in tempore necessitatis, & unde id veniat.*
VII. *Obtinere id, nisi necessitas aliter sit vitabilis.*
VIII. *Nisi par sit necessitas in possidente.*
IX. *Adjunctum esse onus restituendo rem cum restitui poterit.*
X. *Exemplum hujus juris in bellis.*
XI. *In res proprias factas jus hominibus competere ad utilitatem, qua nihil alteri decedit.*
XII. *Hinc jus in aquam profluentem.*
XIII. *Jus transeundi terra & amnibus, quod explicatur.*
XIV. *An mercibus transeuntibus vectigal possit imponi.*
XV. *Jus morandi ad tempus.*
XVI. *Jus habitandi his competens qui sedibus suis expulsi sunt, sub imperio quod reperitur.*
XVII. *Jus habendi loca deserta: quod quomodo intelligendum.*
XVIII. *Jus ad actus quos vita humana desiderat.*
XIX. *Ut ad emenda necessaria.*
XX. *Non etiam ad res suas vendendas.*
XXI. *Ad quærenda matrimonia: quod explicatur.*
XXII. *Jus ea faciendi quæ promiscue extremis permittuntur.*
XXIII. *Quod intelligendum, si quid permittatur quasi ex beneficio.*
XXIV. *An licitus sit contractus cum populo, ut is fruges suas ei quibuscum jam contraxit, non aliis vendat.*

§. I.

1. [a] Sequitur inter belli causas injuria facta, [b] & primum adversus id quod

„quod exemplum illustravit B. Parens in Disput. de „justo præliorum exitu *Sect.* 1. §. 10. *seqq.* Conf. „*Proleg.* §. 27.

m) (Grot.) (BONAM CAUSAM AB HIS AD ILLOS TRANSIISSE AIT:) De principe Chalepi qui pacem & residua tributorum obtulerat Romano Argyropolo Imperatori, vide Zonaram: Simile de cruciferis in Cromero libro XVII. De Helvetiis qui Carolo Burgundo de curru ovium pellibus onusto, ademptoque mercatoribus, satisfactionem obtulerant, vide Philippum Cominæum libro VII.

a) (SEQUITUR INTER BELLI CAUSAS INJURIA FACTA:) Auctor, belli causas expositurus, in capite præcedenti egit de actionibus quæ dantur ob injuriam *non factam*: hic jam agit de actionibus quæ dantur ob injuriam *factam*.

Jus, quod auctor hoc capite tractat, totum continetur in nostris positionibus. Ait enim, injuriam fieri adversus *id quod nostrum est*: *nostrum* autem esse aut *jure communi hominum*, aut *jure singulari*. Prius continetur in *Positione V. n.* 1. hoc *in Positione V. n.* 2.

ADDITIO.

„Quæ circa ordinem Authoris in tractando jure „naturæ, præcipue autem circa objecta juris, seu „causas ex quibus bellum juste geri possit, notanda „sunt, exposuimus supra *l.* 2. *c.* 1. §. 2.

„Cæterum Grotius per *injuriam non factam* eam „intelligit, quæ certo secutura est: nam ex ea quæ „saltem metuitur actionem non dari diximus *ibidem*: adde *infra* §. 17.

„*b*) (ET PRIMUM ADVERSUS ID QUOD NOSTRUM

quod nostrum est. [c] Est autem nostrum aliud communi hominum jure, [d] aliud nostro singulari. [e] Ab eo quod hominibus commune est incipiamus. [f] Hoc jus aut directe est in rem corporalem, [g] aut ad actus aliquos. [h] Res corporales ut vacuæ sunt a proprietate, [i] aut jam aliquorum propriæ. [k] Res quæ a proprietate vacant, aut tales sunt ut propriæ fieri nequeant, [l] aut ut possint. [m] Quo rectius hoc intelligatur, noscendum est [n] proprietatis, quod dominium Jurisconsulti vocant, exordium.

[a] §. II.

1. [b] Deus humano generi generaliter contulit jus in res hujus inferioris Gen 1,29. 30. 12, 2.

„STRUM EST:) Nam de injuria adversus id quod „alterius est agit *infra L. 2. cap. 25. per tot.* Au-„thor enim supponit unumquemque naturali jure „non tantum esse sui juris executorem, sed & alie-„ni. *d. c.* 25. §. 1.

„*c*) (EST AUTEM NOSTRUM ALIUD COMMUNI „HOMINUM JURE:) Fingit enim Author ab initio „omnia fuisse communia: Homines vero ab ea „communione recessisse tum tacite tum expresse, „quædam autem communia mansisse: atque de hoc „jure communi hominum Author agit hoc capite „secundo, illudque in eo consistere ait, quod ho-„mines impediri ab usu & exercitio ejusmodi juris „communis a nemine possint.

„*d*) (ALIUD NOSTRO SINGULARI:) Quod nimi-„rum nostrum fit per acquisitionem, sive origina-„riam, sive derivativam, vide *cap.* 3. *& seqq.*

„*e*) (AB EO, QUOD HOMINIBUS COMMUNE EST, „INCIPIAMUS:) Etsi enim primæva communio „(quam Author supponit) non diu substiterit, ta-„men adhuc quasdam res communes inter homi-„nes superesse statuit.

„*f*) (HOC JUS AUT DIRECTE EST IN REM COR„PORALEM:) Supponit enim Author reviviscere „primævam communionem in *rebus* occupatis ex „necessitate gravissima, & ob innoxiam utilita-„tem. Atque de hoc communi hominum jure „*in res* author agit usque *ad* §. 18.

„*g*) (AUT AD ACTUS ALIQUOS:) Author por-„ro supponit primævam communionem revivisce-„re in quibusdam *actibus*, nimirum in jure emen-„di, nubendi &c. de quo jure communi §. 18. *&* „*seqq.* agetur.

„*h*) (RES CORPORALES AUT VACUÆ SUNT A „POSSESSIONE:) Quia vel sua natura occupari non „possunt, vel possunt quidem at occupatæ non „dum, indeque nullius sunt.

„*i*) (AUT JAM ALIQUORUM PROPRIÆ:) Sed in „quibus jus aliquod commune remansit.

„*k*) (RES, QUÆ A PROPRIETATE VACANT, AUT „TALES SUNT, UT PROPRIÆ FIERI NEQUEANT:) „v. g. mare, aër, syrtes &c. vide §. 3.

„*l*) (AUT UT POSSINT:) Sed nondum factæ „sunt propriæ: vide §. 4.

„*m*) (QUO RECTIUS HOC INTELLIGATUR:) Ex „ipsa inspectione hujus ordinis apparet, non imme-„rito Authorem a nobis passim obscuritatis argui: „Vid. *l.* 2. *c.* 1. §. 2. JCti Romani jus rerum ex sim-„plicissimis deducunt principiis. Nam 1) res omnes „ipsis naturali jure sunt nullius, i. e. in nullius bo-„nis & proprietate: 2) Harum rerum quædam „natura occupari non possunt, ut res communes &c. „quædam possunt. 3) Quæ acquiri possunt nostræ „demum fiunt, vel facto nostro, vel jure rei no-„stræ, vel per successionem: *Vid. Dissert. Prooem.* „*VI.* §. 66. *& Dissert. XII.* §. 243. *seqq.*

„Sententiam Grotii de exordio dominii explica-„vimus in *Dissert. Prooem. VI.* §. 8. Add. *Dissert.* „*I.* §. 79. *& Dissert. V.* §. 40. Eamque late refu-„tavimus *d. Dissert. VI.* §. 68. *seqq.* Systema B. „parentis exhibuimus in *Dissert. prooem. X.* §. 8 „*lit. o.* Quod illustravimus in *Dissert. Prooem. XII.* „§. 243. *seqq.*

„*n*) (PROPRIETATIS, QUOD DOMINIUM JCTI „VOCANT, EXORDIUM:) Hæc enim sunt synonima: „quia *dominium* est facultas re utendi & abutendi: „hæc autem facultas supponit *proprietatem.*

a) (Ad §. II.) Originem dominiorum explicavimus in *Posit. jur. gent. V.* Creator enim singulis hominibus facultatem concessit res hujus terræ occupandi, & in suos usus convertendi: hæc igitur facultas tam diu licita est, donec probetur prohibita: Non autem apparet ulla prohibitio, si res quæ nullius est occupatur, quia nemini fit injuria. Atque ex hac facultate occupandi res nullius dominia oriuntur, & per occupationem res in nostram potestatem rediguntur. Quod nunc plenius explicabimus.

PROPOSITIO. I.

Jus a natura humano generi concessum est in terram.

DEMONSTRATIO.

Præter revelationem id ipsa ratio naturalis probat, quia humanum genus facultatem a suo Creatore accepit de rebus terræ pro lubitu disponendi: ea igitur tam diu licita erit, donec restricta appareat. Idque omnes gentes communi consensu asserunt: Stoici mundum hominis causa factum ajunt. *Cic. Lib.* 1. *de Offic. c.* 22. *& de nat. Deor. infra.* JCti Romani id quoque statuunt in *L.* 28. §. 1. *ff. Usufr.* Ansibarii apud Tacitum allegant: rerum naturam omnes fructus hominis causa comparasse. *L.* 13. *Annal.* 55. *add. Struv.* *Syntag.*

Syntag. J. Civ. Exerc. 41. *Thes.* 1. & *Synt. J. Feud. c.* 1. §. 1. *Testm. in not. ad. l.* 2. *c.* 18. *lit. e.* Egregie Ovidius.

Sanctius his animal, mentisque capacius unum
Deerat adhuc,& quod dominari in cætera posset.

Hinc Cicero *l.* 1. *de offic. c.* 21. ait, nulla privata esse a natura, sed ex occupatione eorum quæ vacua fuere. Et ex eadem ratione JCti Romani tradunt res ab initio nullas fuisse: *l.* 3. *pr. A. R. D.* §. 11. *Inst. R. D.* dominia autem a possessione demum initium cepisse *l.* 1. §. 1. *A. P.*

PROPOSITIO. II.

Jus illud concessum est humano generi in terram vel qua tali, vel ut singulis.

DEMONSTRATIO.

Humanum ergo genus spectatur vel ut *universum* quatenus sc. non singulis, sed toti corpori aliquod jus competit, v. g. jus Imperii ;(*Vid. Posit. jur. gent. XIII. lit. c.*) vel ut *singuli*, quatenus scl. singuli ex toto corpore juris participes sunt: quo pertinet jus occupandi res terræ, earumque fructus.

ADDITIO.

„B. Parens statuit imperium ab initio toti humano generi competiisse, illudque divisis gentibus „demum divisum esse: at jura quædam individua „mansisse ad eum effectum, ut humanum genus „ea quæ ad omnium injuriam pertinent vi illius „imperii universalis propulsare possit. Quam sententiam latius exponit in *Exercit.* 2. *ad Grot.* §. 27. „& *in additione ad d. Exerc.* 2. Circa quæ principia quædam monuimus *in Dissert. Prooemiali* „*VIII.* §. 14. & *Diss. X.* §. 26.

PROPOSITIO III.

Jus singulis in hanc terram concessum iis competit vel communiter, vel seorsim.

DEMONSTRATIO.

Communiter singulis competit jus occupandi res & fructus hujus terræ, neque hic uni magis quam alteri natura prospexit, sed omnibus communiter. At eandem natura unicuique *seorsim* facultatem agendi dedit, adeo, ut suo jure sibi occupare possit, neque hæc actio communis est cum actione reliquorum hominum.

PROPOSITIO IV.

Jus hoc hominibus communiter concessum non potest stare cum ea, quam Grotius fingit, rerum communione.

DEMONSTRATIO.

Duplex igitur notanda communio 1) *proprietatis*, quando scl. dominium rei pluribus commune est: 2) communio *facultatis agendi*, quando scl. pluribus libertas æqualis agendi competit.

Priori sensu natura res terræ communes esse statuit Author, & late orget *Puffendorff. L.* 4. *c.* 4. §. 13. At merito dicimus, talem communionem rerum, cum jure humano generi communiter concesso, stare non posse. Si enim 1) res ipsa pluribus communis esset, singulis non amplius competeret facultas rebus terræ pro lubitu utendi: sed 2) per concursum socii restricta foret illa facultas, cum in re communi melior sit conditio prohibentis: unde 3) sequeretur absurdum illud, quod res occupari non possent nisi consensu reliquorum qui commune jus in illa re habent. Sequeretur 4) quod in occupata re reliquorum jus semper salvum maneret, indeque occupans de eorum parte nunquam disponere posset. Quin 5) pauperes hodieque cum divitibus communi dividundo agere possent. Sed & 6) certum est, & in eo consentiunt omnes, dari natura res nullius: falsum autem id esset si omnes res natura primæva essent communes; repugnat enim res *nullius*, & tamen *communes* i. e. *omnium* esse.

Posteriori sensu communio quædam, etsi improprie, admitti potest, quia omnes homines promiscue, adeoque unusquisque hominum pro indiviso hoc jus habet: Dum enim homo facultatibus naturalibus, quibus omnia occupare & in usum suum convertere potest, a natura instructus, & sic in medio omnium positus est, hoc ipso concessum ipsi est jus in omnia, nam, qui sufficientem alicui, cum jure possit, concedit occupandi omnia facultatem, hoc ipsu jus occupandi res concedit, utpote quod nihil aliud est quam libera occupandi facultas jure alicui competens: jure autem competit quod concessum est ab eo qui concedendi jus habet, v. g. ab Authore naturæ. Quod si ergo alius præterea iisdem facultatibus instructus ipsi adjungatur, is idem etiam jus habebit: Adeoque hactenus commune jus humani generis admitti potest, ita, ut omnibus hominibus non simul seu conjunctim unum idemque jus competat, sed quod omnes homines sigillatim, seu unusquisque hominum, jus ita agendi in solidum habeat.

PROPOSITIO V.

Vi hujus facultatis a natura singulis hominibus concessæ unicuique jus est occupandi res nullius: unde dominiorum origo.

DEMONSTRATIO.

Demonstravimus hactenus, humanum genus jus habere in hanc terram, & singulis quoque facultatem naturaliter concessam esse res terræ occupandi.

Hæc facultas autem saltem obtinet in rebus quæ nullius sunt, i. e. quæ ab alio nondum sunt occupatæ: nam si vacuæ non sint, alter ex eadem facultate ipsi concessa jam jus quæsitum habet, adeoque mea facultas occupandi concursu alterius facultatis, quæ prævenit, cessat. Hinc nervose Imperator. *in* §. 14. *Instit. de Rer. Div.* ait. *Quod ante nullius est, naturaliter occupanti conceditur.* Et Jurisconsultus *in L.* 1. §. 1. *de acquir. poss.* ait, *dominia rerum ex naturali possessione i. e. ex occupatione demum cæpisse.* A ICtis id didicit Cicero *qui Lib.* I. *Offic.* 21. ait, *privata nulla natura esse, sed aut veteri occupatione, ut, quia quondam in vacua venerunt &c.*

Atque ex hac occupatione rerum quæ nullius sunt dominia orta sunt, i. e. res per occupationem in nostram potestatem redactæ, eoque propriæ nobis factæ sunt.

PROPOSITIO. VI.

Unde patet, verum non esse omnium rerum dominium Adamo a natura concessum esse.

DEMON-

ferioris naturæ [c] statim a mundo condito, [d] atque iterum mundo post diluvium reparato. [e] *Erant*, ut Justinus loquitur, *omnia communia* Lib. XLIII.

DEMONSTRATIO.

Recentiores quidam existimant, dominia non ex divisione rerum communium, uti Author putat, neque ex occupatione rerum nullius, (quæ nostra sententia est) orta esse, sed ex concessione divina primò hominum, Adamo, facta: Ex hac concessione, Adamum verum jus dominii in terram, totumque orbem accepisse ajunt, eumque id jure hæreditario ad posteros suos transmisisse contendunt, qui postea hereditatem paternam inter se diviserunt. *Vid. Kulp. Colleg. Grot. L. 2. c. 2. §. 1. Lit. G. seq. Strauch. de Imp. Mar. c. 1. §. 12. Obrecht in Disp. sacra termini §. 27. Ziglerus, Osiander, & Boecler in not. ad Grot. h. l.*

At falsissima hæc est sententia, 1) quia totus orbis nunquam fuit in potestate Adami: Natura enim dominii in eo consistit quod quis re sua abuti, ac pro lubitu de ea statuere possit. *L. 21. C. Mand.* hoc autem fieri non potest, nisi quis rem in sua potestate habeat; ooo autem habet nisi per occupationem: at Adamus nunquam omnia occupavit, sed minimam saltem terræ partem tenuit. Non ergo potest dominus fuisse, cum nec facultatem naturalem de universa terra disponendi habuerit, nedum mentem. Præterea vidimus Deum non in unius hominis usum creasse terram, sed in usum humani generis; eumque singulis hominibus æqualem facultatem dedisse terræ rebus utendi: adeoque solus Adamus, qui ordine viveodi saltem ab aliis hominibus distat, sibi soli eaodem facultatem arrogare, ac facultatem reliquorum hominum impedire non potuit. Sane 3) Deus non unum homioem condidit sed duos, utrique Deus jus dominandi in res hujus terræ concessit, ita enim ait, *dedi vobis &c. dominamini. Gen. I. pr. 28.* Adeoque uxor, æque ac maritus, dominia declarata fuit, qui uterque eandem facultatem occupandi a natura accepit. 4) Si uni Adamo dominium in terram datum fuisset, potuisset ille dum vixit excludere ab ejus usu & uxorem & liberos, quia solus jus in terram habuisset; si vero eos excludere non potuit, necessario quoque illis jus in res terræ lege naturæ concessum est. Sed & 5) falsissimum est, posteros Adami successione demum acquirere dominium in res terræ. Jure naturæ enim nulla est successio; omne jus Adami morte ejus extinctum fuit, & res ab eo occupatæ iterum nullius fiebant: unde sequitur, posteros illos, vi facultatis a natura concessæ, occupare posse res quæ in nullius potestatem adhuc venerunt. Denique & 6) ex sententia illa sequeretur, hodie, si terra aliqua vacaret, eam non cedere posse occupanti, sed dividi debere inter omnes homioes, æque heredes ejusdem Adami: Merito igitur 7) Puffendorfius de *jur. nat. L. 4. C. 4. §. 13.* impugnat dominium Adami.

ADDITIO.

„Præterea alias rationes allegavimus in *Exerc. „proœm. VI. §. 68.*

PROPOSITIO. VII.

Hujus juris occupandi lex est; Meliorem esse conditionem occupantis, & rem occupatam ab alio eripi non posse.

DEMONSTRATIO.

Is enim, qui occupat rem nullius, eam occupando suam facit; hacteous enim legitima est facultas, jure suo a natura concesso utitur, neminique fit injuria: At hæc ipsa res jam occupata ab alio occupari non potest, quia non amplius est res nullius, sed ejus qui vi facultatis a Creatore concessæ rem in suam potestatem redegit, adeoque alterius facultatem præveniendo exclusit. Melior igitur est conditio occupantis, & sic injuria fieret ei, cui dominium, quod semel legitime acquisivit, ab alio aufferretur.

PROPOSITIO. VIII.

Jus occupandi cessat in iis quæ dividi non possunt, quæ inexhausta sunt, & omnibus necessaria.

DEMONSTRATIO.

Occupare est in nostram potestatem & custodiam redigere, indeque cessat occupatio in iis quæ dividi non possunt: occupando enim id quod occupatur dividitur & separatur ab aliis rebus, si ergo dividi res nequit, nec in nostram potestatem redigi per occupatiooem potest. Dividi autem res non potest vel *natura*, ut aër, lumeo, omnesque res, quæ inexhaustæ sunt; vel *jure*, si scl. ad omnium oecessitatem pertinent, ut navigatio, piscatio, transitus.

Occupato igitur territorio, mari, vel flumine, non occupata censentur ea, quæ ad usum juris gentium pertinent, neque aliquid jure dominii ibi fieri potest quo usus juris gentium impediatur. *L. 3. ne quid in loco publ.* Si tamen dominus usum illum juris communem ipse exercet, ab alio quam diu utitur impediri non potest. *L. 7. ff. de divers. præscript.*

„*b*) (DEUS HUMANO GENERI GENERALITER CON„TULIT JUS IN RES HUJUS INFERIORIS NATURÆ:) „Quod apparet ex facultate naturali qua in Deus „hominibus communiter dedit res illas occupan„di, ac de illis disponendi.

„*c*) (STATIM A MONDO CONDITO:) Nam Crea„tor homines creatos cum tali facultate exstare „voluit: & præterea fidem huic assertu facit sacra „pagina, Deus enim ita alloquitur humanum ge„nus: *Dedi vobis &c. dominamini.*

„*d*) (ATQUE ITERUM MUNDO POST DILUVI„UM REPARATO:) Ita enim summum numen vo„luntatem suam Noacho ejusque liberis explicat. „*Genes. 9. v. 2. seqq. Et terror vester ac tremor „sit super cuncta animalia terræ, & super omnes „volucres cœli, cum universis quæ moventur super „terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi „sunt; & omne quod movetur & vivit erit vobis „in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia.*

(*e* (Grot.) (ERANT, UT JUSTINUS LOQUITUR, OMNIA

munia & indivisa omnibus, veluti unum cunctis patrimonium esset. *Hinc factum ut statim quisque hominum ad suos usus [f] arripere posset quod vellet, [g] & quæ consumi poterant consumere. [h] Ac talis usus universalis juris erat tum vice proprietatis, [i] nam quod quisque sic arripuerat, id ei eripere aliter nisi per injuriam non poterat. [k] Similitudine hoc intelligi potest ea quæ est apud Ciceronem de Finibus III. [l] *Theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest ejus esse eum locum quem quisque occuparit.*

„Neque is status durare non potuit, [n] si aut in magna quadam simplicitate perstitissent homines [o] aut vixissent inter se in mutua quadam eximia caritate. Horum alterum, communionem scilicet * ex simplicitate eximia, [p] videre licet in quibusdam Americæ populis, qui per secula multa sine incommodo in eo more perstiterunt: alterum

OMNIA COMMUNIA ET INDIVISA OMNIBUS:) Ejus vestigium mansit in saturnalibus.

ADDITIO.

„Erant omnia communia non quoad *proprietatem*, sed quoad *facultatem occupandi:* unusquisque enim hominum pro indiviso jus habebat rebus terræ utendi. *Vid. supra lib.* 1. *c.* 1. §. 10. *fin.* Sunt apud cultioris styli authores *res communes* eædem sunt quod *res nullius*, quæ scilicet in nullius bonis & proprietate sunt, & occupari aliquando possunt, ac occupatæ cedunt occupanti. *Vid. Dissert. XII.* §. 216.

*) (HINC:) Scl. quia omnia communia & indivisa omnibus fuere.

f) (ARRIPERE POSSET, QUOD VELLET:) Imo id non sequitur ex vera rerum communione, sed contrarium: sane non potest occupari id quod commune est absque consensu totius communitatis; quia in re communi melior est conditio prohibentis.

„*g*) (ET, QUÆ CONSUMI POTERANT, CONSUMERE:) „Imo nec hoc sequitur, quia consumendo rem communem consumeret rem pro parte alienam.

h) (AC TALIS USUS UNIVERSALIS JURIS ERAT TUM VICE PROPRIETATIS:) Parum apte dicitur usum universalem fuisse vice proprietatis, cum ad id, ut quis proprietatem habeat, requiratur usus particularis.

i) (NAM, QUOD QUISQUE SIC ARRIPUERAT, ID EI ERIPERE ALTER, NISI PER INJURIAM NON POTERAT:) Imo posita rerum communione potuisset sine injuria eripi, quia in re communi melior est conditio prohibentis; vel saltem pars illius rei, utpote aliena, eripi potuisset. Vera igitur ratio est, quod homines utendo & arripiendo res nullius dominium acquirant, quod eis eripi ab aliis nequit.

k) (SIMILITUDINE HOC INTELLIGI POTEST:) Imo dissimillimum. Nam 1) in theatro occupanti nihil proprietatis & dominii, nec jus perpetuum acquiritur, sed usus momentaneus: 2) theatrum non natura, sed lege civitatis res communis facta est civium: Occupato enim territorio locus ille in singulos non fuit distributus, sed usus ejus communis civibus relictus est: adeoque 3) locus theatri quem quisque occupavit, ejus est quoad solum usum, & quamdiu utitur, hinc abuti eo non potest uti potest consumere res occupatas.

l) (Grot.) (THEATRUM CUM COMMUNE SIT:) Seneca de Beneficiis VII, c. XII. *Equestria omnium equitum Romanorum sunt: in illis tamen locus meus fit proprius quem occupavi.*

m) (NEQUE IS STATUS DURARE NON POTUIT:) Imo, si poneretur veram rerum communionem ab initio fuisse, non potuisset durare status ille aucto adeo hominum numero, ut non omnibus abundare possent terræ incultæ indeque nati fructus, nisi accedente industria cultura & opera, ex qua necessario unusquisque sibi acquireret. Non ergo per universum orbem talis status durari potuisset, sed saltem inter paucos, uti Essænos, vel in aliqua terræ parte, ut in America nondum occupata.

n) (SI AUT IN MAGNA QUADAM SIMPLICITATE PERSTITISSENT HOMINES:) Allegari solet exemplum Scytharum, apud quos agri communes, nulla divitiarum cupido, nullusque earum usus erat. *Justin.* 2. *c.* 2. At communio hæc non fuit ex statu naturæ, sed quia consensu suo communiter rebus uti voluere. Sed & negari nequit, singulos in eo quoque statu propria quædam sibi habuisse, ut arma, pecudem. &c.

„*o*) (AUT VIXISSENT INTER SE IN MUTUA „QUADAM EXIMIA CARITATE:) Quod in statu „hominum corrupto vix sperari potest, communio enim est mater rixarum.

*) (Grot.) (EX SIMPLICITATE EXIMIA:) Horatius:

Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, & rigidi Getæ,
Immetata quibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt,
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte Vicarius,

p) (VIDERE LICET IN QUIBUSDAM AMERICÆ POPULIS, QUI PER SECULA MULTA SINE INCOMMODO IN EO MORE PERSTITERUNT:) Populi illi ex paucis collecti fuere familiis, quibus victus communi opera quæsitus sufficiebat. Sed ea communio

rum vero, communionem nimirum ex caritate, q exhibuerunt olim r Esseni, deinde s Christiani, qui Hierosolymis primi exstiterunt, ac nunc quoque non pauci qui vitam degunt t asceticam. Simplicitatis in qua u primi homines sunt conditi x argumentum præbuit nuditas. y Erat illis ignoratio magis vitiorum, quam cognitio virtutis; ut de Scythis loquitur Trogus; *Vetustissimi mortalium*, inquit Tacitus, z *nulla adhuc mala libidine, sine probro scelere*, aa *eoque* *Just. lib. II.*

nio non ad alia pertinebat, cuique enim jus in sua arma, pecudem, aliaque bello quæsita permanebat.

q) (EXHIBUERUNT OLIM ESSENI:) Dici modo in paucis talem statum durare potuisse. Esseni erant societas hominum qui sine conjugio monachorum instar vivebant, ubi facilis erat victus: Nam & ante Essenos Epicuræi in communione vivebant eximia, sed fuerunt hæ societates particulares, nulla ibi cura familiæ, liberorum, &c. nullum ibi cum extraneis erat negotium.

r) (Grot.) (ESSENI:) Et ab his orti Pythagoristæ. Vide Porphyrium, Diogenem Laertium, Gellium I, 9.

ADDITIO.

„De Essenis egimus supra *L.* 1. *c.* 3. §. 3.

„s) (CHRISTIANI, QUI HYEROSOLIMIS PRIMI „EXTITERUNT:) De quibus vide *Act.* 4. *c.* 32 *Au-„gust. de Civit. Dei.* 5. 18.

„t) (ASCETICAM:) i. e. qui exercent & castigant corpus ut animus magis vacet Philosophiæ. „De instituto eorum ita loquitur *Eusebius Histor.* „2. 17. *Postquam temperantiam tanquam funda-„mentum aliquod in animis suis jecerunt, reliquas „deinde virentes superstruunt. Cibum enim potum-„que nemo illorum ante solis occasum unquam sum-„serit, quippe Philosophiæ studium luci convenire, „curam autem corporis tenebris dignam esse existi-„mant. Itaque illi quidem studio totum diem, cor-„poris autem necessitatibus exiguam noctis partem „deputarunt. Nonnulli eorum toto triduo cibum „capere omittunt, dum ardentiori discendi cupidi-„tate rapiuntur: Quidam vero tam incredibili vo-„luptate tantisque delictis perfunduntur, dum pa-„scuntur epulis sapientiæ, quæ salubria ipsis prace „pta opiparum convivium appont, ut duplo diutius „famem perferant, ac vix sexto die necessarium ci-„bum degustent.* Ad horum exemplum Monaste-„ria ἀσκητήρια vocantur. Atque hi monachi ii-„dem communionem bonorum habent, quam de-„scribit *Evagrius Histor. I. c. 21.* Johannes Lug-„dunensis communionem illam primævam fanati-„co ausu reducere voluit. *vid. Thuan. Lib. I. p. m.* „18. & *L.* 50. *p. m.* 1041.

u) (Grot.) (PRIMI HOMINES:) Adam typus humani generis. Vide originem contra Celsum. Neque nihil huc pertinet quod Tertullianus dixit libro de Anima: *Naturale enim rationale credendum est, quod anima a primordio sit ingenitum, a rationali videlicet auctore. Quid enim non rationale quod Deus jussu quoque ediderit, nedum id quod proprie afflatu suo emiserit? Irrationale autem posterius intelligendum est, ut quod acciderit ex sapientiæ instinctu, ipsum illud transgressionis admissum, atque exinde inoleverit, & coadoleverit in anima ad instar jam naturalitatis, quia statim in primordio natura occidit.*

x) (ARGUMENTUM PRÆBUIT NUDITAS:) Nam hodieque gentes, quæ juxta solius naturæ regulas vivunt, sine lege nudæ incedunt, certissimo indicio, nuditatem esse simplicitatis primævæ indicium.

y) (ERAT ILLIS IGNORATIO MAGIS VITIORUM, QUAM COGNITIO VIRTUTIS:) Cognitio alia est sensuum, alia rationis. Hanc Scythæ æque ac aliæ Gentes habebant, cognitum ipsis ex naturæ lumine erat, mala esse vitanda; nec licitum contra Dei præcepta agere: Atque hæc dicitur cognitio theoretica. At practicam vitiorum cognitionem non habebant, i. e. non percipiebant motus in contrarium & sic nesciebant motus malos, seu vitia.

ADDITIO.

„Primos homines rationalem cognitionem vi-„tiorum & virtutum habuisse, extra omne dubium „est. Eva enim serpenti vetitum fructum offe-„renti, opposuit prohibitionem legis, quod Ada-„mum quoque, cum uxor eum ad comedendum in-„vitaret, fecisse legimus. Sane regulæ æqui & boni „ab ipsa natura hominum animis insculptæ sunt, „neque igitur primi homines eas ignorare potue-„runt. Scythæ inprimis, de quibus hæc prædicat „Author, commendantur a singulari prudentia, & „acutissimo ingenio ad cognoscendam veritatem, „falsitatemque refellendam, *Theodoret. Colloq.* 5. Græ-„cos multa ab iis accepisse refert. *Clem. Alex. L.* „1. & *Plato in Cratylo suo.* Orpheus Trax Scytha „fuit. Zamolxides eorum fuit Legislator, & „primus immortalitatem docuisse fertur: *Confer.* „*Plutarch. in Convivio.* Furtum gravissime punie-„bant Scythæ; *Justin. L.* 2. *c.* 2. Adeoque vitia apud „eos cognita erant, quia pœnam in illa statuebant. „Sed & practicam cognitionem vitiorum primos „homines habuisse, vel ex ipso Adami & Evæ „exemplo apparet, qui maxime motus in contra-„rium percipiebant.

z) (Grot.) (NULLA ADHUC MALA LIBIDINE:) Seneca de iisdem epistola XC. *ignorantia rerum innocentes erant.* Deinde locutus de justitia, prudentia, temperantia, fortitudine, addit: *Omnibus his virtutibus habebat similia quadam rudis vita.* Josephus: μηδεμιᾶς ζευγνυμένοι ψυχὴν φροντίδος: *Nullis curis turbidum habentes animum.*

II. ad Somnium Scip. [aa] *eoque sine pœna aut coercitionibus agebant:* [bb] Apud Macrobium est: *Primum inter homines mali nescia & adbuc astutiæ inexperta simplicitas*, hæc simplicitas [cc] ἀφθαρσία videtur dici sapienti Hebræo, Sap. III, 24. Paulo Apostolo [dd] ἁπλότης, quam opponit τῇ πανουργίᾳ, [ee] vafræ calliditati. 2. Cor. II, 3. Negotium erat illis unicum Dei cultus, [ff] cujus symbolum arbor vitæ,, Proverb. III. 18. [gg] ut Hebræi veteres explicant, assentiente Apocalypsi. Philo de Mund. creat. Vivebant autem facile ex his [hh] quæ sine industria sponte sua terra proferebat. Apocal. XXII, 2.

2. Ve-

ADDITIO.

„Contrarium testantur exempla primorum parentum, qui præcepta divina violarunt comedendo ab arbore vetita. Caio, primus eorum qui „geniti sunt, fratrem occidit: Posteri ejus in eum „gradum mali extitere, ut Deus consilium inde „ceperit humanum genus diluvio deleodi.

„*aa*) (EOQUE SINE POENA AUT COERCITIONE „AGEBANT:) Imo non omnes pœnæ aut coërci„tiones cessabant, nam ubi crimina committuntur, „uti a primis hominibus commissa esse certum est, „ibi etiam pœnæ locum habent. Sacra pagina „nos docet, in peccata Adæ, Evæ, & Caini pœnas „sat graves a Deo statutas fuisse. Id igitur solum „in favorem hominum primorum dici potest, non „adeo frequentia crimina, adeoque pœnas quoque „rariores fuisse, quia, quamdiu omnia omnibus „suffecerunt, occasio delinquendi tanta non fuit.

„*bb*) (APUD MACROBIUM EST.) De integrita„te seculi aurei omnes Gentiles Philosophi, Poëtæ „inprimis, multa fabulati sunt. *Juvenal. Satyr. 13.* „*ait.*

„*Improbitas illo fuit admirabilis Ævo:* quo per„tinent omnia loca supra *in Proleg. §. 8.* allegata. „*Conf. Grot. de verit. rel. L. 1. c. 16.*

cc) (Grot.) (ἈΦΘΑΡΣΙΑ VIDETUR DICI SAPIENTI HEBRÆO:) Sic & Paulus Eph. VI, 24. qui & ἀδιαφθορίαν dixit, Tit. II, 7.

ADDITIO.

„Per ἀφθαρσίαν intelligunt integritatem, quæ „sequitur simplicitatem rei, quæ, cum composita „non sit, corrumpi non potest.

„*dd*) (Ἁπλότης:) Proprie simplicitas animi.

„*ee*) (FAVRÆ CALLIDITATI:) i. e. moribus „compositis.

ff) (Grot.) (CUJUS SYMBOLUM ARBOR VITÆ:) Sanctitas superiori, Rabbinis, ἔνθεος σοφία, divina sapientia Arethæ ad Apocalypsin. De Paradiso vide Ecclesiastici caput XI, 17. & quatuor fluminibus Paradisi eundem librum XXIX, [illegible] & sequentibus.

ADDITIO.

Tota disciplina moralis in duplici arbore latet: Deus enim homines quidem condidit instructos libertate agendi quidquid lubet, sed non veluti bruta indefinita quadam libertate, sed cum libertate limitata, ita, ut actiones suas ad normam voluntatis divinæ metiri teneantur. Solus quippe homo inter animantia conditus est cum tali facultate cognoscendi voluntatem sui creatoris, & concludendi quid ei conveniat, quid adversetur. Ratio igitur hæc, hominibus solis propria, docet homines voluntati illi parendum esse, alias vindictam numinis incursuros.

Hæc igitur voluntas, vel præcipiens vel permittens, animis primorum parentum ipso opere Creationis a summo numine indita & insculpta fuit, sed, cum ea quæ sola contemplatione percipiuntur facile excidere hominibus soleant, Deus genuino symbolo, quod semper ob oculos & in conspectu esset, firmavit & exposuit voluntatem tum permittentem tum præcipientem. Symbolum *juris permissivi* erat arbor vitæ, unde promissio præmii si ea faceret homo quæ permissa & non vetita sunt. Symbolum *juris præceptivi* arbor scientiæ boni & mali, unde pœna mortis si ea quæ verita sunt faceret. Hæc arbor describitur, quod fuerit pulchra & plena illecebris, quia conveniebat luxuriæ, libidini & ambitioni hominis. Atque adeo per hæc symbola primi parentes semper duo opposita ante oculos habebant, optionem cupidinis & rei caducæ; vel æterni boni vitæque.

Optima autem symbola erant arbores, cum ageretur de fructibus vitæ æternæ. Atque ideo in sacris bona & mala semper comparantur arboribus: Unde Salomon ait, *sapientiam esse lignum vitæ, quod qui tenuerint beatos prædicat. Prov. III. v. 18.* Et Johannes regnum Dei describens, ait: *In medio platea, & ex utraque fluminis parte, lignum vitæ esse, reddens fructum suum & folia ad sanitatem Gentium. Apocal. XXII. v. 2.*

„*gg*) (UT HEBRÆI VETERES EXPLICANT:) Quod „ex Solomone jam didicimus. Quamquam alii „opinentur non symbolum saltem cultus di„vini per arborem proponi, sed arborem illam ve„re virtute naturali præditam fuisse conservandi „vitam primi hominis. *Osiand. h. l. Observ. 3.*

hh) (Grot.) (QUÆ SINE INDUSTRIA SPONTE SUA TERRA PROFEREBAT:) Vide egregium hac de re locum libro II. Varronis de re rustica, ex Dicæarcho: & confer ea quæ ex eodem Dicæarcho habet Porphyrius de non esu animalium IV.

ADDITIO.

Unde facile quoque ignorabant ea vitia quorum fons est concupiscentia, cujus tres partes sunt, avaritia, Voluptas, & ambitio.

ii) (VE-

2. [ii] Verum in vita hac ſimplice & innocente non perſtiterunt homines, ſed animum applicuerunt [kk] ad artes varias, quarum ſymbolum erat [ll] arbor ſcientiæ boni & mali, [mm] id eſt, earum rerum quibus tum bene tum male uti licet: [nn] Φρόνησιν μέσην vocat Philo. [oo] Huc reſpiciens Salomo; *Deus*, inquit, *creavit hominem rectum*, id eſt, *ſimplicem, ſed ipſi quæſiverunt ſibi cogitationes multas.* [pp] ἔῤῥεπον εἰς πανȣργίαν, ut in dicto loco Philo loquitur. Dion Pruſæenſis oratione VI: ἀλλὰ τὴν πανȣργίαν τοῖς ὕϛερον καὶ τὰ πολλὰ εὑρίσκειν καὶ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸν βίον ȣ̓ πάνυ τι συνενεγκεῖν. ȣ̓ γὰρ πρὸς ἀνδρείαν, ȣ̓δὲ δικαιοσύνην χρῆσθαι τῇ σοφίᾳ τȣ̀ς ἀνθρώπȣς, ἀλλὰ πρὸς ἡδονήν: *His qui primos ſecuti ſunt hominibus calliditatem* [qq] *variaque ad vitam reperta non multum* Eccleſ. VII. 30.

ii) (VERUM IN HAC VITA SIMPLICE ET INNOCENTE NON PERSTITERUNT HOMINES:) Author jam explicat quomodo a communione, id eſt a primæva illa innocentia, receſſum, indeque ſtatus corruptus fuerit. Nimirum per artes varias, (quarum ſymbolum fuiſſe, ait, arborem ſcientiæ boni & mali,) & quæ cauſam rumpendi concordiam paulatim dederunt.

ADDITIO.

„Naturam humanam corruptam eſſe non tantum ſacra pagina nos docet, ſed magis ipſa experientia. Quilibet homo fatebitur, ſe ſummam totius legis de colendo Deo, & amando proximo in pauciſſimis attingere. Quivis experietur in ſe motus aliquando involuntarios, qui voluntati divinæ repugnant: Præterea, quod maximum eſt, omnes gentes ex lumine rationis id agnoverunt; cauſamque ejus fabulis involvunt, dum fingunt juſtitiam ab orbe receſſiſſe. *Ovid. L. 1. Metam. 5. & Catull. in Argonaut. in f.* Idque quatuor gradibus factum ajunt per quatuor ætates, quarum ultimam, ſeu ferream corruptiſſimam & feram prædicant. *Seneca in Conſolat. ad Helvid. c. 5. Ovid. d. l.*

kk) (AD ARTES VARIAS:) Imo artes nec tollunt ſimplicitatem, nec eam corrumpunt, ſed potius perficiunt mentem, & abuſus eas aliquando reddit malas.

ll) (Grot.) (ARBOR SCIENTIÆ BONI ET MALI:) Joſephus: τὸ φυτὸν ὀξύτητος καὶ διανοίας τὸ ὑπῆρχεν: *qui arbor erat ſolertiæ & intelligentiæ.* Telemachus apud Homerum:

καὶ οἶδα ἕκαϛα
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια. πάρος δὲ τε νήπιος ἦα.
omnia novi
Quæ bona, quæ mala ſunt, nec ſum jam parvus ut ante.

Zenoni Cittienſi prudentia, ſcientia bonorum & malorum & mediorum. Eſt id apud Diogenem Laertium. Plutarchus de communibus notitiis: τί δεινὸν εἰ τῶν κακῶν ἀναιρεθέντων ȣ̓κ ἔϛαι φρόνησις, ἑτέραν δὲ ἀντ' ἐκείνης ἀρετὴν ἕξομεν, ȣ̓κ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἀλλ' ἀγαθῶν μόνον ἐπιϛήμην ȣ̓σαν: *Quid nocebit ſi ablatis malis nulla erat prudentia, pro eo autem alienam habeamus virtutem, quæ non bonorum ac malorum ſed ſolorum bonorum ſit ſcientia.*

ADDITIO.

Uti Arbor vitæ erat ſymbolum præmii ſeu vitæ æternæ, quam Deus promittit iis qui legem naturæ ſequuntur. Ita arbor ſcientiæ boni & mali erat ſymbolum pœnarum, quas minabatur iis qui leges naturæ transgrederentur. Cur autem vocatur arbor ſcientiæ boni & mali? anne ante jam cognitum ipſis fuit quid bonum, quid malum ſit? Reſp. omnino id cognitum ipſis fuit, ſed ſenſum mali non habuerunt, poſt lapſum enim ſentiebant malum quod antea non perpetrarunt. Arbor itaque hæc non poteſt ad artes applicari, quas per ſe indifferentes eſſe diximus, & quæ ſua natura nullam pœnam merentur.

„*mm*) (ID EST EARUM RERUM, QUIBUS TUM BENE TUM MALE UTI LICET:) Scientia harum rerum, adeoque uſus artium, non poteſt haberi pro ſymbolo arboris boni & mali: hoc enim arbore uti ſemper malum erat. *Quoties ab ea comederis, morte morieris.*

„*nn*) (Φρόνησιν μεσήν:) Prudentiam mediam vel ambiguam. *Gronov. h. l.*

„*oo*) (HUC RESPICIENS SALOMO:) Non reſpexit Salomo ad varias artes, quaſi earum ſymbolum fuerit arbor ſcientiæ boni & mali, neque hanc cauſam allegat mutati ſtatus perfectionis: ſed de incertitudine queritur Salomo, varias ſibi de rebus ignotis format quæſtiones, ſe veritatem quærere, ait, at invenire eam non poſſe, & tandem concludit, ſe illud ſolummodo inveniſſe, quod Deus homines rectos & ſimplices creaverit, ſed hos, ait, ſibi quæſiviſſe cogitationes multas, i. e. multis inutilibus ſe immiſcuiſſe quæſtionibus, uti vulgata vertit. *Eccleſ. c. 7. v. 1. 11. 16. 24. 26. 29. & 30.*

„*pp*) (Ἔῤῥεπον εἰς πανȣργίαν:) Inclinarunt vergere cœperunt ad malitiam. *Gronov. h. l.*

qq) (Grot.) (VARIAQUE AD VITAM REPERTA:) Late hoc explicat Seneca epiſtola XL. quem lege, & Dicæarchum apud dictos jam ſcriptores.

ADDITIO.

„Dion Pruſæenſis ſequitur fabulam illam, quam Poetæ & gentilium Philoſophi ſibi de ſeculo au-

tum fuisse conducibilia. Ingenio enim usos homines non tam ad fortitudinem ac justitiam quam ad voluptatem. rr Antiquissimæ artes ss agricultura & pastoritia tt in primis fratribus apparuerunt uu non sine aliqua rerum distributione. vv Ex studiorum diversitate æmulatio, ww etiam cædes: ac tandem xx cum boni malorum consortio contaminentur, yy vitæ genus giganteum, id est, violentum, quale est eorum quos zz χειροδίκας Græci vocant. α Mundo per diluvium purgato, pro

„reo finxerunt, ubi omnia crimina incognita „fuisse ajunt.

„rr) (ANTIQUISSIMÆ ARTES:) Abusive artes „dicuntur: Nam terræ usus naturalis duplex est, „agricultura & pecorum pastus: Ars vero est quæ „ingenio hominum invenitur.

ADDITIO.

„Author causas hic recenset ob quas a communione homines recesserint; Scl. 1) quia se ad varias artes applicuerunt, & quidem 2) ad artes colendi agrum, & pascendi pecus, unde 3) inter „primos fratres æmulationem ortam esse ait, in„deque 4) cædes: accessisse 5) consortium ma„lorum hominum: tum 6) vitæ genus giganteum, „seu violentum post diluvium, item 7) cupidinem „voluptatis, cui vinum illicitique amores inser„viissent: præcipue vero 8) rupisse concordiam „vitium ambitionis, unde 9) terrarum partitio „orta inter gentes: tandem vero 10) in fa„milias dividi terras cœpisse. At confundit au„thor causam & effectus corruptionis: Causa cor„ruptionis ex sacris nobis obvia est, scl. transgres„sio legis divinæ, quam tune vitia secuta sunt tan„quam effectus. Cum enim primi fratres eas „quas Author statuit artes eligerent, status jam cor„ruptus fuit, adeoque lapsi sunt primi parentes „antequam ulla ars cognita fuerit. Lapsus ergo „vere consistit in commessatione ab arbore vetita, „quia hoc ipso homo justitiam violavit, cujus „symbolum erat illa arbor scientia boni & mali, „eoque pœnam huic symbolo junctam jure meri„tus est. Atque hanc causam ex lumine rationis „gentiles agnoverunt: Fingunt enim justitiam Jo„vis filiam a primis mortalibus læsam in cœlum „se recepisse, indeque Jovem varias calamitates va„riaque pœnarum genera in humanum genus de„crevisse. *Hesiod. in* Ἔργων *p. m.* 18. Ut proinde „verum 1) non sit, artes esse causas corruptionis, „& per eas a communione, eoque a statu inno„centiæ recessum esse: neque 2) verum est, agri„culturam & vitam pastoritiam artes dici posse, „cum in iis usus naturalis terræ consistat. Omni„um minime 3) verum est, corruptionem per artes „pedetentim irrepsisse, nam ex eo momento, quo „contra mandatum Dei de arbore vetita, (quæ sym„bolum erat juris præceptivi,) comedissent primi „parentes, corruptio generis humani secuta est.

„ss) (AGRICULTURA ET PASTURA:) Gentiles „finxerunt agriculturam a tellure & Cerere fuisse „repertam. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 675. Antea autem „homines ex glande vixisse. *Juven. Satyra* 6. *v.* 10. „*Justin. L.* 2. *c.* 6. *Servius ad Virgil. Ecl.* 1. *pr.* „*Cic. ad Brut.* 9. *Diacon. Miscel.* 1. *c.* 1.

„tt) (IN PRIMIS FRATRIBUS:) Quorum alter „agriculturæ, alter arti pastoritiæ studebat.

uu) (NON SINE ALIQUA RERUM DISTRIBUTIONE:) Nam ex eo ipso, quod portionem terræ sibi elegerit alter fratrum, quod sua opera eam coluerit instrumentis forte a se confectis, Author concludit, per pactum primorum hominum adeoque divisione quæsitam fuisse illam portionem Caino.

At dictum jam est 1) non dari communionem rerum, adeoque non opus esse pacto divisionis; Indeque 2) Cainum vi facultatis a natura concessæ portionem illam terræ quæ nullius, i. e. in nullius bonis & proprietate fuit, occupasse, atque opera & industria sua coluisse, indeque proprietatem sibi acquisivisse.

„vv) (EX STUDIORUM DIVERSITATE ÆMULATIO:) Imo æmulatio non ex diversitate artis „quam uterque fratrum profitebatur orta est, sed „ex eo quod Deo sacrificium Abelis magis placue„rit.

„ww) (ETIAM CÆDES:) Abel enim interemtus „est a Caino.

„xx) (CUM BONI MALORUM CONSORTIO CON„TAMINANTUR:) Ita explicat Author quod *Genes.* „6. *v.* 2. traditur. *Videntes filii Dei filias homi„num quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores „ex omnibus quas elegerant.*

yy) (Grot.) (VITÆ GENUS GIGANTEUM:) Seneca naturalium III. in fine: *exstinctis pariter feris, in quarum homines ingenia transferant.*

ADDITIO.

„Ita enim res traditur *Genes. VI. v.* 4. *Gigantes „autem erant super terram in diebus illis postquam „enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæ„que genuerunt, isti sunt potentes a seculo viri fa„mosi.* Unde apparet, per gigantes non intelli„gi viros proceritate corporis eminentes, sed po„tentes, ac sacra humanaque violantes.

„zz) (χειροδίκας) Violenti, quibus jus in ma„nibus. Vide *Gronov. h. l.* Unde Gigantes vim in„tulisse Diis dicuntur; i. e. leges & vindictam divi„nam vilipendisse. Quod ex exemplo Lycaonis „apparet, qui Iovem Hospitem, divinitatem ejus „ludibrio habens, occidere voluit. *Ovid. Metam.* 1, „*eleg.* 2. Hinc Polyphemus apud Euripidem *pr.* 113. „*Jovis ego fulmen non metuo, hospes: Nec scio „quod Jupiter sit me potentior Deus.*

α) (Grot.) (MUNDO PER DILUVIUM PURGATO:) Seneca

β pro ferina illa vita successit cupido voluptatis, γ cui inservivit vinum, δ unde & illiciti amores.

3. Præcipue vero ε concordiam rupit ζ generosius vitium, ambitio, η cujus signum turris Babylonica: mox alii alias terras θ par- *Gen. x. xi.*

Seneca dicto loco: *Illa quoque innocentia non durabit nisi dum novi sunt.*

β) (PRO FERINA ILLA VITA SUCCESSIT CUPIDO VOLUPTATIS:) Adeoque Author putat post diluvium desiisse feritatem, cum tamen ibi demum inceperit. *Vid. Orat. nostra de progressu juris Europæi.*

ADDITIO.

„Author supponit ante diluvium, gigantum æ„tate, promiscuam invaluisse cædium licentiam, „quam post diluvium Deum severius lege No„achidis data prohibuisse fingit. Vide *L.* 1. *c.* 2. *§.* „5. *n.* 5. Hic jam addit, in locum istius vitæ violen„tæ successisse cupidinem voluptatis. Verum ta„lem cædium licentiam non obtinuisse demonstravi „allegato loco: Sed & voluptatum cupidinem jam „ante diluvium fuisse, imo eam causam subsecu„ti diluvii allegari, patet ex *Gen. 6. v. 2. seq.*

γ) Grot.) (CUI INSERVIIT VINUM, UNDE ET ILLICITI AMORES:) *Præmiumque summum ebrietatis libido protensosa jucundum nefas.* Seneca ibidem.

ADDITIO.

Equidem uvas jam ante diluvium fuisse omni dubio caret, quia vites initio cum cæteris fructibus creatæ sunt; at forte modus vini parandi ante diluvium cognitus non fuit, illumque primus invenit Noach: Quanquam verosimile sit Adamum, qui virtutes lapidum, & vim aquarum herbarumque cognitas habuit, naturam vini perspectam quoque habuisse. Quando igitur sacra pagina refert, Noachum coepisse agrum colere, & plantare vineam, *Gen. IX. v. 20.* voluit indicare Scriptor, Noachum continuasse uti agriculturam, (quæ ante diluvium jam cognita & a Caino exercita fuit.) ita & vinearum plantationem, quæ pars est agriculturæ.

ADDITIO.

„*Van der Hardt in Ephemerid Phil. 2.* autumat, „Noachum primum fuisse qui humorem & ca„lorem vini amaret, seque inebriasset. Unde *Ma„nasse Ben Israel in Differtat. de Tragil. hum. p.* „*64.* ait: *Noachum se ista actione profanasse, inde„que virum terræ appellari. d. Gen. IX, v. 20. ut,* „*qui hoc ipso valde terrenum & mundanum se* „*ostendit.*

„δ) (UNDE ET ILLICITI AMORES:) Notum est „illud: vinum parat animos Veneri. Ideo & Ju„dæos vino abstinere ait Tesmarus h. atque ideo „Romanorum quoque fœminis usum vini interdi„ctum fuisse patet ex *Gell. Noct. Att. 10. 15. Ælian.* „*2. var.* 38. At illicitos amores jam ante diluvium „fuisse, patet ex *Gen. VI, v. 2.*

„ε) (CONCORDIAM RUPIT:) i. e. communio„nem rerum primævam turbavit.

„ζ) (GENEROSIUS VITIUM AMBITIO:) Unde „Cicero ait: *Est autem in hoc genere molestum quod* „*in maximis animis splendidissimisque ingeniis ple„rumque existunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ* „*cupiditates. L. 1. Offic. cap. 8. Et cap. 19.* ita pergit, „*Sed illud odiosum est, quod in hac elatione &* „*magnitudine animi facillime pertinacia & nimia* „*cupiditas principatus innascatur.* Conter. *Tesm.* „*h. l.*

η) (CUJUS SIGNUM TURRIS BABYLONICA:) Verum est terras ac provincias partitas fuisse post confusionem linguarum, at hoc non inde est quod omnes res antea communes fuerint, sed quod jure suo occupandi non usi sint, cum omnia omnibus sufficerent. Aucto hominum numero Deus voluit totum inhabitari orbem, ac in eum finem totam illam molem creavit; vidit autem sibi repugnare humanum genus, vidit structuram turris illius quæ hominum copiam continere non poterat, indeque mira providentia linguas confudit, eoque dissipationi familiarum causam dedit. Hæ igitur familiæ sibi quasdam terrarum portiones elegerunt, easque non per divisionem, sed occupatione suas fecerunt, quia terræ illæ nullius, i. e. in nullius bonis & proprietate erant. Josephus *Antiq. Jud. I. c. 5.* id confirmat, dum ait, Deum jussisse ut homines aucto admodum numero se dispergerent, orbemque inhabitarent colonias constituendo, at noluisse id humanum genus instigante Nimrode Chami nepote, & quia metuebant ne diluvio perirent, turrim extruxisse in contemtum vindictæ divinæ.

ADDITIO.

„Novam sententiam fovet van der Hardt *in* „*Ephem. Phil. 2. & 3.* atque rem ita explicat. Post„quam Cham nuditatem patris sui detexisset (i. e. „cum matre vel noverca, cujus nuditas est ipsa „nuditas patris, *Lev.* XVIII. *v. 6. & c. 20.* cohabi„tasset) eoque patris thorum violasset, merito, ait, „ob hoc crimen maledictum ei a patre, & servum „reliquorum fratrum declaratum fuisse, tum, quia „incestum commisit, tum ob partum ex illo in„cestu natum.

„Hanc maledictionem ac servitutem ægre fe„rentes Chami & Canaani posteri, sub Nimrodo (qui erat Chami nepos *Gen.* X, *v.* 8.) conspirare „cœpisse contra Semi & Iapheti nepotes, urbem„que Babel, monumentum tum defensionis suæ, „tum Imperii arrogati, exstruxisse. *Gen.* X. *v.* 10. „Deum vero, qui Semi maledictionem non sine „effectu esse voluit, vinculum illud solvendum sta„tuisse, atque ideo linguas eorum confudisse, i. e. „consilium commune, quod magno consensu ce„perant, turbasse, dissidium inter auctores illius „operis excitando, animosque divellendo, ne in „illo negotio ferali amplius consentiant omnes. „Atque hoc modo, ait, lites & seditiones inter eos

θ partito possederunt. ι Sed postea quoque inter homines vicinos mansit non pecorum sed terrarum pascuarum communio; quia tanta erat in exiguo hominum numero latitudo terrarum, κ ut sine incommodo ullo ad multorum usus sufficeret.

Virg. Georg. 1.
λ *Ne signare quidem partiri limite campum*
Fas erat.

μ donec, aucto ut hominum ita pecudum numero, ν passim terræ non in gentes ut ante, sed in familias dividi cœperunt. ξ Puteos vero, rem in siticulosa regione valde necessariam, nec multis sufficientem, occupando quisque suos fecere. ο Hæc sunt quæ ex sacra historia docemur, π satis convenientia cum his quæ Philosophi & Poetæ de primo statu rerum communium, ϱ & postea secuta rerum distributione dixerunt, σ quorum testimonia alibi a nobis producta sunt.

Genes. XIII. *Gen.* XXI.

4. τ Hinc

„ortas fuisse in diversa euntibus singulis: quo effectum, ut pars una post aliam abierit, ac alio se contulerit, quo ipso a cœpto munimento desistere coacti fuerint, unde fatale nomen urbi tandem impositum fuisse Babelis, i. e. seditionis.

„De hac arce certatim gentiles scriptores testantur, & loca collegit *Grotius de veritate relig. Christ.* 1. c. 16. De altitudine & situ hujus turris vide *Bochart. Geograph. sacr. L.* 1. *c.* 9. & 10.

„θ) (PARTITO POSSEDERUNT:) Hactenus enim genus humanum in communione rerum mansisse putat; at per secessum hunc gentes sibi terræ portiones appropriasse, easque partito possedisse.

„ι) (SED POSTEA QUOQUE INTER HOMINES VICINOS MANSIT NON PECORUM, SED TERRARUM PASCUARUM COMMUNIO:) Mens authoris est, gentes secedentes quidem proprias sibi quæsivisse terras, attamen pascua mansisse inter vicinos communia, quia omnibus sufficerent.

„κ) (ET SINE INCOMMODO AD MULTORUM USUS SUFFICERET:) Adeoque putat, homines vicinos in communione primæva quoad *terras pascuas* remansisse, non quoad *terras cultas*, *pecora* &c. quod ad multorum usum sine incommodo non sufficerent.

„λ) (NE SIGNARE QUIDEM &c.) Citat hunc versum Lactantius *L.* 5. *c.* 5. Sed optime addit, *Poeta dictum sic accipi debere, non ut existimemus nihil tum fuisse privati, sed modo poetico figuratum. Tesm. h. l.*

μ) (DONEC AUCTO, UT HOMINUM, ITA PECUDUM NUMERO:) Cum res omnibus sufficerent, ex mente authoris non adeo curata fuit rerum proprietas, sed, aucto hominum numero, singulos magis de proprietate rei occupatæ sollicitos fuisse ait.

„ν) (PASSIM TERRÆ NON IN GENTES, UT ANTE, SED IN FAMILIAS DIVIDI COEPERUNT:) Gradus igitur hic ultimus est separationis, qui opinante authore nihil amplius communioni rerum primævæ reliquit. (vid. tamen §. 3. 6. 13. 17.) Gentes enim divisas invicem fuisse dixit seditione orta, eoque ipso terras & pecora cuique genti propria facta fuisse. Aucto autem in unaquaque gente numero hominum, inter singulas ejusdem gentis familias etiam pascua & puteos divisos esse fingit, idque exemplo Jacobi docet, qui cum Loth & pascua & puteos partitus est.

ξ) (Grot.) (PUTEOS VERO, REM VALDE NECESSARIAM, NEC MULTIS SUFFICIENTEM, OCCUPANDO QUISQUE SUOS FECERE:) De puteis ad Oasim inter multis communibus vide Olympiodorum apud Photium.

„ο) (HÆC SUNT, QUÆ EX SACRA HISTORIA DOCEMUR:) Equidem verum est 1) in sacris statum innocentiæ & lapsus accurate describi: 2) dissidia inter primos fratres fuisse: 3) vitæ genus violentum præcessisse diluvium: 4) vinum & turrim Babilonicam causam dissidiis dedisse. 5) Abrahamum cum fratre Loth puteos & pascua divisisse. At, nulla inde probatur præcedens rerum communio; neque ullibi in sacris dicitur talem unquam communionem fuisse, illamque desiisse cum statu innocentiæ. Negavimus corruptionem demum per artium studium ortam esse, sed eam originem ex commessatione de arbore vetita, eique conjuncta violatione legis divinæ, cepisse probavimus.

„π) (SATIS CONVENIENTIA CUM HIS QUÆ PHILOSOPHI ET POETÆ DE PRIMO STATU DIXERUNT:) Imo nec Philosophi nec Poetæ talem rerum communionem statuerunt.

„ϱ) (ET POSTEA SECUTA RERUM DISTRIBUTIONE:) Cum nulla fuerit unquam rerum communio naturalis, frustra de divisione & rerum distributione quæritur.

„σ) (QUORUM TESTIMONIA ALIBI A NOBIS PRODUCTA SUNT:) In libro de veritate religionis Christianæ *L.* 1. *s.* 16. *n.* 32. *seqq.*

τ) (HINC

4. τ Hinc discimus quæ fuerit causa ob quam a primæva communione rerum υ primo mobilium, deinde & immobilium discessum est; nimirum quod cum non contenti homines φ vesci sponte natis, χ antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus vestito, vitæ genus exquisitius delegissent, ψ industria opus fuit, quam singuli rebus singulis adhiberent: ω quo minus autem fructus in commune conferrentur, primum obstitit αα locorum, in quæ homines discesserunt, distantia, deinde justitiæ & amoris defectus, per quem fiebat, ββ ut nec in labore, γγ nec in consumtione fructuum quæ debebat æqualitas servaretur. *Mari liberi cap. 15.*

5. δδ Simul discimus quomodo res in proprietatem iverint: εε non animi actu solo; ζζ neque enim scire alii poterant quid alii suum esse vellent, ut eo abstinerent; & idem velle plures poterant: ηη sed pacto

τ) (HINC DISCIMUS QUÆ FUERIT CAUSA OB QUAM A PRIMÆVA COMMUNIONE RECESSUM SIT:) Imo, hæ sunt causæ ob quas oon a primæva communione, utpote quæ nunquam fuit, recessum sit, sed ob quas jus occupandi fere desiit; quia auctu hominum numero omnia fere privata facta sunt; unaquæque enim familia sibi portiooem terræ occupavit, illamque coluit, & ex sua industria sibi quæsivit, oon aliis.

,,υ) (PRIMO MOBILIUM DEINDE ET IMMOBILI-,,UM:) At dictum jam est, nunquam fuisse rerum ,,communionem nec mobilium nec immobilium: ,,adeoque fabulam esse quæ de rerum earum divi-,,sione finguntur.

φ) (Grot.) (VESCI SPONTE NATIS:) Qualem vitam Scritefinnorum nobis accurate describit Procopius Gotthicorum II. Adde Plinium XII, 1. Vitruvium II, c. 1.

,,χ) (ANTRA HABITARE, CORPORE AUT NUDO ,,AGERE:) Atque hunc statum vocare solent æta-,,tem auream. *Eurypid. in Cyclop. v.* 121. *Ovid. I.* ,,*Metam. v.* 10.

,,ψ) (INDUSTRIA OPUS FUIT, QUAM SINGULI ,,SINGULIS REBUS ADHIBERENT:) Divisionem er-,,go rerum immobilium iode ortam ait Author, ,,quod exquisitiori victu & habitu quidam uti vo-,,lentes, id noo nisi ex sua industria & opera ha-,,bere potuerint; unde necessario sequi putat, rem ,,illam debuisse propriam fieri agentis, nec alii ,,jus ex opera & industria alterius competere po-,,tuisse.

,,ω) (QUO MINUS AUTEM FRUCTUS IN COMMU-,,NE CONFERRENTUR, PRIMUM OBSTITIT &c.) Por-,,ro occasionem refert Author, quomodo a com-,,munione fructuum recesserint homines: quia scl. ,,gentes per totum orbem sparsæ iis simul uti non ,,poterant, indeque probabile esse putat, remo-,,tiores vicinioribus eos reliquisse, quia circa ope-,,ram & circa divisionem fructuum perpetuæ lites ,,futuræ fuisseot. Quæ omnia vana & vaga sunt, ,,nec ulla ratione nituntur.

,,αα) (LOCORUM, IN QUÆ HOMINES DISCESSE-,,RUNT DISTANTIA:) Unde remotæ illæ gentes uti ,,communibus illis fructibus non potuerunt.

,,ββ) (UT NEC IN LABORE:) Vix enim est, ,,ut operæ æqualis ubique proportio haberi possit.

,,γγ) (NEC IN CONSUMTIONE FRUCTUUM:) Aliæ ,,enim familiæ aliis sunt numerosiores, adeoque ,,hæ pro aliis operam præstarent.

δδ) (SIMUL DISCIMUS, QUOMODO RES IN PROPRIETATEM VENIERINT:) Imo id ex primæva rerum communiooe earumque divisiooe non discimus: sed id sequitur ex facultate hominibus a natura concessa occupandi res in alterius potestatem nondum redactas. Sane, posita communione naturali non daretur dominium, quia non potuissent homines a communiooe recedere, sed melior, hodieque, foret conditio prohibentis.

,,εε) (NON ANIMI ACTU SOLO:) Sed corpora-,,lis possessio requiritur. *vid. L.* 2. *c.* 7. §. 3. *c.* 8. ,,§. 3. 4. 6.

,,ζζ) (NEQUE ENIM SCIRE ALII POTERANT, ,,QUID ALII SUUM ESSE VELLENT; ET IDEM VEL-,,LE PLURES POTERANT:) Hæc ratio supponit re-,,rum communionem, quæ nunquam fuit. Vera ,,ratio hæc est, quod dominium acquirere nihil ,,aliud sit, quam rem nullius in potestatem nostram ,,redigere, ita, ut pro lubitu de ea disponere pos-,,simus; at res nondum in oostra potestate constituta ,,dici potest, cujus habendæ animus saltem nobis est.

,,ηη) (SED PACTO QUODAM EXPRESSO, UT PER ,,DIVISIONEM:) Cum nunquam fuerit rerum com-,,munio, frustra fingitur homines pacto & per di-,,visionem ab ea recessisse: Neque enim per rei ,,naturam tale pactum divisionis probari potest. ,,Præterea divisio illa tantum obtinebit inter eos ,,qui diviſere, adeoque qui ita pacti sunt, cæteri ,,igitur adhuc in communione persisterent: Unde ,,sequeretur illos hodieque ad divisionem agere ,,posse, quæ omnia ratione carent.

cto quodam aut expresso, ut per divisionem; θθ aut tacito, ιι ut per occupationem: κκ simulatque enim communio displicuit, nec instituta est divisio, λλ censeri debet inter omnes convenisse; ut quod quisque occupasset id proprium haberet. μμ *Concessum*, inquit Cicero, *sibi ut quisque malit quod ad vitæ usum pertinet quam alteri acquiri, non repugnante natura.* Cui addendum illud Quintiliani: *Si hæc conditio est, ut quicquid in usum hominis cessit, proprium sit habentis*, νν *profecto quicquid jure possidetur, injuria aufertur.* ξξ Et veteres cum Cere-

Cic.Offic. III. Decl. 13. Macr. Sat. III. cap. 15.

„θθ) (AUT TACITO, UT PER OCCUPATIONEM:) „Aucto hominum numero, cum dividi consensu „expresso terræ non potuerint, cuique tacite per„missum fuisse fingit, ut occupet quicquid velit: „At, unde quæso tacitus ille consensus probabitur? „Quinam sunt illi actus unde talis voluntas elici po„terit. Supra probavimus, occupandi jus non ori„ri ex tacito consensu eorum quibus res commu„nis est, sed ex facultate naturali humano generi „concessa apprehendendi, & in suos usus verten„di quicquid nullius est; idque jus ex concessio„ne divina singulis hominibus competit, etsi „omnes reliqui homines dissentirent.

ιι) (Grot.) (UT PER OCCUPATIONEM:) Vide quæ hac de re ex Gemara & Alcorano nobis protulit honos Britanniæ Seldenus in Thalassocratico.

„κκ) (SIMULATQUE ENIM COMMUNIO DISPLI„CUIT, NEC INSTITUTA EST DIVISIO, CENSERI „DEBET INTER OMNES CONVENISSE, UT QUOD „QUISQUE OCCUPASSET &c.) Si jus naturæ ex ejus„modi conjecturis, & tacitis pactis elicere liceret, „quid non inde deduci posset! Verum non est „communionem rerum fuisse, eamque humano „generi displicuisse: verum non est divisionem „unquam inter homines de rebus illis communio„nibus intervenisse: verum non est inter homi„nes aliquid de hac re conventum esse: verum „non est convenisse inter homines, ut quod „quisque ex re communi occupasset id proprium „haberet. Dictum jam sæpius est res originarie „esse nullius, & vi facultatis a natura humano ge„neri concessæ occupari posse, atque hinc sequi „dominium; quia quod quisque ita occupat suum „facit. Adeoque non opus est in re tam facili & „tam clara ad præsumta pacta, quæ per rationem „nec concipi possunt, confugere.

λλ) (Grot.) (CENSERI DEBET INTER OMNES HOMINES CONVENISSE:) Cicero: *ex quo, quia suum cujusque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit id quisque teneat.* Quod similitudine illustrat a Chrysippo reperta de stadio, ubi currendo licet vincere adversarium, non eum detrudendo. Scholiastes ad artem poeticam Horatii: *quemadmodum domus aut ager sine domino communis est, occupatus vero jam proprius fit.* Varro in Age modo: *Terra culturæ causa attributa olim particulatim, ut Etruria Thuscis, Samnium Sabellis.*

μμ) (Grot.) (CONCESSUM SIBI UT QUISQUE MALIT:) Solon:

χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι

Divitias habuisse velim, sed non bene partas
Non cupiam.

Cicero Officiorum I. *Nec vero rei amplificatio nemini nocens vituperanda est, sed fugienda semper injuria.*

ADDITIO.

„Cicero non ait, unumquemque malle sibi occupare ex pacto aliquo tacito, sed id concessum „esse a natura.

„νν) (PROFECTO QUICQUID JURE POSSIDETUR „INJURIA AUFERTUR:) Ratio hujus asserti non in „pacto aliquo aut expresso aut tacito consistit, sed „ipsa ratio naturæ id dictat, cum enim omnibus „hominibus æqualiter facultas data fuerit occupan„di res terrenas, is jure suo usus est qui prior oc„cupavit, hoc jus ergo, ex naturæ concessione ipsi „quæsitum, sine injuria ei auferri nequit.

ξξ) (ET VETERES CUM CEREREM LEGIFERAM &c. DIXERUNT, HOC SIGNIFICARANT:) Ceres legifera dicitur, quia frugum producendarum opera hominum inventrix dicitur: Cum enim fructus sponte nati non sufficerent, indeque perpetuæ lites inter homines orirentur, ajunt Cererem invento tritico & hordeo, aliisque frugibus opera humana producendis, lites istas sustulisse, legemque statuisse, ut cuique quod sua opera & industria quæsivisset proprium esset. *Diodor. Sic. Lib. 5. cap. 2. Orat. mea de progressu juris Europ. p. 6.* Quæ lex non nova sed ipsa natura prodita, & a Cerere saltem renovata est.

ADDITIO.

„Ceres Saturni & opis filia dicitur, & ideo „inter Deas relata est quia docuit molere fru„mentum, indeque panem conficere, cum antea ho„mines glande vescerentur. *Plin. L. 7. c. 5. Ovid.* „*L. 5. Metam.* Unde frugifera quoque vocata est. At „θεσμόφορος seu legifera quo jure appellari pos„sit non video. Nullæ enim leges ab ea latæ ex„tant, neque ea, quam tulisse fertur, (quod tamen „nulla ratione probatur) utilitatem aliquam habet; „satis enim natura nos docuit, unumquemque ex „sua opera & industria sibi fuli acquirere. Verius „ergo est, per legem hic non intelligi legem justi„tiæ, quæ νόμος proprie dicitur, sed *institutum.* „Vox enim θέσμια institutum quoque denotat. Quan„do igitur Ceres Θεσμόφορος Græcis vocatur, nihil „aliud indicare voluerunt, quam eam agriculturæ „legem & modum invenisse. Atque hoc eviden-

ter

Cererem legiferam, & sacra ejus Thesmophoria dixerunt, hoc significabant oo ex agrorum divisione exstitisse novi cujusdam juris originem:

§. III. a His

„ter apparet ex eo, quod sacrum Cereris θεσμοφόριον, & festa in honorem Cereris instituta θεσμοφόρια appellentur. Hæc igitur festa non propter leges latas, sed propter agriculturam instituta fuisse, vel ex ipso sacrificio Cereri oblato apparet, nam id consistebat in thure, vino, & corona spicea quæ ante templi fores pendebatur. *Gunther. de vet. jure pontif.. L. 4. c. 3. & late Thomasin. de Donariis veterum c. 26 ubi ex Virgilii Georg. Lib. 1, v. 338. sequentia refert.*

„Imprimis venerare Deos, atque annua magnæ
„Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

„& *Eclog.* 5. *v.* 69.

„Ut Baccho, Cererique tibi sui vota quotannis
„Agricolæ facient.

„Item Tibullus *Lib. I. Eleg. I.*

„Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona
„Spicea, quæ templi pendeat ante fores.

„Præter messem agricolæ etiam Cereri omnia instrumenta rustica dicabant, & post messem primitias frugum offerebant, convivia insuper celebrabantur: *Thomasin. d. l.* ubi causam hujus venerationis ex Firmico hanc refert. *Tum ipsa dispensatio, quod attulerat frumenta; tum, quod colligendarum frugum tradiderat disciplinam. post mortem ob beneficium, quod ex frugum copia nascebatur, par ter & consecrata*; certissimo indicio, non eoli hic memoriam legum latarum, sed quod colligendarum frugum tradiderit disciplinam. Universam hujus sacri formam ostendit *Cato de re rustica c. 124.*

oo) (Grot.) (EX AGRORUM DIVISIONE EXTITISSE NOVI CUJUSDAM JURIS ORIGINEM:) *Postquam ex agrorum discretione nata sunt jura.* Ita Servius ad illud in quarto Æneidos: *Legifera Cereri.*

ADDITIO.

Imo divisio illa non est origo novi juris, sed ipsum jus naturæ: nam cum quisque habeat facultatem occupandi res terræ, necessario sequitur, rem occupatam, omnemque quæ ex ea oritur utilitatem, meam esse, quæ proinde ab alio qui nullum jus in illa re habet auferri nequit.

ADDITIO.

„Dixi Cererem jus non constituisse, sane non opus fuisset ob leges satis a natura cognitas (nimirum ne id quod quisque occupavit ab alio auferatur:) tanta eam prosequi veneratione: Neque *obstat*, legiferam passim apud Authores audire. vide *Virgil. 4. Æneid. 58. Ovid. Metam. 5. pr. 3. v. Athenaus 1. 12.* Imo Diodorus siculus rationem addit, quod leges honeste vivendi dederit. *L. 5. c. 2.* ibi: *Nam præter ab ea repertum frumentum leges etiam edidit, quibus juste pieque homines vivere adsuescerent, ex quo & legiferam dixerunt, quibus inventis haud facile quis majora reperire posset, cum in his sita sit non vivendi tantum sed bene honesteque vivendi institutio.* Verum enim sacra ipsius nullam faciant legum latarum mentionem, sed solius beneficii quod ex agricultura sequitur, inde conjecturari licet improprie legiferam vocari: quod in præcedentibus probavimus, & magis inde confirmatur, quia non subditis illas leges dedisse fertur, sed illis orbis incolis, qui eam, filiam Proserpinam quærentem, grate susceperant. *Diodor. Sic. d. l.* „Certum autem est, jus leges condendi Cereri in illos populos non competiisse: verius igitur est eam a Græcis ideo θεσμοφόρον dictam esse, quod disciplinam agros colendi tradiderit, quam rationem Firmicus ante allegatus affert.

a) (HIS POSITIS DICIMUS, MARE IN PROPRIUM JUS ABIRE NON POSSE:) Grotius supposuit sublata primæva rerum communione cuique hominum, ex tacito gentium consensu, concessum esse res olim communes occupando suas facere: At ab hac occupandi facultate hic eximit *Mare*: Idque tum ex ratione *morali*, quia causa, ob quam humanum genus a communione recessit, hic cessat, mare enim in exhaustum esse & omnibus sufficere. Tum ex ratione *naturali*, quia mare est indeterminatum; liquida enim terminari non posse nisi quatenus in re alia continentur, mare vero, par terræ aut terra majus non contineri in terra. Cum hæc quæstio, an mare occupari possit, ex professo ab Authore tractetur in *cap. seq. §. 8.* eo decisionem remittimus: Hic pauca saltem ad intellectum §§. sequentium notabimus.

PROPOSITIO I.

Occupare est rem in potestate ac custodiam nostram redigere.

DEMONSTRATIO.

Occupatio enim definitur actus, quo rem in nostram potestatem & custodiam animo ejus habendæ redigimus. *l. 55. ff. A. R. D.* Tunc enim demum res nostra fit, i. e. facultatem de ea pro lubitu disponendi acqoirimus.

PROPOSITIO II.

Proprietas substantia maris occupari potest. Usus ejus non potest, sed communis est:

DEMONSTRATIO

Grotius tradit mare occupari non posse 1) ex ratione morali, quia causa ob quam a communione recessum est, indigentia nimirum, hic cessat, cum usus maris omnibus sufficiat. *Vid. n.* 1. 2) ex ratione naturali, quia occupatio non est nisi in re terminata: mare autem esse indeterminatum.

At neutra ratio concludit: non prior, quia rerum communio nunquam fuit, adeoque in mari illa remanere non potuit: non posterior, quia mare omnino est res terminata; nam per classes mare ad

re ad certum usque terminum ita in potestatem nostram redigere, illudque occupare possumus, ut alios inde arcere valeamus: Sed & portubus, aliisque angulis occupatis, alii populi ab ingressu prohiberi poterunt. Imo occupatis littoribus, ibique fortalitiis exstructis, præcipuam maris partem occupari posse constat. Idque exemplis marium occupatorum alibi probavimus.

PROPOSITIO III.

Hinc verum non est 1) mare ipsum commune esse. 2) Esse rem liquidam. 3) Natura occupari non posse. 4) Mare esse terræ par aut majus. Et 5) ideo non contineri terra.

DEMONSTRATIO.

Has opiniones Grotii statim in ipsa explicatione textus examinabimus.

PROPOSITIO. IV.

Occupandi jus cessat in iis 1) quæ dividi, vel natura occupari non possunt: 2) quæ sunt inexhausta & omnibus necessaria. Hæc igitur non continentur occupatione facta.

DEMONSTRATIO.

Cessat jus occupandi in *rebus individuis*, quia per occupationem pars rei ab altera dividitur: Hæc ratio est cur jus transeundi commune sit, quia de loco in locum competit in infinitum.

Præterea natura aliquando obstat quo minus res occupari possit, tale quid est lumen, quod consistit in perceptione radium solarium; aër, &c.

Porro cessat jus occupandi in illis rebus quæ *inexhausta* sunt, & ad omnium necessitatem conditæ sunt, ut aër, aqua profluens: Harum igitur rerum usus communis est, quia omnibus sufficit, & omnibus necessarius est. Ovidius canit:

Quid prohibetis aquas, usus communis aquarum est.

Sic *usus maris*, qui consistit in piscatione & navigatione, communis est, quia hic usus inexhaustus est, & omnibus sufficit.

Quando igitur populus aliquis occupat terræ partem, sub ea occupatione non continentur ea quæ dividi non possunt, quæ inexhausta sunt & omnibus necessaria, & quæ natura occupari non possunt.

ADDITIO.

„Celebris hæc est quæstio, scriptis & armis ventilata, *an mare occupari possit?* Rationes quæ a Doctoribus hactenus allatæ sunt, mihi non satisfaciunt. Ex aliis igitur naturæ principiis, quæ jus Romanum suppeditat, res decidenda est: Præmittendum autem est.

„I. Ab initio omnes res terræ fuisse nullius, i. e. in nullius bonis & proprietate. *Dissert. Prooem. XII.* §. 245. Non vero communes. *Dissert. Prooem. VI.* §. 68.

„II. Cuique hominum jus esse res quæ nullius sunt occupandi, i. e. suas faciendi, quia cum in nullius bonis sint, nemo jus prohibendi sibi arrogare, aut occupantem impedire potest: *Dissert. Prooem. XII.* §. 245. *seq.* §. 253. *seqq.* §. 260.

„III. Occupare, esse rem quæ nullius est ita in potestatem nostram redigere, ut res ipsa nostra sit. *l.* 55. *A. R. D. junct.* § 11. *Inst. Rer. div.*

„IV. In potestatem autem nostram res tantum redigi per possessionem, seu talem actum quo res a nobis tenetur: Atque hoc est quod JCtus ait in *l.* 1. §. 1. *A. P.* dominia rerum ex naturali possessione cœpisse.

„V. Hinc jam constat, occupari non posse res quæ natura sua in corporalem nostram potestatem venire non possunt: *Dissert. Prooem. XII.* §. 215. *seqq.* 261. *seqq.*

„Tales res sunt 1) AER. *dict. dissert. XII.* §. 217. 2) AQUA PROFLUENS. *ibid.* §. 218. & consequenter ALVEUS FLUMINIS, ejusque RIPA *ibid.* §. 222. §. 223. 3) MARE *ibid.* §. 219. §. 262. Non tantum quod ad AQUAM MARINAM. *ibid.* §. 219. *n.* 1. §. 262. *n.* 1. Sed & quod ALVEUM MARIS *ibid.* §. 220. §. 262. *n.* 1. & quod ad LITTORA, quatenus sunt pars maris, attinet. *ibid.* §. 221. §. 262.

„VI. Omnes reliquæ res nullius in custodiam nostram naturalem venire possunt.

„VII. At impediri lege Imperantis cives possunt ne hanc vel illam rem occupent: *ibid.* §. 228. Ita Romani legislatores insulas in flumine publico natas, alveos derelictos, &c. aliquando assignarunt vicinis prædiis, nimirum in agris arcifinis; eoque prohibuerunt ne cedant occupanti: idque ex supposito, quod ripæ & alveus fluminis olim fuerint vicinorum prædiorum. §. 223. & §. 204. *n.* 3. Econtrario in agris limitatis manent hæ res nullius, ceduntque occupanti. *idid.*

„VIII. Hinc jam facile deciditur quæstio, *an mare occupari possit?* Nos illud nec in totum, nec pro parte occupari posse, nunc demonstrabimus: (*Conf. Dissert. prooem. XII.* §. 226.) Mare enim 1) constat tribus, uti diximus, partibus, *aqua marina, alveo, & littoribus:* Neutra autem harum partium, quatenus mare constituunt, in corporalem nostram potestatem venire potest: *d.* §. 262.

„De *aqua marina* id 2) in aprico est, ipsa natura obstat quo minus complexus ille aquarum in custodiam nostram redigi possit: Sed & ratio naturæ id impedit, jus enim transeundi, seu navigandi per mare, toti humano generi commune est, quod verum non esset si maris dominium acquiri, adeoque alii inde arceri possent. *Dict. Dissert. XII.* §. 219.

„Quia igitur aqua marina nemini propria est, necessario sequitur, usum illius aquæ omnibus communem esse; §. 1. *Inst. R. D. l.* 2. §. 1. *ff. Eod. l.* 50. *ff. A. R. D. l.* 13. §. *f. injur. l.* 3. §. 1. *ne quid in loc. publ.* adeoque omnibus hominibus patere, *l.* 13. *pr. Comm. præd.* & publicum esse jure gentium. §. 5. *Inst. R. D.* Hinc (a) cuilibet jus est in ea navigandi & piscandi, *L.* 4. §. 1. *ff. rer. div.* §. 1. *Inst. Eod. l.* 13. §. *f. injur. l.* 1. §. 1. *Acq. rer. dom. l.* 2. §. 9. *ne quid in loco publ.* (etiam ante alterius piscatorium. *d. l.* 2. §. 9. *l.* 13. *Comm. præd.*) adeo, ut si quis me prohibeat actione injuriarum conveniri possit. *l.* 14, *ff. Injur. l.* 13. *pr. Comm. præd.* (b) Privata lege mari servitus imponi nequit; *d. l.* 13. *Comm. præd.* servitus enim non nisi a domino constituitur, nemo autem maris dominus est. (c) Quicquid mari capitur fit capientis,

l. 1.

§. III.

I. [a] His positis dicimus mare sumtum aut [b] sub ratione integri, aut sub ratione præcipuarum partium, [c] in proprium jus abire non posse: [d] quod, quia de privatis quidam concedent, [e] non de populis, probamus [f] ex morali primum ratione; [g] quia causa ob quam a communione discessum est, hic cessat. [h] Est enim tanta maris magnitudo, ut ad quemvis usum

,,*l. 1. in f. ff. Acq. rer. dom.* nemo enim jus prohibendi habet, & id quod capitur nullius est. ,,*Dict. diss. VI. §.* 219.

,,Sed & 3) *Alveus maris* quamdiu aqua tegitur, ,,sua natura in nostram potestatem venire nequit. ,,Alveus enim ejusdem juris esse dicitur cujus est ,,mare; *§. 5. Inst. Rer. div.* mare autem refertur ,,inter res communes. *l. 2. §. 1. ff. rer. div.* Sane, ,,cum aqua marina sit res communis, necessario ,,quoque alveus, qui aqua marina pepetuo tegitur, ,,communis est *arg. l. 1. §. 7. de flumin. l. p. ff. Rer.* ,,*div.* Atque hæc ratio est cur alveus maris nullius, i. e. in nullius bonis & proprietate esse dicatur *l. 30. §. f. A. R. D. §. 5. Inst. Rer. div.* Imo ,,dominium fundi, quem mare novo confecto al- ,,veo inundat, eo ipso interire dicitur. *l. p. ff. Rer.* ,,*div. l. 3. §. 17. l. 30. §. 3. Acq. poss. arg. l. 1. §.* ,,*7. Flum.*

,,Cum igitur alveus maris in nullius dominio sit, ,,adeoque nemini jus impediendi alios ab ejus ,,usu competat, consequens est ut alvei usus sit communis, *§. 5. Inst. rer. div.* publicus jure gentium, & omnibus hominibus pateat. *l. p. ff. rer.* ,,*div.* Hinc a) pilæ in mare jactæ, item molæ, ,,cedunt ei qui injecit, *l. 2. §. 8. l. 3. §. 1. ne quid* ,,*in loco publico* & quicquid desuper ædificatum est ,,acquiritur ædificanti, *l. 30. §. f. A. R. D. l. 50. Eod.* ,,idque suum facere dicitur, etsi non in suo ædificet. *l. 1. §. 18. Nor. op. nunc. d. l. 50.* b) Insulæ ,,ex alveo maris natæ (adeoque quæ pars alvei sunt) ,,nullius esse intelliguntur, *l. 30. §. 1. §. 3. A. R. D.* ,,*l. 1. §. 6. flum.* ac cedunt occupanti. *l. 7. §. 3. A. R.* ,,*D. l. 1. §. 1. Acq. poss.* Conf. *Differt. Prooem. VI.* ,,*§.* 220. §. 262.

,,Hinc jam constat 4) qua ratione *littora* quoque ,,*communia* dicantur: *L. 2. §. 1. ff. Rer. div.* Si enim ,,usus maris & alvei communis est natura, necessario quoque littora sunt communia, quia sunt pars ,,maris; Hinc JCti Romani, dum mare commune ,,dixere, notanter addiderunt, *& per hoc littora maris.* Cum igitur littora nemini propria sint, nullius vere esse dicuntur, *§. 5. Inst. Rer. div. l. 15. ff.* ,,*contr. emt. l. 14. pr. Acq. rer. dom.* eorumque ,,usus, cum nemo jus prohibendi sibi arrogare ,,possit, communis. Unde JCtis Romanis littora ejusdem juris esse dicuntur cujus est ,,mare, quod est commune. *§. 5. Instit. Rer.* ,,*div.* Est igitur littorum usus omnibus hominibus communis, *l. 3. Ne quid in flum. publ. l. 13. §.* ,,*f. Injur. l. 24. pr. Damn. inf.* omnibus vacat, *§. 3.* ,,*Inst. rer. div.* omnibus patet, eoque est publicus ,,jure gentium. *l. 14. l. 65. §. 1. A. R. D. §. 5. Inst.* ,,*Rer. div.* Sed & JCti Romani in genere tradunt, in ,,*littoribus* idem obtinere quod in usu aëris, maris, ,,fluminis, & viarum publicarum. *l. 3. ne quid in loc.* ,,*publ. l. 13. §. f. injur.* Cujus doctrinæ effectus ,,vide in *Differt. Prooem. XII. §.* 221.

,,Etsi autem proprietas maris occupari non possit, id tamen non impedit quo minus mare quod ad ,,imperium attinet occupari possit: hactenus enim ,,tantum quæritur de jure imperandi, i. e. leges ,,dandi navigantibus, quæ semper salvum supponunt ,,usum juris gentium. *Grot. l. 2. c. 3. §. 13. Vide* ,,*Differt. prooem. XII. §.* 228 §. 238. §. 263. *n.* 6.

,,*b*) (SUB RATIONE INTEGRI, AUT SUB RATIONE PRÆCIPUARUM PARTIUM:) Ut grandes ,,sinus, aut freta, propriique nominis tractus: ,,*Gron. b.* Adeoque Author sub ratione partium ,,minus præcipuarum mare occupari posse putat. ,,*Vid. cap. 3. §. 9. seq.* At dictum jam est, mare ,,plane occupari non posse.

,,*c*) (IN PROPRIUM JUS ABIRE NON POSSE:) ,,Dixit enim Author supra *§. 1.* quasdam res occupatas non esse, vel quia non possunt occupari, ,,quo refert mare: *§. 3.* vel quia possunt sed nondum sunt, de quibus agit *§. 4. seq.*

,,*d*) (QUOD, QUIA DE PRIVATIS QUIDAM CONCEDENT:) Ut nimirum privati mare occupando ,,suum facere non possint.

,,*e*) (NON DE POPULIS:) Quæ distinctio ratione ,,caret: Si enim populus natura occupare potest ,,mare etiam singuli poterunt. Cæterum illi qui ,,mare pro parte a *populis* occupari posse asserunt, ,,loquuntur de imperio, de quo infra agemus.

,,*f*) (EX MORALI PRIMUM RATIONE:) Quum ,,distinguit a ratione naturali; vide *n.* 2. quia scil. ,,per rationem naturalem ibi intelligit impossibilitatem facti. Alias enim omnis ratio naturalis est ,,moralis, et contra.

g) (QUIA CAUSA OB QUAM A COMMUNIONE RECESSUM EST, HIC CESSAT:) Dixi jam rerum, adeoque et maris communionem primævam non dari, indeque frustra quæri an inde recessum sit,

h) (EST ENIM TANTA MARIS MAGNITUDO UT AD QUEMVIS USUM OMNIBUS SUFFICIAT &c:) Causa cur mare occupari nequeat non pendet ab illa fabula, quasi primi homines, a primæva communione recedentes, ideo exemerint mare, quod ratio separationis, nimirum indigentia, cesset, & quod usus maris omnibus sufficiat: vera ratio est, quod complexus ille aquarum sua natura in singulorum proprietatem, i. e. potestatem ac custodiam, venire nequeat, indeque usus maris omnibus hominibus necessario communis sit.

usum omnibus populi sufficiat, [i] ad aquam hauriendam, ad piscatum, ad navigationem. [k] Idem dicendum esset de aere, si quis ejus usus esse posset, ad quem terræ usus non esset necessarius, [l] ut est ad aucupia; [m] unde illa legem accipiunt ab eo qui in terra imperium habet.

2. [n] Nec aliud censendum de Syrtibus, [o] ubi nihil est quod cultum ferat, [p] & usus unicus petendum inde arenarum exhaurir nequit. [q] Est & naturalis ratio quæ mare [r] consideratum ut diximus, proprium fieri vetat: [s] quia occupatio non procedit nisi in re terminata

i) (AD AQUAM HAURIENDAM, AD PISCATUM, AD NAVIGATIONEM:) Usus maris naturalis duplex est: 1) piscatio, & 2) navigatio: hic igitur usus omnibus communis est, eoque posito omnia ea licita sunt sine quibus usus ille exerceri non pot, est; adeoque haurire aquam, casas ponere, retia exsiccare &c.

k) (IDEM DICENDUM ESSET DE AERE SI QUIS EJUS USUS ESSE POSSET:) Male Author comparat mari aerem. Mare enim res est ubi substantia ab usu separari potest, adeoque aliud ibi jus est ratione substantiæ, aliud ratione usus: aer autem in abusu consistit, i. e. ipsa substantia per usum consumitur: tales igitur res non possunt dici occupatæ, nisi quatenus iis utimur. Præterea male Author ait, aeris per se usum non esse; nam insignes juris aerei effectus eleganter exposuit B. Stryk. *in Disput. de jure principis aereo.*

l) (Grot.) (UT EST AD AUCUPIA:) Et habitandi jus. Tam soli quam cœli mensura facienda est, ait Pomponius L. si opus. D. quod vi aut clam. Adde legem penultimam, D. pro socio.

ADDITIO.

„Mens Authoris, satis obscura, hæc esse videtur: Uti *mare* ita & *aerem* nec in totum, nec „pro parte occupari posse, si absque terræ auxi„lio usus aëris esse posset, i. e. si homines absque „tactu terræ in aëre agere possent. Cum autem „usus aëris sine terræ auxilio vix detur, inde con„cludit Author, aërem sequi jus terræ, adeoque „aërem posse occupari non per se, sed jure terræ. „Illustrat id exemplo aucupii; Aves enim qui „in aëre volitant revera sunt nullius, & ha„ctenus a quolibet capi possunt, aër enim com„munis est uti mare. At, qui agrum occupavit „prohibere alterum posse, ait, quo minus fundum „ingrediatur, adeoque jus utendi aëre per indire„ctum jure terræ impedire: Atque huc quoque Au„thor in notis refert jus habitandi: per positio„nem enim ædificii occupatur aër, quæ proinde „occupatio itidem fit jure terræ.

„At hæc subtiliter magis quam vere disputan„tur. Aër enim sua natura neque per se, neque „jure terræ occupari potest, quia non est talis res, „quæ occupari, i. e. in potestatem nostram redigi „potest. Quia igitur aër in nullius proprietate est, „quilibet eo uti, nec quisquam ab ejus usu excludi „potest. Exemplum aucupii plane huc non per„tinet: aucupium enim non est usus aëris sed ter„ræ, neque usus aëris in capiendis avibus, sed in „spirando & hauriendo aëre consistit. Conf. *Diss.* „*prooem. XII. §. 217.*

„*m*) (UNDE ILLA LEGEM ACCIPIUNT AB EO „QUI IN TERRA IMPERIUM HABET:) Cujus effe„ctus est ut aucupia lege civili prohiberi possint. „Atque hoc est, quod Grotius passim ait, domi„nium anteverti posse lege civili. *Differt. Prooem.* „*VI. §. 88. n. 1.* Imo privati quoque, in quos „dominia distributa sunt, prohibere possunt alios, „ne prædia sua ingrediantur venandi causa: non „quidem ad eum effectum ne avis capta fiat ca„pientis, (nam ea res nullius est, ceditque occu„panti) sed ut actione injuriarum teneatur qui „prædium alienum invito domino ingreditur.

n) (NEC ALIUD CENSENDUM DE SYRTIBUS:) quis asseret Siciliæ arenas Scythiæ populis esse communes? Rectius itaque dicimus, loca illa nullius esse, nec in singulorum proprietatem venire posse: Quidquid igitur arenarum inde sumatur, id unusquisque jure occupationis sibi acquirit.

ADDITIO.

„Quid sint syrtes, explicat Faber *in Thesauro E-* „*rudit. schol. voce Syrtis*: abditi scilicet arenarum cu„muli alluvionis vehementia congesti, qui neque „prehendi ob incertas vices, neque caveri possunt. Ex „ea descriptione apparet, syrtes sua natura occupa„ri et in potestatem nostram redigi non posse,

„*o*) (UBI NIHIL EST, QUOD CULTUM FERAT:) „Hoc non impediret jus occupandi Syrtes.

„*p*) (ET USUS UNICUS PETENDARUM ARENA„RUM EXHAURIRI NEQUIT:) Dictum est Syrtes „non ideo esse communes, quia arena exhauriri „nequit, sed quia in potestatem & custodiam no„stram redigi non possunt, eodem enim modo, „quo aqua marina, singulis momentis mutatur.

„*q*) (EST ET NATURALIS RATIO QUÆ MARE „&c. PROPRIUM FIERI VETAT:) Morali ratione „mare in jus proprium abire non posse, demon„stravit supra *n. 1.*

„*r*) (CONSIDERATUM, UT DIXIMUS:) i. e. sum„tum aut sub ratione integri, aut sub ratione præ„cipuarum partium.

s) (Grot.) (QUIA OCCUPATIO NON PROCEDIT, NISI IN RE TERMINATA:) Ideo jugera quæ possessorem non habent immetata dixit Horatius.

ADDI-

minata: unde Thucidides terram vacuam vocat [t] ἀόριςον: & Isocrates terram ab Atheniensibus occupatam τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀφορισθεῖσαν. [u] Liquida vero [v] quia per se non terminantur (τὸ ὑγρὸν ἀόριςον, οἰκείῳ ὅρῳ, inquit Aristoteles) occupari nequeunt; [w] nisi ut contenta in re alia: [x] quomodo locus & stagna occupata sunt, [y] item flumina quia ripis tenentur. [z] Mare vero terra non continetur, par terræ [aa] aut terra majus, [bb] unde ter-

Lib. 1. Paneg.

De Gener. lib. II. c. 2.

ADDITIO.

Mare esse rem terminatam supra in propositione III. demonstravimus: adeoque ratio, quæ maris occupationem impedire debet, cessat.

ADDITIO.

„Nos ex alia ratione demonstravimus mare occupari, i. e. in custodiam & potestatem singulorum venire non posse, quia scl. aqua singulis momentis mutatur. Alveus autem ejusdem est juris cujus est aqua: & littora quoque ad usum maris pertinent.

t) (ἀόριςον:) Quasi terra quæ termino caret.

u) (LIQUIDA VERO:) Mare male dicitur res liquida: nam mare est totum aliquod compositum ex littoribus, alveo, & aqua marina: eodem modo, quo flumen constat ex ripis, alveo, & aqua profluente. Proinde aqua est tantum pars quædam maris & fluminis; quod ipse Author quoque asseruit *L. 2. c. 3. §. 17.*

v) (QUIA PER SE NON TERMINANTUR, OCCUPARI NON POSSUNT:) Mare, etiam quatenus ut res liquida consideratur, terminari posse supra propositione III. probavimus. Nam per classes, per fortalitia in littoribus, portubus, aliisque locis angustis exstructa, ita in nostram potestatem & custodiam redigi potest, ut omnes alios inde arcere possimus. Atque ita Lusitaniæ rex mare Indicum: Veneti mare Adriaticum sibi vindicant. Alia exempla refert Tesmarus in not. *h.* *h. lit. a. lit. d. & Grotius infra c. 3. §. 13.* Xerxes victor maris dicitur *Justin. l. 3. c. 13.* Adde *Florum lib. 3. c. 6. pr.* Imo fines quoque & terminos in mari constitui posse probat *Tesmarus h. §. lit. m.* Sane si mare, ut Grotius concedit, per partes occupari potest, etiam totum poterit. Et cum mare sit pars terræ, uti hæc ita & ejus pars occupari poterit. Præterea si imperium acquiritur in mari, uti fatetur *Grotius c. 3. §. 3.* etiam ejus proprietatem occupare possumus, quia omnia jura sub imperio continentur.

ADDITIO.

„Diximus mare, quatenus ex aqua marina & alveo constat occupari sua natura neque in totum „neque pro parte posse, quia impossibile est ut aqua, „& qui aqua tegitur alveus, in nostra potestate & „custodia constituatur: Etsi autem imperium in „mari acquiri possit, non tamen sub eo continetur „dominium, utpote quod toto cœlo ab imperio „differt: quod late demonstravimus in *Differt.* „*Prooem. XII. §. 236. seq.*

„*w*) (NISI UT CONTENTA IN RE ALIA:) Tunc „enim non terminari putat ut rem liquidam, sed „v. g. per latera, per ripas &c.

„*x*) (QUO MODO LACUS ET STAGNA OCCUPATA SUNT:) Quæ ubique lateribus clauduntur, & „intra fines agri continentur: adeoque in singulos „distribui possunt. Verum dispar est ratio maris: „aqua enim marina, ejusque alveus, per naturam in „custodiam & potestatem redigi nequeunt, secus „ac in lacubus & stagnis.

„*y*) (ITEM FLUMINA QUIA RIPIS TENENTUR:) „At nec flumina ut in ripis contenta occupari pos„sunt, non magis quam mare: Flumen enim iti„dem in potestatem & custodiam nostram redigi ne„quit, quia aqua profluens singulis momentis muta„tur, & alveus perpetuo aqua tegitur: Atque hæc „ratio est cur aqua profluens inter res natura com„munes referatur; *§. 1. Inst. rer. div.* cur flumen „dicatur publicum jure gentium, *l. 4. §. 1. R. D.* „*l. 3. pr. ff. Flum.* cujus usus ad omnes pertinet; *§. 2.* „*Inst. R. D. l. 24. pr. damn. infra.* et denique, cur „in flumine publico cuique navigare & piscari liceat. „*l. 48. pr. ff. Usurp. l. 7. ff. de divers. temp. præscr.* „*§. 2. Inst. R. D.* Conf. *Differt. Prooem. XII. §. 222.* „*§. 263. seqq.*

z) (MARE VERO TERRA NON CONTINETUR, PAR TERRÆ, AUT TERRA MAJUS:) Mare non consistit in sola aqua, ejusque superficie, quæ omnino major est terra, sed præterea in alveo & littoribus, quæ cum reliqua terra juncta in infinitum excedunt maris magnitudinem. Sed & falsum est mare, etsi majus sit terra, non sub ea contineri; aquæ enim, quæ in vitro est, major quidem copia est, quam vitri, sed in vitro tamen continetur, & occupato vitro occupatur etiam aqua. Adeoque eadem ratione occupatis littoribus & alveo, occupatum quoque censetur id quod littoribus continetur.

aa) (Grot.) (AUT TERRA MAJUS:) Ita de Oceano sensit Jarchas apud Philostratum III, XI.

bb) (UNDE TERRAM MARI CONTINERI DIXERE VETERES:) Authores illi quæstionem physicam tractant, an aqua cum aëre sit causa naturalis, quæ terram contineat & solidet ne dilabatur? quæ physicorum communis est sententia: non autem negant maris extrema littore aliquo contineri, & terræ includi, quod Gellius in allegato loco ipse fatetur. Cæterum certum est, quod mare contineatur alveo & ejus littoribus tanquam in vase, de cujus, non de solius aquæ marinæ occupatione quærimus.

ADDITIO.

„Verior ratio hujus rei est, quod veteres finem „orbis esse crediderint ubi Oceanus incipit, & „hinc in columnis Herculeis illud non plus ultra „posuerunt. Si igitur omnis reliqua pars orbis „nil nisi Oceanum contineret, dici omnino posset, „terram includi & circumdari Oceano, at expe-

terram mari contineri veteres dixere: [cc] τὸν Ωκεανὸν δεσμȣ̃ ἕνεκα τῇ γῇ περιβεβλῆσθαι, quæ Apollonii verba apud Philostratum. Sulpicius Apollinaris apud Gellium: VII. c. XII. *Quid potest dici citra Oceanum esse, [dd] cum undique Oceanus circumscribat omnes terras, & ambiat?* Mox: *Quum vero omnes terras omnifariam & undique versum circumfluunt, nihil citra eum est: sed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis [ee] in medio ejus sunt omnia, quæ intra oras ejus inclusa sunt.* M. Acilius Consul in oratione ad milites, quæ apud Livium, *Oceano*, inquit, [ff] *qui orbem terrarum amplexu finit.* [gg] In Senecæ Suasoriis dicitur Oceanus totius orbis vinculum terrarumque custodia: Lucano [hh] unda mundum coercens. [ii] Nec fingenda divisio; nam cum primum terræ divisæ sunt, incognitum erat mare sui maxima parte; [kk] atque ex eo [ll] nullus fingi modus potest quo gentes adeo diffitæ de divisione convenirent.

3. [mm] Ideo [nn] quæ communia omnium fuerunt, [oo] & in prima divisione divisa non sunt, [pp] ea non jam divisione, [qq] sed occupatione transeunt in jus proprium, [rr] nec dividuntur nisi postquam propria esse cœperunt. §. IV.

„rientia nos docet Oceanum ipsum littoribus in„cludi, indeque non esse infinitum, nedum majo„rem terra dici posse, nec quoad superficiem.

„cc) (το ὑγρὸν:) Quod fluit vel liquidum est, „non finitur propriu & sui generis termino. *Gronov.* „*h. l.*

„dd) (CUM UNDIQUE OCEANUS CIRCUMSCRIBAT „OMNES TERRAS:) Oceanus potius circumscribi„tur per remotissimas, veteribus plane, & partim „nobis adhuc incognitas terras.

„ee) (IN MEDIO EJUS SUNT OMNIA, QUÆ IN„TRA ORAS EJUS INCLUSA SUNT:) Oceanus „intra terras ac littora novi æque ac antiqui or„bis inclusus est, atque de eo hodie constat.

„ff) (QUI ORBEM TERRARUM AMPLEXU FI„NIT:) Hic vetus ille est error, quem nobis ex„perientia detecto novo orbe exemit.

„gg) (IN SENECÆ SUASORIIS DICITUR OCEANUS „TOTIUS ORBIS VINCULUM, TERRARUMQUE CU„STODIA:) Idem Seneca Suas. I. pr. dixit, *Nihil in„finitum esse, nisi Oceanum.* Quod tamen verum „non esse inter omnes constat.

„hh) (UNDE MUNDUM COERCENS:) Imo certum „jam est, mundum undam coercere.

„ii) (NEC FINGENDA DIVISIO:) Argumentum Au„thoris hoc est: Primos homines, aucto humano ge„nere, ob indigentiam res terræ tum expresse tum „tacite divisisse, eoque a primæva rerum commu„nione recessisse; sub hac autem divisione *maria* „nec per fictionem comprehendi potuisse, quia ma„ria illis cognita non fuere: At diximus et re„rum communionem, et divisionem illam præsum„tam, et exceptiones ab illa divisione, fabulam sape„re.

„kk) (ATQUE EX EO:) Quia mare sui maxima „parte tunc incognitum fuit.

„ll) (NULLUS MODUS FINGI POTEST:) De inco„gnitis enim cogitare paciscentes non potuerunt.

„mm) (IDEO:) Quia simulac communio displi„cuit, nec instituta est divisio, censeri debet inter o„mnes convenisse, ut quod quisque occuparet id pro„prium haberet *vid. n. 1.* Ut proinde hic *n. 3.* „non cum numero præcedenti, sed cum *n. 1.* co„hæreat.

„nn) (QUÆ COMMUNIA OMNIUM FUERINT:) „Nam omnes res terræ humano generi generaliter „communes fuisse dixit supra *n. 1.*

„oo) (ET IN PRIMA DIVISIONE DIVISA NON „SUNT:) Cum enim homines in prima illa simpli„citate non perstiterint, fingit eos plurimas res „inter se divisisse. *sup. §. 2. n. 2 seq.* At illa di„visione semel facta, ulterius divisionem fieri non „potuisse. *d. §. 2. n. 4.*

„pp) (EA JAM NON DIVISIONE:) Quia nul„lus modus fingi potest, quo gentes adeo dissitæ de „divisione convenirent: quæ sunt verba Anthoris „præcedentia.

„qq) (SED OCCUPATIONE TRANSEUNT IN JUS „PROPRIUM:) Ex tacito scl. illo pacto, & præsumto „consensu, ut quod quisque occupasset id pro„prium haberet. *d. §. 2. n. 1.* Atque hinc hodie „solam occupationem esse acquisitionem origina„riam statuit *infra c. 3. §. 1.*

„rr) (NEC DIVIDUNTUR, NISI POSTQUAM PRO„PRIA ESSE COEPERUNT:) Quæ igitur divisione „transeunt in jus proprium, non propria esse inci„piunt nisi divisio præcesserit: In genere hic repe„tendum quod toties dictum est, communionem „rerum natura non existere, adeoque ea, quæ de „divisione & occupatione hic afferuntur, meram „fictionem esse.

a) (VE-

§. IV.

a Veniamus ad ea quæ proprie fieri poſſunt, ſed nondum facta ſunt propria. *b* Talia ſunt * loca multa inculta adhuc, *c* inſulæ in mari, *d* feræ, piſces, aves. *e* Sed duo notanda ſunt: *f* duplicem eſſe

a) (VENIAMUS AD EA QUÆ PROPRIA FIERI POSSUNT, SED NONDUM FACTA SUNT PROPRIA:) Hæ res non ſunt natura communes ſed nullius, & ita nullius ut cedant occupanti: Loca enim inculta ſunt quæ a nemine ſunt occupata: inſulæ in mari natæ ſunt res nullius, quæ propriæ nondum factæ ſunt; Piſces & aves in nullius dominium adhuc pervenerunt.

ADDITIO.

„Hactenus Grotius expoſuit res quæ propriæ „fieri non poſſunt, adeoque ubi ficta illa commu„nio naturalis ſubſiſtit: Sequitur nunc tractatio de „rebus quæ propriæ fieri poſſunt, (poſtquam ni„mirum ſublata primæva rerum communione ſin„gulis facultas conceſſa eſt eas occupandi) & quæ „per occupationem fiunt occupantis.

„*b*) (TALIA &c.) Quæ ſcilicet occupata non„dum ſunt, etſi poſſint occupari.

*) (Grot.) (LOCA INCULTA ADHUC:) Vide Bembum hiſt. VI.

„*c*)(Grot.)(INSULÆ IN MARI:) ut Echinades, quas „occupando ſuas fecit Alcmæon Thucyd. II. in fin.

ADDITIO.

„Inſulæ hæ nullius eſſe dicuntur, & cedunt occu„panti *l.* 30 §. 1. §. 3. *A. R. D. l.* 1. §. 6. *Flumin. l.* 7. „§. 3. *A. R. D. l.* 1. §. 1. *A. P.* Vid. *Diſſert. Prooem.* „*XII.* §. 221. §. 276. *in fin.*

„*d*) (FERÆ, PISCES, AVES:) Hæ itidem nullius „dicuntur, quia etſi propriæ fieri poſſint nondum „tamen propriæ factæ ſunt. *l.* 14. *A. R. D. l.* 1. §. „1. *l.* 3. *A. P. l.* 2. *l.* 3. *ff. rer. div.* § 18. *Inſt. Eod.* „Vid. *Diſſert. Prooem. XII.* 226. §. 263.

„*e*) (SED DUO NOTANDA SUNT &c.) Alterum „ad flumina, lacus, aliasque loca inculta pertinet: „§. *h.* alterum ad feras piſces & aves §. *ſeqq.*

f) (DUPLICEM ESSE OCCUPATIONEM; UNAM PER UNIVERSITATEM, ALTERAM PER FUNDOS:) Recte Author diſtinguit inter occupationem publicam univerſi territorii, & inter occupationem privatam, ſeu rei certæ. Dixi enim toti humano generi imperium in univerſam terram competere, idque jus humani generis, facta poſtea diviſione, (quæ auctis hominibus, quibus una poteſtas non ſufficiebat, neceſſario fieri debuit) in ſingulos populos translatum fuiſſe. Secuta itaque diviſione, cuique civitati idem jus imperii in ſuos cives intra fines territorii occupati competit, quod antea toti humano generi in totum orbem.

Occupatio igitur illa publica continet complexum omnium jurium publicorum, adeo, ut quidquid intra fines illius civitatis continetur, cenſeatur occupatum licet inter ſingulos nondum diſtributum ſit: Idque probatur 1) quia ipſum territorium eſt nullius, adeoque ex regula naturæ cedit occupanti cum omni jure quod ei competit. 2) Victor occupando territorium omnia ejus jura acquirit, cur non & populus occupans terram vacuam. Et cum 3) ab initio jura illa publica toti humano generi competierint, nullam video rationem, cur diviſo imperio non ſingulis civitatibus idem jus competeret.

Ab hac autem publica occupatione differt occupatio privata, ſeu rei certæ: quæ nihil aliud eſt quam diſtributio territorii, & jurium in illo comprehenſorum, in ſingulos; unde cives nihil juris publici, ſed ſolam facultatem de rebus ſuis diſponendi acquirunt.

Adeoque 1) imperium occupari a civibus nequit, quia id inter ſingulos non diſtributum eſt, nec diſtribui poteſt; 2) occupari non poſſunt res quæ aliis jam diſtributæ ſunt; 3) quidquid inter ſingulos diſtributum non eſt manet ſub occupatione publica. Atque hæc ratio eſt cur jura venandi, item flumina, & ſylvæ, regulariter ad regalia pertineant, cur theſauri, bona vacantia &c. fiſco vi generalis illius occupationis cedant.

ADDITIO.

„Author fingit, populum qui territorium occu„pat præter imperium (quod dominium eminens „vocat) acquirere dominium aliquod generale & „privatum. §. *h.* & *cap. ſeq* §. 19.

„Ejusque effectum hunc eſſe ait 1) ut ſi quid uni„verſaliter occupatum in ſingulos deſcriptum non „eſt, non ideo vacuum cenſendum ſit, ſed in do„minio generali primi occupatoris, puta populi „aut regis, maneat: *h.* §. Unde concludit flu„mina, lacus, ſtagna, ſyrtes, ſylvas, montes as„peros, inſulas, alveos, derelictos &c. non eſſe „nullius, ſed ſub dominio illo generali contineri. „§. *h.* & *cap.* 5. §. 19. *c.* 8. §. 9. &c.

„2) Sed ea quoque quæ in ſingulos deſcripta „fuere, at poſtea particulari domino carere in„cipiunt, non fieri nullius ait, ſed vi dominii ge„neralis redire ad univerſitatem. *c. ſeq.* §. 19. *n.* 3.

„3) Addit dominium hoc generale poſtea „particulatim ita in privatos diſtribui poſſe, ut ta„men eorum dominium penderet ab illo dominio „generali: atque hinc oriri, ait, dominia minus „plena, ut ſervitutes, pignus, emphyteuſes &c. „quæ proinde, ſi deſinunt, conſolidari cum domi„nio illo generali putat. *c. ſeq.* §. 19. *n.* 3. *junct.* „*eod. cap.* §. 2.

„Nos negamus populum per occupationem gene„ralem, præter imperium, acquirere *dominium* ali„quod *generale* & *privatum*: Natura dominii re„quirit ut res mea, i. e. in cuſtodia mea corpo„rali conſtituta ſit, quod non niſi prehenſa actu „corporali poſſeſſione fieri poteſt: cum igitur talis „prehenſio in occupatione generali deficiat, cer„tiſſimum eſt, fabulam eſſe quæ de dominio gene„rali & privato traduntur.

„JCti Romani, optimi jurium naturalium inter„pretes, omnes res, quæ a populo occupatore in ſin„gulos deſcriptæ non ſunt, inter res nullius quæ

esse occupationem, unam per universitatem, alteram per fundos: [g] prior solet fieri per populum, [h] aut eum qui populo imperat: [i] altera deinde per singulos, [k] magis tamen assignatione quam libera occupatione. Quod si quid [l] universim occupatum in singulos dominos descriptum non est, [m] non ideo vacuum censeri debet, [n] manet enim

„occupanti cedunt referunt: idque diserte de insula in flumine publico nata, de alveo derelicto, „de thesauro, de captis in aere, aqua, & mari, tradunt. *Vid. Diss. Prooem.* XII. §. 226. 227. 203. 253. „*seq.* Certissimo indicio, occupationem a populo „factam præter imperium, non tribuere dominium „aliquod generale & privatum. Sane littora occu„pata sub imperio populi Romani fuerunt. *l.* 3. *ff.* „*ne quid in loc. publ. l.* 50. *ff. A. R. D.* nihilominus „tamen proprietas eorum nullius esse dicitur. §. 5. „*Inst. R. D. l.* 51. *ff. contr. emt.* indeque referuntur „inter res quæ in nullius dominium adhuc perve„nerunt. *l.* 14. *ff. A. R. D.* Cujus effectus est, ut qui„libet in littore ædificare possit, & ædificando subi„to ædificium suum faciat: *l.* 2. §. 8. *l.* 3. *l.* 4. *Ne* „*quid in loco publ. l.* 30. *A. R. D.* & ratio additur, „quia res nullius cedit occupanti: *l.* 14. *pr. A. R. D.* „quod falsum esset, si litora sub occupatione ge„nerali comprehenderentur.

„Idem ICti adespota, seu hero carentia, inter „res nullius referunt quæ jure gentium occupanti cedunt: nimirum derelicta, §. 46. *Inst. R. D.* „thesaurus &c. *l.* 31. §. 1. *A. R. D.* §. 12. *inst. rer.* „*div.* &c. Quod verum non esset si ea ad popu„lum vi dominii generalis reverterentur.

„Hinc facile apparet tertium effectum qui do„minio huic generali tribuitur sponte corruere: „Nam 1) non dari jure naturæ dominia minus ple„na alibi probavimus: *Vid. cap. seq.* §. 2. & §. 19. „Add. *diss. prooem.* XII. §. 310. *seq.* frustra igitur „quæritur an ea pendeant a dominio generali. Sa„ne omnia illa *jura in re* ex jure Romano origi„nem traxisse, & sua natura ex obligatione saltem „personæ descendere vidimus. *d.* §. 310. *seq.* Sed „& 2) si talia jura darentur, ea non penderent a „dominio populi generali, sed singulari; supponi „enim necessario deberet, populum præter impe„rium *corporali quoque apprehensione* certas ter„ræ portiones primum occupasse, easque deinde re„servato dominio directo aliis concessisse: Si enim „id non supponeretur, populus transferret jus in re „quod ipse non habuit.

„Neque his *obstat*: quod universitas territorium „occupatum distribuere singulis, ac eis assignare so„leat, quod supponere videtur dominium gene„rale: Resp. Universitas non assignat vi dominii „generalis, sed vi imperii, i. e. permittit ut singuli „dominium rei vacuæ occupare, & actu corporali „eam prehendere possint: si postea privatus ille „derelinquit iterum portionem occupatam, domi„nium hoc singulare non redit ad universitatem, „quæ nunquam dominium habuit, sed iterum fit „nullius, ceditque occupanti:

„Equidem Princeps prohibere potest ne singuli „res nondum distributas, vel quæ domino particula„ri nunc carent, occupent, i. e. sibi proprias faciant; „At hoc jus prohibendi non sequitur ex dominio „aliquo generali & privato, sed ex jure imperii, vi „cujus princeps antevertere potest dominium sin„gulorum. *Vid. l.* 2. *c.* 5. §. 6. *c.* 3. §. 9. *n.* 1. *c.* 8. „§. 5. & *c.* 2. §. 5. Per hanc autem prohibitionem „res illæ non desinunt esse nullius, (nam non obstan„te prohibitione cedunt occupanti tanquam res „nullius, quæ in nullius sunt bonis & proprietate. „*Vid. diss. prooem.* XII. §. 217. §. 263.) at transgres„sores propter injuriam puniri, ac res occupatæ in „pœnam iis adimi possunt. *ibid.* §. 217. §. 263. *n.* 1.

„Hinc quoties res quæ nullius sunt, ut littora, „&c. populi esse dicuntur, *L.* 50. *ff. ne quid in loc.* „*publ.* id quoad imperium saltem intelligi debet, „*ibid.* proprietas enim littorum nullius est. §. 5. „*Inst. rer. div. l.* 51. *ff. contr. emt. l.* 14. *pr. A. R.* „D. *Diss. prooem.* XII. §. 221.

„*g*) (PRIOR SOLET FIERI PER POPULUM:) Sci„licet in statu Democratico seu populari.

„*h*) (AUT EUM, QUI POPULO IMPERAT:) Ut in sta„tu regio, vel medio inter popularem & regium.

„*i*) (ALTERA DEINDE PER SINGULOS:) Quæ „privata est, nec jura publica tribuit, sed solum jus „de re sua pro lubitu disponendi.

„*k*) (MAGIS TAMEN ASSIGNATIONE, QUAM LI„BERA OCCUPATIONE:) Recte, nam communi „consensu civitatis totum territorium communiter „occupatum est, adeoque in causa hac communi „nemo rem sibi propriam facere potest per occu„pationem, sed id per assignationem adeoque per „distributionem fieri debet. Sunt tamen quædam „etiam in terris assignatis, quæ, quamdiu a singu„lis occupatæ non sunt, nullius manent, uti the„sauri, aliaque adespota. Atque hoc sensu aves „& pisces etiam in territorio occupato nullius „esse dicuntur in *L.* 1. §. 1. *L.* 3. *ff. de A. Rer. Dom.* „§. 12. *Rer. Div.* Sic feræ quoque manent res nul„lius *L.* 1. §. *f. L.* 3. *pr. A. Rer. Dom.* etsi terra „sit occupata & in singulos distributa. *d. l.* 3. §. 1. „*l.* 12. §. 7. *ff. injur. L.* 16. *Servit. rust. l.* 5. §. 3. *ff.* „*A. R. D. l.* 3. §. 14. *A. P.*

l) (UNIVERSIM OCCUPATUM:) i. e. per occupationem generalem.

„*m*) (NON IDEO VACUUM CENSERI DEBET:) „Imo est vacuum ratione dominii, sed non ratio„ne imperii.

„*n*) (MANET ENIM IN DOMINIO PRIMI OCCU„PATORIS:) Dictum jam est primum occupato„rem solum imperium sibi acquirere, non domi„nium, nec generale: Hoc enim non nisi prævia „apprehensione corporali, & animo sibi habendi, „acquiri potest.

o) (TA-

enim in dominio primi occupatoris, puta, populi aut regis. [o] Talia eſſe ſolent flumina, [p] lacus, ſtagna, [q] ſylvæ, [r] montes aſperi.

§. V.

[a] De feris, piſcibus, avibus illud notandum eſt; qui imperium habet in terras & aquas, ejus lege impediri poſſe aliquos, ne feras, piſces, aves capere, & capiendo acquirere eis liceat: [b] atque hac lege teneri etiam exteros. Ratio eſt, quia ad gubernationem populi moraliter neceſſarium eſt, ut qui ei vel ad tempus ſe admiſcent, quod

Covarr. c. peccatum.par. 11. §. 8. Dd. in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trin. Innoc & Panorm. in cap. a nobis 1. de ſent. excomm. Covarr. d. loco.

„o) (TALIA ESSE SOLENT FLUMINA:) Alibi „probavimus flumina conſtare ex aqua profluente, „alveo, & ripis: Flumen quoad *aquam profluentem* occupari non poſſe conſtat, atque hinc inter „res natura communes refertur: *Alveus* itidem, „quamdiu aqua ibi fluit, in poteſtatem noſtram cor„poralem redigi nequit: *Ripæ* quoque, quatenus ad „uſum fluminis publici pertinent, pariter occupari „non poſſunt: Adeoque verum non eſt flumina „eſſe in dominio generali primi occupatoris:

„p) (LACUS, STAGNA:) Hæc Synonima ſunt, „*Iſidor. Orig. c. 19. pr. & fin.* Per ſtagnum enim deno„tatur locus ubi aqua ſtat nec decurrit. *Iſidor. orig.* „*l. 13. c. 19. in f.* Lacus lacunam magnam de„notat ubi aqua contineri poteſt: *Varro. de ling.* „*lat. l. 4. p. m. 8.* receptaculum in quo aqua reti„netur, nec miſcetur fluctibus. *Iſidor. d, l. pr.*

„Equidem diverſa hæc videntur, quia jure Ro„mano piſces in lacubus videntur occupati, *l. 13.* „*in fin. ff. de Injur.* non in ſtagnis. *l. 3. §. 14. ff.* „*A. P.* Reſp. prior textus diſerte loquitur de lacu„bus qui in ſingulorum dominio ſunt; poſterior „autem loquitur de ſtagnis in ſingulos non diſtri„butis: In prioribus enim piſces ſunt in poteſtate „& cuſtodia domini, non in poſterioribus.

„q) (SYLVÆ:) Sylvæ vel diſtributæ ſunt in ſin„gulos vel non ſunt: *priori* caſu ſunt propriæ do„mini; *hoc* caſu cedunt occupanti, niſi lege impe„rantis prohibita ſit ſylvarum occupatio, vel fiſco „fuerint addictæ, vel uſui publico relictæ: Certiſſi„mo iudicio ſub occupatione dominii generalis „ſylvas non contineri.

„r) (MONTES ASPERI:) Eadem hic ratio eſt „quæ in ſylvis. Si enim ſingulis non aſſignantur „manent quidem ſub imperio populi, ſed quoad „proprietatem ſunt nullius.

a) (DE FERIS, PISCIBUS, AVIBUS ILLUD NOTANDUM EST:) Grotius videtur innuere has res non quidem contineri ſub occupatione generali, principem tamen lege impedire poſſe tum ſubditos tum extraneos ne feras &c. capiant: At verius eſt, etiam jus venandi comprehendi ſub generali occupatione, indeque jus illud populo, æque ut loca publica in ſingulos nondum diſtributa, proprium eſſe.

ADDITIO.

„Diximus, non dari dominium generale quod „occupatione, quæ fit per univerſitatem, populo „acquiratur; Dominium enim, qualecunque ſit, „non niſi per corporalem rei apprehenſionem ac„quiritur: Populus igitur occupando terram nil „niſi imperium acquirit, ſingulæ autem res, imo „terra ipſa, manent nullius, i. e. in nullius bonis & „proprietate ſunt, donec in ſingulos diſtribuantur „& in corporali noſtra poteſtate conſtituantur.

„Quod magis eſt, quædam res nullius manent „etſi diſtributio terrarum in ſingulos facta ſit. Ita „enim feræ in ſylvis, piſces in ſtagnis, theſauri &c. „non ſunt in dominio ejus qui prædium poſſidet, „quia hæ res nunquam in corporalem ejus poteſta„tem pervenerunt; indeque cedunt occupanti. *l.* „*3. §. 1. A. R. D.*

„Supra autem vidimus effectum illius imperii „eſſe, ut imperans prohibere poſſit ne res in ſingu„los non diſtributæ occupare, adeoque ne venari „in ſylvis, piſcari in fluminibus, &c. liceat; inde„que ſtatuere poſſit ut vel fiſco reſerventur, vel „uſui publico relinquantur. Si quis igitur in tali „loco publico feram capit, ea quidem cedit occupan„ti, quia eſt nullius: at quia lege prohibente venatus „eſt, ideo puniri poteſt. Exemplum JCti afferunt „in littoribus, de quibus Prætor legem dedit ne abs„que ejus decreto ibi ædificium ponatur: Si quis „igitur absque Prætoris conſenſu ibi ædificet, ædi„ficatum jure dominii acquiritur ædificanti, quia in „littore, adeoque in re quæ nullius in proprieta„te eſt, ædificium exſtruxit, ſalva cæterum Præto„ri actione. *l. 50. ff. de acq. rer. dom.*

„Pari ratione is qui venandi cauſa fundum pri„vatum prohibente domino ingreditur, feram „quam cepit ſibi acquirit, ſed quia invito domi„no ingreditur fundum, ideo injuriarum tenetur „*l. 13. in fin. de injur.*

Idque in terminis ita traditur a Gajo in *L. 1. §. 1. L. 3. §. 1. A. R. D.* Verba ejus hæc ſunt. *Feræ capientium ſunt, quod enim nullius eſt naturali ratione occupanti conceditur; nec intereſt quoad feras, utrum in ſuo fundo quiſque capiat an in alieno: plane, qui alienum fundum ingreditur venandi aucupandive gratia, poterit a domino prohiberi ne ingrederetur, &, ſi invito eo ingreditur, injuriarum tenetur. L. 13. §. fin. ff. de Injur.*

„b) (ATQUE HAC LEGE TENERI ETIAM EXTE„ROS:) Exteri igitur jure naturali id quod capi„unt in alieno territorio ſuum faciunt, ſed, quia „lege prohibente id fecere, ideo tenentur ad id, „quod

quod fit intrando territorium, ii [c] conformes se reddant ejus populi institutis. Nec obstat [d] quod sæpe in jure Romano legimus, [e] jure naturæ, aut gentium, liberum esse talia animalia venari; [f] hoc enim verum est quamdiu lex civilis nulla intercedit, [g] sicut lex Romana res multas relinquebat in illo primævo statu, de quibus aliæ gentes aliud constituerunt. [h] Cum autem lex civilis aliud constituit, [i] eam observari debere jus ipsum naturæ dictat. [k] Lex enim civilis quanquam nihil potest præcipere quod jus naturæ prohibet, aut prohibere quod præcipit, [l] potest tamen libertatem naturalem circumscribere, [m] & vetare quod naturaliter licebat, [n] atque etiam ipsum dominium naturaliter acquirendum vi sua antevertere.

§. VI.

„quod interest. Nam occupato territorio extranei „legibus illius territorii subsunt.

„c) (CONFORMES SE REDDANT EJUS POPULI „INSTITUTIS:) Ex principiis juris gentium id demonstravit B. Parens supra ad *L. 1, c. 3. §. 6.* „*Propos. 7.*

„d) (QUOD SÆPE IN JURE ROMANO LEGIMUS, „LIBERUM ESSE TALIA ANIMALIA VENARI:) Postquam enim Nerva filius dixit: *Dominium rerum* „*ex naturali possessione cœpisse*, addit, *ejus rei vesti-* „*gium remanere de his quæ terra, cælo, marique* „*capiuntur; nam hæc protinus eorum fiunt qui pri-* „*mi eorum possessionem apprehenderint. Leg. 1. §. 1.* „*Acqu. Possess.* Hinc jus piscandi omnibus com„mune esse dicitur in portu, fluminibusque. *§. 2.* „*I. de Rer. div.* Gajus ait, feras bestias, volucres „et pisces, et omnia animalia quæ cœlo, terra, et „mari nascuntur, simul atque ab aliquo capta fue„rint jure gentium statim illius esse incipere: *L.* „*1. §. 1. A. R.* D. *L. 2. ff. pro suo. §. 12. Inst. de. R.* D. „atque juri gentium, quod cum ipso humano ge„nere proditum, tribuitur in *d. L. 1. §. 1.* et ratio additur, „*quod enim nullius est, naturali ratione occupanti* „*conceditur. L. 3 pr. eod.* Unde qui in mari piscari „prohibetur, injuriarum actionem habet. *L. 2 §. 9.* „*ne quid in loco publ.*

„e) (JURE NATURÆ AUT GENTIUM:) JCti Ro„mani nunquam distinxere hæc jura, sed idem eis „est jus gentium quod jus naturæ.

f) (HOC ENIM VERUM EST QUAM DIU LEX CIVILIS NULLA INTERCEDIT:) Dictum in præcedentibus est, leges civiles posse quidem aliquem impedire quo minus alienum ingrediatur fundum venandi causa; at non posse impedire quo minus res, quæ nullius est, cedat occupanti. Adeoque *alia quæstio* est, an fera capta, etiam in alieno prædio, fiat capientis? Quod omnino ex ratione naturali sequitur; quia fera quæ capitur nunquam fuit occupata, nec continetur sub occupatione prædii, quia ipsa fera nondum est in nostra potestate ac custodia. *Alia*, an is, qui lege prohibente alienum territorium venandi causa ingressus est, ideo tenetur? Quod omnino affirmandum est. Nam sæpius occurrit, jure naturæ quoque, dominium rei nobis acquiri, at actione ad id quod interest nos teneri ei, cui præjudicium fit. Sic enim per specificationem, per fructuum perceptionem ex fundo alieno, &c. materia & fructus mihi acquiruntur, salvo domino materiæ & fundi actione.

„g) (SICUT LEX ROMANA RES MULTAS RELIN„QUEBAT IN ILLO PRIMÆVO STATU, DE QUIBUS „ALIÆ GENTES ALIUD STATUERUNT:) Sensus „est, Romanos sæpius a statu primævo recef„sisse, cum aliæ gentes in statu communionis „rem reliquerint: & contra, Romanos sæpius com„munionis statum conservasse in rebus de quibus „Gentes aliud constituerunt. Unde concludit, le„gem, qua prohibemur talia animalia venari, esse „legem Romanorum, qui hactenus a primævo illo „statu, quo cuique liberum erat talia animalia ve„nari, recesserunt. Frustra autem hæc dicuntur, „quia rerum communio nunquam fuit. Neque „gentes unquam jus aliquod statuerunt.

„*h*) (CUM AUTEM LEX CIVILIS ALIUD CONSTI„TUIT:) Et libertatem illam naturalem venandi „prohibet.

„i) (EAM OBSERVARI DEBERE JUS IPSUM NA„TURÆ DICTAT:) Jus enim civile in conscientia „obligare, & propter consensum, alibi probavimus. „*Vid. Proleg. §.* 16. *& Diss. prooem.* XII. *§.* 55.

„*k*) (LEX ENIM CIVILIS, QUANQUAM NIHIL „POTEST PRÆCIPERE QUOD JUS NATURÆ PROHI„BET, AUT PROHIBERE QUOD PRÆCIPIT:) Hu„mana enim jura multa constituere possunt præ„ter naturam, contra naturam nihil. *L.* 2 *c. 3. §.* 6. „Quia jus Dei, ejusque præceptum violaretur.

„*l*) (POTEST TAMEN LIBERTATEM NATURALEM „CIRCUMSCRIBERE:) i. e. Jus subditis quæsitum ob „utilitatem publicam tollere, quia id fit consensu „subditorum, qui, in civitatem coeuntes, facultatem hanc in Principem contulerunt: adeoque iis „non fit injuria. Conf. *l.* 2. *c.* 14. §. 7. *&* 8.

„*m*) (ET VETARE, QUOD NATURALITER LI„CEBAT:) Adeoque & prohibere venationem *in a*„lieno territorio.

„*n*) (ATQUE ETIAM IPSUM DOMINIUM NATU„RALITER ACQUIRENDUM VI SUA ANTEVERTE„RE:) i. e. efficere ne dominium rerum acquiri „possit. Imo lex civilis id efficere non potest ut „dominium naturali ratione quæsitum non fit

„sed

§. VI.

1. [a] Videamus porro [b] ecquod jus communiter hominibus competat in eas res, quæ jam proprie aliquorum factæ sunt: [c] quod quæri mirum forte aliquis putet, cum proprietas videatur absorbsisse jus illud omne quod ex rerum communi statu nascebatur. Sed non ita est. [d] Spectandum enim est, quæ mens eorum fuerit qui primi dominia singularia introduxerunt: quæ credenda est talis fuisse, [e] ut quam minimum ab æquitate naturali recesserit. [f] Nam si scriptæ etiam leges in eum sensum trahendæ sunt quatenus fieri potest, [g] multo magis mores, qui scriptorum vinculis non tenentur.

2. [h] Hinc primo sequitur, [i] in gravissima necessitate reviviscere jus

„sed id saltem efficere potest ut effectus civiles „non habeat, v. g. actionem. Lex igitur civilis dum „prohibet ingredi fundum alienum venandi causa „non impedit acquisitionem dominii. *L. 3. §. 1. ff.* „*de A. R. D.* Cæterum jus illud quod legibus civi„libus facultatem tribuit *dominium naturaliter ac*„*quirendum anteversendi*, passim in Authore occur„rit. *Vid. differt. prooem. VI. §. 18. n. 1.*

a) (VIDEAMUS PORRO:) Author putat, in rebus quæ propriæ factæ sunt quibusdam in casibus reviviscere pristinam illam communionem: idque 1) contigere ait in casu necessitatis summæ. 2) ubi mihi commodum, & alteri nullum incommodum aut damnum ex ea oritur: Atque his casibus cuique hominum jus rebus tanquam communibus utendi competere. At cum dictum sit, veram rerum communionem natura nullam esse, frustra quæritur an aliqua communio in rebus occupatis remanserit; Res natura sunt nullius, hæ solæ occupari possunt, iisque occupatis nemini alii jus in eas competit: adeoque verum non est, in duobus allegatis casibus jus aliquod commune hominibus superesse, quod in sequentibus plenius demonstrabimus.

„*b)* (ECQUOD JUS COMMUNITER HOMINIBUS COM„PETAT IN EAS RES, QUÆ JAM PROPRIÆ ALI„QUORUM FACTÆ SUNT:) Hactenus Author egit „de rebus QUÆ VACUÆ SUNT A PROPRIETATE, „ET PROPRIÆ FIERI NEQUEUNT. *Vid. sup. §. 1. & 4.* „easque communes natura esse statuit *§. 2. & seqq.* „Hic agit de rebus quæ PROPRIÆ FIERI POSSUNT, „ET FACTÆ SUNT PROPRIÆ, in quibus tamen jus „communiter hominibus competere, adeoque ubi „vestigium pristinæ communionis adhuc remane„re putat. Verum bene observavit B. Parens re „semel occupata neminem jus in illam rem, adeo„que nec jus aliquod commune sibi in ea arroga„re posse: Jus igitur, occupanti semel in re quæ „nullius est quæsitum, ei neque ex necessitate, ne„que ex innoxia utilitate auferri potest. *L. 11. ff. de* „*R. Jur.*

„*c)* (QUOD QUÆRI MIRUM FORTE ALIQUIS PU„TET:) Mirum omnino & merito videri potest: „rem in proprietate alicujus esse, & tamen jus „commune hominibus in eam competere.

d) (SPECTANDUM ENIM EST, QUÆ MENS EORUM FUERIT QUI PRIMI DOMINIA SINGULARIA INTRODUXERUNT:) Ex his apparet *jus illud commune ad res* meris figmentis & conjecturis inniti: *Primo* enim fingit, homines tacite renunciasse primævæ communioni, permittendo, ut cuique liceat res communes proprias sibi facere: *Secundo* fingit homines illos excepisse casum necessitatis, & innoxiæ utilitatis. Idque *Tertio* ex conjectura maxime vaga probat, quia homines qui primi singularia dominia introduxerunt quæsiti responsuri fuissent: *Se voluisse, ut quam minime ab æquitate naturali recederetur.* Et hinc jam concludit æquitatis naturalis esse, ut communio rerum tempore necessitatis, vel in casu innoxiæ utilitatis obtineat. Quæ omnia bonæ menti & rationi repugnant. Quid non ex variis & vagis ejusmodi conjecturis, de voluntate primorum hominum effictis, inferri posset?

„*e)* (UT QUAM MINIMUM AB ÆQUITATE NA„TURALI RECESSERIT:) Cum nulla natura sit re„rum communio, adeoque nunquam homines ab „ea recesserint, frustra quæritur quid illi homini„bus communiter reservare voluerint.

f) (NAM SI SCRIPTÆ ETIAM LEGES IN EUM SENSUM TRAHENDÆ SUNT QUATENUS FIERI POTEST:) In legibus civilibus aliquando admittitur interpretatio, licet non constet de voluntate legislatoris, sed hoc est meri juris positivi, quo regulæ certæ interpretationum statutæ sunt, ut eo certior sit negotiorum decisio. Atque hoc principio nituntur fideicommissa, jura accrescendi, omnesque dispositiones dubiæ. At jure naturæ, ubi jura non nisi ex certa & clara voluntate vel legislatoris, vel disponentium saltem tacita demonstrari debent, tota interpretationis ratio *ex conjecturis* desumta cessat.

„*g)* (MULTO MAGIS MORES, QUI SCRIPTORUM „VINCULIS NON TENENTUR:) Per mores intelligit „tacitum illum consensum, quo primi homines „certo modo a primæva communione recessisse „dixit supra §. 2. *n.* 5.

„*h)* (HINC PRIMO SEQUITUR:) Sc. ex eo, quod „mens eorum, qui primi dominia singularia intro„duxerunt, talis credenda sit, ut quam minime ab „æquitate naturali recesserit.

i) (IN GRAVISSIMA NECESSITATE REVIVISCERE jus

JUS ILLUD PRISTINUM UTENDI:) Putat igitur Author in casu necessitatis omnia esse communia, & sic tempore necessitatis redire illum primævum communionis statum, perindeque esse ac si homines per divisionem, aut tacitum de occupandis rebus consensum, nunquam ab illo statu recessissent. Sed sæpius jam dictum est, nullam communionem rerum primævam extitisse, & sic verum non esse, per divisionem aut tacito pacto homines inde recessisse: Unde sponte sequitur, primos homines reservare non potuisse communionem quæ nunquam fuit, indeque nec eam reviviscere posse propter necessitatem. Sed & porro probavimus res a natura nullius esse, cedereque occupanti; cui proinde res ita, concedente natura, propria facta est, ei a nemine absque injuria auferri, nec ex necessitate potest, quæ regula extat in *L. 11. ff. R. I.* Sane necessitas alii jus in res meas nullum tribuit, nec enim quod antea in re nullius non habuit, ex superveniente necessitate sibi arrogare potest. Sed & ex hac doctrina sequeretur, unumquemque egenum in necessitate constitutum jus commune habere in omnium hominum bonis, & institutæ actione de communi dividundo agere per totum terrarum orbem pro sua rata posse. Quæ omnia cum ratione pugnant.

At alia quæstio est, anne excusandus sit ille qui summa necessitate inductus ea quæ ad vitæ sustentationem pertinent abstulerit? Equidem verum furtum hic est, furtum enim Cicero fieri dixit, etiam quod ex necessitate committitur. *Cic. L. 3. Offic. c. 28.* Unde etiam esuriens si furtum committit septuplum restituere tenetur, juxta effatum Salomonis in *Proverb. c. 6. §. 30. seqq.* At legibus civilibus plerumque a pœna, quæ malitiæ infligi solet, in tantum liberatur, non a restitutione rei.

Anne vero iniquum est pauperes excludi a jure terræ citra culpam suam? Certum quippe est, fructus & commoda terra omnium hominum causa produci, indeque videtur hactenus eis, qui citra culpam egeni sunt, injuria fieri ut ab illis commodis penitus excluderentur? Resp. si ex juris naturæ principiis res examinanda est, 1) certum est cuique hominum facultatem occupandi competere res terræ in infinitum: Rebus igitur omnibus occupatis, illi qui occuparunt jure suo usi sunt, neque illis qui nihil occuparunt injuriam fecere. Cum enim 2) res terræ nullius sint, eoque nihil juris egenis in illis competat, non potest dici jus aliquod eis auferri per occupationem ab aliis factam. Neque 3) jus occupandi illis aufertur, jus enim ipsis omnino competit, sed defectus est in rebus, quæ omnes occupatæ sunt. Occupare ergo amplius non possunt, non, quia jus deficit, sed quia nihil est quod occupari possit, cum omnia jam ab aliis, qui eodem jure gaudent, occupata sint. Accedit 4) quod, posito illo principio, *egeno jus aliquod commune in res terræ competere*, res exitum habere non possit; quia non nisi pro rata sua communi dividundo judicio agere posset: quomodo vero probabit illam ratam? Unde constabit quænam ejus portio in re tot hominum Miriadibus communi futura sit? Idque 5) multo magis obtinet si illa necessitas, uti plerumque fit, oritur vel ex ignavia, vel si eam homines extendunt ad luxum, aliaque quæ necessaria vere non sunt.

Equidem negari non potest, homines plura quam quæ ad vitæ necessitatem pertinent occupasse, indeque universitatis luxum in causa esse ut quidam ab usu rerum terrestrium excludantur. Sed cum jure suo utantur, & res illæ occupatæ nullius fuerint, prætextu luxus egenis nullum jus in eorum bonis competit. Et cum hoc vitium omnium divitum commune sit, nulla ratio dari posset cur unus magis quam alter ad sustentationem egenorum contribuere teneatur.

Quid ergo de egenis faciendum, an fame potius perire debent? Resp. vix est ut homo eo necessitatis perveniat ut vivere non possit, modo iis quæ natura necessaria sunt contentus esse velit. Sed ei si talis egenus existat, magistratus officium est, illis prospicere, publicas collectas indicendo, vel alio modo: exemplo legis divinæ, quæ insignia privilegia paupertati tribuit: nimirum 1) decimas tertii anni. *Deut. 14. v. 18.* 2) Angulus agri relinquendus. *Levit. 19. v. 9. & c. 23. v. 22.* 3) Spicilegium, si una alterave spica extra manipulos deciderit. *d. c. 23. v. 22.* 4) Racemationem, qua relinquendi sunt recamuli, quotquot nec scapulos densiores, nec uvas conjunctiores habent. *Deuter. 24. v. 21.* 5) Acinos deciduos, qui scil. in vindemia inter colligendum a racemis deciderent. *Lev. 19. v. 10.* 6) Quod per oblivionem relinquitur. *Deut. 24. v. 19. seqq.* id enim relinqui debet advenæ, pupillo & viduæ. *Ibid.* vid. *Selden. de J. Nat. L. 6. c. 6. pr.* Atque hinc Valentinianus & Martianus humanitatis suæ esse ajunt, egenis prospicere, & dare operam ut pauperibus alimenta non desint. *L. 12. §. 2. C. S. S. Eccles.*

Neque *obstat* quod aliter conservare vitam non possit is qui in necessitate tali constitutus est, indeque ex naturæ lege omnia homini licita videantur, sine quibus vita salva esse non potest. Resp. Regula illa cessat si medium servandi vitam consistat in auferendo alteri suo jure, tunc enim eodem modo alter jus suum defendere contra turbantem posset; & sic in necessitate constitutus non tam jus suum defenderet, quam alienum raperet.

Sed & necessitas illa incidit plerumque per culpam, debet enim egenus operas addiscere ne egeat: Natura igitur non deficit aliud medium. Etsi autem nulla egeni concurrat culpa, non tamen sequitur Titii vel Caji bona ad id necessaria esse, cum alterius bona occupare posset.

Neque porro *obstat*, lege divina præceptum esse ut quædam ex bonis pauperibus relinquerentur. Resp. hoc non est ex jure communionis, sed ex dispositione legis forensis, adeoque ex lege civili.

Denique *obstant* exempla Authoris, sed nec ea nobis contraria esse, statim videbimus.

ADDITIO.

„Author cuique hominum jus commune in res „ab aliis occupatas competere ait si in gravissima „necessitate sit constitutus: Rationem hanc fingit, „quod tempore necessitatis pristina rerum com„munio quasi reviviscat, & quod in prima divisio„ne casus necessitatis exceptus videatur: idque in„de

jus illud pristinum rebus utendi, [k] tanquam si communes mansissent; [l] quia in omnibus legibus humanis, [m] ac proinde & in lege dominii, summa illa necessitas videtur excepta.

3. [n] Hinc illud, [o] ut in navigatione, si quando defecerint cibaria, quod quisque habet in commune conferri debeat: [p] sic & defendendi mei causa vicini ædificium orto incendio dissipare possum: [q] & funes aut retia discindere in quæ navis mea impulsa est, [*] si aliter explicari nequit. [r] Quæ omnia lege civili non introducta, sed exposita sunt.

4. [s] Nam & inter Theologos recepta sententia est, in tali necessitate

L. 2. §. Cum in eadem a. D ad L. Rhodiam L. Quod naufragium. 3. §. Quod ait. 7. D. de incend. L. Quemadmodum. 29. § Item. 3. D. ad l. Aqu. Thom. 2. 2. 66, 7. Covar. cap peccatum. p 2. § 1. Soto lib. v. q. 3. art. 4.

„de præsumi, quia homines eredendi sunt æquitatem naturalem in illa divisione ante oculos habuisse. *Vid. n.* 1. Addit, quod primi divisores, interrogati quid de ea re sentirent, responsuri fuissent, *res cum benigna quadam receptione juris primitivi in dominos distinctas fuisse. Vid. n.* 4. indeque etiam legem Dei habere exceptionem summæ necessitatis ait, *L.* 1. *c.* 4. *§.* 7. *n.* 1.

„Ex hoc *jure necessitatis* (ita enim illud vocat „Author *infra §.* 10. *in fin.*) varia deducit jura, quæ „singula recensuimus in *dissert. prooem.* VI. §. 19. „Ex hac ratione quoque provinciam imperii se in „alterius ditionem dare posse statuit, si aliter servare se non potest. *L.* 2. *c.* 6. §. 5. quia necessitas rem reducit ad merum jus naturæ. *d.* §. 5.

„Atque hoc jus necessitatis eo extendit *Ziglerus in not. ad h. c. §.* 7. ut statuat, dominum rei „qui usum illum communem impedire vult, tuto „occidi posse, ac alterum intra fines necessariæ defensionis constitutum esse. *Confer. Puffend. L.* 2. *c.* „*6. pr. Selden de jur. nat. L.* 6. *c.* 6. *per tot.* De „indulgentia circa actus qui necessario fiunt late „authoritates collegit *Tesmarus in not. h. §. lit. f.* „*& lit. n.* Caterum Grotius plures limitationes affert in quibus juri necessitatis locum non esse „ait: Vid. *dissert. prooem.* VI. §. 19. At optime „probavit B. Parens, solam necessitatem nemini jus „in res alterius dare.

„*k*) (TANQUAM SI COMMUNES MANSISSENT:) „Quomodo communes manere potuerunt, cum „nulla unquam rerum communio extiterit.

„*l*) (QUIA IN OMNIBUS LEGIBUS HUMANIS:) „Alibi etiam id asserit de legibus divinis. *L.* 1. *c.* 4. „*§.* 7. *n.* 1. At in neutris necessitas jus aliquod in „res alterius concedit. *Vid. infra lit. y.*

„*m*) (AC PROINDE ET IN LEGE DOMINII:) „Dominia non ex facto humano, seu ex tacito consensu hominum orta esse, vidimus *supra §.* 2. *n.* 5.

n) (HINC:) Author hic affert exempla ubi communio primæva revivilcere videtur: Si nimirum cibaria in navi deficiant, si incendio corruptæ ædes diruantur: &c. Resp. nihil horum est ex communione, sed ex mero jure civili, quod summam in utroque casu æquitatem continet. Si enim unus cibaria sibi soli reservaret, reliquis fame intereuntis ipsi quoque pereundum esset; quia solus navem gubernare nequit. *Arg. L.* 7. *quod vi aut clam.* Ita, si domus diruitur, æque tamen peritura esset, quia igne jam correpta supponitur: adeoque ex hac ratione civili damnum dari non videtur, æque periturs ædibus; ut dicitur in *L.* 7. *§.* 4. *quod vi aut clam.*

„*o*) (UT IN NAVIGATIONE, &C. QUOD QUISQUE HABET IN COMMUNE CONFERRE DEBEAT:) „Legibus Romanis id statutum legimus in *L.* 2. *ad* „*L. Rhod.* Id autem non est ex jure primævæ communionis, quasi hæc in casu necessitatis adhuc „subsistat; sed ex ratione naturali, quia domino „cibariorum, si reliqui fame perirent, æque pereundum esset: adeoque non sit injuria domino. „arg. *L.* 7. *§.* 4. *quod vi aut clam.*

„*p*) (SIC ET DEFENDENDI MEI CAUSA VICINI „EDIFICIUM ORTO INCENDIO DISSIPARE POSSUM:) „Hæc sunt verba *legis* 3 *§.* 7. *de incendio:* intelligendum autem est si incendium eo pervenerit. „*L.* 7. *§.* 4. *Quod vi aut clam.* Tunc enim dissipare ædes vicini possum non ex jure aliquo primævæ communionis, sed ex ratione naturali: quia „*nulla injuria aut damnum dari videtur æque periturs ædibus. d. l.* 7. *§.* 4.

„*q*) (ET FUNES AUT RETIA DISCINDERE „IN QUÆ NAVIS MEA IMPULSA EST:) Traditur id „in *L.* 29. *§.* 3. *ff. ad L. Aquil.* cum enim extricare „nauta se non posset nisi discissis funibus, damnum „hoc casu, (nam vi ventorum navis impulsa est „in funes & retia) non culpa videtur datum: „talium autem solus dominus præstat. Adeoque hic „quoque non ex jure primævæ communionis jus „oritur, sed ex ratione naturali modo allegata.

*) (Grot,) (SI ALITER EXPLICARI NEQUIT:) Talia non procedunt nisi ex magna & satis necessaria causa. Ulpianus L. si alius D. quod vi aut clam, ubi sequitur exemplum illud de ædibus intercisis arcendi incendii causa.

„*r*) (QUÆ OMNIA LEGE CIVILI NON INTRODUCTA SED EXPOSITA SUNT:) Verum omnino „est omnes hos casus niti æquitate naturali; at illa æquitas non consistit in fictione Authoris, quasi homines res natura communes diviserint, & „casum necessitatis exceperint, primævamque „communionem eo casu subsistere voluerint.

„*s*) (NAM ET INTER THEOLOGOS RECEPTA „SENTENTIA EST &C. EUM FURTUM NON COMMITTERE:) *Vide Osiand. in Observ. h. l. Ames. de Con-*

sitate si quis quod ad vitam suam necessarium est sumat aliunde, eum furtum non committere: [t] cujus definitionis non hæc causa est, quam nonnulli adferunt, [u] quod rei dominus ex caritatis regula rem egenti dare tenetur, [v] sed quod res omnes in dominos distinctæ, cum benigna quadam receptione primitivi juris videantur. [w] Nam si primi divisores interrogati fuissent quid de ea re sentirent, respondissent

Controv. IV, 27. quod dicimus: *Necessitas*, inquit pater Seneca, *magnum humanæ imbecillitatis patrimonium* [x] *omnem legem* [y] (humanam scilicet, [z] aut ad

cap. 12. humanæ modum factam) *frangit.* [aa] Cicero Philippica XI. *Cassius in Syriam profectus est,* [bb] *alienam provinciam si homines legibus scriptis ute-*

„*Conscient. L. 5. c. 50. in f.* Jure naturæ id verum non esse jam vidimus, necessitas enim nullum jus in rem alienam tribuit.

„Atqui homo homini in necessitate constituto „succurrere debet. *Dist. 47. cap. 8. Basil. ad Luc.* „*12. v. 18.* Hinc cum discipuli Christi spicas alie„nas sustulerunt famis sedandæ causa, Christus „eos excusat necessitate famis: Resp. 1) succurre„re homo homini egeno debet non ex regulis ju„ris sed caritatis: Adeoque si non succurrit, egeno „non fit injuria, neque illi jus competit homini „rem auferendi invito: Resp. 2) Christus non de„fendit illud factum contra dominum spicarum, „utpote qui questus non est, sed contra Pharisæos, „qui Sabbathum hoc facto violatum esse crediderunt.

„Equidem negari nequit, excusationem mereri „eos qui necessitate coacti furtum faciunt: Hine „nec ordinaria pœna ipsis infligi solet, quia „leges pœnales feruntur cum sensu imbecillitatis „humanæ. *Grot. l. 1. c. 4. §. 7.* Idque exemplis „gentium probat *Tesmarus in not. lit. n. ex Thuano* „*L. 2. p. 37. Appiano Bell. Punico n. 28. Arriano* „*L. 6. p. 423.* Unde hodieque is qui necessitate „coactus furtum committit extra ordinem punitur. „*Cap. 3. X. furt. Constit. crim. Art. 166. Cz. Part.* „*2. Quæst. 83. n. 40. Anton. Math. ad L. 47. ff.* „*tit. 1. §. 7.*

„*t*) (CUJUS DEFINITIONIS:) i. e. sententiæ inter „Theologos receptæ.

„*u*) (QUOD REI DOMINUS EX CARITATIS RE„GULA REM EGENTI DARE TENETUR:) Verum „est, ex hac ratione non probari me alii rem ne„cessitate urgente auferre posse: Ex caritatis enim „regula non jus aut obligatio inter homines se„quitur: adeoque jus, per occupationem mihi a na„tura quæsitum, ab alio caritatis prætextu auferri „nequit.

„*v*) (SED QUOD RES OMNES IN DOMINOS:) At „nec ex hac ratione id probatur, quia nunquam „fuit rerum communio, adeoque ea reviviscere „non potest: Certissimum igitur est, necessitatem „nemini jus in res alterius dare.

„*w*) (NAM SI PRIMI DIVISORES INTERROGA„TI FUISSENT, QUID DE EA RE SENTIRENT, RE„SPONDISSENT, QUOD DICIMUS:) Quia juxta au„thorem credendum est, ipsos quam minimum ab „æquitate naturali recedere voluisse. *vid. sup. n. 1.* „At ex ejusmodi vagis conjecturis jus inferri ne„quit.

x) (Grot.) (OMNEM LEGEM FRANGIT:) *Quicquid coegit, defendit.* lib. IV. Contr. XVII. Exemplis idem Seneca illustrat in excerptis controversiæ IV. (Lib. IV.) *Necessitas est, quæ navigia jactu exonerat: necessitas est, quæ ruinis incendia opprimit: necessitas est lex temporis:* Theodorus Priscianus vetus Medicus: *Expedit prægnantibus in vitæ discrimine constitutis sub unius partus sæpe jactura salutem mercari certissimam, sicut arboribus crescentium ramorum accommodatur salutaris abcissio, & naves pressæ onere cum gravi tempestate jactantur, solum habent ex damno remedium.* Prima illa verba ad ἐμβρυοθλάστην pertinent, cujus instrumenti descriptio apud Galenum & Celsum, ac proinde eadem vox restituenda apud Tertullianum de Anima.

ADDITIO.

„Hoc admitti non potest si tertio jus aliquod „auferretur.

„*y*) (HUMANAM SCL.) Imo & leges quasdam di„vinas tacitam habere exceptionem summæ neces„sitatis, docuit supra *L. 1. c. 4. §. 7. n. 1.* At in ne„nis id verum esse probavimus. *Vid. supra lit. l.*

„*z*) (AUT AD HUMANÆ MODUM FACTAM:) „i. e. cum sensu imbecillitatis humanæ. *L. 1. c. 4.* „*§. 7. n. 2. Lib. 3. c. 23. §. 5, n. 3. Lib. 2. c. 14. §.* „*12. n. 2.* Idem quoque ex principiis Authoris „dicendum si Deus humanam legem probat, nam „tunc censetur eam probare ut humanam & huma„no modo. *vid. supra Lib. 1. c. 4. §. 7. n. 3.* Ubi „hoc assertum refutavimus.

„*aa*) (CICERO PHILIPPICA XI.) Ubi defendit „factum Cassii, qui inconsulto Senatu ex Italia „profectus erat, ut prohiberet Syria Dolabellam.

„*bb*) (ALIENAM PROVINCIAM SI HOMINES LE„GIBUS SCRIPTIS UTERENTUR:) Juxta legem scri„ptam enim i. e. jure Romano, Cassius inconsulto „Senatu ex Italia proficisci, & Dolabellam bello „prosequi non potuit.

cc) (HIS

utereutur: [ee] *bis vero oppresfis, fuam lege naturæ.* [dd] Apud Curtium est: *In communi calamitate* [ee] *fuam quemque habere fortunam.* Lib. vi. 4.

§. VII.

Sed cautiones adhibendæ sunt [a] ne evagetur hæc licentia: quarum prima sit: omni modo primum tentandum [b] an alia ratione necessitas evadi possit, [c] puta adeundo magistratum, aut etiam tentando [d] an rei usus a domino possit precibus obtineri. [e] Plato ex vicini puteo aquam peti ita demum permittit, si quis in suo ad cretam usque foderit ad aquam exquirendam; [f] & Solon; Si in suo foderit [g] ad quadraginta cubitos: ubi addit Plutarchus; ἀπορίᾳ γὰρ ᾤετο δεῖν βοηθεῖν, ȣ̓κ ἀργίαν ἐφοδιάζειν: *arbitrabatur subveniendum necessitati,* [h] *non instruendam pigritiam.* [i] Xenophon in responso [k] ad Synopenses: ὅποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν ȣ̓κ ἔχωμεν, ἄν τε εἰς βάρβαρων γῆν, ἄν τε εἰς Ἑλληνίδα, ȣ̓χ' ὕβρει, ἀλλ' ἀνάγκῃ λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια: [l] *ubi jus emendi nobis non conceditur, sive in Barbarico, sive in Græcanico solo, ubi quæ opus est sumimus, non per protervium, sed ex necessitate.*

Leg. lib. 11. c. 12. dub. 11. n. 70.

de Leg. l. 8. p. 844. B.

Vit. Solon. p. 91.

Exped. Cyr. v. c. 5.

§. VIII.

„*ee*) (HIS VERO O[illegible]RESSSIS, SUAM, LEGE NATURÆ:) Dolabella [illegible] Syriam petebat, eamque imperio Romano eximere cupiebat: Cassius „ex Italia profectus defensionem provinciæ suæ „curæ non commissæ suscipiebat, quo jure? Cicero ait, *eo jure quod Jupiter ipse sanxit, ut omnia* „*quæ reipublicæ salutaria essent, legitima & justa* „*haberentur:* SUAM ergo PROVINCIAM dicitur defendisse, quia jure naturæ quilibet civis ea quæ „reipublicæ salutaria sunt, non tantum facere potest, sed etiam tenetur: neque opus fuit exspectare „decreta, eam enim semper intentionem Senatus „præsumi ait. *Cicero Phil. XI. p. m.* 915.

dd) (APUD CURTIUM EST:) Leguntur hæc in literis Nabarzanis apud *Curt. Lib.* 6. *c.* 4.

ee) (SUAM QUEMQUE HABERE FORTUNAM.) i. e. unumquemque sibi consulere ut potest. *Gronov. h. l. Quintilianus Decl.* 5. ait, *in aliena fame sui quisque misereatur.*

a) (NE EVAGETUR LICENTIA:) Author putat necessitatem tunc demum jus in res alienas dare. 1) Si evitari aliter necessitas non potest. §. 7. 2) Si possessor non pari necessitate prematur. §. 8. 3) Alibi addit, si non ultra sumat, quam necessitas exigit. *L.* 3. *c.* 17. §. 1. Et denique 4) requirit, ut ubi fieri potest restituat. §. 9. At diximus necessitatem nec juxta hæc supposita jus in res alienas dare.

„*b*) (AN ALIA RATIONE NECESSITAS EVADI „POSSIT:) Adeoque Authori non sufficit necessitas „quæ ex culpa oritur.

„*c*) (PUTO ADEUNDO MAGISTRATUM:) Cujus „officium est assistere egenis. *Vid. not. ad §. præc.*

„*d*) (AN REI USUS A DOMINO PRECIBUS POS„SIT OBTINERI:) v. g. Eleemosinam rogando.

„*e*) (PLATO EX VICINI PUTEO AQUAM PETI, „ITA DEMUM PERMITTIT:) *Lib.* 8. *de Leg. p. m.* 844.

„At hoc jus mere civile est, quod tamen maxima „æquitate nititur.

„*f*) (ET SOLON:) *Apud Plutarch. in Solone p.* „*m.* 90. *& Meurs. de Solone c.* 19. Verba legis hæc „sunt. *Ubi puteus publicus esset intra curriculi eque-* „*stris spatium* (quod est quatuor stadiorum) *eo* „*ut uterentur: Ubi longius abesset, ibi aquam pro-* „*priam quærerent. Sed si postquam ad X. passuum* „*altitudinem effodissent, minime eam invenissent,* „*tum, ut peterent ex proximo, & quotidie hydriam* „*sex congiorum bis implerent.*

„*g*) (AD QUADRAGINTA CUBITOS:) Ab aliis „vertitur, ad X. passuum altitudinem. *Stanlej. Hist.* „*Phil. part.* 1. *c.* 6. *p.* 41.

„*h*) (NON INSTRUENDAM PIGRITIAM:) Apparet ergo, rationem hujus legis non esse naturalem, „sed mere civilem.

„*i*) (XENOPHON.) *In Cyrop. L.* 5. *n.* 355.

„*k*) (AD SINOPENSES:) Qui ægre ferebant quod „a Græcis, qui Cyro minori militaverant, premerentur.

„*l*) (UBI JUS EMENDI NOBIS NON CONCEDI„TUR:) Ibi non sola necessitas actum licitum reddit, sed injuria Græcorum, qui vendere transeuntibus necessaria nolebant. Hoc enim jure naturæ negari transeuntibus nequit. Vid. *infra* §. 13. & „sic belli jure ea sumere poterant. Xenophon „igitur non allegat pro titulo necessitatem, sed „quod injuria negaverint necessaria. Bene hoc „jus explicat Tissaphernes *apud Xenophontem in* „*Cyrop. L.* 2. *p. m.* 302. *Sic ubi forum non suppe-* „*ditaverimus, potestatem vobis faciemus, commea-* „*tum ex regione nostra sumendi. Vos vicissim jure-* „*jurando sanctissime nobis pollicebimini, tanquam* „*per regionem amicorum, sine ullo damno iter fa-* „*cturos: Ac si forum non præbuerimus, esculenta* „*& potulenta sumturos, sin forum instituatur,* „*commeatum pretio numerato redemturos.*

„*a*) (NON

§. VIII.

Secundo, [a] non concedendum hoc si pari necessitate ipse possessor teneatur, [b] nam in pari causa possidentis melior est conditio *Stultus non est*, ait [c] Lactantius, *qui tabula naufragum, ne salutis quidem propriæ causa, nec equo saucium dejecerit:* [d] *quia se abstinuit a nocendo, quod est peccatum; & hoc peccatum vitare sit sapientia.* [e] Cicero dixerat Officiorum III: *Nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri, homini ad nullam rem utili? Minime vero. Non enim mihi est vita mea utilior quam animi talis affectio,* [f] *neminem ut violem commodi mei gratia.* Apud [g] Curtium legitur: *Melior est causa sua non tradentis,* [h] *quam poscentis alienum.*

Inst. Lib. V, c. 17. — *cap. 6.* — *Lib. VII. c. 1.*

§. IX.

Tertio [a] ubi fieri poterit, faciendam restitutionem. Sunt quidam qui aliter censent hoc argumento, [b] quod qui jure suo usus est ad restitutionem non obligetur. Sed verius est, [c] jus hic non fuisse plenum, sed restrictum cum onere restituendi ubi necessitas cessaret. [d] Tale enim jus sufficit ad servandam naturalem æquitatem contra rigorem domini.

Adr. quod lib. I. art. 3. col 3. Covarr. d. loco.

§. X.

„a) (NON CONCEDENDUM HOC, SI PARI NECES-„SITATE IPSE POSSESSOR TENEATUR:) Author id „repetit *Libro 3. c. 17. §. 1.* At dictum est, necessi-„tatem nullum jus dare in res alterius, etsi domi-„nus rebus illis non indigeat.

„b) (NAM IN PARI CAUSA MELIOR EST CON-„DITIO POSSIDENTIS:) Imo hæc vera ratio non „est, sed ea, quam dixi: quia necessitas nullum jus „dat in res alienas, etsi possessor non teneatur pari „necessitate.

c) (LACTANTIUS.) *Lib. 5. c. 17.*

„d) (QUIA SE ABSTINUIT A NOCENDO:) Adeo-„que ex hac ipsa ratione apparet, quod nec ob ne-„cessitatem aliquid fieri debeat in tertii præjudi-„cium.

„e) (CICERO:) *Lib. 3. Offic. c. 6.*

„f) (NEMINEM, UT VIOLEM COMMODI MEI „GRATIA:) Cicero adeo non probat opinio-„nem Authoris, ut potius contrarium asserat: scl. „ne in necessitate constitutum alii nihil auferre „posse, non ideo, quia uterque in pari necessitate „constitutus est, id enim ex eo loco non appa-„ret: sed, quia nefas judicat commodi sui causa alium violare.

„g) (CURTIUM: *L. 7. c. 1.*

„h) (QUAM POSCENTIS ALIENUM:) Locus his „plane huc non quadrat: non enim de eo loqui-„tur, qui ex necessitate alienum poscit, nedum lo-„quitur de casu ubi uterque in pari necessitate est „constitutus.

„a) (UBI FIERI POTEST FACIENDAM RESTI-„TUTIONEM:) Imo restitutio semper fieri potest & „debet, saltem per tantundem.

„b) (QUOD QUI SUO JURE USUS EST AD RE-„STITUTIONEM NON OBLIGETUR:) Regula vera „est, at negamus eum qui in necessitate constitu-„tus aliquid aufert jure suo uti.

„c) (JUS HIC NON FUISSE PLENUM, SED RE-„STRICTUM:) Imo necessitas nec plenum nec re-„strictum jus dat: & si jus verum daret plenum „daret, non restrictum.

„d) (TALE ENIM JUS SUFFICIT AD SERVAN-„DAM ÆQUITATEM NATURALEM CONTRA RIGO-„REM DOMINI:) i. e. ad fruendum ex antiquissima „communione, quibus introducta dominia uti se-„vere prohibent: Ita mentem Grotii explicat *Gro-„novius in not. h. l.* At non recte mentem ejus „& vim argumenti assequitur. Author dixit, „in prima divisione rerum communium exce-„ptum fuisse casum necessitatis, quia creden-„dum est dividentes quam minime a naturali „æquitate recedere voluisse: *sup. §. 6. n. 1.* „adeoque dominium rerum in singulos sub con-„ditione quadam pristinæ communionis (in casum „scl. necessitatis) transiisse. *d. §. 6. n. 4.* Hinc jam „concludit *h. §.* prædictam æquitatem sufficere ad „temperandum & restringendum dominii rigorem, „si facultas egeno tantum concedatur re aliena uten-„di *quamdiu necessitas durat:* ea igitur cessante do-„mino rem ablatam restituendam esse: utpote cum „tota illa recepti primitivi juris, adeoque tota æ-„quitatis allegatæ ratio, tunc cesset. Sæpius jam „monui hæc omnia vana, vaga, mereque cere-„brina esse, & ex ejusmodi conjecturis, fictisque „rationibus, nihil certi nedum jus definiri posse. „Regula naturæ certa & perpetua est, necessitatem „jus in res alienas plane non dare.

„a) (HINC

§. X.

ᵃ Hinc colligere est, quomodo ei, qui ᵇ bellum pium gerit, ᶜ liceat locum occupare qui situs sit in solo pacato: nimirum si non imagina-

„a) HINC COLLIGERE EST.) Scil. ex eo, quod „primæva rerum communio tempore necessitatis „reviviscat. At cum verum non sit communionem rerum unquam fuisse, adeoque frustra de „ejus reviviscentia quæratur, facile constat hanc „quæstionem exinde decidi non posse, sed ex aliis „principiis decidendam esse.

„b) (BELLUM PIUM.) i. e. justum. *vid. Proleg.* §. 26.

c) (LICEAT LOCUM OCCUPARE QUI SITUS SIT IN SOLO PACATO;) Quæritur, an salva amicitia loca pacata, urbes, arces, et terræ amicorum, jure belli occupari possint? Et species quidem, de qua dubitari posset, est, cum quis metuit ne hostis urbem, aut aliqua loca amici principis vel civitatis occupet, indeque forte sibi noceat atque incommodet; et vel ex hoc metu, vel etsi metus non sit, hostem prævertit, et locum occupat. Quod si igitur probabiliter tibi constet, de hostis tui consilio locum eum occupandi, nec de eventu ob loci infirmitatem dubitari possit, dicimus, locum hunc, etsi pacatum & amicum, jure belli & gentium ante occupari posse, eaque occupatione tibi idem acquiri, quod hostis habiturus fuisset.

Et quidem licitam esse hanc occupationem his rationibus ostendimus. 1) Nullum civitati pacatæ damnum datur hac occupatione, sed hosti: non enim civitas hoc facto damnum ejus rei patitur, quam æque perditura esset cessante hoc facto. Ita decisum est in specie, qua quis tempore incendii destruit ædificium, ad quod ignis jam pervenerat; absolvitur enim ab omni actione, quia nullam injuriam vel damnum dare videtur æque perituris ædibus, ut dicitur in *L. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.* hosti vero damnum inserre licet. 2) In summa hujus rei nihil refert an hostis jam occupaverit, an certo occupaturus sit, quia utroque casu nulli nisi hosti, & nihil nisi quod hostis est, vel futurum est, aufertur. Quin 3) cum hosti belli jure eripi possit quod jam quæsitum habet, multo magis quod needum quæsivit, sed acquisituros est. Neque vero 4) quisquam dubitat, si hostis tuus locum pacatum bello jam occupasset, te ei jure belli eundem vicissim extorquere posse, quia tunc non domino aufertur sed hosti: quod legati Theodorici regis, qui victo Odoacro Italiam occupaverat, oratione ad „regem Francorum ita exponunt. *Nihil prorsus „ademit (Theodoricus) Romanis, quippe qui Italiam jam perdiderint; sed Odoatro Tyranno debel„lato, qua illius fuerant, belli jure obtinuit. Agath. „de bello Gothico L.* 1. cum tamen constaret, &. „faterentur, Odoacro nihil juris in Italiam fuisse. Frustra vero expectat dum hostis occupaverit eum locum, si occupaturum eum fuisse certum sit.

Atque hoc inter gentes receptum videtur: nam, ut vetera illa prætereamus, Franci Italiam jure belli occuparunt, quam Longobardi & Saraceni occupaturi erant: recens memoria est in bello inter Hispanos & Belgas gesto occupatorum urbium in pacato Imperii solo ad Rheoum sitarum. Initium factum ab Hispanis tentata primum, tum capta anno 1590. Rheinberga Oppido Coloniensi, quod Belgii Ordines sequestro tenebant. *Grot. de Reb. Belg. Lib.* 1. *p.* 185. Et deinde hoc pacati principis & imperii Oppidum, quinquies adhuc ultro citroque a Belgis & Hispanis bello captum fuit. *Meteran. Contin. Hist. Belg. P.* 3. *L.* 51. *ad ann.* 1633. Quo exempo deinde cum Hispani alia quoque imperii & pacatorum urbes vicinas, uti Trajectum ad Mosam, Orsaviam, Emricum, Vesaliam occupare vellent, vel cepissent, Belgæ eas occuparunt. *Grunweg in Not. ad Grotium de J. B. & P. L.* 2. *c.* 2. §. 10. Idemque accidit, cum Tillius Embdum sollicitaret. *Meter. d. P.* 3. *L.* 40. *ad ann.* 1623. Alia vero causa Caleti fuit, quod oppidum Anglorum Galli in bello cum Hispanis, cum nullum periculum esset, occuparunt, nec, etsi pace id cautum esset, restituerunt, de quo *Cambdenus in vit. Elis. P.* 1. *ad ann.* 1559.

Sed quo effectu occupatio ejusmodi valeat, &, num plenum jus belli tribuat, an vero periculo cessante restitui debeat, disquiritur? Equidem, si vere amicorum seu sociorum is locus sit, eos jure postliminii eum recipere constat. Sed de eo non agitur, verum de casu quo cessat jus postliminii, uti si locus mediorum sit: quo casu id jus occupanti acquiri dicendum est, quod hostis, qui occupare volebat, habiturus eo facto fuisset; adeoque & pristino loci istius domino pacato jus quod habuit contra priorem, qui capere voluit, vel prior cepit, contra alterum quoque occupatorem integrum est, idque bello quoque tueri potest, cum posterior non succedat in jus domini, cum quo bellum non fuit, sed in jus hostis qui occupavit, vel occupaturus fuit. Igitur, si notorium est hosti nihil juris in eum locum pacatum esse, sed tantum commodi sui causa invasionem moliri, ut Hispani prædictas imperii urbes, alter quidem prævenire potest, & jure occupabit quod alter injuria fecisset; sed cessante periculo restituenda res est domino refusis quæ in custodiam loci impensa sunt: Si vero hostis noster aliquid juris in locum prætendit, & ideo occupare voluit, in eandem contentionem alter qui deinde occupavit succedet, & contra loci quoque dominum, idem jus armis asserere poterit.

Plane vero a quæstionis momento abeunt *Pufendorf. de J. Nat. L.* 2. *c. ult.* §. *ult. Bœclerus, aliique interpretes ad Grot. h. l.* qui id vel negant, vel addunt, dominum loci prius monendum, oblatis quoque sumtibus, ut ipse locum custodiat, nec refundendos sumtus nisi quos ipse dominus facturus fuisset. Verum quæstio est de casu, quo probabi-

ginarium, [d] ſed certum ſit periculum ne hoſtis eum locum invadat, & inde irreparabilia damna det: deinde, [e] ſi nihil ſumatur quod non ad cautionem ſit neceſſarium; puta, nuda loci cuſtodia, [f] relicta domino vero jurisdictione & fructibus: poſtremo, [g] ſi id fiat animo reddendæ cuſtodiæ ſimulatque neceſſitas illa ceſſaverit. [h] *Enna aut* *Lib. xxv. c. 39.* *malo, aut neceſſario facinore retenta*, ait [i] Livius: [k] quia malum hic, quicquid vel minimum abit a neceſſitate. Græci, qui cum Xenophonte erant, cum navibus omnino opus haberent, ipſius Xeno- *De Exped. Cyri lib. v. c. 1.* phontis conſilio, [l] ceperunt tranſeuntes, [m] ſed ita ut merces dominis intactas conſervarent, nautis vero & alimenta darent, & precium perſolverent. [n] Primum ergo quod poſt dominia ex veteri communione reſtat jus, eſt id quod jam diximus neceſſitatis.

§. XI.

liter conſtat dominum loci imparem eſſe tuendo loco, & ceſſurum potentiæ hoſtili; quod ab armorum & munimentorum peritis haud difficulter diſcernitur, & religiooi principis, qui judicem non habet, relinqueodum eſt. Ubi fruſtra eſt illa admonitio, &, quod oon tantum monere, ſed & ſumtus ei offerre debeat, ab omni ratione juris plane abhorret, atque hæc mere cerebrina ſunt.

Nihil vero huc pertinet, quod de Cyro refert Xenophon *L. 3. Cyropæd.* qui munitos montium vertices, de quibus Chaldæi & Armenii contendebant, non reſtituit, ſed retinuit. Fuere enim illi montes, unde Chaldæi prædandi cauſa decurrere ſolebant, quos cum Cyrus victis Chaldæis occupaſſet, iis jure belli & victoriæ legem dicere potuit, quod nihil commune habet cum occupatione loci pacati.

Eadem, quæ de terris aut urbibus pacatis, quas hoſtis occupaturus erat, diximus, pari ratione applicanda ſunt ad caſum quo jam occupavit, per rationes & exempla præmiſſa. Sive enim nihil juris, ſive aliquod in eas ſibi arrogaverit, eadem erit hacteous deciſio. Quæ & ipſa, cum miſſi ad Belgas legati occupatas urbes aliaque Bruxellis repeterent, prolixe ſimilibus prope rationibus demonſtrant, & loca iſta non dominis, ſed communoi hoſti erepta fuiſſe oſtendunt apologeticis illis literis die 13 Auguſti 1590. ſcriptis, quas exhibet Meteran. *Hiſtor. Belg. L. 16. ad ann.* 1590. Alia vero quæſtio eſt, an hoſtis locum pacatum ideo, quod eo neceſſario utatur, ad ſui defenſionem occupare, & defenſionis neceſſitate tueri ſe poſſit? Quod plaoe negandum: cum jus naturalis defenſionis intelligendum ſit ſine alterius pacati & inſontis injuria, nec quisquam jure alteri pacato injuriam facere, & quod aliter jus ſuum tueri nequeat, cauſari poteſt. Nam contra pacatus eadem defenſionis neceſſariæ ratione alterum repellere, omniaque ſine quibus ſe tueri nequit, jure facere poteſt, ac longe quidem juſtius is injuriam illatam propulſare, quam alter inferre ex regulis naturalis defenſionis poſſet. Etſi igitur hanc quoque cauſam allegent Belgæ apud *Meteranum d. l.* iſta tamen ſola non ſufficit, & tantum inter cætera adducitur. Vide Diſſertationem noſtram *de jure belli in amicos* §. 37. *usque ad* §. 46.

„d) (SED CERTUM SIT PERICULUM:) Nam tunc „eſt ſpecies neceſſariæ defenſionis.

„e) (SI NIHIL SUMATUR, QUOD NON AD CAU„TIONEM SIT NECESSARIUM:) Adeoque intra fines „neceſſariæ defenſionis.

„f) (RELICTA VERO DOMINO JURISDICTIONE „ET FRUCTIBUS:) Nam defendere me debeo meis, „non alienis impenſis.

„g) (SI ID FIAT ANIMO REDDENDÆ CUSTO„DIÆ SIMUL ATQUE NECESSITAS ILLA CESSA„VERIT:) Injuria enim eſſet citra defenſionis ne„ceſſitatem rem alterius retinere.

„h) (ENNA AUT MALO:) Hoc factum exami„navimus ſupra *Lib. 1. c. 3.* §. 4.

„i) (LIVIUS:) *Lib. 25. c. 39.*

„k) (QUIA MALUM HIC QUIDQUID VEL MI„NIMUM ABIT A NECESSITATE:) Non a neceſ„ſitate quo ſenſu Author eam ſumit, ſed a neceſ„ſaria defenſione.

„l) (CEPERUNT TRANSEUNTES:) Non defen„ditur hoc factum a ſola neceſſitate, ſed juſtum id „fuit ex jure tranſitus.

„m) (SED ITA, UT MERCES DOMINIS INTA„CTAS CONSERVARENT &c.) Alias enim non eſſet „tranſitus innoxius.

„n) (PRIMUM ERGO, QUOD POST DOMINIA EX „VETERI COMMUNIONE RESTAT JUS:) Dictum „jam eſt 1) natura non eſſe rerum communionem: „2) nullam rerum diviſionem factam eſſe: adeo„que 3) dominia non eſſe ex facto hominum in„troducta: 4) in ficta illa rerum communium di„viſione nullum jus in caſu neceſſitatis reſervatum „eſſe, adeoque 5) male aſſeri, ex neceſſitate jus „aliquod oriri, quod poſt dominia ex veteri com„munione ſuperſit; cum certum ſit neceſſitatem „nunquam jus in res alterius dare.

(Ad §. XI.) Alterum jus, quod *communiter* hominibus in res jam occupatas competere Author ait, eſt CASUS INNOXIÆ UTILITATIS: ubi commodum meum ſine damno alterius quærere mihi licet. Verum ex tali utilitate innoxia mihi nullum jus in rem alienam competere, non magis

§. XI.

[b] Alterum est [c] utilitatis innoxiæ. *Quidni enim*, inquit [d] Cicero, *quando sine detrimento suo potest, alteri communicet in iis, quæ sunt accipienti utilia, danti non molesta?* Ideo [e] Seneca beneficium negat dici posse ignis accendendi potestatem. Apud [f] Plutarchum legimus Symposiacon VII: οὔτε γὰρ τροφὴν ἀφανίζειν ὅσιον αὐτοὺς ἅδην ἔχοντας, οὔτε νάματος ἐμφορηθέντας πηγὴν ἀποτυφλοῦν καὶ ἀποκρύπτειν, οὔτε πλοῦ σημεῖα καὶ ὁδοῦ διαφθείρειν χρησαμένους, ἀλλ᾽ ἐᾶν καὶ ἀπολείπειν τὰ χρήσιμα τοῖς δεησομένοις μεθ᾽ ἡμᾶς: *Nam neque alimenta nobis fas est perdere, ubi ipsi plus satis habemus; neque fontem, postquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare;* [g] *neque signa navigationis aut itineris abolere, quæ nobis usui fuerint.*

De off. 1. c. 16.
IV. de Benef.
Quæst. 4.

§. XII.

gis quam ex necessitate statuo. Nam 1) natura res omnes nullius sunt, & cedunt occupanti; adeoque per occupationem res adeo redigitur in potestatem occupantis, ut aliis nullum jus, nec ex innoxia utilitate, in illa re remaneat: cum enim 2) per occupationem jus pro lubitu de re occupata disponendi quæsitum mihi sit, *L.* 120. *V. S.* illud prætextu innoxiæ utilitatis auferri mihi nequit. *L.* 11. *R. I.* Sane 3) ex eo, quod alteri id utile sit, is jus aliquod in re mea acquirere non potest. Neque 4) ergo jus in re mea perdo ideo quod utilitatem inde non percipio. Add. *Cicero de Offic. Lib.* 3. *c.* 51. *seqq.* Atque hinc 5) male hoc prætextu bello tricennali derelicta templa sibi Pontificii arrogarunt in Palatinatu, quia ita extranei quoque sibi id jus arrogare potuissent. Male quoque ex hoc argumento Brennus cogere voluit Clusios, ut darent agros quibus ipsi non indigerent. *Liv. Lib.* 5. *c.* 36.

Obstat 1) regula illa juris Romani, quod æquitas permittat facere id quod tibi non nocet, & mihi prodest. *L.* 2. *§.* 5. *ff. Aqua pluv.* Resp. ex illo edicto potius contrarium apparet, expresse enim additur *d. §.* 5. Prætorem id ex æquitate ita constituisse, *etsi jus deficiat*; idque in casu illo singulari & unico, ubi agger in superiori fundo jam fuit, isque vi aquæ dirutus est, neque domino inde præjudicium fit: quæ rationes utilitatis meri sunt juris civilis & positivi.

Obstat 2) authoritas Ciceronis qui *in Lib.* 1. *Offic. c.* 16. ita differit: „*Una ex re satis præcipit, ut,* „*quicquid sine detrimento accommodari possit, id* „*tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia,* „*non prohibere aquam profluentem, pati ab igne* „*ignem capere, si quis velit consilium fidele deli-* „*beranti dare: quæ sunt iis utilia qui acquirunt,* „*danti non sunt molesta.*„ Et alibi ait: *Apud Athenienses ejusmodi negantem execratione puniri. Lib.* 3. *Offic. c.* 22. Resp. Cicero loquitur de officiis, adeoque de eo quod humanitatis & virtutis est; sane humanitati repugnat non præstare alteri quod sine damno nostro præstari potest, & contra officiorum regulas peccaret, qui levissima ista officia denegaret. Non ergo loquitur Cicero de jure inter homines, & quod juxta regulas alter alteri facere debeat. Eadem quoque ratione paulo ante dixerat: *Amicorum omnia esse communia*; id enim verum est juxta perfectionis regulas, non vero juxta regulas juris.

Obstat 3) authoritas Senecæ, qui *Lib.* 4. *de Benefic. c.* 26. ait: *Non esse beneficium, lumen de lumine accendere.* Resp. hoc non ideo asserit, quasi jure communionis alteri debeatur, sed (uti ipse rationem addit) quia tam exiguum est ut beneficii nomen non mereatur.

„*b*) (ALTERUM EST:) Primum enim jus, quod „post dominia ex veteri communione superesse „fingit, est gravissima necessitas. *Vid. §.* 10. *in f.*

„*c*) INNOXIA UTILITAS:) Putat igitur Author „primævam communionem reviviscere, quoties „aliquid in re aliena ago quod mihi prodest, & „alii non nocet. At cum nulla communio pri- „mæva fuerit, non potest dici eam reviviscere „sive ex necessitate, sive ex innoxia utilitate.

„*d*) (CICERO:) *L.* 4. *de Offic. c.* 16. Verba ejus „initio h. §. allegavimus.

e) (SENECA:) *L.* 4. *de benef. c.* 29. Quem locum jam explicavimus.

f) (PLUTARCHUM:) *Sympos.* 7. *quæst.* 4. Plutarchus itidem non loquitur de eo quod necessitatis, sed imperfecti animi indicium esse ait, alimenta, quibus plus satis habemus, perdere, quod non nisi ex invidia fieri potest.

g) (NEQUE SIGNA NAVIGATIONIS, AUT ITINERIS ABOLERE:) Gronovius huc quoque refert exemplum Darii Codomanni Persarum regis in Ponte Lyci, (rectius Cydni,) quem noluit ad iter hostium impediendum intercludere, ajens, *non ita se saluti sua consultum velle. ut tot millia sociorum hosti objiciat. Justin. l.* 11. *c.* 14.

§. XII.

[a] Sic flumen, [b] qua flumen dicitur, [c] proprium est populi cujus intra fines fluit, [d] vel ejus cujus in ditione est populus: [e] atque ei licet molem in flumen injicere: [f] & quæ in flumine nascuntur ejus sunt.

L. Quædam 1 §. 1 D. de Rer. divis. [g] At idem flumen, qua aqua profluens vocatur, [h] commune mansit, [i] nimirum ut bibi hauririque possit.

Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi;
Atque cavum vaſtas in mare ſervet aquas?

Art. amandi III. 93. [k] inquit Ovidius: [l] apud quem & Lycios Latona sic alloquitur:

Met am. VI. 349. *Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt:*

ubi & [m] undas vocat munera publica, [n] id est hominibus communia, vocis publicæ acceptione [o] minus propria: [p] quo sensu res quædam publicæ juris gentium dicuntur. [q] Virgilius undam eodem sensu dixit cunctis patentem. *Æneid. VII, 230.*

§. XIII.

a) (SIC FLUMEN:) Author exemplum innoxiæ utilitatis affert in flumine, quatenus pro aqua profluente sumitur. Ubi duplicem errorem committit: Nam 1) aqua profluens nullo modo nec ullo sensu flumen est, aut dici potest; sed est pars fluminis, quod totum consistit in ripis, alveo & aqua profluente. Sed & 2) aqua profluente quisque uti potest non ex innoxia aliqua utilitate, sed quia inexhaustus ejus est usus, eoque indivisibilis: unde jus hauriendæ aquæ omnibus hominibus competit. Atque ideo JCti Romani aquam profluentem communem, & flumen jure gentium publicum dixere. §. 4. *R. D. L. 5. ff. eodem.*

Neque obstat Num. XX. v. 19. Ubi Moses promittit se pro aqua, quam bibituri Israëlitæ eorumque pecudes essent, precium soluturos: Nam non loquitur de aqua fluvii publici, sed de aqua propria Edomitarum, quam insigni opera & sumtu in fontibus, puteis, aut cisternis collegerant. vid. *Num.* 20. *v.* 17. Aqua enim in illa regione siticulosa venalis est. *L.* 14. §. 3. *ff. Alim. leg.*

ADDITIO.

„Quod nemo a flumine, i. e. ab aqua hauriendа impediri possit, non ex innoxia aliqua utilitate „sequitur, sed ex ipa natura fluminis: Aqua enim profluens per rei naturam in singulorum potestatem redigi nequit, quia singulis momentis „mutatur: cum igitur aqua illa in nullius bonis sit, „& nemo jus prohibendi sibi arrogare possit, necessario sequitur, cuique hominum liberum esse „aqua, uti eamque haurire.

„*b*) (QUA FLUMEN DICITUR:) Quatenus nimirum constat ex ripis, alveo, & aqua profluente.

„*c*) PROPRIUM EST POPULI:) Non vi dominii „privati & generalis, sed vi imperii: de quo egimus „*sup.* §. 4.

„*d*) (VEL EJUS CUJUS IN DITIONE EST POPULUS:) v. g. Regis, si forte status est monarchicus.

„*e*) (ATQUE EI LICET MOLEM IN FLUMEN „INJICERE:) Non tantum id licet populo, sed cuique privato, modo inde non impediatur usus juris gentium. *L. 24. ff. damn. inf.* Ex eadem ratione quoque insulæ in flumine publico natæ publicæ sunt. *L. pen. §. f. Acq. rer. dom.* i. e. omnibus „patent, & cedunt occupanti. *L. I. 1. 6. ff. Flum.*

„*f*) (QUÆ IN FLUMINE NASCUNTUR, EJUS SUNT:) „Scl. quoad imperium; supponimus enim proprietatem in singulos nondum esse distributam.

„*g*) (AT IDEM FLUMEN, QUA AQUA PROFLUENS VOCATUR:) Ita enim aliquando a ICtis Romanis flumen sumitur. *L.* 1. §. 11. *ff. de Flumin.* Ibi, „*in flumine publico factum accipere debemus, quicquid in aqua fit, nam si quid extra factum sit, „non est in flumine factum, & quod in ripa fit, non „videtur in flumine factum.* Hinc flumen distinguitur a ripa. *L. 3. pr. ff. Flumin.* & ab alveo fluminis. *§. 5. I. R. Div.*

„*h*) (COMMUNE MANSIT:) Non ex innoxia „aliqua utilitate, sed quia in potestatem redigi „nequit. *Vid. §. 2. I. rer. div. L. 24. pr. damn. inf.*

„*i*) (NIMIRUM UT BIBI HAURIRIQUE POSSIT:) „Adde, ut & navigare ac piscari &c. ibi liceat.

„*k*) (INQUIT OVIDIUS:) *L. 3. de arte Amandi. 93.*

„*l*) (APUD QUEM:) *Metam. 6. v. 350.*

„*m*) (UNDAS VOCAT MUNERA PUBLICA:) vide „*infr. §. 17. & cap. seq.* §. 9.

„*n*) (ID EST HOMINIBUS:) Non solis civibus.

„*o*) (MINUS PROPRIA:) Publicum enim proprie dicitur quasi populicum, quod uni populo „competit.

„*p*) (QUO SENSU QUÆDAM RES PUBLICÆ JURIS „GENTIUM DICUNTUR:) ICtis Romanis quædam „publica dicuntur jure gentium, quædam vero jure populi: Ita enim diserte ICtus distinguit in *L.* „14. *A. R. D.* ibi: *Nam littora non ita publica sunt „ut ea quæ in patrimonio sunt populi, sed ut ea quæ „primum a natura prodita sunt, & in nullius adhuc potestatem pervenerunt.*

„*q*) (VIRGILIUS:) Æneid. 7. pr. 230.

„Littusque rogamus
„Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.

(AD §. XIII.) Aliud exemplum innoxiæ utilitatis ab

ab Anthore in hoc §. proponitur TRANSITUS nimirum INNOXIUS per terras, maria & flumina occupata. At jus transeundi ex ea ratione deduci non posse jam demonstrabo. Nam 1) non ita innoxius est transitus quin & onera multa, incommodaque inde sequantur: Viæ enim conculcantur, angariari naves, & plaustra subditorum alienorum possunt, alimentaque transeuntibus pro pretio suppeditare tenentur: &c. unde potius concludendum esset, jus transeundi non competere, quia innoxia non est utilitas. Adeoque 2) ex alia causa jus illud deducendum est, licet incommodum necessarium secedat; quia scl. usus ille transeundi per vias publicas, & navigandi per maria & flumina occupata quoque, est jure naturæ communis omnium hominum. Id jam 3) evidenter demonstratur a medii necessitate: inter homines enim omnes etiam remotissimos constituta est societas; atqui ejus totum jus & exercitium necessario tollitur, sublato adeundi alias gentes jure: 2) Jura commerciorum quoque inter homines a natura sunt: atqui & illa omnino tollerentur sublato transitu: Nam cum terræ fructus hominum causa nati & producti sint, quo uti homines sine jure adeundi non possunt, excluderentur ab hoc naturæ jure utendi fructibus, qui, cum quædam terræ non sufficiant alimentis humanis, aliquando necessario ab aliis petendi sunt. 3) Homines naturali facultate instructi commeare ante occupationem terræ poterant per totum terrarum orbem, hæc ergo facultas, quia communis omnium hominum, terra occupata aufferri humano generi non potest. Sane 4) individuum est hoc jus naturæ, quod vero dividi non potest id commune necessario manet. Sed & 5) alia ratione id probatur. Jure naturæ justum bellum contra eum qui vicinus immediate non est movere possum: Non possem autem, si immediate vicinus transitum prohibere posset. Unde merito ita licet argumentari: Sine quo princeps jus suum defendere non potest, id juris naturalis est; at sine transitu non potest: Ergo &c. Atque hoc jus transeundi 6) communi omnium gentium consensu probatur, qui infinitis exemplis tum ab authore, tum ab ejus commentatoribus congestis firmatur. Edomitæ negarunt transitum, eaque justa belli causa visa fuit Musi, sed noluit gerere quia frater esset. *Num.* 20. *v.* 19. Ammorithæ, qui transitum denegarunt, bello victi sunt. *Num.* 21. *v.* 22. Cum Romani a Gallis peterent, ne darent transitum Pœnis hostibus, tantus cum fremitu risus ortus dicitur, ut sedari vix potuerit. *Liv.* 21. *c.* 20. *adeo*, ait Livius, *stolida impudensque postulatio visa est, censere, ne in Italiam Pœni transmittant bellum, Gallos ipsos illud avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere.* Censet ergo Livius, non potuisse eos transitum negare nisi hostes se declarando. Id ipsi Galli exponunt adhuc clarius in concilio hac „Oratione. *Neque Romanorum in se meritum esse, neque Carthaginensium injuriam, ob qua aut „pro Romanis, aut adversus Pœnos sumant arma.* Adeo putabant non posse transitum negari, nisi ob injuriam illatam hostium loco habeantur. Ludovicus XIII. anno 1629. transitum, cum negaretur per Sabaudiam, vi petiit, ac obtinuit, & pacto denique Sabaudus concessit. *Grammond. Lib.* 18. *ad ann.* 1629. Josias rex piissimus Pharaoni Necho transitum negans bello victus periit. *Joseph. Antiq. Lib.* 10. *c.* 6. Judas Maccabæus petens transitum per Oppidum Ephron, eo negato oppidum excidit. *Joseph. Ant. L.* 12. *c.* 10. Batavi Bonnensibus innoxium iter spondebant, quo negato vi obtinere, *Tacit.* 4. *Histor.* 20. Elisabetha per legatos exposuit, natura liberum esse Anglis per Oceanum Septentrionalem in Moscoviam navigare, & hunc, ut aeris usum, esse communem. *Cambd. ad ann.* 1602. *p.* 893. alia exempla vide *apud Cambdenum P.* 1. *p.* 53. *Add. Grot. supra* §. 7. *Test. in not. h.* §. *n.* 1. & 4.

Equidem non desunt exempla in contrarium, quæ collegit Gronovius in *not. h. l.* quibus adde *Polyb. L.* 4. *c.* 2. *f.* 285. *Thuan. Lib.* 1. *pr. L.* 2. *f.* 36. *L.* 4. *f.* 80. Sane legimus per pacta demum, quin & pretio aliquando impetrari transitum debuisse, uti exemplum de Hassis refert *Thuan. d. l. f.* 80. De Persis, qui ab Uxiis pretio emerunt, & idem ab Alexandro petierunt. Vide *Arrian.* 3. *p.* 199. de Triballis, qui, nisi prædæ partem acciperent, transitum concedere noluerunt: vide *Justin. L.* 9. *c.* 3. At omnibus his exemplis mox satisfaciemus

Eadem quoque ratio est in jure navigandi; navigare enim est species transitus. Neque movere debet, quod in navigando cesset necessitas, quia terra iri potest: nam tantundem de terra dici posset. Atque hinc Angliæ reginam ex jure hoe gentium communi jus navigandi in Moscoviam sibi arrogasse, ante dictum est. *vide late infra L.* 2. *c.* 3. §. 12. *seq.*

Debet autem hic *transitus* esse *innoxius*, quia transire est juris naturæ, at lædere alium contra jus naturæ. Neque enim transeuntes jus in res incolarum sibi arrogare possunt, & Plinius ait, alias populationem esse non transitum, in *Paneg. yr. c.* 20. Exempla vide infra §. 7. *ibique not.* Hinc obsides aliquando dari solent, ut inter Helvetios & Sequanos factum refert *Cæsar. B. Gall. L.* 1. *p. m.* 7.

Non ergo innoxius est, si transitus postuletur 1) ut sociis meis bellum inferatur. 2) Si communi gentium, aut Christianorum societati, indeque quæsito juri præjudicium fiat: ut si Turcæ Christiano principi bellum inferenti aut minitanti concederetur. 3) Si periculum rerum ab hoste transeunte immineret, forte, quod alibi damnum transeuntes dederint, nec transeuntes cavere velint. 4) Si certa est injuria, uti, si latro vel prædo transire velit.

Si iis sit, an transitus plane sit innoxius an non, quæritur quis sit judex? Resp. Nemo: duæ enim gentes sunt quæ superiorem non agnoscunt; inde, si de ratione & modo transeundi convenire nequeant, per bellum & arma litem decidere debent. Diffeutit Gronovius *in not. ad h.* §. 13. & putat jus negandi transitum cuique competere, verum ex rationibus ab eo allegatis inferri non potest ad transitum extraneorum innoxium per vias publicas: Nam 1) & 2) agit de armis & fundis privatorum, 3) & 4) de non innoxia. Scipio, quæ 5ta) est ratio, non illicitum sed difficilem putat transitum. Reliqua exempla de abusu loquuntur.

Primo igitur Gronovius hoc argumento utitur: si princeps vel populus potest prohibere singulis indigenis, ne intra fines sint armati, (quod probat ex Petronio et Cicerone ac ipso jure Romano *in L. 1. ad L. Jul. de vi & Nov. 17. c. 17*) multo magis id exteris prohibere poterit, quia major ab his metus est? Resp. falsa est illatio: indigenæ legibus a principe latis tenentur, exteri tantum jure gentium. Plus igitur juris principi est in subditum, quam in extraneum: horum enim juribus nihil derogare princeps potest, civium suorum juribus potest. Neque metus allegatus jus aliquod principi in extraneum tribuit; nam vel justus metus est, et tunc cautio ab eo peti potest, vel injustus, tunc allegari nequit, si dubia est causa, armis disceptari debet.

Secundo opponit, quod privatus possit prohibere ne quis intret fundum suum venandi causa. *§. 12. Inst. Rer. div.* ergo multo magis putat principem extraneum impedire posse, quo minus armatus intret territorium alterius &c. Resp. Natura non concessit singulis jus eundi per fundos privatos ab alio occupatos, sed per vias saltem publicas, hæ solæ omnium communes sunt, fundi non sunt. Supra enim jam diximus, occupato territorio non videri occupata ea quæ omnium communia sunt, adeo nec vias publicas seu jus transeundi.

Tertio opponit exempla denegati gentibus transitus. Ita enim 1) Atheas Scytha petenti Philippo religionis ergo transitum negavit. *Just. L. 9. c. 2.* Resp. non fuisse innoxium; nam magna & summa offensa contracta erat inter reges remissis militibus, negata mercede, & promissa adoptione. Facile ergo suboluit Atheæ, Philippum id fingere, & id petere ultum injurias. *d. l.* Dolose ergo, cum id ageret Philippus non transeundi sed populandi gratia, merito id negavit Atheas. Equidem victi sunt Scythæ, sed propter præcedentes injurias Philippo illatas, non propter denegatum transitum. 2) Cæsar Helvetiis innoxium iter promittentibus, negavit se posse more & exemplo populi Romani iter ulli per Provinciam dare. *L. 1. B. Gall. p. 4.* Resp. Transitus non fuit innoxius, quia sociis Romanorum bellum inferre volebant, quos defendere Cæsar tenebatur. Sed & hostes erant Helveti, qui jam ante hostili animo L. Cassium Consulem occiderant, exercitumque ejus sub jugum miserant. *d. p. 4.* Atque hinc, cum per Sequanorum agrum transire vellent, Cæsar per legatos his denunciavit, ne homines bellicosos, populi Romani inimicos, transire permitterent. *ibid. p. m. 5.* Atque ex simili ratione rex Navarræ negabat Hispanis transitum, quod eum peterent ad lædendum Gallum socium. *Thuan. Lib. 1. pr.* Allegat porro & 3) decretum Scipionis, qui fratri suo scribit, iter se per Macedoniam probare, sed totum id verti in voluntate Philippi. *Liv. Lib. 37. Cap. 7.* unde concludit, potuisse Philippum denegare transitum. Resp. de jure transeundi non dubitat, sed de eo dubitat, an Philippus id quod juris gentium est permissurus fuerit, vel anne potius injuria negare transitum voluerit; in eum enim casum iter per Thraciam non satis tutum putabat, & merito: Nam dubia erat Philippi fides, & suspectus novandæ armis rei, quod vel exinde patet, quia postea (ubi Gracchus legatus eum in convivio ebrium invenisset) ea ipsa remissio animi suspicionem demsisse dicitur *novare eum quidquam velle.* Præterea non tantum postulabat transitum per Macedoniam, sed & commeatum & auxilium per Thraciam, terram feram, desertam, ac barbaram, ad quæ non tenebatur Philippus, nisi ultro vellet. *d. c. 7.* Accedit, quod Philippus potuisset allegare transitum sibi esse noxium, unde periculum belli sibi immineret: Adeoque rationes dubitandi Scipionis politicæ fuere non juris.

Quarto opponit, vix dari transitum innoxium Tacito teste, qui de Ottonis & Vitellii exercitu ait, quod ne amica quidem, & patria habeant sancta. *2. Histor. 12. & 87.* Resp. Hic abusus est belli civilis, in quo nec exercitum conscribendi, nec transeundi jus est.

Quinto opponit morem omnium fere exercituum transeuntium, qui grassari in incolas solent. Resp. abusus hic est, qui diligentia & cautione præstita præcaveri potest, quia abusus nequit tollere usum.

Sexto opponit, annonam ingravescere, adeoque hactenus quoque transitum non esse innoxium. Resp. aliqua incommoditas quæ occasione transitus oritur, non potest ipsum jus tollere: Sed & compensatur illud incommodum per augmentationem pretii, quod transeuntes solvere tenentur.

Septimo opponit, occasionem facere furem, adeoque periculosum esse extraneos armatos in viscera imperii admittere, quod multis exemplis probat. Resp. loquimur de transitu non suspecto, ob solum enim metum ille negari nequit, alias nec tolerandi essent cives potentiores ob metum abusus.

Octavo opponit, rerum novarum cupidos facile seditionem movere posse opem transeuntium implorando, quod itidem exemplis probat. Resp. 1) si id metuitur, saltem probabiliter, nec sufficiens cautio offeratur, non est transitus innoxius. Si vero 2) metus probabilis non sit, impediri transitus nenequit; quia etsi per abusum tale quid aliquando accederit, id tamen usum tollere nequit.

Nono opponit, alterum pariter transitum petere, eoque duos exercitus in terra pacata sibi occurrere, ac sedam belli in ea figere posse, quo ipso impedirentur commercia: Resp. tunc non est transitus innoxius, adeoque denegari omnino potest: at, quia ob injuriam vicinorum sibi relicti non esse solent, videmus sæpius ejusmodi civitates potentioris partes sequi vel solere, vel teneri.

Decimo opponit, Turcas ita posse transitum postulare, & postulasse per terras imperatoris ad expugnandos Venetos. Resp, 1) Turcæ sunt hostes perpetui Christiani nominis, in iis ergo singulare est. 2) Veneti sunt socii Imperatoris, adeoque ex eo quoque capite negari transitus potuit.

Denique ad exempla contraria respondet, ea esse facta potentiorum, non juris: Amorrhæorum exemplum huc non pertinere, quia ex alia causa bellum in eos licitum fuerit, scl. quod ad populos damnatos pertinuerent, transitus igitur denegationem saltem prætextum fuisse. At ex Naturæ quoque rationibus demonstravi, exempla illa non vi sed jure niti.

ADDI-

§. XIII.

1. [a] Sic & terræ, [b] & flumina, & [c] si qua pars maris in proprietatem populi alicujus venit, [d] patere debet his qui transitu opus habent [e] ad causas justas; [f] puta, quia suis finibus expulsi quærunt terras vacuas, [g] aut quia commercium expetunt cum gente supposita, aut etiam quia quod suum est [h] justo bello petunt. [i] Ratio hic eadem quæ supra, [k] quia dominium introduci potuit cum receptione talis [l] usus qui prodest his, illis non nocet: [m] ideoque dominii auctores id potius censendi sunt voluisse. Bal.111. conf. 193

2. Exemplum habemus insigne in Mosis historia, qui cum transeundum haberet per alienos fines, primum [n] Idumæo, deinde [o] Emoræo has tulit leges, [p] iturum se via regia, nec deflexurum ad pos- Num. xx & xxi.

ADDITIO.

„Materiam hanc de jure transeundi nervose explicavit *B. Parent in disput. de Regali viarum publicarum jure. §. 9. sequ.* Cujus verba hæc sunt. *Etsi autem solum via publica sit populi, usus tamen eundi omnibus hominibus patet, perinde ac in fluminibus publicis navigandi §. 4 de Rer. div. l. 5. Verb.* cuique liberum est, per ipsum flumen navigare &c. *ff. Eodem. Hoc enim jure negato, corruet necessario omne humani commercii vinculum, quod consistere nequit sine publica invicem adeundi licentia: divisisque territoriis id actum, ut dominia, non vero jus transeundi, (quod sua quoque natura individuum est L. 17. ff. servit.) divideretur; non ut secluderentur a se invicem homines, sed, ut quisque re sua frueretur, & denique stabiliendi, non destituendi humani commercii gratia: mansit ergo omnium quod nec divisum est, nec dividi potuit.*

„Ego aliis quoque naturæ rationibus jus transeundi demonstravi *in Dissertatione prooemiali* XII. „§. 225.

„b) (ET FLUMINA &c.) Atqui in fluminibus „necessitas cessat, quia per terram transitus patet. „Resp. ita a contrario argumentari liceret, in ter„ris cessare transitum, quia per flumina transire li„cet.

„c) (SI QUA PARS MARIS IN PROPRIETATEM „POPULI ALICUJUS VENIT:) Nam partem maris „occupari posse docuit Author supra §. 3. quod re„futavimus *ibidem*.

„d) (PATERE DEBET HIS QUI TRANSITU OPUS „HABENT:) Quia enim mare est res natura commu„nis, i. e. talis quæ propria fieri non potest, sponte „sequitur, usum ejus, adeoque & navigationem seu „jus transeundi, ad omnes pertinere: nemini enim „hominum jus competit alios ab usu rei communis „arcendi.

„e) (AD CAUSAS JUSTAS:) Imo transitum po„stulans non tenetur causam transeundi exponere.

„f) (PUTA, QUIA SUIS FINIBUS EXPULSI QUÆ„RUNT TERRAS VACUAS:) Helvetios ob angu„stiam finium novas sedes quæsivisse, testis est *Cæ„sar lib. I. de B. Gall. p. m. 2. & 3.* Cimbri, Teu„tones atque Tigurini, cum terras eorum inundas„set Oceanus, novas sedes toto orbe quærebant. „*Flor. L. 3. c. 3.* Conf. *l. 2. c. 9.* §. 7.

„g) (AUT QUIA COMMERCIUM EXPETUNT:) „Celebris hanc in rem est legatio Ducis Holsatiæ „ad regem Persarum, quæ transitum per Mosco„vitarum terras ideo postulavit. *vid. Olear.* **Per„sische Reisebeschreibung.**

„h) (JUSTO BELLO PETUNT:) Ex eo capite „rex Hispaniæ postulabat transitum, ut bellum in„ferret regi Galliæ. *Thuan. L. I. pr.*

„i) (RATIO HIC EADEM QUÆ SUPRA:) In casu „scilicet innoxiæ utilitatis. *Vid. §. 11. seq.*

„k) QUIA DOMINIUM INTRODUCI POTEST CUM „RECEPTIONE TALIS USUS QUI PRODEST HIS, IL„LIS NON NOCET:) Sensus est, quod illi qui a „primæva rerum communione recesserunt, insti„tuta divisione singulis ita tribuisse dominium cen„seantur, ut in casu, ubi mihi aliquid prodest & „alteri non nocet, jus aliquod communiter homi„nibus reservatum voluisse videantur. *Vid. §. 11.* „At dictum jam est, nullam unquam factam fuisse „divisionem, adeoque fabulam esse quod de taci„ta illa reservatione fingitur. Veram rationem, „cur jus transeundi commune sit humano generi, „explicavimus initio hujus §.

l) (Grot.) (USUS QUI PRODEST HIS, NOCET ILLIS:) Servius ad VII. Æneidos *v. 230. litusque rogamus innocuum, cujus vindicatio, ait, nulli possit nocere.*

„m) (IDEOQUE DOMINII AUTHORES ID POTI„TIUS CENSENDI SUNT VOLUISSE:) Quid non ex „vaga & cerebrina ejusmodi suppositione volunta„tis primorum hominum deduci posset? Transi„tus innoxius iure naturæ debetur, etsi illi, qui do„minia divisisse finguntur, contrarium voluissent: „jus enim humano generi quæsitum dividentes sua „voluntate auferre non potuissent.

„n) (IDUMÆO:) *Numer.* XX. 14. *& Iudic.* XI.
„o) (EMORÆO:) *Numer.* 21. *v.* 22.

„p) (ITURUM SE VIA REGIA:) Nam fundum „alterius invito domino ingredi nec jure naturæ „licet. §. 12. *I. Rer. Div.*

possessiones privatas; si qua re ipsorum haberet opus, [q] justum pretium eis persoluturum. Quæ conditiones cum repudiarentur, [r] justum eo nomine bellum intulit Emoræo. *Innoxius enim transitus denegabatur*, inquit Augustinus, [s] *qui jure humanæ societatis æquissimo patere debebat.*

Lib. qu. XLVI. super Num. ad cap. 20.

3. [t] Græci qui cum Clearcho: πορειόμεθα δὲ ἂν οἴκαδε· εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη, ἀδικοῦντα μέν τοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνασθαι: *Domum ibimus, si nemo molestus sit: si quis injuriam faciat, eum Deorum ope arcere conabimur.* Nec multo aliter [u] Agesilaus, cum ex Asia rediens ad Troadem venisset, interrogavit, [x] ut amicum se an ut hostem transire vellent: Et [y] Lysander Bæotios, [*] rectis se hastis transire vellent, an inclinatis. Batavi apud [z] Tacitum Bonnensibus nuntiant: *Si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inventuros.* Cimon quondam Lacedæmoniis suppetias laturus per agrum Corinthium traduxerat copias; reprehensus a Corinthiis quod non prius civitatem compellasset: nam & qui fores alienas pulset, non intrare nisi domini permissu: *At vos*, inquit, *Cleonæorum & Megarensium fores non pulsastis, sed perfregistis, censentes omnia patere debere plus valentibus.* Media sententia vera est, [aa] postulan-

Plut. Apoph. p. 211. C. ibid p. 229. C. Hist. IV. c. 20. Cimo p. 489.

„q) (JUSTUM PRETIUM EIS PERSOLUTURUM:) „Alias enim non esset transitus innoxius.

r) (Grot.) (IUSTUM EO NOMINE BELLUM INTULIT EMORÆO:) *Justa bella gerebantur a filiis Israel contra Amorræos*, ait indicato hoc loco Augustinus. Sic Amymorem Orchomeni regem ob negatum transitum interfecit Hercules, notante id Apollodoro *Bibl. l. II. c. 7. §. 7.* Græci Iosephum bello petiere, quod eos per fines suos transire passus non esset: notat Scholiastes ad Horatii carmen in Canidiam. *Epod XVII, 8.* Adde legem Longobardicam *Lib. II. Tit. LIV. c. 2.*

ADDITIO.

„Præter exempla ante jam allegata notandum „est, Alexandrum Tyriis bellum intulisse ob tran„situs denegationem. *Curt. Lib. 4. c. 2. Grot. Lib.* „*3. c. 17. §. 2.* Doctores juris naturæ admodum hic „variant. Nam cum Grotio facit *Textor in Synopsi* „*juris gentium c. 17. §. 37. B. Parens Vol. I. Differt.* „*p.* 375. 756. 927. & *Vol. 2. p. 25.* Dissentiunt *Gro„novius h. Osiand. h. Zigler h. l. Felbing. Disp. de* „*Bello. Th. 25. seq. Puffend. de jur. nat. & G. L. 3.* „*c. 3. §. 5. p.* 2881.

„s) (QUI JURE HUMANÆ SOCIETATIS:) Ta„lem societatem non dari dictum est in notis ad *Pro„leg. §.* 8. Adeoque alia ejus ratio naturalis dari debet.

„t) (GRÆCI, QUI CUM CLEARCHO:) Reliquiæ „decem millium, qui Cyro minori militaverunt. vid. „*Xenoph. Cyrop. L. 3. p. 329.*

u) (Grot.) (AGESILAUS:) Vide etiam in ejus vita hac de re Plutarchum *p. 604.*

„x) UT AMICUM SE, AN UT HOSTEM:) Illud, si „transitum innoxium concederent, hoc, si negarent.

y) (Grot.) (LYSANDER:) Et in hujus vita Eundem Pluth. p. 445. D.

*) RECTIS SE HASTIS:) Pacatis & non minantibus armis, *Gronov. h. l.*

„z) (TACITUM:) *Lib. 4. Histor. c. 20.*

aa) Grot.) (POSTULANDUM PRIUS TRANSITUM:) Aristophanes avibus: *v. 188.*

Εἶθ' ὥσπερ ἡμεῖς ἢν ἰέναι βουλώμεθα
Πυθῶδε Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.
Ut nos, cum nobis Delphos sumendum est iter,
Prius Boeotos transitum deposcimus.

Ubi scholiastes: *τότε μόνον δίοδον ζητοῦσιν, ὅταν στράτευμα διάγῃ: tunc demum iter poscitur, ubi exercitus traducitur.* Veneti & Germanis & Gallis de Marano certantibus iter præbuere; Paruta XI. Iidem Germanis conquerentibus de transitu hostibus dato ostendunt, id nisi armis impediri non potuisse, quibus uti non mos sibi nisi in hostes manifestos, eodem libro. Sic & Pontifex se excusat, libro ejusdem XII.

ADDITIO.

Quæritur, an transiturus prius debeat compellare dominum? Author id affirmat, sed verius est, compellationem non requiri de jure, sed ex sola humanitate. Nam 1) ex lege naturæ quisque suo jure uti potest, nec opus habet venia aut consensu alterius, nemini igitur per transitum fit injuria. 2) Privatus transiens neminem tenetur compellare, nedum ergo princeps. 3) Cum impedire alter transitum non possit, frustra ejus consensus requireretur. Hinc cum Athenienses quererentur, transiisse Cimonem; ipsis non compellatis, respondet Cimon retorquendo ipsos quoque non tantum per terras Cleonæorum, & Megarensium absque compellatione intrasse, (quod licitum erat) sed & fores eorum

per

ſtulandum prius tranſitum: ſed ſi negetur, vindicari poſſe. [bb] Ita Ageſilaus ex Aſia rediens cum a [cc] rege Macedonum tranſitum poſtulaſſet, atque is conſultaturum ſe dixiſſet: *Conſultet*, inquit: *nos interea tranſibimus.*

4. Neque recte excipiet aliquis [dd] metuere ſe multitudinem transeuntium. Jus enim meum metu tuo non tollitur: eoque minus, quia ſunt rationes cavendi, [ee] ut ſi diviſis manibus transmittantur copiæ, [ff] ſi inermes, quod Agrippinenſes Germanis dicebant; quem morem antiquitus in Eleorum regione obſervatum notavit Strabo: [gg] ſi impenſa tranſeuntis, is qui tranſitum concedit, ſibi præſidia idonea conducat: [hh] ſi obſides dentur, quod [ii] a Demetrio Seleucus poſtulabat, ut eum intra ſui imperii fines ſubſiſtere ſineret. Sic etiam [kk] metus ab eo in quem bellum juſtum movet is qui tranſit, ad negandum transitum non valet. Neque magis admittendum, [ll] ſi dicas, & alio poſſe

Tac. 14. hiſtoriar. c. 65.

perfregiſſe i. e vim ipſis intuliſſe. *Plutarch. in Cimone. p. 489.*

ADDITIO.

„Veriùs eſt veniam transeundi petendam eſſe: „cum enim innoxius eſſe debeat, dominus territo„rii examinare debet an innoxius ſit, & anne prius „cautio præſtari debeat: Sed & ratione modi trans„eundi cum domino territorii, ob victus forte pe„nuriam, &c. convenire transeuntes debent.

bb) (Grot.) (ITA AGESILAUS:) Etiam hac de re Plutarchum in ejus vita inſpice. *p. 604.*

„*cc*) (REGE MACEDONUM:) Philippo.

dd) (METUERE SE MULTITUDINEM TRANSEUNTIUM:) Recte Author ait metum multitudinis jus natura transeunti quæſitum auferre non poſſe, quia cavere ſibi contra hunc metum poteſt, idque exemplis probat.

ADDITIO.

„Equidem Gronovius *in not. b.* putat cautio„nem non ſufficere, quod etiam cautiſſimi deci„piantur. At inter principes abſque evidentibus „indiciis id non præſumendum, & ſi talia exem„pla contigerint, abuſum indigitant, qui uſum tol„lere non debet.

„*ee*) (UT SI DIVISIS MANIBUS:) Per partes „enim eo magis obſervari exercitus poteſt.

ff) (Grot.) (SI INERMES:) Exemplum in excerpto legationum XII. Et apud Bembum VII. hiſtoriæ Venetæ f. 104. Vide & notabilia pacta de tranſitu inter Fredericum Barbaroſſam & Iſacium Angelum apud Nicetam libro II. c. 4. & 7. de vita ejusdem Iſacii aliquot locis, in Imperio Germanico tranſitum poſtulans de damno reſarciendo cavet; vide & Crantzium Saxonicorum X. & Mendoſam in Belgicis. Cæſar Helvetiis iter per Provinciam noluit concedere, quod homines iniquo animo exiſtimabat non temperaturos ab injuriis & maleficio; de Bello Gallico lib. I. *c.* 7. & 8.

„*gg*) (SI IMPENSA TRANSEUNTIS IS &c. PRÆ„SIDIA IDONEA CONDUCAT:) Quis vero tranſitu„rus talem pecuniæ ſummam, quæ ad cogendum „exercitum ſufficit, erogabit?

hh) (Grot.) (SI OBSIDES DENTUR:) Exemplum habes Procopii Perſicorum II.

„*ii*) (A DEMETRIO:) *Plutarchus p.* 912.

kk) (METUS AB EO IN QUEM JUSTUM BELLUM MOVET, AD NEGANDUM TRANSITUM NON VALET:) Neque enim hic metus jus natura alii quæſitum auferre poteſt. Et ſi alter ideo litem movet permittenti tranſitum, damnum hoc oritur non ex tranſitu, ſed ex injuria vicini, qui, ſi injuriam inferre vult, poterit id facere etſi tranſitus denegetur. Atque hinc etiam per modum conſilii & precum demum id poſtulari ſolet: Imperator Venetos hortatur ne militibus Pontificis tranſitum concedat. *Thuan. Lib. 2. p. m. 34.* Idem ad Helvetios ſcripſit. *ibidem.* Legati Romanorum in armato Gallico conſilio petunt, ne Pœno bellum Italiæ inferenti tranſitum darent. *Liv. L. 21. c. 20.*

Equidem, ſi, antequam is qui vicino meo bellum inferre vult tranſeat, vicinus me prohibeat ne concedam tranſitum, bellum alias illaturus; negari nequit injuria illum agere, ſed, quia revera tranſitus tum mihi non eſſet innoxius, jure neceſſariæ defenſionis prohibere petentem poſſum, ne transeat: nihil enim intereſt an damnum ex tranſitu ipſo detur, an tranſitum neceſſario ſequatur. Igitur hoc damnum imminens quilibet arcere a ſe poteſt, donec de damno futuro alter caverit. Si tamen is qui tranſitum parat jure ſuo uti, & tranſire velit, in hoc concurſu duorum jurium cauſa inter ſummas poteſtates non niſi bello decidi poteſt. exempla vide in notis Grotii, & Tesmari *h. §. l. g.*

„*ll*) (SI DICAS, ET ALIO POSSE TRANSIRI:) Cui „jus tranſeundi in genere competit, ei ſimul com„petit electio qua via uti velit; nam in omnes vias „natura ei facultas conceſſa eſt, & verum omnino „eſt quod Grotius reſpondet, unumquemque tan„tundem dicere poſſe:

ſe tranſiri: tantundem enim quivis diceret, atque eo modo jus transeundi plane interimeretur: ſed ſatis eſt ſi ſine dolo malo tranſitus poſtuletur mm qua proximum ac commodiſſimum eſt. nn Plane ſi injuſtum moveat bellum qui tranſire vult, oo ſi hoſtes meos ſecum ducat, negare tranſitum potero: pp nam & in ſuo ipſius ſolo ei occurrere atque iter impedire fas eſſet.

5. Neque vero perſonis tantum, qq ſed & mercibus tranſitus debetur. Nam quo minus gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, rr impediendi nemini jus eſt: ss id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ; tt nec cuiquam damno id eſt: nam etiam ſicuti lucrum ſperatum, ſed non debitum, decedat, uu id damni vice reputari non debet. Teſtimoniis quæ ad hanc rem produximus vv alibi, addemus unum ww ex Philone: πᾶσα δὲ θάλαττα φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, κατὰ τὰς ἀντιδόσεις ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν ἀντεκτίνουσιν αἱ χῶραι κοινωνίας ἱμέρῳ τὰ μὲν ἐνδέοντα λαμβάνουσαι, ὧν δὲ ἄγουσι περιουσίαν ἀντιπέμπουσαι. Φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκράτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς ἀποτομάς: *Mare omne navibus onerariis tuto ſatis navigatur, xx eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio*

„mm) (QUA PROXIMUM ET COMMODISSIMUM „EST:) Diximus jam, optionem eſſe ejus cui jus „æquale in omnes vias publicas competit.

nn) (PLANE SI INJUSTUM MOVEAT BELLUM QUI TRANSIRE VULT, &c. NEGARE TRANSITUM POTERO:) Quis judicabit an juſtum moveat bellum? Sane mihi hæc facultas non competit judicandi de juſtitia cauſæ inter duas ſummas poteſtates: Imo per tale judicium accederem alterutrius cauſæ, eoque ipſo fierem alterius hoſtis: Adeoque tranſitus debetur ſive juſtum moveatur bellum ſive injuſtum.

oo) (Grot.) (SI HOSTES MEOS SECUM DUCAT:) Hoc dicebant Franci, qui in Venetia erant, Narſeti Longobardos ſecum ducenti; Gotthicorum IV. §. 26. Alia negati itineris exempla habes apud Bembum libro VII. Hiſt. Venet. f. 104. apud Parutam libro hiſtoriæ Venetæ V. & VI.

ADDITIO.

Ratio eſt, quia tunc non eſſet tranſitus ionoxius, ſed is qui tranſit, & hoſtes meos ſecum ducit, cauſam hoſtis mei defendit, ejusque judicium ſequitur. Idem eſt ſi bannitos & proſcriptos ſecum ducat: Nam injuria nobis ſit ſi transeuns contra leges noſtras in territorio noſtro aliquid agit: Denique denegari etiam tranſitus poteſt, ſi veniat ad lædendos ſocios; quod exemplo Cæſaris & regis Navarræ ſupra probavi.

„pp) (NAM ET IN SUO IPSIUS SOLO EI OC„CURRERE ATQUE ITER IMPEDIRE FAS EST:) „Grotius ſupponit cuique hominum jus eſſe non „tantum ſuam, ſed etiam alienam injuriam vindi„candi: adeoque & ei qui injuſtum bellum gerit „tranſitum impediendi, & in proprio ejus territo„rio eum prohibendi: quod paſſim refutavimus.

qq) (SED ET MERCIBUS TRANSITUS DEBETUR:) Conceſſo enim jure tranſitus, omnia illa quoque conceſſa a natura videntur ſine quibus commode illud perfici nequit: adeoque & cum ſupellectile, mercibus, armis tranſire licet.

„rr) (IMPEDIENDI NEMINI JUS EST:) Quod exa„minabimus infra §. 22. Aliquando certis pactis de„finiri facultas commerciorum ſolet, de quo caſu „loquuntur exempla Gronovii hic allegata. Conf. „*l. 3. §. 15.*

„ss) (ID ENIM PERMITTI INTEREST SOCIE„TATIS HUMANÆ:) Non datur ſocietas humana, „adeoque fruſtra quæritur an ejus interſit.

„tt) (NEC CUIQUAM DAMNO ID EST:) Et ne„mini fit injuria; nam is qui tranſit cum merci„bus jure ſuo naturæ utitur: niſi commercii cau„ſa merces ſecum ducat contra legem provinciæ. „*Vid. §. 22.*

„uu) (ID DAMNI VICE REPUTARI NON DEBET:) „Reſpondet hic Author ad objectionem: quod non „videatur tranſitus innoxius, quia civibus illius ci„vitatis per illationem & invectionem mercium „extranearum aliquid lucri decedit.

„vv) (ALIBI:) Vide infra §. 18. 19. & 20. & li„bellum Grotii de *Mari libero & in not. ad h. §.* „*13.*

ww) (Grot.) (EX PHILONE:) In legatione ad Cajum. *p. 998. 999.*

xx) (Grot.) (EO COMMERCIO QUOD EX NATURALIS SOCIETATIS DESIDERIO INTER NATIONES INTERCEDIT:) Apud Florum eſt libro III. *Sublatis commerciis, rupto fœdere generis humani.* Servius ad Eclogam IV. *v. 37. navigatio ex mercimonii ratione deſcendit.* Idem ad Georgicon I. *§. 137. ſignificat, neceſſitate quærendarum rerum homines navigandi peritiam*

derio inter nationes intercedit, dum mutuo aliarum copia aliarum inopiæ succurrit. Nam invidia nunquam aut orbem universum, aut magnas ejus, partes invasit. Alterum ex Plutarcho qui de mari sic loquitur: ἄγριον ὄντα καὶ ἀσύμβολον τὸν βίον τοῦτο τὸ στοιχεῖον συνῆψε καὶ τέλειον ἐποίησε, διορθούμενον ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαις, καὶ ἀντιδόσεσι κοινωνίαν ἐργαζόμενον καὶ φιλίαν: *Vitam nostram, feram alioqui & commerciorum exsortem, yy hoc elementum sociavit, atque perfecit, supplens quod deerat ope mutua: & permutationis rerum societatem amicitiamque concilians.* zz Quicum convenit Libanii illud: οὐ μὲν τοῖς πάντα γε πᾶσιν ἔνειμε μέρεσιν, ἀλλὰ διῄρει τὰ δῶρα κατὰ τὰς χώρας εἰς κοινωνίαν τοὺς ἀνθρώπους ἄγων τῇ παρ' ἀλλήλων χρείᾳ, καὶ φαίνει δὴ τὰς ἐμπορίας, ὅπως τῶν παρ' ἐνίοις φυομένων, κοινὴν εἰς ἅπαντας ἐνέγκῃ τὴν ἀπόλαυσιν: *Deus non omnia omnibus terræ partibus concessit, sed per regiones dona sua distribuit, quo homines alii aliorum indigentes ope societatem colerent. Itaque mercaturam excitavit, ut quæ usquam nata sunt iis communiter frui omnes possent.* α Euripides quoque Supplicibus Thesea inducens loquentem, his quæ humana ratio in commune bonum repetit navigationem annumerat, his verbis: Aq. & ign. Comp. p. 957.

Πόντου τε ναυστολήμαθ' ὡς διαλλαγὰς
Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.
Et cuique terræ, quæ suum ingenium negat,
Supplere ratium pelagiis discursibus.

β Apud Florum est: *Sublatis commerciis, rupto foedere generis humani.* Lib. III. c. 6.

§. XIV.

1. Sed quæritur, an ita transeuntibus mercibus, terra, aut amne, aut

peritiam ac studium reperisse: commune bonum erat patere commercium maris. Ambrosius in opere de creatione *l. 3. c. 5. Bonum mare tanquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluviorum, invectio commeatuum, quo sibi distantes populi copulantur.* quæ ex Basilio sumta Hexaemeri IV. *p. 45. 46.* Mare forum mundi, insulas stationes in mari eleganter dixit de providentia II. Theodoretus. Adjungam his Chrysostomi ad Stelechium verba: τί ἄν τις εἴποι τὴν πρὸς τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν γενομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τῶν ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποτροπὴ γίγνοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτομωτέραν ὁδὸν τὴν θάλατταν ἀνῆκε πανταχοῦ τῆς γῆς ὁ Θεός. ἵνα ὥσπερ οἶκον ἕνα, τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες, οὕτω θαμινὰ πρὸς ἀλλήλους βαδίζωμεν, καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδοὺς εὐκόλως ἀντιλαμβάνῃ τὰ παρ' ἐκείνου, καὶ μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων ὥσπερ ἁπάσης κύριος ὢν, τοῦ πανταχοῦ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ νῦν ἔξεστι καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλουσίας, ἕκαστον τῶν δαιτυμόνων τὸ παρατεθειμένον αὐτῷ δόντα τῷ πόῤῥωθεν κατακειμένῳ τὸ παρακείμενον ἀντιλαβεῖν, τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα: *Quomodo autem satis digne quis explicat facilitatem ad mutua commercia nobis datam? Ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeatibus adferret, breviorem viam, mare scilicet, ubique terrarum disposuit Deus, ut mundum tanquam unam domum communiter inhabitantes crebro nos invicem viseremus, & apud se nata quisque alteri communicans vicissim commode acciperet res apud illum abundantes, ac si exiguam tenens terræ partem, ita tanquam si teneret universam, frueretur ejus quæ ubivis sunt bonis. Licet itaque nunc, tanquam in communi mensa convivarum, unicuique ea quæ sibi apposita dare alteri longius accumbendi, ac contra, quæ apud ipsum sunt accipere manu tantum extenta. Tom. VI. p. 157.*

ADDITIO.

„Male jus commerciorum deducitur ex custo„dia societatis humanæ, tali enim non existit: Sed id „sequitur ex facultate naturali de rebus suis pro lu„bitu disponendi, & ex jure transeundi per orbem.

„yy) (HOC ELEMENTUM SOCIAVIT:) In simili „ *Senec. in L. 4. de Benef. c. 28. & Sen. in Me„dea v. 334.*

„zz) (QUI CUM CONVENIT LIBANII ILLUD:) „Similia leguntur apud *Thucyd. L. 2. p. 102.*

„α) (EURIPIDES:) *In supplicibus. v. 5. 210.*

„β) (APUD FLORUM:) *L. 3. c. 6.* Add. *Seneca „Hercules Furiosus*; Quod Mercatores Romani læ„si fuerunt, caussam belli dedit Tullio *Liv. L. 1. c. 30.*

„a) (AUT

[a] aut parte maris, quæ terræ accessio dici possit, [b] vectigalia imponi possint ab eo [c] qui in terra imperium habet. Certe [d] quæcunque onera ad illas merces nullum habent respectum, ea mercibus istis imponi nulla æquitas patitur. [e] Sic nec capitatio, civibus imposita ad sustentanda reipublicæ onera, ab exteris transeuntibus exigi potest.

2. Sed si [f] aut ad præstandam securitatem mercibus, [g] aut inter cætera etiam ob hoc onera sustinentur, ad ea compensanda vectigal aliquod imponi mercibus potest, [h] dum modus causæ non excedatur. [i] Inde

a) (AUT PARTE MARIS, QUÆ TERRÆ ACCESSIO DICI POSSIT:) Imo totum mare esse accessionem terræ vidimus supra §. 3.

ADDITIO.

„Vide tamen ea quæ *ad d.* §. 3. notavimus.

b) (VECTIGALIA IMPONI POSSUNT AB EO QUI IN TERRA IMPERIUM HABET:) Celebris hæc quæstio est, an transeuntibus vectigalia imponi possint? Nos merito illam affirmamus: idque duplici jure: 1) jure territorii generali, quo is qui imperium habet intra fines territorii leges ob utilitatem publicam ferre potest, quæ omnes, qui in territorio deprehenduntur, obligant. Neque enim imperium personarum numero, sed finibus territorii circumscribitur: Modo ea quæ juris gentium sunt, uti jus transitus, libera maneant, uti liberum manet jus transitus soluto vectigali. 2) Jure singulari, & in vicem securitatis quam dominus territorii transeuntibus præstat, nec non in compensationem sumtuum, quos ad reparationem viarum, pontium, &c. impendit, & cujus utilitas omnibus transeuntibus communis est. *Confer. Alex. ab Alex. Gen. dier. L.* 4. *c.* 10. *& Disputatio nostra de Justitia Regn. Portug. Sect. II. q.* 3.

Equidem, *objici* solet exemplum Elisabethæ, quæ, alias satis juris gentium gnara, acerrime vectigali a rege Daniæ imposito contradixit apud *Cambden ad ann.* 1602. *p.* 892. Sed contrarium potius ex illo exemplo apparet, concedit enim imponi posse, sed questa est quod nimia sint, & pactis antiquis contraria.

Quæri solet, *an exercitus transiens navibus loci uti ex necessitate possit?* Affirmamus: quia transitu a natura concesso omnia simul concessa videntur, sine quibus commode expediri nequit. Ita Græci consilio Xenophontis navibus Trapezuntiis usi sunt. *Lib.* 5. *Expedit. Cyri. p.* 371. Eadem fere ratione Annibal transmisit cum exercitu Rhodanum. *Polyb* 3. 42.

Porro quæritur, *an princeps, per cujus territorium vicini transeunt, navibus transeuntium ex necessitate uti possit?* Quod itidem affirmamus: Idque legibus Romanis quoque statutum est. *L. un. c. Naut. Tiber. L.* 4. §. *f. ff. veter:* Quamdiu ergo naves ibi commorantur tamdiu sunt in potestate principis, & legibus illius territorii subjectæ: si vero abitum parant, restituenda sunt omnia. Exemplum vide apud *Cassiodor.* 2. *Var.* 20.

Cujus ergo periculum est, si durante ancharia navis pereat? Resp. Res perit suo domino, quia princeps suo jure utitur: sed hoc verum tantum est, si intra tempus, quo commorari in loco debuit, impositæ sunt ancharia: Secus si transiturus invitus retinetur, & a jure transeundi impeditur, tunc enim etsi factum excusetur necessitate, tamen injuria est: adeoque Princeps non tantum casum, sed & damnum, omneque quod ejus interest impeditum non esse, præstare tenetur. Idque magistratus ejus qui transit jure postulare potest: si reparatio negatur, justa cum eo belli causa est.

„c) (QUI IN TERRA IMPERIUM HABET:) Adeo„que qui jure terræ partem maris occupavit: Re„ctius qui imperium maris (dominium enim ma„ris nec pro parte occupari potest) quæsivit.

„d) (QUÆCUNQUE ONERA AD ILLAS MERCES „NULLUM HABENT RESPECTUM:) i. e. quoties „onera non pro commodo viarum &c. imponun„tur. Vid. *Klock. de contrib. c.* 3. *n.* 113. *& Puf„fendorff de jure nat. & gent. L.* 3, *c.* 3. §. 7. *Ge„org. de Cabedo. P.* 2. *dec.* 49.

„e) (SIC NEC CAPITATIO:) Quia hæc imponi„tur pro defensione civitatis, quæ ratio cessat in ex„traneis, qui commodis illius civitatis non gau„dent, adeoque ad ejus defensionem contribuere „non tenentur.

„f) AD PRÆSTANDAM SECURITATEM MERCI„BUS:) Etsi igitur jus eundi gratis omnibus com„mune sit, id tamen non impedit quo minus do„minus territorii, qui viam illam præstat, munit, „securamque reddit, tum pro istis oneribus, tum jure „sui dominii ac territorii aliquid exigere possit. *B. „Parens in differt. de Regali viar. publ. jure.* §. 14.

„g) (AUT INTER CÆTERA ETIAM OB HOC „ONERA SUSTINENTUR:) Etsi enim principes pro „securitate viæ publicæ ordinario modo prospici„ant, id tamen sæpius non sufficit; sed aliquando, præ„ter illam vulgarem viæ publicæ securitatem, arma„ta manu atrocior violentia removenda est. *L.* 3. §. „3. *pr. Offic. Praef. urb* Hinc igitur alium censum „princeps, qui militem in eum finem alit, jure „merito exigit, imprimis cum resarcire quoque „teneatur damnum a prædonibus illatum. *vid. d. „differt.* §. 15.

„h)(DUM MODUS CAUSÆ NON EXCEDATUR:) Bel„gas apud Elisabetham questos esse, *vectigalia solito „majora mercimoniis in Anglia esse imposita*, testis „est *Camdenus part.* 1. *p.* 82. Sic Eandem vectiga„li novo a Daniæ rege transeuntibus imposito con„tra

[i] Inde enim pendet justitia, ut tributi ita & vectigalis. [k] Sic vectigal equorum & [*] neti, quæ [l] Isthmum Syriacum transibant, accepit rex Salomo. De thure [m] Plinius: *Evehi non potest*, [n] *nisi per Gebanitas*. [o] *Itaque & horum regi penditur vectigal.* [p] Sic ditati Massilienses ex fossa quam ex Rhodano in mare Marius duxerat, πραττόμενοι τὰς ἀναπλέοντας καὶ τὰς καταγομένας: [q] *vectigal exigentes ab iis qui navibus ascenderent aut descenderent*, ut Strabo narrat libro quarto. Idem libro octavo nos docet, Corinthios ab antiquissimis usque temporibus vectigal percepisse de mercibus, quæ [r] ad vitandum Maleæ flexum, terra [s] de mari in mare transferebantur. Sic pro Rheni transitu pretium accipiebant Romani. [t] *Etiam in pontibus pro transitu datur*, inquit Seneca. [u] Et de fluminum transitu pleni sunt Jurisconsultorum libri.†

1. Reg. x. 28. *xii, 14. Nat. hist.* *pag. 183.* *pag. 378.* *Tac. hist. iv. c. 65. n. 6.* *De const. sap. c. 14.*

3. Sed

†*Chopp. de Dom. l. 1. c 9. Peregr. l. 1. de jure Fisc. c. 1. n. 22. Aug. cons. 199. Zabar. cons 98. Firmius de gabellis.*

„tradixisse vidimus ex eodem *Cambdeno ad ann.* „1602. *f.* 892.

i) (Grot.) INDE ENIM PENDET JUSTITIA, UT TRIBUTI ITA ET VECTIGALIS:) *V*ide legem Longobardicam libro in titulo XXXI. c. XXXII. & epistolam Episcoporum ad Ludovicum regem, quæ inter capitula legitur Caroli Calvi cap. 14.

ADDITIO.

„*Tributa* enim ideo a subditis præstantur, ut „Princeps tutam & securam reddat civitatem con„tra vim extraneorum, quod sine subsidiis fieri ne„quit, adeoque pro causæ & securitatis modo exi„genda saltem sunt. *Vectigalia* præcipue pro se„curitate viarum contra prædones, & pro repara„tione viarum præstari solent, adeoque itidem ultra „modum extendi, & pro lubitu statui non debent: „idque in Imperio imprimis publicis legibus cau„tum est. vid. B. Parent. *jur. publ. prud. c. 23. §. 44.*

„*k*) (SIC VECTIGAL EQUORUM:) Pendendi e„nim erant pro quadriga. ex Ægypto 600. Siculi „argentei, pro equo 150. i. e. 60. coronati secun„dum Martyrem: quare nonulli putant integrum „currus & equi pretium illud fuisse. vide *Tesmar.* „*h. §. lit. m.* Qui ipse existimat, vectigal hic intelligen„dum esse de curru & equo mercibus onusto: hic „enim mos hodieque in Oriente adhuc obtinet, ut „pro numero Camelorum & equorum, non respe„ctu habito mercium, vectigalia solvantur. *Tesm.* „*d. l.*

„*) (NETI:) fila, lintei, telæ, byssi: *Gron. h.* Angli & „Belgæ vocem Hebraicam vertunt telam byssinam, „quæ magno tunc temporis in pretio fuit. Bochar„tus eam vocem generalem esse putat, ac pro „omni tributi genere sumit. vide *Tesm. d. l.*

„*l*) (ISTHMUM SYRIACUM:) Quæ claustra Ægyp„ti vocat *Tacitus* 2. *Hist.* 82. *Gron. h. l.*

„*m*) (PLINIUS:) *Lib.* 12. *Hist.* 14.

„*n*) (NISI PER GEBANITAS:) Non ergo thus „crevit apud Gebanitas, uti putat *Strabo Lib.* 16. sed „deductum tantum per terram Catabanam fuit, uti „Plinius bene hic observat. Thuris enim vera „patria est Saba, quam in rem plures authoritates „colligit *Tesmar. h. l. vide Bochart. 6. Phal. 18. 18.*

o) (Grot.) (ITAQUE ET HORUM REGI PENDITUR VECTIGAL:) Simile apud Leonem Afrum non longe ab initio.

„*p*) (SIC DITATI MASSILIENSES EX FOSSA:) „Hic casus plane ad hanc materiam non pertinet, „nam per fossam istam ire non licebat jure transi„tus; utpote cum natura hic viam non fecerit, sed „industria humana: adeoque pro lubitu vectigal, et„iam quod causæ modum excederet, dominus fos„sæ imponere potuit. pag. forte 47,

q) (Grot.) (VECTIGAL EXIGENTES AB IIS, QUI NAVIBUS ASCENDERENT, AUT DESCENDERENT:) Huc alludens Aristophanes in Avibus vult interstrui aerem, ut dii cogantur de victimarum nidore vectigal pendere. *v. 190. seq.*

„*r*) (AD VITANDUM MALEÆ FLEXUM:) Ne „circumeunda esset Peloponnesus, & pericula cir„ca Malæum promontorium Laconicis subeunda. „*Gron. h. l.*

„*s*) (DE MARI IN MARE TRANSFEREBANTUR:) „de Mari Ægeo in Ionium & vicissim. *Gronov.* „*h. l.*

„*t*) (ETIAM IN PONTIBUS:) Ibi multo magis „aliquid solvendum est, quia structura & conser„vatio pontis sumtus & operam requirit, atque „hoc Pontaticum in veteribus formulis appellari „solet, quas collegit *Boecler. in not. ad h. l.*

„*u*) (ET DE FLUMINUM TRANSITU PLENI SUNT „JCTORUM LIBRI:) Quod nimirum pro transitu „illo certa quædam onera solvi debeant, quo per„tinent anchoragia, ripatica, telonia, pedagia, „aliæque præstationes pro signis quæ viam navi„bus monstrant. vid. *B. Parens in jure publ. c. 23. §.* „*39. seqq.* Alia exempla gentium quæ vectigalia „transeuntibus imposuere, collegit *Alex. ab Alexand.* „*Gen. dier. L. 4. c. 10.* & *Bodin. Lib. 6. de Republ.* „*n. 655. seqq.* Demosthenes refert Atheniensium „vectigalia ad 130. talenta evasisse. *Philipp.* 4.

3. [v] Sed frequens est ut æquus modus non servetur, [w] cujus rei Phylarchos Arabum incusat Strabo, hoc addito: χαλεπὸν γὰρ ἐν τοῖς τοσύτοις καὶ τοῖς αὐθάδεσι κοινὸν ἀφορισθῆναι μέτρον τὸ τῷ ἐμπόρῳ λυσιτελές: *Difficile enim est ut inter validas & feroces definiatur modus mercatori non gravis.*

Lib. XVI. p. 748.

§. XV.

1. [a] Morari quoque aliquantisper prætervehentibus aut prætereuntibus, valetudinis, aut alia qua justa de causa, licere debet: [b] nam est hoc inter utilitates innoxias. [c] Itaque Ilioneus apud Virgilium, cum Trojani in terra Africa consistere vetarentur, [*] Deos judices audet invocare; & probata Græcis querela Megarensium adversus Athenienses, qui eos portubus suis arcebant: παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια, [d] *contra jus commune*, ut [e] Plutarchus loquitur: [f] ita ut Lacedæmoniis nulla belli causa justior visa fuerit.

2. [g] Cui & hoc consequens est, [h] ut tugurium momentaneum ponere liceat, puta in littore, [i] etiamsi littus a populo occupatum con-

Vid. de 2. c. 2. Indis. Rel. 2. n. 2. Æneid. 1. 543. seq. Pericle p. 168. B. Diod. l. XII. p. 306. Thucid. l. 1. c. 67.

„v) (SED FREQUENS EST UT ÆQUUS MODUS „NON SERVETUR:) Unde inter gentes sæpius lites „ortæ, quæ aliquando bello quoque causam de„dere.

„w) (CUJUS REI PHYLARCHOS:) Exempla Bel„garum & Anglorum attulimus *supra n.* 2.

a) (MORARI QUOQUE ALIQUANTISPER:) Quæritur, an is qui transit possit aliquandiu in territorio commorari? Author recte id affirmat, sed ex falsa innoxiæ utilitatis ratione: Vera ratio est, quia posito jure transeundi omnia natura licita sunt, sine quibus homo transitum illum commode perficere non potest. Non autem potest transitus commode perfici, nisi commorari ibi liceat forte propter valetudinem, vel quia veredaria reparatione indigent, vel quia ad transitum necessaria comparanda: sic navis in flumine reparatione sæpius indiget. Conf. disputatio nostra *de jure belli in amicos* §. 26. Atque hinc jure Romano quoque cuilibet licitum est casam in ripa ponere. *L.* 50. *ff. A. R. D.* §. 2. 5. 6. *Inst. Rer. div.*

„b) (NAM EST HUC INTER UTILITATES IN„NOXIAS:) Quæ juxta principia authoris in primæ„va divisione exceptæ, & communioni primævæ „reservatæ censentur. *Vid. supra* §. 6. & 11. At dictum „est, ex eo quod alii non noxium & mihi utile „est jus mihi in rem alterius non competere. Ve„ra ratio jam allegata est.

„Aliquando tempus, quam diu commorari li„ceat, definiri solet: uti in fœdere primo & secun„do inter Pœnos & Romanos factum legimus apud „*Polyb. III. c.* 22. & 24. *vid. Tesm. h. l. Puffendorff* „*J. Nat. L.* 3. *c.* 3. §. 8.

c) (Grot.) (ITAQUE ILIONEUS:) Servius ad eum locum: *occupantis enim est possessio littoris: unde ostenduntur crudeles, qui etiam a communibus pro hibeant.* Laomedon ab Hercule occisus quod eum Trojæ portu pelleret, Servio id narrante. ad *v.* 619.

„*) (DEOS JUDICES AUDET INVOCARE:) Verba „apud *Virgil. Æneid. I. v.* 543. *hæc sunt:*

„*Quod genus hoc hominum, quare hunc tam barbara morem*
„*Permittit patria? Hospitio prohibemur arena?*
„*Si genus humanum, & mortalia temnimus arma.*
„*At sperate Deos memores fandi atque nefandi.*

„d) (CONTRA JUS COMMUNE:) Omnium sc. „hominum: i. e. contra jus naturæ.

„e) (PLUTARCHUS:) *In Pericle cap.* 53.

„f) (ITA UT LACEDÆMONIIS NULLA BELLI „CAUSA JUSTIOR VISA FUERIT:) Improbat tamen „bellum hoc *Justinus L.* 3. *c.* 7. ibi. *Inducias* 50. „*annorum, quas proprio nomine condixerant, ex* „*sociorum persona rumpebant, quippe, quasi minus* „*perjurii contraherent, si ferentes sociis auxilia po*„*tius, quam si aperto bello dimicassent.*

„g) (CUI ET HOC CONSEQUENS EST:) Nam „& hoc inter utilitates innoxias esse putat.

„h) (UT TUGURIUM MOMENTANEUM PONERE „LICEAT:) Ut se eo recipiant transeuntes, §. 6. *J.* „*Rer. div.* id enim ad jus transeundi pertinet. At „a villis, monumentis ac ædificiis abstinendum est. „*l.* 4. *ff. Rer. div.* i. e. in ædificia &c. se recipere „non possunt, quia ædificia non pertinent ad usum „juris gentium uti mare. *d. l.* 4.

„i) (ETIAMSI LITTUS A POPULO OCCUPATUM „CONCEDATUR:) Littus, quatenus ad usum maris „pertinet, occupari quoad proprietatem nequit: „Adeoque litora nec sub dominio generali nec sub „speciali continentur: Sed ideo omnibus patet „quia ad usum maris pertinent, mare autem in „proprietatem venire nequit.

„k) (POM-

concedamus: nam quod decretum Prætoris adhibendum dixit [k] Pomponius, ut in littore publico vel mari exstruere quid liceat, [l] ad permanentia ædificia pertinet: quo & illud Poetæ: *Horat. l. Od. 1, 3.*

Contracta pisces æquora sentiunt
[m] *Jactis in altum molibus.*

§. XVI.

[a] Sed & perpetua habitatio his, qui sedibus suis expulsi receptum quærunt, [b] deneganda non est externis, [c] dum & imperium quod constitutum est subeant, [d] & quæ alia ad vitandas seditiones sunt necessaria: quam æquitatem recte observavit [e] divinus Poeta, cum Æneam inducit has ferentem conditiones: *Æneid. xii. v 192.*

Socer arma Latinus habeto,
[*] *Imperium solenne socer.*

Et

„k) (POMPONIUS:) In *L. 50. ff. Acq. rer. dom.*

„l) (AD PERMANENTIA ÆDIFICIA PERTINET:) „Quæ eo animo quis exstruit, ut ibi perpetuo habitet: Jure Romano cuique ædificare licuit in littoribus, quia littora non inter singulos distributa, „sed jure gentium publica fuerunt, omnibusque „patuerunt: Tale igitur ædificium acquirebatur „ædificanti, in re enim nullius positum erat. Cum „vero hæc littora imperio Romano subessent, Prætor autem prohibuerit ne absque ejus decreto in „littore ædificaretur, ædificium quidem ædificanti „cedebat, sed quia prohibente lege id fecit, ideo „puniri poterat. *d. l. 50.*

„m) (JACTIS IN ALTUM MOLIBUS:) Seu pilis, „in quas ædificia poni solent. *L. 2. §. 8. L. 3. §.* „1. *Ne quid in loco publ. L. 30. in f. A. R. Dom.* „Vide *Virg. Æneid. 2. v. 17.*

a) (SED ET PERPETUA HABITATIO:) Quæritur an advenis forte alibi expulsis, vel populis migrantibus, sedes concedi debeant, inprimis si forte loca sterilia & inculta in territorio occupato extent: Author id affirmat *ex innoxia utilitate*, salvo tamen imperio pristini possessoris: At ex præcedentibus apparet, innoxiam utilitatem mihi nullum jus in re aliena dare: Adeoque verum non est, dominum territorii advenis sedes quærentibus eas concedere necessario debere. Nam 1) Populus territorii occupati illud sibi totum tanquam rem nullius acquisivit, adeoque pro lubitu de illo disponere potest. Unde 2) sequitur nullum aliis jus in territorium illud competere, sed eos a populo occupante arceri posse; territorium enim a terrendis aliis dictum legimus. Neque 3) jure transitus id postulare possunt advenæ, quia non transit, qui perpetuo commorare ibi vult. Neque 4) innoxia hic semper est utilitas, utpote cum periculosum sit tantam armatorum multitudinem intra fines territorii recipere: Unde sæpius abusos esse hoc beneficio illi, qui recepti ex humanitate fuerunt, experientia docet, de Anglo Saxonibus *vide jus nostrum publ. c. 3. §. 28.* de Slavis *ibidem §. 62. & Helmold. L. 1. c. 7.* de Vandalis *Vopiscum in Probo.* de Gothis *Ammian. Marcell. L. 31. c. 9.* Ita Brutti Lucanos authores suos expulerunt. *Justin. L. 23. c. 1.* de Alanis, seu Massagetis. *vid. Niceph. Histor. L. 6. Confer. Grot. & Tesmar. in not. h. l.* & *Larium de Migrationibus gentium. Puffend. J. Nat. L. 3. c. 10.* Denique & 5) accedit praxis gentium, casus enim petitarum & denegatarum terrarum *videsis apud Tesm. in not. h. lit. a. & c. Puffendorff d. l.* Cæsar Tenehtonibus & Usipetis sedes postulantibus respondet, nullos agros in Gallia vacare, qui sine injuria dari possent. *de bello Gall. L. 4. c. 4.* Et legati Romani Gallis, (qui, se indigere agro quem Clusini latius possiderent quam colerent, causabantur,) respondebant, *quodnam id jus esset, agrum a possessoribus petere, aut minari arma. Liv. Lib. 5. c. 36.*

Cæterum inhumanum est repellere eos qui in extrema necessitate constituti sedes quærunt. Faunus benigne terras adjudicasse Arcadiis traditur apud Justinum *Lib. 43. c. 1.* Æneas precibus petiit a latinis, ut novam urbem condere permitterent, & obtinuit. *Halicarn. L. 1. c. 57.* Siculi ob Ægesti cognationem socios ejus receperunt. *Halicarn. d. L. 1. c. 52* Alia exempla Author allegat.

„b) (DENEGANDA EST EXTRANEIS:) Imo denegari jure potest, uti id rationibus jam probatum est.

„c) (DUM ET IMPERIUM QUOD CONSTITUTUM „EST SUBEANT:) i. e. dum se subjiciant imperio „ejus qui territorium illud occupavit. At nemo „subditos recipere tenetur.

„d) (ET QUÆ ALIA AD VITANDAS SEDITIO„NES:) Ex allagatis antea exemplis constat, sæpius „concessas esse novas sedes cum ruina imperii. „Author ait, advenas illos ideo cavere debere, & „subire omnia quæ ad vitandas seditiones sunt „necessaria. Nos jam probavimus, advenis plane „nullum jus in terras alienas competere, etsi cavere velint.

„e) (DIVINUS POETA:) *Virgil. Æneid. 12. v. 192.*

„*) (IMPERIUM SOLENNE SOCER.) At hoc ipsum „exem-

Et *f* apud Halicarnassensem Latinus ipse *g* æquam esse dicit Æneæ causam, si sedium inopia compulsus eo advenisset. *h* Barbarorum est hospites pellere, ait ex Eratosthene Strabo: nec probati hac in parte *i* Spartani. *k* Ambrosio quoque judice, illi qui peregrinos urbe prohibent nequaquam probandi. *l* Sic † Æoles Colophonios, Rhodii Phorbantem †† ejusque socios, Cares Melios, Lacedæmonii ††† Minyas, Cumæi †††† alios ad se adventantes exceperunt. At de iisdem Minyis recte *m* ††††† Herodotus, cum recepti partem imperii poscerent, ait eos ἐξυβρίσαι καὶ ποιῆσαι οὐχ᾽ ὅσια, *injuriosos fuisse & fecisse quæ facere fas non erat*: beneficium ab illis in injuriam versum dixit *n* Valerius Maximus. †

Ant. L. 1. c. 58.
Lib. xvii. pag. 802.
De Officiis l. 3 c. 7.
† Herod. l. 1. c. 150. Pauf. l. 7.
†† Diod. l. 5. p. 328.
††† Herod. l. 4. c. 45.
†††† Orof. l. 7.
††††† Herod. l. 4. c. 146.
† l. 4. c. 6. ext. 3

§. XVII.

a Sed & si quid intra territorium populi est deserti ac sterilis soli, id quoque advenis postulantibus concedendum est, *b* aut etiam ab illis recte occupatur, *c* quia occupatum censeri non debet quod non excolitur, *d* nisi imperium quod attinet, *e* quod populo veteri salvum manet. *f* Trojanis data a Latinis Aboriginibus jugera duri atque asperrimi agri septingenta, *g* ut Servius notat. Apud Dionem Prusæensem oratione VII. legimus: οὐδὲν ἀδικοῦσιν οἱ τὴν ἀργὴν τῆς χώρας ἐργα-

Ad xi. Æneid. v. 316.

„exemplum maxime probat vi sedes novas quæri „non posse. Cum enim Trojani novam urbem „molirentur, exprobrat Latinus Æneæ quod vio- „lato communi hominum jure, turpius quam ho- „nestius urbem usurpet. Æneas id agnoscit, & „preces adhibet.

„*f*) (APUD HALICARNASSENSEM:) *L. 1. c. 57.*

„*g*) (ÆQUAM ESSE DICIT ÆNEÆ CAUSAM:) „Æqua omnino est, & humanitati convenit, ut „nos de jure quærimus: Atque hinc ipse Æneas „precibus non tantum sedes postulatas, sed & par- „tem imperii impetravit

- - - - - *& fæderis æquas*
„*Dicamus leges, sociosque in regna vocemus.*
„*Virgil. d. l.*

h) (BARBARORUM EST HOSPITES PELLERE:) Græci Barbaros vocant omnes alias gentes: quia virtutes non colebant, quarum præcipua est hospitalitas.

ANOITIO.

„Aliud est hospitem recipere; aliud armatæ „multitudini sedes in nostro imperio concedere: „ad illud jure naturæ tenetur princeps, non ad „hoc.

„*i*) (SPARTANI:) Vide *Crag. de Republ. Laced.* „*p. 125. Lib. 3. tab. 3. Instit. 3. p. 210. Gronov. h.*

„*k*) (AMBROSIO QUOQUE JUDICE:) Idem *Cicero* „3. *Offic.* 11. docet.

„*l*) (SIC ÆOLES COLOPHONIOS:) Omnia hæc „exempla probant ultro exceptos fuisse, non ve- „ro jure recipi debuisse.

„*m*) (HERODOTUM:) *Lib. 4. p. m. 119.* Quo no- „mine Lacedæmonii eos morte mulctandos cen- „suerunt, sed astutia uxorum a supplicio liberati „sunt. *Herod. d. l.*

„*n*) (VALERIUS MAXIMUS:) *Lib. 4. c. 6. 3.*

„*a*) (SED ET SI QUID INTRA TERRITORIUM „POPULI EST DESERTI AC STERILIS SOLI:) In „præcedenti §. demonstratum est, extraneis nullum „jus in territorium ab aliis jam occupatum com- „petere.

„*b*) (AUT ETIAM AB ILLIS RECTE OCCUPATUR:) „Quia est res nullius. At jure imperii prohiberi „potest ne ibi commoretur.

„*c*) (QUIA OCCUPATUM CENSERI NON DEBET „QUOD NON EXCOLITUR:) Falsa hæc ratio est, & „contrariatur ei quod ipse author §. 4. asseruit „*Quod si quid universim occupatum in singulos de-* „*scriptum non est, non ideo vacuum censeri debet,* „*manet enim in dominio primi occupatoris, puta* „*populi ac regis, quo pertinent sylvæ, montes aspe-* „*ri &c.* Vera ratio est, quod populo vi imperii „competat facultas de illis locis disponendi, ad- „eoque & impediendi ne extranei ibi habitent.

„*d*) (NISI IMPERIUM QUOD ATTINET:) At im- „perii effectus est ut imperans arcere alios, ne „in territorio habitent, possit.

„*e*) (QUOD POPULO VETERI SALVUM MANET:) „At populus invitus cives recipere non tenetur.

„*f*) (TROJANIS DATA A LATINIS:) Id ultro „per pacta factum est: Nam expresse additur, & „socios in regnum vocatos esse. *Virgil. Æneid.* 11. „*v.* 316.

g) (Grot.) (UT SERVIUS NOTAT:) Ex Catone Sysenna aliisque veterum.

„*h*) (NI-

ἐργαζόμενοι: [h] *nihil peccant qui partem terræ incultam colunt.* Clamabant olim [i] Ansibarii, *ſicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas,* [k] *quæque ſint vacuæ eas publicas eſſe: Solem, quin etiam & ſidera reſpicientes, quaſi coram interrogabant vellentne contueri inane ſolum: potius mare ſuperfunderent adverſus terrarum ereptores.* Sed male dicta hæc generalia rei præſenti aptabant: nam terræ illæ [l] non omnino erant vacuæ, ſed paſcendis pecoribus & armentis militum ſerviebant: quæ juſta Romanis negandi cauſa. Nec minus juſte jam olim Romani [m] ex Gallis Senonibus quærebant; *quod jus eſſet agrum a poſſeſſoribus petere, aut minari arma?* Tacit. Ann. xiii. c. 55. Liv. lib. v. c. 36.

§. XVIII.

[a] Poſt jus commune ad res, [b] ſequitur jus commune ad actus: [c] quod datur aut ſimpliciter, [d] aut ex ſuppoſitione. Simpliciter datur hoc jus [e] ad actus tales, quibus ea comparantur ſine quibus vita com-

„h) (NIHIL PECCANT, QUI PARTEM TERRÆ „INCULTAM COLUNT:) Oratorio more id dicitur, „quæ autem Oratoribus in tractione juris naturæ „fides debeatur, Author ipſe nos docuit in *Proleg.* „§. 47.

„i) (ANSIBARII:) Apud *Tacit. Lib. 13. Annal.* „*p. m.* 304.

„k) (QUÆQUE SINT VACUÆ, EAS PUBLICAS „ESSE:) i. e. publicas jure gentium, quarum uſus „omnibus patet.

„l) (NON OMNINO ERANT VACUÆ, SED PA-„SCENDIS PECORIBUS:) Imo, licet non ſerviiſſent „paſcendis pecoribus, licet nullum uſum habuiſ-„ſent, invitis imperantibus eas occupare non „potuerunt. Sane triſtem tandem eventum hæc „Anſibariorum gens ſortita eſt, nam errore longo „hoſpites, egeni, hoſtes in alieno, quod juventu-„tis erat cæditur, imbellis ætas in prædam diviſa „eſt. *Tacit. Lib.* 13. *Annal. p.* 305.

„m) (EX GALLIS SENONIBUS QUÆREBANT, QUOD „JUS ESSET AGRUM A POSSESSORIBUS PETERE:) „*Liv. Lib.* 5. *c.* 36. Atqui rationem ante allegave-„runt. *Quod Cluſini agrum latius poſſideant,* „*quam colant:* Ex principiis ergo Authoris minus „juſte id quæſiviſſent, & advenis terras illas in cul-„tas concedere Romani debuiſſent: Quod vero „Galli Senones nullo jure terras iſtas poſtolave-„rint, ex ipſa reſponſione eorum ad Romanorum „quæſtionem apparet: Non enim provocabant ad „jus aliquod gentium, quod jus occupandi terras „incultas permittat, ſed ad jus, quod in armis fe-„rant, omnia enim fortium virorum eſſe, feroci-„ter dicebant. *Liv. d. L.* 5. *c.* 36.

„a) (POST JUS COMMUNE AD RES:) i. e. poſt „quam Author explicavit jus, quod hominibus et-„iam finita primæva communione communiter „competit *in res* quæ aliquorum propriæ factæ ſunt. „*Vide ſupra* §. 6. *n.* 1. & quod obtinere dixit in gra-„viſſima, neceſſitate *ibid. n.* 2. & ex innoxia utilita-„te. *ſupra* §. 8.

„b) (SEQUITUR JUS COMMUNE AD ACTUS:) i,e. „jus quod hominibus communiter ad quosdam „*actus* circa res ab aliis occupatas competit: Idque „vel *ſimpliciter* vel ex *ſuppoſitione* eoque refert (1) „jus *emendi* & comparandi neceſſaria vitæ æquo „pretio: §. 18. §. 19. Non autem jus *vendendi.* §. 20. „2) jus ad nuptias contrahendas cum vicinis §. 21. „3) Jus ad petenda ea quæ populus promiſcue ex-„teris permiſit §. 22. At repetendum hic eſt quod to-„ties notavi, Grotium diſciplinam juris naturalis „per ſe ſimpliciſſimam, inventis novis terminis, „diſtinctionibus & fictionibus adeo ſæpe obſcuram „reddere, ut vix quid ſentiret intelligi poſſit, „provoco ad totum hoc caput, inprimis ad ea quæ „circa primævam rerum communionem, circa re-„nunciationem illius communionis & circa ejus revi-„viscentiam ex neceſſitate & innoxia utilitate, mo-„nuimus: magis autem veritas obſervationis no-„ſtræ patebit ex *communi hominum jure ad actus,* „quod examinandum ſupereſt.

„c) (QUOD AUT SIMPLICITER DATUR:) Citra „ſuppoſitionem: adeoque hoc jus in genere cuique „hominum competere ait quoties comparare vult „juſto pretio ea quæ ad vitæ commoda perti-„nent.

„d) (AUT EX SUPPOSITIONE:) i. e. ubi ſuppo-„nitur jura quædam omnibus aliis gentibus, una „excluſa, permitti §. 22.

e) (AD ACTUS TALES QUIBUS EA COMPARANTUR SINE QUIBUS VITA COMMODE DUCI NEQUIT:) Author ſtatuit extraneos ad vendendum cogi poſſe, modo illis offeratur juſtum pretium: Quod juri naturæ repugnat: Quia 1) quilibet de ſua re diſponere, eamque vendere vel non vendere poteſt: Sane 2) aliis nullum jus in res venditoris competit, neque igitur faseſt rem venditori, etſi juſto oblato pretio, extorquere: 3) naturali ratione emtio non niſi utriusque conſenſu perficitur, non autem conſentit qui ad vendendum cogitur: Hinc 4) regula naturæ eſt, *quod noſtrum eſt ſine facto noſtro in alium transferri non poſſe l.* 11. *ff. reg. jur.*

commode duci nequit. *f* Non enim par hic necessitas requiritur ut in re aliena arripienda: *g* quia hic non agitur de eo quod fiat domino invito, *h* sed de modo acquirendi dominis volentibus: *i* tantum ne id aut

Certissimum igitur est nullum dari jus commune hominum, vi cujus ea, quæ ad vitam commode ducendam pertinent, emi possint. Dicendum potius est unicuique hominum jus esse pro lubitu de re sua disponendi, adeoque rem suam alius vendendi, vel non vendendi, aut, quo vult pretio vendendi.

ADDITIO.

„Grotius non statuit cuique hominum jus
„esse emendi ab extraneis, eis invitis: Id enim
„ipse negat in verbis sequentibus. Imo in §. 22.
„diserte docet, neminem ad vendendum extraneo
„cogi posse: Mens igitur Grotii hæc est: Cuique
„hominum jus esse accedendi ad extraneos, eisque
„pretium pro rebus eorum offerendi, salva illis li-
„bertate nolendi. Hoc jus, ait, impediri, aut lege
„publica prohiberi non posse: At aliud dicendum si
„vendendi causa accedunt, a jure enim vendendi
„excludi posse. §. 20.

„Si dicendum quod res est, plane inanis est quæ
„hoc sensu de jure emendi movetur quæstio: Non
„enim dubitatur quin cuique extraneo, saltem jure
„transitus, liberum sit frequentare oras maritimas,
„& res necessarias comparare: At id non est in
„quæstione, sed id quæritur, *an civitas commercii*
„*causa lege publica statuere possit ne extraneis merca-*
„*toribus res vendantur?* Quod omnino affirman-
„dum est. Nam 1) cuique hominum naturali jure
„competit facultas de rebus suis pro lubitu dispo-
„nendi, adeoque eas alii pro pretio relinquendi vel
„non relinquendi. 2) Si quis proinde declarat se
„nolle res suas pro pretio alii relinquere, de jure
„suo disponit, neque alteri, qui nullum jus in res il-
„lius domini habet, fit injuria: 3) Hinc jus quod
„cuique hominum competit, etiam genti &
„populo negari nequit: 4) Populus igitur lege
„publica extraneos a commerciis excludere, i. e. de-
„clarare potest, se nolle cum extraneo commercia
„habere, vel, quod idem est, ab eis emere vel eis ven-
„dere: sane nulla eis fit injuria, quia extraneis sal-
„tem jus est contrahendi cum dominis volentibus,
„non autem volunt si lege publica id declarant:
„5) Imo injuria agerent extranei, qui contra legem
„populi commercia in alieno territorio agere cum
„subditis tentarent, extranei enim legibus cujusque
„loci subjacent. 6) Hæc igitur prohibitio licita est 1)
„etsi extraneis res illæ maximæ sint necessariæ. *Dissen-*
„*tit Grot. §. 18. §. 19.* (Nisi jure transitus necessaria com-
„parentur) (2) Etsi populus qui commercium de-
„negat, eis plane non indigeat. *Dissentit id. §. 19.*
„(3) Etsi odio quodam singulari populus ille extra-
„neos prohibeat: cum enim cuique liberum sit
„odio habere hunc diligere alium, odio meo jus alte-
„rius non læditur: Neque allegari potest contem-
„tum subesse; odium enim per se non infert contem-
„tum, odisse quippe possum hominem cujus mensa
„magni facio: Nisi causa contumeliosa allegetur. (4)
„Etsi subditi prohibentis cum extraneis contrahere
„velint: Subditi enim nihil velle possunt quod le-
„ge prohibetur.

„Infinita extant exempla, ubi gentes a commer-
„ciis exclusæ sunt. Apud *Cambden. P. 1. p.* 82.
„Gubernatrix Belgii edicit: Ne quis Belga com-
„mercium cum Anglis Embdæ, aut alibi exerceat,
„aut merces ab iis emtas in Belgium sub confisca-
„tionis poena importet: idem repetitum esse legi-
„mus a Duce Albano *apud Thuan. L.* 46. *p.* 944.
„Apud Plutarchum, in pericle, Athenienses omne
„commercium tollunt cum Megarensibus. *Neque*
„*obstat*, quod Plutarchus addit, id contra jus com-
„mune factum esse: nam ibi non saltem a com-
„merciis, sed etiam a porta adeoque a jure transi-
„tus arcebantur, depellebanturque, id omnino con-
„tra jura gentium est. *Plutarch. d. l.* Legati Ro-
„manorum a Samnitibus, qui Capuam tenebant
„Cumasque prohibiti sunt commercio, etiam in
„summa famis necessitate. *Liv. Lib. 4. c.* 52. Ma-
„ritimæ oræ civitates decreto communi Narven-
„sem navigationem ita sustulerunt, ut pro infami-
„bus omnes haberent, qui eo merces suas impor-
„tarent, juri denique omni navigationis interdice-
„rent, & res eo importandas, aut ibi comparatas
„auctionibus publicari, fiscoque addici debere pro-
„nuntiarent. *Thuan. L.* 36. *p. m.* 721. Scoti pro-
„hibiti olim fuere a commercio Gallorum & An-
„glorum. *Cambden. P. 1. p.* 115. *Thuan. Lib.* 41.
„*ad ann.* 1567. Antiquitus Angli soli exclusis aliis
„in terris Moscorum commercia exercebant. *Camb-*
„*den. P. 3. p.* 365. *Tesmar. in not. ad §.* 24. Etsi
„Moscorum princeps id postea mutaverit omnibus-
„que patere commercia voluerit. *ibid.* In Anglia
„hodieque omnes extranei excluduntur a commer-
„cio lanarum, equorum, monetæ &c. Apud Ro-
„manus severissimis pœnis cautum erat, ne aurum,
„argentum, & purpura evehantur. *Liv. l.* 43. *c.* 5.
„Conf. *Ref. pol.* 1577. *tit.* 21. *seqq.*

„*f*) (NON ENIM PAR HIC NECESSITAS UT IN
„RE ALIENA ARRIPIENDA:) Author in jure *quod*
„*hominibus communiter ad res* alterius arripiendas
„competit, requisivit necessitatem gravissimam
„*vid. §. 6. n.* 1. Aliud obtinere ait in hoc *jure*
„*communi ad actus*, id enim locum habere ait ex
„qualibet necessitate, quæ ad vitam commode du-
„cendam pertinet...

„*g*) (QUIA HIC NON AGITUR DE EO QUOD
„FIAT INVITO DOMINO:) Quasi is qui jus emen-
„di habet, cogere possit dominum ad vendendum.

„*h*) (SED DE MODO ACQUIRENDI DOMINIS VO-
„LENTIBUS:) Accedente scilicet utriusque consen-
„su & ejus qui jus emendi habet, & ejus qui rei
„dominus est.

„*i*) (TANTUM NE ID AUT LEGE LATA AUT
„CONSPIRATIONE IMPEDIRE LICEAT:) Apparet
„ergo Grotium per jus emendi intelligere facul-
„tatem

aut lege lata, aut conspiratione impedire liceat. [k] Est enim tale impedimentum [l] naturæ societatis contrarium [m] in his quas dixi rebus. Hoc est, quod Ambrosius vocat, [n] *separare a commerciis communis parentis*, [o] *fusos omnibus partus negare, consortia vivendi averruncare.* *De Offic. III. c. 7.* [p] Nam de supervacuis & mere voluptariis non agimus, [q] sed de his quæ vita desiderat, puta alimentis, vestimentis, medicamentis.

§. XIX.

[a] Ad hæc igitur * æquo pretio comparanda [b] jus esse omnibus hominibus asseveramus: [c] demto, si a quibus petitur ipsi ejus rei indigeant: [d] quomodo in summa penuria frumenti venditio prohibetur. *Cassiod. Var. ref. lib. III. c. 14 ibi. Tertio.* Et

„tatem comparandi res extraneorum consensu do„minorum: Addit, hoc jus impediri, i. e. accessum „ad populum, & facultatem res comparandi pro„hiberi non posse: oeque *lege* lata, qua gentes ex„cluduntur a commercio, neque *conspiratione*, i. e. „per coosensum, & coactionem improbam priva„torum:

„At jam probavi, extraneos omnino lege aut „conspiratiooe excludi, non ab aditu, sed a com„mercio posse, quia gens quæ aliam gentem exclu„dit declarat se nolle emere vel vendere; &, eum „ad id nullo jure obligari possit, hactenus suo jure „utitur, quin potius injuriam faceret gens exclu„sa, si jus aliquod in res vel actiones alterius sibi „arrogare vellet. Neque diei potest, excludi hanc „gentem a jure uteodi rebus hujus terræ: nam jus „hoc utendi cessat in rebus ab aliis jam occupatis, „qui per occupationem plenissimum jus in res il„las acquisiverunt de quo proinde; pro lubitu dispo„nere, adeoque & alios ab earum commercio ex„cludere possunt.

„k) (EST ENIM TALE IMPEDIMENTUM:) Qua„le? Si lege lata, aut conspiratione facultas emen„di impediatur.

„l) (NATURÆ SOCIETATIS CONTRARIUM:) Di„ctum jam sæpius est, 1) oon dari societatem hu„manam; adeoque ex eo, quod illud impedimen„tum societati sit contrarium, ratio prohibitionis „desumi non potest. Præterea 2) verum oon est „impedimentum illud contrariari societati, nam „societas humana salva maneret, etsi nulla com„mercia ioter gentes obtinerent.

„m) (IN HIS, QUAS DIXI, REBUS:) Sc. sine „quibus vita commode duci nequit.

n) (Grot.) (SEPARARE A COMMERCIIS COMMUNIS PARENTIS:) Plutarchus Pericle de Megarensibus: p. 168. B. σιτώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς πάντων δὲ λιμένων, ὧν ἀθηναῖοι κρατοῦσιν εἴργεσθαι, καὶ ἀπελαύνεσθαι παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια: *Dequerebantur omni se mercatu, omni portu quem tenerent Athenienses, arceri depellique contra gentium jura.* Seneca epist. LXXXVII, recitato Virgilii loco: Georg. I, 53.

Et quid quæque ferat regio & quid quæque recusat.

Ista in regiones descripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si vicissim alius ab alio aliquid peteret: idem Naturalium V. 18. *quid quo omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatas locis, miscuit?* Vide Anglorum querelas de Hispania apud Thuanum libro LXXI, in historia anni CIϽ IϽ LXXX.

„o) (FUSOS OMNIBUS PARTUS:) Natos in utili„tatem omnium viventium terræ proventus. *Gro„nov. h.*

„p) (NAM DE SUPERVACUIS ET MERE VO„LUPTUARIIS NON AGIMUS:) Author concedit ex„traneos impediri a comparatione ejusmodi rerum, „aut lege lata aut conspiratione posse: verum ean„dem rationem etiam in necessariis subesse dixi:

„q) (SED DE HIS QUÆ VITA DESIDERAT:) „Dictum jam est, extraneos in has quoque res ab „aliis occupatas jus nullum habere, adeoque tuto „excludi posse.

„a) (AD HÆC IGITUR:) Quæ sc. vita desiderat.

„*) (ÆQUO PRETIO:) Si oeino hominum ex„cludi potest a comparatione eorum quæ ad vi„tam sunt necessaria, qualecunque pretium æ„quum est de quo inter partes convenit: adeoque „in infinitum constitui potest, quia emptor de suo ju„re disponit, modo dolus absit; volenti eoim non „fit injuria. Hoe est, quod JCti Romani docent, „naturaliter sese circumvenire licitum esse. *l.* 16. „*§.* 4. *Minor.* Scilicet petendo majus pretium.

„b) (JUS ESSE OMNIBUS HOMINIBUS:) Sc. ha„ctenus, ne id aut lege lata, aut conspiratione im„pedire liceat. *Vid. §. præced.* At tale jus non „competere hominibus probavimus, qui eoim „pacto aut lege lata inter se conveniunt, se aliis „non vendituros, declarant hoc ipso se nolle aliis „rem suam æquo pretio relinquere. Ipse autem „Author fatetur, acquiri rem alterius non nisi do„mino volente posse. *§. præced.*

„c) (DEMTO, SI A QUIBUS PETITUR IPSI EJUS „REI INDIGEANT:) Imo etsi noo indigeant, de„clarare lege publica possunt se nolle aliis res „suas veodere.

d) (Grot.) (QUOMODO IN SUMMA PENURIA FRUMENTI VENDITIO PROHIBETUR:) Cassiodorus I. epistola XXXIV. *Copia frumentorum debet provinciæ primum prodesse cui nascitur.*

ADDITIO.

„Hæc probibitio fieri posset etsi frumentum „abun-

Et tamen [e] ne in tali quidem necessitate expelli posse admissos semel peregrinos, [f] sed commune malum communiter tolerandum ostendit indicato jam loco Ambrosius.

§. XX

[a] Ad sua autem vendenda non æquum jus est. [b] nam cuilibet liberum est statuere quid velit acquirere aut non. [c] Ita vinum & alias merces exoticas olim non recipiebant Belgæ. † Et de Arabibus Nabatæis Strabo, †† *α εισαγώγιμα δ' ἐςὶ τὰ δ' ȣ παντελῶς*: [d] *importare merces quasdam licet, quasdam non item.*

Molina disp. 105. *Ægi. Reg. de act. supernat. disp.* 31. *du.* 2. *n.* 52. † *Cæs.* 1. *bell gall. Lib.* IV. †† *Lib.* XVI. *p.* 748.

§. XXI.

1. [a] In hoc jure, quod diximus [b] inesse censemus, etiam libertatem matrimonia ambiendi & contrahendi apud vicinas gentes, puta, si virorum populus aliunde expulsus alio advenerit: nam sine femina

„abundet: At ex ratione politica id fieri non solet.

„e) (NE IN TALI QUIDEM NECESSITATE EXPELLI POSSE PEREGRINOS:) Imo expelli jure possunt, ut conserventur cives qui onera publica sustinent.

„f) SED COMMUNE MALUM COMMUNITER TOLERANDUM:) Valet hoc Brocardicum, si omnium par est conditio. Non autem par est conditio civium & peregrinorum.

„a) (AD SUA AUTEM VENDENDA NON ÆQUUM JUS EST:) Adeoque, ex sententia Authoris, lege lata aut conspiratione impediri possunt extranei, ne merces quasdam ad vendendum inferant.

„b) (NAM CUILIBET LIBERUM EST STATUERE, QUID VELIT ACQUIRERE AUT NON:) Anne eadem ratio est in emtione? Anne populus, a quo extranei emere volunt, statuere & lege generali declarare possunt se nolle vendere, nec justo pretio; eoque prohibere extraneos, ne accedant ad territorium emendi causa.

„c) (ITA VINUM ET ALIAS MERCES EXOTICAS:) Sic apud Anglos panni, *Cambden. ad ann.* 1564. apud alios ferrum, cerevisiæ exoticæ, &c. inferri prohibentur. Conf. *Carpz. Resp.* 42. *n.* 15. *Menoch. Consil.* 901. *Puffend. de jure nat. L.* 3. *c.* 3. §. 12.

d) (Grot.) (IMPORTARE MERCES QUASDAM LICET, QUASDAM NON LICET:) Vide Crantzium Saxonicorum XI. cap. 3.

„a) (IN HOC JURE, QUOD DIXIMUS:) Scl. in jure communi, quod hominibus competit ad actus, seu ad facultatem agendi; ad eum effectum ne impediri lege publica possit.

b) (INESSE CENSIMUS ETIAM LIBERTATEM MATRIMONIA CONTRAHENDI:) Hæc libertas non ex jure aliquo communi hominum ad actus oritur; sed ex jure quod cuique hominum DEus concessit in suum corpus & in suas actiones. Creator enim singulis facultatem dedit cohabitandi, hoc jus naturali ratione cuique quæsitum est: At ad effectum illud deduci nequit nisi altera pars consentiat. Si proinde, v. g. fœmina consentire nolit invita cogi nequit, quia æque jus habet disponendi de suis actionibus, adeoque & jus nolendi: Sane is qui eam in matrimonium rogat, jus in ejus corpus non habet.

Quod igitur singulis filiabus licitum est, id universis filiabus totius gentis quoque licitum erit, quia unaquæque proprium jus dissentiendi habet.

An vero magistratus lege publica extraneos a connubiis excludere potest? Regulariter hoc negatur: quia magistratus jus nubendi singulis filiabus quæsitum auferre sine justa causa nequit; justa autem causa est si in pœnam id fiat, quo pertinet exemplum Israelitarum, qui connubia cum Benjamitis jurejurando prohibuerunt: *Judic.* XXI. Romanorum, qui Latinis ob rebellionem jus nubendi inter se ademerunt. *Liv. l.* 8. *c.* 14. Item si connubia prohibentur ob metum seductionis, quæ ratio in Hebræis allegatur *Genes* XIX, 31. *Num. XXV*, 6. Item si copia sit unius & inopia alterius sexus &c.

Non autem justa causa est odium in populum cui connubia denegantur. Hinc facile constat quid de duplici raptu Sabinarum & Siloitarum statuendum sit: In raptu SABINARUM duo sunt actus 1) denegatio connubiorum a parte Sabinarum, qui actus est injustus & nitebatur odio novi populi, indeque Romanis hactenus justa belli causa fuit. 2) Raptus, qui jure defendi potest, quia Romani bello potuissent prosequi injuriam sibi illatam multo magis igitur filias lædentium rapere: Quicquid sit, consensu filiarum & pace secuta matrimonia illa confirmata sunt. In *Siloitarum* raptu eadem ratio obtinet, Siloitæ negabant Benjamitis rogantibus filias, idque odio & in contemtum: Atque hinc recte Israelitæ Siloitis de facto hoc querentibus regerebant, eorum esse culpam quod negaverint connubia rogantibus: Præterea hæ quoque nuptiæ justæ postea factæ sunt consensu virginum.

ADDITIO.

„Nostram sententiam de duplici hoc raptu statim explicabimus.

c) (ST-

mina ætatem agere [c] etsi humanæ naturæ non omnino repugnat, [d] repugnat tamen naturæ plerorumque hominum. [e] Cœlibatus enim non nisi excellentibus animis convenit. [f] Quare facultas comparandi

„c) (ETSI HUMANÆ NATURÆ NON REPUGNET:) „Sed potius motus universalis humano generi a na„tura inditus sit ad jungenda corpora.

„d) (REPUGNAT TAMEN NATURÆ PLERORUMQUE „HOMINUM:) Major enim est numerus eorum qui „motum naturæ sequuntur.

e) (COELIBATUS ENIM NON NISI EXCELLENTIBUS ANIMIS CONVENIT:) Apostolus quidem commendat maxime cœlibatum: sed hoc de temporibus primæ Ecclesiæ intelligendum est, ubi satius erat propagandæ Ecclesiæ studere, quam propagandæ proli. Cæterum matrimonium naturæ magis conveniens esse quam cœlibatum, ex ipso instinctu naturæ probatur.

f) (QUARE FACULTAS COMPARANDI UXORES ADIMI NON DEBET:) Neque adimitur illa facultas, quia aliunde uxores quærere possunt: sed & illa ipsa facultas ad effectum deduci naturali ratione non potest, nisi accedente alterius consensu.

ADDITIO.

„Celebris hæc, & armis aliquando, agitata quæ„stio est, *an civitas excludere extraneos a connubiis* „*possit?* Recte eam affirmat B. Parens: Nuptiæ enim „non contrahuntur sine utriusque consensu, si au„tem populus declarat filias suæ civitatis nolle ex„traneis nubere, eo ipso declarat eas nolle consen„tire. Populus autem talem legem intra fines sui „territorii jure statuere potest, cui etiam extranei „tenentur.

„Exempla gentium hanc regulam probant: He„bræi nunquam miscere sanguinem voluere cum „extraneis. *vid.* §. 21. Ruscionenses promiserunt „Gallo se filias suas in Neapolim aut Angliam aut „Flandriam nuptiis non collocaturos. *Commina. de* „*bello Neapol. l. 5. p. m. 652.* Ipsi Romani exclude„bant extraneos a juribus legitimarum nuptiarum. „*Heinecc. Elem. Pand.*

„Equidem, Romani rapuerunt Sabinarum filias, „quas antea in uxorem dare Romanis negaverant *Liv.* „*l. 1. c. 9. seq.* Siloitæ noluere filias suas in uxores „dare Benjamitis, *Judic. c. 21. §. 19. seq.* qui consi„lio Israelitarum eas vi rapiebant: At hæc exem„pla non probant civitatem extraneos a connubiis „excludere non posse. Raptus Sabinarum enim licitus „fuit, uti mox videbimus. Raptum Siloitarum Israe„litæ ipse pro jure non habuerunt, sed saltem excu„sabant, *misereminí eorum*, ajunt, *non enim rapuerunt* „*eas jure belli, sed rogantibus ut acciperent non de*„*distis, & a vestra parte peccatum est. d. c. 21. v. 22.* „Imo tuto asserimus, a parte Siloitarum peccatum „non fuisse, neque enim Israelitæ in aliis improba„re potuere quod in se probabant, ipsi autem extra„neis filias suas in matrimonium non collocabant. „Adeoque actus hic pertinet ad illa tempora de qui„bus author libri judicum ait, *in diebus illis non* „*erat rex in Israel, sed unusquisque quod sibi re*„*ctum videbatur, hoc faciebat. ibid. v. 25.*

„At si per contemtum quædam gens, aliis admissis, „a nuptiis excluditur, hæc vera est injuria, quæ bel„lo vindicari potest: injuria autem illa non in eo „consistit quod nuptiæ denegentur, sed quia aliquid „fit in ejus gentis contumeliam, ob quam indigna ju„ris contrahendi matrimonii judicatur, quod infamiæ „speciem infert: per contemtum autem denegata „fuisse connubia apparet ex Livio: *Nusquam enim,* „ait, *benigne legatio audita est, adeo simul sperne*„*bant &c. a plerisque rogantibus, dimissi, ecquod foe*„*minis quoque asylum aperuissent? id enim demum* „*compar connubium fore. Liv. I. c. 9. seq.*

„Omnium minime igitur justa belli causa est, si „rex fœminam principi, connubium roganti, negat. „Hinc male Demetrius Ariarathi, Cappadociæ re„gi propter fastiditas sororis nuptias bellum intulit. „*Justin. l. 35. c. e.* Male Rex Danorum bello peti„tus est, quod filiam roganti negaverit. *Crantz. Dan* „*l. 1. c. 7.* Alia vide apud *Bongars. in not. ad Just. d. l.*

„At hic quoque excipitur casus, nisi denegatio cum „contumelia juncta sit. Rhegini Dionysio Siciliæ „tyranno, petenti ut ex magnatum virginibus „uxorem sibi darent, responsum dederunt, quod „ei non liceat nisi plebeji (vel ut *Strabo l. 6. p. m.* „*149.* ait, *lictoris*) filiam ducere: Propter hanc „contumeliam eos bello petiit, & urbem solo æquavit. „*Diod. Sic. l. 14. p. m. 440. pr. Strabo d. l.* Tartariæ „populus, qui Abyssinorum regi tributarius erat, „regem sibi elegit Chingis, hic Abyssinorum regis, „Vntcham, filiam uxorem per legatos postulavit. „At responsum tulit, se potius filiam igni quam servo „suo dare velle, &, ne voti compos unquam fieret, „filiam mortem subitarum esse. Sed bello victus & „regno privatus est. *Paul Venet. l. 1. c. 52. & 53.*

„Neque obstat locus *Livii Lib. 4. c. 4. An esse ul*„*la major aut insignior contumelia potest, quam* „*partem Civitatis, velut contaminatam, indignam* „*connubio haberi. Et Lib. 34. c. 4. Quod alis licet* „*sibi non licere, aliquid naturalis pudoris aut indi*„*gnationis habet. Et* Seneca *in Octavia, v. 574.*

„*Prohibeor facere, quod cunctis licet.*

„Respondetur: Livium *in d. l. 4. c. 4.* non loqui „de exclusione extraneorum a conjugiis, sed de „prohibitione, ne patres e plebe sibi uxores junge„rent, quod inter cives communes tolerari non „debet. Reliqua loca casum supponunt, ubi ei, qui „prohibetur ne faciat id quod omnes faciunt, a„liquid injuria succenletur; hoc merito improba„tur, unde supra dictum est, si nuptiæ negantur ex „contemtu justam inde belli causam oriri.

„*Obstant* exempla, ubi ad jus gentium provocatum „est ab iis qui a connubiis exclusi sunt. Canule„jus apud *Liv. l. 4. c. 3. Connubium petimus, quod* „*finitimis, externisque dari solet.* Romulus vicinos „rogat, *ne graventur homines cum hominibus san*„*guinem miscere Liv. L. 1. c. 9. Flor. L. 1. c. 1.* Resp. Ca„nulejus non contendit exteros præcise ad conjugia

Lib. i. c. 9. randi uxores adimi viris non debet. Romulus apud [g] Livium vicinos [h] rogat, ne graventur homines cum hominibus sanguinem & genus miscere. [i] Canulejus apud eundem: *Connubium petimus, quod finitimis externisque dari solet.* [k] *Jure belli injuste negatas nuptias juste victor auferret*, Augustino judice.

Lib. iv. c. 3. De Civ. Dei. L. ii. c. 17.

2. Leges autem civiles aliquorum populorum, quæ connubia exteris negant, aut ea ratione nituntur, [l] quod temporibus quibus sunt conditæ nulli erant populi quibus non fœminarum copia suppeteret, aut non de quibusvis connubiis agunt, [m] sed de iis quæ justa sunt, hoc est quæ speciales quosdam juris civilis effectus producunt.

§. XXII.

Vid. d. rel. a. n. 2. 3. [a] Ex suppositione jus commune est ad actus, quos populus aliquis externis promiscue permittit. [b] Nam tunc si unus populus excludatur, ei fit injuria. Sic, si externis alicubi venari, piscari, aucupari, margaritas legere licet; si ex testamento capere, si res vendere, si etiam

„admitti debere; sed ita argumentatur: extraneos „non prohiberi, adeoque nec cives prohiberi debere: Et cum Romulus per modum precum ad- „mitti ad vicinorum connubia contenderit, eo ipso „satis constat, eum de jure id exposcere non po- „tuisse.

„Equidem jus canonicum in *Part. 1. Dist. :. c. 9.* „prohibitionem connubiorum cum alienigenis *ju-* „*ri gentium* tribuit: sed inepte admodum: conjun- „ctiones maris & fœminæ descendunt ex eo jure „quod natura omnia animalia docuit, & matrimo- „nia ad illud jus gentium referuntur, quod ratio na- „turalis inter omnes homines constituit: Præterea „alibi jam observavimus, compilatoribus illis vix co- „gnitam fuisse scientiam juris gentium seu naturæ; „adeoque canonum authoritatem in disciplina ju- „ris naturalis haud magni momenti esse. *Prol. §. 54.*

„*g*) (LIVIUM:) *L. 1. c. 9. Flor. Lib. 1. c. 1.*

„*h*) (ROGAT, NE GRAVENTUR:) Non opus „fuisset rogare, si jus aliquod commune natura „Romani habuissent. Hine factum hoc excusar „solet prætextu mandati divini, nimirum Martis, „apud *Ovid. de Fast.*

„*i*) (CANULEJUS APUD EUNDEM:) *Liv. L. 4. c.* „3. *vid. Puffend. J. Nat. Lib. 3. c. 3. §. 13.* Diximus „Canulejum non loqui de negatione connubii cum „exteris; sed de lege, qua permittebatur plebi patri- „bus nubere patribus repugnantibus, qui confundi „hoc modo jura gentium causabantur. *Liv. d. l. 4. c. 1.*

„*k*) (JURE BELLI INJUSTE NEGATAS NUPTIAS „JUSTE VICTOR AUFERRET:) Injuste negatæ non „fuere, & Augustinus ironice loquitur: quod be- „ne observavit etiam Commentator *Thomas Valois.* „*in not. ibid.*

„*l*) (QUOD TEMPORIBUS QUIBUS SUNT CONDI- „TÆ NULLI ERANT POPULI QUIBUS NON FOE- „MINARUM COPIA SUPPETERET:) Imo ex ea ratio- „ne leges illæ civiles validæ esse non possent. Si „enim jus commune hominibus competeret ad ob- „tinenda connubia, illud ex momentanea tali ratio- „ne eis auferri non posset. Vera naturæ & legum „civilium ratio est, quod non adimatur facultas com- „parandi uxores apud alias gentes; & quod populus „suo jure utatur, dum declarat se nunquam in ejusmo- „di nuptias consensurum, quod in ejus potestate est.

„*m*) (SED DE IIS QUÆ JUSTA SUNT, HOC EST, „QUÆ SPECIALES JURIS EFFECTUS PRODUCUNT:) „Vide *sup. L. 1. c. 3. n. 4.* Ita apud Romanos „non simpliciter prohibebantur nuptiæ cum extra- „neis, sed nuptiæ ita contractæ destituebantur pri- „vilegiis & prærogativis juris civilis: Cessant jura „dotium, patriæ potestatis, tutelarum, testamen- „torum. &c.

(AD §. XXII.) Quæritur, an extranei a juribus quibusdam excludi possint quæ omnibus promiscue permittuntur. Negat id Grotius, quia populus quidem disponere de suo jure potest, non autem contemnere alios, nisi delictum præcesserit.

ADDITIO.

„Nostram sententiam in præcedentibus late ex- „posuimus. Diximus, excludi extraneos uti a com- „merciis, ita ab aliis juribus posse, etsi id odeo fiat „ejus populi qui excluditur, nisi fiat in ejus con- „tumeliam.

„*a*) (EX SUPPOSITIONE:) Hactenus Author egit „de juribus quæ communiter hominibus compe- „tunt ad actus *simpliciter*: jam agit de iis quæ com- „petunt ad actus ex *suppositione*, i. e. ubi sup- „ponitur populum omnibus promiscue aliquid per- „mittere, uno saltem excluso, *Vid. supr. §. 18.*

„*b*) (NAM TUNC SI UNUS POPULUS EXCLUDI- „TUR EI FIT INJURIA:) In quo quæso illa injuria „consistit? Anne jure meo utor, & de jure meo „dispono? Jus igitur alterius non læditur, neque „exclusio hæc contemtum infert; inprimis si alter „protestetur se id non animo contemnendi facere.

„*c*) (UNI

iam extra penuriam feminarum conjugia contrahere, [c] uni populo id negari non potest; [d] nisi delictum præcesserit: [e] qua de causa Benjaminitis Hebræi cæteri ademerunt connubii facultatem. *Jud.* XXI

§. XXIII.

[b] Sed de permissis quod diximus, [c] intelligendum est de his, quæ permissa sunt tanquam ex vi naturalis libertatis nulla lege sublatæ; [d] non si permissa sint per beneficium, relaxando legem, [e] nam in beneficii negatione nulla est injuria. [f] Atque ita arbitramur conciliari posse quod post Franciscum Victoriam quasi ei contrarius notavit Molina. *Disp.* 105

§. XXIV.

„c) (UNI POPULO ID NEGARI NON POTEST:) „Si ego beneficium omnibus civibus do, uno ex„cluso, an illi injuria fit? Si mercator cum omni„bus e civitate commercium habet, una familia ex„clusa, an hæc de injuria queri potest? Minime: „Multo minus erit injuriæ inter gentes ipsas.

„d) (NISI DELICTUM PRÆCESSERIT:) Imo ne„gari uni populo connubia & commercia possunt „etiam citra ejus delictum.

„e) (QUA DE CAUSA BENJAMINITIS HÆBRÆI „CÆTERI ADEMERUNT CONNUBII FACULTATEM:) „Præterea juramento se ad id adstrinxerunt.

„(AD §. XXIII) Author *in §. præcedenti* „regulam posuit: uni populo negari non posse, „quod omnibus aliis permittitur. Hic jam limitat „illam regulam, ut vera tantum sit *si id, quod* „*aliis permittitur, vi naturalis libertatis lege non* „*sublatæ permittitur.* Non autem *si libertas naturalis* „*lege sublata fuit, & populus, relaxando legem, aliis* „*aliquid permittit uno excluso.* *Priori* enim casu „injuriam fieri ait ei qui excluditur: *præced. §.* non „hoc, quia nulla est injuria in negatione beneficii:

„At omnia hæc gratis dicuntur. *Primo* enim „certum est, jure naturæ uni citra injuriam negari „posse quod omnibus aliis permittitur; etsi tan„quam ex vi naturalis libertatis lege non subla„tæ permittatur, quia de sua re & de suo jure „disponit.

„*Secundo*, limitatio quoque Authoris vana & in„anis est: si enim populus beneficium externis „promiscue permittit & unum excludit, similiter „exclusus de injuria queri posset, quia in ejus con„temtum vergit. Sed & pari ratione in priori ca„su allegari posset, beneficium esse huic vel illi „vendere, hunc vel illum præferri, indeque in„juriam non esse aliis beneficium dare, eosque præferre, uni negare. Denique, facile esset hoc „modo evitare illam prætensam injuriam: con„sulerem enim tali populo, ut primo actus, qui „tanquam ex vi libertatis naturalis permittuntur, „lege publica prohibeat, i. e. omnes ab actibus il„lis excludat, postea autem a lege illa dispenset, ac „per beneficium alios admittat, unum vero ex„cludat; tunc enim ex hypothesi Authoris exclusus „de injuria queri non posset.

„b) (SED DE PERMISSIS QUOD DIXIMUS:) Ni„mirum, quod unus excludi non possit ab eo, quod „omnibus permittitur.

„c) (INTELLIGENDUM EST DE HIS, QUÆ PER„MISSA SUNT TANQUAM EX VI NATURALIS LI„BERTATIS NULLA LEGE SUBLATÆ:) Mens Au„thoris ex exemplis in §. præcedenti allatis illu„stranda est: omnibus venari, piscari, margaritas „legere, vi naturalis libertatis licet, nec lege illa li„bertas sublata est: adeoque si unus populus exclu„ditur, ei fieri injuriam putat.

„d) (NON SI PERMISSA SUNT PER BENEFICIUM „RELAXANDO LEGEM:) Ut priori exemplo utar: „ponamus, omnes a jure piscandi, venandi, & mar„garitas legendi prohiberi lege publica, populum „autem postea (relaxando legem) omnes, uno exclu„so, admittere; hoc casu ex mente Authoris exclu„so non fieret injuria.

„e) (NAM IN BENEFICII NEGATIONE NULLA „EST INJURIA:) In priori ergo casu, quando ali„is aliquid permittitur vi libertatis naturalis, non es„se beneficium, indeque, si unus populus excluda„tur, ei injuriam fieri putat.

„f) (ATQUE ITA ARBITRAMUR CONCILIARI „POSSE, QUOD POST FRANCISCUM VICTORIAM „QUASI EI CONTRARIUS NOTAVIT MOLINA:) „Victoria in *Relect. 5. Sect. 3.* statuit, Hispanos „a Barbaris non potuisse excludi a participatione „illorum jurium, quæ civibus ac extraneis permit„tunt, ut aurum fodere &c. Molina id negat in „*Disp.* 105. Grotius dissensum hunc conciliari pos„se putat, posita illa distinctione: ut prior senten„tia vera sit, si Barbari aliis permittunt actus vi li„bertatis naturalis nulla lege sublatæ. Posterior, si „Barbari actus qui lege prohibiti erant permittunt „aliis per beneficium, relaxando legem, uno exclu„so. Quæ omnia satis refutavimus.

(AD §. XXIV.) Quæri solet, *an monopolia juri naturæ repugnent?* Resp. jure naturæ monopolia licita sunt; *non tantum ea* quæ ex ipsa natura rei sequuntur, uti si merces in una saltem provincia producuntur, quo pertinent aromata quædam in Insulis Moluccorum, Thus in Arabia, alumen apud Lipardos. *Diodor. Sic.* 5. 10. Vel si propter situm ex una civitate omnia comparari debent, uti olim omnes merces ex portu Alexandrino quærebantur; *Sed etiam ea* quæ pacto constituuntur:

§. XXIV.

Quæſitum memini an populo alicui liceat cum alio populo paciſci, [b] ut is populus certi generis fructus, qui alibi non naſcuntur, ſibi ſoli vendat. [c] Licere cenſeo, ſi is qui emit populus paratus ſit aliis vendere æquo pretio: [d] nam aliarum gentium non intereſt a quo emant quod ad deſideria naturæ attinet. [e] Lucrum autem alter alteri prævertere licite poteſt, [f] maxime ſi cauſa ſubſit, [g] ut ſi qui id ſtipulatus eſt populus alterum populum in ſuam tutelam receperit, ſumptusque eo nomine faciendos habeat. Talis autem coemtio, [h] eo quod dixi animo facta, [i] juri naturæ non repugnat, quanquam ſolet interdum [k] ob utilitatem publicam legibus civilibus prohiberi.

CAPUT III.

De acquiſitione originaria rerum, ubi de mari & fluminibus.

I. *Originariam acquiſitionem fieri per diviſionem aut occupationem.*
II. *Adjiciuntur hic alii modi, ut conceſſio juris incorporalis.*
III. *Item ſpecificatio.*
IV. *Occupatio duplex, ad imperium, ad dominium; quæ diſtinctio explicatur.*
V. *Occupationem mobilium lege poſſe anteverti.*
VI. *Quo jure nitatur dominium infantium & amentium.*
VII. *Flumina occupari poſſe.*
VIII. *An & mare.*
IX. *Olim in partibus Romani imperii id non licuiſſe.*
X. *Natura tamen jus non obſtare in parte maris quæ terris quaſi clauſa ſit.*
XI. *Quomodo talis occupatio fiat, quam diu duret.*
XII. *Talem occupationem jus non dare impediendi tranſitus innoxii.*
XIII. *Imperium in partem maris occupari poſſe & quomodo.*
XIV. *Vectigal navigantibus mari ex certis cauſis imponi poſſe.*

XV. *De*

Si nimirum plures gentes coëmunt merces, & conſtituunt, ſe non infra certam ſummam eas venditturos, vel, ſi gens quædam promittit ſe non niſi uni populo merces vendere velle. Nam unusquisque de ſuo jure prout lubet diſponere, adeoque & merces coëmere, & coemtas eo quo ſtatuit pretio, vel cui vult, vendere poteſt. Quanquam ex ratione politica id inter cives prohiberi ſoleat. *vid. tot. tit. Cod. de Monopoliis. & Reform. polit. de ann.* 1577.

„*b*) (UT IS POPULUS CERTI GENERIS FRUCTUS, „QUI ALIBI NON NASCUNTUR, SIBI SOLI VEN„DAT:) Exempla ſunt in Ruſſia, ubi Anglis ſolis „jus erat ad littora Septentrionalia appellendi, & „mercaturam exercendi. Cum igitur Dux Theodo„rus omnibus promiſcue extraneis liberum aditum „aperiret, ideo conqueſta eſt regina Angliæ apud „*Cambdenum P. 3. p.* 365. Simile pactum eſt apud „*Menoch. Conſil.* 901.

„*c*) (LICERE CENSEO, SI IS QUI EMIT POPU„LUS PARATUS SIT ALIIS VENDERE ÆQUO PRE„TIO:) Imo ſimpliciter id licet, quia quisque de „re ſua diſponere poteſt prout lubet, adeoque & „uni ſoli vendere: Hic emtor autem itidem jus ha„bet de ſua re diſponendi, & pretium rei ſuæ pro „lubitu conſtituendi.

„*d*) (NAM ALIARUM GENTIUM NON INTEREST, „A QUO EMANT QUOD AD DESIDERIA NATURÆ „ATTINET:) Imo hæc vera ratio non eſt, ſed quia „aliæ gentes jus in illas res non habent; adeoque „nec venditorem cogere poſſunt ut ipſis quoque „vendat, nec emtorem ut ipſis juſto pretio iterum „vendat.

„*e*) (LUCRUM AUTEM ALTER ALTERI PRÆVER„TERE LICITE POTEST:) Alteri plane non fit injuria, „nullum enim jus ei aufertur.

„*f*) (MAXIME SI CAUSA SUBSIT:) At dictum „jam eſt, excludi alios poſſe etiam ſine cauſa; ſuf„ficit enim quod alter cum iis contrahere nolit.

„*g*)(UT SI QUI ID STIPULATUS EST. &c.) Imo „etſi nihil promiſerit, nec ullos ſumtus fecerit.

„*h*) (EO QUO DIXI ANIMO:) Scl. ut paratus ſit „aliis æquo pretio vendere, quod jam rejecimus.

„*i*) (IURI NATURÆ NON REPUGNAT:) Non repu„gnat juri naturæ etſi non eo animo facta ſit coem„tio ut aliis æquo pretio vendat; nam prout par„tes de jure ſuo natura quæſito diſponunt, ita jus eſt.

„*k*) (OB UTILITATEM PUBLICAM LEGIBUS CI„VILIBUS PROHIBERI:) Intereſt enim reipublicæ „ut inter plures cives lucra dividantur, adeoque „commune ſit commodum, uti communia ſunt „onera. Atque hinc in omni bene ordinata Repu„blica ſevere admodum prohiberi ſolent monopo„polia. Conf. *Struv. ſyntag. jur. civ, exerc.* 23. §. 67.

a) SIN-

§. I.

[a] Singulari jure aliquid nostrum fit [b] acquisitione [c] originaria aut derivativa. Originaria acquisitio olim, cum genus humanum coire posset, fieri potuit etiam per divisionem, [d] ut diximus, [e] nunc per occupationem tantum.

§. II.

[a] Dicat forte aliquis, etiam concessione servitutis, [b] constitutione pignoris aliquid originarii acquiri: [c] sed recte expendenti appare-

„*a*) (SINGULARI JURE ALIQUID NOSTRUM FIT:) „Nam de eo quod nostrum fit communi hominum „jure, capite præcedenti egit, ai, quam infeliciter „notavimus ibidem.

b) (ACQUISITIONE ORIGINARIA AUT DERIVATIVA:) *Originaria* dicitur quia prima est, cum res ante in nullius fuerint potestate: quæ acquisitio explicatur in *Positione nostra jur. gent.* 5. *Derivativa* dicitur, quia res jam in potestate cujusdam fuit, & ex ea in alterius potestatem derivatur: quæ continetur in *Posit. jur. gent.* 17.

c) (ORIGINARIA ACQUISITIO OLIM, CUM GENUS HUMANUM COIRE POSSET, FIERI POTUIT ETIAM PER DIVISIONEM:) Figmentum hoc jam præcedenti capite refutavimus; diximus enim communionem rerum nunquam fuisse, adeoque nec divisionem earum institui potuisse: unicus igitur & originarius modus acquirendi dominii est occupatio rei nullius, omnes reliqui acquirendi modi sunt derivativi.

ADDITIO.

„Author supponit, natura res omnes hujus terræ „esse communes, ita, ut quilibet eas ad suos usus „arripere & consumere potuerit. *Lib.* 2. *c.* 2. §. 2. „Tum fingit, homines in illa communione non per„stitisse, sed divisionem rerum, & primo quidem „mobilium, postea immobilium instituisse: *d.* §. 2. „*n.* 2. 3. & 4. unde concludit, originarie acquisi„tionem fieri olim potuisse, & factam esse per divi„sionem. At in capite præcedenti observavimus, „1) non dari communionem rerum, adeoque frustra „de earum divisione quæri. 2) Verum non esse, hu„manum genus unquam aliquid divisisse, & in eum „finem coivisse. 3) Verum igitur non est, divisionem „esse modum acquirendi dominii originarium.

„*d*) (UT DIXIMUS:) *Cap. præced.* §. 2.

„*e*) (NUNC PER OCCUPATIONEM TANTUM:) „Quia enim humanum genus coire, & expresso „consensu divisionem instituere hodie amplius „non potest, Author putat tacito pacto gentes con„venisse, ut cuique occupare res terræ nondum di„visas liceret, indeque hodie inter gentes acquiri „dominium originarie per occupationem. *Simulatque enim communio displicuit*, (sunt verba Au„thoris in *cap. præced.* §. 2. *n.* 5.) *nec instituta est* „*divisio*, (sc. a genere humano) *censeri debet inter* „*omnes convenisse, ut, quod quisque occupasset, id* „*proprium haberet.* At hanc quoque conjecturam „ex tacito consensu humani generis desumtam, fa„bulam esse, nec ex ejusmodi fictionibus certi ali„quid, nedum jus naturæ, elici posse diximus. Cer„tissimum igitur est, OCCUPATIONEM esse unicum „& originarium acquirendi dominii modum, idque „non ex aliquo tacito consensu gentium, sed ex „ipso jure naturæ: Probavimus enim 1) res terræ „esse nullius. 2) Humano generi concessam esse „facultatem res illas occupandi. 3) Ex occupatio„ne acquiri dominium occupanti. 4) Vi hujus „dominii unumquemque de jure suo disponere „posse. *Diss. prooem. XII. p.* 252.

„*a*) (DICAT FORTE ALIQUIS, ETIAM CONCES„SIONE SERVITUTIS ALIQUID ORIGINARII AC„QUIRI:) Quia is, qui servitutem acquirit, utilita„tem aliquam acquirit in re aliena, quod jus antea „nemini proprium fuit.

„*b*) (CONSTITUTIONE PIGNORIS:) Quia credi„tor securitatem, adeoque jus aliquod in re aliena „acquirit, quod itidem antea non extitit.

c) (SED RECTE EXPENDENTI APPAREBIT, IN JUS NOVUM NON ESSE:) Author sibi format objectionem contra thesin a se propositam. *Originariam* scl. *acquisitionem tantum fieri per occupationem.* Instat, inquam, acquisitionem servitutis & pignoris videri quoque originariam, quia servitus & pignus novum jus indigitant, quod antea non extitit. Resp. Constitutio sive servitutis, sive pignoris, non est acquisitio originaria; Dominus enim rei, qui constituit servitutem vel pignus, id facit jure dominii per occupationem quæsiti; vi hujus dominii omnia jura in re exercet, adeoque & facultas de re illa disponendi sub originario jure occupandi continetur.

Unde apparet, his casibus jus domino competens nomen saltem mutare, rem eandem manere. Si proinde dominus possessionem rei suæ securitatis causa in alterum transfert, hic effectus dominii pignus dicitur: si jus utendi, quod domini erat, vicino,

vicino prædio communicatur, hoc jus a dominio separatum, & seorsum spectatum, dicitur servitus.

Quæstio hic moveri potest, *An servitutes naturales dentur?* Equidem regulariter id negamus: quia natura nemo jus in re aliena habet, sed tantum in sua, adeoque omnes servitutes demum oriuntur ex dispositione hominum. Una tamen species servitutis natura constituta est, quæ originaria vocari potest, scl. quando inferius prædium tenetur recipere aquam e superiori. *L. 2. pr. ff. Aqua pluv.* ibi: *Tria sunt, per qua inferior locus superiori servit, Lex, natura, loci vetustas.* Hæc ergo servitus naturalis dicitur *in L. 1. §. pr. ff. de aqua pluvia:* ibi, *semper enim hanc esse servitutem prædiorum inferiorum, ut natura profluentem aquam recipiant. Et in §. ult. Eod.* ibi: *si tamen non sit lex dicta agro, agri naturam esse servandam, & semper inferiorem servire superiori.* Idque probatur ex *Posit. Juris Gent. IV. n. 2. & 3.* ideo enim alveos, littora, & ripas natura constituit, ut intra eas decurrat aqua, nec inundetur terra; hic ergo finis riparum naturalis est, cujus effectus in eo consistit, ut inferior serviens nihil, neque in suo neque in alieno, facere possit quo cursus ille in præjudicium superioris vel impediatur vel mutetur. Hinc princeps territorii inferioris non potest extra suos fines aliquid facere, ne flumen e superiori territorio ad suum defluat, eoque superioris territorium inundet, aut, ut aliter cum noxa fluat ac natura duxit, de quo plenius *infr. c. XI.* agitur. Et hoc fundamento nititur interdictum in toto titulo. *Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter fluat aqua.*

ADDITIO.

„De his servitutibus naturalibus theses quasdam publici juris fecit B. Parens (vid. *Vol. I. Disp. p.177.*) quas hic inserere licebit.

DE SERVITUTIBUS NATURALIBUS.

Non tantum jus & libera facultas hominis in res suas a natura est, sed & juris & libertatis illius inter vicinos quædam privatio; quæ nihil aliud est quam servitus.

„Natura enim, vicinorum consuetudines ac officia devinctura, commoda eorum mutuis necessitatibus ita junxit, ut sæpe, quam uni commoditatem negavit, eam alter ex necessitate, ac natura prædii sui, præstare alteri cogeretur. Est igitur *servitus naturalis, qua prædium ex necessitate naturæ suæ a prædio vicino aliquid pati & excipere cogitur;* neque ea tantum inter vicinos privatos, sed & inter territoria & populos vicinos locum habet, ut scl. vicini vicinorum commodis *inservire per naturam cogantur,* adeoque natura ipsa servitutem iis imponat.

„Talis initio servitus est fluminis in alicujus fundo vel territorio orti, aut illas transeuntis ad vicinum decursus; hactenus enim inferior vicinus naturaliter servit superiori, ut ab ipso flumen, qua illud naturalem suum cursum continuat, fundo suo excipere cogatur, quod incommodum compensatur populo piscatione, aliisque usibus.

„Non igitur potest vicinus inferior aggeribus, aut aliis obstaculis cum damno superioris naturalem fluminis impedire cursum: adeo, ut talis contra naturæ institutum tentata obstructio omnino justam belli causam præbeat.

„Hinc est, quod mutato naturali fluminis cursu prior alveus ad vicinos dominos redeat: quia scl. ejus usus, sublata servitute, iterum cum proprietate consolidatur.

„Hinc est, quod insula in flumine nata iisdem vicinis pro rata cedat, quia sc. liberata illa est a servitute fluminis ferendi, adeoque ad proprietatem pleno jure redit.

„Hinc quoque intelligitur, quantum sæpe ICti Romani a juris naturalis dispositione recesserint. Etsi enim & illi agnoverint servitutes naturales, cum tamen naturæ vim, Authore ejus non cognito, haut intellexerint, non mirum, sæpius eos in determinandis naturæ institutis ac juribus hallucinatos esse. Male igitur insularum & alveorum jura ad modos acquirendi dominii retulere, vel vicinis acquiri dixere, quia nunquam dominium a vicinis abiit, sed salva proprietate solus usus servitute ablatus fuit, qua sublata usus proprietatis iterum coaluit; est enim alveus pars vicini prædii, qua cursu naturali fluminis abrepta prædium ea parte servit.

„Male ICti Cajus & Alphenus agrum a flumine totum occupatum, & postea relictum addicunt vicinis prædiis, cum proprietas non abierit a veteri domino, sed usus & possessio. Unde difficultas illa Caji, qui ex vitiosa sua ratione vitiosum jus deducens, illud usu non obtinere confessus est.

„Male Proculus in casu *L. 56. §. 1. A. Rer. dom.* novum alveum a flumine relictum æqualiter utrique vicino tribuit:) Quia in illo casu constat, utrique prædium non æqualibus alvei spatiis servire, sed alveum, qua parte antea insula enata erat, jam tunc ad alterum vicinum rediisse: adeoque ea parte jam ante consolidatio facta fuit.

„Æqualiter autem tunc demum videtur utrique restituendus alveus, quando propter antiquitatem fluminis sciri non potest, cui prædio, & quousque alvei usus per flumen ablatus sit: in dubio ergo æqualiter dividendus videtur, quod & ICti statuunt.

„Sed nec hoc rationi convenit. Nam successoribus ejus domini, cui primum flumen partem fundi abstulit, (sive per successionem, sive per emtionem, aut alio titulo fundus ille ad ipsos perveniat) nunquam æstimatur ille fundus pro magnitudine, quæ continet partem alvei, nec quisquam volet, fundum flumini, imprimis majori, proximum sub hac æstimatione sibi adjudicari, sed tantum usque ad ripam. Fundo ergo ab alveo separato, alveus a privatorum dominio eximitur, & cum insulis nascentibus ad populum aut principem, qui vice populi est, jure pertinet. *Hactenus B. Par.*

„Si dicendum quod res est: ego servitutem naturalem facto naturæ constitutam non dari, sed jure Romano demum costitutum esse existimo, ut inferius prædium recipere teneatur aquam pluviam ex prædio superiori, nec cursum aquæ mutare possit. Sane ipsi ICti Romani hanc regulam statuunt: *non existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re in qua jure meo usus sum. l. 24. §. fin. ff damn. inf. l. 35. Reg. jur.* Si igitur manu mea in fundo meo aliquid facio, quo aliter aqua pluvia flueret ac natura soleret, indeque damnum superiori prædio

parebit id jus novum non esse [d] nisi modo: [e] nam virtute ipsa inerat in dominio domini.

§. III.

„dio contingit, injuria ei non fit, quia jure meo
„utor.
„Neque obstat effatum Ulpiani in *l. 1. §. 22. de*
„*Aqua pluvia &c. Semper hanc esse servitutem in-*
„*feriorum prædiorum, ut natura profluentem aquam*
„*excipiant.* Et in §. 23. *eod. Agri naturam esse ut in-*
„*ferior superiori serviat.* Hinc in *l. 2. pr. eod.* lo-
„cum inferiorem servire superiori, ait, non tantum
„lege, & vetustate, sed etiam *natura*: Resp. JCtus
„innuit saltem inferiorum prædiorum hanc esse na-
„turam, i.e. situm, ut superioribus serviant, &
„aquam inde profluentem excipiant: Non vero ut
„possessor loci præcise eam excipere teneatur, nam
„ex solo situ superiori nullum jus competit prohi-
„bendi inferiorem, quo minus in suo fundo cur-
„sum aquæ mutare possit, hic enim jure suo uti-
„tur. *d. L.* 55. Sed & ratio quam JCtus allegat,
„(*quod scl. hoc incommodum naturaliter pati infe-*
„*rior ager a superiori, compensarique debeat cum*
„*alio commodo: Sicut enim omnis pinguedo terræ*
„*ad eum decurrat, ita etiam incommodum aquæ ad*
„*eum defluat*:) satis indigitat, hanc constitutionem
„mere civilem esse, & ex illa æquitate oriri, quod qui
„commodum habet etiam incommodum suscipere
„teneatur: Denique vel ex exceptionibus JCtorum
„apparet, servitutem hanc a situ loci, adeoque im-
„proprie naturalem dictam, jus non dare superiori
„in inferiorem. Illi enim cursum aquæ etiam
„cum damno superioris mutari posse ajunt, *a*) si
„agri colendi causa id fiat. *L. 1. §. 3. 12 & 15. L.*
„*24. ff. Aqua pluv.* *b*) Si non damnum superiori
„infertur, sed utilitas saltem ei detrahitur. *L.* 1. §.
„21. *Aqua pluv. L.* 26. *ff. Damni inf.* Si vero si-
„tus ille loci superiori veram servitutem daret, in-
„ferior nunquam aliquid facere posset quo utilitas
„superioris minueretur. Unde apparet, tunc de-
„mum actionem aquæ pluviæ arcendæ locum ha-
„bere, cum dolo & ex mera malitia aquæ cursus
„mutatur. *L. 1. §. 11. & 12. Aqua pluv.* quæ pœna
„ex jure statutario oritur.
„Cæterum B. Parens notat JCtos Romanos, quod
„acquisitiones per insulam, alveum derelictum, &c.
„inter modos acquirendi dominii referant; cum
„insulæ & alvei jam ante ad vicinos pertinuerint,
„& usus saltem per cursum aquæ impeditus fuerit:
„Indeque has res non noviter acquiri, sed proprie-
„tatem vicinorum manere putat. At notandum
„est, nec JCtos Romanos statuisse ea loca, quæ vi-
„cinis semel assignata fuere, noviter acquiri: In-
„crementa enim fluvialia cessant in agris limitatis,
„& dominium solum acquiritur in insulas, al-
„veos, &c. si agri sunt arcifinii, adeoque si flumen
„ipsum assignatum est: Quod plenius examinavi-
„mus in *Differt. Prooem. XII. §. 84. seqq.* Sane
„B. Parens in posterioribus meditationibus ipse
„mutavit sententiam. *Vid. infr. c. 8. §. 8.*

d) (NISI MODO:) Rectius, nisi nomine: nam est ipsum jus dominii, quod ex dispositione domini aliud & separatum nomen accepit.

e) (NAM VIRTUTE IPSA INERAT DOMINIO DOMINI:) Quia qui dominus est rei omnia jura rei cohærentia tenet, quæ proinde mediante sua dispositione in alium transferre potest. Plenius Author hoc explicat infra *§. 19. n. 2.*

ADDITIO.

„Grotius *servitutem* & *pignus* non esse modum
„*acquirendi jus* quoddam *in re originarum*, imo
„nec novum jus esse, nisi modo, inde probat: *quia*
„*virtute ipsa in dominio domini inessent.* Hinc *ju-*
„*ra illa* refert inter modos acquirendi derivativos,
„ubi plenus dominus partem sui dominii in alium
„transfert. *vid. infr. c.* 6. §. 1. *n.* 1. Atque hæc
„ratio est cur *servitutes* & *pignora* inter dominia
„minus plena referat. *l.* 1. *c.* 1. §. 5. *l.* 2. *c.* 3. §. 19.
„At alibi probavimus *servitutem* & *pignus* natu-
„rali ratione non ad jura in re, nedum ad domi-
„nia minus plena referri posse: adeoque domi-
„nium minus plenum, seu jus in re, nec origina-
„rie nec derivative per constitutionem servitutis &
„pignoris acquiri: *Differt. Prooem. XII §. 302. seq.*
„*306. seq.* indeque Grotium male jura illa referre
„ad id *quod nostrum est. Vid. supr.* §. 1.
„Rectius igitur ea referuntur ad id *quod nobis*
„*debetur* (*Vid. l. 2. c. 1. §. 2. n. 1. junct. c. 11. §. 1.*)
„ex obligatione scl. personæ: utpote cum jure na-
„turæ prædio vicino per *servitutem* sola utilitas
„quæ ex vicinia oritur, & per *pignus* sola possessio
„rei in securitatem debiti, NB. pacto concedatur:
„Hoc jus igitur non magis reale est quam commo-
„datum, quo pariter usus rei alienæ nobis permit-
„titur.
„Certissimum igitur est, *jus* quidem *novum* hic
„esse intuitu prædii dominantis & creditoris, sed
„personale non reale: quod scl. dominus rei, cui fa-
„cultas competit de re sua disponendi, pacto &
„consensu in alium transfert.

a) (AD §. III.) Author recte ait, specificationem, accessionem, confusionem, commixtionem non esse modos acquirendi ordinarios: nam substantia rei non mutatur, sed qualitas saltem & forma, adeoque mutatio saltem est accidentalis. *vid. infra c. 8.* Romanorum hoc dogma ex erroneo illo principio Philosophorum originem traxit, quod forma det esse rei, utpote cum id, quod nunc factum est, antea nullius videatur fuisse. Atque in hac sententia erant Proculiani, & præcipue Peripathetici, qui formam substantialem finxerunt. At Sabiniani contrarium statuebant, & merito, asserentes, rei substantiam non in forma sed in corpore consistere, quod Democritus quoque statuit, & a Cartesio revocatum est, de quo plenius infra *cap. VIII.* agemus.

ADDITIO.

„Nos alibi probavimus, omnes hos modos esse
„modos acquirendi originarios, (quia sunt species
„occupationis) non quidem ratione materiæ, sed
„ratione formæ, quæ, cum nova sit, & nunquam
„domino rei propria fuerit, merito cedit occupan-

 ti,

§. III.

L. Possideri 3. §. Genera. 21. de acq. poss.

Paulus Jurisconsultus [b] acquirendi causis & [c] hanc annumerat, quæ maxime videtur naturalis, [d] si quid ipsi ut in rerum natura esset fecimus. Sed cum naturaliter nihil fiat nisi ex materia prius existente, [e] ea si nostra fuerit continuabitur dominium specie introducta: [f] si nullius, ad occupationis genus hæc acquisitio pertinebit: [g] sin aliena, jam naturaliter nobis solis eam non acquiri [h] infra apparebit.

§. IV.

1. De occupatione ergo [a] quæ post prima illa tempora solus est naturalis [b] & originarius modus, videndum est nobis. In his autem quæ propriæ nullius sunt [c] duo sunt occupabilia, imperium & dominium [d] quatenus ab imperio distinguitur. Seneca ita hæc duo

„ti, seu facienti, ea tamen lege ut pretium materiæ domino restituat. *vid. Differt. Prooem. XII. §. 264.*

„b) (ACQUIRENDI CAUSIS:) Scl. originariis.

„c) (HANC ANNUMERAT:) Adeoque occupatio „non videtur esse unicus acquirendi modus origi„narius, in quo consistit tota objectionis vis.

„d) (SI QUID IPSI, UT IN RERUM NATORA ESSET, FECIMUS:) Nam nunc fit aliquid, quod an„tea nullius fuisse videtur. *L. 3. §. 1. Acquir. pos„sess.*

„e) (EA SI NOSTRA FUERIT CONTINUABITUR:) „Sensus est, quod is, qui ex materia aliena novam „speciem conficit, qualitatem saltem rei mutet „(substantia enim eadem est) indeque non novam „videri acquisitionem, sed primæ acquisitionis con„tinuationem; quin ipsam formam jam fuisse par„tem dominii ait, eaque mutata alio saltem nomi„ne rem vocari.

„f) (SI NULLIUS, AD OCCUPATIONIS GENUS „HÆC ACQUISITIO PERTINEBIT:) Si ex re quæ in „nullius dominio est specem facio, jure occupa„tionis & materiam mihi acquiro, & speciem „quam jure dominii inde confeci.

„g) (SIN ALIENA, JAM NATURALITER NOBIS „SOLIS EAM NON ACQUIRI:) Imo, si nova spe„cies fit quæ ad pristinam formam redire nequit, „hæc ipsa species nova res est, quæ nunquam ma„teriæ domino fuit propria. Sane mutata specie „rem interire ipse Author statuit *Lib. 2. c. 9. §. 6. „& cap. 21. §. 7. n. 2.*

„h) (INFRA APPAREBIT:) *Cap. 8. §. 19.* ubi ex „professo hæc materia tractatur. *Confer. Differt. „Prooem. XII. §. 264.*

a) (QUÆ POST PRIMA ILLA TEMPORA SOLUS EST NATURALIS:) i. e. post divisionem primævam: sed sæpius dictum est, nullam fuisse primævam communionem, adeoque nec divisionem. Præter occupationem ergo alius acquirendi dominii modus naturalis non existit.

ADDITIO.

„Ex hypothesi Authoris originarie sola *divisio* „erat modus acquirendi dominii, quia res commu„nis non nisi communi consensu in unius potesta„tem redigi potest. At, quia homines hodie am„plius convenire, adeoque nec dividere res com„munes possunt, ipse per conjecturam censet, ta„cito pacto inter homines convenisse, ut quod „quisque occupasset jure proprio haberet. *vid. c. „2. §. 2. per tot. & supr. not. ad* §. 1. Atque hinc „concludit, hodie *occupationem* unicum & solum „modum acquirendi dominii esse. *Vid. supra* §. 1. „*Add. Diss. prooem. VI. §. 9. usque ad §. 13.*

„At figmentum hoc plenius refutavimus in ca„pite præcedenti, & *supra* §. 1. ubi simul demonstra„vimus, jus occupandi res terræ non demum ex „divisione rerum, nec postea ex tacito humani ge„neris pacto, sed ex ipsa naturæ concessione ori„ginem sumsisse. *Vid. Diss. prooem. XII. §. 552. seq.*

b) (ET ORIGINARIUS SIT MODUS:) Author concedit esse modum originarium, sed non primævum: nam putat occupationem *divisioni* esse surrogatam, indeque *hodie* saltem esse modum originarium. Quod jam refutavimus.

c) (DUO SUNT OCCUPABILIA, IMPERIUM ET DOMINIUM:) Author id jam supra explicavit. *L. 2. c. 2. §. 4.* Duplicem nimirum esse occupationem, aliam per *universitatem*, aliam per *fundos*; vel quod idem est, aliam *publicam*, aliam *privatam*. Sub *illa* continentur omnia jura publica (i. e. imperium) intra fines territorii occupati, etiam in personas, & singulas res intra illos fines comprehensas. Quando autem singulæ hæ res describuntur inter privatos, hæc occupatio *privata* dicitur. Unde quod in singulos non est descriptum, manet sub occupatione universali.

ADDITIO.

„Imo juxta principia Grotii tria sunt occupa„bilia: 1) imperium, 2) dominium generale & pri„vatum, quod populo competere ait, *vid. supra „c. 2. §. 4.*) 3) dominium singulorum: At tale „dominium generale non dari probavimus. *dict. „loc.* Differentiam autem Imperii & dominii expli„cavimus in *Differt. prooem. XII. §. 236.*

d) QUATENUS AB IMPERIO DISTINGUITUR:) Author enim etiam Imperium dominii speciem facit, illudque vocat dominium eminens: sed optime monet

duo expressit: [e] *Ad reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas.* Dion Prusæensis hoc modo: ἡ χώρα τῆς πόλεως ἀλλ' ἐδὲν ἧττον τῶν κεκτημένον ἕκαςος κύριος ἐςι τῷ ἑαυτῷ: *Regio civitatis est: at non minus in ea suum quisque possidet.* [f] Imperium duas solet habere materias sibi subjacentes, primariam personas, [g] quæ materia sola interdum sufficit, [h] ut in exercitu virorum, mulierum, puerorum quærente novas sedes; & secundariam, [i] locum, qui territorium dicitur. de benef. VII, 4 Orat XXXI p. 334. D.

2. [k] Quanquam autem plerumque uno actu quæri solent imperium & dominium, [l] sunt tamen distincta: [m] ideoque dominium non in cives tantum, sed & in extraneos transit, [n] manente penes quem fuit imperio. [o] Siculus libro de conditionibus agrorum: *Auctores assigna-*

net, non confundi debere cum dominio privato. Ego supra notavi, ab ejusmodi vocibus, quæ facile abusum inferre possint, abstinendum.

e) (Grot.) (AD REGES POTESTAS OMNIUM PERTINET, AD SINGULOS PROPRIETAS:) Locus est libro VII. de Beneficiis c. IV. sequitur c. v. *Omnia rex imperio possidet, singuli dominio* & c. VI. *Cæsar omnia habet: fiscus ejus privata tantum ac sua.* Symmachus X. epist. 54. *Omnia regitis, sed suum cuique servatis.* Philo libro περὶ Φυτεργίας. p. 222. οἱ βασιλεῖς καὶ τὸν κατὰ τὴν χώραν ἁπάντων ὄντες κτημάτων δεσπόται, καὶ ὅσων ἐπικρατεῖν οἱ ἰδιῶται δοκῶσι μέχρι ταῦτα ἔχειν νομίζονται ἅπερ ἐπιτρόποις καὶ ἐπιμεληταῖς ἐγχείρισαιεν, ἀφ' ὧν ἐκαὶ τὰς ἐτησίες προσόδες ἐκλέγεσιν: *Reges cum sint domini omnium quæ in ipsorum sunt ditione, etiam eorum quæ a privatis possidentur, tamen videntur ea tantum habere quæ procuratoribus & rationalibus suis dispensanda committunt, a quibus annuos recipiunt proventus.* Plinius Panegyrico: *tandem imperium principis quam patrimonium majus est. c. 50.*

ADDITIO.

Rectius: ad civitatem totam proprietas totius territorii pertinet, ad privatos proprietas singularum rerum, quatenus in privatos distributæ sunt: quod Dio Prusæensis in allegato ab Authore loco recte explicavit.

ADDITIO.

„Nec Seneca, nec Dio Prusæensis statuunt per oc„cupationem populi etiam dominium aliquod gene„rale acquiri, ad eum effectum, ut ea quæ populus „singulis non assignat, in dominio populi maneant: „Populus enim per occupationem territorii nil nisi „imperium acquirit, ipsa terra, & res ibi comprehen„sæ, nullius sunt, i. e. in nullius proprietate: Si pro„inde quædam res a privatis occupantur, illæ qui„dem desinunt esse nullius, at quæ non occupan„tur manent nullius, donec vel ipse populus vel „privati res illas in corporalem potestatem redigant, „eoque suas faciant: Dixi autem imperantem posse „prohibere, ne absque ejus consensu res quæ nul„lius sunt occupentur:

„*f*) (IMPERIUM DUAS SOLET HABERE MATERI„AS SIBI SUBJACENTES:) Scil: personas, quibus im„peramus; & aliquando territorium, intra cujus „fines imperamus. Illas Author *supra Lib. 1. c. 3. „§. 7.* vocavit subjectum commune; hoc subjectum „proprium. Quam distinctionem plenius ibidem „examinavimus.

„*g*) (QUÆ MATERIA SOLA INTERDUM SUFFI„CIT:) Adeoque imperium potest esse sine territo„rio, at non sine personis. Imperium enim juris „tuendi causa est constitutum, jus autem non obti„net nisi inter homines.

„*h*) (UT IN EXERCITU VIRORUM, MULIERUM, PU„ERORUM, QUÆRENTE NOVAS SEDES:) De qua re „plenius infra *L. 2. c. 9. §. 7.* agemus.

„*i*) (LOCUM, QUI TERRITORIUM DICITUR:) Et „quasi domus illius populi, quæ tamen abesse pot„est, ut ante diximus.

„*k*) (QUANQUAM AUTEM PLERUMQUE UNO ACTU „QUÆRI SOLENT IMPERIUM ET DOMINIUM:) Depen„det hoc ab animo occupantis. Si enim occupantes „præter imperium etiam singulas terræ partes oc„cupant, & in corporalem potestatem redigunt, hoc „casu omnino uno actu & dominium quæritur & „imperium. Si vero populus per occupationem ge„neralem saltem certos sibi imperii fines constituit, & „quasdam res intra hos fines in singulos distribuit, „quasdam incultas relinquit hoc casu dominium; „seu proprietas illarum rerum, quæ in singulos di„stributæ non sunt, nullius est, eoque cedit occu„panti: Hinc apud Romanos adespota, feræ, in„venta in littore &c. nullius i. e. in nullius bonis „esse dicuntur. *Vid. Dissert. Prooem. XII. §. 165.*

l) (Grot.) (SUNT TAMEN DISTINCTA:) Itaque & Apollodorum videas, tum Arcadiæ tum Atticæ terras divisas, uno retinente πᾶν τὸ κράτος omne imperium. *Bibl. l. 3. c. 9. § 1 & cap. 14. §. 6.*

ADDITIO.

„Aliud enim jus oritur ex occupatione imperii, „aliud ex occupatione proprietatis, de quo statim.

„*m*) (IDEOQUE DOMINIUM NON IN CIVES TAN„TUM, SED ET IN EXTRANEOS TRANSIT:) Ita, „ut dominium rerum adscribi possit aliis, qui sub „imperio nostro non degunt.

„*n*) (MANENTE PENES QUEM FUIT IMPERIO:) „In illam scilicet rem, quæ extraneis adscripta est.

„*o*) (SICULUS LIBRO DE CONDITIONIBUS AGRO„RUM:)

gnationis, divisionisque, non sufficientibus agris coloniarum, quos ex vicinis territoriis sumsissent, assignaverunt quidem futuris civibus coloniarum: Sed jurisdictio in agris, qui assignati sunt penes eos remansit, ex quorum territorio sumpti sunt. [p] Demosthenes oratione de Haloneso agros, qui eorum sunt quorum est territorium vocat [q] ἐγκτήματα qui alieno κτήματα.

§. V.

[a] In loco autem cujus imperium jam occupatum est, [b] jus occupandi [c] res mobiles anteverti posse lege civili supra diximus. [d] Est enim hoc jus ex jure naturæ permittente, [e] non præcipiente, [f] ut liceat semper. [g] Neque enim id requirit humana societas. Quod si quis dicat [h] videri jus gentium esse ut id liceat, [i] respondebo, etiamsi in aliqua parte orbis id communiter ita receptum sit, aut fuerit, [k] non tamen habere vim pacti inter gentes, [l] sed esse jus civile plurium

„RUM:) Similia leguntur apud *Hyginum de Limi-„tib. constit. p. m. 206. & 208*

„Romani, novam Coloniam constituentes, non „sufficientibus agris ex vicinis territoriis agros su-„mebant, eosque colonis assignabant: hoc casu „proprietas erat colonorum, jurisdictio in agros „vero manebat penes eos, ex quorum territorio „desiunti sunt agri.

„p) (DEMOSTHENES ORATIONE:) Imo ea non „esse Demosthenis, sed Hegesippi creditur. vid. „*Oeuvres de Tourcuil. P. 2. p. 389.*

„q) (Εγκτήματα:) A κτήομαι possideo.

„a) (IN LOCO AUTEM, CUJUS IMPERIUM OCCU-„PATUM JAM EST:) Adeoque ubi imperans jus le-„gem dandi habet.

b) (JUS OCCUPANDI LEGE CIVILI ANTEVERTI POSSE:) Mens Authoris est, quod lege civili impediri possit ne singulæ res, etsi in nullius proprietate sint, in singulorum transeant potestatem: quia omnes, qui intra fines territorii imperantis sunt, legibus ejus parere tenentur.

„c) (RES MOBILES:) Imo etiam res immobiles: „Ita enim absque Prætoris consensu nemini licet „ædificium exstruere in littore. *l. 50. ff. A. R. D.*

„d) (EST ENIM HOC JUS EX JURE NATURÆ „PERMITTENTE:) Ea autem, quæ natura permit-„tit, lege civili subditis prohiberi possunt, ne li-„ceant. *Lib. 1. c. 2. §. 5. n. 1.*

„e) (NON PRÆCIPIENTE:) Jura enim naturæ „præceptiva sunt immutabilia. *vid. supra L. 1. c. 1.* „*§. 10. & c. 2. §. 5. n. 1.*

„f) (UT LICEAT SEMPER:) i. e. ut impediri „nequeat.

„g) (NEQUE ENIM ID REQUIRIT SOCIETAS „HUMANA:) Mens est, non contrariari societati „humanæ, si lex civilis prohibet occupationem re-„rum. At 1) ratio hæc nihil probat, cum sæpius „jam dictum sit non dari societatem humanam, „adeoque 2) frustra quæri, an talis lex civilis ei „contrarietur. Vera ratio est 3) quod effectus im-„perii sit, ut liceat intra fines territorii occupati „leges dicere tum civibus, tum extraneis; adeoque „etiam talem legem, ne absque superioris authori-„tate & decreto res, quæ in singulos distributæ non „sunt, occupentur.

h) (VIDERI JUS GENTIUM ESSE, UT ID LICEAT:) i. e. videri inter gentes communi consensu decretum esse, ut quilibet venari possit: adeoque hactenus non esse jus permissivum, sed præceptivum, quod impediri nequeat.

„i) (RESPONDEBO:) Objectio ipsa inanis est, „quia jus gentium, quale Author hic innuit, non „datur: adeoque frustra quis diceret jure gentium „prohiberi, quod non existit. Sed magis inanis est „responsio: Quasi licentia venandi non sit ex jure „gentium latius patente, quod vim pacti inter gen-„tes habet, sed ex jure gentium arctiori, seu jure „civili plurium gentium:

„Negamus enim dari jus gentium voluntarium, „sive latius patens sive arctius. *Vid. Differt. prooem.* „*IV.* Dicendum potius est, jus capiendi feras esse „ex vero jure naturali, & rem ita captam, quia „nullius est, fieri capientis: Imperantem autem vi „imperii prohibere hanc libertatem posse.

„k) (NON TAMEN HABERE VIM PACTI INTER „GENTES:) Id enim demum verum jus gentium „esse ait, quod tanquam ex condicto, & cum mu-„tua obligatione, inter gentes receptum est: *Differt.* „*prooem. IV. §.* 10. & quod Authori voce *juris* „*gentium latius patentis* venire diximus *ibidem.*

„l) (SED ESSE JUS CIVILE PLURIUM GENTIUM „&c.) Quod *jus gentium arctius* vocat, quia non „ex condicto, nec cum mutua obligatione rece-„ptum est; nec respicit utilitatem magnæ illius ci-„vitatis, sed coetus singulorum. *Dict. Diss. prooem.* „*XII. §. 24. seqq.*

„Cæte-

rium gentium distributim, m quod a singulis tolli potest. n Et alia multa sunt quæ juris gentium vocant jurisconsulti, o ubi de rerum divisione p & acquirendo dominio agitur.

§ VI.

„Cæterum hæc jura gentium confundi sæpius „ait, *dict. Differt. XII. §. 25.* indeque rite distinguenda esse passim monet. *vid. Grot. L. 1. c. 1. §. 14. l. 2. c. 8. §. 1. n. 2. & §. 26. Proleg. 53. L. 3. c. 1. §. 8. n. 2.* Quæ omnia gratis dicuntur.

„m) (QUOD A SINGULIS TOLLI POTEST:) Etiam inconsultis aliis populis. *L. 2. c. 8. §. 1. n. 2.* „Rationem Grotius hanc reddit, quod sit merum „jus civile singulorum populorum: *Vid. Dict. diff. IV. §. 26.*

„n) (ET ALIA MULTA SUNT, QUÆ JURIS GENTIUM VOCANT JCTI:) i. e. juris gentium latius „patentis, quæ tantum esse juris gentium arctioris „Grotius existimat, atque ideo mutari posse putat. „Author id jam *in prolegomenis §. 53.* innuit, & „repetit infra *l. 2. c. 8. §. 1. n. 1.* idque inprimis circa „*rerum divisiones, & acquisitiones dominiorum* contigisse ait: At mox demonstrabimus, & rerum „divisiones, & modos acquirendi dominia, qui a „JCtis juri gentium tribuuntur, nullatenus ad jus „gentium voluntarium, neque latius patens neque „arctius, referri posse, sed verum esse jus naturæ.

„o) (UBI DE RERUM DIVISIONE &c.) Imperator, „postquam res dividit in *communes, publicas, (jure gentium) universitati, & nullius. pr. Inst. Rer. Div.* ad publicas jure gentium refert mare, *§. 4. Inst. Rer. Div.* flumina, *l. 30. §. 1. ff. A. R. D. l. 3. ff. Flum. §. 2. §. 3. Inst. R. D. l. 4. §. 1. R. D.* „ripas, *l. 5. ff. Rer. Div.* & littora. *L. 24. pr. ff. A. R. D.* Atque ideo omnibus gentibus ea patere „ait. *l. 4. §. 1. l. 5. ff. de rer. div. l. 24. pr. damn. inf. l. 1. §. 18. op. nov. nunc.*

„Author existimat, JCtos hic loqui de *jure gentium arctiori*, seu de jure civili plurium gentium: „quod verum non esse demonstrabimus *infra §. 9. & seqq.* Sane usum maris, fluminum, & littorum, „communem & jure gentium publicum esse, ac „omnibus patere, naturæ rationibus probavimus *in Differt. Prooem. XII. §. 218. seqq.*

„Certissimum igitur est, *res jure gentium publicas* neque esse ex jure gentium latius patente, neque ex jure gentium arctiori, sed ex ipso „jure naturæ; indeque injuria vapulare JCtos Romanos.

„Cæterum alibi probavimus, Tribonianum male „distinguere inter res *communes & publicas:* Nam „JCti res publicas jure gentium sub rebus communibus comprehenderunt. *Vid. Differt. Prooem. XII. §. 215.*

„p) (ET ACQUIRENDO RERUM DOMINIO AGITUR:) JCti Romani inter modos acquirendi *juris gentium* referunt occupationem ferarum, inventionem thesauri, aliarumque rerum hero carentium, alluvionem, crustam, insulam, alveum, „specificationem, accessionem, confusionem, commixtionem. *tot. tit. Instit. & ff. de Rer. div. tot. tit. ff. de A. rer. dom.* Author negat hos esse modos „acquirendi juris gentium proprie sic dicti, seu juris gentium voluntarii latius patentis; sed ait hos „modos vel esse juris naturalis procerto rerum statu, quod demum sequitur introductum dominium; „vel esse juris gentium arctioris. *Lib. 2. c. 8. §. 1. seqq.* At omnes hos acquirendi modos esse ex „ipso jure naturæ, vidimus in *Differt. prooem. XII. §. 243. & seqq.* & porro probabimus *d. c. 8. §. 1. seqq.* Simulque demonstrabimus Romanos per jus gentium intelligere ipsum jus naturæ.

(AD §. VI.) Cum de modis acquirendi dominii naturali hoc capite agatur, merito quæritur, *quinam natura acquirere dominium possint?* Et generaliter dicimus, omnes homines. An ergo infantes quoque & furiosi? Negat hoc Author, & jure gentium demum voluntario statutum esse fingit, ut acquirere dominium possint, humanum genus autem interim sustineat eorum personam. quæ sententia omni ratione caret: Confundit Author *dominium* cum ejus *administratione.* Dominium consistit in facultate occupandi res nullius, & iis utendi: hæc autem facultas omnino etiam infantibus & furiosis competit, nam & illi quoque uti rebus possunt. Sane res omnes hominum causa, & in humani generis usum productæ sunt, infantes autem & furiosi sunt pars generis humani. Neque enim societas humana conservari potest, nisi infantibus competeret jus utendi rebus terræ; unde enim vivere & ad maturitatem educari possent, nisi jus naturale in res hujus terræ haberent: Cum igitur id maxime a natura sit, ut infans vivat & ad maturitatem perveniat, dominia quoque eorum a natura sunt, sine quibus id obtineri nequit. *Posit. IV. n. 4.* Sed et jus succedendi, (unde dominium acquiritur hæredi,) liberis competit natura, hoc jus natura quæsitum ob immaturitatem ætatis ipsis auferri nequit, Præterea, de furioso negari nequit eum ante furorem dominium fuisse, nulla vero ratio dari potest cur ob supervenientem calamitatem furiosus id jus amittere debeat.

Objicitur 1) dominium esse vocem juris, infantes vero & furiosos jurium esse incapaces. *Resp.* jurium permissivorum omnino sunt capaces, quo pertinet facultas acquirendi.

Objicitur 2) Quod etiam brutis hoc modo dominium tribuendum sit, quia illa quoque facultatem occupandi habent; *Resp.* Bruta juris & injuriæ natura sunt incapacia, adeoque & dominii; quod objectum requirit in quod jus cadere potest, quale solus est homo, licet ratio ejus vitiosa sit.

At *administratio* dominii in infantibus & furiosis cessat, adeoque effectus ille dominii, qui in facultate disponendi consistit, per ætatem ac furorem tollitur. Hæc enim facultas supponit usum

§. VI.

Notandum & hoc, [b] ſi ſolum jus naturale ſpectamus, [c] dominium non dari niſi in eo qui ratione utitur. [d] Sed jus gentium ob utilitatem communem introduxit, ut & infantes, & furioſi dominia accipere & retinere poſſent, [e] perſonam illorum interim quaſi ſuſtinente humano genere. Sed nimirum humana jura [f] multa conſtituere poſſunt præter naturam; contra naturam nihil. [g] Ideo dominium hoc, [h] quod favore infantium [i] & his [k] ſimilium, conſenſu gentium [l] humanius viventium introductum eſt, ſtat [m] intra actum primum, [n] nec ad actum ſecundum, ut loquuntur ſcholæ, poteſt pertingere, id

rationis, quæ in infantibus & furioſis non eſt. Adminiſtratio autem non pertinet ad ſubſtantiam dominii, nec ad uſum dominii ſubſtantialem, ſed ad accidentalem; atque hinc per alios quoque ſalvo dominio, & uſu dominii, peragi poteſt. Natura igitur officium hoc parentibus, iisque mortuis magiſtratui commiſit, qui nomine infantis occupare res nullius, & ejus jure de occupatis diſponere poſſunt.

ADDITIO.

„Author ſibi ipſi contrarius eſt: nam cum de „imperio ageret ſupra *Lib. 1. c. 3. §. 24.* diſtinxit „inter jus *dominii* & ejus *uſum*: priusque etiam in„fantibus & furioſis competere aſſeruit, *d. l.* adeo„que dicto loco jus dominii iis tribuit, ejus uſum „vero illis negat. At hæc quoque diſtinctio in ge„nere admitti non poteſt. Nam infantibus non tan„tum jus dominii, ſed & ejus uſus ſubſtantialis, qui „in utendo & conſumendo conſiſtit, competit; ſo„lusque accidentalis ejus uſus, qui in facultate diſ„ponendi & adminiſtrandi conſiſtit, ac rationem „ſupponit, impeditur: quem naturalis ratio alio „modo ſupplet, per parentes ſcilicet, &, iis defi„cientibus, per familiam, & magiſtratum.

„*b*) (SI SOLUM JUS NATURALE SPECTAMUS:) „Quod ex dictamine rectæ rationis fluit.

c) (DOMINIUM NON DARI, NISI IN EO QUI RATIONE UTITUR:) Non admittendum eſt, 1) quod ait, dominium non dari niſi in eo qui ratione utitur, cum jam demonſtratum ſit, jus dominii competere etiam infanti & furioſo. 2) Quod putat gentes moratiores ſaltem introduxiſſe, ut infantes & furioſi dominia accipere poſſint, repræſentante eos humano genere: Fabulam enim hanc jam exploſimus, & probavimus non jure gentium demum, ſed ipſa natura dictante infantes & dominium & uſum ejus, excepta adminiſtratione, habere poſſe. 3) Quod ait, dominium hoc tantum in actu primo conſiſtere, de quo mox. 4) Quod confundit dominium ejusque adminiſtrationem, cum illud etiam citra rationis uſum effectum habere poſſit, uti antea dictum eſt.

„*d*) (SED JUS GENTIUM OB UTILITATEM COM„MUNEM INTRODUXIT:) Tale jus gentium non da„tur, adeoque verum non eſt, jure gentium demum „dominium infantium introductum eſſe.

e) (PERSONAM ILLORUM QUASI SUSTINENTE GENERE HUMANO:) Dixi, naturam non fingere, ſed fictiones omnes ex jure poſitivo originem ducere. Si ex beneficio gentium id eſſet, iterum a gentibus auferri dominium poſſet. Sed nec opus eſt illa fictione, cum ipſa natura verum infantibus dederit dominium.

„*f*) (MULTA CONSTITUERE POSSUNT PRÆTER „NATURAM; SED NON CONTRA NATURAM:) Ex „hoc axiomate probat Author, non contrariari juri „naturæ ſi gentes infantibus dominium concedunt, „ſed id ſaltem eſſe præter naturam i. e. addi aliquid „naturæ: At dictum eſt, dominium infantium ab „ipſa natura, non vero a jure aliquo gentium eſſe, „quale non dari certum eſt,

g) (IDEO DOMINIUM HOC &c. STAT INTRA ACTUM PRIMUM;) Actus *primus* Philoſophis dicitur potentia, quæ nondum in actum eſt deducta. Actus *ſecundus* vero exercitium illius potentiæ. His præmiſſis dicimus, verum non eſſe hoc dominium intra actum primum ſtare, i. e. nominatas perſonas potentiam ſaltem dominii habere; infantes enim exercitium dominii quoque habent, adeoque & in actu ſecundo; illi enim quoque re utuntur, eamque conſumunt, in quo uſus ſubſtantialis dominii conſiſtit. Præterea 2) Author male actum ſecundum i. e. uſum dominii, ejusque exercitium, in facultate adminiſtrandi conſiſtere ait, hæc enim adminiſtratio quidem pertinet ad uſum dominii, ſed is uſus ſaltem eſt accidentalis, cum ſubſtantialis conſiſtat in conſumtione rei, qui uſus etiam infantibus proprius eſt:

„*h*) (QUOD FAVORE INFANTIUM:) Nam natu„rali jure non dari dominium dixit, niſi in iis, „qui ratione utuntur: adeoque gentes demum ex „favore pupillorum tale introduxiſſe fingit.

„*i*) (ET HIS SIMILIUM:) Ut furioſorum. *L. 1.* „*c. 3. §. 24.*

„*k*) CONSENSU GENTIUM:) Fingit enim, gen„tes voluiſſe ut perſonam eorum interim ſuſtineat „humanum genus.

„*l*) HUMANIUS VIVENTIUM:) Nam jus gentium „Authori eſt, quod gentes *moratiores* inter ſe con„ſtituerunt. *Proleg. §. 17. l. 1. c. 1. §. 14.*

„*m*) (INTRA ACTUM PRIMUM:) i. e. intra po„tentiam, ita, ut jus dominii ex conſenſu demum „gentium ipſis competat.

„*n*) (NEC AD ACTUM SECUNDUM &c. POTEST „PERTINGERE:) i. e. ad exercitium dominii, quod „verum non eſſe vidimus; nam actu utitur domi„nio infans dum rem conſumit.

o) (AT

id eſt, *o* ad habendi, non ad per ſe utendi jus pertinet. *p* Nam alienatio *q* & ſi qua huic ſunt ſimilia, in ipſa ſui natura includunt actum utentis ratione voluntatis, quæ in talibus exiſtere non poteſt. *r* Quo non male referas illud Pauli Apoſtoli, pupillum quanquam rerum paternarum dominum, dum ejus eſt ætatis, nihil differre a ſervis, exercitio dominii ſcilicet. *s* De mari cœpimus ſupra aliquid diſcere, quod nunc abſolvendum eſt. Galat. IV. 1.

§. VII.

„*o*) (AD HABENDI, NON PER SE UTENDI JUS „PERTINET:) Imo & per ſe utendi jus habent in„fantes; actu enim infantes quoque rebus ſuis „utuntur, easque conſumunt, dum edunt, bibunt, „etſi adminiſtrare non poſſint.

p) (NAM ALIENATIO &c. IN IPSA SUI NATURA INCLUDUNT ACTUM UTENTIS RATIONE VOLUNTATIS:) Author recte ait, uſum dominii non competere infanti quoad effectum alienationis, quia alienatio pertinet ad adminiſtrationem, quæ rationem requirit. At in eo errat Author, quod uſum dominii, adeoque ejus actum ſecundum, in ſola adminiſtratione conſtituat, cum dictum jam ſit, præcipuum & ſubſtantialem dominii uſum conſiſtere in percipiendo & conſumendo; quoad hunc autem effectum omnino dominium, etiam in actu ſecundo, ad infantes pertingit. Neque enim edere & bibere ſunt actus intellectus, ſed inſtinctus.

q) (ET SI QUA HUIC SUNT SIMILIA:) Scl. pignoratio, commodatum, quin in genere omnes actus qui intellectum ſupponunt.

r) (QUO NON MALE REFERAS ILLUD PAULI APOSTOLI:) Imo Apoſtolus contrariatur ſententiæ Authoris, is enim pupillo tribuit dominium, in verbis: *cum ſit dominus omnium.* Equidem porro ait, *eum nihil differre a ſervo.* Sed hoc explicat ipſe Apoſtolus ad *Galat. IV*, 2. ratione adminiſtrationis, non ratione uſus dominii in genere: ibi, *ſed ſub tutoribus & actoribus eſt.* i. e. ſub poteſtate tutoris, quæ vero non impedit, quo minus rei ſuæ dominio uti poſſit conſumendo.

s) (DE MARI COEPIMUS SUPRA ALIQUID DICERE QUOD NUNC ABSOLVENDUM EST:) In capite præcedenti Author expoſuit originem dominiorum: ſuppoſuit res omnes natura eſſe communes, & illam communionem hodieque conſiſtere & ſupereſſe in mari, utpote re indeterminata, ſtatuit. Hinc ex profeſſo nunc examinat quæſtionem, *An mare occupari poſſit?* Res ita ſe habet.

PROPOSITIO I.

Rerum terreſtrium quædam ſunt, ubi ſeparari ſubſtantia rei & uſus poſſunt; quædam, ubi non poſſunt. Vid. noſtra Hypomn. Inſt. de Rer. div. §. 3.

DEMONSTRATIO.

Talis res, ubi ſubſtantia ſeparari ab uſu poteſt, adeoque *ubi aliud eſt res ipſa aliud ejus uſus,* & unde proinde commoda percipi poſſunt ſalva ſubſtantia, eſt v. g. *ovis*, cujus ſubſtantia conſiſtit in carne, uſus autem in lana & lacte. Sic *fruges* ſalva ſubſtantia ſeparari poſſunt a fundo. *Domus* ſalva eſt etſi inhabitetur. *Operas* e ſervo percipere poſſum, nec ideo ſubſtantia ſervi imminuitur. Talis quoque res eſt *mare;* ubi piſcari & navigare poſſumus ſalva ſubſtantia. *vid. Prop. 3.*

Ad res autem *in quibus ſubſtantia ſeparari ab uſu non poteſt*, ſed quarum naturalis uſus conſiſtit in abuſu, i. e. in conſumtione ipſius ſubſtantiæ, referri poſſunt *vinum*, *oleum*, *frumentum:* eoque pertinent *aer*, *aqua*, *lumen*, *ventus*, quorum ſubſtantia ipſo uſu hauritur.

PROPOSITIO. II.

In rebus prioribus *alii proprietas, alii uſus competere poteſt; non in* poſterioribus.

DEMONSTRATIO.

Quando enim res ab uſu ſeparari poteſt, *alii* poteſt ſubſtantia rei, i. e. rei proprietas competere, *alii* vero uſus & commoda rei, quia diverſa & ſeparata ſunt. Exemplum eſt in *uſufructu*, ubi alii competit *dominium* fundi, alii *uſusfructus* ejus: ille rei proprietatem habet, & ſubſtantiæ dominus eſt; hic ſola commoda rei percipit. Idque non tantum inter privatos, ſed etiam inter populos, quin inter privatos & populos uſum habet, uti mox videbimus.

In illis autem rebus, quarum ſubſtantia ab uſu ſeparari non poteſt, neceſſario is qui utitur ſubſtantiæ dominus ſit, quia res ipſa in abuſu conſiſtit, nec diſtincta aut ſeparata ſunt rei ſubſtantia ejusque uſus. Ita enim qui *vino* utitur, illud conſumit utendo: & *frumenti* uſus naturalis conſiſtit in conſumtione ipſius ſubſtantiæ.

PROPOSITIO III.

Mare & flumina tales res ſunt ubi ſubſtantia ab uſu ſeparari poteſt.

DEMONSTRATIO.

Subſtantia enim maris conſiſtit in alveo, littoribus, & aqua marina: ita enim tres hæ partes recenſentur a JCtis Romanis *in §. 5. Inſt. de Rer. diviſ. L. 3. pr. Ne quid in loco publ.* qui proinde has partes in ſua habet poteſtate, ipſam ſubſtantiam ſeu proprietatem maris tenet. Uſus autem maris conſiſtit in navigando & piſcando, quæ abeſſe, & alii competere ſalva ſubſtantia poſſunt. *vid. d. §. 5.*

PROPOSITIO. IV.

Uſus maris vel ei eſt proprius & naturalis, vel ſaltem accidentalis.

DEMONSTRATIO.

Usus naturalis maris consistit in navigando, piscando, & sine quibus usus hic exerceri nequit: ut navem alligare, retia siccare, casam ponere. Omnes reliqui usus sunt accidentales, qui mari proprii non sunt: quo pertinet salia coquere, aedificia in littoribus ponere, gemmas ibi legere. &c.

PROPOSITIO V.

Ex praemissis jam sequitur, mare quoad substantiam & proprietatem occupari posse, quoad usum autem occupari non posse; sed manere publicum jure gentium.

DEMONSTRATIO.

Haec est celebris quaestio, an mare proprium alicui populo fieri possit? Author negat mare vel totum, vel quoad praecipuam ejus partem occupari posse; idque ex morali & naturali ratione probat (quanquam concedat, non tantum quoad partes minores nostrum fieri, sed & imperium maris quaeri posse. *Confer. L. 2. c. 3. § 8. seqq.*) Imo in favorem Belgarum, qui mare proprium fieri posse negabant, libellum edidit sub titulo: *Mare liberum.* Contrarium asseruit Seldenus in alio libello, quem pro tuendo jure Anglorum edi curavit, sub titulo *mare clausum*: ubi statuit, mare ita fieri nostrum posse ut nulli alii genti aditus ad illud ulterius pateat. Atque in hanc duplicem sententiam omnes Authores communi consensu iverunt, teste *Puffendorffio de jure nat. & gent. Lib. IV.* At neutram sententiam veram esse nunc demonstrabo.

Sane, SUBSTANTIAM MARIS ejusque PROPRIETATEM omnino occupari posse, & actu occupatam esse, negari nequit. Nam 1) occupatio est actus, quo res in potestatem nostram & custodiam redigitur. In potestate autem nostra est id, quo ipse uti, & unde alios arcere & submovere possumus. At in mari id possumus vel ope classis, vel occupatis littoribus, ex quibus prohiberi ab ingressu maris reliqui possunt. 2) Tota terra occupari natura sua potest; creator enim hominibus jus dedit in universam terram, & facultatem quoque id perficiendi. Si ergo tota terra occupari potest, etiam mare poterit, quae est pars terrae. Quod si ob imbecillitatem humanam, ob defectum mediorum, &c. occupata tota nondum sit, jus tamen non deficit. Sed & 3) fatetur ipse Author, maria non adeo magna occupari posse: *L. 2. c. 3. §. 9. & 13.* ergo natura occupari mare potest, &, cum Author magnitudine ea tantum distinguat, id saltem inde infertur, difficiliorem eorum esse occupationem, non vero natura impossibilem; neque defectum esse in mari, quod id non possit occupari, sed in hominibus, quod media eis deficiant. Imo 4) fatetur Author, imperia maris posse occupari; *L. 2. c. 3. §. 13. & in not.* ergo in potestate esse potest mare: nam per imperium acquiritur complexus omnium jurium publicorum. Denique & 5) omnium gentium exempla probant maria occupata esse: quae late congessit *Seldenus de mari clauso & Grotius Lib. 2. c. 3. §. 9. & 13. Confer. Puffend. L. 4. c. 5. §. 5.* Sic Diodorus Siculus ait, Tyrrhenos maris imperium adeptos mare Tyrrhenum dixisse *L. 5. c. 20. & 40.* Seneca in Octav. v. 39.

paruit liber diu
Oceanus, & recepit invitus rates.

Jupiter praedicit Veneri de Caesare

Imperium Oceano famam, qua terminet astris.

Veneti se dominos maris Adriatici praedicant. Mare Indicum sibi Hispani & Portugalli vindicant. Antiochus classe victus dicitur possessione maris pulsus. *Liv. Lib. 37. c. 26. & 31.* Rhodii dicuntur domini maris. *L. 9. ff. ad L. Rhod.* Item Athenienses, apud *Polyb. Hist. L. 1. c. 2. & 6. pr. & in med.* Romani dicuntur pelagi dominari. *ibid. c. 7. in f.* Xerxes trajecto ponte dicitur maris victor. *Justin. lib. 2. c. 13.* Adde eundem *lib. 8. c. 2. & lib. 12. c. 10.* Atque hinc imperium maris magni momenti dicitur apud *Polyb. 3. c. 20. p. 257.* & Romani metuebant, ne Athenienses id acquirerent. *Ibid. lib. 3. c. 21. pr.*

USUS AUTEM MARIS proprius fieri unius populi non potest. Atque hinc, licet dominium proprietasque maris occupata sit, ea tamen quae ad usum juris gentium pertinent, omnibus patent. Hinc omnes homines navigare & piscari in mari etiam occupato possunt.

Atque ita ICti Romani quoque rem deciderunt. Nam Imperator in *§. 6. Instit. de Rer. div.* accurate distinguit inter *proprietatem* maris & littorum, ac eorum *usum: illam* nullius esse ait, *hunc* publicum jure gentium, i. e. communem. *Add. L. 3. §. 1. ne quid in loco publ.*

Hinc vi PROPRIETATIS is qui occupavit mare, ejusque littus, imperium in ea habet, *L. 3. ne quid in loco publ.* & alios, ne ibi exstruant aedificia prohibere potest. *§. 2. Inst. de rer. div.* quia aedificia non pertinent ad usum juris gentium: unde decreto Praetoris ad id opus esse dicitur. *l. 50. A. rer. dom.* Equidem occupans ibi aedificare potest, *L. 14. A. rer. dom. L. pen. Rer. div.* sed diruto aedificio res redit ad pristinam causam, i. e. fit iterum nullius, *d. L. 14. l. 6. pr. Rer. div.* ita ut nec praescripto locum habeat. *L. 45. ff. usurp. d. l. 14. l. pen. Rer. divis. l. 6. pr. de Diversf. temp. praescript.* Atque haec quoque ratio est cur insulae in mari natae cedant occupanti. *L. 7. §. 3. A. rer. dom.*

Obstat *§. 2. Inst. de Rer. div.* Ubi mare & littora dicuntur res communes. *Add. L. 2. §. 1. Rer. div. l. 13. pr. Comm. praed.* Resp. ex subjectis exemplis apparet, agi ibi de usu maris: nam postquam Imperator *d. §. 2.* dixerat, commune esse mare, & per hoc littora maris; statim addit, nemo igitur ad litus accedere prohibetur. Idque in *§ 6. Inst. & l. 4. ff. eod.* expressis verbis ita declaratur, ac littorum & maria *usum* publicum, & juris gentium esse ibi asseritur.

Obstat porro *L. 14. A. rer. dom.* ubi littora dicuntur nullius esse, uti ferae. Resp. loquitur ICtus de *proprietate* littorum, quae omnino nullius sunt, indeque occupanti cedunt. Quae vero ad usum littorum pertinent ea omnibus communia sunt. Nemo igitur ad littus accedere prohibetur. *§. 2. Inst. R. D.*

Qui-

Quilibet in littore casam ponere, retia siccare, & aquam ducere potest, §. 5. *Rer. div.* quia mare est publicum jure gentium: *L. 4. pr. & §. 1. Rer. div. & L. 2. §. 2. Ne quid in loco publ.* adeo, ut actio injuriarum competeret contra eum, qui alium ab usu maris impediret *l. 2. §. 9. Ne quid in loc. publ. l. 13. §. fin. de injur.* Sed & porro jus navigandi omnibus hominibus commune est. *L. 5. ff rer. div.* portum intrare omnibus licet, portus enim pene omnes sunt publici, (sc. jure gentium.) *L. 4. ff. rer. div.*

Notanter autem in propositione hac dicitur, *usum maris* occupari non posse *quatenus est juris gentium*: i. e. quatenus est mari proprius. Nam ex propositione IV. constat, alios præterea maris esse usus, aliaque commoda, quæ sequuntur proprietatem, adeoque ad occupantem pertinent. Unde ICtus *in L. 4. §. 1. ff. Rer. div.* notat, cuique licere natura ad littus accedere, dum tamen villis, ædificiis, & monumentis abstineat, *quia non sunt juris gentium, sicut est mare.* Adeoque commoda, quæ non ad usum juris gentium communem pertinent, occupari omnino possunt.

ADDITIO.

Nostram sententiam de occupatione maris exposuimus in *Diss. prooem. XII. §. 262.*

PROPOSITIO VI.

In usu maris jure gentium communi præventioni locus est.

DEMONSTRATIO.

Omnes igitur homines habent jus mari utendi: non, quod omnes homines possint simul in eodem loco piscari, retia locare, casas ponere; naturæ enim id repugnat: sed ut, si unus prævenerit & actu utatur, reliqui expectare debeant donec usus finitus fuerit, neque aliis hunc qui jure suo gentium utitur expellere possint. Uti igitur quilibet privatus locum aliquem eligere ad usum suum potest, si & animum habet intra certos fines utendi, & locum in potestate habeat; *L. 3. §. 1. & 2. Acquir. poss.* ita & populus potest occupare locum in vicino mari ad usum communem populi, eoque occupato alii populi inde arceri possunt; quia locus cujus usum occuparunt nullius est. Atque ita rem decidit ICtus *in L. 7. ff. de divers. præscrib. si quisquam in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure uti prohibet,* scl. quam diu utitur: nam si deserit usum res redit ad pristinam causam, adeo, ut præscriptio longæ possessionis ad obtinenda loca jure gentium publica non obtineat, *L. 45. pr. Usurpat.*

Hinc concludo 1) uti privatus in locis quorum usus jure gentium omnibus patet, non potest eo pelli, ita etiam si populus districtu aliquo maris, etiam amplo, utatur, illo expellit nequit. *d. l. 7.* 2) Si ergo eo tempore, quo mare ejusque imperium occupatur a populo, alterius populi subditi soliti fuere piscari in eo mari, ab hoc usu impediri non possunt, quia mare tantum occupatur quatenus vacuum est ab alterius usu 3) Contra, si mare vacuum est ab alterius usu, is qui occupat mare vi proprietatis prohibere alios potest, ne piscentur, & sic ab ingressu piscandi causa arcere. Neque enim tunc a jure piscandi arcetur, sed ab ingressu in rem quæ sub alterius imperio est.

Hinc jam facile constat decisio duplicis illius controversiæ inter Anglos & Belgas 1) in mari Britannico de captu halecum: 2) in mari Spitzbergico de captu balenarum. In priori negari nequit, Anglos in usu & exercitio piscandi solos per plures annos fuisse, indeque merito excludere Belgas potuisse: unde & causa cecidere Belgæ, & victi non nisi inæquali fœdere admissi fuere. In posteriori controversia nunquam in usu & exercitio fuere Angli, neque enim ex eo quod una vel altera navis eo pervenerit, usus totius maris occupatus censeri potest. Unde Angli victi Belgis liberum usum piscandi cedere coacti sunt.

PROPOSITIO VII.

In fluminibus idem obtinet quod in mari: ut scl. proprietas nullius sit, & occupari possit; usus vero jure gentium est communis, adeoque non occupabilis.

DEMONSTRATIO.

Flumen consistit ex ripis, alveo, & aqua profluente. Horum omnium *substantia* natura nullius est, indeque cedit occupanti. At *usus* riparum, usus aquæ profluentis, usus alveorum, quatenus flumini est proprius, omnibus patet, adeoque occupata licet proprietate alii inde excludi non possunt. Atque hæc distinctio disertis verbis traditur *in §. 4. Inst. Rer. div. & l. 5, ff. Eod. Riparum quoque usus publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis; sed proprietas earum illorum est, quorum prædiis hærent.*

Effectus PROPRIETATIS in eo consistit, ut soli domino in ripa ædificare liceat; ut fructus & arbores sequantur proprietatem. &c. §. 4. *inst. Rer. div. d. l. 5.* USUS autem jure gentium communis in eo consistit, ut quilibet possit in flumine publico piscari, §. 2. *Inst. Rer. div. L. 7. de divers. præscript. l. 45. Usurp.* ut cuique liberum sit per flumen navigare, *d. §. 4. d. l. 5.* portum ingredi &c. *l. 4. §. 1. rer. div.* Atque vi hujus juris communis licet navem ad ripam appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia exsiccare, & ex mari reducere. *d. §. 4. d. l. 5.*

De *alveo* speciatim traditur, ejusdem eum esse juris cujus & flumen, i. e. publicum jure gentium: *L. 7. §. 5. A. rer. dom.* cujus sc. substantia nullius est, usus vero ad omnes pertinet. *L. 14. ff. eodem.*

PROPOSITIO. VIII.

Occupato igitur territorio, ripæ, alvei, adeoque & insulæ, nec non portus quoad proprietatem sunt populi, qui tamen singulis quoque eam concedere ac permittere potest.

DEMONSTRATIO.

Flumina continentur sub occupatione generali, quam diu in singulos non sunt descripta. Atque adeo sub hac generali occupatione continentur 1) alvei, sine quibus flumen esse non potest. §. 23. *Instit. Rer. div. L. 30. §. 3. Acq. rer. dom.* 2) Ripæ, quæ intelliguntur cum aliqua latitudine, quousque nimirum flumen excurrere potest ut ne inundet, *arg. §. 3. I. Rer. div.* adeoque quæ continent flumen

§. VII.

[a] Flumina occupari potuerunt, [b] quanquam nec supra nec infra includuntur territorio, [c] sed cum aqua superiori & cum inferiori, aut cum mari cohærent. [d] Sufficit enim quod major pars, id est latera

flumen plenissimum. *L.* 3, §. 1. *Flumin.* 3) Portus, quia itidem sunt pars alvei, indeque publiei. *L.* 4. *de R. div.* Sed & 4) insulæ publicæ sunt, quia sunt pars alvei vel riparum *L.* 55. §. 4. *A. rer. dom.* Unde hodieque flumina ad regalia pertinent, ut & pleraque iocremeota fluvialia, ut insulæ, alvei, inventa in littore. &c. At apud Romanos, ubi status erat popularis, pleraque permissa fuere singulis: illi proinde acquirebant sibi ripas, §. 4. *de Rer. div.* insulas in flumine publico, natas, §. 22. *eodem & l.* 30. §. 2. *Acqu. rer. dom.* alveos desertos. §. 23. *Rer. Div. d. l.* 30. §. 3.

PROPOSITIO IX.

At usus juris gentium *riparum, alvei, portuum &c. munet communis, etiam occupato territorio: unde u'us aquæ, & usus navigandi omnibus patet. Reliqui autem usus, qui flumini proprii non sunt, ut jus piscandi, venandi, legendi uniones, salia coquendi &c. manent sub occupatione generali.*

DEMONSTRATIO.

Dixi, flumen esse rem ubi substantia ab usu separari potest, adeoque aliud jus ibi esse in substantia, aliud in usu: *substantia* ante occupationem est nullius, post occupationem publica: at *usus* naturalis fluminis & ante & post occupationem est communis, quia per naturam in potestatem, seu jus proprium redigi non potest. Idque 1) de aqua extra omne dubium est: hujus enim usus in hauriendo consistit, qui usus omnibus sufficit, adeoque, uti aër, omnibus communis est. *L.* 2. *Rer. div.* Hoc jus commune hominum ad usum salvum est etiam occupato flumine.

Atqui hoc modo aqua ipsa acquiritur occupatione. Resp. Imo solus usus aquæ per haustum acquiritur, qui in consumendo consistit. Neque igitur hic rei quædam communio est, sed saltem juris utendi. 2) Usus navigandi quoque omnibus patet, quia est transitus, a quo nemo impediri debet. *vid. supr. c.* 2. §. 13. (3) Piscandi ergo jus non omnibus patet, uti nec jus venandi: nam hæc sub occupatione generali continentur; unde is qui occupavit alios inde arcere potest intra fines territorii, vel fluminis occupati.

Atque hinc apparet jus Romanum, qood venandi & piscandi jus omnibus commune facit, & quod a jure legendi uniones, salia coquendi, & occupandi inventa in littore neminem excludit, esse partem juris gentium secundarii.

PROPOSITIO X.

Usus juris gentium in flumine intelligitur 1) *ut ea quoque sine quibus uti nequimus licita sint.* 2) *ut, quamdiu unus utitur, alius uti nequeat.* 3) *ut sit innoxius.*

DEMONSTRATIO.

Diximus, usum fluminis, etiam occupati, quatenus juris gentium est omnibus patere, eoque retulimus usum aquæ & navigationis. Ad hunc usum juris gentium quoque 1) referuntur, ex medii necessitate, omnia sine quibus usus ille expediri nequit, uti anchoras jacere, navem alligare, casam ponere. 2) Natura hujus usus est, ut quamdiu unus utitur alius uti nequeat, unde præventioni locus est, uti in mari supra propos. VI. vidimus: adeoque non denegatur alteri usus, sed impedimentum est a concursu juris alterius utendi, qui proinde arcere extraneos potest. *L.* 7. *divers. temp. præscr.* impossibile enim est, ut tu stare possis in eo loco quo ego sto. *L.* 3. §. 5. *Acq. poss.* At cessante usu, adeoque cessante impedimento, jus utendi reliquorum hominum redit. *L.* 14. *A. rer. dom.* adeo, ut is qui antea usus est, & uti cessavit, præscriptioœm allegare non possit. *L.* 45. *ff. usurp.* quia is non jure domini usus est, sed jure communi gentium. 3) Usus ille innoxius esse debet: proinde noo potest aliquid facere in ripa quo ædificia ibi ædificata, fructus ibi sati, arbores ibi plantatæ deteriores fiant. § 4. *Inst. Rer. div. L.* 1. *pr. Flum. L.* 24. *pr. Damni inf. L.* 3. *L.* 4 *si quid in loco publ.*

ADDITIO.

Nostram sententiam circa occupationem maris & fluminis exposuimus *in Diss. prooem. XII.* §. 262. *n.* 2.

a) (FLUMINA OCCUPARI POTUERUNT:) Quia quoad proprietatem oullius sunt. §. 5. *Inst. Rer. div.*

ADDITIO.

„Flumina nullius quidem sunt, at ita nullius, ut „sua natura nec in singulorum proprietatem veni„re possint. Unde *aqua profluens* æque ac aer „communis dicitur. §. 1. *inst. rer. div.* Sed & *al„veus* ejusdem est juris cujus est flumen, *L.* 1. §. 6. „& 7. *Flumin. l.* 7. §. 5. *l.* 30. §. 3. A. R. D. §. 23. „*Inst. Rer. div.* & aqua quæ alveum tegit. *l.* 2. §. 1. *ff.* „*rer. div.* cujus effectus est ut usus sit publicus ju„re gentium. d. §. 5.

„*b*) (QUANQUAM NEC SUPRA, NEC INFRA IN„CLUDANTUR TERRITORIA:) i. e. nec a fonte, nec „in exitu. *Gron. h.*

„*c*) (SED CUM AQUA SUPERIORI ET CUM IN„FERIORI, AUT CUM MARI COHÆRENT:) Aqua igi„tur profluens, quæ singulis momentis & perpe„tuo transmittitur, nun est in nostra potestate, adeo„que occupari nequit.

„*d*) (SUFFICIT ENIM QUOD MAJOR PARS, ID „EST LATERA CLAUSA SINT RIPIS:) Sufficit id „quidem ad acquirendum imperium in flumen „quod transfluit, noo autem ad acquirendam pro„prietatem.

„*e*) (ET

tera clauſa ſunt ripis,[e] & quod comparatione terrarum exiguum quid eſt flumen.

§. VIII.

Ad hoc exemplum videtur[a] & mare occupari potuiſſe ab eo, qui terras ad latus utrumque poſſideat, etiamſi[b] aut ſupra pateat[c] ut ſinus,[d] aut ſupra & infra[e] ut fretum,[f] dummodo non ita magna ſit pars maris, ut non cum terris comparata portio earum videri poſſit.[g] Et quod uni populo aut regi licet, idem licere videtur & duobus aut tribus,[h] ſi pariter mare interſitum occupare voluerint,[i] nam ſic flumina, quæ duos populos interluunt, ab utroque occupata ſunt,[k] ac deinde diviſa.

§. IX.

I. [a] Fatendum eſt [b] in partibus [c] cognitis Romano imperio, [d] a primis

„e) (ET QUOD COMPARATIONE TERRARUM „EXIGUUM QUID EST FLUMEN:) Magnitudo nihil „ad rem facit: in occupatione enim ſolum quæſtio „eſt, an res in poteſtatem & cuſtodiam noſtram „redigi poſſit. Diximus autem flumen in noſtra „corporali poteſtate conſtitui non poſſe.

a) (ET MARE OCCUPARI POTUISSE AB EO, QUI TERRAS AD LATUS UTRUMQUE POSSIDEAT:) Author *ſupra Lib.* 2. *c.* 2. §. 3. dixit, mare ſumtum aut ſub ratione integri, aut ſub ratione præcipuarum partium, in proprium jus abire non poſſe. Secus eſſe ait, ſi exigua quædam maris pars ſit, hanc enim ab eo qui terras ad latus utrumque poſſidet occupari omnino poſſe. Ubi notandus eſt perpetuus Authoris error, mare occupari non poſſe propter magnitudinem, quando ſcl. aut par aut majus eſt terra: aliud autem eſſe ſi mare ſit minus terra; adeoque ſi conſideratur tanquam parva portio terræ accedens. Nos totum mare quoad ſubſtantiam occupari poſſe, quoad uſum autem maris etiam partem ejus occupari non poſſe, aſſeruimus.

ADDITIO.

„Mare rem communem & publicam jure gentium „eſſe probavimus in *Diſſ. prooem. XII.* §. 219. *ſeq.* „Illudque natura quoad dominium occupari, i. e. „in poteſtatem noſtram corporalem conſtitui non „poſſe, naturæ rationibus demonſtravimus *ibid.* §. „260. §. 261. §. 262.

„b) (AUT SUPRA:) Unde terram intrat. *Gron. h.*

„c) (UT SINUS:) ein Meer-Buſen. Sinus „enim tantum patet ſupra, ab alto ſcl. mari, unde „pars ejus mare intrat. *Gron. h.*

„d) (AUT SUPRA ET INFRA:) Unde decurrit, „& ubi anguſtias exit. *Gron. h.*

„e) (UT FRETUM:) Fretum patet, vel tranſitum habet & ſupra, unde anguſtias intrat mare; „& infra, ubi ex anguſtiis evadit, uti Fretum Magellanicum *Gron. h.*

f) (DUMMODO NON ITA MAGNA SIT PARS MARIS, UT NON CUM TERRIS COMPARATA PORTIO EARUM VIDERI POSSIT:) Dictum ſupra eſt, mare ſemper eſſe portionem terræ, neque magnitudinem maris impedire quo minus totum occupari poſſit, uti tota terra. Conſ. *l.* 2. *c.* 2. §. 3.

ADDITIO.

Mare ſua natura nec totum nec pro parte in proprietatem venire poſſe, ſæpius dictum eſt.

„g) (ET QUOD UNI POPULO, AUT REGI LI„CET, IDEM ET LICERE VIDETUR DUOBUS AUT „TRIBUS:) Verum id eſt ratione imperii; ita Hi„ſpani, Luſitani, Angli, Belgæ, maria Indiæ occi„dentalis occuparunt, ſed tantum quoad imperium.

„h) (SI PARITER MARE INTERSITUM OCCU„PARE VOLUERINT:) i. e. ſi terras ad latus utrum„que poſſideant.

i) (NAM SIC FLUMINA, QUÆ DUOS POPULOS INTERLUUNT, AB UTROQUE OCCUPATA SUNT:) Si non conſtat alterum totum flumen prius occupaſſe, omnino commune debet eſſe imperium: uti de fluvio Vedaſo, qui Galliam & Hiſpaniam dividit in Fontarabia, decidit *Ptol. Hiſtor. L.* 10. *Conſ. infr. c.* 8. §. 12.

ADDITIO.

„Verum hoc eſt quoad imperium, nam quoad „aquam tum marinam tum profluentem, nec non „alveum, littora & ripas, quatenus ad uſum maris „& flumina pertinent, proprietas occupari nequit. „*Diſs. prooem XII.* §. 219. *ſeq.* §. 260. *ſeq.*

„k) (AC DEINDE DIVISA:) Ita ſcilicet, ut cui„que ad medietatem fluminis usque jus imperii „competere debeat.

„a) (FATENDUM EST:) Author per partes exi„guas mare occupari poſſe aſſeruit §. 8. Obſtare „autem ei videtur doctrina JCtorum Romanorum, „qui mare inter res communes referunt, adeoque „inter res quæ occupatæ non ſunt, & quarum „uſus ad omnes pertinet. Reſpondet Author, id „ex jure gentium, adeoque ex inſtituto ortum eſſe. „*vid.* §. *hunc & ſeq.* Verum alibi demonſtravi„mus, ipſam naturam maris obſtare quo minus „in proprietatem ſingulorum venire poſſit, *Vid.* „*Diſſ. prooem. XII.* §. 260. *ſeq.*

„b) (IN PARTIBUS:) Nam totum mare occu„pari non poſſe, ipſe Author fatetur.

„c) (COGNITIS ROMANO IMPERIO:) i. e. in„tra fines Romani imperii.

„d) (A PRIMIS TEMPORIBUS AD JUSTINIA-

primis temporibus ad Juſtinianum usque, e juris gentium fuiſſe ne mare a populis occuparetur, f etiam quod jus piſcandi attinet. g Nec audiendi ſunt qui exiſtimant, h cum in jure Romano mare omnium commune dicitur, commune civium Romanorum intelligi. i Nam primum voces ita ſunt univerſales, ut hanc reſtrictionem non ferant. Nam quod Latine k mare omnium commune dicitur, explicat Theophilus, l κοινὸν πάντων ἀνθρώπον m Ulpianus † mare omnibus natura patere dixit, n & ita omnium eſſe ſicut aer, o Celſus, †† maris communem eſſe uſum omnibus hominibus. Præterea manifeſte p diſtinguunt

L 2. § 1. R. D. §. 1. Inſt. Eod.

† L 13 pr. Comm. præd.

†† L. 3 § 1. Ne quid in loco publico.

„NUM USQUE:) i. e. a tempore conditi imperii „usque ad finem fere imperii Romani.

„e) (JURIS GENTIUM FUISSE, NE MARE A PO„PULIS OCCUPARETUR:) Imo id non ex jure gen„tium aliquo voluntario obtinuit, utpote quale „non exiſtit; ſed ex ipſo jure naturæ, quia mare, „quatenus pro complexu aquarum ſumitur, in „proprietatem ſingulorum venire nequit. Sane „JCti diſerte mare non jure gentium, ſed *jure na„turali* commune eſſe dixere. *§. 1. Inſt. Rer. div.*

„Neque *obſtat* mare dici rem nullius; *§. 5. ff. „Rer. div.* quod autem nullius eſt cedit occupan„ti, *l. 3. pr. ff. rer. dom.* atque ex hac ratione et„iam id quod in mari ædificatur, cedere ædifican„ti dicitur. *L. 3. §. f. L. 7. §. 3. eodem* Reſp. non „omnia ea quæ nullius ſunt cedunt occupanti; „quædam enim ita nullius ſunt ut nec occupari „ſua natura poſſint: quo etiam pertinet mare. Ne„que *in d. l. 30. & d. l. 7.* dicitur mare occupari „poſſe, ſed quod is qui in mari ædificium po„nit, illud ſibi acquirat, ponit enim in loco qui „nullius eſt, & cujus uſus ad omnes pertinet. Ea„dem ratione qui inſulam in mari natam occupat, „eam ſuam facit, exiſtit enim inſula in re quæ „dominium habere nequit, adeoque nullius eſt, „cujus proinde uſus omnibus patet. Illuſtratur „hoc exemplo aëris, qui occupari, id eſt in pro„prietatem venire nequit, volucres tamen in aëre „captæ dicuntur eſſe nullius, indeque cedunt occu„panti.

f) (ETIAM QUOD JUS PISCANDI ATTINET:) Jus piſcandi in mari eſt idem quod jus venandi in terra: Uti igitur occupata terra nihilominus jus capiendi feras ſalvum manet cuique hominum, ita occupata proprietate maris ſalvum omnibus eſt jus piſcandi. At hoc jus ab eo qui proprietatem maris acquiſivit, ad eum effectum prohiberi poteſt, ne ingrediatur extraneus piſcandi cauſa. uti a domino prædii prohiberi alii poſſunt, ne ingrediantur venandi cauſa.

ADDITIO.

„Jus illud, *ne jus piſcandi occupari poſſit*, non ex „jure aliquo gentium oritur, ſed ex ipſa ratione na„turali: quia nec aqua, in qua piſces capiuntur, in „ullius hominis poteſtatem venire poteſt; nec pi„ſces qui in aqua natant, in ullius hominis pote„ſtate conſtituti ſunt. Cum igitur nemini jus pro„hibendi competat, neceſſario ſequitur cuique jus „eſſe piſcandi, & id quod capit cedere capienti.

„At occupato imperio imperans legem mari „dicere poteſt, ne quis ingrediatur piſcandi cauſa: „Si quis igitur contra hanc legem piſcatur, piſces „quidem capti, quia nullius ſunt, cedunt occu„panti; ſed injuriarum tenetur quod invito impe„rante id egerit.

„g) (NEC AUDIENDI SUNT QUI EXISTIMANT:) „Illi qui mare occupari poſſe ſtatuunt, (ut evi„tent argumentum ex Jurisprudentia Romana de„ſumtum,) ajunt, *mare* JCtis Romanis *commune* „dici intuitu ſaltem civium Romanorum, intuitu „extraneorum autem occupari poſſe, & vere oc„cupatum eſſe; Recte id rejicit Author, qui ex „Theophilo probat mare omnibus hominibus „commune dici, quod etiam allegati ab Authore „Ulpianus & Celſus affirmant, & ego late rationibus „adſtruxi *in Diſs. prooem. XII. §. 219.*

„h) (CUM IN JURE ROMANO MARE OMNIUM „COMMUNE DICITUR.) Ut *in §. 2. Inſtit. Rer. Di„viſ. L. 13. §. fin. de Injur. L. 4. pr. Rer. div.*

„i) (NAM PRIMUM VOCES ITA SUNT UNI„VERSALES:) JCti Romani recenſent mare inter „ea NB. quæ *jure naturali* communia ſunt o„mnium: non ergo demum jure gentium, vel jure „Romano. *§. 1. Inſtit. Rer. div.*

„k) (MARE OMNIUM COMMUNE:) Verba lati„na extant *in pr. & §. 2. Inſt. Rer. div. & in L. 2. „ff. Eod.*

„l) (κοινὸν πάντων ἀνθρώπων:) i. e. commune, „ſeu promiſcuum omnium hominum: non ergo ſo„lorum Romanorum.

„m) (ULPIANUS:) *L. 13. pr. ff. Commun. præd.*

„n) (ET ITA OMNIUM ESSE, SICUT AER:) Imo „hæc non ſunt verba Ulpiani, ſed Celſi: de quo „in ſequentibus.

„o) (CELSUS:) *L. 3. §. 1. Ne quid in loco publ. „ibi, maris communem uſum omnibus hominibus „ut aëris; jactaque in id pilas ejus eſſe qui „jecerit.*

„p) (DISTINGUUNT JCTI PUBLICA POPULI &c. AB „HIS COMMUNIBUS:) Imperator (non JCti) diſtinguit „res *communes a publicis*, (ſcl. jure gentium) ſed va„pulat hic Tribonianus; JCti Romani enim *res jure „gentium publicas* ſub *communibus* comprehende„runt. Illisque res *jure gentium publica* nihil aliud „ſunt, quam res quæ naturali jure *communes* ſunt. Pro„batur hoc 1) ex diviſione Marciani; ubi nulla men„tio fit rerum *publicarum*. *Quadam enim naturali*

„*jure*

guunt Jurisconsulti publica populi, [q] in quibus & flumina, ab his communibus. Ita [r] in institutionibus legimus: *Quædam naturali jure* L. 14. pr. A. R. D. De rer. divis. §. 1.

,,*jure communia esse*, ait, *omnium*, *quædam universitatis*, &c. *quædam nullius*, *quædam singulorum*: *l. 2. l. 4. §. 2. l. 6. R. D.* Non autem immissurus fuisset res publicas, si a rebus *communibus* differrent. Sane 2) idem Marcianus postquam res communes recensuit, ita pergit, *sed & flumina penes omnia, & portus* PUBLICA *sunt*: unde duo sequuntur, a) *res publicas jure gentium* non incognitas fuisse Marciano, b) eum *publica* ad res *communes* uno contextu referre: 3) Idem Marcianus ex eo quod mare *commune* sit concludit, omnes homines in eo piscari posse. *l. 2. §. 1. l. 4. pr. ff. Rer. div.* At usus maris, quo pertinet piscatio, dicitur esse *publicus jure gentium. §. 4. Inst. de rer. div.* Sed & 3) alii JCti promiscue illas voces sumunt: ajunt enim usum fluminis esse *jure gentium publicum, L. 30. §. 1. ff. Acq. rer. dom. l. 3. ff. Flumin. §. 2. §. 3. Inst. de Rer. div. d. l. 4. §. 1. l. 5. ff. Rer. div.* at idem usus fluminis alibi dicitur *communis. L. 24. pr. ff. A.* 4) Littora dicuntur *jure gentium publica, L. 14. pr. ff. Acq. rer. dom. §. 5. Inst. Rer. div.* at eadem littora sunt *communia. L. 2. §. 1. ff. Rer. div.* 5) Maris usus diciter *publicus jure gentium, d. §. 5. Inst. rer. div.* at idem maris usus est *communis*, uti aër. *L. 3. ff. Ne quid in loc. publ.* 6) Maris & litorum usus ideo *communis* dicitur, quia omnibus hominibus patet, *d. l. 3. l. 13. pr. ff. commun. præd. l. 2. §. 1. junct. l. 4. pr. Rer. div.* at *res publica jure gentium* itidem ita dicuntur, quia omnibus gentibus patent. *L. 4. §. 1. l. 5. ff. Rer. div. l. 24 pr. Damn. inf. l. 1. §. 18. Oper. nov. nunc.* 7) Omnia licent in *rebus publicis jure gentium*, quæ in rebus *communibus*: Sic enim 8) in mari, quod res *communis* est, *L. 2. §. 1. rer. div.* nemo prohibere potest navigare vel piscari: *l. 4. pr. Eod.* at idem obtinet in flumine, quod est *jure gentium publicum. l. 5. pr. er. div.* 9) Ad littora, quæ communia sunt, *d. l. 4.* cuique hominum accedere, casam ibi ponere, retia exsiccare, & ex mari deducere licet, *d. l. 4. l. 5. §. 1. Eod. §. 5. Inst. Eod.* at idem licet in ripis fluminis publici, quarum usus est *publicus jure gentium. d. §. 4. Inst. l. 5. pr. Inst. Rer. div.*

,,Denique ex natura & essentia rerum *communium* sequitur eas esse *publicas jure gentium*: i. e. omnibus hominibus patere: Cum enim res communes sua natura in hominum proprietatem venire non possint, necessario sequitur usum earum rerum omnibus esse communem, & omnibus gentibus patere, i. e. esse publicum jure gentium: quia dominus non existit qui alios ab usu earum rerum prohibere possit.

,,Cæterum, negari nequit JCtos Romanos doctrinam de rebus *communibus*, & *publicis jure gentium*, admodum obscuram reddidisse, dum easdem res modo *communes*, modo *publicas*, modo *nullius* denominaverunt. Res enim communes a JCtis sæpius *nullius* vocari apparet 1) ex natura vocis: Ideo enim res *communis* dicitur quia omnibus patet, *d. l. 13.* & quia quilibet jus habet eam occupandi vel quoad usum, vel quoad proprietatem: Id autem necessario supponit rem in *nullius* bonis esse; si enim in alicujus potestate res illa esset, prohibere ille posset, quo minus alius eam suam faciat, adeoque res non esset *communis*. 2) Disertis verbis Neratius in *l. 14. pr. Acq. rer. dom.* tradit, littora, quæ sunt communia, *L. 2. §. 1. ff. rer. div.* ita publica esse ut ea quæ primum a natura prodita sunt, & in *nullius* patrimonium adhuc pervenerunt. Unde 3) non dissimilis eorum (littorum) conditio esse dicitur, atque piscium ac ferarum, *d. l. 14. pr.* quæ sunt *nullius. L. 1. §. 1. junct. l. 3. pr. A. R. D.* Atque hæc ratio est, cur ea pars littorum in qua ædificium exstruitur cedat occupanti, etiam quoad proprietatem, quia littora nullius sunt. *d l. 14. pr.* Accedit 4) quod JCti, postquam recensuerunt ea quæ naturali jure omnium communia sunt, *L. 2. pr. de Rer. div.* porro addant *in L. 2. §. 1. ff. Rer. div.* item *lapilli, gemmæ, ceteraque quæ in litore inveniuntur, jure naturali nostra statim fiunt.* at hæ res alibi dicuntur *nullius.* §. 18. *Inst. Rer. div.* Certissimo indicio, res communes & res nullius hic conjungi, & pro iisdem haberi. Sane 5) credendum non est, Marcianum, juris peritissimum, oblitum fuisse in generali illa distinctione primitivam rerum speciem, (i. e. res natura *nullius*, quarum toties in jure civili mentio fit,) si eas sub rebus communibus non comprehendisset. 6) Mare *res communis* dicitur, *L. 2. §. 1. ff. Rer. div.* idem autem dicitur esse nullius *§. 5. Inst. Rer. div.* 7) Alveus maris est *res nullius*, & tamen dicitur ejusdem juris esse cujus est mare & litora maris, *d §. 5.* quæ sunt *communia. L. 2. §. 1. ff. Rer. div.* 8) Modo probavimus, res *communes* & res *publicas jure gentium* esse synonima, *Add. §. seq.* at res *publica jure gentium* in *nullius* bonis esse dicuntur. *L. 1. pr. Rer. div. L. 2. §. 1. Ne quid in loc. publ.*

,,Equidem Marcianus in rerum divisione mentionem specialem facit *rerum nullius*; at per eas res, ut cæteri quoque JCti, intelligit res *divini juris*; sacras nimirum, sanctas, & religiosas: quæ itidem in *nullius* bonis sunt, sed alio sensu.

,,q) (IN QUIBUS ET FLUMINA:) Male Author flumina refert inter ea quæ civium Romanorum sunt, & male a rebus communibus distinguit; Recte Marcianus, postquam res communes recensuit, uno contextu ita pergit, *sed & flumina & portus publica sunt.* i. e. publica jure gentium, uti id diserte traditur in *l. 4. §. 1. l. 5. ff. rer. div. §. 2. Inst. eod. l. 3. pr. Flum. l. 1. §. 1. R. D. l. 45. pr. Usurp.* Conf. *Diss. prooem. XII. §. 222.* Publica autem jure gentium ad ea pertinent quæ jure naturali communia sunt; uti modo probavimus.

,,r) (IN INSTITUTIONIBUS:) Dictum jam est Tribonianum hic vapulasse: In lege 2. ff. R. D. (unde hunc §. depromsit) adeo flumina & portus non distin-

jure [s] *communia sunt omnium, quædam publica: Naturali jure commonia sunt omnium hæc, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Flumina autem omnia & portus publica sunt.* Et apud Theophil. Φυσικῷ μὲν ἦν δικαίῳ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων ἐςι ταῦτα, ὁ ἀὴρ. ὕδορ, τὸ ἀέννασν, θάλασσα. Mox: ποταμοὶ δὲ πάντες καὶ λιμένες πȣβλικοί εἰσι, τȣτ' ἐςι τȣ δήμȣ τȣ Ῥωμαικȣ.

L. 14. A. R. D. 2. Sed & [t] de littoribus dixit [u] Neratius non ita esse publica, [v] ut quæ in patrimonio sunt populi, sed ut ea [w] quæ primum a natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, id est, [x] ne populi quidem ullius: cum quo responso pugnare videtur quod
l. 1. §. 1 Ne quid in loco publico. Celsus scripsit: *Littora in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror: maris autem usum communem omnibus hominibus.* [y] Sed conciliari videntur ita hæc posse, si dicamus Neratium de littore loqui, [*] quatenus usus ejus navigantibus, aut prætervehentibus est necessarius. [z] Celsum vero quatenus ad utilitatem perpetuam assumitur, puta ad ædificium permanens: [aa] quod a Prætore impetrari

„distinguntur a rebus communibus, ut potius cum „iis connectantur. Postquam enim res *communes* re„censuit, ita pergit: *Sed &* (non vero *flumina* „*autem*, uti Tribonianus male verba allegat) *flu*„*mina & portus publica sunt.*

s)(Grot.)(COMMUNIA SUNT OMNIUM:) Michael Attaliates: τινὰ δὲ πάντων εἰσὶν, οἷον ὁ ἀὴρ, τὸ ῥέον ὕδωρ, ἡ θάλασσα ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης: *Quædam sunt omnium, ut aer, ut aqua profluens, ut mare, & littus maris. Tit. II. pragm*

t) Grot.) (DE LITTORIBUS:) In Basilicorum Eclogis lib. I. tit. 1. cap. 13. οἱ αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξȣσίᾳ εἰσί: *Littora in omnium sunt potestate.* Vide & libro LIII. tit. VI.

„*u*) (NERATIUS:) In *L. 14. A. R. D.*

„*v*) UT QUÆ IN PATRIMONIO SUNT POPULI:) „Et quæ universitatis voce veniunt Marciano in „*L. 2. pr. Rer. div.*

„*w*) (QUÆ PRIMUM A NATURA PRODITA „SUNT, ET QUÆ IN NULLIUS DOMINIUM PERVE„NERUNT:) Adeoque quarum usus omnibus com„munis est, & publicus jure gentium; ita, ut unicui„que jus utendi, usumque illius rei occupandi com„petat.

„*x*) (NE POPULI QUIDEM ILLIUS:) Adeoque „ICti Romani per res *publicas* non intellexere „*communes* soli populo Romano, sed publicas ju„re gentium, quarum usus omnibus hominibus pa„tet.

y) SED CONCILIARI VIDENTUR HÆC ITA POSSE:) Conciliare vult Author pugnam inter Neratium & Celsum, quorum ille littora *nullius*, hic *publica* seu populi esse dixit; & ait, Neratium loqui de usu littorum necessario, Celsum de usu ejus utili. Rectius dicimus, illum loqui de littoribus non occupatis, quæ omnino in nullius sunt potestate: *d. L. 14. pr. Acq. rer. dom.* hunc de occupatis. *d. l. 3.*

ADDITIO

„Littora dicuntur jure naturali *communia, quate*„*nus* scl. *ad usum maris pertinent:* indeque sunt pu„blica jure gentium, *l. 14. pr. ff. Acq. rer. dom.* i. e. „omnibus patent. Hinc cuique hominum accedere „ad littura, casam ibi ponere, retia exsiccare & ex „mari deducere licet. *l. 4. l. 5. §. 1. rer. div.* Ex ea„dem ratione Neratius ait, cuique hominum ædi„cium ibi ponere permissum esse, & locum per „ædificium occupatum cedere capienti, quia nul„lius est, cum litora non sint in patrimonio popu„li. *l. 14. pr. Acq. rer. dom.*

„Neque obstat, quod Celsus (qui eodem cum Ne„ratio tempore vixit) asserat, *litora esse populi Ro*„*mani.* Resp. Sunt populi Romani quoad imperi„um, de quo solo loquitur: at id non impedit „quo minus littura maneant nullius, i. e. in nul„lius sint dominio & proprietate: & quo minus „usus eorum sit communis, & publicus jure gentium.

„*) (QUATENUS USUS EJUS NAVIGANTIBUS „AUT PRÆTERVEHENTIBUS EST NECESSARIUS:) „Imo de tali usu non loquitur Neratius, sed de „ædificio permanente.

z)(CELSUM VERO QUATENUS AD UTILITATEM PERPETUAM ASSUMITUR, PUTA AD ÆDIFICIUM PERMANENS:) Diximus Neratium de ædificio permanente loqui, non Celsum: adeoque hæc conciliatio admitti nequit. Res salva est distinguendo inter imperium & proprietatem.

aa) (QUOD A PRÆTORE IMPERARI SOLERE DOCET NOS POMPONIUS:) Quæritur, an quis possit ædes ponere in littoribus habitandi causa? Distinguendum est, an occupata sint littora, an non?

ILLO

ri solere Pomponius nos docet, [bb] ut & jus ædificandi in mari, [cc] id est in parte littori proxima, & quæ littori quasi accensetur. *L. 50 D. de Acq. rer. dom.*

§. X.

1. [a] Hæc quanquam vera sunt, [b] tamen ex instituto non ex nanaturali ratione provenit, [c] quod mare eo quo diximus sensu occupatum

Illo casu non licet ædificia ponere sine consensu populi occupantis. *L. 50. ff. A. rer. dom. L. 14. Eod.*

ADDITIO.

„Mirum videtur, littora dici *communia* & ju„re gentium publica, cujus usus omnibus pateat, „& omnibus hominibus communis sit; & tamen „Prætoris decretum requiri ad id ut quis in litto„ribus ædificium exstruere possit. Resp. Diximus in „præcedentibus imperium maris a populo Roma„no occupatum fuisse, adeoque littora populi Ro„mi esse quoad imperium. Effectus autem impe„rii est, ut imperans prohibere subditos possit ne „intra fines imperii ædificia absque decreto exstru„ant: nam id ad usum littorum naturali jure com„munem non pertinet. Si quis igitur contra hanc „prohibitionem ædificat, acquirit quidem ædifici„um, quia locus in quo ædificium ponitur est nul„lius: at, quia prohibente lege ædificavit, ob spre„tam legis authoritatem tenetur. *L. 2. §. 6. Ne* „*quid in loco publ.* Diserte id tradit Pomponius „in *l. 50. ff. A. rer. dom. Quamvis, quod in littore* „*publico, vel in mari exstruxerimus NB. nostrum* „*fiat, tamen decretum Prætoris adhibendum est, ut* „*id facere liceat.* Pari enim ratione in alie„no fundo feram capere licet, & ita capta jure „gentium sit capientis. *L. 1. in f. l. 4. pr. ff. A. rer.* „*dom.* At dominus prohibere potest, ne fundum in„grediatur. *L. 5. §. 3. A. rer. dom. l. 3. §. 1. eod. L.* „13. *§. fin. Injur.* Effectus est ut capta fera, etsi prohi„bente domino capiatur, nostra fiat, quia rem nullius „occupamus: at, quia injuriam alii facimus ingredi„endo fundum alienum invito domino, ideo te„nemur injuriarum. *d. l. 5. §. 3. d. l. 3. §. 1. d. l. 13. §. f.*

„*bb*) (UT ET JUS ÆDIFICANDI IN MARI:) „Quod fit injecta mole, & pilis jactis. vid. *L. 2. §.* „9. *L. 3. §. 1.* & *L. 4. ff. Ne quid in loco publ. Gotho*„*fr. in not. ibid. & Author in not. ad §. seqq.*

„*cc*)(ID EST IN PARTE LITTORI PROXIMA, ET QUÆ „LITTORI QUASI ACCENSETUR:) Author hic oc„currit objectioni, quæ contra legem Pomponii *in* „*L. 50. ff. A. rer. dom.* formari posset: ibi enim „dicitur, *quamvis id, quod in littore publico vel* „*in mari exstruxerimus, nostrum fiat, tamen decre*„*tum Prætoris adhibendum esse.* Objici inquam „posset, decreto Prætoris opus non videri si mare „commune esset. Author respondet, per *mare* hic „intelligi partem littori proximam, & quæ litto„ri quasi accensetur. At violenta nimis hæc est „interpretatio; nam mare hic opponitur littoribus, „adeoque mare non potest hic pars littorum vide„ri. Nos dicimus, eandem esse maris & littorum „rationem: ædificium tam in mari, quam in lit„tore positum cedit occupanti, quia & mare & lit„tora res nullius sunt: At si id prohibente eo fiat, „cujus imperium est, tenetur imperanti injuria„rum. *vid. lit. aa.*

„*a*) (HÆC QUANQUAM VERA SUNT:) Nimi„rum quod, si in jure Romano *mare omnium* „*commune* dicitur, non commune civium Roma„norum intelligatur, sed commune omnium ho„minum. *§. præced. n.* 1.

b) (Grot.) (TAMEN EX INSTITUTO:) Quo ipso instituto usi & Angli contra Danos, vide optimum Camdenum in regno Elisabethæ anno CIƆ IƆ C.

„*c*) (QUOD MARE EO QUO DIXIMUS SENSU OC„CUPATUM NON EST: &c.) Juris igitur gentium „civilis esse ait, quod mare, (etsi per partes, oc„cupatis lateribus, jure naturali occupari possit,) „apud Romanos occupatum non sit, vel lege oc„cupari non potuerit.

„*d*) (NAM ET FLUMEN PUBLICUM EST &c.) „Author intelligit hic publicum, non jure gentium, „sed jure populi: *§. præced. n.* 1. quod tamen ve„rum non esse patet ex *l. 5 ff. Rer. div. junct. l. 3.* „*de fluminibus l. 7. §. 5. A. R. D. l. 45. pr. Usurp.* „*§. 4. Inst. Rer. div.* ubi flumina diserte dicuntur „*publica jure gentium,* vel quod idem est *commu*„*nia.*

„Cæterum Author probaturus mare, (etsi com„mune seu publicum jure gentium JCtis Romanis „dicatur,) occupari pro parte posse, utitur exem„plo fluminis; quod itidem publicum esse dicitur, „& nihilominus pro parte, nimirum quoad jus pi„scandi, a privatis occupari potest: Verum nega„mus mare vel flumen quoad *proprietatem* occu„pari posse, quamdiu mare vel flumen est, cujus „rei rationem naturalem dedimus *supra §.*

„At *usus* & maris & fluminis occupari potest a „quibuscunque privatis, i. e. quilibet utilitatem ex „mari & flumine percipere potest: Atque ad hunc „usum præcipue pertinent navigatio & piscatio: „Quilibet igitur navigare vel piscari in mari & flu„mine potest, quia cum nemini proprii sint, ne„mo est qui arcendi & prohibendi jus habeat.

e) (ET TAMEN JUS PISCANDI EX DIVERTICULO FLUMINIS A PRIVATO, OCCUPARI POTEST:) Idque ita traditur in *l. 7. ff. de diverſ. præscr.* At bene notandum est, privatos occupare posse jus piscandi non tanquam dominos fluminis, quasi alios jure proprietatis arcere possint; sed tanquam usuarios, qui re communi utuntur.

Cum enim omnes simul uti non possint, necessario præventioni locus est. Hic ergo, qui actu utitur, excludit alios non quasi hi jus utendi non habeant, sed quia alter adhuc utitur. Cessante vero actuali usu, alius jure gentium usum illum sibi vindicare potest. *L. 7. ff. Div. præscr.* Uti in theatro locum,

L. 7. D. de div. temp. præscr. *L. 13. D. de injur.*

patum non eſt, aut occupari jure non potuit. [d] Nam & flumen publicum eſt, ut ſcimus, [e] & tamen jus piſcandi in diverticulo fluminis occupari a privato poteſt: ſed & de mari dictum [f] a Paulo eſt, [g] ſi maris proprium jus ad aliquem pertineat, uti poſſidetis interdictum ei competere; [h] quoniam ad privatam jam cauſam pertinet non ad publicam hæc res: *utpote cum de jure fruendi agatur, quod ex privata cauſa contingit, **non ex publica: [i] ubi haud dubie de exigua agit maris portione, [k] quæ in fundum privatum admittitur: [l] quod a Lu-

quem unus occupat, alter ſimul occupare, & ubi unus ſtat, alter ſtare non poteſt. *Vid. Cic. L. 3. de Finib. & Seneca de Benef. L. 7. c. 12. Conf. L. 3. §. 5. A. rer. dom. & Gothof. ad d. leg. 7.*

Hinc nec præſcriptione reliqui repelli poſſunt, ceſſante alterius uſu. *L. 45. Uſuc.* nec ſervitutes ab eo qui occupavit conſtitui poſſunt, quia dominus non eſt. *L. 13. pr. Commun. præd.*

ADDITIO.

„Occupatio igitur, de qua Author loquitur, non „eſt occupatio *proprietatis* fluminis, ſed *uſus* ejus: „quod vel exinde patet, quia ceſſante uſu omne „jus occupantis in flumine ceſſat. Adeoque, ſi is qui „longo tempore eodem loco piſcatus fuit deſiit „piſcari in flumine, alios prohibere non poteſt. „*d. l.* 45. Illuſtratur hoc jus exemplo littorum, „quæ æque ac flumina ſunt jure gentium „publica, adeoque in proprietatem ſingulorum venire non poſſunt, & tamen ædificium in littore „poſitum cedit ædificanti. At ædificans eo ipſo „non acquirit proprietatem illius partis littoris, ſed „tantum quatenus ædificium ſubſiſtit, adeoque quatenus littoribus utitur: cujus effectus eſt, ut deficiente ædificio, adeoque ceſſante uſu, locus ille „redeat in priſtinum ſtatum. *d. l. 45. l. 14. §. 1. A. rer. dom. l. 6. ff. Rer. div.*

„*f*) (A PAULO:) In *l. 14. ff. de Injur.*

„*g*) (SI MARIS PROPRIUM JUS AD ALIQUEM „PERTINEAT, UTI POSSIDETIS INTERDICTUM COMPETERE:) Videtur ergo mare etiam in privati „proprietatem redigi, atque jure dominii ei quæri „poſſe, *d. l. 14. d. l. 13. §. fin. de injur. Conf. Nov. Leon.* 56. & occupantem ſi in exercitio hujus juris turbatur, agere poſſe interdicto uti poſſidetis. „*d. l.* 14. *d. l.* 2. §. 8. Reſp. Jus proprium maris „ad aliquem pertinere dicitur non intuitu proprietatis, ſed intuitu uſus: uti, ſi in poſſeſſione „juris piſcandi in diverticulo fluminis conſtitutus „ea deturbatur, *d. l.* 45. vel ſi vicinus juri piſcandi „in mari renunciaverit, & contra pactum tamen „piſcatur *l. 13. pr. Commun. præd.*

„*h*) (QUONIAM AD PRIVATAM JAM CAUSAM „PERTINET, NON AD PUBLICAM:) Interdicta enim „tantum dantur ad jus privatum & cuique proprium tuendum: *l. 8. §. 5. in fin. ff. ſi ſerv. vind. l. 14. de injur.* non vero ad tuendum „jus publicum. Quia privatus jus & rem publicam non poſſidet. *vid. l. 1. §. 6. Uti poſſid.* nec „res publica propria cujusque eſt. *l. 2. §. 1. Ne quid in loco publ.*

„*) (UTPOTE CUM DE JURE FRUENDI AGATUR:) Scl. de jure piſcandi in parte maris. *l. 13. §. f. de Injur. junct. d. l.* 14.

„**) (NON EX PUBLICA:) Uti eſſet ſi ſaltem „jure civis re publica uti vellet. *L. 2. §. 1. Ne quid in loco publ.*

i) (Grot.) (UBI HAUD DUBIE DE EXIGUA AGIT MARIS PORTIONE:) Salluſtius *Bell. Cat. c. 13. a privatis compluribus ſubverſos montes, maria conſtructa.* Horatius Lyricorum libro II, carmine XVIII. *v. 20.*

marisque Bajis obſtrepentis urges
ſummovere littora:

& libro III, carmine I. *v. 33.*

Contracta piſces æquora ſentiunt
Jactis in altum molibus.

Vellejus Paterculus *l. 2. c. 33. Injectas moles mari & receptum ſuffoſſis montibus mare.* Seneca in excerptis controverſiarum libro V. controv. V. *Maria ſubmoventur projectis molibus.* Plinius de terra lib. II, c. LXIII. *Ut freta admittamus, eroditur aquis.* Stagna ſtupenda admiſſo mari dixit Lampridius Severo, *c. 26.* Caſſiodorus IX. c. VI. *Quantis ibi molibus marini termini decenter invaſi ſunt, quantis in viſceribus æquoris terra promota eſt?* Tibullus: *L. 2. Ecl. VI. 27.*

Claudit & indomitum moles mare, lentus ut intra
Negligat hibernas piſcis abeſſe minas.

De talibus piſcinis maritimis agit Plinius libro XXXI. c. VI. Columella rei ruſticæ libro VIII, c. XVI. & XVII. ubi hoc inter alia: *lautitias locupletum maria ipſa Neptunumque clauſiſſe:* Similia habet Ambroſius Hexaemero V. c. X. & de Nabuthe cap. III. & Martialis aliquot locis. *L. 10. Ep. 30. v. 19. ſeq.*

ADDITIO.

„Imo JCtus plane non de *proprietate* maris, nec „de ejus exigua parte agit, ſed de ſolo *uſu*: hic „uſus eſt jus proprium occupantis, ſeu ejus qui utitur: Si proinde quis in hoc uſu turbatur interdictum ei datur.

„*k*) (QUÆ IN FUNDUM PRIVATUM ADMITTITUR:) Quæ intra fines prædii privati continetur, „& cataractis clauditur, adeoque in dominio privatorum eſt.

l) (Grot.) (QUOD A LUCULLO, ET ALIIS FACTUM LEGIMUS:) Varro de eo (*de re Ruſt. l. 3. c. 17.*) *Ad Neapolim L. Lucullus, poſteaquam perfodiſſet montem, & maritima flumina immiſiſſet in piſcinas, quæ reciproca fluerent, ipſe Neptuno non cederet de piſcatu.* Plutarchus,

a Lucullo & aliis factum legimus. Valerius Maximus de C. Sergio Lib. .., 1.
Orata: *Peculiaria ſibi maria excogitavit*, [m] *æſtuariis intercipiendo fluctus*. Sed idem poſtea, [n] contra veterum Jurisconſultorum re- L. 13 § 7. D de injuriis.
ſponſa, ad [o] πρόθυρα, id eſt, veſtibula in Boſphoro Thracio produxit Leo Imperator, [p] ut ea quoque ſeptis quibusdam, quas [q] ἐποχὰς voca- Nov. Leon. 56.
bant, includi, [r] & privatim vindicari poſſent.

2. [s] Quod ſi privatorum fundis aliquid maris poteſt accedere, [t] quatenus incluſum nempe eſt, [u] & ita exiguum ut fundi portio cenſeri

tarchus, ejus vita: p. 518. C. καὶ τροχοὺς θαλάσσης καὶ διαδρομὰς ἰχθυοφόρους τοῖς οἰκητηρίοις περιελίσσοντες καὶ διαίτας ἐνάλιους κτίζοντος: *Cum ipſe maris alveos & plenos piſcibus euripos villis ſuis circumdaret, inque ipſo mari cænacula fabricaret.* Plinius lib. IX, c. LIV. *Lucullus exciſo monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, euripum & maria admiſit, qua de cauſa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat.*

ADDITIO.

,,Æſtuaria illa Luculli, & aliorum, fuere privata ,,maria arte facta, de quibus JCtus plane non lo- ,,quitur: de Lucullo id tradit *Varro de re ruſt. 3.* ,,*17.*

,,*m*) (ÆSTUARIIS INTERCIPIENDO FLUCTUS:) ,,Effoſſis lacubus, in quos admitteret mare; dein ,,cataracta, quoties lubuiſſet, clauderet. *Gronov. h.*

,,*n*) (CONTRA VETERUM JCTORUM RESPONSA ,,AD πρόθυρα &C. EXTENDIT LEO &C.) Leo Impe- ,,rator doctrinam veterum JCtorum, in primis Ul- ,,piani (qui ante ædes meas, vel ante prætorium ,,meum piſcantem non poſſe prohiberi, ſed inju- ,,riarum actionem contra prohibentem dari putat.) ,,abſurditatis arguit, quod dominus prædii vel ,,ædium utilitatem res ſuæ alii, qui jus in ea non ,,habet, relinquere teneatur: iniquum enim videri ,,putat, dominum, qui tributum loci ſolvit, expelle- ,,re non poſſe eum qui præter ipſius voluntatem ,,loci commodis uti velit. Imo rationem dari ,,non poſſe, cur ipſe dominus aliis orarum emolu- ,,menta permittere, &, vel interim dormire, vel ,,in aliorum oris errabundus piſcari teneatur, cum ,,in ſuis oon poſſit. *Nov. Leon. 56.*

,,At bene notandum, caſum Ulpiani plane diver- ,,ſum eſſe a caſu de quo Leo loquitur: Ille enim ,,ſupponit locum ante ædes vel prætorium a nemi- ,,ne eſſe occupatum, adeoque locum naturali jure ,,communem, quo quilibet uti poteſt: Leo autem ,,ſupponit locum maris quem inconcuſſo jure do- ,,minus ædium poſſidet, & tributum pro eo ſolvit, ,,unde hic locus quaſi veſtibulum & atrium prædii ,,dicitur: Sane textus græcus loquitur de piſcanti- ,,bus παρὰ τοῖς προθύροις, i. e. in veſtibulis, quæ, uti ,,Grotius ipſe ſtatim explicat, ſeptis quibusdam, ,,quas ἐποχὰς vocabant, includi ſolebant:

,,Jure igitur extranei propelli a jure piſcandi ,,hic poſſunt; non quia pars maris poſſeſſori propria ,,facta eſt, ſed quia uſus (qui communis eſt) a domi- ,,no ædium ante ædes occupatus eſt. Quamdiu ,,igitur ille utitur, excludere alios poteſt. At- ,,que hæc quoque ratio eſt, cur illi qui conduxe- ,,re ἐποχὰς publicas, alios excludere poſſint, quia ,,ſuo jure utuntur. *l. 13. §. f. injur.*

,,Quoties proinde dominus ædium uſum piſcan- ,,di ante ædes vel prætorium non occupavit, vera ,,manet ſententia Ulpiani in *d. l. 13.* quod is qui ,,alium ante ædes piſcari prohibet, injuriarum te- ,,neatur, quia uſus maris communis eſt. Quan- ,,quam etiam hoc caſu ſæpius aliud, ſed ſine ullo ,,jure, uſurpatum eſſe ipſe fateatur.

o) (Grot.) (Πρόθυρα:) Vide Leonis novellas LVII, CII, CIII, CIV. Attaliaten pragmaticorum tit. XCV. Harmenopulum lib. II. tit. I. §. *περὶ προθύρων*. Vide & ſummum virum Jacobum Cujacium obſerv. XIV. 1.

,,*p*) (UT EA QUOQUE SEPTIS QUIBUSDAM:) ,,Per ejusmodi ſepta non proprietas maris acquiri- ,,tur, ſed ſaltem uſus: atque hoc jus utendi tamdiu ,,manet quam diu ſepta poſita ſunt; quibus ſubla- ,,tis ceſſat uſus, & alius uſum hujus loci occupare ,,poteſt.

,,*q*) (ἐποχὰς:) Quam vocem *Gothofredus ad Novell. Leon. 57. lit. f.* deſcribit, *Retia in mari extenſa* ,,*confixis palis.*

,,*r*) (ET PRIVATIM VINDICARI POSSIT:) Non ,,quoad *proprietatem* maris, ſed quoad *uſum:* & ,,propter hoc jus proprium maris apud veteres ,,JCtos dabatur interdictum uti poſſidetis. *d. l.* ,,14.

,,*s*) (QUOD SI PRIVATORUM FUNDIS ALIQUID ,,MARIS POTEST ACCEDERE:) Dictum jam eſt, ,,pri- ,,vatorum fundis nihil accedere poſſe maris quoad ,,proprietatem, ſed ſaltem quoad uſum, & hoc jus ,,proprium privatorum dicitor.

,,*t*) (QUATENUS INCLUSUM NEMPE EST?) Imo, ,,etſi littoribus utrinque iocluſum ſit, tamen nec ,,aqua nec alveus eſt in poteſtate & cuſtodia in- ,,cludentis, adeoque nec in proprietate.

,,*u*) (ET ITA EXIGUUM, UT FUNDI PORTIO VI- ,,DERI POSSIT:) Ratio, cur mare occupari prohi- ,,beatur, non in eo conſiſtit, quod terra ſit portio ,,maris, (nam nec id verum eſſe vidimus) ſed quod ,,aquæ complexus in noſtram proprietatem venire ,,nequeat, quæ ratio etiam in minima maris parte ,,obtinet.

 ,,*v*) (NEC

feri poffit, [v] nec quo minus id fiat repugnat jus naturæ; [w] quidni & portio maris inclufa littoribus ejus fiat populi, eorumve populorum, cujus quorumve funt littora, [x] dum ea pars maris ad territorium comparati non major fit quam diverticulum maris comparatum ad magnitudinem fundi privati? [y] Nec obftare quod mare non undique includatur, exemplo fluminis intelligi poteft, [z] & exemplo maris ad villam admiffi.

3. Sed [aa] multa, quæ natura permittit, jus gentium ex communi quodam confenfu potuit prohibere. [bb] Quare quibus in locis tale jus gentium viguit, [cc] neque communi confenfu fublatum eft, [dd] maris portio [ee] quamvis exigua, & maxime fui parte inclufa littoribus, in jus proprium populi alicujus non concedet.

§. XI.

Verum notandum etiam, [a] fi jus illud gentium de mari receptum non effet, [b] aut fublatum, [c] tamen ex eo folo, quod terras populus occu-

„v) (NEC QUO MINUS ID FIAT, REPUGNAT „JUS NATURÆ:) Repugnat omnino jus naturæ, quia „natura impoffibile eft ut mare etiam quoad exi„guam ejus partem in proprietatem venire pofsit.

„w) (QUIO NI ET PORTIO MARIS INCLUSA „LITTORIBUS EJUS FIAT POPULI:) Uti antece„dens verum' non eft intuitu proprietatis, ita nec „coofequentia.

„x) (DUM EA PARS MARIS AO TERRITORIUM „COMPARATI NON MAJOR SIT, QUAM OIVERTICU„LUM:) Gratis hæc dicuntur. Neque enim pro„tyron maris, neque diverticulum fluminis, quod „ad *proprietatem* attinet, occupari poteft.

„y) (NEC OBSTARE, QUOO MARE NON UNDI„QUE INCLUDATUR:) i. e. fupra & infra: fuffice„re enim putat quod, uti in flumine fit, major „pars i. e. latera claufa fint ripis. *fupra §. 7.* At licet „mare & flumen lateribus claufa fint, certum eft, „nec alveum nec aquam fluminis in noftra pote„ftate effe, nec natura in corporalem poteftatem „pervenire poffe.

„z) (ET EXEMPLO MARIS AO VILLAM AOMIS„SI:) Innuit Author exemplum Luculli: *qui ex„ciso monte juxta Neapolim, maiori impendio, quam „villam ædificaverat, maria admifit. Plin. L. 9. c. „54.* At definit hoc ipfo effe mare, & aqua priva„ta facta, ac mediantibus cataractis in poteftatem „poffeiforis redacta eft.

„aa) (MULTA, QUÆ NATURA PERMITTIT, JUS „GENTIUM EX COMMUNI QUODAM CONSENSU PO„TUIT PROHIBERE:) Idem Author repetit *L. 3. c. „4. §. 15. n. 1.* At fruftra 1) hæc authoritas tribui„tur juri gentium voluntario, quale non datur: „neque enim talis communis gentium confenfus „unquam probari poterit, Sed & 2) fi tale jus da„retur, verum non eft jure gentium prohibitum „apud Romanos fuiffe ne occupentur maria, id „enim ipfa natura prohibet.

„bb) (QUARE QUIBUS IN LOCIS TALE JUS GEN„TIUM:) Dictum jam eft non exiftere tale jus „gentium, adeoque fruftra quæri, quibus in locis „id viguerit.

„cc) (NEQUE COMMUNI CONSENSU SUBLATUM „EST:) Ex hypothefi enim Authoris jus gentium „quod cum mutua obligatione receptum eft, non „nifi confenfu communi mutari poteft; indeque „illud diftinguit a jure gentium improprie fic dicto. „*L. 3. c. 1. §. 8. n. Lib. 2. c. 8. §. 26. L. 1. c. 1. §. 14.* „At neutro fenfu jus gentium dari probavimus in „*Differt. prooem. IV. §. 29. feq.*

„dd) (MARIS PORTIO &c. IN JUS PROPRIUM „POPULI ALICUJUS NON CONCEOET:) Diximus, „hoc non effe ex prohibitione ficti illius juris gen„tium, fed ex ipfa naturæ ratione.

„ee) (QUAMVIS EXIGUA, ET MAXIMA SUI PAR„TE INCLUSA LITTORIBUS:) Dictum eft impedi„mentum, quo minus exigua pars maris occupari „poffit, non effe ex jure gentium, fed ex ipfo jure „naturæ. *vid. fupra §. 8.*

„a) (JUS ILLUD GENTIUM OE MARI:) Ne fcl. „maris portio, etfi exigua, occupari poffit.

„b) (AUT SUBLATUM:) Per aliud jus gentium: „*vid. §. præced. n. 3.*

c) (TAMEN EX EO SOLO, QUOD TERRAS POPULUS OCCUPARIT, MARE OCCUPATUM COLLIGI NUN POSSE:) Occupatio confiftit 1) in cuftodia, adeoque in actu corporali. 2) In animo tenendi. Uno deficiente ceffat occupatio, adeoque non fufficit folus animus. Diffentit ab Authore Ziglerus, & putat terra occupata vicinum quoque mare occupatum cenferi, fed male; Ex fola vicinia non probatur occupatio, requiritur enim ut quis corpore & animo poffideat, at qui terram faltem corpore tenet & mare animo, non poffidet. Alius enim actus eft quo terra, alius quo mare occupatur: Sane

occuparit, mare occupatum colligi non posse: *nec animi ictum sufficere, [d]sed actu externo esse opus [e] unde occupatio possit intelligi. Deinde vero [f] si deseratur possessio ex occupatione nata, jam mare redire ad veterem naturam, id est ad usum communem: [g] quod de inædificato littore respondit Papinianus, [h] & de piscatione in fluminis diverticulo. *L. præscriptio. 41. D. de usurp. & usuc.*

§. XII.

quamdiu igitur quis actu corporali non tenet mare, nondum in ejus est potestate, nam facultas de mare disponendi naturalis deficit. Neque enim alios inde arcere possumus, nisi classe instructa; Præterea occupatio facti est, & ab allegante probari debet. Zieglerus ad stabiliendam suam sententiam perperam allegat legem *9. ff. de Judic.* ubi insulæ Italiæ pars Italiæ dicuntur: quia JCtus ibi loquitur de insulis fluminum occupatorum, flumina enim intra fines territorii comprehensa sunt pars ejus, & sic cum territorio simul occupata censentur. De insulis autem fluminum Italiæ, non vero de insulis maris ibi quæstionem esse, patet tum ex verbis adjectis, & *cujusque provinciæ*, adeoque loquitur de insulis in unaquaque Provincia, seu fluminibus illius provinciæ natis; tum ex ratione juris, quia insulæ in mari natæ nullius esse jure Romano statuitur.

ADDITIO.

„Certum est occupata terra non intelligi occupatum mare, nec quoad *imperium*, nec „quoad *proprietatem*. Nam in acquisitione *imperii* „non sufficit solus animi ictus, sed præterea res ita „in nostra potestate esse debet ut cum effectu legem „ei dicere possimus, quod fit si classe armata ma„re intra certos fines occupatur. *Proprieta* ma„ris ex rei natura quæri non potest, adeoque „imperio maris occupato proprietas ejus occupata „non censetur. Cæterum insulæ *in d. l. 9.* ideo pars „Italiæ dicuntur, quia sub imperio Italiæ continentur.

„*) (NEC ANIMI ICTUM SUFFICERE:) Occu„pare enim est in potestatem nostram redigere, „non vero in potestate nostra est res omnis quam „videmus. Atque hinc deciditur celebris illa quæ„stio, an is qui rem prior vidit, an is qui prior „cepit, occupasse censeatur? *vid. Dissert. Prooem.* „*XII.* §. *257.*

„*d*) (SED ACTU EXTERNO OPUS EST:) Hinc „JCtus bene ait, dominia rerum ex naturali pos„sessione cœpisse. *L. 1. §. 1. A. poss.* Possessio au„tem naturalis non acquiritur nisi actu corporali. „*L. 3. §. 1. A. Poss.*

„*e*) (UNDE OCCUPATIO POSSIT INTELLIGI:) „Occupatio enim facti est, & probanda.

„*f*) (SI DESERATUR POSSESSIO &C. JAM MARE RE„DIRE AD VETEREM NATURAM, I. E. AD USUM „COMMUNEM:) Frustra hæc dicuntur: Mare *possi*„*deri* plane non potest ad effectum *dominii*, sed „solus *usus* inde percipi potest. Cessante usu, mare „iterum fit nullius, & redit ad veterem naturam, i. e. „ad usum communem.

„*g*) (QUOD DE INÆDIFICATO LITTORE RESPON„DIT PAPINIANUS:) *In L. 45. pr. Usurp.* & ple„nius *Neratius in L. 14. §. 1. ff. de A. rer. dom.* At „ex hac ipsa dispositione juris Romani probatur, ma„re vel littora quoad illam partem, quam in usus „nostros traximus ponendo ædificium, nunquam „in dominium nostrum pervenisse. Si enim lo„cus ille proprius nobis factus fuisset, noster ma„neret etiam diruto ædificio, Constat igitur, *so*„*lum usum* littorum occupatum esse, vi juris com„munis quo omnibus hominibus uti illa re licet: „unde necessario sequitur, cessante usu, i. e. diruto „ædificio, omne jus utentis deficere, eoque rem ad „veterem naturam i. e. ad usus communes redire.

„*h*) (ET DE PISCATIONE IN FLUMINIS DIVER„TICULO:) *L. 7. ff. diverf. præscr.* Ex hoc quo„que textu apparet proprietatem fluminis occupari „non posse, sed solum usum:

a) (AD §. XII.) Author recte hic defendit, liberum cuique esse jus navigandi per maria, etiam occupata; quia est species transitus, qui omnibus jure gentium competit. *vid. Hyp. nostra Instit. tit. de Rer. div.* §. *7. & Disp. de justitia regn. Portugall. p. 72.*

ADDITIO.

„Lusitanos & Hispanos alios a jure navigandi „prohibuisse supra vidimus. *Confer. Malcomes. ad ff.* „*Wesenbec de Rer. Div.* Socii Leontinorum ab Athe„niensibus auxilia contra Syracusanos petebant, „quod a Syracusanis & terræ & maris usu prohi„berentur. *Thucyd. L. 3. n. 232.* Hinc Elisabetha „Angliæ regina *apud Camd. Elis. p. 2. pag.* 348. „Mendozæ Hispaniarum Legato querenti, An„glos navigare Oceanum Indicum, respondet: „Illam non intelligere, cur sui & aliorum prin„cipum subditi ab Indiis prohibeantur, quas Hispa„nici juris esse persuadere sibi non posset ex Ponti„ficis Romani donatione, in quo prærogativam in „ejusmodi causis agnovit nullam; nedum authorita„tem, ut principes obligaret, qui nullam ei obedien„tiam debent; aut Hispanum novo illo orbe quasi „infeudaret, & possessione investiret. Nec alio quo„piam jure, quam quod Hispani hinc illinc appule„rint, casulas posuerint, flumen aut promontorium „denominaverint, qua proprietatem acquirere non „possunt; Ut hæc rei alienæ donatio, quæ ex jure „nihili est, & imaginaria hæc proprietas obstare non „debeat, quo minus cæteri principes commercia in „illis regionibus exerceant, & colonias, ubi Hispa„ni non incolunt, jure gentium nequaquam violato, „deducant, (cum præscriptio sine possessione haud „valeat;) nec non Oceanum illum vastum libere na„vigent, cum maris & aëris usus omnibus sit com„munis. Nec jus in Oceanum populo aut privato „cuipiam possit competere, cum nec natura, nec „usus publici ratio occupationem permittat.

§. XII.

Illud certum est, etiam qui mare occupaverit navigationem impedire non posse [b] inermem & innoxiam, [c] quando nec per terram talis transitus prohiberi potest; [d] qui & minus esse solet necessarius [e] & magis noxius.

§. XIII.

1. [a] Ut autem solum imperium [b] in maris partem sine alia proprietate

„b) INERMEM ET INNOXIAM:) Imo & armatam, si innoxia sit. Si autem justus metus adsit, „repelli jure necessariæ defensionis is qui transitum petit potest. *Vid. sup. c. 1. §. 17.*

„c) (QUANDO NEC PER TERRAM PROHIBERI „TALIS TRANSITUS POTEST:) Uti naturæ rationibus demonstratum est supra *L. 2. c. 2. §. 13.*

„d) (QUI ET MINUS SOLET ESSE NECESSARIUS:) Quia mare trajiciendo via multo brevior & „commodior est.

„e) (ET MAGIS NOXIUS:) Vix enim per fundum transire, imprimis cum multitudine, possumus quin damnum aliquod detur. *Vide supra c. „2. §. 13.*

a) (UT AUTEM SOLUM:) Author ait, facilius maris partem occupari posse quoad *imperium*, quam quoad *proprietatem*; At imperium nihil aliud est quam proprietas publica, per quam res constituitur in patrimonio populi occupantis, & quæ supponit facultatem disponendi de juribus publicis æque ac privatis. Qui proinde imperium occupat, etiam proprietatem occupat, & res dicitur esse in patrimonio populi. *Vid. l. 2. c. 2. §. 4. & c. 3. §. 19. n. 2.*

ADDITIO.

„In occupatione imperii non requiritur ut res „sit in corporali nostra potestate, sed sufficit legem rei dici posse cum effectu. Adeoque certum est „per occupationem imperii non acquiri dominium. „*Vid. Diss. prooem. VI. §. 18. & 24. Disp. XII. §. 237.*

b) (Grot.) (IMPERIUM IN MARIS PARTEM:) Philo de regibus: *καὶ τὰ ἄπειρα πλήθει καὶ μεγέθει πελάγη προσεκτήσαντο: etiam maris numero infinita, immensa magnitudine, ad terras adjicere.* Lycophron. *pag. 84. v. 4,*

Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν
Terra marisque sceptra, regnorumque opes.

Virgilius: *Georg. I. 31.*

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Julius Firmicus *Mathes. l 6. c. 1. maris ac terræ dominia possidentes.* Nonnus *Dionys. l. 43. p. 1106. v. 14.*

Βερόη κράτος ἔχε θαλάσσης
Beroe pelagus ditione tenebat.

Termini regnorum Suetia in medio freti Ore sunt Johannes magnus in Archiepiscopis Upsalensibus cap. XV. De Tyro Curtius *L. 4. c. 4. mare non vicinum modo, sed quodcumque classes ejus adierunt ditionis suæ fecit.* Unde proverbium: *Tyria maria* apud Festum. Isocrates de Lacedæmoniis & Atheniensibus *in Panath. p. 243. C. edit. Steph.* *συνέβη ἑκατέραν κυρίαν γενέσθαι τῆς κατὰ θάλατταν ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν, ὑπηκόους ἔχειν πλείστας τῶν πόλεων: Sic evenit, ut civitas utraque terram adipisceretur eam quæ mari ab ipsis possesso adjaceret, plurimasque urbes haberet sibi obsequentes.* Demosthenes de Lacedæmoniis in Philippica II. 1. *pag. 49. C.* θαλάσσης ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης: *Et mare omne & terras tenebant.* Scriptor vitæ Timothei: *Corn. Nep. c. 2, quo facto Lacedæmonii de diuturna contentione destiterunt, & sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt.* Scriptor orationis de Halonefo, (quæ est inter Demosthenicas,) de Philippo loquens Macedone: οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ἀξιῶν ὑφ' ἡμῶν εἰς τὴν θάλασσαν καταστάθηναι, καὶ ὁμολογῆσαι ἡμᾶς ὡς οὐκ ἄνευ Φιλίππου οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ φυλακὴν δυνατοί ἐσε φυλάττειν: *Nihil ille quærit aliud, quam a nobis in possessione constitui maris, & a nobis confessionem exprimere, nos absque ipso nec maris custodiam posse retinere. p. 31. B.* Iulianus Imperator de Alexandro, molitum eum esse bellum hoc animo: ὅπως γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάττης κύριος γένοιτο: *ut terræ marisque totius dominus fieret. Orat. III. p. 107. C. Edit. Spanh.* Hujus successor Antiochus Epiphanes apud Gorioniden: *Nonne terra & mare mea sunt?* De alio ejusdem successore Ptolemæo Theocritus: Idyll. XVII. 76.

Πολλᾶς δὲ κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσης,
Lateque imperitat terris lateque profundo,

Item *ibid. v. 9.*

θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ γαῖα,
καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.
Omnis tellusque fretumque
Altisonique amnes sub rege jacent Ptolemæo,

Tempus est ad Romanos veniamus. Scipioni majori sic Annibal in Livio: *l. 30. c. 30. Carthaginenses inclusi Africæ littoribus, vos, quando Diis ita placuit, externa etiam terra marique videamus regere imperia.* De minore Scipione Claudianus *de sec. Consul. Stil. præf. v. 7.*

Patriis primo cum manibus ultor
Subderet Hispanum legibus Oceanum.

Itaque mare internum passim suum vocant Romani, Sallustius, Florus, Mela, alii. Sed plus adjicit Dionysius Halicarnassensis: *πάσης κρατεῖ θαλάσσης οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδος ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι: Populus Romanus omni mari imperat, non modo ei quod intra columnas est, Herculis, sed & Oceani in quantum navigatur. Antiq. l. 1. c. 3.* De iisdem, Dio Cassius:

prietate occupetur, facilius potuit procedere: [e] neque arbitror jus illud gentium, [d] de quo diximus, obstare. Argivi olim cum Atheniensibus expostularunt, [e] † quod suo mari Spartanos Argivorum hostes transire sivissent: [f] quasi violato fœdere, quo cautum erat, ne alter populus hostes alterius sineret ire διὰ τῶν ἑαυτῶν, *per sui imperii loca.* Et induciis annalibus belli Peloponnesiaci †† permittitur Megarensibus navigare mari [g] quod ad ipsorum sociorumque terram pertineat, τῇ θαλάσσῃ ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν. Sic θάλασσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων πᾶσαν, mare omne quod Romani est imperii, dixit Dio Cassius ††† libro XLII. Themistius de Romano Imperatore: τὴν γῆν καὶ θάλασσαν ὑπήκοον ἔχων: *habens sibi subditam terram & mare.* Oppianus ad Imperatorem:

σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
Εἱλεῖται.
tuis etenim sub legibus æquor.
Volvitur.

Et Dion Prusæensis, in altera ad Tarsenses, multa ei civitati ab Augusto ait concessa, inter alia ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάττης τῆς κατ' αὐτήν:

Bossius tit. de aquis n. 36. allegans Bal. Capoll. et alios. Vide L. unicam C. de classicis. lib. XI. † Thucyd. lib. V. c. 56. †† Idem lib. IV. c. 118. ††† Pag. 211. A. Ed. H. Steph. Pag. 415. D.

Cassius: πάσης σχεδὸν βασιλεύοντες γῆς καὶ θαλάσσης: *Omni ferme imperant terra marique.* Appianus in præfatione describens Romani imperii magnitudinem, sub eo ponit mare Euxinum, Propontidem, Hellespontum, Ægæum, & Ægyptium mare. Pompejo datum imperium in omne id mare quod intra Herculeas est columnas; ita Plutarchus & Appianus. Philo in Flaccum: *p. 980. B.* ἀφ' οὗ τὴν ἡγεμονίαν ὁ Σεβαστὸς οἶκος ἀνήψατο γῆς καὶ θαλάσσης: *ex quo Cæsarum domus terra marisque imperium adepta est.* De Augusto Ovid. *Met. XV. 831.*

Pontus quoque serviet illi.

Inscriptio in ejus honorem (apud *Grut. p. 144. n. 4.*) *Orbe terra & mari pacato. Augustus Janum Quirinum terra marique pace parta ter clausit*, teste Suetonio. Aug. c. 22. Qui de eodem; *Classem Miseni & alteram Ravennæ ad tutelam superi & inferi maris collocavit.* cap. 49. Ad Tiberium Valerius Maximus: *præf. p. 2. Penes te hominum Deorumque consensus maris & terræ regimen esse voluit.* De eodem Philo de legat. ad Cajum p. 1012. C. γῆς καὶ θαλάσσης ἀναψάμενον κατὰ κράτος: *qui imperio terram ac mare complectebatur.* Idem de Cajo Tiberii successore: Γάϊον μετὰ τὴν Τιβερίου τελευτὴν παρειληφότα τὴν ἡγεμονίαν πάσης γῆς καὶ θαλάττης: *Cajum qui post mortem Tiberii imperium omne terræ marisque suscepit. ib. p. 993.* Vespasianum Josephus *de bell. jud. l. 3. c. 8. §. 9.* vocat, δεσπότην καὶ γῆς καὶ θαλάττης: *terra marisque dominum:* Idem jus Antonio multis in locis Aristides tribuit. Procopius Imperatoris statuas effictas narrat orbem tenentes, ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται: *Quod ei subjecta esset terra, & mare. De ædif. Justin. c. 2.* Nicetas Patricius Adriatici litoris servator commoratur in literis Ludovici II. *apud Goldastum in Const. imper. T. I. p. 118.* Constantinus monomachus in historia dicitur γῆς καὶ θαλάσσης κύριος καὶ δεσπότης: *terra marisque imperator ac dominus:* Et inter themata, id est provincias Romani Imperii, ponitur mare Ægæum. *apud Const. Porphyr. l. 1. them. 17.* Francos mari ad Massiliam & circum imperasse narrat Procopius Gotthicorum III. *c. 33.* De jure Venetæ reipublicæ vide Parutam libro VII. & specialem historiam de Uscochis. Addi his possunt Iurisconsulti recentiores ad c. ubi periculum, de Electis in VI. Bartolus, Angelus, Felinus in c. ad liberandum 17. in principio: de Judæis. Baldus ad titulum Digestorum de rerum divisionibus col. 2. Afflictus in tit. quæ sint regalia. Cacheranus decisione Pedemontana 155. n. 4. ubi ex Baldo dicit totum mundum hoc jure uti. Albericus Gentilis Advocationis Hispanicæ I. 8.

e) (NEQUE ARBITROR JUS ILLUD GENTIUM OBSTARE:) Ideo non obstat, quia tale jus gentium non datur. *Dissert. prooem. IV. §. 29.*

d) (DE QUO DIXIMUS:) Quod scl. ex hypothesi Authoris, prohibet ne mare a populis occupari possit, nec quoad jus piscandi. *Vid. §. 5. §. 6. §. 9. §. 10. §. 11. n. 3.*

„*e*) (QUOD SUO MARI:) Mare ergo erat occupatum, adeoque sub imperio Atheniensium. Resp. „erat eorum jure imperii, vi cujus prohibere trans„euntes potuissent.

f) (QUASI VIOLATO FOEDERE QUO CAUTUM ERAT. &c.) Cum enim per sui imperii loca transitum concedere non debuerint, etiam per mare, quod eorum imperio suberat, eam concedere non debuissent.

„*g*) (QUOD AD IPSORUM, SOCIORUMQUE TER„RAM PERTINEAT:) Jus navigandi a natura Me„garensibus competebat, idque pacto confirmabatur: „Cæterum exinde non sequitur, mare hoc fuisse in „proprietate paciscentium, sed sub eorum imperio.

 „*h*) (EA

τὴν: *jus in amnem Cydnum & proximam maris partem:* Et apud Virgilium legimus: (Æn. I. 236.)

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Lib. x c. 7. Apud Gellium: *Fluminum quæ in mare qua imperium Romanum est fluunt.* Lib. IV. p. 180. Notat Strabo Massilienses multa cepisse spolia cum præliis navalibus vicissent τὺς ἀμφισβητὖντας τῆς θαλάσσης ἀδίκως: *eos qui injuste de mari controversiam moverent.* Lib. XII. p. 545. Idem Sinopen ait imperitasse mari in Cyaneas.

2. Videtur autem imperium maris portionem [h] eadem ratione acquiri qua imperia alia, id est, [i] ut supra diximus, ratione personarum, & ratione territorii; Ratione personarum, [k] ut si classis, qui maritimus est exercitus, aliquo in loco maris se habeat: ratione territorii, [l] quatenus ex terra cogi possunt qui maris parte versantur, [m] nec minus quam si in ipsa terra reperirentur.

§. XIV.

[a] Quare nec contra jus naturæ [b] aut gentium faciet, qui [c] recepto in se onere tuendæ navigationis, juvandæque [d] per ignes nocturnos [e] & brevium signa, [f] vectigal æquum imposuerit navigantibus, quale fuit Romanum [g] vectigal Erythræum, ob sumtus exercitus maritimi adversus piraticas excursiones: & [h] quod in ponto Byzantini

Plinius lib. XIX. 4. Strabo lib. XVII. p. 798.

„*h*) (EADEM RATIONE ACQUIRI QUA IMPERIA ALIA:) Scl. tam in alveum & littora maris, „quam in personas navigantes: hinc nec in alveo „nec in littoribus absque Prætoris decreto aliquid „exstruere apud Romanos licuit.

„*i*) (UT SUPRA DIXIMUS:) *L. 2. c. 3. §. 4. n. 1.* „*in f.*

„*k*) (UT SI CLASSIS &c. IN ALIQUO LOCO MARIS „SE HABEAT:) Quidquid enim intra fines imperii „maritimi invenitur, imperio occupantis subest.

„*l*) (QUATENUS EX TERRA COGI POSSUNT:) „Uti in transitu Sestii & Abydi, seu, ut nunc vo„catur, Dardanellorum; & Freti Hafniensis vid. „*Tesm. h. l.* Nam ex sententiis Grotii mare pro par„te occupari potest ab eo qui terras ad utrumque „latus possidet. *Vid. supr. §. 8.* Verius est, acqui„ri imperium in mare non tantum quatenus ex „terra alii cogi possunt, sed etiam, quatenus classe „possunt.

„*m*) (NEC MINUS, QUAM, SI IN IPSA TERRA „REPERIRENTUR:) Salvo cæterum usu juris gen„tium.

a) (QUARE NEC CONTRA JUS NATURÆ &c. FACIET:) Quæritur, *an princeps occupans imperium maris vectigal præter navigantibus imponere possit?* Affirmatur; idque exemplis probant Author, & *Tesmarus in not. h. l.* Princeps enim, uti territorium cujus imperium occupavit securum præstare debet, ita & mare; at quia suis sumtibus id facere non tenetur, merito a transeuntibus ideo exigere aliquid potest. *Conf. supr. c. 2. §. 14.*

„*b*) (AUT JUS GENTIUM:) Contra jus gentium „non peccat, quia tale non datur.

„*c*) (RECEPTO IN SE ONERE TUENDÆ NAVI„GATIONIS:) Ad id enim vi imperii tenetur.

„*d*) (PER IGNES NOCTURNOS:) Pharos. *Sueton.* „*Calig. 46. Claud. 20. Gronov. h.*

„*e*) (ET BREVIUM:) Vadasorum & minus pro„fundorum locorum. *Gron. h.*

f) (Grot.) (VECTIGAL ÆQUUM:) Rhodii olim portorium de insulis exegere, etiam de Pharo apud Alexandriam, teste Ammiano lib. XXII. *c.* 16. *p.* 373. De Venetis, qui in Gallis, Cæsar: *In magno impetu maris atque aperto, paucis portubus interjectis quos tenent ipsi, omnes fere qui eodem mari uti consueverunt, habent vectigales. Bell, Gall. 3. 8.* Florus de Romanis: *Pudebat nobilem populum ablato mari, raptis insulis, dare tributa qua jubere consueverat. l. 2. c.* 6. Plinius VI. c. XXII. Annii Plocami meminit qui maris rubri vectigal a fisco redemerat: idem capite sequenti de mari agens quo in Indiam navigatur: *Omnibus annis navigatur sagittariorum cohortibus impositis; etenim piratæ maxime infestant* Disputationes egregias de modo vectigalis vide in Elisabetha Camdeni Anno CIↃ IↃCXXXII. & CIↃ IↃCC II.

„*g*) (VECTIGAL ERYTHRÆUM:) Simile vectigal „est quod Veneti in mari Adriatico exigunt. *Vid.* „*Menoch. Consil. 901. n. 15. & 16. Cæpoll. de Servit.* „*præd. rustic. c. 24. n. 10.* Turcæ a qualibet Chri„stianorum navi exigunt 100. *Joh. Bruno ad Clu*„*veri Introd. Geogr. c. 14. n. 2.* Apud Xenophon„tem *Histor. Græcar. Lib. 1.* legitur Decumam de„venientibus e Ponto navibus exactam fuisse. *Vid.* „*Tesm. h. l.*

h) (Grot.) (QUOD IN PONTO BYZANTINI EXIGEBANT:) Meminit Byzantini vectigalis Herodianus

zantini exigebant διαγώγιον, & quod jam olim Athenienses occupata [i] Chrysopoli exegerunt in ponto eodem, memorante utrumque [k] Polybio: & quod in Hellesponto olim Athenienses eosdem exegisse ostendit [l] Demosthenes in Leptimen, suo autem tempore Romanos Imperatores in arcana historia memorat Procopius.

Lib. IV. c. 44.
Pag 369. A. B.

§. XV.

I. Inveniuntur exempla fœderum, quibus populus alter alteri populo se obstringit, [a] ne ultra certum terminum naviget. Sic inter reges accolas rubri maris & Ægyptios convenerat olim, ne Ægyptii in id mare venirent ulla navi longa, oneraria non plus una. Sic inter † Athenienses & Persas [b] Cimonis ætate placuerat, ne qua navis Medica armata intra Cyaneas & Chelidonia navigaret: intra Cyaneas & Phaselidem [*] post prælium ad Salaminem: [c] in annalibus induciis †† belli Peloponnesiaci, ne Lacedæmonii navigarent longis navibus, sed aliis navigiis, quæ ferrent ponderis non amplius quingentis talentis: [d] & primo fœdere, quod statim ab exactis regibus ††† [e] Romani cum Carthaginiensibus fecerant, convenerant, ne Romani Romanorumve socii [f] ultra Pulchrum promontorium navigarent, extra quam si tempestatis aut hostium vi compulsi essent: qui vi compulsi advenissent, nihil sumerent præter necessaria, & intra diem quintum abscederent. [g] Et in secundo fœdere, ne Romani ultra Pulchrum pro-

Philostr. de vita Apoll. III. c. XI. (c. 35 Ed. Olear.)
† Plut. Cim. p. 487. A. Diod. l. XI. c. 81. Aristid. in Panath. p. 294. Tom. I.
†† Thucyd. Lib. IV. c. 118.
††† Polyb. III, 22.

nus Severo: *L. 3. c. 1.* Procopius, tum in vulgata tum in arcana historia, etiam veteris vectigalis in Hellesponto meminit, novi autem ad fauces maris Euxini & in freto Byzantino. Byzantini exactionem fuisse ad ædem Blachernianam, Hellespontiaci Abydi docet Theophanes. Abydi illud *δεκατευτήριον*, id est vectigalarum decimæ, vocat Agathias libro V. *c. 5.* minuit id Irene. Immanuel Comnenus imperator monasteriis aliquibus concessit *θαλάσσια δίκαια: obventiones e mari.* Docet Balsamo in Concilii Chalcedonensis canonem IV, & Synodi VII, canonem XII.

„i) (CHRYSOPOLI:) Quod nunc Scutari vocatur „e regione Constantinopoleos. *Gron. h. l.*

„k) (POLYBIO:) *Lib. 4. p. m. 312.*

l) (Grot.) ((DEMOSTHENES IN LEPTINEN:) Idem ibidem accepta Byzantio dominos maris factos ait Athenienses. Ulpianus Scholiastes solutam ibi ait decimam. *p. 134. C. Tom. II. Ed. Bas.*

a) (NE ULTRA CERTUM TERMINUM NAVIGET:) Quæritur, *an populus aliquis pacisci possit, ne ultra certum terminum navigetur?* Affirmatur, quia gentes pro lubitu de suo jure disponere, indeque juri navigandi vel in totum vel in tantum renunciare possunt, quod plurimis exemplis probat Auctor. *Add. l. 2. c. 15. §. 7. n. 3.*

b) (Grot.) (CIMONIS ÆTATE:) Hæc est illa *εἰρήνη περιβόητος, nobilissima pax,* Plutarcho, qua & hoc convenerat, ut Persæ a mari tantum spatii absisterent quantum ferret equi cursus, id est, LX. stadia. Meminit & Isocrates Panathenaico. *p.* 244. E,

„*) (POST PRAELIUM AD SALAMINEM:) Notat hic Gronovius, post prælium ad Salaminem „nullum fœdus factum esse: adeoque unicum tale „fœdus ante illud prælium extat, in quo victi Per„sæ eam conditionem acceperunt. Conf. *Isocrat.* „*Panathen. p. 580*

„c) (IN ANNALIBUS:) *Thucyd. L. 4. c. 118.*

„d) (ET PRIMO FOEDERE:) De fœderibus his „vide *Polyb. Hist. L. 3. c. 22. & 24.*

e) (Grot.) (ROMANI CUM CARTHAGINENSIBUS:) Servius ad illud IV. Æneidos:

Littora littoribus contraria,

Quia in fœdere cautum fuit, ut neque Romani ad littora Carthaginensium accederent, neque Carthaginenses ad littora Romanorum. Simile fœdus Romanorum cum Tarentinis: *μὴ πλεῖν Ῥωμαίους πρόσω Λακινίας ἄκρας: ne Romani ultra promontorium Lacinium navigarent;* est hoc in excerptis ad legationes ex Appiano *Excerpt. n. 5. p. 444.* Mersos a Poenis externos qui in Sardiniam vel ultra columnas navigarent, tradit Strabo libro XVII.

„f) (ULTRA PULCHRUM PROMONTORIUM:) In „Africa. *Liv. 29. c. 27. Gron. h.*

g) (Grot.) (ET IN SECUNDO FOEDERE:) Erat & hoc in eo, ne Romani in Africam aut Sardiniam appellerent nisi commeatus accipiendi aut naves reficiendi causa. Post bellum Punicum tertium castigatus Senatus Carthaginensis, quod con-

promontorium, Mastiam & Tarseum prædas agerent mercatumve irent. [b] In pace cum Illyriis, ne Illyrii ultra Lyssum pluribus quam duobus lembis iisque inermibus navigarent. In pace cum Antiocho [i] ne citra Calycadnum & Sarpedonem promontoria navigaret, extra naves [k] quæ stipendium, legatos, aut obsides portarent.

App. Illyr p 760 Livius XXXVIII. c. 38.

2. [l] Sed hæc non docent occupationem maris, aut juris navigandi. [m] Possunt enim ut singuli, ita & populi pactis, non tantum [n] de jure quod proprie sibi competit, [o] sed & de eo quod cum omnibus hominibus commune habent, in gratiam ejus cujus id interest decedere: quod cum sit, dicendum est quod dixit [p] Ulpianus in ea facti specie, qua fundus erat venditus hac lege, ne contra venditorem piscatio thynnaria exerceretur, mari servitutem imponi non potuisse, sed [q] bonam fidem contractus exposcere, ut lex venditionis servetur. [r] Itaque personas possidentium & in jus eorum succedentium obligari.

L. Venditor. 13. D Com. præd.

§. XVI.

1. [a] Frequens est inter vicinos populos contentio, quoties [b] flumen

tra fœdus exercitum & navalem materiam haberet; testis Livius Epit. lib. XLVIII, & LIX. Simile est quod Sultanus Ægypti, pacto cum Græcis facto impetravit, ut ei semel anno duas naves trans Bosphorum mittere liceret; est id apud Gregoram libro IV. Antiochi olim pax & hoc continebat, ne is armatas naves haberet plures XII. Appianus Syriaco. *p.* 112. *Ed. Steph.* Naves armatæ Adriaticum finum ingredi per Venetos vetantur ex pactis; vide Thuanum libro LXXX. in anno clɔ Iɔ LXXXIV.

„*h*) (IN PACE CUM ANTIOCHO:) Apud *Liv. L.* „38. *c.* 38.

„*i*)(NE CITRA CALYCADNUM ET SARPEDONEM:) „In Ciliciis.

„*k*) (QUÆ STIPENDIUM:) Quod pendendum erat „Romanis ex fœdere. *Liv. 38. c. 38.*

„*l*) (SED HÆC NON DOCENT OCCUPATIONEM „MARIS, AUT JURIS NAVIGANDI:) Nam pacta il„la in eum saltem finem ineuntur, ne per mare „bellum inferri queat.

„*m*) (POSSUNT ENIM SINGULI, ITA ET POPU„LI PACTIS: &c.) De eo non dubitatur: sed id quæri„tur, quo jure gentes illæ aliis gentibus conditio„nes tales imponere potuerint? Recte ait Author, „non jure dominii, aut occupationis id gentes po„stulasse, sed vel jure belli, quo victores victis le„ges dare possunt & soleot, vel ex pacto, quo al„tera gens juri suo natura quæsito renunciat.

„*n*) (DE JURE, QUOD PROPRIE SIBI COMPETIT:) „Quod vel jure occupationis, vel alio legitimo mo„do sibi acquisiverunt.

„*o*) (SED ET DE EO, QUOD CUM OMNIBUS HO„MINIBUS COMMUNE HABENT:) Intelligit Author „jus navigandi, piscandi, &c. quæ jura omnibus ho„minibus patent: Nam itidem de jure suo disponunt.

„*p*) (ULPIANUS:) Hic loquitur de casu, ubi do„minus prædii vendit partem prædii ea lege, ne „Thynnos pisces in ora illa maritima capiat: *L.* 13. „*ff. Comm. præd.* Hoc pactum non potest valere „ut servitus, quia servitus a domino constituitur. *§.* „*pen. ff. de Rer. div. L. 5. §. 1. Serv. rust.* posses„sor autem prædii maritimi non est dominus ma„ris, utpote quod publicum est: Adeoque is cui „talis lex dicta est, non tenetur ex jure servitutis, „sed ex pacto venditioni adjecto. Hactenus igitur „ex Ulpiano confirmatur quod Author dixit, „quod quis juri suo, quod cum humano genere „commune habet, renunciare possit.

q) (BONAM FIDEM CONTRACTUS EXPOSCERE:) Recte Author statuit pactum de non navigando non fundari in occupatione maris, quia mare occupari nequit; sed in pacto, quod servandum esse natura bonæ fidei nos docet.

„*r*) (ITAQUE PERSONAS POSSIDENTIUM, ET IN „JUS EORUM SUCCEDENTIUM OBLIGARI:) Quia pa„ctum hoc est reale, quod pertinet non tantum „ad heredes, *L. 40. pr. & §. fin. de Pact.* sed et„iam ad omnes successores singulares. *L. 16. l. 17.* „*§. 5. eodem.*

a) (FREQUENS EST INTER VICINOS POPULOS CONTENTIO:) Quæritur, *an termino maris vel fluminis mutato, etiam imperii fines mutati videantur?* Grotius distinguit inter *territoria arcifinia & limitata:* in *his* ait manere priorem terminum; adeoque limitem manufactum, vel quantitate comprehensum, non mutari per secessum fluminis: indeque quicquid per *alluvionem* accedit, fieri nullius cedereque occupanti. In *illis* territoriis quæ terminos naturales habent, ut flumen, &c. priorem imperii terminum mutari putat, si aliquid accedit per alluvionem: Quia cum flumen sit perpetuus finis & limes, termini territorii semper sequuntur cursum fluminis, & cum eo mutantur: Rationem addit, quia ea intentione ab initio uterque populus

[b] flumen cursum mutavit, [c] an simul & imperii terminus mutetur, & an quæ flumen adjecit, [d] eis cedant quibus adjecta sunt: quæ controversiæ [e] ex natura & modo acquisitionis definiendæ sunt. [f] Docent nos mensores tria esse agrorum genera: [g] divisum & assignatum [h] quem limitatum vocat Florentinus † jurisconsultus, quia

Jul. Front. De agrorum qualit. p 38. Ed. Goes.

† *L. 16. D. de Acq. rer. dom.*

pulus occupasse territoria præsumitur, ut flumen seu medium fluminis terminus sit: Unde concludit, ubicunque flumen est, ibi ex conjectura illa voluntatis esse terminum. *vide* §. 16.

Addit autem, in dubio territorium præsumi arcifinium.

Excipit 1) si unus ex populis prior totum flumen occupavit, idque probetur. §. 18. 2) Si populi ita pacti sunt, ut totum flumen uni proprium esse debeat. *d.* §. 18. 3) Si amnis alveum mutaverit, i. e. uno impetu eum deseruerit. §. 17.

Verum notandum I) est, distinctionem agrorum *arcifiniorum* & *limitatorum* esse meri juris civilis, & pertinere tantum ad agros privatorum, non ad territoria.

Sed & II) notandum est, distinctionem, an per *alluvionem* an per *desertionem alvei* aliquid vicino imperio accedat, itidem esse juris civilis.

Dico igitur III) jure naturæ territorium, etsi flumine clausum sit, semper esse limitatum, indeque id quod vi fluminis alteri territorio adjicitur, sive per alluvionem, sive per desertionem alvei, non mutare fines imperii, sed medium fluminis pristini semper pro termino haberi. Rationes hæ sunt: 1) quia fines territorii non solum consistunt in superficie aquæ, quæ sola mutatur, sed in alveo, & quidem in ejus medio, cujus punctum manet, etiam secedente flumine. Sane 2) jus populo in illa terra, in puncto illo alvei, quæsitum per casum supervenientem auferri non potest: neque enim substantia terræ mutatur, sed forma saltem: Alias 3) dicendum esset in mari quoque, & lacubus alluvionis jus obtinere, quod tamen JCti Romani negant. *L. 5. §. 1. ff. de Flumin.* Neque 4) ratio Authoris a conjectura voluntatis primorum occupantium desumta jus alluvionis probat, quia ex conjectura tali nihil certi concludi potest.

Quia autem 5) variato pedetentim flumine cognosci nequit, quid quoque momento accedat unius territorio, adeoque ubinam medietas originaria alvei sit, *jure gentium* introductum est, ut cursus fluminis, etsi mutatus, pro termino perpetuo sit. Idque in Rheno obtinet, qui etsi mutaverit sæpe cursum, & integros pagos alterius territorio adjecerit, idem tamen flumen perpetuus terminus manet, adeoque jure gentium prior terminus mutatur.

ADDITIO.

„Nostram sententiam exposuimus in *Diss. proœm. XII.* §. 275. *n.* 10. Quo lectorem remittimus. Confer ea quæ dicemus §. *seq.* 17.

„*b*) (QUOTIES FLUMEN CURSUM MUTAVIT:) „Vel secedendo paululum a ripa, vel deserendo „totum alveum,

„*c*) (AN SIMUL ET IMPERII TERMINUS MUTETUR:) Ita, ut si ripæ nostri imperii aliquid „accedit, per hanc accessionem terminus pristinus „Imperii extendatur.

d) (EIS CEDANT QUIBUS ADJECTÆ SUNT:) i. e. an imperium in has accessiones ei acquiratur cujus territorio accedunt.

e) (EX NATURA ET MODO ACQUISITIONIS DEFINIENDÆ SUNT:) i. e. disquirendum est *an* Imperans territorium teneat tanquam limitatum, *an* vero tanquam arcifinium, quod solos naturales fines habet, v. g. flumen: *illo* casu non mutari terminum Author ait: rationem differentiæ tradit §. *seq.* Verum neutro casu fines imperii mutari puto; non enim flumen, uti in præsens est, sed uti etiam in futurum erit, terminus est: etsi igitur situs fluminis & alveus mutetur, non tamen terminus mutatur, semper enim idem flumen est. Neque dici potest territorium & Imperium augeri, adeoque & limites extendi, seu mutari: nam hoc ipsum augmentum, ex natura limitum arcifiniorum, jam intra fines imperii, quod solo flumine clauditur, continetur. Cum enim flumen, quamdiu flumen est, perpetuus sit terminus, quicquid intra illud flumen aut hodie, aut post secula comprehenditur, ipso jure & citra ullam mutationem finium intra terminum continetur.

ADDITIO.

„Author in quæstione, *an quoties flumen cursum „mutavit, simul & imperii terminus mutetur?* di„stinguit inter imperia *limitata* & *arcifinia*: In *illis* „non mutari fines, nec per alluvionem, nec per „alvei derelictionem: sed id quod adjicitur cede„re occupanti ait. *Vid. n. t. in fin.* In *his* distin„guit, an *paulatim* cursus aquæ mutetur ut in al„luvione; an *uno impetu*, ut si alveus derelinqui„tur: *priori* casu fines imperii mutari ait, non in „casu posteriori:

„*f*) (DOCENT NOS MENSORES:) scil. Romani, „& speciatim Julius *Frontinus de agrorum quali„tate p. m.* 38.

„*g*) (DIVISUM ET ASSIGNATUM:) *Frontin. d. l.* „Interpretes rejiciunt hanc divisionis speciem, vid. „*Goes. ad d. p.* 38. sed male: nam ager divisus & „assignatus vocatur qui per centurias & jugera „assignatur coloniæ, at postea intercesivis limi„tibus distribuitur *Aggen. Urbic. ad Frontin. de Li„mit. agror. p. m.* 44. Modum assignandi vide „apud *Hygin. de limit. constitut. p. m.* 207.

„*h*) (QUEM LIMITATUM VOCAT:) Limitatus „ager vocatur qui certos limites habet a populo „assignatos: Hi autem limites apud Romanos con„stitui solebant vel per universitatem, si certa quan„titas jugerum alicui assignabatur; vel per lapides,

[i] quia manufactos limites pro finibus habet; [k] assignatum per universitatem, sive [l] mensura comprehensum, [m] puta per centurias ac jugera; [n] & arcifinium, qui inde dictus, [o] docente Varrone, [p] quod fines habeat arcendis hostibus idoneos, id est naturales: [q] ut sunt flumina & [r] montes. Hos [s] occupatorios dicit Aggenus Urbicus, quia

Apud Frontin. ubi supra.

„fossas, arbores &c. In hujus modi agris naturale „est, ut quicquid extra hos limites accedit agro „nullius sit, indeque territorii fines per illam accusionem non mutentur. Minus curate igitur „ager hic limitatus, ab eo qui per universitatem „assignatur distinguitur: Idem enim est an limes „manu constituatur, an comprehensa quantitate.

„i) (QUIA MANU FACTOS LIMITES PRO FINIBUS HABET:) i. e. cujus fines certis signis & „notis, v. g. lapidibus, arboribus, fossis &c. distincti, „circumscripti, ac sub illis limitibus, taxatione mensuræ, mancipati & concessi sunt: At dictum est, „etiam quantitate comprehensos agros limitatos esse.

„k) (ASSIGNATUM PER UNIVERSITATEM:) „Quando modus indivisus & universus civitati tribuitur, ubi per mensuram extremitates comprehendebantur: *Frontin. d. l. p. m. 38.* adeoque „cum per terminos territoriales, & limitum cursus ac titulos, territorium clauditur, eoque ab „alterius civitatis territorio dividitur. *Aggen Urb. p. m. 47.* Add. *Hygin. d. l. p. m.* 192. *Gron. h.*

l) (Grot.) (MENSURA COMPREHENSUM:) Exemplum vide apud *Serviam ad Virgil. eclog. IX.*

„m) (PUTA PER CENTURIAS ET JUGERA:) Centoriis vocabulum datum est ex eo, quod centenis „hominibus ducenta jugera dari solita fuerint. *Siculus Flacus p. m.* 15. Centuria igitur est mensura „per extremitatem comprehensa. *Aggen. p. m.* 47. „indeque differt a prima agrorum qualitate, ubi „ager decumanis & cardinibus continetur. *Julius „Front. p. 38. Hygin. p. m.* 198. Quid vero per „agros decumanos & Cardines intelligatur, *vide „apud Rigaltium in Glossar. Agrimens voce Decumanus & Cardo.*

n) (ET ARCIFINIUM:) Qui alios limites non habet nisi quos natura constituit, & ita dicitur quia aliis arcendis est idoneus. Talis ager est qui montibus vel flumine finitur: Hoc igitur limite mutato mutari quoque fines territorii Author putat, quod initio hujus §. refutavimus.

ADDITIO.

„Ager arcifinius, seu arcifinialis, a mensoribus „Romanis describitur, qui mensura non continetur, „sed eo se protendere videtur, quo usque arceri „hostis potuit, aut natura fines dedit, aut solers „procuravit antiquitas, puta montes, supercilia, saltus, fossas, aquarum intervergia paludes. *Vid. Sext. Jul. Front. Lib. I. p. m. 38. Aggen. Urb. p. m. „46. 48. & Struv. Exerc. 41. th. 19. ibique Appianus & alii.*

„o) (DOCENTE VARRONE:) In libro de Geometria. *Vid. Rigaltii notas ad Frontin.* §. 28.

„p) (QUOD FINES HABEAT ARCENDIS HOSTIBUS IDONEOS:) Arcifinios agros alii derivant ab „eo, quod arcendis aliis sint idonei, i. e. quod impetus & furores hostium arceant, ut flumina, paludes. *vid. Varro. Lib. I. c. 10.* Unde ab arcendo „seu prohibendo nomen accepisse ait *Flaccus de „cond. agr. p. m. 3. & 4. Rigalt. observ. agr. m.* voce „*artificiales &c. Isidor. orig. l. 15.* Alii ita vocari ajunt, quia arcent fines i. e. quia nullos fines habent, colique possunt quousque possessor vult. „vid. *Gronov. h. l.* Prior sensus huic materiæ mentique JCtorum *in L. 16. ff. A. rer. dom.* proprior „est. Atque hinc flumina passim munimenta esse „dicuntur: Rhenus perpetuus limes & munimentum Imperii vocatur. *Tacit. Lib. 4. Hist. cap.* 26. „Darius apud *Curtium* 4. 14. magna regni munimenta vocat Tygrim & Euphraten. Ammianus „Marcellinus ait, *Actolas ab impetu Romanorum alveo Danubii defendit, a barbaris vero excursionibus suo tutos præstat obstaculo. L.* 17. *c.* 28. Si enim „nullos fines habet ager, eoque sensu arcifinius diceretur, nec alluvio locum habere posset, uti locum habet: hæc autem auget & extendit fines.

„q) (UT SUNT FLUMINA:) *Frontin. p. m.* 38. „*Aggen. Urb. p. m.* 48. *Struv. Exerc.* 41. *th.* 19. „Ita limes Germaniæ occidentalis Rhenus, meridionalis Danubius, orientalis Vistula olim fuit. *B. Parens jur. publ. proleg.* §. 22. *& cap.* 2 § 3. *& seq.* „De Rheno id Florus, Claudianus &c. probant *ibidem.* Rubicon limes Galliæ & Italiæ dicitur a *Lucano Lib. I.*

Gallica certus
Limen ab Ausoniis disterminat arva colonis.

„Eidora utriusque ditionis Danicæ & Saxonicæ limes fuit. *Cranz. Dan. I. c. 21.* De limitibus Scotiæ Fortha & Glotta vid. *Buchanan. Rer. Scot. 6. „n. 70.* Achelous terminus fuit inter Ætholos & Acarnanes. *Strabo l.* 10 *p.* 13. Hydaspes inter Persas & „Indos *Curt. Lib.* 7. *s.* 6. Hymera amnis finis Regni „Syracusani & Punici Imperii dicitur. *Liv. Lib.* 24. „*c.* 6. Alia exempla *vide apud Tesmar. h. l. lit. u.*

r) (Grot.) (MONTES:) Tacitus de Germania *c.* 1. *a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur.* Plinius libro XXXVI. *c.* 1. *Evehimus ea quæ separandis gentibus pro terminis constituta erant.* de Alpibus loquens.

ADDITIO.

„Montes Pyrrhenæi Galliam ab Hispania separant. Tauro monte imperium Romanorum in „Asia contra Antiochum finitum erat. Sarmatici „Carpatique montis discernunt Germanos a Sarmatis & Dacis. *Ptolom. Geogr. L. 2. c. 11.* Tales „quoque limites arcifinii sunt paludes. Ita *Scythas „ab Ægypto paludes prohibuere. Justin. Lib. 2. c. 3.* „Tales quoque sunt viæ publicæ, fossæ. &c *Aggen. „Urb. p. m. 48.*

„s) (OCCUPATORIOS VOCAT AGGENUS URBICUS:) „*De limit. agr. p. m. 45.*

*) (QUIA

quia plerumque tales sunt agri, * qui aut eo quod vacui sunt, t aut etiam bello occupantur. u In duobus primis agrorum generibus v etiamsi flumen cursum mutet, w & si quid alluvio adjecit, ** id occupantium imperio accedit.

2. In arcifiniis flumen x mutato paulatim cursu y mutat & territorii fines, & quicquid flumen parti alteri adjecit, sub ejus imperio est, cui adjectum est: z quia scilicet eo animo populus uterque imperium occupasse primitus creditur, aa ut flumen sui medietate eos dirimeret, bb tanquam naturalis terminus. cc Tacitus dixit: *Certum jam alveo Rhenum, dd quique terminus esse sufficiat.* ee Diodorus Siculus, † ubi controversiam narrat, quæ inter Egestanos & Selinuntios fuit, ποταμοῦ

De Morib. Germ. c. 32. † *Lib. XII. c. 82. pag. 138. Ed. H. Steph.*

"*) (QUI AUT EO QUOD VACUI SUNT:) Adeoque "qui nullius, nec alicui assignati fuere. Quia "unusquisque occupabat non tantum quantum "colere præsenti tempore potuit, sed quantum in "spe colendi habuit ambiebat. Fines igitur hos "signis inter se distinguebant, fossis manufactis, "fluminum intervenientium cursu, nec non itineribus & divergiis aquæ *Aggen. d. p.* 49.

"t) (AUT ETIAM BELLO OCCUPANTUR:) Territis inde fugatisque hostibus. *Agg. d. l. pag.* 45.

"u) (IN DUOBUS PRIMIS AGRORUM GENERIBUS:) "Scl. in divisis & assignatis, & assignatis per universitatem; quos utrosque limitatos esse diximus.

"v) (ETIAMSI FLUMEN CURSUM MUTET, NIHIL DE TERRITORIO MUTATUR:) Ubi enim certi sunt limites vel manufacti, vel quantitate comprehensi, necessario sequitur, quicquid extra illos "limites est, non pertinere ad territorium.

"w) (ET SI QUID ALLUVIO ADJECIT:) Nam "id quod paulatim pedetentim imperio limitato "accedit, est extra fines imperii. Eadem ratio "quoque obtinet si uno impetu aqua recedit. *Diss. "prooem. XII. §. 275.*

"**) (ID OCCUPANTIUM IMPERIO ACCEDET:) "Cum enim id quod ultra illos limites accedit sit "nullius, ejus imperium cedit occupanti.

x) (Grot.) (FLUMEN MUTATO PAULATIM CURSU:) Vide Johannem Andreæ, & alios citatos a Reinkignio libro I, Classe V, c. I.

ADDITIO.

"Paulatim mutatur cursus per *alluvionem*: uno "impetu per *alvei derelictionem*.

y) (MUTAT ET TERRITORII FINES:) Dixi jure naturæ nec in his agris terminos imperii mutari, quia fines non sunt in superficie aquæ, sed & in alveo, cujus punctum manet etiam secedente flumine.

Sed & porro dixi, jure gentium secundario, seu consensu demum gentium moratiorum jus alluvionis introductum esse. Cum enim insensibiliter aliquid detrahitur terræ, singulis momentis novi constituendi essent fines. Hoc incommodum fecit, ut gentes non curarent quidquid accedit, sed ripas haberent pro limitibus: quod magni momenti tractu temporis esse solet, nam eo jure integra Præfectura Oppenheimensis, quæ olim paruit Darmstadiensibus, jure alluvionis accessit territorio Palatino. *Vid. supra lit. a. & e.*

ADDITIO.

"Verum omnino est, in agris arcifiniis nunquam "mutari fines imperii mutato cursu aquæ: Nam "si per alluvionem aliquid adjicitur id jam con"tinetur sub imperio, quod usque ad flumen pro"cedit; Si uno impetu, alveus pro indiviso limes "manet.

"z) (QUIA SCL. EO ANIMO POPULUS UTERQUE "IMPERIUM OCCUPASSE PRIMITUS CREDITUR:) "Imo ex tali conjectura voluntatis primorum oc"cupantium non nisi monstra deduci possunt: Ve"ra ratio est, quod, si flumen limitem constituit, "id, ubicunque est, utrique populo pro termi"no sit, indeque utrique quoad imperium sit com"mune.

aa) (Grot.) (UT FLUMEN SUI MEDIETATE EOS DIRIMERET:) Exemplum in Vedaso amne, apud Marianam libro XXXIX.

ADDITIO.

Imo flumen utrique pro indiviso commune natura esse videtur.

"bb) (TANQUAM NATURALIS TERMINUS:) At "natura non medietatem fluminis, sed totum flu"men pro limite dedit.

"cc) (TACITUS:) Intelligit Rhenum Inferio"rem, ubi quatuor sunt Rheni Alvei, de quibus "vide B. Pareot. *In jure publ. c. 2. §. 14. sequ.*

dd) (Grot.) (QUIQUE TERMINUS ESSE SUFFICIAT:) Spartianus Adriano: c. 12. *In plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus sed limitibus dividuntur.* Phasin omnem σύνορον, id est confinem vocat Constantinus Porphyrogenneta c. XIV.

"ee) (DIODORUS SICULUS:) *L. 12. c. 82.* ubi eos "qui ultra amnem (qui civitates discernebat) agros "occuparant, juris humani violatores vocat.

μοῦ, alt, τὴν χώραν ὁρίζοντος, *amne fines discriminante.* Et Xenophon talem amnem simpliciter τὰ ὁρίζοντα, id est, *ff finitorem*, vocat.

Lib. IV Exp Cyri c. 8. §. 1.

3. *gg* Narrant veteres Acheloum amnem, incerto cursu, modo sectum in partes, modo circumactum obliquo agmine, *hh* (unde tauri & serpentis formam induisse dicitur) diu de agro adjacente belli causam Ætolis & Acarnanibus præbuisse, *ii* donec eum Hercules aggeribus domuit, eoque beneficio Oenei Ætolorum regis *kk* filiam in matrimonium impetravit.

Strabo l. X. pag. 458.

§. XVII.

1. *b* Sed hoc ita demum locum habebit, *c* si non alveum mutaverit amnis. *d* Nam flumen, *e* etiam qua imperia disterminat, non consideratur nude qua aqua est; *f* sed qua aqua alveo tali fluens ripisque talibus inclusa. *g* Quare particularum adjectio, decessio, aut talis immutatio, quæ toti speciem veterem relinquas, rem finit eandem videri. *h* At si totius species simul mutetur, res erit alia. Atque ideo *i* sicut interit flumen, quod in loco superiore molibus obstructum est, novumque nascitur facta manu fossa, in quam aqua immittitur: ita *k* si deserto alveo veteri alià irruperit flumen *l* non idem erit quod fuit

L. Proponebatur. 76. D. de judiciis.

„*ff*) (FINITOREM:) Latinis enim finitor dicitur „is qui fines terminosque constituit. *Faber in Lexi-* „*co voce Finis.*

„*gg*) (NARRANT VETERES:) vid. *Schævii Mytho-* „*log. voce Acheologus.*

„*hh*) (UNDE TAURI ET SERPENTIS FORMAM „INDUISSE DICITUR:) In fabula luctæ cum Hercu- „le *apud Ovid. 9. Metamorph. 63. & 80. vid. Gro-* „*nov. h. l.*

„*ii*) (DONEC EUM HERCULES AGGERIBUS DO- „MUIT:) Eoque in certum alveum inclusit. *Gro-* „*nov. h.* De hac pugna Herculis & Acheloi quæ- „dam tangit *Pausanias in Lacon. seu lib. 3. vid. Tes-* „*mar. h.*

„*kk*) (FILIAM:) Dejaniram.

a) (AD §. XVII.) Quærit hic Author, *an alvei desertione fines imperii mutentur?* Et mutari negat, pristinosque imperii terminos, scilicet medietatem alvei, manere statuit: Secus ac in alluvione.

„*b*) (SED HOC ITA DEMUM LOCUM HABET:) „Scl. ut in imperiis arcifiniis mutato cursu flumi- „nis mutentur fines territorii:

„*c*) (SI NON ALVEUM MUTAVERIT AMNIS:) „Fines enim imperii saltem mutari dixit mutato „*paulatim* cursu fluminis: *§. præc. n. 2.* Secus si *uno* „*impetu*, uti fit per alvei derelictionem.

„*d*) (NAM FLUMEN &c. NON CONSIDERATUR „NUDE QUA AQUA EST:) Flumen enim totum „aliquod est compositum ex ripis, alveo & aqua „profluente. Cæterum author cum ICtis Romanis „sæpius mare ac flumen pro sola aqua marina vel „pro flumine sumit. *vid. Lib. 2. c. 2. §. 3. n. 2. &* „*supr. §. 7.*

„*e*) (ETIAM QUA IMPERIA DISTERMINAT:) Sa- „ne sola aqua non disterminat imperia, sed alveus „quoque qui aqua tegitur: & ripa quatenus ad usum „fluminis est necessaria.

„*f*) (SED QUA AQUA ALVEO TALI FLUENS RI- „PISQUE:) Adeoque pro toto composito ex tribus „allegatis partibus.

„*g*) (QUARE PARTICULARUM ADJECTIO, DE- „CESSIO &C. REM SINIT EANDEM VIDERI:) Per allu- „vionem igitur species fluminis non interit, sed „hæc immutatio totam veterem speciem relinquit, „Author id illustrat ex *l. proponebatur 76. de ju-* „*diciis*, ubi judicium non mutatum censetur si unus „aut alter, quin si omnes judices mutati essent; & „legionem eandem haberi statuitur, ex qua multi „decessissent, quorum in locum alii subjecti essent, „&c. tandemque concludit, *cujus rei species eadem* „*consisteret, rem quoque eandem existimari.*

„*h*) (AT SI TOTIUS SPECIES SIMUL MUTETUR:) „Uti si flumen alveum uno impetu deserat, tunc „enim pristinum flumen, quod publicum fuit, in- „terit; alveus fit privatus: adeoque flumen non in „eadem specie consistit. *l. 1. §. 7. flum. l. 30. §. 3.* „*A. R. D. L. 65. §. 1. leg. 2.*

„*i*) (SICUT INTERIT FLUMEN, QUOD IN SUPE- „RIORIBUS LOCIS MOLE OBSTRUCTUM EST:) „Quia cessat cursus fluminis intra ripas solitas, ad- „eoque novum fit flumen, eoque prior species interit.

„*k*) (Grot.) (SI DESERTO ALVEO VETERI:) „Ut Bardarus amnis, apud *Annam Commenam lib. I.* „*cap. 5.*

„*l*) (NON IDEM ERIT:) Desiit enim vetus flu- „men, adeoque species prior fluminis mutatur „mutato alveo.

„*m*) (ET

fuit ante, sed novum vetere extincto: m & sicut si exaruisset flumen, n imperii terminus maneret medietas alvei, qui proxime fuisset: o quia mens ea populorum fuisse censenda est, ut flumine quidem naturaliter dirimi vellent; quod si flumen esse desiisset, p ut tum teneret quisque quod tenuisset: q ita mutato alveo idem observandum erit. L. 3 § 2. ff. de aq. quot. & aestiva.

2. r In dubio autem imperia, s quæ ad flumen pertingunt, arcifinia putanda sunt, quia imperiis distinguendis nihil est aptius quam id quod non facile transitur. t Ut autem limitata, aut mensura comprehensa sint, u rarius accidit: neque tam ex acquisitione primæva, w quam ex aliena concessione.

§. XVIII.

Quanquam vero in dubio, a ut diximus, imperia b ad medietatem fluminis utrinque pertingunt, c fieri tamen potuit, & contigisse alicubi videmus, ut flumen totum parti uni accederet, d quia scilicet ripæ alterius imperium serius occupato jam flumine cœpisset: f aut quia eum in modum res pactionibus esset definita.

§. XIX.

1. Illud quoque observatu non indignum, a originariam acquisitio-

„m) (ET SICUT SI EXARUISSET FLUMEN:) „Scl. per alvei desertionem. Nam flumen interit, & „prior species fluminis esse desiit.

„n) (IMPERII TERMINUS MANERET MEDIETATE ALVEI QUI PROXIME FUISSET:) Imo totus „alveus pro iodiviso manet imperii limes. *Vid. Diss. „prooem. XII. §. 275. n. 10.*

„o) (QUIA MENS EA POPULORUM FUISSE CENSENDA EST:) Ex vanis ejusmodi coojecturis nul„lum jus deduci potest. Vera ratio est, quod, si „flumen pro limine utriusque territorii constituitur, „totum flumen, quod ex aqua alveo & ripis con„sistit, limitem constituat, adeoque fines hi necessa„rio communes sint, indeque mutato cursu aquæ „alveus pro indiviso maneat imperii terminus. *d. §.* „275.

„p) (UT TUM TENERET, QUOD QUISQUE TENUISSET:) Atqui neuter tenuit medietatem, sed „flumen pro indiviso commune fuit.

„q) (ITA MUTATO ALVEO IDEM OBSERVANDUM ERIT:) Si exaruit flumeo, JCtus supponit „id factum esse per alvei derelictionem. *l. 3. §. 2. „ff. Aq. quot. ibique Gotb.* adeoque male distinguitur „exsiccatio fluminis, ab alvei derelictione.

„r) (IN DUBIO AUTEM IMPERIA QUÆ AD FLUMEN PERTINGUNT, ARCIFINIA PUTANDA SUNT:) „Naturæ enim hæc cura relicta est, nec alii fioes „constituti apparent. Qui proinde imperium „præter flumen alios limites manu factos, vel quan„titate comprehensos, habere asserit, id probare „debet.

„s) (QUIA IMPERIIS DISTINGUENDIS NIHIL EST APTIUS:) Vera ratio est, quia limites naturales „sunt flumina, reliqui vero limites sunt artificiales, „qui proinde tales constitutos esse asserit, factum „allegat, quod probandum est.

„t) (UT AUTEM LIMITATA:) i. e. divisa & „assignata, vel assignata per universitatem. *Vid. su„pra* §. 16. *n.* t.

„u) (RARIUS ACCIDIT:) Quia ad terminandum „imperium sufficit flumeo.

„x) (QUAM EX ALIENA CONCESSIONE:) Adeo„que limites artificiales ex pacto & facto homi„num sunt, quæ ab allegante probari debent.

„a) (UT DIXIMUS:) *§. praeced. n.* 2.

„b) (AD MEDIETATEM FLUMINIS UTRINQUE PERTINGUNT:) *Vid. §.* 16. *n.* 2. *& §. praeced. n.* 1. „Nos flumen pro indiviso commune esse diximus.

c) (FIERI TAMEN POTUIT, ET CONTIGISSE ALICUBI VIDEMUS:) Flumeo igitur intermedium ad vicina utrinque territoria pertinet, donec de vetustiori occupatione totius fluminis constet. Atque hinc in lite, quæ inter Gallos & Sabaudos fuit, Rhodanus totus Galliæ adjudicatus est. *Guido Pap. Dec.* 577. Quia rex Galliæ jam occupaverat Rhodanum antequam Sabaudiæ Comites existerent. Ita Polonus fluvium Duna sibi olim soli vindicabat contra Livoniæ Duces, quia, cum Livonia occuparetur, flumen illud vacuum amplius non fuit.

„d) (QUIA SCL. RIPÆ ALTERIUS IMPERIUM SERIUS ET OCCUPATO JAM FLUMINE COEPISSET:) „Sed animus hic occupandi flumen ejusque impe„rium probari debet, sola enim navigatio & pisca„tio id non probant, quia hæc jure hominum com„muni peraguntur. *Vid. supr. §. 15. n. t.*

„e) (AUT QUIA EUM IN MODUM RES PACTIONIBUS ESSET DEFINITA:) Partes enim de suo ju„re disponere possunt, at tum hæc acquisitio non „est originaria.

a) (ORIGINARIAM ACQUISITIONEM CENSENDAM

tionem censendam etiam rerum earum, quæ dominum habuerunt, sed habere desierunt: [b] puta, quia derelictæ sunt, [c] aut quia defecerunt domini: [d] nam hæc redierunt in eum statum, in quo primum res fuerant.

2. Sed illud simul notandum est, [e] interdum primas acquisitiones a populo aut populi capite ita factas, [f] ut non tantum imperium, [g] in quo inest jus illud eminens, de quo alibi egimus, [h] sed & privatum plenumque dominium generaliter primum populo, [i] aut ejus capiti quæreretur: [k] atque ut deinde particulatim in privatos ita fieret

DAM ETIAM RERUM EARUM, &c:) Quæritur, *an occupatio rerum pro derelictis habitarum sit acquisitio originaria, an derivativa?* Resp. est originaria, quia hoc ipso, dum res desiit esse ejus qui occupavit, nullius esse incipit, i. e. in nullius bonis & proprietate, adeoque cedit occupanti. vid. §. 46. *Inst. Rer. div.*

„*b*) (PUTA QUIA DERELICTÆ SUNT:) Pro de„relicto habetur, quod dominus ea mente „abjecit, ut in numero rerum suarum esse nolit. *d.* „§. 46.

„Tale autem non est quod levandæ navis causa „jactatur, nec, quod rheda currente cecidit, aut „alias amissum est. *B. Parens in Hypomn. Inst. tit.* „*de Rer. div.* §. *f.* His enim casibus nondum apparet, „dominum res ita amissas nolle in numero rerum „suarum esse. Atque hinc JCti Romani recte sta„tuerunt, harum rerum furtum fieri §. *f. Inst. Rer.* „*d v.* Duos tamen B. Parens *d. l.* excipit casus: „1) Si jactus fiat in loco ubi spes recuperandi non „est. *L.* 43. §. *f. Furtis.* Uti, si in medio maris, „non prope littora, (ubi res per urinatores extrahi „potest,) jactus fiat. 2) Si dominus inveniri non „possit: *Vid. not. seq.*

„*c*) (AUT QUIA DEFECERUNT DOMINI:) i. e. „quia inveniri domini non possunt, & nescitur „quis dominus sit: paria enim sunt non esse do„minum, aut non apparere. *arg. l.* 31. §. 1. *A. R. D.* „Exemplum ex Justino *l.* 19. *c.* 3. refert *Gron. h. l.*

„*d*) (NAM HÆC REDIERUNT IN EUM STATUM, „IN QUO PRIMUM RES FUERANT:) i. e. res ite„rum fiunt nullius, adeoque cedunt occupanti.

e) (INTERDUM PRIMAS ACQUISITIONES A POPULO, AUT POPULI CAPITE ITA FACTAS:) Author ait, populum originarie præter imperium etiam rerum proprietatem generaliter occupare, illudque postea in singulos distribuere posse. Et hinc deducit originem dominiorum minus plenorum, quia idem populus illam proprietatem in singulos ea qua vult lege, adeoque jure feudi, emphyteuseos, census &c. distribuere potest,

Atque hoc est, quod toties diximus; 1) per occupationem universalem territorii vacantis omnia jura publica & privata occupanti acquiri. 2) Occupantem res singulas in singulos distribuere posse, quæ est origo dominiorum privatorum. 3) Deficiente illa distributione res redire in pristinum statum, ac contineri sub occupatione generali, indeque non fieri nullius.

ADDITIO.

„Alibi diximus non dari dominium generale & „privatum, adeoque verum non esse vi hujus gene„ralis dominii nihil vacuum censeri. *Vid. supr. c.* 2. „§. 4. Probavimus *ibidem* omnes res, quæ occupato „territorio in singulos transscriptæ non sunt, nullius „manere, & cedere occupanti. Speciatim autem refu„tavimus sententiam Grotii hoc §. propositam, *quasi* „*populus, occupato primum dominio generali, deinde* „*illud particulatim ita in privatos distribuerit, ut* „*eorum dominium a priori dominio generali pende„ret, & ad illud finito dominio privato revertere„tur*: quæ dominia ei minus plena dicuntur. Sa„ne jure naturæ nec dominium generale, nec domi„nium minus plenum cognitum est: Ponamus autem „natura dari dominia minus plena, tum necessario „supponi debet, populum non saltem dominium ge„nerale, sed etiam speciale occupasse, i. e. rem cor„porali apprehensione suam fecisse, posteaque jus „in re illa in alium transtulisse: quia alias non potuis„set transferre jus in re, quod ipse non habuit.

f) (UT NON TANTUM IMPERIUM:) Sine proprietate. *vid. sup.* §. 13. *n.* 1.

g) (IN QUO INEST JUS ILLUD EMINENS:) De quo egimus *L.* 1. *c.* 1. §. 6. *r.* 2. §. 6. *n.* 2. *c.* 3. §. 6. Adde indicem, voce *Dominium eminens.*

„*h*) (SED ET PRIVATUM PLERUMQUE DOMINIUM „GENERALITER PRIMUM POPULO QUÆRERETUR:) Di„ximus privatum dominium nunquam generaliter, „i. e. sine corporali apprehensione possessionis, acqui„ri; adeoque ad id ut utilitatem rei in alium trans„re possit, necessario requiri ut rem in corporali „sua potestate habeat is qui occupat: Populus igi„tur qui occupat territorium generaliter, nil nisi „imperium acquirit, res singulæ manent nullius: „JCti Romani optime rem ita decidunt. Nam etsi „littora a populo occupata sint populi, *l.* 3. *Ne quid* „*in loc. publ. l.* 50. *A. R. D.* tamen quoad domi„nium privatum ita nullius esse dicuntur, *ut ea quæ* „*a natura primum prodita sunt, & in nullius ad„huc dominium pervenerunt. L.* 14. *pr. ff. A. R. D.*

i) (AUT EJUS CAPITI:) i. e. Regi. At occupatione per universitatem nec populo nec regi dominium privatum & generale acquiri probavimus. *Vid. c.* 2. §. 4.

„*k*) (ATQUE UT INDE PARTICULATIM IN PRI„VATOS FIERET DISTRIBUTIO:) Populus distribue„re in privatos non potest quod ipse non habet, „non

ret distributio, [l] ut tamen eorum dominium ab illo priore domino penderet, si non [m] ut jus vasalli a jure senioris, aut [n] jus emphyteuticarii a jure proprietarii, [o] tamen alio quodam tenuiore modo, [p] ut

multæ

„non autem habet jus in re, nedum dominium privatum, si generaliter saltem occupavit territorium: præterea enim requiritur ut prædia singula actu corporali ab eodem populo sint occupata animo sibi habendi: Sed & dictum est dominia minus plena jure naturæ cognita non esse, & dominium utilitatem rei suæ in alium transferre vi pacti: Hæc igitur jura pendent quidem a dominio, at non tanquam jura in re, sed tanquam jura ad rem, quia dominus de re sua pro lubitu disponere, ejusque utilitatem certa lege in alium transferre potest: hæc obligatio igitur ex pacto est.

„l) (UT TAMEN EORUM DOMINIUM A PRIORI DEPENDERET:) Diximus 1) populum occupando non acquirere dominium aliquod generale & privatum, nisi simul res singulæ in potestate ejus corporali sint constitutæ, & is animum habeat rem sibi tenendi. 2) Jura quæ his casibus populus in privatos transfert non esse realia, nedum dominia minus plena: adeoque 3) jura illa pendere quidem a dominio, sed non tanquam jura in re, sed tanquam jura personæ, quæ per dispositionem in privatos transferuntur, & unde actio personalis datur.

„m) (UT JUS VASALLI A JURE SENIORIS:) i. e. a jure domini directi: At in datione feudi supponitur populo, qui rem occupatam alii in feudum dat, dominium privatum & singulare quæsitum esse: Sed nec tum dominus, qui utilitatem rei suæ in alium transfert sub lege fidelitatis, transfert jus aliquod in re, nedum dominium minus plenum, sed jus personale quod ex pacto oritur, & cui leges civiles vim juris in re tribuerunt: *Vid. Differt. Prooem. XII. §. 311.*

„n) (JUS EMPHYTEUTICARII A JURE PROPRIETARII:) Hic quoque supponitur populum dominium rei quæsivisse non generaliter, sed particulatim: Si populus utilitatem rei ita occupatæ in alium pro certo canone transfert, ideo non desinit plenus esse dominus, sed alter jus saltem personale utendi re aliena ex pacto acquirit: *Dict. Diss. Prooem. XII. §. 312.* At leges civiles pariter Emphyteusin jus in re esse voluerunt, indeque actionem realem dederunt.

„o) (TAMEN ALIO QUODAM TENUIORI MODO:) v. g. Servitutis, pignoris, &c. nam hæc nova jura non esse, sed virtute ipsa inesse dominio Author asserit. *supra §. 2.* Nos alibi diximus, hæc jura naturali ratione non in rem esse, sed pacto demum usum rei nostræ, vel nudam possessionem ob debiti securitatem in alium transferri, indeque tantum actionem personalem oriri. *Differt. Prooem. XII. §. 302. seq. §. 306. seq.*

„p) UT MULTÆ SUNT SPECIES JURIS IN REM:) Jure naturæ nulla est species juris in re præter *dominium:* dominus igitur solus jus in re habet, omnia reliqua jura in personam saltem competunt. Atque hinc si dominus transfert vel utilitatem aliquam suæ rei, (ut in servitutibus sive personalibus sive realibus,) vel possessionem ejus, (uti in pignore,) manet dominus, & jus in re nullum in alterum transit: sed ex ratione civili hæc jura inter jura in re relata sunt. Quod cum plenius explicatum sit in jure meo controverso *L. I. tit. 8. q. 1.* verba huc transscribere liceat.

„Natura primæva non videtur esse jus in re, nisi *dominium*, quo res ipsa ejusque substantia nostra dicitur: id enim est, quod occupatione rei, si vel nullius sit, vel voluntate Domini tradita, naturaliter acquirimus. *L. 1. §. 1. ff. de acqu. possess. §. per tradit. 40. de R. Div.*

„Hoc dominium facto hominum primum in varias species abit. Vel enim *restrictum* fuit verbis, ut, si vel aliis commodetur, vel in usumfructum detur, quo casu dominium salvum manet, sed interim sterile & omne commodum alterius est. Vel *divisum* in diversa genera, ita, ut plurium aliquod dominium in eadem re esse possit, uti dominum dotis *civile* mariti, & *naturale* uxoris est. *L. 30. C. de jure dotium* Sed & dominium *directum* domini, *utile* aliorum esse potest; uti de superficie id traditur *in L. 73. Rei vind. L. 1. §. 6. de superf.* Vel *fictum* ex justa causa fuit quod nondum est, uti per Publicianam actionem. *tot. tit. de Publ. in rem act.* Quæ proinde dominia omnia ad eandem speciem referri possunt & solent.

„Præter hoc dominium, prout vel natura constitutum, vel factis hominum variatum est, aliæ species juris in re nullæ sunt, quia ex omni pacto vel negotio, quod inter dominum aliumque de re aliqua initur, tantum jus in personam nascitur, non in rem, etsi traditio secuta sit, *Disp. B. Parens de Poenitent. in Contr. cap. ult. § 5.*

„Paucissima sunt quæ Jurisprudentia Romana excepit, & unde secuta traditione quasi in rem agi potuit, eoque jus in rem constitutum fuit. Uti 1) SERVITUTES, tum *reales*, quæ prædiis ipsis, ceu eorum qualitates, insunt, eaque sequuntur *L. 88. de V. S.* tum *personales* quatuor notissimæ *L. 1. ff. de Servit. tot. tit. I. de Usufr. tot. tit. de Usufr. & hab. tot. tit. de Usufr. de operis serv.* ultra quas, si quid utilitatis alicui conceditur, merum jus in personam est; ut, si quis concedat ut pomum in suo decerpat, spatietur, cœnet &c. *L. 8. §. 2. de servit. L. 33. §. 1. de servit. præd. rust.*

„His deinde adjectum est 2) a Servio Prætore *pignus:* ex quo antea non nisi actio in personam, ex contractu pignoris inter creditorem & debitorem data fuit. *tot. tit. ff. de Pign. act.* Servius autem creditori præterea dedit actionem realem in omnes possessores, quæ inde Serviana dicta, &

multæ ſunt ſpecies juris in rem, [q] quas inter eſt & jus ejus, qui ſub conditione fideicommiſſum exſpectat. Seneca: [r] *Non eſt argumentum, ideo aliquid tuum non eſſe, quia vendere non potes, quia conſumere, quia mutare in deterius aut melius non potes.* [s] *Tuum enim eſt etiam* Pag. 325. D Ed. Morell. *quod ſub certa lege tuum eſt.* Dion Pruſæenſis Rhodica; μυρίυς γὰρ εὑρήσετε τρόπυς καθ' ὓς ἑκάςυ τι φαμὲν εἶναι· καὶ πλεῖςον διαφέρονται· ὧν ὖτε ἀποδόσθαι τι ἔξεςι τοῖς ἔχυσιν, ὖτε ὅπως ἂν θέλοι χρῆσθαι. [t] *Plurimi ſunt modi, quibus quid cujusque eſſe dicitur, & quidem valde inter ſe differentes: interdum ut nec vendere, nec pro arbitrio uti liceat.* Apud Strabonem invenio: κύριος ἦν πλὴν τῦ πιπράσκειν [u] *dominus erat demto vendendi jure.* [v] Exemplum ejus quod diximus in Germanis ponit [w] Tacitus:

„ſic jus in re quoque conſtitutum fuit. §. 7. *de Act.* „Neque id ſolum cavit Prætor, ſed & ſi pacto nudo alicui obligatum prædium eſſet, duo prætor edicta conſtituit; *Alterum*, ut ex pacto illo actio daretur creditori contra debitorem, quod proinde pactum legitimum eſt, unde actio perſonalis oritur. *L. 17. §. 2. Pact. Vid. Jus contr. tit. de Pact. q. 14.* „*Alterum* ut idem creditor jus quoque agendi adverſus poſſeſſores, eoque jus in re haberet, quod ex ipſa poteſtate edicti naſcitur. *L. 18. C. Pignor.* „*l. 66. pr. Evict. d. §. 6.* Ex quo proinde & PIGNUS, „& HYPOTHECA quoque, ſpecies juris in re conſtituuntur. *d. §. 7.*

„Sed & 3) ex omnium jurium complexu formatum quoque eſt jus quoddam univerſale, ſcl. HEREDITAS, quod pro jure in re habitum, actioque inde in rem, petitio ſcl. hereditatis data eſt, etſi jura quoque ad rem comprehenſa, eoque actio illa mixta ſit. *L. 7. C. Petit. hered.* hæc autem acquiſitio per hereditatem i. e. per ſucceſſionem in omne jus defuncti, eſt modus acquirendi dominii naturalis, adeoque ad dominium pertinet.

„Præterea alia jura in re legibus Romanis conſtituta non apparet. Equidem ſimilis quidem complexus omnium jurium eſt UNIVERSITAS PATRIMONII. *L. 1. ff. Uſufr. earum rer. L. 15. Excuſ. tutor.* „*Dn. Parens in Differt. de Obligat. hered. ex delicto.* „*Sect. I. §. 2.* item PECULIUM. *L. 5. §. 3. L. 39. pecul.* „*L. 20. §. 10. hered. petit. Laut. tit. de Pecul. in pr.* „*&c.* Sed nulla actio in rem prodita eſt, qua peti illa univerſitas tanquam res una poſſit, ſed ſingulæ res petuntur, vel ratione ſingularum agitur; nec adeo jure ex unius rei forma ita coaluit, ut aliqua pro ipſa univerſitate actio detur, non magis quam ſi quis omnia bona vel prædia vendat, ubi tot ſunt contractus, quot res. Sed & DOS, ſi in eam omnia bona veniant, quædam jurium univerſitas, quin & actio dotis inde conſtituta eſt; verum ea non in rem, ſed in perſonam eſt, & hodie ex ſtipulatu agitur. *l. 1. C. Rei uxor. act. §.* „*29. Inſt. de act.*

q) (QUAS INTER EST ET JUS EJUS QUI SUB CONDITIONE FIDEICOMMISSUM EXPECTAT:) Imo is qui ſub conditione expectat fideicommiſſum, plane jus in re non habet, quia omne jus ejus demum incipit exiſtente conditione. *L. 5. §. 2. L. 41. ff. Cond. dem.* Magis igitur congruens exemplum allegare potuiſſet in legato & fideicommiſſo puro, nam fideicommiſſarius talis fit ipſo jure dominus. *l. 80. leg. 2. l. 64. furt. l. 44. §. 1. leg. 1. l. 86. §. 2. eod.* At hoc *jus in re* non pendet ab aliqua diſtributione domini generalis, ſed a lege civili, quod conſtituit fideicommiſſarium dominum ipſo jure ex teſtamentaria diſpoſitione, quæ ipſa meri juris civilis eſt.

r) (Grot.) (NON EST ARGUMENTUM:) Locus eſt de Beneficiis VII, 12. Idem libro ejusdem argumenti octavo, c. 12. *quædam quorundam ſub certa conditione ſunt.* (At vero ſunt tantum ſeptem libri *de Beneficiis.* Locus eſt eodem libro & capite, quo ille, cujus verba in textu adferuntur. *J. B.*)

„s) (TUUM ETIAM EST, QUOD SUB CERTA „LEGE TUUM EST:) Hæc lex, hæc reſtrictio dominii, ex pacto oritur; quam legem traditioni adjectam novus dominus ſervare tenetur, adeoque hic dominium non pendet a dominio populi generali.

„t) (PLURIMI SUNT MODI, QUIBUS QUID CUJUSQUE ESSE DICITUR:) Imo unicus tantum jure naturæ modus eſt, quo quis *jus in* re conſequitur, *ſcl. dominium*; præterea nullum aliud jus in re cognitum natura eſt. At hoc dominium pactis vel legibus reſtringi poteſt, & de tali reſtrictione loquitur Pruſæenſis; Hæc igitur reſtrictio non pendet ex dominio aliquo priori generali, ſed a lege civili, vel pacto hominum.

„u) (DOMINUS ERAT DEMTO VENDENDI JURE:) „Si ea lege dominium in alium transfertur ne eam vendat, hoc dominium non pendet a priori domino, utpote qui omne jus ſuum in emtorem tranſtulit, at ſub certa lege: novus igitur dominus tenetur ex pacto, ne vendat.

„v) (EXEMPLUM EJUS, QUOD DIXIMUS:) Nimirum, primas acquiſitiones a populo ita interdum fieri, ut privatum plerumque dominium generaliter primum populo acquiratur, & poſtea particulatim in privatos diſtribuatur.

„w) (TA-

[w] Tacitus: *Agri pro numero cultorum* [x] *ab universis occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur.* *De morib. German. c. 26.*

3. Hoc igitur modo [y] cum distributa dominia pendent a dominio generali, [z] si quid domino particulari carere incipit, [aa] non fit occupantis, sed [*] ad universitatem, [bb] aut ad dominum superiorem redit. [cc] Cui juri [dd] jus simile etiam per legem civilem [ee] extra hanc causam, [ff] uti jam notare cœpimus, introduci potuit.

CAPUT IV.

De derelictione præsumta, & eam secuta occupatione; & quid ab usucapione & præscriptione differat.

I. *Usucapio aut præscriptio proprie dicta cur locum non habeat inter populos diversos, eorumve rectores.*
II. *Solere tamen & inter hos allegari longævas possessiones.*
III. *Causa inquiritur ex conjecturis humanæ voluntatis: quæ petuntur non ex verbis tantum,*
IV. *Sed & ex factis*
V. *Et ex non factis.*
VI. *Quomodo tempus adjunctum non possessioni & silentio ad conjecturam juris derelicti valeat.*
VII. Or-

„w) (TACITUS:) *de Moribus Germ. c. 26. Cæs. de* „*bell. gall. l. 6. c. 5.* & speciatim *de Suevis l. 4.* „*c. 1.*

„x) (AB UNIVERSIS OCCUPANTUR, QUOD MOX „INTER SE PARTIUNTUR:) Imo nec ex hoc exem„plo probatur dominia singulorum pendere a do„minio priori generali: Nam nec universitas nec „singuli dominium in hos agros sibi arrogabant; „universitas enim solum jus imperii occupando si„bi quæsivit, privatis autem & singulis solum jus „utendi pro illo anno assignatum fuit ab universi„tate. In terminis hoc de Suevis asserit Cæsar *B.* „*G. l. 4. c. 1. Sed privati & separati agri apud eos* „*nihil est,*

„y) (CUM DISTRIBUTA DOMINIA PENDENT A „DOMINIO GENERALI:) Ex dominio enim genera„liter a populo occupato singulorum dominia per „distributionem orta esse asseruit. Quod passim re„futavimus.

z) (SI QUID DOMINO PARTICULARI CARERE INCIPIT:) Vel per derelictionem, vel quia dominus inveniri non potest *vid. h. §. n. 1.*

„aa) (NON FIT OCCUPANTIS, SED AD UNIVER„SITATEM REDIT:) Supra *c. 2. §. 4.* diximus uni„versitatem occupando territorium solum jus im„perii, (non vero dominium privatum, nec gene„rale nec singulare) acquirere: Vi hujus imperii „autem potest singulis facultatem concedere, ut „certam terræ portionem occupent, sibique ha„beant: Hæc igitur dominia singularia sunt origi„naria, quæ a nullo priori dominio pendent, & ex „apprehensione demum possessionis singulis quæ„runtur: Si proinde dominus derelinquit illam ter„ram, ea non redit ad universitatem nisi jure imperii, „dominium vero privatum nullius est, ceditque oc„cupanti, nisi id lege universitatis prohibitum sit.

*) (Grot.) (AD UNIVERSITATEM;) Sic ex libro secundo Odysseæ in fine colligas, bona ejus qui sine liberis decederet ad populum pervenisse, & sic interpretatur *Eustathius* illud *Homeri* Iliados E. vers. 158.

χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο.
Partiebantur opes rectores urbis.

Nam χηρωστὰς magistratum fuisse dicit quæ bona sine liberis decedentium administrabat. Simile aliquid usurpatum olim in regno Mexicano docent nos historiæ. (In loco ex *Odyssea* Poeta hoc tantum innuit, inter Procos *Penelopæ* conveoisse, si forte *Telemachus* interiisset, sese bona ejus æquis partibus occupaturos, ut solatii loco id esset illis, quos *Penelope*, uno electo in virum, exclusura esset; ut optime observavit Doctissima Matrona *Anna T. Fabri.* Adeoque inde quod Auctor noster colligit, minime inferri potest. Neque certius est, quod de χηρωσταῖς, post *Eustathium*, adfirmat. Vocem enim illam interpretantur *Pollux* & *Hesychius* non de magistratibus, bona sine liberis decedentium administrantibus, sed de propinquis remotis in hereditatem succedentibus. *J. A.*)

„bb) (AUT DOMINUM SUPERIOREM:) i. e. ad „caput populi. *vid. n. 2. pr.*

„cc) (CUI JURI:) Quo distributa dominia par„ticularia dependent a dominio generali.

„dd) (JUS SIMILE QUOQUE PER LEGEM CIVI„LEM INTRODUCI POTUIT:) Jure civili plurima „*jura in re* & dominia specialia introducta sunt, „quo pertinent dominia utilia, civilia, &c. quæ pen„dent a dominio priori, non generali, sed specia„li; nam supponitur priores dominos actu corpo„rali rem illam initio quæsivisse, suamque fecisse: „qui hujus dominii utilitates postea in alios pacto „transtulerunt, leges autem his pactis effectum „juris in re tribuerunt.

„ee) (EXTRA HANC CAUSAM:) Ubi nimirum „prima acquisitio a populo ita fit, ut dominum „generaliter primum populo, & tunc per distribu„tionem singulis acquiratur.

„ff) (UTI JAM NOTARE COEPIMUS:) Scl. in „specie illa juris in re, quod ei competit, qui sub „conditione fideicommissum expectat, & quod „huc non pertinere diximus.

§. I.

(AD §.1.) Author inter modos occupandi quoque refert DERELICTIONEM PRÆSUMTAM, seu PRÆSCRIPTIONEM IMMEMORIALEM. Ubi 1) refert opiniones eorum qui negant per solum lapsum temporis jus aliquod acquiri, eosque refutat. §. 1. & 2. 2) Suam sententiam exponit, nimirum eum qui longissimo tempore rem suam non vindicat, sed eam ab alio uti patitur, rem derelinquere voluisse videri. *Rubr.* & §. 3. Indeque 3) ait, dependere illam derelictionem ab animo. §. 3. Animum autem 4) exprimi debere signis saltem probabilibus, uti factis. §. 4. 5) Sub factis autem, ait, contineri etiam non facta, ut silentium scientis & libere volentis. §. 5. qood ex conjecturis inferri putat, v. g. ex lapsu temporis. §. 6. 6) Tempus immemoriale semper inferre derelictionem. §. 7. 7) objectioni respondet in §. 8. & cum 8) perspectum sit Authori omnia hæc ratione naturali carere, tandem in §. 9. statuit hæc jure gentium voluntario ita statuta esse:

Equidem quæstio, *an detur aliqua præscriptio naturalis, qua controversia inter gentes & imperia finiantur?* magni momenti est, & sæpius armis quoque ventilata fuit: Affirmant eam *Grot. h. Pufend. de Jur. N. & G. l.* 4. *c.*12. §.11. *Carpz. l.* 1. *Resp.* 35. *n.* 4. *Cujac. de div. præscr. c.* 30. Negant eam Galli, eamque sententiam defendit *Bodinus de republ. l.* 6. *c.* 2. *pag.* 46. At cum ex principiis Grotii nihil decidi possit, ex aliis fontibus decisio sumenda est. Res ita se habet.

Regula est, *ex lapsu longi temporis rem ei cujus non est, jure naturali non acquiri:* 1) quia rem alienam tenet, quam ex necessitate obligationis ei cujus est restituere tenetur, nec obligatio illa tollitur nisi restitutione: Non autem restituitur res per solum lapsum temporis: 2) Qui rem alienam tenet, eaque utitur sine voluntate domini, is vitiose tenet, & injuria ea utitur, adeoque initium ejus possessionis injustum ac vitiosum est: Ex iojuria autem sua nemo jus quærere potest: Imo hoc vitium & hæc injuria, quo longius durat, eo magis augetur, non vero minuitur vel corrigitur, nedum tollitur: Tantum ergo abest ut diuturnitate usus rei, quæ alterius est, jus fiat & in injustum possessorem transeat, ut augeat etiam injustitiam, quæ ratio in jure canonico quoque allegatur. *c.* 5. *X. de præscr.* Injuria enim reparando non continuando desinit: Sane 3) in solo tempore non est vis transferendi juris ab uno in alterum; *Vid l.* 44. §. 1. *de O. & A.* tempus enim nudam durationem significat ejus quod est, consistit in nuda appellatione spatii, quod neque actionem infert, nedum potestatem aliquam transferendi juris: Unde bene Author ait, *omnia fieri in tempore, nihil a tempore.* Etsi igitur 4) rem meam longo tempore alterius potestati relinquam, inde non sequitur quod rem ipsam, seu jus meum, in illa re transferre voluerim; ex mea enim dispositione dependet, ad quod usque tempus aliis rem meam relinquere, vel quando eam repetere velim: Regula juris 5) certa est, quod nostrum est, id vel nostra tantum, vel superioris dispositione a nobis abire, & in alium transferri potest, *L.* 11. *ff. præscr.* quia præter dominum & superiorem nemo mortalium jus in res nostras habet: Non ergo nudo temporis lapsu jus aliis in res meas acquiritur. 6) Atque hinc rationes, ex quibus jure Romano temporum præscriptiones introductæ sunt, mere sunt positivæ, nituntur enim utilitate publica, (ut tandem rerum dominia certa reddantur: *L.* 1. *ff. Usur.*) & poena negligentiæ: *L.* 27. *ff. R. D. pr. Inst. de Usuc.* Unde etiam Imperator materiam usucapionum & præscriptionum non inter modos acquireodi juris gentium, qui in titulo de Rerum divisione continentur, sed inter modos acquirendi juris civilis retulit, & cum acquisitione quæ fit per donationem mortis causa & per testamentum, conjunxit. 7) Ipse Author hoc fatetur; non tantum enim statim in §. 1. asserit tempus non habere vim effectricem, i. e. nullam vim transferendi juris, sed & totam hujus juris rationem juri gentium voluntario tribuit in §. 9. Sed & 8) thesis nostra omnium fere gentium consensu probatur: Bodinus *in all. loc.* ex Bartolo, Baldo, aliisque interpretibus juris docet, naturali jure perpetuam vindicandi res injuria nobis ablatas authoritatem esse, idque rebus judicatis curiæ Parisiensis de anno 1440. 1505. 1538. firmat: Eumque in finem Polonorum, Hungarorum, Anglorum, Hispanorum, Venetorum, Helvetiorum, quin & Græcorum ac Romanorum leges affert.

Galliarum rex sæpe declaravit, se nullam agnoscere præscriptionem; & ex hoc capite partes regni Austrasiæ vindicare voluit, quæ tamen imperio armis & pactis quæsitæ fuere. In celebri illa sententia, qua investitura ducatus Neufchatellensi Borussiæ regi adjudicata fuit, Status illius ducatus negant juri directo præscribi potuisse: Verbis, *que ces droits* (de jure dominii directi loquitur sententia) *n'ont pas etè prescrits, mais qu'ils sont de leur nature imprescritibles de l'aveu meme de l'advocat de son Altesse Serenissime Monseigneur le Prince de Carignan.* Sed & Artaxerxes Persa subactis Parthis

this expetiit a Romanis, quicquid Alexander Magnus bello eripuerat. *Herod. L. 6. c. 4.* Certum ergo est præscriptionem, i. e. exceptionem lapsus temporis, natura jus non dare:

Duo tamen sunt casus, ubi post longum tempus dominus rei, ejusque hæredes, repetere rem non possunt. *Primo:* Quoties non exstat memoria possessionis, nimirum *præsentis*, i. e. ubi nescitur quo jure & ex qua causa præsens possessor ejusque antecessores rem quæsiverint; Etsi igitur forte constet, olim alium dominum fuisse, eumque sine causa rem amisisse, fieri tamen potest, ut postea vel pacto, vel ratihabitione, vel armis verum jus possessoribus quæsitum sit: Sufficit ergo si *præsens* possessor non possit convinci eum, aut antecessores ejus, injuria rem cepisse, neque ab eo qui injuria cepit causam habere. Ratio hujus *præscriptionis*, quam Doctores *immemorialem* vocant, seu cujus initii memoria non exstat, in ipso jure naturæ fundatur: Nam 1) dominia rerum a natura sunt; *Pos. V.* omnia igitur, sine quibus dominia rerum exitum habere non possunt, sunt juris naturalis. *Pos. IV. n. 4.* Negari autem non potest sublata *præscriptione immemoriali* nullum amplius certum dominium dari, neque absque injuria rem acquiri posse: In omni enim re contingere potuit, ut a condito orbe aliquando ea res a domino amissa, & a non domino possessa fuerit; quod si vel semel factum, omnes postea in infinitum secutæ possessiones erunt necessario injustæ & vitiosæ, etsi per mille manus & ætates continuentur; Semper enim accepisset possessor a non domino, qui non potuit plus juris in alium transferre quam ipse habuit. 2) Quia per naturam non potest probari præsentem possessorem, qui immemoriali tempore rem tenet, dominum non esse: Etsi enim olim sine causa domino ablata fuerit, inde tamen non sequitur, præsentem possessorem injuria tenere, nisi simul probetur eum & antecessores ejus causam a primo prædone habere: Si id non probetur deficit probatio; quia deficiente hominum memoria probari nequit quid medio tempore factum sit: Idque JCti Romani quoque ita statuerunt in *L. 3. §. 4. Aq. quot.* ibi. *ductus aquæ, cujus origo memoriam excessit, jure constituti loco habetur.*

Secundo excipitur casus, ubi quidem exstat *talis memoria initii*, sed ubi constat dominum deposuisse spem animumque recuperandi; nam pro derelicto habet qui spem recuperandi non habet.

At in eo cardo rei vertitur, quando de animo illo derelinquendi constet? Equidem si verbis vel literis id declaraverit is qui olim dominus fuit, vel ejus successores, dubium non est quin jus ejus extinguatur. At ex signis quoque ejusmodi animum derelinquendi aliquando elici posse, asserimus: Uti si cum potuisset repeti non fuit repetita, nec alia causa appareat cur non repetierit: e. g. si is qui usurpavit rem alienam bello vincitur, & dominus rei victorem de re illa restituenda non interpellat. Hoc jure nititur Jephta dum Ammonitis respondet, cur *tunc*, i. e. ante 300 annos, ubi jure belli occupavimus has terras, jus vestrum non repetivistis. *Judic. II. v. 13. 23. & 26.* Ibi ergo Jephta non se fundat in 300 annorum possessione, sed in titulo, in jure victoriæ contra Ammorhæos reportatæ, in quos Ammonitis nullum jus fuit. Iephta igitur allegat Ammonitas vel nunquam fuisse dominos, vel si fuerunt remisisse jus suum; quia tunc, cum Israelitæ terras Ammonitarum occuparent, non repetiverunt.

Ex his principiis decidenda est celebris illa controversia inter Hispanos & Lusitanos: Illi anno 1587. vi occuparunt Lusitaniam exclusa domo Bragantina, cujus jus potius erat: Anno 1640. adeoque 53 annis ab occupato regno, Iohannes Bragantinus vi recepit regnum, quæritur an jure? Causabantur Hispani domum Bragantinam remisisse jus suum, & tanto temporis spatio nihil movisse: At merito regerebat domus Bragantina, Antonium multa tentasse, sed frustra; tantam fuisse Hispanorum potentiam, tantamque Bragantionorum infirmitatem, ut utique exspectanda fuerit occasio, qua ostensa, cum Lusitani nobiles nollent in bellum sequi, illico eam arripuisse Johannem: Accedit, quod filia Eduardi noluerit renunciare juri, cum urgeret Philippus; etsi maritus renunciare cogeretur, sed ejus jus non erat:

E contrario, in hac ipsa controversia Catharina de Medicis interveniebat, (quia reges Lusitaniæ ab Alfonso III. & ejus secunda uxore, quam priore viva duxerat, descenderent; cum ipsa ex priori genus duxerit) sed quia temporis longinquitas obstabat, præscriptio ei merito opponi potuit, ita opinante *Thuan. L. 65. ad ann. 578. in fin.* Sane prioris thori liberi nunquam contradixere, nec litem moverunt, nec unquam consilium cepere vindicandi regnum. &c. Unde eventus quoque belli pro Lusitanis stetit.

Ita Sulpitius legatus contra Antiochum jus defendit ex constanti, quieto, ac nunquam interrupto usu, apud Livium *L. 35. c. 16.*

Angli obsederant arcem Bervici Scotorum, & re horum afflicta offerebant pacem, si promitterent arcem se reddituros, retenta arce: Scoti respondebant arcem in solo Scotico a Scotis ædificatam suæ ditionis esse, ac per multa secula fuisse, eam si aliquid Angli interceperint, aut per vim tenuerint, nihil ea injuria jus vetus imminutum fuisse. *Buchan. L. 12. p. m. 432. ad ann.* 1481.

Atque ex eisdem fundamentis sequitur Anglis, si Galliam armis repetere vellent, nunquam opponi posse præscriptionem, etsi ultra seculum possessione dejecti sint: quia consilium expetendi nunquam omiserunt, quod ex titulo, sceptroque Galliæ quo Rex Angliæ adhuc utitur, apparet. Hinc *Comin. Hist. l. 8.* ait, *quod Angli redierint quidem domum, sed certa spe redeundi aliquando in Galliam, quod illam ad se jure pertinere dicunt.* Et in *L. 6. pr.* refert Anglos, cum tractarent cum Gallis de conditionibus pacis, pro sua perpetua consuetudine petiisse omnem Galliam.

Ex his igitur apparet, nullum unquam jus oriri ex solo lapsu temporis, seu ex præscriptione quæ solo tempore nititur: nisi 1) deficiat præsentis possessionis initii memoria, vel 2) remissio & derelictio juris ex factis appareat. Neutro autem casu jus acquiritur ex lapsu temporis: sed *priore* casu ex defectu probationis, quam alter suscepit;

posteriori casu ex dispositione ejus, qui jus illud amplius in rebus suis habere non vult.

Caeterum, quaestio de praescriptione non tantum moveri potest si unus idemque homo diu possedit, domino eodem vivente; sed & inter utriusque successores & haeredes legitimos: In iis enim eadem obtinet ratio, ut & haeredes ac successores possessoris ex iis causis jus acquirant lapsu temporis, & domini haeredes jus suum amittant: cum rationes omnes hic eodem modo militent. Hoc autem verum tantum est de illis successoribus qui vere in jus defuncti succedunt: Non ergo haec obtinent in collateralibus qui jure naturae haeredes non sunt. Hinc *cognati ejus qui olim dominus fuit, & injuria rem amisit*, vindicare rem a praesente possessore nullo tempore possunt; semper enim repelli possunt exceptione, *vobis nec jus competit, nec actio*: Merito autem excipiuntur controversiae quae de regnis & principatibus oriuntur; quia etiam cognati ex populi dispositione in jura regni succedunt.

Quoties dubium est, an immemoralis possessio adsit, vel an remittendi animus satis appareat, altera parte affirmante, altera parte id negante, jure belli res decidi debet, & victoria ultima erit loco sententiae.

Possessor Imperii remittere jus, & derelinquere regnum non potest, quia rex alienare regnum neque expresse neque tacite potest: si tamen jus valde dubium est, nec consultum armis illud vindicare, administrationis pars esse videtur de tali jure dubio transigere.

Cum animus ille derelinquendi jure naturae difficilis sit probatu, merito leges *in causis privatorum* certum praefixere tempus, quo elapso in poenam negligentiae res pro derelicta habetur: idque tempus pro varia aequitate vel restrictum vel ampliatum est; unde praescriptiones annales, quinquennales, longi & longissimi temporis. &c.

ADDITIO.

„Ego *praescriptionem immemorialem*, etsi praesentis possessionis memoria nulla exstet, natura cognitam non esse, nec inter principes allegari posse, statuo: si proinde quis rem aliquam, familiae meae „injuria olim ereptam, per plurima secula possidet „rem illam (etiam a tertio possessore) vindicare possum, quod late demonstravi in *Dissertatione prooemiali XII* §. 297. *seq.* Regula enim naturalis est, *injuriam tempore non minui, sed augeri, & rem nostram sine facto nostro non desinere nostram esse.* Jus igitur antiqui domini semper „salvum est: de eo jure enim certo constat, an vero „praesens possessor ex derelictione domini jus acceperit, de eo non constat, adeoque is qui derelictionem allegat, eam probare tenetur.

„Sane ignorantia eorum quae medio tempore „facta sunt, ei cui antiquitus injuria res erepta fuit „jus quaesitum auferre nequit. Hinc Ammonitae „post lapsum trecentorum annorum sedes vindicabant, quas olim ad se pertinuisse mentiebantur.

„Haec igitur non tantum vera sunt de *re* per injuriam olim mihi ereptam; sed & si *jus* aliquod, quod „olim rei meae inhaesit, a tertio possidetur; ut si „quis servitutem in re mea longo tempore exercuit: „Nam ratione naturali omnia commoda rei sequuntur dominum, haec ratio juris certa est; quod „vero dominus alii commodum suae rei tacite falsum concesserit, de eo non constat, adeoque is „qui tale quid asserit probare id tenetur. Quod si ob „ignorantiam eorum quae medio tempore contigere fieri non possit, jus forte possessoris non deficit, sed probatio.

„Neque allegari potest hoc modo dominia rerum exitum habere non posse; Nam exitum „omnino habent si res pristino domino restituitur: Si possessor resistit, is in causa est quo minus „dominia exitum habere possint. Caeterum inter *principes* paucissimae hujus modi existunt controversiae, & si tales fuerunt, vel bello vel pactis „decisae sunt: Inter *privatos* verum est perpetuas „inter eos futuras esse lites, si jus antiquum cuique „vindicare liceret, tales autem lites, ob frequentiores „rerum commutationes, in republica saepius accidere possunt. Atque ideo legibus cujusque civitatis cautum plerumque est, ut dominus, si certo „tempore rem suam non vindicet, jure suo cadat:

„Neque admittimus assertum Grotii, *quod tacita remissio ex lapsu longi temporis elici possit, si quaedam signa concurrunt:* Negamus enim signa adeo certa & adeo notoria esse, ut animus remittendi „juris inde apparere possit: Nam 1) notorium est „ei cui res ablata est olim jus competiisse, eique rem „injuria ablatam esse; hoc jus certum domino ex „praesumtionibus & conjecturis auferri non potest. Inprimis cum 2) remissio facti sit, adeoque „ab allegante probari debeat. Neque enim 3) ex „eo, quod data occasione potuerit occupare rem injuria ablatam, & non occupaverit, inferri potest „eum renunciasse juri suo; quid si enim declaret ea „intentione se id non fecisse? Sane non deficient „ipsi rationes moram seu silentium excusantes: causabitur plenam juris sui rationem cognitam sibi „tunc temporis non fuisse, se consiliis & op bus „destitutum, vel eventum ob alterius potentiam dubium fuisse &c. allegabit, natura certum vindicationi tempus praescriptum non esse, indeque in „arbitrio laesi esse quando agere & rem suam repetere velit, & reparandi injuriae obligationem nullo tempore finiri: Sane 4) in imperiis certum est, „principem non posse renunciare juri suo sine consensu populi & successorum, adeoque nec derelinquere provinciam injuria ablatam: Adeoque „& populus & successores proprio jure vindicare „rem imperii in perpetuum possunt:

„Neque exemplum Jephtae huc pertinet; Is enim „non opponit Ammonitis silentium 300. annorum, „nec ex hoc signo elicit eos juri suo renunciasse: „sed contendit, male ab ipsis terras vindicari quae „nunquam eorum fuere; Causabatur Josuam terras eorum intactas reliquisse, & circumivisse ex „latere terram Edom & terram Moab, *Jud.* 11. *v.* 17. & 18. (quae erat terra Ammonitarum,) ac „transitum petiisse per *terras Amorrhaeorum*, „quo negato eum jure belli *terras Amorrhaeorum* occupasse. *ibid. v.* 21. 22. 23. Unde Jephta „miratur quod Ammonitae velint repetere terras

„Amor-

§. I.

GRavis hic difficultas oritur [a] de usucapiendi jure. [b] Namque id jus cum lege civili sit introductum [c] (tempus enim ex suapte natura vim nullam effectricem habet: nihil enim fit [d] à tempore [e] quamquam nihil non fit in tempore) [f] locum habere non potest, ut censet [g] Vasquius, inter duos populos liberos, [h] aut reges, populumve liberum & regem: [i] imo ne inter regem quidem & privatum ipsi non subditum, [k] nec inter duos diversorum regum aut populorum subditos, quod verum videtur, [l] nisi quatenus res vel actus tenetur territorii legibus. Atque id si admittimus, sequi videtur maximum incommodum, [m] ut controversiæ de regnis regnorumque finibus

Lib. II. c.51. n. 28.

„Amorrhæorum quas Israelitæ jure belli quæsivissent. *ibid. v. 23. & 24.* Addit, reges Moabitarum, prædecessores Ammonitarum in quorum jus successissent, nunquam ideo litem movisse per 300. annos. *ibid. v. 25. & 26.* & tandem quærit, *cur tanto tempore nihil super hac repetitione tentassent*, quæ ratio proinde non concludit, sed adminiculatur.

„Cæterum præscriptionem, i. e. tacitam derelictionem, in regnis vi ablatis allegari posse negat Catharina de Medicis apud *Thuan. L.65. ad ann.* 1578. Scoti apud *Buchan. in supra allegato loco &c.* Galli apud *Bodin. de republ. L. 9. c. 2.* Antiochus legatis Romanorum respondet: Ptolomæum & deinde Philippum, occupatis majoribus suis rerum alienarum alia cura, quædam quo suæ ditionis essent usurpando occupasse, easque se nunc recuperare velle: *Liv. L.33. c.26.* Michael Hospitalius, Galliæ Cancellarius, Anglis Caletum repetentibus respondet. *Quamvis Angli* 230. *plus minus annis* (Caletum) *possederint, jus tamen penes Galliæ reges fuisse, non minus quam ducatum Aquitaniæ & Normaniæ, quos Angli diu armis detinuerunt: Gallos Caletum, uti etiam ducatus illos, non bello acquisivisse sed recuperasse, præscriptionem temporis, quam allegant, inter principes locum habere nullum sed jus semper valere: & ex XII. tab. adversus hostem æternam esse authoritatem. Camd. in Elis. p. 1. ad ann.* 1567.

„*a*) (DE USUCAPIENDI JURE:) i. e. de modo acquirendæ rei alienæ per continuationem possessionis.

„*b*) (NAMQUE ID JUS CUM LEGE CIVILI SIT INTRODUCTUM:) Idque ex duplici ratione 1) ob utilitatem publicam ut rerum dominia tandem sint certa, 2) in pœnam negligentiæ, quod tanto tempore in res suas non inquirat dominus.

„*c*) (TEMPUS ENIM EX SUAPTE NATURA NULLAM VIM EFFECTRICEM HABET:) i. e. nullam habet vim transferendi juris: nisi accedat vel lex superioris, vel consensus, seu dispositio partium.

„*d*) (A TEMPORE:) Tempus enim definitur duratio ejus quod est, adeoque res est inanimata quæ per se nihil efficere potest.

„*e*) (QUANQUAM NIHIL NON FIT IN TEMPORE:) Scilicet per alias causas animatas.

„*f*) (VASQUIUS:) Pro eadem sententia alios quoque modo allegavimus Authores.

„*g*) (LOCUM HABERE NON POTEST INTER DUOS POPULOS LIBEROS:) Qui jure civili non tenentur: Conf. *L. 1. c. 1. §. 16.*

„*h*) (AUT REGES:) In quos populi jura sua transtulerunt, adeoque qui jure populorum liberorum utuntur.

„*) (POPULUMVE LIBERUM ET REGEM:) Neutri enim juri alicui civili, unde præscriptiones oriuntur, subsunt.

„*i*) (IMO NE INTER REGEM QUIDEM ET PRIVATUM IPSI NON SUBDITUM:) Si subditus Anglus longo tempore possedit rem quæ regi Galliæ propria est, subditus ille jure naturæ non acquirit proprietatem etsi longissimo tempore eam possideat. Nisi res vel actus teneatur legibus loci, de qua limitatione statim agemus. *Vid. lit. l.*

k) (Grot.) (NEC INTER DUOS DIVERSORUM REGUM AUT POPULORUM SUBDITOS:) In lege XII. tabularum erat: *Æterna auctoritas cum hoste esto*, id est, cum peregrino. (Apud CICERON. *De Offic.* Lib. 1. Cap. 12.)

ADDITIO.

„Si subditus Anglus longo tempore possedit rem que subdito regis Galliæ propria est, Author ait priori non acquiri dominium præscriptione: quod statim examinabimus.

„*l*) (NISI QUATENUS RES VEL ACTUS TENETUR LEGIBUS TERRITORII:) Regula igitur, quod inter gentes præscriptio locum non habeat, vera tunc demum Authori videtur, si *res*, de cujus præscriptione agitur, in tali territorio sita est, vel si *actus*, unde jus petitur, in tali provincia gestus sit ubi præscriptio non obtinet. His enim casibus verum est jus naturæ obtinere: At si in illo territorio legibus civilibus præscriptio statuta est, res & actus etiam extraneorum, sive principum sive privatorum, legibus illius loci subjacent, adeoque præscriptione & res alienæ, & jura aliena quæruntur. Adde ea quæ *infra l. 2. c. 14. §. 1. seq.* tractantur.

„*m*) (UT CONTROVERSIÆ DE REGNIS REGNORUMQUE FINIBUS NULLO UNQUAM TEMPORE EXSTINGUANTUR:) Concedamus immortales fore „hujus-

nibus nullo unquam tempore extinguantur: ⁿ quod non tantum ad perturbandum multorum animos & bella serenda pertinet, ᵒ sed & communi gentium sensui repugnat.

§. II.

Judic. xi. v. 26. Nam & in sacris literis Jephthes regi Ammonitarum sibi vendicanti terras inter Arnonem & Jabocum, & ab Arabum desertis ad Jordanem sitas, ᵃ objicit trecentorum annorum possessionem, & ab eo quærit, cur ipse ejusque majores tanto tempore cessaverint? Et *Archid. p. 121. A. Ed. H. Steph.* Lacones ᵇ apud Isocratem, tanquam certissimum ᶜ & apud omnes gentes confessum ponunt, possessiones publicas, non minus quam privatas, multo tempore ita firmari, ut revelli nequeant: quo jure repellunt eos, qui Messenam repetebant. Verba Græca sunt; τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινάς, ἣν ἐπιγένηται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντες εἶναι νομίζουσι. Idem Isocrates ad Philippum: κάτοχον καὶ βέβαιον τὴν κτῆσιν πεποιηκότος τοῦ χρόνου. *Cum firmam stabilemque possessionem longa dies reddidisset.* *Livius lib xxxii. c. 10.* ᵈ Hoc jure nisus posterior Philippus T. Quinto dicebat, *civitates quas ipse cepisset se liberaturum: quæ sibi traditæ a majoribus essent justa ac hereditaria possessione, se non excessurum.* ᵉ Sulpitius contra Antiochum disputans ostendit iniquum *Livius lib. xxxv. c. 16.* esse, ut quod populi Græci in Asia aliquando serviissent, id jus post aliquot

„hujusmodi controversias; an hoc incommodum „jus alii quæsitum aufferre potest? Sane causa in„commodi illius non est is qui vindicat rem suam, „sed is qui rem alii injuria ablatam detinet.

„n) (QUOD NON TANTUM AD PERTURBANDOS „MULTORUM ANIMOS ET BELLA SERENDA PER„TINET:) Luduvicus Gonzaga in scripto regi Gal„liæ exhibito apud *Thuan. L.* 59. hoc argumento „utitur: verba sunt apud *Tesm. fol. 261* Sed quis „ejus rei causa, an is qui alienam rem tenet an is „qui eam vindicat. Dictum jam est, injuriam tem„pore non minui sed augeri.

o) (SED ET COMMUNI GENTIUM SENSUI REPUGNAT:) Verum hoc esse diximus ubi de animo remittendi constat.

ADDITIO.

„Verum non est communi gentium sensui re„pugnare, quod quis rem injuria sibi ablatam vin„dicare possit, etiam longissimo tempore elapso: „contrarium potius probatum dedimus.

„a) (OBJICIT TRECENTORUM ANNORUM POS„SESSIONEM:) Dictum jam est, hanc rationem non „fuisse concludentem, nec qua talem a Jephta alle„gatam fuisse: Vera enim ratio fuit, quod terra „nunquam Ammonitarum fuerit, sed Amorhæo„rum; quod Iosua terras priorum circumiverit, ad„eoque illis nihil eripuerit; & quod terra Amor„rhæorum ob denegatum transitum jure belli quæ„siverit, qui titulus etiam apud Ammonitas pro „justo haberetur. Huic rationi adminiculatur, „quod Amorrhæi tanto tempore siluerint, non „facturi, si jus ipsis aliquod in has terras compe„tisset.

„b) (APUD ISOCRATEM:) Verba in oratione „quam inscribit Archidamus, hæc sunt. *Praeterea „nec illud vos praterit, possessiones sive privatas sive „publicas prascriptione longi temporis & confirma„ri, & patrimonii loco habendas, persuasum esse „omnibus. Nos autem Messenam cepimus prius„quam Persa regno potirentur, Asiamque subigerent, „& priusquam pleraque Græcæ civitates conderen„tur; & quum tanta nostra causa sit æquitas Theba„ni Barbaro Asiam tanquam patrimonium adjudi„carunt, qui nondum ducentos annos possiderunt, no„bis autem Messenam, quam duplo longius tenuimus, „ereptum eunt.*

c) (Grot.) (ET APUT OMNES GENTES CONFESSUM:) In hunc sensum disserit pro Gallia dux Nivernensis apud *Thuanum* libro LIX. in anno CIↃ IↃ LXXIV.

„d) (HOC JURE NISUS POSTERIOR PHILIPPUS:) „apud *Liv. L. 31. c. 10. & L. 32. c. 34.*

„e) (SULPITIUS CONTRA ANTIOCHUM DISPU„TANS:) apud *Liv. l. 35 c. 16. Potesne tandem di„cere, Asia civitates, ut semel venerunt in majorum „Antiochi potestatem, in perpetua possessione regni „vestri permansisse? & non alias in Philippi, alias „in Ptolomæi fuisse potestate? alias per multos an„nos nullo ambigente libertatem usurpasse? Nam si, „quod aliquando servierunt temporum iniquitate „pressi, jus post tot secula asserendi eos in servitutem „facitt, quid abest, quin actum nobis nihil sit, „quod a Philippo liberavimus Graciam, & repetant „posteri*

aliquot sæcula eos asserendi in servitutem faciat. Et historici [f] vetera reposcere vaniloquentiam vocant: μυθικὰς καὶ παλαιὰς ἀποδείξεις Diodorus. [g] Apud Ciceronem est de officiis secundo: [h] *Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam seculis ante possessum, qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat?* Tacitus Ann. 6. c. 31. Cap. 22

§. III.

[a] Quid dicemus? [b] Juris effectus qui ab animo pendent, non possunt tamen ad solum animi actum consequi, nisi is actus signis quibusdam indicatus sit, quia nudis animi actibus efficientiam juris tribuere [c] non fuerat congruum naturæ humanæ, quæ nisi ex signis animi actus cognoscere non potest: [d] qua de causa etiam interni actus meri legibus humanis non subjacent. [e] Signa autem nulla de animi actibus certitudinem habent mathematicam, [f] sed probabilem tantum: [g] nam & verbis eloqui aliud possunt homines, quam quod volunt & sentiunt, [h] & factis simulare. [i] Neque tamen patitur natura humanæ

„*posteri jus Corinthum Chalcidem, Demetriadem,* „*& Thessalorum totam gentem?*

f) (Grot.) (VETERA REPOSCERE:) Τὰ πρὸ Εὐκλείδου dicunt Græci ex historia Attica. Usus inter alios *Nicetas* lib. 1. cap. 9. de Alexio Isaaci fratre, ubi de Henrico agit Imperatore Friderici filio: καὶ ταῦτα δὴ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἀνυπεστόλως ἀνακινῶν. *Ita ille velut ante Eucliden gesta movebat inverecunde.* (Vide Lucianum in *Cataplo, T. 1. Ed. Amst. p.* 425. & *Hermotim. pag.* 563. Locus autem *Diodori Siculi*, qui postea sine ullo indicio adfertur, exstat *Lib. XV. Cap.* 78. pag. 497. *Ed. H. Steph.* Et pag. seq. dicitur βίᾳ καὶ ἀδίκως ejusmodi possessio haberi J. B.)

„*g*) (APUD CICERONEM:) 2. *off. c.* 22. & 23.

h) (Grot.) (QUAM AUTEM HABET ÆQUITATEM UT AGRUM MULTIS ANNIS AUT ETIAM SÆCULIS ANTE POSSESSUM, QUI HABUIT, AMITTAT:) Florus lib. III. c. 13. *Tamen relictas a majoribus sedes, ætate, quasi jure hæreditario possidebant.*

ADDITIO.

„Ita Pelopidas ait, Phrigiæ & Cappadociæ semper majorum Mithridatis fuisse possessionem, ab „ejus patre receptam, apud Appianum *bello Mithrid. n.* 177.

„*a*) (QUID DICEMUS:) Author contra Vasquium „rationibus & exemplis demonstravit, longævam „possessionem jus dare ex derelictione præsumta. „Hic jam limitat quod in genere asseruit, & verum id esse ait, si animus derelinquendi signis sufficientibus indicatur; talia autem esse verba:

„*b*) (JURIS EFFECTUS QUI AB ANIMO PENDENT „NON POSSUNT AD SOLUM ANIMI ACTUM CONSEQUI &c.) Sensus est, quod animus derelinquendi probari debeat per signa quædam externa, i. e. vel verba vel facta; Quia animus non „declaratus nullum effectum juris tribuere potest.

„*c*) (NON. FUERAT CONGRUUM HUMANÆ NATURÆ:) Vera ratio est, quod jus nostrum non „desinat esse nostrum, nisi voluntate nostra, eaque sufficienter declarata: quod enim res nostra „sit id certum est, quod vero nolimus eam in numero rerum nostrarum habere, id incertum est, „adeoque probari debet.

„*d*) (QUA DE CAUSA ETIAM INTERNI ACTUS „MERI LEGIBUS HUMANIS NON SUBJACENT:) Nemo enim de internis actibus judicare potest: unde nec cogitationis pœnam quis patitur. *l.* 18. *ff.* „*poen.* Et ex eadem ratione reservationes mentales nullum jus tribuere ei qui aliud loquitur aliud „in mente habet, alibi vidimus. *Conf. L.* 2. *c.* 13. „*§.* 2. & 3.

„*e*) (SIGNA AUTEM NULLA DE ANIMI ACTIBUS CERTITUDINEM HABENT MATHEMATICAM:) „i. e. necessariam: quid si enim is qui signa hæc „dedit, neget se ea intentione dedisse? quis judex „erit inter duas gentes?

„*f*) (SED PROBABILEM TANTUM:) At alia quæstio est an signa hæc probabilia sufficiant ad jus „alii tribuendum? quod omnino negamus:

„*g*) (NAM ET VERBIS ALIUD ELOQUI POSSUNT:) „Certum est verba aliquando dubia esse posse, at „tunc dantur regulæ interpretandi naturales: De „quibus vide *l.* 2. *c.* 16.

„*h*) (ET FACTIS SIMULARE:) JCti ajunt facti „interpretationem etiam prudentissimos fallere. *L.* „2. *de ignor. jur. & fact.*

„*i*) (NEQUE TAMEN PATITUR NATURA HUMANÆ SOCIETATIS, UT ACTIBUS SUFFICIENTER INDICATIS NULLA SIT EFFICACIA:) Sæpius jam dictum est non dari humanam societatem, adeoque „frustra quæri an natura ejus aliquid patiatur; Sed „& verum non est, si talis existeret societas, eam „non pati ut actibus sufficienter indicatis nulla sit „efficacia, quod ipsa experientia testatur: Sane statutum illud juris Romani, ne ex pactis nudis „detur actio, nihil derogat naturæ societatis hu„manæ

humanæ societatis, ut actibus animi sufficienter indicatis nulla sit efficacia: ideo quod sufficienter indicatum est, [k] pro vero habetur adversus eum qui indicavit. [l] Ac de verbis quidem expedita res.

§. IV.

1. [a] Factis intelligitur derelictum, [b] quod abjicitur, [c] nisi ea sit rei circumstantia, ut temporis causa & [d] requirendi animo abjectum censeri debeat. [e] Sic chirographi redditione † censetur remissum debitum. [f] Recusari hæreditas, inquit Paulus, †† non tantum verbis, sed etiam re potest, [g] & quovis indicio voluntatis. Sic si is qui rei alicujus est dominus, [h] sciens cum altero eam rem possidente tanquam cum domino contrahat, jus suum remisisse merito habebitur; [i] quod cur non & inter reges locum habeat, & populos liberos nihil causæ est.

L. 9. §. ult. D. de acquir. rer. dom. L. 8. D. ad leg. Rhod. L. 1. § 11. D. de furtis. † L. 2. §. 1. ff. de pactis. †† L. 95. D. de acquir. vel omitt. hered.

2. Simi-

„manæ, Adeoque alia ratio afferri debet cur ex „voluntate satis declarata jus oriatur: de qua plenius „*L. 2. c. 11. & seq.* agemus.

„*k*) (PRO VERO HABETUR ADVERSUS EUM QUI „INDICAVIT:) Ad eum effectum ut per indicatio„nem illam jus in alium transferatur.

„*l*) (AC DE VERBIS QUIDEM EXPEDITA RES:) „Si scl. verba clara & notoria sunt.

„*a*) (FACTIS INTELLIGITUR DERELICTUM:) Ad„eoque non verbis tantum animus agentis declara„tur, sed etiam factis: Imo magis aliquando factis „quam verbis, si scilicet alia ratio facti dari non „potest.

„*b*) (QUOD ABJICITUR:) quod quis in numero „rerum suarum amplius esse non vult. §. 49. *Inst.* „*de R: D.*

„*c*) (NISI EA SIT REI CIRCUMSTANTIA, UT „TEMPORIS CAUSA ET REQUIRENDI ANIMO AB„JECTUM: &c.) Uti ea quæ in tempestate levandæ „navis causa ejiciuntur. *Vid. §. 50. Inst. R. D.* ubi „simul additur ratio, *quia palam est ea non eo ani„mo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quo ma„gis cum ipsa navi maris periculum effugiat:* Unde „is qui id sciens eas fluctibus expulsas, vel etiam „in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulit, fur„tum committit. *ibid.* Secus si derelinquendi ani„mo jactantur: *l. 43. § p. Inst. de furt.* ubi ICtus in „dubio eredendum esse, ait, animo derelinquendi „dominum jactasse, indeque furtum non committi.

„*d*) (REQUIRENDI ANIMO:) i. e. repetendi & „recuperandi animo.

„*e*) (SIC CHIROGRAPHI REDDITIONE CENSETUR „REMISSUM DEBITUM:) Alia enim ratio redditio„nis dari nequit: *Vid. l. 2. §. 1.* Hinc JCti aliud „disposuere, si pignus tantum redditur *l. 3. ff. pact.* „ibi enim alia ratio dari potest, quia sola securi„tas remissa censetur: *Conf. Jus meum controv. Tit.* „*de pact. quæst. 3. Carpz. p. 2. c. 29. def. 12 Struv.* „*Tit, de pact. §. 34. Schilt. Exerc. 8. §. 7.*

„*f*) (RECUSARI HÆREDITAS &c. ETIAM RE „POTEST:) v. g. si hæres testamentarius agnoscit „legitimum hæredem. *l. 77. in f. de Acq. her.*

„*g*) (ET QUOVIS INDICIO VOLUNTATIS:) Scl. „ex quo de animo non adeundi certo constet.

„*h*) (SCIENS CUM ALTERO EAM REM POSSI„DENTE TANQUAM CUM DOMINO CONTRAHAT:) „Notanter Author duo hic supponit, 1) ut sciens, „i. e. de jure suo edoctus contrahat; 2) ut contra„hat tanquam cum domino; adeoque ut sit tale „negotium, quod non nisi cum domino geri pot„est: uti si is qui dominium in ædes olim habuit, „id sciens, servitutem sibi a possessore illarum „ædium stipuletur, quia enim servitus non nisi a „domino constitui potest, hoc facto declarat, se „dominio suo renunciasse: Eodem modo uti is „qui sciens compromittit in sententiam judicis mi„noris, hoc ipso renunciat exceptioni inidonei ju„dicis, quo argumento Author suam firmat sen„tentiam. Vide *L. 57. ff. Re jud. & L. Barbarus 3.* „*ff. de offic. Prætor.* Secus igitur est 1) si juris sui „ignarus contrahat tanquam cum domino: vel 2) „si non tanquam cum domino sed tanquam cum „possessore contrahat; cum enim possessionis pars „sit administratio, etiam dominus salvo suo jure „hactenus contrahere, & v. g. conducere ædes „potest.

„*i*) (QUOD CUR NON ET INTER REGES LOCUM „HABEAT:) Imo inter reges plane alia ratio est: „dominus quidem suum jus dominii remittere pot„est, at rex jus imperii non potest, quia imperium „non ipsius est sed populi, sine cujus consensu re„nunciare imperio nequit. Sed & in eo differunt „dominus & rex, quod contrahens cum rege, for„te usurpatore, juri suo non renunciasse videa„tur: Dominus enim qui judicis quotidie co„piam habet, singulis momentis jus suum ab „eo qui injuria rem tenet vindicare potest, si „proinde, neglecto judice, cum adversario ul„tro contrahit, & quidem tanquam cum do„mino, necessario sequitur, eum suo dominio „renunciasse: Tota hæc ratio cessat in regnis, ibi „enim, lite inter duas gentes exorta, superior non „est per quem injuria, ut inter privatos, facili via „reparari possit; cum igitur non nisi armis lis de„cidi, læsus autem subsidiis omnibus destitutus,

jus

2. Simile eſt [k] quod ſuperior concedens inferiori, [l] vel imperans id facere quod facere licite non poteſt, niſi lege ſolvatur, lege ſolviſſe *L. 57. D. de re jud.*
eam intelligitur. Venit enim hoc non ex jure civili, [m] ſed ex jure *& l. 3. ff. de off. Prætor.*
naturali, quo quisque ſuum poteſt abdicare, [n] & ex naturali præſumptione, qua voluiſſe quis creditur quod ſufficienter ſignificavit: [o] quo ſenſu recte accipi poteſt quod Ulpianus dixit, juris gentium eſſe acceptilationem. *L. 8. D. de acceptil.*

§. V.

„jus ſuum vindicare nondum poſſit, neque tamen commercium utriusque gentis rumpi in perpetuum queat, rex, cujus jus eſt, cum altero agit non tanquam cum legitimo rege, ſed tanquam cum poſſeſſore, qui vi adminiſtrationis contrahere in utilitatem regni non tantum poteſt, ſed & debet: *Vid. ſupr. L. 1. c. 4. §. fin.*

„Egregie hæc confirmantur ex reſponſione Quintii, qua Nabidis Lacedæmonum Tyranni imputationibus occurrit: hic enim objiciebat Romanis quod eum nunc Tyrannum vocarent, cum ipſe Quintius cum eo, tanquam legitimo rege, fœdus contraxiſſet: Respondebat *inquam* Quintius, Romanos cum Pelope rege amicitiam contraxiſſe, Nabidem autem ejus jus, cum Romani aliis bellis occupati eſſent, uſurpaſſe: adeoque Romanos, poſſeſſionem interim ſecutos, cum eo tanquam cum poſſeſſore egiſſe: id autem non præjudicare juri quod ipſis competeret ſocios in libertatem vindicandi. *Liv. L. 34 c. 31. & 32.* Verba Nabidis hæc ſunt: *Sicut cæteris Lacedæmoniis vobiscum vetuſtiſſimum fœdus ſit: & meo nomine privatim amicitia ac ſocietas nuper Philippi bello renovata: &c. At enim ego eam violavi & everti quod Argivorum civitatem teneo? &c. Cum jam Argos haberem ſocietas mihi vobiscum convenit. &c. Cæterum nomen tyranni & facta me premunt: &c. de nomine hoc reſpondere poſſum, me, qualiscunque ſum, eundem eſſe qui fui tunc quum tu ipſe mecum T. Quinti ſocietatem pepegiſti, tum me regem appellari a vobis memini, nunc tyrannum vocari video. &c.* His regerit Quintius: *amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelope rege Lacedæmonum juſto & legitimo facta eſt. NB. cujus jus tyranni quoque, qui poſtea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium (quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupaverunt) uſurparunt, ſicut tu quoque Macedonico bello feciſti; Nam quid minus conveniret, quam nos, qui pro libertate græcia adverſus Philippum bellum gereremus, cum tyranno inſtituere amicitiam. &c.*

„Sed & hodieque reges Angliæ cum Galliæ regibus fœdera pangunt, titulo regis eos honorant, de ſucceſſione ſingulis exiſtentibus caſibus iis gratulantur, &c. neque tamen juri ſuo ſemel quæſito in regnum Galliæ ideo renunciant, ſed tanquam cum poſſeſſore agunt. De quo plenius egimus *d. l. 1. c. 4. §. fin.*

„*k*) (QUOD SUPERIOR CONCEDENS INFERIORI:) Quod fit, cum princeps marito permittit adulterum occidere: hoc ipſo enim ſolvit maritum a pœna legis Corneliæ.

„*l*) (VEL IMPERANS ID FACERE QUOD LICITE FACERE NON POTEST NISI &c.) Ut ſi imperans ſervum jubeat eſſe judicem, qui lege talis eſſe prohibetur. *L. Barbarus 3. ff. de off. prætor. & L. 57. ff. Re jud.* qui enim vult antecedens vult etiam conſequens.

„*m*) (SED EX JURE NATURALI, QUO QUISQUE SUUM POTEST ABDICARE:) Hic enim eſt effectus dominii naturalis, ut quis poſſit de jure ſuo diſponere prout lubet.

„*n*) (ET EX NATURALI PRÆSUMTIONE QUA VOLUISSE QUIS CREDITUR QUOD SUFFICIENTER SIGNIFICAVIT:) Si ſufficienter ſignificavit voluntatem remittendi jus ſuum, tum non ex præſumtione quadam & tacita derelictione, ſed ex certa voluntate alter rem acquirit: certitudo autem illa ex medii neceſſitate ſequitur, jure enim aliquo remiſſo, omnia ea remiſſa cenſentur ſine quibus intelligi jus illud nequit.

„*o*) (QUO SENSU RECTE ACCIPI POTEST QUOD ULPIANUS DIXIT, JURIS GENTIUM ESSE ACCEPTILATIONEM:) Author exemplo acceptilationis probare vult, *naturale eſſe ut quis voluiſſe credatur quod ſufficienter ſignificavit:* Eam enim ideo juris gentium vocari putat, quia is qui accepto fert debitori ſufficienter ſuam voluntatem declaravit:

„At, licet regula vera ſit *quod quis voluiſſe credatur quod ſufficienter declaravit*, certum eſt id exemplo acceptilationis non probari, quia plane alio ſenſu, & ex alia ratione, acceptilatio juri gentium adſcribitur. Sane id non ideo fieri *quod creditor ſatis declaravit voluntatem*, vel ex eo patet, quod debitor non liberetur ipſo jure, ſed tantum per exceptionem, contra rationem juris gentium. Res ita ſe habet.

„Quæſtio proponitur ab Ulpiano *an ſtipulatio inutilis valeat in vim pacti?* i. e. ad effectum exceptionis. Ex ratione juris id negatur, *tot. tit. Inſt. de inut. ſtipul.* at JCtus excipit acceptilationem, in his enim *uſu* (adeoque contra rationem juris) obtinuiſſe ait, ut acceptilatio ſit juris gentium, i. e. ut in ea obtineat quod in conventionibus juris gentium obtinet, nimirum ut exceptio inde detur, *vid. l. 7. ff. pact.* & ut creditor, qui filio aut ſervo id quod ex nudo promiſſo debebant acceptilatione remittit, ab his exceptione pacti repelli poſſit; *d. l. 8. §. 4.* (cum ex ratione juris id tantum quod verbis, non ex nudo promiſſo, debetur verbis remitti poſſit.) Atque hic verus ſenſus eſt hujus legis hactenus non ſatis explicatæ.

§. V.

1. Sub factis autem [a] moraliter [b] veniunt & non facta, considerata cum debitis circumstantiis. [c] Sic qui sciens & præsens tacet videtur consentire: [d] quod & lex Hebræa agnoscit Num. XXX, 4. 5. 11. & 12. [e] nisi circumstantiæ ostendant, quominus loquatur, metu eum [f] vel alio casu impediri. [g] Sic amissum censetur id cujus recuperandi spes projicitur, [h] ut porcos a lupo raptos, [i] & quæ naufragio amittimus nostra esse desinere ait Ulpianus, non statim, sed ubi recipi non possunt, id est [k] ubi non est cur credatur aliquis animum domini retinere: [l] ubi nulla talis voluntatis indicia exstant. [m] Nam si missi essent qui rem inquirerent, [n] si promissum μήνυτρον, aliud esse judicandum. Sic qui rem suam ab alio teneri scit, nec quicquam contradicit multo tempore, is nisi causa alia manifeste appareat, non videtur id alio fecisse animo, quam quod rem illam in suarum rerum numero

L. 44. D. de acq. rer. dom.

Instas: acceptilationem non posse *dici juris* „*gentium*, cum per acceptilationem obligatio re„solvatur saltem civiliter, non naturaliter. *l.* 107. „*ff. solut:* Resp. verba *naturaliter* & *civiliter* non „indigitant resolvi obligationem jure naturæ vel „jure civili, sed *naturaliter* dicitur resolvi, quan„do facto ipso tollitur obligatio, ut per solutio„nem, item si res perit. *d. l.* 107. *Civiliter* autem „resolvi dicitur, si non interveniente facto naturali, „sed ex ratione juris resolvitur, uti per acceptilatio„nem, item per confusionem. *d. l.* 107. His igi„tur modis *civiliter* quidem tollitur obligatio, i. e. „sine facto naturali, ex ratione tamen naturæ: „*Vid. Jus meum controv. L.* 46. *tit.* 4. *q.* 5. & magis „*Diss. prooem. XII.* §. 350.

„*a*) (MORALITER:) i. e. ex interpretatione juris „etiam naturalis.

„*b*) (VENIUNT ET NON FACTA:) Adeoque ex „non facto, i. e. ex omissione quoque animus re„mittendi juris apparere potest: At diximus id ve„rum non esse, nisi vel a fine actionis necessario, „vel ex medii necessitate probetur, eam intentio„nem agentis fuisse: quod probatu difficillimum „est.

„*c*) (SIC QUI SCIENS ET PRÆSENS TACET, CON„SENTIRE VIDETUR:) Hinc Author ait, silentio „etiam conveniri posse *l.* 3. *c.* 24. §. 1. modo res „aut factum aliquod interveniat. *L.* 2. *c.* 15. §. 17. „*n.* 2. Unde statuit, silentium etiam non longi „temporis inferre consensum populi in alienatio„nem regni vel partis. *L.* 2. *c.* 6. §. 8. Integra dis„sertatione hanc materiam tractavit B. Parens, cu„jus contenta *libro* 2. *c.* 15. §. 17. *n.* 2. inseruimus „nostramque simul sententiam explicavimus.

„*d*) (QUOD ET LEX HEBRÆA:) Ubi filia obli„gatur ex voto quod patre sciente & tacente facit, „*Num.* 30. *v.* 5. idem quoque de uxore & marito „statuitur. *ibid.* §. 12. Qui enim prohibere potest „& non prohibet consentire videtur.

e) (NISI CIRCUMSTANTIÆ OSTENDANT QUO MINUS LOQUATUR METU EUM IMPEDIRI:) Quia tunc alia ratio silentii dari potest.

„*f*) (VEL ALIO CASU:) Forte quod juris sui vel „plane non vel non plene sit gnarus.

g) (Grot.) (SIC AMISSUM CENSETUR ID CUJUS RECUPERANDI SPES PROJICITUR:) Id יאוש dicitur Hebræis Jurisconsultis.

„*h*) (UT PORCOS A LUPO RAPTOS:) modo ocu„los persequentis domini effugerit vel ita sit in con„spectu ut difficilis ejus sit persecutio. *Arg.* §. 14. „*Inst. de R. D.*

„*i*) (ET QUÆ NAUFRAGIO AMITTIMUS NOSTRA „ESSE DESINERE AIT ULPIANUS NON STATIM, SED „UBI RECIPI NON POSSUNT:) Vid. *L.* 43. §. *p.* „*furt.* ubi plerumque credendum esse ait, pro de„relicto dominum talem rem habere voluisse cum „sciat perituram.

„Neque *obstat* quod Imperator in §. *p. Inst. R.D.* „contrarium asserat, ac palam esse statuat, res eas „non eo animo ejici quod quis eas habere nolit, „sed quo magis cum ipsa navi maris periculum ef„fugiat: Nam supponit Imperator casum, ubi spem „recuperandi habet, uti si prope littora jactus fiat, „ubi per urinatores res extrahi potest: vel ubi a„lias animus non derelinquendi apparet:

„*k*) (UBI NON EST CUR CREDATUR ALIQUIS „ANIMUM DOMINI RETINERE:) Uti si tempestate „orta in medio maris levandæ navis causa jactus fi„at, ibi enim scit rem perituram.

„*l*) (UBI NULLA TALIS VOLUNTATIS INDICIA „EXSTANT:) Secus ergo si expresse vel facto ipso „declaret se animum recuperandi habere. *d. l.* 43. „*d.* §. *p.*

„*m*) (NAM SI MISSI ESSENT QUI INQUIRERENT:) „Scl. urinatores.

„*n*) (SI PROMISSUM μήνυτρον) i. e. indicii præmi„um: Ex his enim factis apparet, quod non eo a„nimo abjecerit ut in numero rerum suarum ha„bere nolit.

„*o*) (SIC QUI REM SUAM AB ALIO TENERI SCIT, „NEC

mero esse nollet. Et hoc est [p] quod alicubi dixit Ulpianus, ædes longo silentio videri pro derelicto a domino habitas. *Parum juste* [q] (rescripsit Pius Imperator) *præteritas usuras petis, quas omisisse te* [r] *longi temporis intervallum indicat; quia eas a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti.* L. 15. §. 31. D. de damno infecto. Leg. 17. §. 1. D. de usur.

2. [s] Cui simillimum quid in consuetudine apparet. Nam hæc quoque, [t] semotis legibus civilibus, quæ certo tempore ac modo eam introduci volunt, [u] a populo subdito introduci potest ex eo [v] quod ab imperium habente toleratur: tempus vero, quo illa consuetudo effectum juris accipit [w] non est definitum, sed arbitrarium, quantum satis est ut concurrat ad significandum consensum. Thom. 1. 2. q. 97 art. 3. Suar. l. VII. de legibus, c. 15.

3. Sed ut ad derelictionem præsumendam valeat silentium [x] duo requiruntur, ut silentium sit scientis, & ut sit libere volentis, [y] nam non

„NEC QUICQUAM CONTRADICIT MULTO TEMPORE: „&c.) Imo ex solo silentio & lapsu temporis, etsi longissimi, non probari animum remittendi juris, supra dictum est.

„p) (QUOD ALICUBI DIXIT ULPIANUS, ÆDES „LONGO SILENTIO VIDERI PRO DERELICTO HA„BITAS:) *L. 15. §. 21. ff. damn. inf.* cum enim cavere dominus ædium ei qui immissus est debeat, si longo tempore, i. e. per decennium inter præsentes, & per vicennium inter absentes id non facit, ex ratione juris civilis jus suum amittit: Eodem modo ut is qui longo tempore usuras non petit. *L. 17. §. 1. ff. Usur.* Hæc autem in pœnam negligentiæ, adeoque ex juris civilis ratione, statuta sunt, indeque jus natu æ non probant.

„q) (RESCRIPSIT PIUS IMPERATOR:) Referente Paulo in *L. 17. §. 1. ff. Usur.*

„r) (LONGI TEMPORIS INTERVALLUM:) Longum autem tempus jure Romano est decem annorum. *L. 2. C. Servit. L. 2. C. in quib. cess. long. temp. præscr. l. 10. Si Serv. vind. Goth. addict l. §. 15. 28.*

„s) (CUI SIMILLIMUM QUID IN CONSUETUDINE „APPARET:) ubi etiam ex diuturnitate temporis imperans jus a se statutum remittere videtur. *L. 32. §. 1. l. 35. ff. de legib.*

„t) (SEMOTIS LEGIBUS CIVILIBUS, QUÆ CERTO „TEMPORE AC MODO EAM INTRODUCI VOLUNT.) Imo certum tempus ad introducendam consuetudinem jure civili statutum non est; sufficit enim frequentia actuum: numerus autem arbitrio judicis relinquitur. *Laut. comp. fol. 9.*

„u) (A POPULO SUBDITO INTRODUCI POTEST:) Imo in statu regio populus subditus tollere legem contraria consuetudine non potest. *L. 2. C. Quæ sit longa consuet.* nec Princeps consensisse censeri potest, nisi probetur eum scivisse hanc consuetudinem. *ibid.* Secus (a) si populus ipse summam potestatem habeat, quo pertinet *L. 32. §. 1. leg.* tunc enim, si contrariam legi consuetudinem introducit, recessisse a priori voluntate videtur, non ex tolerantia, sed voluntate factis declarata. (b) Si lex dubia sit. *l. 38. Leg.* Quanquam id quoque Imperatores posteriores mutaverint, *L. 2. §. 18. & 21. l. 3. §. 18. C. Vet. jur. enucl.* sibique solis interpretandi facultatem reservaverint. *ibid.*

„v) (QUOD AB IMPERIUM HABENTE TOLERATUR:) Verum hoc est de *statu regio*, ibi enim diximus legem regis a subditis non posse contraria consuetudine tolli, nisi accedente tolerantia regis, i. e. nisi probetur eum scivisse contrariam consuetudinem: Aliud autem est in *statu populari*, ubi diximus non per tolerantiam sed per contrariam voluntatem populi, factis declaratam, priorem legem mutari.

„w) (NON EST DEFINITUM SED ARBITRARIUM:) Diximus nec jure civili id definitum esse, nec natura definiri posse: requiritur enim actuum frequentia, qui actus aliquando paucis, aliquando non nisi pluribus annis occurrere possunt. Cæterum is qui consuetudinem legi contrariam allegat, probare illam (i. e. actus illos, & scientiam principis) debet. *Carpz. p. 2. c. 3. def. 22.* Conf. *jus meum controversum cit. de Legib. q. 12.*

„x) (DUO REQUIRUNTUR, UT SILENTIUM SIT „SCIENTIS, ET UT SIT LIBERE VOLENTIS:) In omni enim dispositione qua jus in alium transfertur, hæc duo requiruntur: quod explicabimus infra *L. 2. c. 11. §. 1.* Et hactenus bene: Sed quod *§. seq.* ait: utrumque præsumi ex multo tempore, id non admittimus.

y) (Grot.) (NAM NON AGERE NESCIENTIS CARET EFFECTU:) Vide infra hoc libro, cap. XXI. §. XI. Adde si vacat *Bart. Soc.* consilio CLXXVII. col. 8. *Meischnerum* decisione Camerali IX. n. 113. tomo III.

ADDITIO.

„Scire ergo debet is qui silet jus sibi competere, quia ignorantis non est consensus, nec voluntas. *L. 10. C. Donat. L. 50. ff. Locat. Barbos. locupl. L. 9. c. 3. ax. 8. & 15.* adeoque is qui silet, & ignorat de suo præjudicio agi, sibi nunquam præjudicat. *Barbos. d. l. ax. 16. & 17.*

non agere neſcientis, caret effectu; [z] & alia cauſa cum apparet, ceſſat conjectura voluntatis.

§. VI.

[a] Ut hæc igitur duo adfuiſſe cenſeantur [b] valent & aliæ conjecturæ: [c] ſed temporis in utrumque magna vis eſt. Nam primum [d] fieri vix poteſt, ut multo tempore res ad aliquem pertinens non aliqua via ad ejus notitiam perveniat, cum multas ejus occaſiones ſubminiſtret tempus. Inter præſentes tamen [e] minus temporis ſpatium ad hanc conjecturam ſufficit quam inter abſentes, [f] etiam ſepoſita lege civili. [g] Sic & incuſſus ſemel metus durare quidem nonnihil creditur, ſed non perpetuo, cum tempus longum multas occaſiones adverſus metum ſibi conſulendi, [h] per ſe, [i] vel per alios ſuppeditet, etiam [k] exeundo fines ejus qui metuitur, [l] ſaltem ut proteſtatio de jure fiat; [m] aut, quod potius eſt, ad judices aut arbitros provocetur.

§. VII.

L. Hoc jure. 3. §. ductus, 4. D de aqua quot. & æſt.

Quia vero [a] tempus memoriam excedens quaſi infinitum eſt moraliter

„z) (ET ALIA CAUSA CUM APPARET, CESSAT „CONJECTURA VOLUNTATIS:) Si alterum requiſitum deficit, ut ſi metu vel alio caſu ſiluerit, animus remittendi juris ex illo ſilentio non probatur: *Vid. n. praced.*

„a) (UT HÆC IGITUR DUO:) Scl. ſcientia, & „libera voluntas.

„b) (VALENT ET ALIÆ CONJECTURÆ:) Rectius „alia ſigna, ex quibus voluntas remittendi juris ſufficienter demonſtratur.

„c) (SED TEMPORIS IN UTRUMQUE MAGNA VIS „EST:) Imo tempus nullam transferendi in alium „juris vim habere dictum eſt. Neque ex lapſu „temporis, aut ſcientia aut libera voluntas probatur: Niſi ex factis vel verbis de certa voluntate „conſtet.

„d) (FIERI VIX POTEST, UT MULTO TEMPORE „NON ALIQUA VIA AD EJUS NOTITIAM PERVENIAT:) Ad notitiam ejus veniſſe, eumque voluiſſe, „facti eſt; adeoque ab allegante probari debet. „Præterea aliæ cauſæ eſſe poſſunt cur etiam ſciens „tacuerit.

„e) (MINUS TEMPORIS SPATIUM:) Imo inter „præſentes quoque probari debet ſilentem & ſciviſſe, & voluiſſe:

„f) (ETIAM SEPOSITA LEGE CIVILE:) Quod „is qui rem ſuam non repetit, longo tempore ab „agendi jure excludatur; & quod inter præſentes „10. anni inter abſentes 20. anni præfixi ſint, id „meri juris civilis eſt: Illud in poenam negligentiæ; hoc ex æquitate, quod difficilior præſumatur „notitia in abſente quam in præſente:

„g) (SIC ET INCUSSUS SEMEL METUS DURARE QUIDEM NON NIHIL CREDITUR, SED NON „PERPETUO:) Senſus eſt, quod etſi metu quis forte impediri poſſit a juris ſui repetitione, metus „hic tantum ſit temporarius. Addit contra metum „quoque conſilium capi poſſe, proteſtando de jure „ſuo &c. Verum etſi metus ſit temporarius, vel „plane nullus, ſilentium tamen non infert remiſſionem juris: quia poſſeſſor injuria rem meam tenet, quæ injuria tempore augetur non minuitur: „& cum jus repetendi res mei arbitrii ſit, tempus „quoque repetendi a meo arbitrio dependet. Neque enim certum tempus natura actionibus præſcripta eſt: At perpetuo excipitur caſus niſi tale „factum concurrat ex quo certo & neceſſario animus remittendi appareat:

„h) (PER SE:) Scl. per fugam, aut proteſtationem:

„i) (PER ALIOS:) Scl. per judices vel arbitros:

„k) (EXEUNDO FINES EJUS QUI METUITUR:) „Quid ſi tuto exire non poſſit? Quid ſi exeundo neceſſaria vitæ perderet? Quid ſi extra fines nulla „media recuperandi juris in promtu ſint? Sane „omnibus his, & ſimilibus caſibus, non cadit jure „ſuo, etſi intra fines maneat:

„l) (SALTEM UT PROTESTATIO DE JURE FIAT:). „Ipſo jure ſalvum ei jus eſt etſi nec metu ſileat, „nec de eo proteſtetur.

„m) (AUT QUOD POTIUS EST, AD JUDICES „AUT ARBITROS PROVOCET:) Imo hoc res arbitrii eſt, & ex voluntate læſi dependet quando „rem repetere velit, vel adeundo judicem, ſi res „inter ſubditos agitur; vel bellum inferendo, ſi inter gentes; vel ad arbitros provocando, qui modus & inter privatos & inter gentes obtinet: Etſi „igitur longo tempore ad judicem vel arbitros „non provocet, etſi abſque metu id negligat, non „tamen inde ſequitur remiſſo juris:

a) (Grot.) (TEMPUS MEMORIAM EXCEDENS:) *Andreas Knich.* in tractatu de jure territorii. *Reinking.* lib. I. claſſe V. cap. II. n. 5. *Oldendorp.* claſſe III. art. 2.

ADDI-

raliter, ideo ejus temporis ſilentium ad rei derelictæ conjecturam ſemper ſufficere videbitur, [b] niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes. Bene autem notatum eſt a prudentioribus Juriſconſultis, [c] non plane idem eſſe tempus memoriam excedens cum centenario, [d] quanquam ſæpe hæc non longe abeunt: [e] quia communis humanæ vitæ terminus ſunt anni centum, quod ſpatium ferme ſolet ætates hominum, [f] aut γενεὰς tres efficere: [g] quas Antiocho † Romani objiciebant, cum oſtenderent, repeti ab eo urbes quas ipſe, pater, avus nunquam uſurpaſſent.

Euſtath. ad Iliadis a. verſ. 250. † *Liv. lib XXXIV. c. 50.*

§. VIII. [a] Ob-

ADDITIO.

„Anthor ait, ſcientiam & voluntatem, adeoque „animum derelinquendi, in ſilente præſumi ſemper „ſi initii memoria non exſtet: At hoc non eſt ex „conjectura voluntatis, ſed ex defectu probationis, „quia alter jus ſuum quod prætendit probare non „poteſt; adeoque res manet in ſtatu in quo eſt, i. e. „in poteſtate ejus qui eam tenet.

b) (Grot.) (NISI VALIDISSIMÆ SINT IN CONTRARIUM RATIONES:) *Menochius* I. conſ. XC.

ADDITIO.

„Quomodo quæſo validæ in contrarium concipi „poſſunt rationes, ubi de initii memoria non con„ſtat? & quomodo immemorialis dici poteſt, ſi per „contrarias rationes memoria exſtat? Atque hinc „patet quam inepta ſit quæſtio, an bona fides in im„memoriali præſcriptione requiratur? Bona fides „enim eſt juſta opinio dominii, at ſemper juſtam „dominii opinionem habet qui neſcit quo titulo „res ad ſe olim pervenerit.

c) (Grot.) (NON PLANE IDEM ESSE TEMPUS CUM CENTENARIO:) *Balbus* de præſcriptionibus id notavit, & in eodem argumento *Covarruvias*. *Reinking* dicto lib. I. claſſe V. c. II. n. 40. De tempore memoriam excedente. vide eruditiſſimum *Fabrum* in conſilio pro ducatu Montisferratenſi.

ADDITIO.

„Nam aliquando initii memoria breviori tem„pore exſtinguitur, uti tempore peſtis & belli; ali„quando longiori, ita enim de Iſraelitarum poſ„ſeſſione poſt lapſum 300. annorum conſtitiſſe ex„emplo Jephtæ apparet: de quo ſupra egimus.

„*d*) (QUANQUAM SÆPE HÆC NON LONGE AB„SUNT:) Hoc verum eſt de memoria quæ per ho„mines haberi poteſt, vix enim caſus datur, ubi ho„mo de facto ante centum annos geſto teſtari, & „ſcientiam profiteri poſſit. At ſecus eſt de memoria „de qua ex documentis, annalibus, &c. conſtat: „hæc enim etiam ultra 100. annos haberi poteſt.

e) (Grot.) (QUIA COMMUNIS HUMANÆ VITÆ TERMINUS SUNT ANNI CENTUM:) *Αἰῶνος μᾶλλον ἤπερ χρόνε* dixit Juſtinianus in edicto quinto, edito in notis ad arcanam hiſtoriam *Procopii*.

ADDITIO.

„Imo jam Davidis tempore terminus commu„nis humanæ vitæ fuit 70. vel 80. annorum. *Pſ. 90.* „Sed & JCtus in *L. 56. ff. de Uſufr.* centum annos „non communem vitæ terminum, *ſed NB. finem* „*vitæ longævi hominis* eſſe ait: nam in computan„do uſufructu reipublicæ relicto leges non com„munem vitæ terminum ſumſerunt, ſed talem ter„minum quousque vivere homo poteſt.

f) (Grot.) (AUT γενεὰς TRES EFFICERE:) Nam γενεὰ eſt τριακονταετία, triginta annorum ætas, ut *Porphyrius* notat in Homericis quæſtionibus. (pag. 99. *Edit. Barnes.*) tres γενεὰς ſæculum exponit *Herodianus* Severo. (*Lib.* III. *Cap.* 8. *Ed. Boecl.*) in CCC. annis decem in Ægypto fuiſſe reges notat *Philo* in legatione. Lacedæmone annis quingentis reges quatuordecim, *Plutarcho* indicante in Lycurgo. (*Pag.* 58. A.) *Juſtinianus* in novella CLIX. vetat in judicia deduci cauſam, quod jam quatuor γενεαὶ exiiſſent. (*Cap.* 2.)

ADDITIO.

„In ſacris generatio continet ſpatium præter „propter 100. annorum: Deus prædixit Abræ, po„ſteros ejus redituros NB. poſt quartam generatio„nem. *Gen. 15. v. 16.* Redierunt autem elapſis 430. „annis. *Exod. 12. v. 40.*

„*g*) (QUAS ANTIOCHO ROMANI OBJICIEBANT:) „*Vid. Liv. L. 34. c. 57.* At hic Livius non intelli„git tres γενεὰς, ſeu ætates centum annos con„ſtituentes. Nam Antiochi avus, Seleucus Calli„nicus, cœpit regnare anno M. 3727. Antiochus au„tem anno 3749. & obiit anno 3779. adeo ut re„gnum avi, patris & filii ſaltem ſpatio 52 anno„rum duraverit, quæ non ſunt tres γενεαὶ, eo ſen„ſu, quo Author eas ſumit.

a) (OBJICIAT ALIQUIS:) Author derelictione præſumtæ objicit Brocardicum illud, *quod nemo ſuum jactare velle præſumatur*. At (1) Verum id ſaltem eſt, ubi de voluntate remittendi non conſtat ex ſignis notoriis: Nos autem (2) loquimur de caſu ubi certa eſt voluntas, non ubi præſumitur: uti ſi præſens non contradixit. Denique & (3) jactatio illa non ſemper fit ex liberalitate, quæ non præſumitur; ſed ſæpius ex neceſſitate.

ADDITIO.

„Grotius huic objectioni reſpondet (1) ſperan„dum homines rei caducæ cauſa nolle alios in per„petuo peccato verſari, ſed potius cedere velle. (2) „Imperia, etſi magni fieri ſoleant, tamen onero„ſa eſſe, adeoque durum eſſe diſceptare cum ſan-

§. VIII.

a Objiciat aliquis, cum homines *b* se suaque ament, *c* non debere eos credi quod suum est jactare, *d* ac proinde actus negativos, etiam cum magno temporis spatio, non sufficere ad eam quam diximus conjecturam. Sed cogitare rursum debemus, *e* bene sperandum de hominibus, *f* ac propterea non putandum eos hoc esse animo *g* ut rei caducæ causa hominem alterum velint in perpetuo peccato versari, quod evitari sæpe non poterit sine tali derelictione.

2. De-

„guine innocentis populi, quis rem ejus sit cura-
„turus. (3) Interesse humani generis ut imperia
„aliquando certa sint; adeoque omnes conjecturas,
„quæ finem illum adjuvant, esse favorabiles. (4)
„Alia & fortiori præsumtione brocardicum illud
„eludi, quod credibile non sit quenquam ejus quod
„vult longo tempore, nullam plane edere signifi-
„cationem.

„Equidem, jus naturæ ex vanis hujusmodi con-
„jecturis deducere, nihil aliud est quam existen-
„tiam ejus suspectam reddere. *Prima* enim respon-
„sio plane inanis est: quid si enim alter, cui res
„ablata est, contrarium afferat, & declaret se jus su-
„um non remisisse? Sane tota illa conjectura tunc
„corruit; quod vero alter in peccato sit, culpa ipsius
„est, quam reparare potest & debet, restituendo
„rem ablatam: Neque ex eo quod periculum ani-
„mæ incurrat jus quæsitum nobis auferri potest.
„Imo nec per remissionem nostram peccatum esse
„desinit, quia ipsa detentio rei alienæ peccatum
„est, & is qui remittit jus suum, saltem injuriam sibi
„factam remittit, peccatum autem, quod in Autho-
„rem juris naturæ commissum est, non tollit. *Secun-*
„*da* ratio itidem vaga nimis est: jus imperandi,
„quod regi ejusque familiæ ex dispositione popu-
„li quæsitum est, verum jus est, regi proprium:
„non ergo durum est jus hoc vindicare, & duri-
„ties esset in eo qui jus alii quæsitum eripit, non in eo
„qui illud defendit. Sed & interest populi, ne a
„quolibet invasore imperia gerantur, adeoque rex
„hoc jus populi vindicare quoque potest & debet.
„Sane hypothesi Authoris posita, nulla bella licita fo-
„rent, quia omnia bella cum sanguine populi innocen-
„tis geruntur. *Tertia* ratio plane frivola est: quid
„quæso ex hujusmodi præsumtione non inferri pos-
„set? & quæ certitudo juris naturæ, si ex eo quod
„interest humani generis fingere jura liceret? Sed
„& falsa est ratio: non enim interest generis hu-
„mani, si hoc vel illud regnum injuria ablatum a
„vero & legitimo rege post longum tempus vindi-
„cetur; Neque casus ejusmodi rarissimus, si contin-
„git, totum humanum genus vel evertit vel tur-
„bat. Imo etsi intersit generis humani imperia
„aliquando esse certa, magis tamen interest generis
„humani jus suum cuique tribui; quæ prima regula
„justitiæ est, & cujus consequens est, jus nostrum
„sine voluntate nostra nobis auferri non posse. *L.*
„11, *ff. Reg. jur. Quarta* ratio nihil habet in recessu:
„Quod enim nemo suum jactare præsumatur non
„ex præsumtione aliqua oritur, sed ex regula na-
„turæ, quod jus nostrum in alium non transfera-
„tur nisi ex voluntate & dispositione nostra: *d. l.* 11.
„quæ ubi non apparet, ibi cessat juris transla-
„tio.

„Adeoque verum non est quod Author *n.* 4. ait,
„fortiorem esse præsumtionem, quod, si repetendi
„animum habuisset læsus, tanto tempore taciturus
„non fuisset: nam (α) solus læsus de animo suo
„testari potest, quid si igitur contrarium testetur.
„(β) Cum jus rei totum ad eum pertineat, facul-
„tas quoque de ea disponendi, & quo tempore rem
„suam vindicare velit, in ejus arbitrio est. Sane jure
„naturæ certus terminus præscriptus non apparet.
„Denique (γ) in dubio jure naturæ major est præ-
„sumtio pro domino jus suum repetente, quam
„pro prædone qui rem injuria tenet, eamque in-
„juriam tanto tempore continuavit:

„*b*) (SE SUAQUE AMENT:) Hunc naturæ instin-
„ctum omnes gentes agnoscunt. Atque ideo qui-
„dam hunc amorem pro principio juris naturæ ven-
„ditarunt. *Vid. diss. prooem. XI.* §. 13. *n.* 5. §. 22. &
„*seq.*

„*c*) (NON DEBERE EOS CREDI QUOD SUUM EST
„JACTARE:) Hæc regula continetur in *L.* 25. *pr.*
„*ff. probat* & fundatur in ipsa ratione naturali; quia
„sine voluntate nostra id quod nostrum est in alium
„non transfertur. *l.* 11. *Reg. jur.* Qui proinde con-
„tendit nos voluisse, probare assertum tenetur:

„*d*) (AC PROINDE ACTUS NEGATIVOS NON
„SUFFICERE AD EAM CONJECTURAM, &c.) i. e. ne-
„minem videri sinendo alios re nostra frui, & non
„repetendo per longum tempus, ejurasse rem suam:
„adeoque neminem præsumi, non agendo, jus suum
„jactare, i. e. projicere. *Vid.* §. 6. §. 7.

„*e*) (BENE SPERANDUM DE HOMINIBUS:) i. e.
„credendum eos invicem esse faventes, nec velle
„aliquid quod aliis sit damnosum. *Gron. h.*

„*f*) (AC PROPTEREA NON PUTANDUM ESSE: &c.)
„Quid si invertamus rationem: scilicet ideo, quia
„faventes inter se sunt homines, non putandum esse
„eum qui rem meam injuria tenet, perpetuo inju-
„riam continuare velle.

„*g*) (UT REI CADUCÆ CAUSA HOMINUM ALTE-
„RUM VELINT IN PERPETUO PECCATO VERSARI:) Di-
„xi jam (1) culpam semper esse in possessore rei
„alienæ: (2) ob periculum animæ alterius jus mihi
„quæsitum auferri non posse: (3) non desinere esse
„peccatum, etsi desinat injuria domino facta:

„*h*) (QUA-

2. De imperiis vero, [h] quanquam ea magni fieri solent, scire debemus [i] magna esse onera, & quæ non bene administrata hominem divinæ iræ reddant obnoxium: ac sicut durum esset, [k] qui se tutores dicerent, damno pupilli litigare uter ad tutelam jus habeat; aut, qua similitudine ad hanc rem Plato utitur, [l] nautas navis periculo certare quis eorum potissimum gubernaret: [m] ita non semper laudandos qui cum summa jactura, sæpe & cum sanguine innocentis populi, disceptare cupiant quis ejus populi rem sit curaturus. Laudatur ab antiquis Antiochi dictum, qui populo Romano gratias egit, [n] quod nimis magna procuratione liberatus modicis terminis uteretur. Inter multa [o] Lucano sapienter dicta illud non postremum est:

Cicero pro Dejot. c. 13. *Lib. I. De Rep. p. 347. D. Tom. II. Ed Steph. & Lib. VI. p. 488.* *Valerius Maxim. lib. IV. c. 1.*

tantone novorum
Proventu scelerum quærunt uter imperet urbi?
Vix tanti fuerat civilia bella movere
Ut neuter.

3. Tum vero imperia tandem aliquando [p] in certo & extra controversiæ aleam constitui, humanæ societatis interest; [q] quam quæ adju-

„*h*) (QUANQUAM MAGNI FIERI SOLEAT:) Unde Eteocles apud Euripidem in Phœniss. *v.* 506.
„Astra ascenderem solis ad ortum
„Et sub terram, si possem efficere hæc
„Ut haberem regnum Deorum maximum.
„Et Polynice apud eundem *v.* 560.
„Est tanti mihi
„Cum regibus facere.
„Atque huc pertinet illud Cæsaris, *si jus violandum est, regnandi causa violandum est: in cæteris pietatem colas.*

„*i*) (MAGNA ONERA ESSE, QUÆ NON BENE ADMINISTRATA HOMINEM DIVINÆ IRÆ REDDANT OBNOXIUM:) Cum principes sint vicarii divinæ potestatis, & nomine ac vice Dei voluntatem ejus exequantur, i. e. inter homines jus dicant, necessario sequitur illos ex minima quoque culpa teneri, & neglecti officii reos fieri, quantum quæso hoc onus? Alia incommoda passim recensent Authores. *Vid. Xenoph. in libro quem inscribit Hiero. Senec. ad polyb. c. 26. Chorus Achivarum apud Sen. in Agam. v. 57. Et Jocasta in Phœniss. v. 645. Add. Tesm. in not. h. lit. k.*

„*k*) (QUI SE TUTORES DICERENT, DAMNO PUPILLI LITIGARE UTER AD TUTELAM JUS HABEAT:) Cur illi quibus natura jus tutelæ competit armis illud vindicare non possint, non video: sane ipsius pupilli interest, ne a quolibet qui jus non habet res eorum administrentur. Si proinde aliquod inde pupillo oriatur damnum, causæ damni non est is qui suo jure utitur, sed is qui injuria tutelam affectat.

„*l*) (NAUTAS NAVIS PERICULO CERTARE QUIS EORUM POTISSIMUM GUBERNARET:) Imo eadem hic est ratio, jure suo utitur nauta qui certat cum usurpatore: Alia autem quæstio est, anne utilius, anne generosius sit propter incommoda prævisa cedere alteri? Hoc ad regulas politices & Ethices pertinet, non ad disciplinam juris naturalis:

„*m*) (ITA NON SEMPER LAUDANDOS:) Hoc verum omnino est; at nos quærimus quid juris sit, non quid laudabile

n) (Grot.) (QUOD NIMIS MAGNA PROCURATIONE LIBERATUS TERMINIS MODICIS UTERETUR:) Ejus animi videtur fuisse Ionathan, Saulis filius. 1. *Sam.* XXIII, 17.

ADDITIO.

„An sincere id dixerit Antiochus, qui pro obtinendo Imperio Asiæ tot gravissima bella gessit, dubito. Exstat quoque illud effatum apud *Cic. in Dejot. n. 13.*

„*o*) (LUCANO:) *Pharsal. 2. v.* 60.

„*p*) (IN CERTO ET EXTRA CONTROVERSIAM CONSTITUI HUMANÆ SOCIETATIS INTEREST:) Non dari humanam societatem sæpius jam dictum est, adeoque frustra de eo quid ejus intersit quæritur. Sed & dictum est revera societatis humanæ, si talis daretur, non interesse ao uno vel altero casu (qui rarissime contingere solet) de imperio disceptetur. Porro dictum est magis interesse humani generis ut jus suum cuique tribuatur: Denique certum est injuriam non esse in eo qui jus suum vindicat, etsi post longum tempus; sed in eo qui rei injuria ablatæ restitutionem negat.

„*q*) (QUAM QUÆ ADJUVANT CONJECTURÆ FAVORABILES SUNT:) Talem autem conjecturam favorabilem, quæ dominia certa reddit, hanc esse putat, quod is qui longo tempore rem suam non repetit eam jactare i. e. derelinquere videatur: quæ conjectura fundamento & ratione caret.

adjuvant conjecturæ, favorabiles putandæ sunt. Nam si durum putavit [r] Aratus Sicyonius privatas quinquaginta annorum possessiones labefactari, [s] quanto magis illud Augusti tenendum est, eum virum bonum ac civem esse, qui præsentem reipublicæ statum mutari non vult, [t] & qui, ut apud Thucydidem Alcibiades loquitur, ὅπερ ἐδέξατο σχῆμα τὰς πολιτείας τοῦτο ξυνδιασώζει. [u] quod τὴν παροῦσαν πολιτείαν διαφυλάττειν dixit Isocrates adversus Callimachum: sicut [x] & Cicero oratione ad Quirites contra Rullum, otii & concordiæ patrono convenire ait, defendere statum reipublicæ qui quoque tempore sit: [y] & Livius, optimum quemque præsenti statu gaudere.

Lib. VI. c. 79.

Lib. 35. c. 34.

Ang. de Clavasio in summa, in verbo Inventa.

4. Quod si etiam deficerent ea quæ jam diximus, tamen adversus præsumptionem, qua quisque sua servare velle creditur, [z] validior est altera, quod credibile non est quemquam ejus quod vult, longo tempore [*] nullam plane edere significationem idoneam.

§. IX.

Ac forte [a] non improbabiliter dici potest, non esse hanc rem in [b] sola

r) (Grot.) (ARATUS SICYONIUS:) Sic & possessiones, ut fuerant, reliquerat Thrasybulus, pace Athenis constituta. (At *Thrasybulus*, expulsis XXX. Tyrannis, tulit tantum legem ἀμνηστίας. De possessionibus, ut fuerant, relictis, nihil habent, nec Xenophon, *Hist. Græc.* Lib. II. in fine; nec Diodorus Siculus, *Lib. XIV. Cap.* 34. nec Æschines Orat. *de falsa leg.* pag. 271. A. nec Justinus, V, 10. nec Valerius Maximus IV, 1. *num. 4. extern.* qui rem narrant. Fallor an Auctor confudit cum hac pace, *Athenis* constituta, eam quæ inter *Siculos* facta est, & qua cautum, referente *Thucydide*, ut singuli, quæ tum haberent in potestate, retinerent: Ἔχοντες ἃ ἕκαστοι ἔχουσι. Lib. IV. c. 65. Bongarsius id, tanquam exemplum simile, observaverat in nota ad laudatum *Justini* locum: quod forte ansam dedit errori Auctoris nostri. *J. B.*

ADDITIO.

„Privatæ quinquaginta annorum possessiones, inspecta juris ratione, repeti omnino potuissent, sed „non e re, nec consultum id Arato visum fuit, quia „repetitiones sine tumultu belloque civili fieri non „potuissent. *Vid. Cic. 2. off. 23. Pluth. in Arato.* Un„de Bodinus factum hoc Arati ad amnestiam refert.

„s) (QUANTO MAGIS ILLUD AUGUSTI TENENDUM „EST, EUM VIRUM BONUM AC CIVEM ESSE, QUI PRÆ„SENTEM REIPUBLICÆ STATUM MUTARE NON „VULT:) *Macrob. 2. Saturn. 4.* Augustus perpe„tuo supposuit rempublicam præsentem non posse „nisi uni parere, atque sub eo prætextu & Cæsa„ris necem vindicavit, & ipse imperium vi arri„puit: Ejus igitur maximopere intererat, ne sta„tus ille mutaretur, & ne administratio popularis „restitueretur; unde mirum non est adeo eum „commendare statum præsentem.

„t) (ET QUI, UT APUD THUCYDIDEM ALCI„BIADES LOQUITUR:) Verba in versione latina hæc „sunt, *Ad summam sic sentio, civitatem negocio„sam in ocium mutatam, confestim destrui, ac tutis„simos inter omnes degere eos homines qui præsen„tibus moribus ac legibus, etiam si minus bona sint, „minime discordes utuntur. Thucyd. L. 6. p. m. 248.*

„u) (QUOD τὴν παροῦσαν &c.) i. e. præsentem „statum custodire, seu tueri. *Isidor adversus Ca„limachum p. m.* 751. Loquitur autem de conservan„do statu, uti per fœdera, iisque comprehensam „legem de Amnestia, erat ordinatus: non de statu „injuria & longo tempore formato:

„x) (ET CICERO:) *Orat. 17. fere in pr.* L. Flac„cus enim legem tulerat de Sylla, *ut omnia quæ„cunque ille fecisset essent rata. Cic. L. 1. de leg. & „d. orat.* 17. quia si id factum non esset, bellum ci„vili inde oriturum fuisse ait Florus *l. 3. c. 23.* Ad„eoque Cicero loquitur de defendendo statu, non „injuria longo tempore continuato, sed lege publi„ca firmato.

„y) (ET LIVIUS:) *L. 35. c. 34.* Alia huc facientia „vide apud *Bodin. de republ. L. 2. c. 5. p.* 281. „*Clapmar. de arc. dom. L. 13. c. 17. Justin.* 3. 2. &c.

„z) (VALIDIOR EST ALTERA:) Imo validior „est prior ratio, quæ non præsumtione nititur, sed „regula illa naturæ, quod res nostra sine vo„luntate nostra, satis & sufficienter declarata, in ali„um transferri non possit. *L. 11. Reg. jur.* Hæc ratio „certa est; quod vero is qui longo tempore silet vo„luntatem sufficienter declarasse præsumatur, hoc „incertum & dubium est: adeoque nulla ratione „hæc præsumtio fortior dici potest.

*) (Grot.) (NULLAM PLANE &c.) *Crantz. Sax. XI. c. 10. 13.*

a) (NON IMPROBABILITER DICI POTEST:) Author, cum videret omnia quæ hactenus pro fundanda præscriptione naturali attulit argumenta, non nisi meris præsumtionibus, & vagis conjecturis niti, nullumque proinde jus naturæ inde inferri posse, subsidium ex jure gentium voluntario quærit,

[b] sola præsumtione positam. [c] sed jure gentium voluntario inductam hanc legem, ut possessio memoriam excedens, [d] non interrupta, nec provocatione ad arbitrum interpellata, [e] omnino dominium transferret. [f] Credibile est enim in id consensisse gentes, [g] cum ad pacem communem id vel maxime interesset. Merito autem dixi possessionem [h] non interruptam, id est, ut Sulpitius [i] apud Livium loquitur, *uno & perpetuo tenore juris semper usurpato, nunquam intermisso.* Lib. xxxv. c. 16.
[k] Idem alibi dixit: *perpetuam possessionem, ac nullo ambigente.* nam Ibid. num. 9.
[l] desultoria possessio nihil efficit, [m] quomodo Numidæ excipiebant adversus Carthaginenses: *per opportunitates nunc illos, nunc reges Numidarum usurpasse jus, semperque penes eum possessionem fuisse qui plus armis potuisset.* Apud eundem L. xxxiv. c. 62.

§. X.

1. Sed alia hic, & quidem perdifficilis, suboritur quæstio; [a] an non-

rit, aitque, credibile esse gentes consensisse ut possessio memoriam excedens, nec interrupta, dominium transferret, quia ad pacem communem id vel maxime interesset. At non opus est ad jus gentium voluntarium confugere; positis enim terminis habilibus præscriptionum jus ex ipso jure naturæ originem habere diximus.

ADDITIO.

„Jure naturæ ex longa possessione rei alienæ „nunquam jus acquiri possessori, diximus supra §. 1. „Nec jus gentium aliquid hac in re mutavit: sæpi„us enim notavimus, jus gentium voluntarium non „dari. Et, si existeret, falsum est ex eo, *quod „credibile est gentes sensisse*, jus oriri. Denique ve„rum non est, credibile esse eas hanc legem dixisse, „ut is qui longo tempore non repetit, jus suum „perdat: Nam credibile potius est, eas voluisse ut „is qui injuria rem tenet eam restituat, etiam post „longum tempus.

„*b*) (SOLA PRÆSUMTIONE:) Quam in eo fun„dat Author, quod is qui rem suam ab alio tene„ri scit, necquicquam contradicit multo tempore, „id videatur fecisse animo derelinquendi: §. 5. *n.* 1. „quia credibile non esset, quemquam ejus quod vult „longo tempore nullam plane edere significatio„nem. §. 8. *n.* 4.

c) (Grot.) (SED JURE GENTIUM VOLUNTARIO:) Narrat *Gregoras* cum Catanæ majoribus data esset ab Imperatoribus Græcis Phocæa, adjectam legem, ut singuli successores scriptam ederent professionem se eam tenere administratorum titulo, *μὴ λάθη παρακρουσαμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν ἡ μεταξὺ τοῦ χρόνου μακρὰ περίοδος: ne inobservatus diuturni temporis lapsus jus imperatoris excluderet,* (Lib. XI. circa init. *pag.* 259. *Ed. Genev.* 1616.

ADDITIO.

„Atque hinc inter ea quæ jure gentium volun„tario debentur, Author recenset ea quæ longo „tempore debentur: *Vid. infra c.* 19. §. *f.* At tale „jus gentium non exstare probavimus supra *L.* 1. „*c.* 1. §. 14.

„*d*) (NON INTERRUPTA, NEC PROVOCATIONE „AD ARBITRUM INTERPELLATA:) Hæc enim re„media suppeditavit Author ei cui res injuria abla„ta est: *Vide supra* §. 6. iisque neglectis exceptio„nem, *quod metu silueris*, opponi non posse putat.

„*e*) (OMNINO DOMINIUM TRANSFERRET:) Cum „talis lex gentium non exstet, frustra quæritur an „dominium ex eo jure transferatur.

„*f*) (CREDIBILE EST ENIM IN ID CONSENSIS„SE GENTES:) Imo posito quoque dari jus gen„tium, credibile potius est gentes voluisse id quod „juri naturæ convenit, i. e. ut suum cuique tri„buatur.

„*g*) (CUM AD PACEM COMMUNEM ID VEL MA„XIME INTERESSET:) Ita nullæ lites, nullaque bel„la licita essent; semper enim allegari posset, cre„dibile esse gentes talem legem dixisse ne vindice„tur; quia id ad pacem & tranquillitatem publicam „tendit: Ubi repetendum est, quod sæpius jam in„culcavi, causam dissidii non esse in vindicante, „adeoque nec peccatum in eo qui suo jure utitur, „sed potius in eo qui longo tempore rem alie„nam tenet.

„*h*) (NON INTERRUPTAM:) Cum enim tota hæc „derelictio præsumta Authoris in silentio diuturno „consistat, ultro sequitur, non siluisse eum qui in„terrupit.

„*i*) (APUD LIVIUM:) *L.* 35. *c.* 16.

„*k*) (IDEM ALIBI:) Idem eodem *c.* 16. id dixit.

„*l*) (DESULTORIA POSSESSIO:) Quæ brevi fal„tem tempore nostra fuit: De significatione vocis „*desultoria* vide *Gron. h.*

„*m*) (QUOMODO NUMIDÆ:) De hac contentio„ne vide *Livium L.* 40. *c.* 17. & 34. *L.* 42. *c.* 23.

a) (AN NONDUM NATIS JUS SUUM TACITE TALI DERELICTIONE POSSIT DECEDERE:) Quærit hic Author an præscriptio etiam noceat posteris? & recte id affirmat: quia nascituri, novi quippe cives, nullum per se jus habent, nisi quod tum civitatis fuit, & quatenus fuit. Atque ita in

 juri-

nondum natis [b] jus ſuum tacite [c] tali derelictione poſſit decedere. Si non poſſe dicimus, [d] nihil ad tranquillitatem imperiorum [e] ac domi-

juribus privatis is qui naſcitur tantum ſuccedit in jus præſens, qualecunque id fuit tempore mortis: Si igitur præſcriptione jam deſiit, non poſſunt poſteri ſuccedere in id quod non eſt. Atque hinc ſi in conditione amittendi juris eſt civitas vel pater, in eam quoque conditionem ſuccedunt poſteri.

ADDITIO.

„Grotius non loquitur de juribus quæ liberi *a* „*patre* habent, cum enim liberis nullum jus in ea „bona vivente patre competat, facile conſtat patrem „pro lubitu ea derelinquere poſſe, neque liberis fieri „injuriam, qui tantum ſuccedunt in jura patris quæ „fuere tempore mortis; adeoque non in ea quæ „tunc per derelictionem ejus eſſe deſierunt:

„Sed oquitur Author de juribus quæ filio ex diſpo„ſitione populi, vel domini directi, etſi *per patrem*, „competunt, nimirum de imperiis, feudis. &c. Et „de his quærit, an *nondum natis jus ſuum derelictio„ne* patris accedenti populi conſenſu *decedere poſſit?* „Author affirmat hanc quæſtionem, & rationem ad„dit, quia alias, ſi naſcituri reclamare poſſent ſive im„perium ſive rem ab anteceſſore derelictam, finis „præſcriptionis, (ut tandem imperia & dominia „certa reddantur,) ceſſaret. *n.* 2. Equidem mirum „videri ait, ſilentium nocere his qui loqui nondum „poterant. *n.* 1. At ei reſpondet, naſcituris per „ſe plane jus nullum eſſe, ſed eos demum in id „jus ſuccedere quod vel civitas, vel pater tempore „nativitatis habuit, adeoque non ſuccedere in jus „quod tum civitas vel pater jam tacite dereliquit. „*n.* 2. Atque ex eo principio concludit, feuda quoque, „majoratus, & fideicommiſſa decedere naſcituris ex „derelictione patris, quia cum pater nullum am„plius jus in illis habeat, nec in filium id transfer„re poſſit. *n.* 4. Cæterum jure civili ſtatui poſſe „ait, ut poſthumi pro natis habeantur quoties de „eorum favore agitur, adeoque lege impediri pa„trem poſſe, ne tacita ejus derelictio noceat filio, „i. e. ne contra filium, cui ex illa fictione jus quæ„ſitum eſt, præſcriptio currat. *n.* 3.

„Antequam ad examen eorum, quæ hic propo„nuntur, procedamus, vera principia præmittere „operæ pretium erit; Quærit nimirum Author *an* „*nondum natis jus ſuum tacite per derelictionem* „*patris decedere poſſit?* Vel, ut alibi proponit quæ„ſtionem, *an abdicatio imperii, feudi, &c. a patre* „*facta, liberis nondum natis nocere poſſit?* *vid. l.* 2. „*c.* 7. §. 26. Merito eam negat Grotius: *quia im*„*pedire non poteſt, quin ad illos quoque ſuo tempo*„*re jus pertineat ex populi dono: d.* §. 26.

Excipit Author caſum ſi populus, a cujus voluntate jus alienandi proficiſcitur, voluntatem mutat: Rationem hujus exceptionis hanc affert; quod ejus qui nondum natus eſt nullum jus ſit, ſicut nec ulla ſint accidentia rei non exiſtentis: unde concludit, populum mutando voluntatem iis qui nondum nati ſunt, ut quibus jus quæſitum nondum eſt, nullam facere injuriam, *L.* 2. *c.* 4. §. 10. *n.* 2. Atque hinc id intereſſe, ait, inter *natos* & *naſcituros*, quod *naſcituris* nondum quæſitum ſit jus, atque ideo imperium à patre derelinqui poſſit populi voluntate: *L.* 2. *c.* 7. §. 26.

Addit jure civili demum introductum eſſe, ut lex eorum qui nondum nati ſunt perſonam ſuſtineat, atque ita impediat ne factum patris eis noceat. *d.* §. 10. *n.* 3. & 4.

Fatetur igitur Author patrem nec alienando, nec abdicando, nec derelinquendo, nocere poſſe naſcituris: Ratio naturæ evidens eſt, quia his jus ſuccedandi ex diſpoſitione primorum acquirentium, & ex voluntate populi quæſitum eſt ſub conditione, *ſi naſcentur:* quod proinde jus pater poſtea natis auferre nequit: *Vid. B. Parens in diſput. de ſucceſſ. Nepot. ſect.* 1. §. 9.

„At ex hac ipſa ratione refellitur exceptio Autho„ris: Sane uti nec pater, ita nec *populus* naſcitu„ris jus hoc eventuale auferre poterit: Admitti „igitur hactenus non poteſt quod Author ait, *non*„*dum natis jus quæſitum non eſſe:* Nam omnino jus „eis quæſitum eſt, ſed eventuale *ſi naſcentur:* Et „cum Grotius fateatur jus eis quæſitum eſſe intuitu „*patris*, (ad eum effectum, ut hic impedire non poſ„ſit, quin ad illos quoque ſuo tempore jus pertineat „ex dono populi, *d.* §. 26.) nulla dari poteſt ratio, „cur non intuitu *populi* quoque jus ipſis quæſitum „ſit, qui jus ſuccedendi toti familiæ adeoque & „naſcituris detulit. Hoc jus quæſitum igitur po„pulus eis auferre nulla ratione poteſt. Adeoque non „ex jure demum civili, ſed ex ipſa naturæ ratione „eſt, quod factum patris vel populi naſcituris nocere „non poſſit. Idque Auſtriacis anno 1741. oppoſuit „Rex Boruſſiæ, dum jura ſua in Sileſiam vindi„caret. Vid. Kurze Remarquen &c. über die Kur„ze Beantwortung ꝛc. der Churbrandenburgi„ſchen nähern Ausführung ꝛc. *cap.* 3. §. 3.

„Equidem ille qui in utero eſt non eſſe in re„bus humanis dicitur. *L.* 10. §. 1. *de vulg. ſubſt. l.* „7. *ff. de ventre in poſſ.* At hoc verum tantum eſt „quoad jus *actuale:* nam quoad jura *eventualia* „omnino in rebus humanis eſt, quia ſi conditio „exiſtit, ſi naſcitur, omnia jura hominum ad eum „naturali quoque jure pertinent.

„Nec *obſtat* nondum natos jus ſuccedendi in re„gnis ſibi aſſerere non poſſe: non ex facto proprio, „quia cum ipſis nihil actum eſt, nec ex pacto pri„morum diſponentium, quia ex pacto tertii jus & „actio natura nemini acquiri poteſt: Reſp. Primi „diſponentes jus non in perſonam imperantis tan„tum, ſed in corpus familiæ, cujus caput eſt im„perans, contulerunt. Hoc igitur jus perpetua„tur cum corpore, & omnibus commune eſt, qui „partem illius corporis conſtituunt.

„*b*) (JUS SUUM:) Author igitur ſupponit libe„ris *jus* aliquod *ſuum* eſſe, etſi per patrem:

„*c*) (TALI DERELICTIONE:) i. e. per ſilentium „temporis memoriam excedentis. §. 7.

„*d*) (NIHIL AD TRANQUILLITATEM IMPERIO„RUM &c.) Diximus, argumentum a tranquillita„te imperiorum deſumtum liberis jus quæſitum „auferre non poſſe. §. 8. *n.* 2.

„*e*) (AC DOMINIORUM:) Quæ ſcilicet non a pa„tre, etſi per patrem, in liberos devolvuntur, ut „feuda:

f) (cum

miniorum profecit modo data definitio, *f* cum pleraque talia ſint ut poſteris debeantur. *g* Sin poſſe affirmamus, mirum videbitur quomodo *h* nocere ſilentium poſſit his qui loqui non potuerunt, quippe cum nec exiſterent: *i* aut quomodo aliorum factum *k* aliis damno eſſe poſſit.

2. Ad hujus nodi ſolutionem ſciendum eſt, ejus qui nondum natus eſt *l* nullum eſſe jus, *m* ſicut nec ulla ſunt accidentia rei non exiſtentis. Quare ſi populus, *n* a cujus voluntate jus regnandi proficiſcitur, *o* voluntatem mutet, iis qui nondum nati ſunt, ut quibus jus quæſitum non eſt, *p* nullam facit injuriam. *q* Sicut autem populus expreſſe mutare voluntatem poteſt, *r* ita & tacite credi mutaſſe. *s* Mutata igitur populi voluntate, *t* neque dum exiſtente eorum jure qui exſpectari

„*f*) (CUM PLERAQUE TALIA SINT UT POSTERIS DEBEANTUR:) Quia imperia & feuda plerumque familiæ deferuntur: Adeoque quilibet naſciturorum jus tranquillitatem imperii, vel dominii turbandi habiturus eſſet.

„*g*) (SIN POSSE AFFIRMAMOS &c.) i. e. ſi ſtatuimus factum patris nocere naſcituris poſſe.

„*h*) (NOCERE SILENTIUM POSSIT HIS QUI LOQUI NON POTUERE:) i. e. *qui animum non derelinquendi* verbis declarare non potuerunt; *Vid. Covarruv. cap. Peccatorum c. 3. §. 3. pag.* 221

„*i*) (AUT QUOMODO ALIORUM FACTUM &c.) Derelictio ſcilicet patris.

„*k*) (ALIIS DAMNO ESSE POSSIT &c.) Naſcituris ſcilicet, quibus jus ſuccedendi ex diſpoſitione populi, & pacto primi acquirentis quæſitum eſt.

l) (NULLUM ESSE JUS &c.) Jus enim non competit niſi homini, naſciturus autem non eſt homo: Unde ille qui in utero eſt ex ſententia JCtorum non eſſe in rebus humanis dicitur. *L.* 10. §. 1. *Vulg. ſubſt. l.* 7. *ff. Ventr. in poſſ.* Sane poſtea natus jus ſibi in res a patre derelictas aſſerere nec ex jure proprio poteſt, nec ex pacto parentis, ſeu anteceſſorum: Non ex jure proprio, quia cum ipſo pactum non interceſſit, nec ex pacto primorum diſponentium, quia ex pacto tertii nemini jus oriri poteſt:

Duo tamen ſunt caſus ubi etiam in poſteros jus continuatur 1) ſi partes diſponunt ſub conditione quæ in poſteris demum eſt exſtitura: Vis enim hujus diſpoſitionis conditionatæ eſt, ut eventum exſpectare partes teneantur, nec interim mutare voluntatem poſſint. Adeoque verum jus hic ſubeſt, ſed eventuale, ita ut exiſtente conditione jus cum effectu incipiat. Si proinde primus acquirens feudum a domino accipit *pro ſe & liberis*, huic diſpoſitioni ineſt conditio *ſi liberi ſunt exſtituri*: exiſtente igitur conditione, feudum ad liberos pertinet ex voluntate domini: Atque hoc jus quæſitum pater ſua derelictione auferre eis nequit: Hæc ratio eſt cur liberi feudum a patre alienatum vindicare poſſint, & cur præſcriptio eis opponi non poſſit. &c.

Continuatur 2) jus in poſteros ſi jus corpori inhæret; tunc enim jus perpetuatur cum corpore: Hæc vera ratio eſt cur id quod Xenodochio debetur, omnibus pauperibus, etiam futuris, proprium ſit.

ADDITIO.

„Diximus, nondum natis verum jus, ſed eventuale, competere ex diſpoſitione populi vel domini directi: Quoties igitur imperium vel feudum familiæ conceditur, eo ipſo jus ſuccedendi liberis acquiritur *ſi poſtea naſcuntur*: Diſponentes enim non ſibi tantum paciſci voluerunt, ſed corpori familiæ, cujus alter diſponentium caput eſt: omnibus igitur illius corporis partibus, i. e. liberis, verum jus ex tali pacto quæritur, quia corpus familiæ in liberis continuatur: Cum igitur liberi jus ſuccedendi ex diſpoſitione primorum acquirentium habeant, id eis nec a patre, nec a populo, nec a domino directo auferri poteſt.

„*m*) (SICUT NEC ULLA SUNT ACCIDENTIA REI NON EXISTENTIS &c.) Non entis enim nullæ ſunt qualitates.

„*n*) (A CUJUS VOLUNTATE REGNUM PROFICISCITUR &c.) i. e. qui ita diſpoſuit ut regnum etiam poſteris debeatur.

„*o*) (VOLUNTATEM MUTET &c.) Ne ſcilicet poſteris debeatur.

„*p*) (NULLAM FACIT INJURIAM:) Dictum eſt nondum natis ex pacto primorum diſponentium verum jus, ſed eventuale, quæſitum, idque exiſtente caſu illis cum effectu tribuendum eſſe: adeoque populum abſque injuria voluntatem mutare non poſſe.

„*q*) (SICUT AUTEM POPULUS EXPRESSE MUTARE VOLUNTATEM POTEST &c.) Conſentiendo in alienationem patris; &c. quod verum non eſſe modo diximus.

„*r*) (ITA ET TACITE CREDI MUTASSE:) longo ſcl. tempore non contradicendo derelictioni a patre factæ.

„*s*) (MUTATA IGITUR POPULI VOLUNTATE &c.) Diximus populum jus mutandi non habere.

„*t*) (Grot.) (NEQUE DUM EXISTENTE EORUM JURE QUI EXSPECTARI POSSUNT: &c.) Multæ ſunt in hiſtoriis talium derelictionum exempla. Vide unum illuſtre in Ludovico IX. Francorum rege pro ſe liberisque abdicante jus quod per Blancam matrem in Caſtellæ regnum habere poterat, apud *Marianam Lib XIII. c.* 18.

ctari possunt; [u] parentibus autem [v] e quibus nasci possunt, qui jus suo tempore essent habituri, id ipsum jus derelinquentibus; nihil est quod obstet [w] quo minus illud ut derelictum ab alio occupari possit.

3. [x] Agimus de naturali jure, nam jure civili [y] ut aliæ fictiones ita & hæc introduci potest, [z] ut eorum qui nondum sunt personam lex interim sustineat, [aa] atque ita impediat ne quid adversum eos occupari possit: [bb] quod tamen leges velle non temere censendæ sunt, [cc] quia privata ista utilitas publicæ valde repugnat. [dd] Unde & illa feuda [ee] quæ non ex jure proximi possessoris, [ff] sed ex vi investituræ primi-

AODITIO.

„Etsi enim cum effectu jus eorum nondum ex„istat, existit tamen jus eventuale, quod verum jus est.

„u) (PARENTIBUS AUTEM &c. IO IPSUM JOS „OERELINQUENTIBUS &c.) Diximus parentes jus „nasciturorum eventuale derelinquere non posse: „Id enim verum jus est, etsi actu oondum existat.

„v) (E QUIBUS NASCI POSSUNT, QUI JUS SUO „TEMPORE ESSENT HABITURI:) Rectius qui jus ve„rum habent, sed eventuale.

„w) (QUO MINUS ILLUD UT OERELICTUM AB ALIO „OCCOPARI POSSIT:) Supponit igitur regoum a pa„tre abdicatum, accedente populi voluntate, fieri nul„lius, & cedere occupanti: quod modo refutavimus.

„x) (AGIMOS OE JURE NATURALI:) Eo enim „jure succedendi jus noodum oatis per derelictio„nem patris, & consentieote taeite populo, auferri „posse statuit.

„y) (UT ALIÆ FICTIONES:) Fictiones sunt in„ventum juris civilis, fatente hie Authore: Ni„hilo minus ipse præcipuas juris naturalis partes „ex fictionibus deducit. *Vid. Differt. prooem. I. §. 67.*

z) (UT EORUM, QUI NONOUM SUNT, PERSONAM LEX INTERIM SISTINEAT:) Ut lex civilis in hereditate jacente. (*L. 34. D. de adquir. rer. domin. L. 13. §. 5. Quod vi aut clam.* &c.)

ADDITIO.

„Mentem Grotii ita explicat Gronovius *in not.* „*b. §. Legem ita sustinere personam, ut, quod* „*posteri ipsi non possunt acquirere vel retinere,* „*quia nondum existunt, id acquirant & retineant* „*beneficio legis, qua rationem habuit etiam futuro*„*rum, quasi jam essent.*

„At, quod nondum nati natis comparentur, id „non demum ex jure civili, nec ex fictione est, „sed ex ipsa ratione naturæ: Diximus enim oon„dum natos verum jus habere ex pacto primorum „disponentium, qui toti corpori familiæ, adeoque „& posteris, prospicere voluere: sed jus hoc taci„tam conditiooem continet, *si nascentur:* Cum „igitur natura conditionis sit, ut ejus eventus ex„spectari debeat, naturæ quoque regolis conve„niens est, ne interim aliquid fiat quo eveniente „casu præjudicium illi juri fieri possit, & quo futu„ris commodis nondum natorum aliquid decedat: „Hoc jus eventuale igitur, his qui in utero sunt „naturali ratione quæsitum, nemo turbare vel in„tervertere potest, quia ex definitione justitiæ jus „suum cuique tribui debet. Atque hoc est quod „JCtus ait, *Qui in utero est, perinde ac si in re*„*bus humanis esset custoditur, quoties de commo*„*dis ipsius partus agitur. l. 7. ff. Stat. hom.* Conf.„*l. 26. Eod. L. 30. §. 1. Acq. har. l. 2. §. 6. ff. Ex*„*cus. tut. l. 231. V. S. l. 6. in fin. C. solut.* Hinc „alius hæreditatem adire oequit quamdiu natus „nondum est. *d. l. 30.* Venter in possessionem mit„titur. *d. l. 7.* Postliminio revertitur. *d. l. 26.* &c.

„Quoties vero de eorum commodo non agi„tur, adeoque omne jus oondum natorum exi„steute casu salvum est, exspectari eventus de„bet. Et hactenus oon comparaotur natis, nam „cum effectu eis salva sunt jura si nati sunt. „Hinc hæreditatem oon adit nisi natus. *l. 3. §. 9.* „*suis & legit.* Collatio demum locum habet a die „nativitatis. *l. f. ff. de Collat.* &c.

„Not. si deficit conditio, i. e. si noo nascuntur, „*dict. leg.* vel non vivi, *d. l. 30.* aut non perfecti, *l. 3.* „*C. Posth. har. inst.* ounquam jus habuisse videntur.

„aa) (ATQUE ITA IMPEDIAT NE QUID AD„VERSUM EOS OCCUPARI POSSIT:) Author sop„pooit oondum natis jus non competere, adeoque „populum & parentes jus eorum nondum existens „derelioquere, alios vero jus illod derelictum oc„cupari posse. *Vid. §. 10. n. 2. in fin.* Addit hic „lege civili id impediri posse. Quæ gratis dicuntur.

„bb) (QUOO TAMEN LEGES VELLE NON TE„MERE CENSENOÆ SUNT:) Diximus non legem „id velle, sed ipsam naturæ rationem.

„cc) (QOIA PRIVATA ISTA OTILITAS POBLI„CÆ VALDE REPUGNAT:) Publicam eoim uti„litatem in eo posuit supra *§. 8. n. 3.* quod societatis „humanæ intersit imperia & dominia tandem cer„ta reddi: quam rationem examinavimus *ibidem.*

„dd) (UNOE &c.) Quia scilicet ooo creden„dum est leges civiles temere aliquid voluisse quod „utilitati publicæ, i. e. certitudini imperiorum & „dominiorum, repugnat; uti repugnaret, si po„steri vindicare possent feuda a parentibus dereli„cta: adeoque hic quoque concludit legem civilem „oon sustinere personam eorum qui oondum sunt.

„ee) (QUÆ NON EX JORE PROXIMI POSSES„SORIS:) Uti feuda nova; de his enim dubium „non est quin pater ea alienare, adeoque & negli„gere possit.

„ff) (SED EX VI INVESTITURÆ PRIMÆVÆ OE„FERUNTUR:) i. e. ex pacto & providentia pri„morum

primitivæ deferuntur, [gg] longo fatis tempore acquiri poffe receptior fententia eft; [hh] quod ad jura majoratus, [ii] & ad res fideicommiffio obnoxias, non infirmis rationibus fubnixus producit fummi judicii Jurisconfultus Covarruvias.

4. [kk] Nihil enim prohibet quominus lege civili jus tale introduci poffit, quod [ll] uno actu alienari licite non poffit; poffit tamen ad vitandam dominiorum incertitudinem [mm] certi temporis neglectu amitti: atque ita etiam, [nn] ut exftituris falva fit actio perfonalis adverfum eos qui neglexerunt, aut eorum hæredes.

C. poffeffor. p. 3. § 3. fpec. tit. de feud §. quoniam verf. 3. quaeritur. Choff. de conf. Burg. des mainsmortes, § 6. verf. par an & jour, n. 3. Cravet. de ant. temp. p. 4 §. materia n. 90.

§. XI.

„morum difponentium: adeoque de his folis quæ„ftio eft.

„gg) (LONGO SATIS TEMPORE ACQUIRI POSSE „RECEPTIOR EST SENTENTIA &c.) Imo & jure „feudali, & receptiori Doctorum fententia, diftin„guitur inter *liberos & agnatos:* intuitu *liberorum* „verum omnino eft feuda amitti præfcriptione, „quia hi feudum non nifi cum hæreditate allodia„li capere poffunt, adeoque factum patris præftare „tenentur: At de *agnatis* contrarium ftatuitur, il„lisque jus effe feudum vindicandi afferitur *II. F.* „*45. 82.* Ut proinde in genere verum non „fit quod Author ait, *feuda antiqua longa poffeffio*„*ne acquiri poffe.*

„Cæterum hæc decifio mere civilis, & jure feuda„li inventa eft, & videtur niti illa æquitate, quod „cum reverentia patri debita pugnet fi filius re„cufet folvere debita paterna, cum per patrem me„dia folvendi, ex feudo nimirum, habeat: Sane juri „naturæ magis conveniens eft fententia Juriscon„fultorum Romanorum, qui circa fideicommiffa „(eadem autem ratio eft in feudis) ftatuunt, *facto* „*patris non auferri poffe liberis quæ non a patre* „*fed a genere tribuuntur: Non enim hæc pater,* „*fed majores ejus dederunt. L. 3. ff. interdict. & re*„*leg.* Add, *l. 67. §. 3. Legat. 2.*

„hh) (QUOD AD JURA MAJORATUS &c. PRO„DUCIT &c. COVARRUVIAS:) Imo diferte con„trarium ftatuit in *agnato* fucceffore: *Cap. pof*„*feffor c. 3. part. 3. p. m. 220. Col. 2. v. 5. tertia* &c. „Simulque rationem addit, quia fucceffor non jus „habet ab eo cui fuccedit modo, fed a primis ac„quirentibus, qui cuique fucceforum jus proprium „dedere; adeo ut non fuccedat in jus ultimi poffeffo„ris, aut in hujus dominium quod morte exftin„ctum fuit, fed in dominium proprium, & jus pe„culiare quod fucceffor ex voluntate primi infti„toris habet. *Covar. d. l. pag. 221. in fin.* Cæte„rum de majoratu, & quid fit, ac de ejus juribus, „vid. *Bets. de pact. fam. c. 8. §. 50. Molina de ju*„*re primogenitura & majoratu. Ludolph. de jure* „*primogenit. part. spec. aph. 1. n. 10. & 11.* Conf. „*Covar. ref. l. 3. c. 5. & Grot. l. 2. c. 7. §. 27. n. 1.*

ii) (ET AD RES FIDEICOMMISSO OBNOXIAS. &c.) Male id producit ad fideicommiffa, contra expreffam difpofitionem juris in *d. l. 3.*

„kk) (NIHIL ENIM PROHIBUIT &c.) Author „hic occurrit objectioni, quæ non fine ratione „formatur: Nimirum *feuda & majoratus alienari* „*a poffeffore non poffe, adeoque nec derelinqui:* „Equidem refpondet, lege introduci poffe ut quod „expreffo confenfu alienari non poffit, poffit ta„men per lapfum longi temporis: Idque ex utili„tate publica fieri ait, ne dominis rerum perpetuo „fint incerta, & allegat authoritatem *Speculatoris* „& *Chaffanai:* qui afferunt multa per præfcriptio„nem acquiri poffe, quæ non poffunt pacto; ex„emplo *l. 2. C. Agric. & cenf.* ubi adfcriptitius pa„cto fieri non poteft fine gleba &c. At negamus „talem legem ullibi ftatutam effe, *ut ea quæ ex*„*preffo confenfu alienari non poffunt, poffint per* „*lapfum longi temporis:* Sane quicquid lege civili „expreffe alienari prohibetur, prohibetur etiam „ne tacite alienetur. Utrobique enim eadem eft „ratio. Neque in *d. l. 2.* contrarium ftatuitur.

„Certiffimum igitur eft feuda, majoratus, &c. „longo tempore non poffe acquiri, & pofteris „jus vindicandi falvum effe, nec aliud lege civi„li ftatutum effe, nifi filii fint. *II. F. 45.*

„ll) (UNO ACTU:) Confenfu fcilicet expreffo.

„mm) (CERTI TEMPORIS NEGLECTU:) Adeo„que per temporis diuturnitatem.

„nn) (UT EXSTITURIS SALVA SIT ACTIO „PERSONALIS &c.) Imo talis cafus per rei natu„ram exiftere nequit: vel enim *filius* ejus qui de„reliquit agit, vel *agnatus: Ille* ad id quod inter„eft agere non poteft, quia femper tenetur factum „patris derelinquentis præftare. *Hic* plane non „agit ad id quod intereft, fed vindicat ipfum „feudum quod ei ex pacto & providentia primo„rum difponentium quæfitum eft

 oo) (EX

§. XI.

[a] Ex his quæ diximus apparet, [b] & regi adversus regem, [c] & populo libero adversus populum liberum jus acquiri posse, ut expresso consensu, ita derelictione, [d] & eam secuta aut ex ea vim novam capiente apprehensione. Nam quod dicitur, [e] quæ ab initio non valent ex post facto convalescere non posse, [f] hanc habet exceptionem, nisi

„*a*) (EX HIS QUÆ DIXIMUS APPARET. &c.) Postquam Author supposuit lapsum longi temporis ad conjecturam juris derelicti valere, *§. 5. §. 6.* moraliter autem semper sufficere tempus memoriam excedens, *§. 7.* saltem jure gentium voluntario, *§. 9.* eamqne derelictionem quoque nocere posteris nondum natis, *§. 10.* &c. hæc principia jam applicat ad imperia, eaque per tacitam derelictionem etiam posteris decedere existimat *§. b.*

„Cum vero in præcedentibus satis probatum sit, nec lapsum temporis, nec conjecturam derelicti, posteris jus ex dispositione primorum acquirentium quæsitum auferre posse, ultro ea corrunt, quæ de amissione imperii hic tractantur.

„*b*) (ET REGI ADVERSUS REGEM:) Imo nunquam alii regi adversus regem derelinquentem jus acquiritur: quia si rex derelinquit, regnum redit ad populum, vel transit ad successores.

„*c*) (ET POPULO LIBERO ADVERSUS POPULUM LIBERUM: &c.) Si populus liber derelinquit imperium, & alius populus id occupat, certum est huic jus imperii acquiri. At negamus eam derelictionem ex lapsu temporis præsumi.

„*d*) (ET EAM SECUTA &C. APPREHENSIONE:) Author existimat per derelictionem imperium fieri nullius, & cedere occupanti. *Vid. §. praced. n. 3. in fin.* At fallit hoc in *rege* derelinquente; uti modo dictum est.

„*e*) (AUT EX EA VIM NOVAM CAPIENTE APPREHENSIONE:) Supponitur hic casus, ubi quis antequam de animo derelinquendi regis constet rem apprehendit. Hoc enim casu, si postea derelictio apparet, apprehensionem semel factam vim novam ex derelictione capere putat.

f) (QOÆ AB INITIO NON VALENT EX POST FACTO CONVALESCERE NON POSSE:) Author thesin hanc posuit, *populum liberum, vel regem, ex derelictione tacita adversus populum vel regem jus acquirere.* Instat, ex hac thesi sequi videri regem, qui injuria rem alienam possidet, eam ex vitiosa causa tenere, adeoque eam possessionem ex post facto per derelictionem imperantis convalescere non posse: Sed respondet, convalescere eam ex nova causa, scl. ex lapsu temporis longissimi. Equidem, hæc responsio in casu ubi populus liber rem injuria possessam & postea derelictam acquirit, vera est, quia nova causa justa est; at in altero casu, ubi rex rem a rege derelictam acquirit, fallit, quia rex in præjudicium populi & successorum derelinquere non potest, adeoque hactenus nova illa causa justa non est.

Regula igitur vera hactenus est ut nunquam convalescat ex eadem causa quæ ab initio fuit: Secus si nova causa quæ justa ac legitima est superveniat, quod fit in derelictione; Ita enim pupillus qui vendit domum, nullum jus in emtorem transfert, nec convalescit vitium etsi major factus interim sit, nisi nunc ratihabeat; quo casu convalescit ex nova hac causa:

ADDITIO.

„Regula hæc: *Quæ ab initio nulla sunt post facto non convalescunt*, Catoniana a JCtis Romanis dicitur, & continetur in *L. p. ff. de Reg. jur. ac tot. tit. de Reg. Cat.*

„Regula hæc triplicem patitur exceptionem 1) si negotium vitiosum est tantum quoad accidentalia; Quod ita explicat B. Par. *in disp. II. de arb. bon. vir. §. 13.* Et initio quidem regula Catoniana: *Quæ ab initio nulla sunt postfacto non convalescunt, l. pen. R. J. t. t. reg. Cat.* intelligenda est de iis quæ simpliciter & quoad substantiam suam nulla sunt: Si enim illud saltem non deest quod ad substantiam sufficit, negotium interim sublistit; reliqua quoque impedimenta, si pendente negotio removeantur, ex postfacto convalescunt: uti fit in conditionibus, ratihabitione, aliisque negotiis suspensis. Hic autem omnino distinguimus inter id quod ad substantiam negotii natura vel jure requiritur, & quod ad substantiam actualis executionis negotii, scl. ut actu fieri per naturam vel legem possit: ita, si legatum non est in commercio, i. e. si lege usibus hominum exemtum & acquiri prohibitum est, nec ex postfacto convalescere, & ne sub conditione quidem valere potest: quia ad substantiam omnis dispositionis legitimæ requiritur ut res sit in commercio. per *l.* 83. *§.* 5. *V. O. l.* 35. *§.* 1. *eod.* At, si sit quidem in commercio, sed actualis præstatio saltem fieri nequeat, v. g. quod res jam sit legatarii, aut quod ædibus juncta sit, pure quidem non valet, quia in pura obligatione non modo validitas negotii, sed & actualis præstatio requiritur, *per §. 2. V. O.* adeoque nec ex postfacto convalescere potest, *per l.* 41. *§.* 2. *leg. t.* sed sub conditione tamen valet, in qua actualis præstatio non reqniritur, *d. l.* 41. §. 2.

„2) Cessat in illis causis quæ jam initio ab aliquo eventu pendent, quo deinde existente valent, deficiente deficiunt; idque non tantum quando sub expressa conditione relictum, adeoque in conditionis expressæ eventum suspensum est; sed & qualiacunque sit ille eventus. *Vid. B. Par. in disp. de clausula rebus sic stantibus. c.* 5. *§.* 11. Qui magis id illustrat in *disp. de jure circa actus imperfectos*, ubi quæstionem proponit, an actus im-

„perfectus

[g] nisi causa nova jus per se parere idonea intercesserit. Similiter & [h] alicujus populi rex verus amittere poterit regnum & populo subjici; & qui revera non rex, [i] sed princeps erat, [k] rex summo cum imperio

„perfectus ex postfacto convalescere possit? Et *in* „*Sect.* 2. §. 9. *seq.* ita differit: Quin nec unquam id „convalescet ex postfacto, nisi nova causa, quæ per se „perfectum negotium sit, superveniat, *l.* 83. §. 5. *ff.* „*de V. O.* §. 2. *J. de Inutil. stip.* alias enim nec ex „initio suo valet, quod imperfectum & nullum est, „nec ex nova causa, si & illa perfectum negotium „non sit: uti cum quis pecuniam alienam vel pu„pillus suam alii mutuam dat, contractus mutui „ipso jure nullus est, nec postea pecuniâ a debito„re consumtâ convalescit, quia nec initio mutuum „contractum, nec superveniens consumtio per se „mutuum est, sed factum unius, ex quo debitor „saltem quasi ex contractu obligatur, *de quo Sect.* „*seq.* Cæterum aliud est quod imperfectum, aliud „quod suspensum est, v. g. si quid sub conditione „promissum, contractum, aut legatum fuerit; id „enim perfectum negotium est, etsi aliquid agen„dum vel expectandum supersit; uti re sub con„ditione emta vera emtio est, quia de pretio „convenerunt, *arg. pr. J. de emt. & vendit*; sed „conditionalis. Nam ita dicitur *in* §. *pen. J. eod.* „quod *emtio tam sub conditione quam pure con„trahi possit.* Et stipulationem aut pure, aut in „diem, aut sub conditione fieri docet *Text. in* §. „2. *Inst. de verb. obl.* quod idem & de legatis & „institutionibus traditur, *in t. t. ff. de Cond. & de„monstr. & t. t. de Cond. Instit.*

„Videri quidem posset, quod conditio nihil, ut „loquuntur, in actu ponat; pendente enim condi„tione ne dies quidem cedit; antequam autem „dies cesserit, nondum jus natum, sed tum de„mum incipere dicitur. *l.* 213. *in pr. ff. de vid.* „Unde, si quis sub conditione emerit, pendente „ea nondum est causa emtionis, adeo, ut licet „res tradita fuerit, ea tamen traditione non trans„feratur dominium, nec usucapiendi conditio, nec „emtor fructus acquirat, nec ei res pereat, nec „Publiciana agere possit, *l.* 8. *pr. ff. de per. & comm.* „*rei vend. l.* 2. §. 1. *l.* 4. *pr. de in diem addict.* „quia in his omnibus titulus emtionis requiritur, „qui pendente conditione cessat.

„Veruntamen, etsi emtio pura nondum sit, est „tamen spes emtionis, quæ quidem titulum non „facit, sed suis tamen effectibus non destituitur; „dum non tantum ad hæredes transfertur, §. 4. *J.* „*de V. O.* sed & aliquam obligationem parit, „non quidem ad præstandum, quod in conventio„ne est, sed ad exspectandum conditionis eventum, „adeo ut neutra pars medio tempore pœnitere, at„que a contractu altera invita recedere possit; Sed „existente deinde conditione, perinde teneatur ac „si conditio numquam adjecta, sed emtio in præ„teritum pure contracta fuisset: *d. l.* 8. *pr. ibi:* „*quasi jam contracta emtione in præteritum*; Ha„ctenus itaque in suo genere perfectum est negotium:

„Neque hoc accidit tantum conditione expressa, „sed & quoties initio negotium ab aliquo quocun„que eventu suspensum est: illud enim, etsi jure „nullum fuerit, hactenus tamen aliquid perfecti in „eo est, ut in casum illum valeat, eoque non ob„stante regula Catoniana convalescere possit, *l.* „*pen. ff. Reg. Cat.* Hoc accidit, cum maritus fun„dum dotalem alienat, etsi enim lege Julia id pro„hibitum, adeoque ipso jure nullum sit, *l.* 4. *&* „*t. t. ff. de fund. tot.* tamen, si maritus ejus dein„de dominus fiat, convalescit alienatio. *l.* 17. *ff.* „*eod. l.* 42. *ff. de usurp. & usucap.* Item, si conjux „conjugi donaverit, vel pater filio, quem in „potestate habet, donatio nulla est, *l.* 1. *& t. t. ff.* „*de donat. int. vir. & uxor. l.* 11. *l.* 17. *C. de donat.* „at morte deinde utraque confirmatur, atque ad„eo convalescit, *l.* 32. §. 2. *& seq. ff. de donat. int.* „*vir. & ux. l.* 24. *C. eod. d. l.* 17. Si enim in uni„versum alienatio & donatio illa nulla esset, non „posset ex postfacto convalescere, per regulam Ca„tonianam: *l.* 1. *ff. de reg. Caton.* Sed cum pro„hibitio illa ad tempus conjugii & patriæ potesta„tis pertineat, adeoque impedimentum sua natura „temporarium sit, inest negotio statim in initio even„tus ille cessantis impedimenti; v. g. Si fini„to matrimonio maritus lucratus dotem fuerit, „vel donator in voluntate donandi usque ad mor„tem permanserit, &c. Tali itaque existente even„tu, non videtur retro negotium nullum vel im„perfectum, sed suspensum fuisse.

„*g*) (NISI NOVA CAUSA JUS PER SE PARERE „IDONEA INTERCESSIT:) Talem autem novam „causam esse putat si sciens longo tempore silet. §. „5. & 6. quod verum non esse supra diximus:

„*h*) (ALICUJUS POPULI REX VERUS AMITTERE „POTERIT REGNUM, ET POPULO SUBJICI:) Putat „Author ex statu regio præscriptione longi tem„poris fieri posse statum popularem: Quod verum „non est, nisi rex, ejusque liberi, cæterique agna„ti, tacite saltem consentiant, non autem tacite „consentit qui silet longo tempore.

„*i*) (SED PRINCEPS ERAT:) i. e. qui vi officii „imperium tenet, & sic dignitate saltem primus „est, de quo vide *l. 1. c. 3. §. 10.*

k) (Grot.) (REX SUMMO CUM IMPERIO FIERI:) Vide *Vasquium* controversiarum illustrium lib. I. c. XXIII, 3. Adde eundem libro II. c. LXXXII, 8. 9. & sequentibus. vide & *Panormitanum* lib. I. cons. LXXXII. & *Peregrinum* de jure fisci VI. c. VIII. §. 10.

ADDITIO.

„Si is qui principatum in republica tenet, impe„rium affectat invito populo, eoque statum mutat, „&, cum administrandi jus saltem habeat, jure pro„prio imperium exercet, nunquam longo tempore „jus acquirit, nisi populi voluntas sufficienter de„clarata accedat:

perio fieri; [l] & summum imperium quod penes populum, aut penes regem in solidum erat, inter eos dividi.

§. XII.

1. [a] Illud etiam indagari operæ pretium est; [b] an lex de [c] usucapione [d] aut præscriptione, [e] condita ab eo qui habeat summum imperium, pertineat etiam ad ipsum jus imperii, [f] & ejus partes necessarias

„*l*) (INTER EOS DIVIDI:) Scilicet quoad administrationem: Nam statum dividi non posse supra „*l.* 1. *c.* 4. §. 13. diximus: At hæc quoque divisio „non infertur ex tacita derelictione.

a) (ILLOD ETIAM INDAGARI &c.) Quærit Author, *an privatus jus summi imperii vel ejus partem acquirere possit per præscriptionem a principe lege publica statutam?* Negatur: Subditus enim suo pacto subjectus est imperio, adeoque violare hoc pactum nequit, arrogando imperium vel ejus partem. Sane imperium non est in singulorum commercio, adeoque termini præscriptionis cessant: Sed & vitiosum semper foret initium, & sic perpetua mala fides. Neque leges civiles contra principem allegari possunt; utpote qui ipse legibus solutus est.

ADDITIO.

„Quæstio hæc est, *an subditi per præscriptionem „jure civili statutam, imperium vel ejus partem ac„quirere possint?* Recte id negat Author, rationes „autem obscuræ sunt. Ideo enim præscriptionem „cessare ait, 1) quia princeps lege sua se ipsum obli„gare non potest, neque per reflexionem, i. e. ut „pars communitatis, quia princeps hic considera„tur non ut pars communitatis, sed ut integrum: „2) Quia deficit voluntas principis; non enim præ„sumi voluisse eum se ipsum obligare: 3) Quia „nunquam se vidisse ait legem civilem quæ jus im„perii præscriptione acquiri posse statuisset.

„Aliud tamen 4) obtinere ait, si in ipsa delatione imperii poulus suam declarat voluntatem; „partes scilicet imperii non utendo amitti, & sub„ditis cedere debere.

„Ego quæstionem hanc, quod ad *imperi„um* attinet, domitianam esse poto: Quis sa„næ mentis statuet subdito, imperium per 30. „vel 40. annos adversus regem silentem usur„panti, jus inde oriri? Solum silentium regis, „longo tempore continuatum, non est modus „amittendi juris, nedum imperii: Diximus regem „nec consensu expresso, nedum derelictione præ„sumta, imperium alienare posse, et, si derelinquit, „regnum redire ad populum: Sed et absurda foret „lex quæ statueret, *ut subditus possessione longi „temporis imperium acquirere possit*, quia ansam „daret subditis in jura regis impune involandi.

„Quod de *toto imperio* juris est, id etiam ad „*ejus partes* pertinet: Hinc igitur subditus non „potest jus collectandi sibi arrogare prætextu taci„tæ derelictionis a rege factæ, rex enim nec partes „imperii alienare potest, & contradictio est subdi„tum esse, & tamen partem imperii jure proprio „tenere. Idque in cæteris regalibus majoribus quo„que obtinet.

„Porro quæritur, *an quis libertatem ab oneribus „publicis, ad defensionem civitatis destinatis, per „præscriptionem temporariam acquirere possit?* Ne„gatur, quia naturali jure quilibet civis ad defen„sionem reipublicæ contribuere tenetur, ab hoc „igitur jure nemo se eximere potest, & si princeps „talem libertatem concedit, disponit de jure alie„no, scl. de jure populi. *L.* 6. *C. Præscr.* 30. *ann.*

„Hinc facile deciditur quæstio, *an quis rem do„manialem possessione longi temporis acquirere pos„sit?* Negatur: Princeps enim qui derelinquit rem „domanialem disponit de re aliena, quæ in ejus „potestate non est; de re cujus usumfructum sal„tem habet, non dominium. Hæc igitur res sem„per vindicari potest.

„Denique quæritur, *an rebus principis privatis „præscribi possit?* Merito id affirmamus, quia prin„ceps in his rebus habetur pro privato, & qua ta„lis subest legibus civilibus. Hinc fundum patri„monialem lapsu temporis acquiri posse traditur in „*Tit. C. Fund. patrim. l. f. C. Fund. priv. l.* 4 „*C. Prascr.* 30. *Conf. infra l.* 2. *c.* 14. §. 1. & 2.

„*b*) (AN LEX DE USUCAPIONE AUT PRÆSCRI„PTIONE, CONDITA AB EO QUI HABEAT SUM„MUM IMPERIUM, PERTINEAT ETIAM AD IPSUM „JUS IMPERII, ET EJUS PARTES NECESSARIAS:) „i. e. an subditus jus imperii ejusque partes essen„tiales, vel per usucapionem vel per præscriptio„nem temporalem acquirere possit?

„*c*) (DE USUCAPIONE:) Si quis forte jus impe„rii bona fide, per 10. annos inter præsentes, vel per „20. annos inter absentes, possidet: qualis casus vix „mente concipi potest.

„*d*) (AUT PRÆSCRIPTIONE:) Si subditus jus im„perii spatio 30. vel 40. annorum possederit, rege „vel populo silente.

„*e*) (CONDITA AB EO QUI SUMMUM HABET „IMPERIUM:) Usucapiones enim & præscriptiones „sunt inventum juris Romani.

„*f*) (ET EJUS PARTES NECESSARIAS:) Quæ „sunt,

rias, quas [g] alibi explicavimus. [h] Pertinere arbitrari videntur Jurisconsulti non pauci, [i] qui quæstiones de summo imperio ex jure tractant civili Romanorum. [k] Nos aliter arbitramur, [l] nam ut quis legibus obligetur, requiritur in legis auctore & potestas & voluntas, [m] saltem præsumpta. [n] Se per modum legis, id est per modum superioris, obligare nemo potest: [o] & hinc est quod legum auctores habent jus leges suas mutandi: Potest tamen quis obligari sua lege, [p] non directe, sed per reflexionem, qua scilicet est pars communitatis, [q] ex æquitate naturali, quæ partes vult componi ad rationem integri: [r] quod a Saule in regni initiis observatum notat sacra historia Sam. XIV, 40. [s] Sed hoc hic locum non habet, quia legum auctorem

Bart. in l. hostes D. de capt. & in l. 1. D. de aq. pluv. arc. Jas. cons. 70. lib. III. Aymon. de antiq. p. 4. versic. materia ista part. qu. 2 §. 9. in fin. n. 73. Aut. Corsetus de excell. reg. q. 104. Balb. de præsc. 2. p. princ. & 2. Castal. de Imp q. 53. et Louvr. in c. peccatum de reg. jur. in 6. p. 2.

„sunt jus legum coodendarum, pacis, belli, fœde-„rum faciendorum, vectigalia imponendi, judicia „constituendi, legatos mittendi, &c. proprio scl. jure.

„g) (ALIBI:) *L. 2. c. 3. §. 6.*

„h) (PERTINERE ARBITRARI VIDENTUR JCTI „NON PAUCI:) Vasquius *c. 2. n.* 14. (ibique infi-„niti Doctores) item Lessius, Molinæus &c. apud „*Boecl. in not. h. l.* Qui jure Rommorum etiam „jus superioritatis præscribi contra principem asse-„runt: Arnisæus magnum Doctorum numerum „negantium & affirmantium exhibet; Conf. Me-„noch. *Cons. 2. n. 71. Cravetta de antiq. temp. p.* „*4. n. 73. Oldrad. cons.* 69. *Sixtin. de regal. l. 1. c.* „*5. n.* 1143.

„i) (QUI QUÆSTIONES DE SUMMO IMPERIO „EX JURE TRACTANT CIVILI ROMANO:) Imo „non tractant quæstiones ex jure Romano, sed as-„serunt saltem jure Romano statutum esse ut jus superioritatis præscribi contra principem possit; „quod tamen verum non esse statim videbimus.

k) (Grot.) (NOS ALITER ARBITRAMUR:) Et Don *Garzias Mastrill.* de magistratu lib. III. c 11.26. *Joh. Oldendorpius*, Consil. Marp. v. n. 47. volum. 1.

ADDITIO.

„Cum Authore sentiunt DD. apud Vasquium & „Arnisænm dd. ll. *Rosenth. de feud. c. 5. concl.* 16. „*& loco omnium Thomasius in Disp. de præscriptio-„ne regalium ad subditos non pertinente &c.*

„*l*) (NAM UT QUIS LEGIBUS OBLIGETUR, REQUI-„RITUR IN LEGIS AUTHORE ET POTESTAS ET VO-„LUNTAS:) Sensus prolixæ hujus demonstrationis „est, quod princeps, qui superiorem non habet, sibi „ipsi legem dicere nec possit, nec velit. Nos veram „rationem cur imperium præscribi non possit mo-„do exposuimus.

„*m*) (SALTEM PRÆSUMTA:) Præsumi autem ait „si materia & ratio sunt universales, uti mox ipse „explicat.

„*n*) (SE PER MODUM LEGIS, I. E. PER MODUM „SUPERIORIS NEMO OBLIGARE POTEST:) Leges enim „tantum præscribuntor inferiori a superiore, *L. 4.* „*ff. Recept. arb.* at princeps superiorem non habet; „Sed & alius esse debet qui imperat, alius qui paret; „alius qui cogit, alius qui cogitur. *L. 13. §. 4. ad* „*Sc. Treb.* Idqoe in terminis ita de principe traditur „10 *L. 31. ff. legib.* Conf. *jus meum Controv. l. 1. t.* „*3. q. 5.*

„*o*) (ET HINC EST QUOD LEGUM AUTHORES „HABENT JUS LEGES SUAS MUTANDI:) Mutare au-„tem non posseot si illis obligarentur.

p) (Grot.) (NON DIRECTE; SED PER REFLEXIO-NEM, QUA SCILICET PARS EST COMMUNITATIS:) Vide infra hoc libro, cap. XX §. 24. *Seneca* episto-la LXXXV. *Duas personas habet gubernator: alte-ram communem cum omnibus qui eandem conscen-derunt navem, qua ipse quoque vector est, alteram propriam, qua gubernator est.* Tractant hoc *Claud. Seisselius* de Rep. Gall. lib. I. *cap.* 12. *Chassanæus* de gloria mundi parte v. cons. 5. *Gailius* lib. II. Obs. IV. num. 7. *Bodinus* de Republica lib. I. c. VIII. *Reinking.* I. c. XII,

ADDITIO.

„Aliis verbis id explicat infra *c. 20. §. 24. Quatenus* „*auctor legis ut pars civitatis spectatur, non qua* „*civitatis ipsius personam atque authoritatem su-„stinet*: Hinc Grotius merito distinguit inter actus „regios, & actus quos ut privatus peragit: *L. 2.* „*c. 14. §. 1. §. 2. n. 1. & §. seq.* illi enim jure com-„munitatis peraguntur, hi ut actus partis conside-„rantur, qui communem legum regulam sequun-„tur. *d. §. 1. & §. 2.*

„*q*) (EX ÆQUITATE NATURALI, QUÆ VULT „PARTES COMPONI AD RATIONEM INTEGRI:) Ita „ut idem jus sit in parte quod in integro.

„*r*) (QUOD A SAULE IN REGNI INITIIS OB-„SERVATUM NOTAT SACRA HISTORIA:) Ubi rex „ob non servatum jejunium sorti, & consequenter „pœnæ se subjicit: at ibi non de lege quæstio erat, „sed de voto Deo facto: maledixit enim Saul ei qui „comederet panem usque ad vesperam, 1 *Sam. c. 14.* „*§. 24* & juramentum a populo de servaodo voto „præstitum erat. *ibid. v. 26. & 28.* Hic igitur de „jure Dei agebatur, quod Rex violare non po-„tuit.

„*s*) (SED HOC HIC LOCUM NON HABET, QUIA „LEGUM AUTHOREM NON HIC CONSIDERAMUS „UT PARTEM: &c.) i. e. ut privatum, & membrum „civitatis.

„s) (SED

rem hic consideramus, non ut partem, [t] sed ut eum in quo virtus insit integri: [u] agimus enim de summo imperio qua tali. [v] Sed nec voluntas adfuisse præsumitur: quia legum auctores non censentur se velle comprehendere, [w] nisi ubi & materia & ratio legis sunt universales, [x] ut in æstimandis rerum pretiis. [y] At summum imperium non est paris rationis cum rebus aliis: [z] imo nobilitate sua res alias multum excedit. [aa] neque ullam vidi legem civilem de præscriptione agentem, quæ summum imperium comprehenderet, aut comprehendere voluisse probabiliter censeri posset.

2. [bb] Unde sequitur, [cc] neque tempus lege definitum [dd] sufficere ad acquirendum summum imperium aut partem ejus necessariam, [ee] si desint conjecturæ naturales, [ff] de quibus supra egimus: [*] neque tantum temporis spatium requiri, si intra id tempus eæ conjecturæ quantum satis est adsint: [gg] neque legem civilem quæ acquiri certo tempore res vetat ad res summi imperii pertinere. Posset tamen in ipsa imperii delatione populus suam exprimere voluntatem; [hh] quo modo ac tempore amitti imperium non utendo posset: [ii] quæ voluntas sequenda haud dubie esset, nec infringi posset a rege etiam summum impe-

„t) (SED UT EUM IN QUO VIRTUS INSIT INTEGRI:) i. e. ut talem, qui civitatis ipsius personam atque authoritatem sustinet.

„u) (AGIMUS ENIM DE SUMMO IMPERIO QUA TALI:) i. e. Quatenus ab ipsa communitate exerceri videtur; in tales autem actus imperii, sicut leges ab ipsa communitate factæ vim nullam haberent, quia communitas se ipsa superior non est, ita nec leges regiæ. *Vid. L. 2. c. 14. §. 1.*

„v) (SED NEC VOLUNTAS ADFUISSE PRÆSUMITUR: QUIA LEGUM AUTHORES NON CENSENTUR SE VELLE COMPREHENDERE:) Legem enim subditis, non sibi dicere volunt.

„w) (NISI UBI ET MATERIA ET RATIO LEGIS SUNT UNIVERSALES:) Ita ut neminem, nec se ipsos excipere voluerint.

„x) (UT IN ÆSTIMANDIS RERUM PRETIIS:) Valor itaque quem nummis indit princeps, obtinet etiam intuitu principis.

„y) (AT SUMMUM IMPERIUM NON EST PARIS RATIONIS CUM REBUS ALIIS:) Adeoque materia & ratio legis nunquam est universalis ratione imperii:

„z) (IMO NOBILITATE SUA RES ALIAS MULTUM EXCEDIT:) De præstantia & sanctimonia imperii passim disseruimus: *Vid. supr.* §. 8.

„aa) (NEQUE ULLAM VIDI LEGEM CIVILEM &c. QUÆ SUMMUM IMPERIUM COMPREHENDERET:) i. e. Quæ obligaret authorem legis circa jura imperii latæ.

„bb) (UNDE SEQUITUR:) Ex eo scilicet, quod præscriptio temporalis non pertineat ad imperia.

„cc) (NEQUE TEMPUS LEGE DEFINITUM:) Nimirum in usucapione decem anni inter præsentes & viginti inter absentes; in præscriptione vero 30. vel 40 anni.

„dd) (SUFFICERE AD ACQUIRENDUM SUMMUM IMPERIUM, AUT PARTEM EJUS NECESSARIAM:) Quia contra principem, qua principem, nunquam currit præscriptio:

„ee) (SI DESINT CONJECTURÆ NATURALES:) Quas ex verbis & ex factis colligi dixit supra §. 3. & *seq.* Nos ex conjecturis imperia nunquam amitti sæpius diximus. Imo nec voluntate expressa alienari imperium posse alibi probavimus.

„ff) (DE QUIBUS SUPRA:) Hoc capite §. 3. & *seq*

„*) NEQUE TANTUM TEMPORIS SPATIUM REQUIRI, SI INTRA ID TEMPUS EÆ CONJECTURÆ &c. ADSINT:) Quod verum non esset, si præscriptio illa civilis pertineret ad jura imperii.

„gg) (NEQUE LEGEM CIVILEM QUÆ ACQUIRI CERTO TEMPORE RES VETAT AD RES SUMMI IMPERII PERTINERE:) Dixit enim se nullam vidisse legem civilem de præscriptione agentem, quæ summum imperium comprehenderet. *n. 1. in fin.*

„bb) (QUO MODO AC TEMPORE AMITTI IMPERIUM NON UTENDO POSSET:) Equidem, si talis lex dicta esset ex pacto inde obligaretur; sed casus talis hactenus non exstitit, nec unquam exstiturus est: absurda enim hæc lex foret, quæ unicuique e populo jus usurpandi imperium permitteret.

„ii) (QUÆ VOLUNTAS SEQUENDA HAUT DUBIO ESSET: &c.) Quia ex pacto suo, adeoque ex lege naturæ, non ex lege a se lata obligatur.

„kk) (QUIA

imperium obtinente, [kk] quia non ad imperium ipſum, ſed ad ejus habendi modum pertineret: quo de diſcrimine [ll] alibi diximus.

§. XIII.

[a] Ea vero quæ de ſummi imperii natura non ſunt, nec ut proprietates naturales ad eam pertinent, ſed aut ſeparari ab ea naturaliter poſſunt, [b] aut ſaltem cum aliis communicari, [c] omnino ſubjacent legibus populi cujusque civilibus quæ de uſucapione & præſcriptione facta ſunt. Sic ſubditos eſſe videmus, [d] qui præſcriptione acquiſierunt ut appellari ab iis non poſſit: [e] ita tamen ut ſemper aliqua ab eis ſit provocatio, per ſupplicationem ſcilicet, vel alium modum. Nam ut ab aliquo nulla ratione poſſit provocari, [f] cum perſona ſubditi pugnat, [g] ac proinde ad ſummum imperium aut partem ejus pertinet, nec poteſt aliter acquiri quam ſecundum jus naturale [h] cui ſumma imperia ſubjacent.

Covarruv. c. poſſeſſor. part. 2. § 2. num. 12. 13.

§. XIV.

[a] Ex his apparet quatenus recipi poſſit [b] quod ajunt nonnulli, ſemper licere ſubditis ſi poſſint [c] in libertatem, eam ſcilicet quæ populi

„kk) (QUIA NON AD IMPERIUM IPSUM SED AD „EJUS HABENDI MODUM PERTINET:) Quod ex- „plicavimus ſupra. *L. I. c. 3. §. 11. n. 1. & §. 16. n.* „*4.* Jus enim imperii pleniſſime eſt penes regem, „etſi ſub certis legibus & conditionibus delatum ſit; „quia has leges vi conſenſus & pacti, adeoque „ipſo jure naturæ ſervare tenetur:

„ll) (ALIBI:) *d. l. 1. c. 3. §. 11. & 16.*

„a) (EA VERO QUÆ DE SUMMI IMPERII NATU- „RA NON SUNT &c.) Adeoque quæ ad ſubſtantiam „majeſtatis non pertinent; ea enim jure directo „quoque a majeſtati ſeparari & in alios transferri „poſſunt. *B. Par. jus publ. c.* 21. 5. & 6.

„b) (AUT SALTEM CUM ALIIS COMMUNICARI:) „Uti regalia minora, quæ ad commoda privata, „vel voluptatem principis pertinent: ut venationes „&c. quæ non alio ſenſu regalia dicuntur quam „quia non privatis ſed principi competunt. *d. c. 21.* „*§. 5. & 6.*

c) (OMNINO SUBJACENT LEGIBUS POPULI: &c.) „Adeoque res principis, res fiſci, & res civitatis ac- „quiri poſſunt, ſi princeps talem legem dixit: uti „jure Romano factum. *L. f. C. de fund. patr. L.* „4. *C. præſcr.* 30. *ann.*

„d) (QUI PRÆSCRIPTIONE ACQUISIERUNT UT „APPELLARI AB IIS NON POSSIT:) Subditus enim „hic non acquirit partem imperii, ſed privilegium, „quod princeps concedere expreſſe poteſt, adeo- „que & tacite.

„e) (ITA TAMEN UT SEMPER ALIQUA AB IIS SIT „PROVOCATIO:) Hoc dependet ex lege conceſſionis: „Sane Electores adeo gaudent illo privilegio, ut ſub- „ditis nec ob denegatam juſtitiam provocare ad „judicia imperii liceat: uti id præjudiciis probavi „in *Jure meo Controv. tit. de appellat. quæſt.* 4. Quan- „quam alii contrarium ſtatuant. *Vid. Furſten. de ſu-* „*prem. c. 42. in fin. Menoch. conſ. 1192. in fin. Teſm.* „*in not. b.*

„f) (CUM PERSONA SUBDITI PUGNAT:) Imo „non pugnat; etſi enim ex voluntate & diſpoſi- „tione principis appellatio a ſententia ſubditi non „obtineat, non tamen ideo ſubditus eſſe deſinit, „quia exemtionem illam non habet jure proprio, „ſed ex privilegio principis, in cujus arbitrio eſt „certas ſtatuere inſtantias.

g) (AC PROINDE AD SUMMUM IMPERIUM AUT „PARTEM EJUS PERTINET:) Scl. ad jus leges ferendi.

„*) (NEC POTEST ALITER ACQUIRI QUAM SE- „CUNDUM JUS NATURÆ,) i. e. ſi adſunt conjecturæ „naturales *§. præced. n. 2.* de quibus conjecturis „ſupra egit *§. 3. ſeq.* At diximus ibidem ex conje- „cturis non amitti imperium; nedum id acquiri oc- „cupanti ex tacita derelictione, cum nec expreſsà „poſſit.

„h) (CUI IMPERIA SUBJACENT:) Imperia enim „ſuperiorem non habent, adeoque cauſæ ejus ex „ſolo naturæ jure deciduntur.

a) (EX HIS APPARET QUATENUS RECIPI POSSIT &c.) Quærit Author an populus, olim vi ſubjugatus, ſe in libertatem recipere poſſit? & reſpondet poſſe: niſi jus ſuum amiſerit vel deditione, vel ultima victoria, vel naturali præſcriptione, i. e. remiſſione juris vel verbis vel ſignis facta:

b) (Grot.) (QUOD AJUNT NONNULLI:) Ut Vasquius dicto libro II. c. LXXXII. n. 3.

„c) (IN LIBERTATEM, EAM SCL. QUÆ POPULI „EST:) i. e. in libertatem publicam. *Vid. lib. I. c.* „*3. §. 12. n. 1.*

„d) (SE VINDICARE:) Jure ſcilicet poſtliminii, ſi „vi

puli est, [d] se vindicare; quia [e] quod vi partum est imperium, vi possit dissolvi; [f] quod autem ex voluntate sit profectum, in eo pœnitere liceat, & mutare voluntatem. [g] Nam & quæ vi parta primum sunt imperia, possunt ex voluntate tacita jus firmum accipere, [h] & voluntas [i] aut ex initio constituti imperii [k] aut ex post facto esse potest talis, [l] ut jus det quod in posterum a voluntate non pendeat. Agrippa rex [m] apud Josephum in oratione ad Judæos, qui ex præpostero repetitæ libertatis studio Zelotæ dicti sunt, sic ait: *Intempestivum est nunc libertatem concupiscere. Olim ne ea amitteretur certatum oportuit. Nam servitutis periculum facere durum est, & ne id subeatur, honesta certatio. At qui semel subactus deficit, non libertatis amans dicendus est, sed servus contumax.* Atque [n] ipse Josephus ad eosdem: [o] *Honestum quidem est pugnare pro libertate, sed id olim factum oportuit. At qui victi semel sunt, & longo tempore paruerunt, si jugum excutiant, faciunt quod desperatorum hominum est, non quod libertatem amantium.* Et hoc ipsum Cyrus olim Armenio regi dixerat, [p] qui rebellioni suæ obtendebat libertatis pridem amissæ desiderium.

De bell. Jud Lib. 31 c. 16. § 4. Ed. Hudson.

De bell. Jud Lib. v. c. 9. §. 4.

Xenoph. de Cyri instit. L. 111. c. 1. §. 6, 7.

2 Cæ-

„vi partum est imperium. *Vid. l. 3. c. 9. §. 9. & 12.* „*l. 3. c. 16. §. 4.*

„e) (QUIA QUOD VI PARTUM EST IMPERIUM VI „POSSIT DISSOLVI·) Injuria enim longo tempore „non corrigi sed augeri videtur: adeoque is qui „vi occupat imperium ex vitioso hoc titulo nun„quam jus videtur acquirere posse.

„f) (QUOD AUTEM EX VOLUNTATE SIT PROFE„CTUM IN EO POENITERE LICEAT:) Rationem ad„dit Vasquius *d. l. n. 3. & 4.* quod subditi ob utili„tatem suam se subjecerint regi, unumquemque au„tem suæ utilitati renunciare posse.

„g) (NAM ET QUÆ VI PARTA SINT IMPERIA „POSSUNT EX VOLUNTATE TACITA JUS FIRMUM AC„QUIRERE:) Author rationem a Vasquio allegatam, „*quod regna vi quæsita vi dissolvi possint* rejicit; „quia voluntate tacita populi victi jus firmum ac„quirere possint. At vera ratio est, quod ultima vi„ctoria, seu deditio, jure gentium semper sit justus „titulus acquisitionis: civitas igitur bello victa in „perpetuum amittit imperium, species civitatis in„terit, eaque dependet ab arbitrio civitatis victricis. „Adeoque hactenus verum est, hunc populum se se „in libertatem amplius vindicare non posse, & me„rito talia conantes servos rebelles vocat Agrippa: „Secus igitur si bellum nondum finitum est, sed „vel proceres civitatis, vel Princeps ipse victus, „vel socii ejus causam civitatis adhuc defendunt; „tunc enim jure postliminii pristinam libertatem „recipere possunt. *Vid. L. 2. c. 9. §. 9. & 12. c. 16. §. 4.*

„Neque *obstat* omnes homines natura liberos „esse, adeoque eos libertatem semper bello vindica„ri posse: at bene respondet Grotius *lib. 2. c. 22.* „*§. 11.* hoc jus natura quæsitum facto hominum „justa præcedente causa auferri posse.

„h) (ET VOLUNTAS &c. ESSE POTEST TALIS „&c.) Refutat Grotius alteram thesin Vasquii, *quod* „*civitas quæ imperium in principem contulit, pœni„tere possit;* voluntatem enim jus quoque posse „dare non revocabile ait: At vera ratio est, quod „imperium pacto delatum utriusque consensu con„stituatur, adeoque mutua quædam subsit præsta„tio; unde utrique jus quæritur, quod non nisi mu„tuo consensu tolli potest.

„i) (AUT EX INITIO CONSTITUTI IMPERII:) „Si populus ultro jus imperi in unum transfert.

„k) (AUT EX POSTFACTO:) Si populus impe„rium vi partum nova voluntate confirmat. *Vid.* „*l. 1. c. 4. §. 15. n. 1. & §. 16.*

„l) (UT JUS DET QUOD IN POSTERUM A VO„LUNTATE NON PENDEAT:) Multa enim sunt ab „initio voluntatis, quæ postea fiunt necessitatis. „*Conf. l. 1. c. 4. §. 11.*

„m) (APUD JOSEPHUM:) *De bell. jud. L. 2. c. 16.* „Notandum est Judæos jure victoriæ Romanis pa„ruisse, adeoque titulo justo, qui nec ab initio ex „voluntate dependebat, imperio Romano subfuisse.

„n) (IPSE JOSEPHUS:) *De bell. Iud l. 6. c. 11.*

o) (Grot.) (HONESTUM QUIDEM EST PUGNARE:) Eadem ferme verba reperias in oratione Comitis Blanderatensis ad Mediolanenses apud *Radevicum* 1. c. 40.

„p) (QUI REBELLIONI SUÆ OBTENDEBAT LI„BERTATIS PRIDEM AMISSÆ DESIDERIUM:) *Xe„noph. Cyrop. 3. p. m.* 69. ibi, *libertatis, inquit* „(Armenus) *cupiditate tenebar. Nam præclarum* „*mihi visum est, & me liberum esse, & libertatem li„beris meis relinquere. Certe præclarum est, inquit* „*Cyrus, ita pugnare ne quis unquam servus fiat.* „*At si quis vel bello victus, vel quodam alio modo* „*redactus,*

2. Cæterum q quin & regis longa patientia r talis, qualem supra descripsimus, possit populo sufficere ad pariendam s libertatem publicam, t ex præsumta imperii derelictione, minime dubitandum arbitror.

§. XV.

Jura vero a quæ non habent quotidianum exercitium, sed semel ubi commodum erit, b ut luitio pignoris; c item jura libertatis quibus

„redactus in servitutem id moliri deprehendatur, „ut dominorum se potestate eximat, huic primus „ipse mihi dicito, utrum cen viro bono, & recte se „gerenti honorem habeas: an sum potius ut injuste „agentem plectas.

„q) (QUIN ET REGIS LONGA PATIENTIA POS„SIT POPULO SUFFICERE AD PARIENDAM LIBER„TATEM PUBLICAM &c.) Ex solo lapsu temporis „patientia illa non elicitur.

„r) (TALIS QUALEM SUPRA DESCRIPSIMUS:) „Unde scilicet animus derelinquendi apparet: at „solum silentium non sufficere notavimus *ad §. 1. „& seq. §. 7.*

„s) (LIBERTATEM PUBLICAM:) Ita ut status „jam non amplius sit regius sed popularis.

„t) (EX PRÆSUMTA IMPERII DERELICTIONE:) „Ex solo silentio naturaliter non præsumi dereli„ctionem sæpius dictum est.

(AD §. XV.) Male Author ait præscribi non posse rebus quæ continens exercitium non habent: Nam certum est servitutibus discontinuis, *l. 14. Servit. l. 6. Serv. urb. l. f. in f. C. præscr. long. temp. L. p. C. Servit. L. 16. Usufr. junct. l. 35. de Reg. jur.* juri reluendi pignoris, *l. 9. C. pign. act.* aliisque juribus quæ continuum exercitium non habent, præscribi posse:

Regula ergo est quod omnibus rebus præscribi possit: quæ regula tamdiu obtinet donec appareat restricta: Restricta autem duobus apparet casibus 1) si is qui rem per longam possessionem acquisiturus est, nullum jus intuitu alterius possidet: 2) si res ab alio acquiri natura non potest.

Prior exceptio sequitur ex natura præscriptionis, quæ nihil aliud est quam exceptio, qua ob negligentiam excluditur jus agendi ejus qui longo tempore alium jure illo uti passus est: Si proinde alter jure illo usus non est, tota præscriptionis ratio cessat: Si quis igitur eodem molendino longo tempore usus est, molitori inde jus nullum quæritur, nec hic cogere alterum potest ut continuet, quia res meræ facultatis est molere in hoc molendino vel in alio: nullum ergo jus alienum possidet molitor quod præscribere posset, Secus igitur si molitor mutare volentem impediverit, &, cum alibi molitum iret, prohibuerit, isque acquieverit, hoc ipso molitor jus aliquod in alterius actiones sibi arrogat, adeoque jus aliquod alienum tenet, quod præscribere potest.

Posterior exceptio itidem sequitur ex natura possessionis, si enim separari res a persona, i. e. alii acquiri natura non potest, cessat possessio juris alieni, adeoque termini præscriptionis non adsunt. Atque huc pertinent jus loquendi, edendi, ridendi &c. hæc per nullam dispositionem, adeoque nec per dispositionem legis in alium transferri possunt, unde nemini longo tempore jus acquiri potest ne loquar, ne videam &c.

ADDITIO.

„Res quæ continuum exercitium non habent „jure civili (nam jure naturæ præscriptionem plane „incognitam esse diximus) præscribi possunt, si „jus aliquod alienum possidemus: Atque hinc ser„vitutibus discontinuis præscribi potest, illæque „non usu amittuntur. *Vide Ius meum controv. L. „44. tit. 3. q. 3.* Idem de jure exigendi decimas, „vel annuos reditus dicendum: Vide tamen de prio„ribus *Gonzal. ad Ius Can. t. 3. p. 621. n. 2. Besoldi „conf. Tubing part. 1. conf. 19. per tot. & c.* De „posterioribus *Lynk. disp. de ann. redit. Carpz. ju„rispr. for. p. 2. c. 5. d. 4.*

„Aliud igitur dicendum si res est meræ voluntatis, „uti ire vel non ire. Hinc populus non amittit viam „publicam non utendo: *L. 2. ff. via publ.* nec is „qui longo tempore ex caupona cerevisiam petiit, „impediri prætextu præscriptionis potest alibi cere„visiam emere &c. *Struv. Ex. 43. §. 22. Hering „de Mol. q. 11. n. 66.* nisi caupo eum prohibuerit, „isque acquieverit, tunc enim jus in alterius actio„nem quæsivit.

„a) (QUÆ NON HABENT QUOTIDIANUM EXER„CITIUM:) Uti servitus itineris, non enim con„tinuo imus &c.

b) (Grot.) (UT LUITIO PIGNORIS:) Vide *Paruta* historia Veneta VII.

ADDITIO.

„Equidem cum Authore plures Doctores ne„gant juri reluendi pignoris præscribi posse: id„que tribus præjudiciis, cameræ imperialis pro„bat *Mynf. 1. c. 16.* Add. *Muller ad Struv. Ex. 41. „th. 22. Hahn ad tit. de Usurp. n. 14. Carpz. p. 2. „c. 1. def. 3. Laut. Comp. p. 135.* At rectius cum „*Schurfio. cent. 1. conf. 69. n. 25. Covar. 1. var. res „9. n. 1. et Pist. O. 88.* aliisque, statuimus, juri „reluendi 30. annis præscribi: Add. *jus meum con„troversum p. 1. L. 13. tit. 7. q. 19.*

„c) (ITEM JURA LIBERTATIS QUIBUS ACTUS „IS QUI EXERCETUR NON EST DIRECTE CONTRA„RIUS:) quo pertinent exempla cauponæ & mo„lendini modo allegata. Idem dicendum si quis „longo tempore per viam publicam non iverit; hoc „enim est res meræ voluntatis, unde alius nullum „jus prohibendi consequitur. *Vid. jus meum con„trov. L. 44. t. 3. q. 3.*

bus actus is qui exercetur non est directe contrarius, [d] sed ei inest ut pars suo integro; velut si quis per centum annos [e] societatem cum uno duntaxat vicino habuerit, cum tamen habere & cum aliis posset; [f] non amittuntur nisi ex quo tempore intercessit prohibitio aut coactio, eique paritum est cum sufficienti consensus significatione: quod cum non jure civili tantum, [g] sed & rationi naturali congruat, merito locum habebit [h] etiam inter summæ fortunæ homines.

CAPUT V.

De acquisitione originaria juris in personas: ubi de jure parentum: de matrimoniis: de collegiis: de jure in subditos: servos.

§. I.

„*d*) (SED ET INEST UT PARS SUO INTEGRO:) „Cum enim ubique cerevisiam petere possit, etiam „in illa caupona potest; adeoque per hanc volun„tatem non excluditur facultas alibi quoque „emendi.

„*e*) (SOCIETATEM CUM UNO DUNTAXAT VI„CINO HABUERIT:) Id enim res meri arbitrii „est, unde socio nullum jus competit impediendi, „quo minus cum alio societatem contrahere possit.

„*f*) (NON AMITTUNTUR, NISI EX QUO TEM„PORE INTERCESSIT PROHIBITIO:) Adeoque præ„scriptio in his juribus negativis tunc demum lo„cum habet, si alter jus sibi arrogat, v. g. si is qui „diu ex caupona cerevisiam emit, mutare volens „prohibeatur a caupone, ipseque acquiescat. *vid.* „*Hering. d. l. n.* 108. *Chassan. Cons. Burg. rubr.* 13. „*§.* 2. *n.* 16. *Rosenth. de feud c.* 5. *concl.* 25. *& seq.* „*Mev. p.* 7. *dec.* 267.

„*g*) (SED ET RATIONI NATURALI CONGRUAT:) „Sæpius dictum est, solum silentium non esse mo„dum amittendi juris naturalem.

„*h*) (ETIAM INTER SUMMÆ FORTUNÆ HOMI„NES:) i. e. inter summas potestates.

„) (NON

§. I.

[a] Non in res tantum, [b] sed & in personas jus quoddam acquiritur, [c] & originarie quidem ex generatione [d] consensu, [e] delicto. [f] Genera-

„a) (NON IN RES TANTUM:) Author NOSTRUM „aliquid fieri dixit, vel *communi hominum. jure* vel „*jure nostro singulari Vid. l.* 2. *c.* 2. §. 1. Singulari „jure nostrum fieri statuit, vel per acquisitionem „*rei*, vel per acquisitionem juris in *personam. Vid.* „*l.* 2. *c.* 3. §. 1. *junct. c.* 5. §. 1.

„Hactenus egit Author de acquisitione juris *in* „*res*, eaque tum originaria tum derivativa. *d. c.* 3. „§. 1. Hic de jure agit quod acquirimus in *personas*. „§. b.

„Ubi statim ab initio notandus est error Autho„ris, qui *jus personarum* refert ad id quod *nostrum* „est, adeoque ad *jura in re*: Unde personas *rerum* „nomine comprehendit, *l.* 2. *c.* 10. §. 1. et actio„nes ex hoc jure provenientes *reales* esse statuit. *d.* „*c.* 10. §. 1. Quod cum ratione juris naturalis & „Romani pugnat.

„*Jus* enim *personarum*, quatenus ad *statum homi-* „*num* pertinet, proprium objectum juris constituit, „& toto cœlo a jure rerum differt. *Jus* enim *per-* „*sonarum* afficit qualitatem personæ, quæ nihil „cum *rebus* commune habet; *jus rerum* afficit rem „ipsam, nulla habita ratione personæ. Ex *priori* jure „oriuntur actiones speciales quæ *præjudiciales* di„cuntur; quibus persequimur jus quod ex statu ho„minum nobis competit: ex *posteriori* actiones dan„tur quibus rei dominium & proprietatem perse„quimur. Cæterum actiones præjudiciales non es„se reales probavimus *in Differt. prooem XII.* §. 113.

b) (SED ET IN PERSONAS JUS QUODDAM ACQUIRITUR:) Singulari jure aliquid nostrum fieri originaria acquisitione dixit Author supra c 3. §. 1. Originarie autem acquiruntur vel res vel personæ; de illis hactenus egit Author *c.* 3. & 4. de personis nunc agemus.

Uti vero, omissis Authoris principiis, jus hominum in res in præcedentibus deduximus ex *Pos V. n.* 2. & 3. ita jus in personas demonstrabimus ex *Pos. V. n.* 4. & 5. Nam etsi naturali ratione homini in hominem nullum regulariter jus competat, duæ tamen hujus regulæ sunt exceptiones, 1) ex facto naturæ; quo pertinet jus quod parentibus competit in liberos: 2) ex facto hominum; quo referimus jus quod maritis competit in uxorem, magistratibus in subditos, dominis in servos. &c.

„*c*) (ET ORIGINARIE QUIDEM EX GENERATIONE:) Male jus quod ex generatione oritur re„fert ad id quod *nostrum* est: uti initio h. §. vidi„mus: Jus hoc oritur ex *statu hominum*, adeoque „ex *jure personarum*, unde non oriuntur actiones „reales sed præjudiciales:

„*d*) (CONSENSU:) Unde deducit jus mariti in „uxorem, jus patrisfamilias in famulos, jus collegii „in singulos, jus magistratus in subditos. Vid. §. 8. *seq.*

„*e*) (DELICTO:) Si quis in pœnam alieno do„minio subjicitur. *Vid.* §. 32.

„Ex eis quæ initio hujus §. diximus apparet, Au„torem male jura quæ ex *consensu* vel *delicto* in „personas oriuntur, referre ad id *quod nostrum est*, i.e. „ad jura in re, & ad acquisitiones originarias, quæ „tantum ad *res* pertinent: Hæc enim jura ad aliud „objectum juris, nimirum ad jus personarum, quod „ex statu hominum oritur, referri debent, unde „non actiones reales, sed præjudiciales dantur.

f) (GENERATIONE PARENTIBUS JUS ACQUIRITUR IN LIBEROS:) Cum admodum Authores differant in deducenda origine patriæ potestatis, præmitti principia juris naturæ necesse est, antequam nos ad interpretationem Authoris accingamus.

PROPOSITIO I.

Natura lex est, ut infantes educentur ad maturitatem: adeoque natura educatio est necessaria.

DEMONSTRATIO.

Naturam voluisse infantes immaturos fieri maturos, probatur 1) ex ipso facto creationis, ejusque fine: natura enim animantibus singulis facultatem dedit propagandi speciem eandem, ea intentione ut species similis conservetur: hæc autem propagatio, adeoque hic finis creationis, obtineri nequit nisi species similis fiat generanti, & pariter generare possit, alias enim non continuaretur propagatio: Dum igitur 2) natura vult propagari humanum genus, necessario etiam vult media, sine quu propagatio fieri non potest; at non potest citra educationem: nam remota educatione semina humani generis, scilicet infantes, necessario peritura essent. Neque enim 3) partus maturus fit ex quo editur, neque generatio absolvitur per nativitatem prolis, sed incipit in utero, & absolvitur per educationem extra uterum, idque per varios gradus: Nam 4) actio generationis incipit a rudi semine; concepto partui accedit ratio; membrorum delineatio; perfectio organorum septimo mense; & tandem sequitur editio partus. At nondum maturus *hoc modo est* partus; nondum enim se exhibere potest, nedum propagationem generis humani continuare: hinc voluit natura eum porro maturari. Sane prudens & provida natura noluit partum in utero perfici; noluit inquam foetum usque ad pubertatem, seu plenam maturitatem, in utero materno manere, tum ne nimium excrescat moles, eoque exitus impossibilia fiat, tum ne facultatem generandi accipiant nuviter nati antequam rationis & intellectus usum habeant, quia generatio, eique conjuncta officia, sine intellectu perfici non possunt. Divisit igitur natura actum generationis, voluit partum extra uterum per alimenta educari, usque dum omnia organa & facultates naturales ei accedant. ultimum autem organorum est vis seminis & facultas generandi: Sed & 5) educandi necessitas apparet ex creatione mammarum quarum extra educationem usus non est: 6) Frustra terra condi-

ta esset, si ante pereundum infantibus quam uti ea possent: natura autem nihil frustra fecit. *Pos. IV. n. f.* Accedit 7) exemplum omnium animantium, quæ natura educatione conservat & propagat, indito ad id generantibus motu universali *Pos. IV. n.* 1.

PROPOSITIO. II.

Officium educandi a natura injunctum est parentibus: Atque in eo consistit patria potestas.

DEMONSTRATIO.

Dictum 1) in præcedentibus est, propagationem incipere quidem in utero, sed absolvi extra uterum, & non nisi cum plena maturitate finiri: Cum ergo natura initium injunxerit generantibus eisdem etiam injunxit finem seu perfectionem, cum unum negotium actusque sit. Neque enim 2) divisit natura actum propagationis, qui unus est, neque alii initium, alii finem commisisse apparet: Sed & 3) cum omnes non possint educare omnes, necessario sequitur certis, saltem personis natura curam hanc commisissam esse, at non apparet aliis id commissum esse nisi parentibus, quia ratio non est cur extraneis potius, ad quos proles nulla ratione pertinet, quam parentibus, qui eam in lucem produxere, cura hæc commissa videatur: Unde 4) natura quoque omnium animantium parentibus vehementissimum instinctum indidit, prolem educandi; eoque genus suum conservandi: Atque hinc 5) JCti Romani educationem liberorum ad illud jus naturæ referunt, quod natura omnia animalia docuit: Inque eo 6) omnes gentes conveniunt, de quo vide *Joseph. L. 2. c. App. Richt. Ax. Oecon.* 51. & 52. *Grot. h. c. §.* 2. *ibid. Tesm. lit. c. & g. Albert. de J. N. p.* 2. *f.* 286. *Senec. Consf. ad Martiam. c.* 12.

ADDITIO.

„Uberius hanc rem & hæc principia explicavit „B. Parens in tribus dissertationibus, quas, quoad „passus concernentes, hic inserere operæ pretium „duxi:

„*Primo* huc pertinet dissertatio *de jure generationis:* ubi originem patriæ potestatis ita explicat. „Patriam in liberos potestatem nemo non agnoscit, causam omnes anxie quærunt. Communiter pro argumento afferunt generationem, filiosque in potestate patrum hoc ipso esse contendunt, quod ab iis generati sunt; quod sequitur „*Grot. L.* 1. *c.* 5. *§.* 1. & commendat oratoris more „Boeclerus ad *Grot. d. l.* idem defendit. *Lud. Praschius diss. de bono cive §.* 7. Affertur argumentatio Quintiliani in *declam.* 13. *an fieri potest,* inquit, „*ut quod nascitur meum sit, quod generat, alienum:* & Philonis sententia, *parentes gignendo* „*Deum referre.*

„Merito tamen rehitat hoc Hobbesius *de cive* „*c.* 9, *§.* 1. & negat meum esse quod a me genitum est, quia nulla connexio est inter hæc duo: „*generare & dominium acquirere:* Nec sane ulla „in iis apparet ratio qua invicem conveniant, & „alterum de altero deduci possit. Fefellit eos observatio legum, quibus quod ex re mea nascitur, „meum esse dicitur, *l.* 49. *§.* 1. *de R V. l.* 12. *§.* 3. „*ad exhib.* Ejus enim juris causa, non est ipsa „generatio, sed rerum istarum natura; quæ ad utilitatem hominum sunt conditæ, indeque homo, „cujus qualibet res est, ea uti, ceu, quod idem, „quicquid utilitatis inde nascitur, percipere potest: „& de iis rebus quoque loquitur *Quintilianus d. l.* „Quid hoc ad generationem hominis, quem non, „ut cæteras res, hominum causa nasci JCti quoque Romani satis perspexere.

„Ipse vero Hobbesius aliam sed leviorem rationem substituit: quod dominium infantis ejus „sit qui primus in potestate sua eum habet, indeque pessime concludit, matrem originaliter esse „dominam, & partum, ut in exteris, ventrem sequi. *d. c.* 9. *§.* 3. 4. & *Leviath. c.* 20. Multa „hic sunt erronea supposita: 1) falsum quod occupatio, qua res in alienjus potestatem redigitur, „uti aliarum rerum, ita hominis quoque adquirendi, modus sit legitimus: reliquæ enim res ideo „natæ sunt, ut occupentur ab hominibus, homo „non est: 2) falsum quod hic talis occupatio fiat „a matre, ubi nec res nullius, nec occupabilis est, „nec animus occupandi seu possidendi: 3) falsum „quod hoc posito potius videretur in potestate „matris quam patris; agimus enim de filio, qui „ex nuptiis, (quæ cohabitationem conjugum inferunt *§.* 1. *pat. pot.*) nascitur, in illa autem cohabitatione omnia sunt in custodia & potestate patris, non matris. 4) Cum talem intelligat occupationem, uti victor victum in potestatem redigit, *d. c.* 9. *§.* 3. nemo hominum esset liber, „sed omnes in dominio matris: & quid 5) absurdius, „quam, cum ipse sæpius statuat homines naturaliter in libertate nasci, per eandem nativitatem „eos occupatos & in dominium matris redactos „statuere? Equidem extra nuptias placuit partum „sequi ventrem, non quasi is in patris potestate „non nascatur, (nam ex ratione juris & hic erit in „potestate patris,) Sed pater nescitur, adeoque jus „suum ipsi certo tribui nequit.

„Alii patrem dominum filii statuunt, quia is ex „corpore, quod in dominio patris est, nascitur: „Hos potius comparationem quam rationem ista „ait *Boeclerus d. l.* Sed quisquis ejus sit sensus, nihil „absurdius quam homines & uxores considerare „ut res in patrimonio nostro. Alii ideo, quia filius est pars substantiæ parentum, & portio viscerum: Sed hoc verum quamdiu iis conjunctus est; „secus ubi per nativitatem ab iis separatus est: *l.* 1. „*ff. de insp. vent,* nondum ergo hinc apparet, unde patria potestas oriatur postquam seorsim novus homo extitit, cui eadem jura, quæ patri, „competunt.

„Sunt, qui filium ad matrem jure soli referunt, „& proinde, eum semen cedat solo, jus matris „potius statuere necesse habent: Subtilis est illa „JCti philosophia *in l.* 25. *pr. de Usur.* Ubi jus „seminis & soli comparat, & hoc præfert: *Omnis,* „inquit, *fructus non jure seminis, sed jure soli percipitur. d. l.* 25. *pr. Et* mox: *In fructibus magis* „*corporis jus, ex quo percipiuntur, quam seminis,* „*ex quo oriuntur, aspicitur d. l.* 25. § 1. Cui „consequens esset, ut mater in jure filii præferretur. Cæterum errat qui hoc aut similibus accessionum modis dominium adquiri putat: Contrarium enim ex ipso jure civili patet, quod ea „qui

„qui mala fide in alieno ædificavit, ædificium tol-„lere concedit, *l.* 37. *R. V.* quod fieri non posset, „nisi id ipsius adhuc esset. Nec vero, quod res „mea alteri adhæreat vel mixta sit, ideo mihi illa „auferri, & alterius lucro cedere debet: Sed cum „separari iterum sine dispendio saltem meo ne-„queat, adeoque neutri sua portio salva esse possit, „hinc necessario alterutri tota adjudicanda est sub „lege refundendi precii, adeoque per modum em-„tionis & adjudicationis: Sed cui? Jure naturæ ei „cujus magis interest, cui minus imputari possit. &c. „Sed jure civili certa regula præscripta est, ut res „minor cedat potiori, & totum quasi in unum cor-„pus coactum, formam hujus sequatur: qua ratio-„ne semen quoque solo cedit.

„Nihil ergo hoc ad partum, qui nec precio, nec „naturaliter ex jure soli, (utpote quod civile est „*per* §. 7.) æstimari, nec ut fructus acquiri potest.

„His ergo rejectis opinionibus, patriam pote-„statem duplici fundamento demonstramus: Pri-„mum tale est. 1.) Homo omnium actionum „suarum dominus est, idque ratione mentis seu „voluntatis suæ; quia hujus imperia omnia corpo-„ris membra tanquam instrumenta subeunt, ita „ut id agant quod voluntas imperat: unde ea demum „est actio nostra, quæ a nobis, id est, a mente „seu voluntate nostra procedit, in eoque consistit „dominium in nostra membra, eorumque actio-„nes, quod a nostra voluntate & arbitrio exercen-„tur; reliquæ actiones, quæ inde non procedunt, „non sunt nostræ, sed ejus qui eas quasi movet. „2) Igitur & tota illa actio, qua parentes per con-„suetudinem conjugalem suorum quasi viscerum „partes miscent ad propagandam speciem sibi si-„milem, est in ipsorum potestate, & totius hujus „actionis illi sunt domini, 3.) Tota autem il-„la actio non terminatur generatione, sed par-„tus ad suam maturitatem perductione; etsi enim „infans homo sit, & rationis potestate, qua ipsius „quoque actiones ipsi subsunt, præditus, cum tamen „illa ratione uti non possit, adeoque nondum exi-„stat species gignentibus similis, nedum quæ ean-„dem speciem continuare possit, hinc nondum „actio propagandæ speciei humanæ ad finem per-„ducta est. 4) Sequitur ergo, quod tota hæc actio „cum ipso partu perinde adhuc sit in potestate pa-„rentum, ac si ab eis separatus nondum esset: „uti effectus tamdiu videtur adhuc esse in suis „causis donec ipse per se, seu extra suas cau-„sas plene existat. Tunc ergo demum homo vere „propagatus & extra suas causas existere videtur., „quando species gignentibus similis existit, i. e. „quæ, uti propagantes, propria mente regi, & ean-„dem speciem continuare potest; quod naturali-„ter fit pubertate, qua homo generandi, & sic fa-„miliam propriam constituendi regendique facul-„tatem consequitur.

„Alterum fundamentum est, quia natura cum „generatione individuo nexu educationem con-„junxit; eumque in finem, & ne ea separetur, ge-„neranti vehementissimos motus ad educandum in-„junxit, uti in brutis omnibus evidentissime „apparet: Ex instituto ergo naturæ, genitum „est in potestate gignentis, perinde ac si adhuc cum „ipso conjunctum esset, quia, ut dictum, educatio „ex instituto naturæ nihil aliud est quam genera-„tionis quasi continuatio.

„Patet ergo, partum esse in utriusque parentis „potestate, sed inæqualiter; ita ut præcipuæ sint par-„tes patris, tanquam in ipsam quoque uxorem im-„perium œconomicum habentis; quod longius ex-„sequi jam nec instituti, nec chartæ modus per-„mittit.

Secundo B. Parens materiam hanc illustravit in „*disp. de Privilegiis patriæ potestatis*, his verbis:

„Consideraturus hanc patriam potestatem, pri-„vilegiorum uberrimum campum invenio, nam in-„definita olim fuit; & neque finem, neque mo-„dum agnovit apud Romanos; extendebatur enim „ad omne vitæ tempus, ad summos etiam si filius „evectus fuisset honores: immensa non minus, „quæ non bona, sed, vitam ipsam tengebat, *l.* 11. „*de lib. & posth.* Quamvis enim jure naturæ omni-„bus parentibus privilegia multa & jura sint con-„cessa, *Arist.* 8. *Ethic.* 12. §. 1. *Polit.* 12. Romanis „tamen effrena in liberos potestas relicta, §. 2. *I. de* „*pat. pot.* ita, ut hæc potestas aliquam formam pe-„culiarem hoc jure, sed inter ipsos Romanos pro-„priam, receperit. Alb. Gentil. *de Nupt. Lib.* 4. *c.* 1. „Hinc Grotius de *Iur. bell. & pac. Lib.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* „*n.* 5. summam potestatem penes patres ait, quod „& Bodinus *L.* 1. *de republ.* asserit. Sed & ad consan-„guineos vel proximos nonnihil potestatis trans-„missum fuit, cujusmodi quid in regnis Persiæ ob-„servari tradunt Olearius & Tavernier, ut scl. jus „supplicium de delinquente sumendi, relinquatur „ipsis qui proxime occisum sanguine attingunt.

„Caussam hujus potestatis, varii varie quæsive-„runt. Generationem satis causæ esse contendit „Grotius, *L.* 2. *c.* 5. §. 1. quem copia commentario-„rum sequitur, qui uno ore fatentur, eam causam „esse quare jus in liberos parentibus potius, quam „aliis conferatur. Recte autem Hobbes *de cive* re-„pellit hanc sententiam, sed pejorem substituit cau-„sam *cap.* 9. §. 2. §. *seq.* ubi matri tribuit originale „jus in liberos, patri autem non nisi derivatum ad-„scribit, a quo recedit merito D. Ziegler ad dictum „locum Grotii: Aliis, uti fœtus pars viscerum, ita & „partus pars matris dicitur, alii aliter ex jura feminis, „& similia: quæ tanquam minus convenientia hic re-„jicimus, quoniam regula, jus fructuum esse ejus „cujus res est, fallit in homine, qui creatus ut sit „dominus, non autem ut sit in dominio. B. Pufen-„dorfius de *I. Nat. L.* 6. *c.* 2. §. 4. statuit genera-„tionem dare occasionem patriæ potestati, non „vero esse solam causam. Sed eam ex præsumtioni-„bus deducit, nempe si filii essent maturæ ætatis, „se sponte præsumi subjecisse, uti videre est *d. l.* „*verb. præsumitur p.* 908.

„Res ita se habet, jure naturæ quidem homini „in hominem non competit potestas, sed omnes „homines juribus & potentiis agendi a natura æ-„qualiter præditi sunt, at hoc tamdiu, quoad aliud „appareat a natura constitutum. Imprimis vero „jus educandi liberos, & quæ eo pertinent, mani-„festum est a Creatore injunctum esse: Voluit „enim Creator homines educari qui nati sunt, ne „statim iterum perirent, & sic per consequens to-

„tum genus humanum brevi destruatur. Hoc vero jus, officiumque educandi recens natos, ipsis „parentibus a creatore nostro injunctum esse patet „omnino ex illo ad educandum studio, motu, ac „instinctu vehementissimo, quem una in generantibus non modo hominibus, sed & animalibus „cætera magna providentia condidit, στοργὴν vocant; Neque vero cum educationem a certis personis fieri necessum sit, ulla apparet ratio, cur „extraneis potius quam ipsis generantibus hoc munus injunxerit. Idemque ex naturæ intentione „generali liquet, quæ hoc egit in omnium animalium creatione, ut species propagetur, i. e. species „gignenti similis producatur; similis autem gignenti species hactenus non est, nisi ad eam saltem ætatem perducta sit, ut & ipsa gignere & speciem „propagare possit; quam proinde maturitatem cum „proles a parentibus ex generatione non accipiat, „opus est eousque eorundem parentum educatione, donec & ipsi gignere, & se suamque familiam exhibere possint. Hocque educationis jus „facit revera patriam potestatem, quam ita si consideres juris est naturæ.

„*Tertio* nervose B. Parens jus patriæ potestatis deduxit *in Disp. de Tutel. illustrium Sect. 1. §. 3.* Natura „equidem, ait ibidem, constitutos ad id esse parentes ut curam impuberum, qui ab ipsis geniti sunt, „gerant, per plurimas rationes probari potest. Et „luculenter satis id apparet ex instinctibus illis, quos „non tantum hominibus, sed ipsis brotis a natura „ad alendum educandumque prolem suam inditos „videmus; unde & Euripides in Dyctie tragœdia „*hanc unam omnium legem esse ait, quæ & hominibus inter se, & cum cæteris animantibus communis sit:* Ex liberorum educationem juris naturalis, quod natura omnia animalia docuit, esse „tum ICtus *in L. 3. de Just. & jur.* tum Impp. „passim tradunt in *pr. I. de Iur. N. G. & Civ. L. „f. §. 5. C. de bonis quæ lib. & in l. un. §. 5. vers. „fileat C. de Rei uxor. act.* ubi hoc ipsum vocant „naturalem stimulum. Neque alias obscura est ea „naturæ ac Creatoris intentio, qui id egit, voluitque „ut animalium inprimis species conservarentur, & „quasi æternarent propagatione, quod fieri nequit nisi species producta aliam speciem porro „propagare possit. Cum itaque id homo non possit cum editur, sed cum pubescit, constat, durare „hunc actum gignentium, quo speciem similem „propagaturi sunt, usque ad pubertatem, nec ante „consummatum prorsus videri hoc propagationis „quasi negotium, sed quodammodo imperfectum. „Adeo itaque gignentium officio cohærat geniti „usque ad pubertatem educatio, ut hæc ipsius generationis continuatio, & quasi quædam ejus τελείωσις videatur. Quod autem divisa sint hujus actus seu propagationis tempora, &, ex quo „homo ita organis est instructus ut seorsim vitam „agere possit, separetur a parente, quodque reliquum est propagationis extra uterum perficiatur, „id plurima quidem naturæ providentia factum apparet, quo partus facilius, & majore cum suo „tum gignentium commodo crescere, ipsæ interim „propagationes multiplicari, & homo editus ea, quæ „usu sensuque percipienda sunt, haurire, ipseque ad„eo rationis usus maturescere ante pubertatem possit, neque ante prolis generandæ (quod pubertate „consequitur) quam ejus educandæ facultatem a natura adeptus videretur. Quod tamen non impedit, „quo minus ista educatio, pars quasi generationis, „cum gignentium adeo officio conjuncta connexaque sit. Accedit, quod, cum alibi deduximus, tutelam adeo necessariam esse humanæ societati, ut sine ea brevi interitura sit, nulla profsus ratio reddi queat, cur hæc educatio, quæ a „certa persona fieri debet, potius extraneo quam „parentibus competat, cum tamen ad hos tantum „liberi pertineant, & nulla ipsis cum extraneo „connexio sit: Et hoc quidem adeo verum est, ut „hanc tutelam vix aliis parentibus mandari posse „putem, cum eorum personalem industriam exegerit natura, uti in casu non dissimili, lactationis scl. a matre præstandæ, disserit *Gellius Noct. „Att. L. 12. c. 1.*

„Hactenus de principiis B. Parentis. Nos alia „ratione originem patriæ potestatis demonstravimus *in Dissert. proœm. XII. §. 141. & 148.*

„*I.* Mas enim, genus suum propagaturus, sociam propagationis sibi eligit, fœminam nimirum, quæ usum corporis sui ad eum finem præberet.

„*II.* Fœmina, quæ mari ea intentione usum corporis sui præbet, consentit ut mas sobolem ex „suo corpore sibi procreare possit, atque ideo in „ejus domum & familiam transit, corpusque „suum ejus potestati ac custodiæ tradit.

„*III.* Sponte igitur hinc sequitur, soli patri jus, „uti in semen, ita in partum ex eo natum competere; Eodem modo uti is qui grana sua alieno fundo, consentiente domino, injicit, fructus sibi soli acquirit: Atque hinc notanter ICtus in *l. 1. „§. 1. ff. de insp. ventre* ait: *patrem liberos, uxore ex ejus semine natos, suo jure vindicare.*

„*IV.* Hæc igitur vera origo est patriæ potestatis, quæ non tam *ex generatione*, (utpote in qua „æque mater ac pater concurrunt,) quam *ex consensu & jure seminis* oritur: cujus effectus est, ut patri „jus aliquod in liberos competat, tanquam ex suo „semine ortos; & tanquam membra suæ domus, „suæque familiæ, idque consensu uxoris. *Vid. „Dissert. proœm. XII. §. 149. seq.*

„*V.* Hinc jam porro sequitur, patrem & liberos „pro una persona haberi, liberos esse instrumentum patris, & omnia ei acquirere: præterea „actiones liberorum dependere ab arbitrio patris, „capitis familiæ, & domini domus. &c. *d. §. 159. „seq.* Imo imperium quoque, eoque jus vitæ & „necis, in statu naturali patri in liberos competere „probavimus *ibid.*

PROPOSITIO III.

Sub hac educatione omnia continentur sine quibus infantes ad maturitatem perduci non possunt.

DEMONSTRATIO.

Adeoque non tantum alimenta, de quibus infra *L. 7. §. 5. & 6. ibique not.* sed & cura bonorum, moderamen morum, defensio &c. eo pertinent, per *Pos. 4. n. 4.* Unde hæc sola tutela a natura est. *Vid. disp. de tut. illustr. sect. 1. §. 4.*

ADDI-

ADDITIO.

Nos tutelam legitimam agnatorum imo & tutelam dativam, a natura originem habere probavimus in *Diss. Prooem. XII.* §. 186. §. 188.

PROPOSITIO IV.

Educandi officium utrique parentum commune est.

DEMONSTRATIO.

Nam eadem in utroque est educationis ratio: Satis de hac naturæ lege testatur instinctus omnibus generantibus communis, quo uterque parens in educationem sobolis fertur: idque de matre extra dubium est, utpote cui natura in hunc solum finem mammas dedit, ut alat, i. e. ad maturitatem ulteriorem partum producat. Sed & experientia in quibusdam avibus, qui nomen a canariis habent, docet mares foeminas alere ne nidum deserant, fœminas autem alimenta post binam concoctionem soboli communicare:

PROPOSITIO V.

Si in educationis officio contendunt pater & mater, præcipuæ sunt partes patris.

DEMONSTRATIO.

Ratio in aprico est; quia patris educatio perfectior & cum majori prudentia conjuncta est; quin ipsa uxor imperio mariti subest, uti plenius demonstrabitur *infra* §. 2. & §. 8.

Neque *obstat*, potiores videri partes matris, utpote cum diutius foveatur visceribus matris, & formam humanam in utero acquirat, indeque potius portio matris quam patris videatur: Nam origo tamen est a patre, & ex semine patris concipitur partus.

Obstat porro, quod in brutis natura id officium matri potius injunxisse videatur: Resp. Hoc in genere verum non est, nam in maribus quoque vestigia sunt patris & foetum alentis & eum tuentis. Sed & alia ratio est in brutis alia in hominibus: In illis vel minus vel plane non est, necessaria educatio patris, quia in alimentis tantum consistit, quæ mater facile præstare potest, inprimis cum fœtus ipse brevi tempore ad eam perveniat maturitatem ut sibi alendo sufficiat. Secus ac in homine, in quo difficilior & diuturnior est alendi ratio, utpote quæ deficit in matre ex quo dentes erescunt, sed et ingenium formari debet, quod, cum prudentiæ sit, magis patri id incumbit: Genus enim masculinum natura robustius & generosius, & mentis magis particeps est, *Plat. de amor. in orat. ad Pausan. pag. 354.*

PROPOSITIO VI.

Officium filii consistit 1) in parendo, 2) in perpetua veneratione. Reliqui effectus patriæ potestatis sunt ex jure civili.

DEMONSTRATIO.

Hactenus de officio generantium egimus, jam sequuntur officia generati: Primarium generati officium in eo consistit, quod *parere* debeat jussibus generantium: si enim natura parentibus jus & potestatem in liberos concessit, ex natura relatorum sequitur liberos illi potestati refragari non posse, sed incumbere illis necessitatem parendi, alias enim illa potestas frustranea foret: Et cum pater vi educationis jus imperandi natis habeat, filius ei auferret hoc jus non parendo, cujus jus & vis unica consistit in necessitate parendi: Atque hinc probat Dionysius Halicarnassensis, sufficientem patri potestatem competere ad corrigendos filios, & subigendam eorum contumaciam. *L. 2. c. 27.* & Pomponius inter prima juris gentium praecepta ponit, religionem erga Deum, & parentibus ac patriæ parere. *L. 1. §. 5. junct. l. 2. ff. de just. & jur.*

Hæc autem *parendi* necessitas tantum ad ea pertinet quæ sunt pars educationis; Hinc recte ait Grotius, quod non infinitum sed sui generis obsequium parentibus debeatur. *proleg. §. 14. ibique Test.*

Sed & præterea parentibus debetur a natis *veneratio perpetua*: quod ex modo generandi probatur, qui imitatur modum creandi in Deo, eique similis est: contemtus itaque parentum conjunctus est cum contemtu divino; ex quo Philo reverentiam parentibus debitam deducit, quia parentes gignendo Deum quasi referunt. Qua de re præclara multa exstant in Oratione matris Coriolani apud *Halic. 8. c. 51.* Atque hinc injurias parentum & Deorum pari vindicta expiandas esse ait Valerius Maximus *in pr* Unde injuriæ in parentes inter publicas maledictiones referuntur *Deut. 17. v. 16.* Ex quibus simul apparet communi gentium consensu hanc thesin firmari: Hinc diligere parentes prima lex naturæ dicitur. *Val. Max. L. 5. c. 12. n. 12. Conf. Richt. Ax. Oecon. 44. & 45.*

Atque hæc *veneratio* perpetua est, nec pubertate finitur: causa enim, scilicet generatio, & quæ inde fluunt beneficia, perpetua est. *Vid. Grot. infr. §. 6.* Unde etiam jure civili severiores poenæ in læsam pietatem parentibus debitam constitutæ sunt. *L. 3. & 4. C. patr. pot.* Atque hactenus verum est quod Plinius *in Paneg.* ait, vis lexque naturæ semper in ditione parentum liberos esse jussit.

Omnia reliqua jura, extra parendi necessitatem & reverentiæ obligationem, sunt meri juris civilis, nec ad educationem pertinent; quo pertinet acquisitio per filium. *Vid. §. 2. n. 2.* consensus in nuptias &c. de quibus plenius *infra §. 7.* Etsi enim apud plures forte gentes ea jura obtineant, id tamen non ex ratione quadam naturali seu universali introductum est, sed ex ratione politica, quæ pluribus populis communis esse potest.

ADDITIO.

„Liberos naturali ratione instrumentum esse patris, adeoque ei acquirere &c. demonstravimus „in *dissert. prooem. XII.* §. 159. Imo pleraque jura „legibus Romanis tradita a natura esse probavimus „*ibidem.*

PROPOSITIO VII.

Officium educandi, adeoque patria potestas, finitur pubertate.

DEMONSTRATIO.

Probavi enim educationem nihil aliud esse quam partum ad maturitatem perducere, seu, quod idem est, sui similem efficere: Ultimus igitur gradus perfectionis est facultas generandi, per hanc nova perfectio accedit homini quæ ante non fuit, postea non acce-

ratione parentibus jus acquiritur in liberos: g utrique inquam parentum, patri & matri: h sed si contendant inter se imperia, præfertur patris imperium, ob sexus præstantiam.

§. II.

accedit amplius nova, sed veteres tantum magis perficiuntur & augentur: quando igitur filius generare potest hoc ipso desinit officium patriæ potestatis, quia perductus est ad speciei continuationem, quæ infert administrationem propriam. Sane educatio, quæ non nisi ob defectum ætatis a natura inducta est, cessat cessante defectu.

Cum vero natura certum tempus definitum non sit, sed in genere citius maturescant fœminæ, & inter masculos quoque alii citius alii tardius maturescant, merito JCti Romani certum pubertatis tempus, adeoque certum quo finiretur patria potestas momentum constituerunt: & quidem in fœminis 12. annos, in maribus vero 14.

Ex quibus proinde apparet (1) differentiam inter infantiæ & pubertati proximos esse meri juris civilis. (2) Restitutionem in integrum, quod minoribus jure Romano datur, esse meri juris positivi.

ADDITIO.

„Alibi demonstravimus, patriam potestatem nec „jure naturali, nec jure Romano pubertate finiri: „jus enim quod ex semine oritur perpetuum est.

PROPOSITIO VII.

Præmortuo parente turbatur ordo mortalitatis: succedit ergo officium magistratus: Unde origo tutelæ dativæ.

DEMONSTRATIO.

Natura ergo nulla alia est tutela præter eam quam natura constituit, parentibusque ad tuendam prolem injunxit. Hi igitur a natura liberis dati tutores si præmoriantur ante liberorum pubertatem deficit naturæ dispositio, nec ab ea in hunc casum aliter iis prospectum apparet, adeoque succedit jam officium magistratus & legis civilis, quo suppletur hic defectus, & loco parentum alia tutela constituitur, quæ proinde est ex mero jure civili, cujus, ut & magistratus officium in administratione reipublicæ, & tuitione sibi subjectorum consistit. Cum igitur pupilli, qui territorii finibus continentur, omnino inter subjectos recenseri debeant, & præ reliquis omnibus defensione & tutela indigeant, (ipsi enim rebus suis vel ob judicii imbecillitatem, vel ob affectuum in vana impetum, uti Puffendorfius *L. 1. c. 1. §. 10.* loquitur, satis dextro præesse nequeunt) omnibus sane patet, eos qui reipublicæ præsunt, neglecta minorum tutela, non rite officio suo fungi, nec rempublicam, &c. cujus seminarium quasi pupilli sunt, recte administrare. Conf. *Disp. nostram de Tut. Illustr. quæ exstat in Vol. 1. Disput. f. 1284.*

ADDITIO.

„Tutelam legitimam & dativam ex prin„cipiis juris naturæ deduximus in *Diss. procem.* „*XII. §. 186. 188.*

g) (UTRIQUE INQUAM PARENTUM PATRI ET MATRI:) Uterque enim in negotio generationis concurrit: uti ergo negotium hoc utrique commissum est, ita quoque utrique incumbit officium negotium illud perficiendi, quod non nisi per educationem, seu productionem ad maturitatem, fieri diximus in *prop. 1. 2. & 3.* Equidem negari nequit, in brutis naturam præcipuas educandi partes commisisse matri, quod inde oriri videtur, tum quia promiscue concumbunt bruta, indeque mares affectum in prolem incertam non sentiunt, tum quia rationis expertes sunt, eoque facile in iis amor sobolis obliteratur: quæ omnia in hominibus cessant. Sed & dictum est, in brutis totum officium educandi consistere in alendo, quod facile a sola matre præstari potest: E contrario in hominibus officium educandi, præter alimenta, consistit in formandis moribus, quod prudentiam supponit, quæ cum major sit natura in maribus quam in fœminis, non tantum concurrit ibi maritus, sed & potiores ejus hactenus sunt partes. Sed & difficilior longe & diuturnior est alendi ratio in infantibus, cui adeo non sufficere videtur fœmina ut plerumque mariti alere debeant uxorem. Denique vestigia quoque in maribus brutorum superesse, fœtus suos alentium & tuentium, supra demonstravimus. *Vid. propos. V.*

h) (Grot.) (SED SI CONTENDANT INTER SE IMPERIA PRÆFERTUR PATRIS IMPERIUM:) *Seneca* libro III. controversia XIX. *Primæ partes sunt patris, secundæ matris. Chrysostomus* 1. ad Cor. XI, 3. *εἰκότως ὑποτέτακται τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή. ἡ γὰρ ἰσοτιμία μάχην ποιεῖ. merito viro femina subjicitur, nam æqualitas honoris pugnam parit.* (Tom. III. pag. 409. *Edit. Savil.*) Idem ad Ephesios capite IV. *ἀρχὴ δευτέρα ἐστὶν ἡ γυνή· μήτε οὖν αὕτη τὴν ἰσοτιμίαν ἀπαιτείτω (ὑπὸ γὰρ τὴν κεφαλήν ἐστι) μήτε ἐκεῖνος ὡς ὑποτεταγμένης καταφρονείτω. σῶμα γάρ ἐστι: Secunda potestas est mulier, neque ergo ipsa æquam sibi jus vindicet, (sub capite enim est) nec eam, quod subdita sibi est, contemnat maritus: corpus enim est.* (Tom. VI. p. 685.) Deinde: *δευτέρα ἐστὶν ἀρχὴ αὕτη, ἀρχὴν ἔχουσα καὶ πολλὴν τὴν ὁμοτιμίαν ἀλλ' ὅμως ἔχει τι πλέον ὁ ἀνήρ. Altera potestas illa est, imperium & ipsa habens, mutuumque in honore consortii: sed tamen plusculum habet vir.* (pag. 867.) *Augustinus* epist. CXCIX. *Filius ex legitimis nuptiis susceptus magis in patris est, quam in matris potestate.* (Ep. 262. §. 11. secundum divisionem *Benedictin.*) *Gregoras* libro VII. ubi de Andronico Palæologo & Irene agit: *προστιθεμένου δὲ καὶ τοῦ, μείζονα δίκαιον θεῖναι τῆς μητρὸς τὸν πατέρα, τὸ κωλῦον οὐδὲν τὴν τοῦ πατρὸς τελεσθῆναι βούλησιν ἐπὶ τῷ παιδὶ μᾶλλον ἢ τῆς μητρός. Addebat ille plus matre patrem posse, nec quicquam intercedere quo minus patris de filio valeret voluntas, etiam præ materna.* (pag. 109. *Edit. Genev.*

§. II.

I. [a] Distinguenda autem sunt in liberis tria tempora: primum tempus [b] imperfecti judicii, τῷ βουλευτικῷ ἀτελῶς, ut Aristoteles loquitur, [c] dum abest προαίρεσις; [d] vis electrix, ut idem alibi: [e] secundum tempus perfecti judicii, [f] sed tum filius pars manet familiæ parentum, ἕως ἂν μὴ χωρισθῇ, ut loquitur idem Aristoteles: [g] tertium postquam ex ea familia excessit. [h] In primo tempore [i] omnes liberorum

Pol. I, c. ult. Nic. III, 4. Eth. V, c. 10.

Genev. 1616.) De reverentia matri debita vide L. congruentius. 4. C. *De patria potestate.*

ADDITIO.

Recte Author ait præferri imperium patris, 1) quia imperium natura solis masculis competit, adeoque & in fœminas. 2) Moribus formandis, in quo præcipua pars educationis consistit, aptior est maritus quam fœmina, de qua præstantia sexus plenius agemus infra §. 2. *n.* 2.

ADDITIO.

„Veram rationem, cur pater præferatur matri, jam „exposuimus; Maritus caput est familiæ, in quam „transit uxor ea lege ut liberos procreet marito, ex „cujus semine oriuntur: Liberi igitur tum consen„su uxoris, tum jure seminis in patris sunt potestate.

a) (DISTINGUENDA AUTEM SUNT IN LIBERIS TRIA TEMPORA:) Imo in ætate duo tantum sunt tempora quibus natura jurium differentia inducitur, *puberum* & *impuberum:* quæ generandi facultate distinguuntur. Pubertas ergo, seu facultas procreandi, est terminus ille naturalis quo educatio desinit, cum enim procreationi cohæreat educandi necessitas, hæc autem administrationem requirat, merito inde concluditur, educationis officium, adeoque & patriam potestatem, cessare cum pubertate, & facultatem administrandi cum pubertate incipere. Etsi enim fandi quoque tempora videantur esse distincta, tamen illa ab exercitio potius sunt, quam a natura: neque sufficiunt ad differentiam juris. Reliquæ igitur differentiæ sunt juris positivi: Adeoque distinctio inter majores & minores ex lege civili est: Inter primos enim homines, ubi omnia sufficiebant omnibus, ubi formæ negotiorum incognitæ erant, non magna opus erat prudentia ad se se exhibendum, & quilibet pubes sibi satis prospicere poterat. At omnibus rebus jam occupatis, cum labore & prudentia victus sit quærendus, & administratio bonorum singularem curam requirat, tempus autem naturale ad id non sufficiat, ideo Prætor apud Romanos constituit, ut minorum negotiis accedat curator usque ad 25tum annum, adeoque ne valeant actus administrationis post pubertatem, nisi accedente curatoris consensu:

„*b*) (IMPERFECTI JUDICII:) Quod est tempus „infantiæ: & quod durat usque ad pubertatem, seu „generandi facultatem: Unde quando jure Romano distinguitur inter infantiæ & pubertati proximos, id meri juris civilis est.

„*c*) (DUM ABEST PROÆRESIS:) i. e. animus seu „intentio: Unde infans crimen non committit.

„*d*) (VIS ELECTRIX:) Delectus ad discernenda „utilia ab iis quæ noxia sunt. *Gron. b.*

„*e*) (SECUNDUM TEMPUS PERFECTI JUDICII:) „Quod diximus esse tempus pubertatis, nam tunc „incipit facultas generandi.

„*f*) (SED DUM FILIUS PARS MANET FAMILIÆ „PARENTUM:) Filius semper pars manet familiæ „etiam post pubertatem, imo etsi separatam fami„liam habeat.

g) (TERTIUM POSTQUAM E FAMILIA EXCESSIT:) Hoc tempus naturale non est: nam natura exire potest e familia statim ac facultas generandi ei competit.

ADDITIO.

„Diximus filios excedendo e domo patris non „desinere esse in ejus familia: sed & ipsos, & no„vam quam constituunt familiam, manere in ejus „potestate.

h) (Grot.) (IN PRIMO TEMPORE:) Sunt ea ætate ita parentum, ut alia quæ parentes possident, ait *Maimonides* canonibus pœnitentialibus capite VI. §. 2.

i) (OMNES LIBERORUM ACTIONES SUB DOMINIO SUNT PARENTUM:) Circa infantium actus duo sunt consideranda, 1) quid nam juris sit in rebus pupillorum, earumque administratione: 2) quid juris sit circa eorum delicta:

Ratione *rerum* alibi diximus, distingui debere inter *jus* & inter *administrationem: illud* & infantibus & furiosis integrum est, *hæc* in animo & prudentia consistit, quæ, cum in pupillis deficiat, continetur sub educatione parentum: quo pertinet Æschyli locus quem allegat Author. *Vid. supr. c.* 3. §. 6. Atque hinc est, quod reges ante pubertatem nec administent nec contrahant, nec facto suo acquirant: Livius ait, *puberem jam esse, & sic regni potentem. L.* 24. *c.* 4. *in f.* Adde infra *c.* 11. §. 5.

Hinc quæritur, *an pupillus ex pacto suo obligetur?* Resp. pupilli nec acquirere nec se obligare pacto suo possunt, quia id jus sub educatione patris continetur, mens enim immatura est, adeoque mente paterna, qua cœpit produci, porro regitur donec matura sit: Contractus ergo ipsius natura nulli sunt etsi locupletior factus sit, quia deficit facultas agendi naturaliter, quæ patris erat, non filii.

Ratione *delictorum* disquirendum est, an pupillus sciverit esse vetitum, & an intellexerit legem & actum esse legibus contrarium, & tunc omnino etiam impubes tenetur: Dolus enim consistit in malitiis & animo delinquendi, qui non est nisi intel-

 lexerit,

rum actiones [k] sub dominio sunt parentum: [l] æquum enim est, ut qui se regere non potest, regatur aliunde. Æschyli dictum est:

—— ætas prima, ceu brutum pecus,
Ut educetur mentis alienæ indiget.

[m] At alius naturaliter inveniri non potest, cui regimen competat, quam parentes:

Supra c 3 §. 6. De Fort. Alex. 1. p. 317 C. 2. Est tamen eo quoque tempore filius aut filia [n] capax dominii in res ex jure gentium, [o] sed exercitium impeditur ob eam quam diximus [p] judicii imperfectionem. Habent jus, ut de pueris Plutarchus loquitur, [q] ἐν κτήσει, non ἐν χρήσει. [r] Quare ut res omnes liberorum parentibus acquirantur non naturale est, [s] sed ex quorundam

exerit esse prohibitum, in quo tota consistit προαίρεσις: Nec hic quicquam mutat patria potestas, quæ non pertinet ad delicta, sed ad negotia & dispositiones, sane in delictis non requiritur facultas administrandi.

Quia vero alii homines aliis maturiores sæpe fiunt, adeoque tempus judicii variat, & alii citius aliis intelligunt, ideo leges Romanæ certum tempus definierunt, & voluere, ut illi *qui pubertati proximi sunt* doli capaces sint, i. e. scivisse & intellexisse legis prohibitionem videantur; quanquam & tunc pœna ob lubricum ætatis mitigari soleat.

Quid igitur de *Culpa* dicendum, an ex ea quoque pupilli tenentur? Merito id negamus, quia culpa est quando non providetur quod intellectu humano provideri potest. Atqui horum pupillorum intellectus nondum est maturus, adeoque si quis negligit rem alienam ex lubrico ætatis, i. e ex immaturitate judicii, id vitium non est, sed naturæ ordo:

Si tamen apparet culpam commissam esse ex naturæ depravatione, pro modo corrigi pupillus debet. Jam enim culpa illa non est naturæ qualitas, sed vitium, quod natura semper improbat: At quia itidem difficile est in id inquirere, an ex vitio an ex naturæ qualitate neglexerit, iterum succurrit jus civile, & pubertati proximum saltem teneri vult ex *culpa lata*, quæ dolo proxima est, non vero ex *levi* vel *levissima*;

„*k*) (SUB DOMINIO SUNT PARENTUM:) Rectius „sub potestate parentum, quia id pars est educa„tionis: cæterum jam supra notavimus Grotium, „quod generationem causam patriæ potestatis, per „quam actus liberorum sub dominio parentum „constituantur, fecerit.

„*l*) (ÆQUUM ENIM EST:) Hoc verum est, qua„tenus æquitas pro lege naturæ sumitur:

m) (AT ALIUS NATURALITER INVENIRI NON POTEST CUI REGIMEN COMPETAT QUAM PARENTES:) Rationes allegavi *in Propos. IV. V.* quæ eo redeunt, 1) quod educatio sit consequens generationis, nam finis generationis est propagatio specierum, propagatio autem sine educatione non est, cui igitur natura injunxit antecedens, i. e. generationem, ei etiam injunxit consequens, scl. educationem. 2) Aut omnes homines educare debent, aut pars hominum, aut certi homines: nulla autem ratio dari potest cur toti humani generi commissa educatio videatur, aut cur pars hominum onus illud suscipere debeat: At ratio naturalis dari potest cur parentibus id incumbat, scilicet quia est pars generationis, quæ cum in uno actu consistat, dividi non debet. Accedit 3) instinctus naturæ, quo omnia animantia ad educationem prolis feruntur, qui satis testatur naturam parentibus id officium injunctum voluisse. *Conf. supr. propos. I. & II.*

„*n*) (CAPAX DOMINII IN RES EX JURE GEN„TIUM:) Ex hypothesi enim Authoris 1) jure naturali „dominium non datur nisi in eo qui rationis ca„pax est. *Vid. supr. C. 8. §. 6.* 2) At gentium jure „ob utilitatem communem introductum fingit, ut „& infantes & furiosi dominia accipere & retine„re possint, personam interim illorum quasi sust„inente humano genere. *d. c. 3. §. 6.* Sed *ibidem* dixi α) Pupillos jure naturæ quoque dominii capaces esse non tantum quoad actum primum, sed & quoad actum secundum, quatenus in consumendo con„sistit; solamque administrationem excipi. β) Non „dari jus gentium secundarium, adeoque verum „non esse, humanum genus jure gentium sustinere „personam infantium &c.

„*o*) (SED EXERCITIUM IMPEDITUR:) Hoc in „genere verum non est: exercitium dominii etiam „consistit in consumendo res pupillo proprias; con„sumere autem pupillus res suas potest: Adeoque „pars saltem exercitii, quæ in administrando con„sistit, impeditur. *Vid. d. §. 6.*

„*p*) (JUDICII IMPERFECTIONEM:) Quam natu„ræ qualitatem non vitium esse diximus.

„*q*) (Ἐν κτήσει oon ἐν χρήσει:) Possessione, „non usu. At verum hoc in genere non esse mo„do vidimus.

„*r*) (QUARE UT RES OMNES LIBERORUM PA„RENTIBUS ACQUIRANTUR:) Imo naturale esse, ut „liberi sint instrumentum patris, eique acquirant, „probavimus in *Diss. Prooem. XII. §. 144. seq.*

„*s*) (SED EX QUORUNDAM POPULORUM LEGI„BUS:) Romanorum legibus id statutum esse patet „ex §. 2. *Inst. stip.* ubi in genere pater & filius ha„bentur pro una persona. *d. §. 4.* Conf. §. 1. *Inst. per*

dam populorum legibus, [t] quæ & patrem a matre in hac re distinguunt, [u] & filios non emancipatos ab emancipatis, [v] & naturales a legitimis: [w] quæ discrimina natura ignorat; [x] excepta ea quam dixi sexus præstantia, si imperia inter se contendant.

[a] §. III.

[b] In secundo tempore, [c] cum jam judicium ætate maturuit, subsunt parentum imperiis non aliæ actiones, [d] quam quæ ad familiæ paternæ aut maternæ statum aliquid momenti habent; [e] æquum enim est, ut pars conveniat cum ratione integri. [f] In cæteris autem actionibus habent tum liberi ἐξουσίαν, id est, [g] facultatem moralem agendi, [h] sed tenentur tamen in illis quoque studere semper, ut parentibus placeant. Verum hoc debitum cum [i] non sit ex vi facultatis moralis, [k] ut illa superiora, [l] sed ex pietate, observantia, & gratiæ repen-

„*per quas perf. cuique &c. L. 6. L. 8. C. de Bon. quæ* „*lib. Auth. Excipitur & seq. C. Eod. Nov. 117. c. 1.*

„t) QUÆ ET PATREM A MATRE IN HAC RE „DISTINGUUNT:) *§. 10. Inst. de Adopt. §. f. de Patr.* „*pot.* Jure civili mater & filius non habentur pro „una persona, adeoque illa per filium non acquirit: „*dd. ll.* nec hodie. *Phil. Uf. pract. Inst. L. 1. Ecl. 45.*

u) (ET FILIOS NON EMANCIPATOS AB EMAN„CIPATIS:) Filii enim emancipati, i. e. voluntа„te patris, ac suo consensu, coram judice compe„tente, a patria potestate dimissi, sibi acquirunt non „patri. *Nov. 89. c. 11. L. 5. l. p. l. f. C. Emanc.*

„v) (ET NATURALES A LEGITIMIS:) Natura„les liberi vocantur qui ex concubina nascuntur, „adeoque ubi certus est pater; opponunturque spu„riis, qui ex meretrice, quæ promiscue corpore „quæstum facit, nascuntur: Naturales liberi sunt „in patria potestate, sed non succedunt patri, quia „liberi non ea intentione generantur ut pars fa„miliæ fiant, & de juribus familiæ participent.

„w) (QUÆ DISCRIMINA NATURA IGNORAT:) „Imo discrimen inter patrem & matrem; emanci„patos & non emancipatos; naturales, spurios, & le„gitimos, a natura est.

„x) (EXCEPTA EA QUAM DIXI SEXUS PRÆ„STANTIA, SI IMPERIA INTER SE CONTENDANT:) „Patrem in exercitio potestatis præferri matri „vidimus *in Propos. V. & supra §. 1.*

a) (Ad §. III.) Author ait, perfecto judicio filiorum actiones non subesse imperio parentum, nisi domesticæ sint, seu quæ ad familiam spectant: non ergo si cum aliis contrahunt, si delinquunt. &c: At probavimus *in Propos. VII.* pubertate omne imperium cessare parentum, neque effectum illum patriæ potestatis, excepta reverentia, superesse: si proinde filii ultro manent in familia patris, necesse est ut sequantur leges & jussa patrisfamilias, quod & servis & famulis commune est; adeoque si quædam ex nutu & voluntate patris, ejusque nomine vel jussu, post pubertatem gerunt, inde patri acquirunt uti omnes gestores.

ADDITIO.

„Liberos in potestate patris esse etiam post pu„bertatem, eique acquirere quamdiu vivit, alibi „demonstravimus: *Vid. Diss. Prooem. XII. §. 159.* „*n. 5. §. 160.*

„b) (IN SECUNDO TEMPORE:) Ubi perfectum „est judicium, & filius manet in familia patris. *Vid. §. 2. n. 1.*

„c) (CUM JAM JUDICIUM ÆTATE MATURUIT:) „quod fit quando pubes factus est.

d) (Grot.) (QUAM QUÆ AD FAMILIÆ PATERNÆ AUT MATERNÆ STATUM ALIQUID MOMENTI HABENT:) Ita explicat *Maimonides* legem, quæ est *Num.* XXX, 6.

„e) (ÆQUUM ENIM EST, UT PARS CONVENIAT „CUM RATIONE INTEGRI:) Ratio hæc non con„cludit; mera hæc verba sunt, ex quibus nullum jus „inferri potest; sed & si ratio illa admitti posset, „potius dicendum esset liberos, tanquam partes fa„miliæ, hactenus cum integro familiæ convenire, „ut eorum actiones, omniaque jura dependere de„beant a capite familiæ, ex cujus semine orti sunt, „& a quo, quicquid juris habent, acceperunt: Ut „proinde hæc convenientia male ad solas actiones „domesticas restringatur.

„f) (IN COETERIS AUTEM ACTIONIBUS:) Ut in „contractibus, nuptiis, dispositione circa res suas, &c.

„g) (FACULTATEM MORALEM AGENDI:) Imo „hos quoque actus dependere ab arbitrio patris „vidimus *dict. disp. XII. §. 159.*

„h) (SED TENENTUR TAMEN IN ILLIS QUO„QUE STUDERE SEMPER UT PARENTIBUS PLA„CEAT:) Non tantum placere debent parentibus, „sed omnes eorum actiones subsunt arbitrio patris. „Hinc nec nuptias absque consensu patris contra„here possunt. *Vid. d. disp. §. 159. n. 8.*

„i) (NON SIT EX VI FACULTATIS MORALIS:) „Seu ex justitia expletrice, quæ Authori proprie & „stricte sic dicta justitia est. *L. 1. c. 1. §. 5. & 8.*

„k) (UT ILLA SUPERIORA:) Nimirum illæ actio„nis quæ ad familiæ statum pertinent.

„l) (SED EX PIETATE OBSERVANTIA &c.) Seu „ex justitia attributrice, quæ aptitudinis nomine „Authori

rependendæ officio, [m] non efficit ut irritum sit, siquid contra sit factum, [n] sicut nec irrita est donatio rei a quocunque domino facta contra parsimoniæ regulas.

§. IV.

[a] In utroque hoc tempore jus regendi etiam jus coërcendi complectitur, [b] quatenus nempe vel cogendi sunt ad officium liberi, vel emen-

„Authori venit. *L.* 1. *c.* 1. §. 7. & 8. Et quæ comprehenditur sub jure naturæ laxiori sensu sumto. „*Vid. Proleg.* §. 9. & *L.* 1. *c.* 1. §. 9. *n.* 1.

„*m*) (NON EFFICIT UT IRRITUM SIT:) Imo „cum omnes actiones liberorum patris subsint arbitrio, adeoque debitum hoc sit ex vi facultatis moralis, omnino irritæ sunt omnes actiones quæ in „contrarium fiunt.

„*n*) (SICUT NEC IRRITA EST DONATIO &c. „CONTRA PARSIMONIÆ REGULAS:) Donatio „ab arbitrio donantis dependet; ea enim est natura „dominii ut dominus pro lubitu de re sua disponere, eamque perdere possit: &c. *L.* 21. *C. Mand.* „At diversa ratio est in actibus liberorum, qui dependent non a liberorum arbitrio, sed ab arbitrio „patris.

„*a*) (IN UTROQUE HOC TEMPORE ETIAM JUS „COERCENDI COMPLECTITUR:) Nam hoc quoque „pertinet ad educationis officium.

„*b*) (QUATENUS NEMPE COGENDI SINT AD OFFICIUM LIBERI, VEL EMENDANDI:) Quid jure civili „hac in re obtineat, exposuit B. Parens *in* „*Disp. de Judicio morum. membro IV.* §. 21. *seq.* „verba ejus hæc sunt. Hoc judicium jam ante vi „competentis potestatis plus satis naturali ac gentium jure informatum. *L. 2. de I. & I. L. pen,* 6. *de* „*adopt. Aristot. l.* 1. *politic. c.* 8. *Arnisæus L.* 1. *re-* „*lect. politic. c.* 4. *Sect.* 1. *Bachov. ad* §. 2. *I. de patr.* „*pot. Dn. Puffendorff. de I. N. & G. L.* 6. *c.* 2. & jure civili firmatum. §. 2. *I. de patr. pot. Ulp. in* „*fragm. tit.* 10. *pr. Dn. Tabor in Element. jurispr.* „*p.* 1. *t.* 3. 1. *n.* 20. aperte indicatur *in l.* 4. *C. de* „*patr. pot.* ubi dicitur; *Congruentius quidem vi-* „*detur intra domum inter te ac filios tuos, si quæ* „*controversiæ oriuntur, terminari.* &c. Parens igitur „hac ratione ipse Judex constituitur in controversiis domesticis liberorum, ipsique determinandæ illæ relinquuntur, & in *l.* 3. *C. eod.* patri rescribitur: *filium, si pietatem patri debitam non* „*agnoscit, castigare jure patriæ potestatis non pro-* „*hiberis.* Et in *l. un. C. de emend. l·b.* verb. *jure* „*patrio corrigas erratum, & privata animadversio-* „*ne compescat:* Nec non in *l.* 16. *de furt.* dicitur de „jure quod pater habet in filium furem; *neque* „*enim pater qui potest in furem* (filium) *statuere,* „*necesse habet adversus furem litigare:* ubi vox *sta-* „*tuendi* innuit potestatem aliquam jus dicendi, cui „congruit dispositio Juris Canonici, *c.* 36. *XXIII.* „*q.* 5. ita ut Aricinus *apud Liv. L.* 1. *c.* 50. recte dicat: *nullam esse breviorem cognitionem quam in-* „*ter patrem & filium, paucisque verbis transigi* „*posse, ni pareat patri habiturum infortunium esse.*

„Atque hoc judicium morum domesticum eo illustrius exit in patre illustri, juris super eminentis „capace, ex lege subordinationis filialis ac territorialis. *arg. Auth. qua in provincia C. ubi de cri-* „*minib. & traditor. Gail. de pignoration. c.* 4. „*Matth. Stephani de jurisd. L.* 1. *c.* 1. *n.* 77. *Bodin.* „*L.* 1. *de republ. c.* 6. *n.* 65. *Illustr. Dn. Cancellar.* „*Schutz. junior, p. m. in Collegio juris publ.* „*l.* 2. *tit.* 8. *pos.* 2. quicquid nonnullus Ganologus contra velit: cujus & sequacium tela „jam prævisa peculii vice (juxta *Juretum ad Sym-* „*mach. L.* 2. *ep.* 74.) excipere non pigrabimur. „Hujus autem paterni judicii, severius vel remissius exerciti, exempla annotavit *Valerius Maximus* „*L.* 5. *cap.* 8. §. 9. *ubi Dn. Rupertus in Commentar.* & „pluribus *Dn. Puffendorff.* sæpe de laudato *de jur. nat.* „*& gent.* tractatu *l.* 6. *c.* 2. §. 11. unde judicium illud „usu non minus, quam jure civili quoque, merum „vitæ ac necis Imperium domesticum in se continuisse *ex l.* 11. *de lib. et posth. l. ult. C. de pat.* „*pot.* constat. Quod judicium vero morale patrum „vitæ necisque an *l.* 3. §. 4. *C. d. t.* optimo exemplo (uti quidem, forsan intuitu genii seculi illius „veteris, ac religione juris Justinianæi, vult Dn. „*Ludwell. disp. ad Inst.* 2. *th. t. lit. e.*) patribus sit „ademtum, aut an non meliore ratione iisdem hoc „nostro ulceroso seculo, & tanta morum improbitate ad exemplum *Imperatoris Ludovici Bavari,* „istud Norimbergensibus *Ann. Christ.* 1310. in filios „*ἀκολάστους* per speciale privilegium (de quo Limnæus *L.* 7. *I. P. c.* 37. *n.* 13.) quasi postliminio „concedentis, foret restituendum, occasione egregie traditorum *Joh. Bodini l. t. de rep. c.* 4. & „*Francisci Connani, L. t. Comment. jur. civ. c.* 13. „subdubitamus; hancque sententiam affirmativam, „licet de restitutione universali ob genium hujus „mundi desperantes, ex inconcussis rationibus judicii nostri morum legalibus, politicis, et œconomicis, itidem corolarii loco defendemus.

„Igitur juxta juris usum, in levioribus moderata tantum potestas coercendi patri conceditur. „*d. l. un. C. de Emend. propinq.* verb. *si atrocitas fa-* „*cti jus domesticæ emendationis excedat. L.* 3. *C. de* „*patr. pot.* verb. *acriore remedio, &c.* Atque in gravioribus quoque correctio, ac castigatio, quantum equidem commode fieri potest, domestica in „pietate potius, quam atrocitate consistit, per *l.* 5. „*ad L. pomp. de parr. l.* 7. §. 3. *de inj.* severiore animadversione publico judicio remissa, ita ut in nimium sævientes pro religione judicis statuatur. *l.* „15. §. 4. *Locat. L.* 5. §. *ult. & l.* 6. *ad Leg. Aquil.*

„Illud tamen singulare est in filiisfam. quod etiam in gravioribus delictis publicis judici obla-

„tione

emendandi. *c* De gravioribus autem pœnis quid ſit ſentiendum, alibi erit agendi locus.

a §. V.

Quanquam vero imperium paternum ita ſequatur ipſam patris perſo-

„tione facta, pater ipſe olim pœnam determinare poterat ſic oblatis, eamque judex pronunciando ſequi tenebatur per *l. fin. C. de patr. pot.* ibique *Dn. Brunnemannus*; concordante jure divino *Deuteron. c. 21. v. 18.* juxta mentem & explicationem *Bodini ſup. cit. libr. 1. cap. 6. de Rep.* Quamvis ſeveritate publicorum judiciorum hodierna jam dudum ab hoc jure ſit diſceſſum, & ſic quodammodo hac in parte juri paterno noo parum derogatum; ſicuti nec aliis, in quibus naturalis ille motus & ςοργὴ ceſſat, etſi forte illis non minor poteſtas ſit vel affectio, idem juris attribuitur, ut videre eſt ex *l. 20. 21. 22. §. ult. ad L. Jul. de Adulter.* ubi patri quidem filiam in adulterio deprehenſam, non vero marito uxorem omnino impune occidere datur, ratione differentiæ itidem non ineleganti allata.

„Quamvis autem huc non ſpectet jus illud, quo pater filium, quem in poteſtate habet, olim extrema famis filialis (non paternæ) neceſſitate ſub perpetuo relutionis pacto tacito vendere potuit, *l. ſ. C. de patr. qui fil. diſtr.* utpote non ex judicio aliquo & cœrcitione morum, ſed ex veteri jure Quiritum competentis vindicationis proveniens, & non niſi ad liberos adhuc ſanguinolentos, i. e. a primo matris partu adhuc dum rubentes, non alios jam majoris ætatis, ſpectans: quod moribus aliorum quoque gentium conſonum monſtrat *Dn. Puffend. ſape dict. tract. L:* 6. *c.* 2. §. 9. Magis tamen, & non omnino extra oleas, trahi huc poteſt ſimile jus patrium ad retrahendos vindicatione, vel repetendos officio judicis intra terminum præſcriptionis legalis, liberos illos qui improbo more ac facto, ſaltem cupiditate lucri participandi, ſeipſos in ſervitutem (quod juri quidem facere poſſe videntur *arg. §. 4. J. de Jur. perſ.*) temere vendunt. *vid. l. 3. §. 11. de ſtat. hom.* Ratione pro hac ſententia ducta, 1) ab illegalitate hujus conventionis, *l. 37. de liberali cauſa*, quam poenarum adjectione invalidari potius, quam validari oportebat argumento a contrario ducto ex *l. 4. quibus ad libert. proclamare non datur.* 2) a jure patriæ poteſtatis ſummo, inter cujus tollendæ modos venditio ſui ipſius filiif. jure oon recenſetur, 3) quod quæ alicujus propria ſunt, ſive res ſive perſonæ, ſine ejus facto abire nequeant, *l. 11. de R. J.* quibus fundamentis procul dubio quoque Imp. Orientis Leo ductus in ſua *Nov. 59. ubi pulchre Gothofredus in notis*, venditionem hanc filiif. ſui ipſius, ut improbam ſuſtulit, quam in rem videri etiam poſſunt *notæ Hieronymi Bignonis in veteres formulas junctas Marculfi Monachi c.* 10. Et hanc ſententiam noſtram hic firmatam calculo ſuo probat *Bachov. in not. ad Treuth. vol.* 1. *diſp.* 2. *th.* 3. *lit. B. Arnoldus* Rath, *& Dn. Vinnius in Commentariis ſuis Mſſ. & impreſſis; atque Dn. Franciſc. Fridericus ab Andler. S. C. M. Conſiliarius imperialis aulicus in Medulla jur. ad Inſt. §. 4. de jure perſonarum. ac Dn. Præſes, in enarratione tit. J. quib. mod. jus patr. poteſt. tollatur;* quicquid etiam *communis Dd. Schola cum Portio & Dn. Ludwello diſp. ad Inſt. 1. th. 17. lit. C.* in contrarium ſentiat; hæcque juris pruhibitivi ac vindicativi ratio etiamnum hodie obtinet in delectu militari filiorumfam. improbis legentium technis contra parentum voluntatem ſeductorum, uti videre eſt in corpore juris militaris collecto ex diverſis hanc in rem publicatis edictis, præſertim ſub *pag.* 464. *n.* 11. At, quid ſi liberi ſacræ militiæ ſeſe invitis patribus mancipent, monaſterium ingreſſi monachali ſubordinatione atque ſuaſu? Reſpondemus, jure ſæculi idem jus retractus manere patribus & rationalibus ſupra traditis, & quod ſine lege contrarium inferre erubeſcimus: *Nov.* 18. *c.* 5. *cum Dn. Tabore in not. Mſſ. ad L. 35. C. de Epiſc. & Cler. ac Ludwello diſp. ad Inſt. 2. th.* 10. *lit. B.* fruſtra cum Canoniſtis, *arg. c. ult. de judiciis in b.* diſſentiente *Pinello ad L.* 1. *C. de bon. matern. p.* 1. *n.* 45. 46. *Bachov. ad Treutl. Vol.* 1. *d.* 2. *th. fin. lit. D.*

„Judicium vero hoc morum pater tantum habet in liberos poteſtati ſubjectos, non vero in emancipatos, quia coercitio hæc patri competit jure patriæ putcſtatis, *d. l.* 3. *C. de patr. pot.* quæ emancipatione tollitur. Quin tamen extra ordinem aliqua coercitio in emancipatos quoque ſuo modo competat, indubitatum *per l. 7. §. 3 de injur.* quia naturaliter pater eſſe non deſinit, & quidem, ſi non jure patris, ſaltem jure cognationis, in qua ipſe ſemper eſt ſenior. *per l. un. C. de emend. propinq.* de quo amplius *membro* 5. Quodſi emancipatus adhuc pupillus ſit, pater coercitionem habet jure tutoris; nam & tutor inſtar patris regendis pupilli moribus, noo vero ut curator, bonis tantum adminiſtrandis præfectus cenſetur. *l. 2. l. 13. l. 14. de Teſt. tut. §. 2. J. de Curat. l. 12. §. 3. de Adm. & peric. tutor.*

„*c*) (DE GRAVIORIBUS AUTEM POENIS QUID SENTIENDUM SIT ALIBI ERIT AGENDI LOCUS:) *Infra l. 2. c. 26. §. 7. n. 2. & 3.* Quid jure civili obtineat jam ex diſſertatione B. Parentis expoſitum eſt.

a) (AD §. V.) Author ait naturali jure patrem liberos vendere poſſe, ſi alere eos non poſſit. Quod omnino verum eſt; Cum enim educatio parentibus commiſſa ſit, omnia commiſſa cenſentur ſine quibus educatio fieri nequit: At in ſervitutem liberos dare non poſſunt. *Vid. infra §. 29.*

personam ac σχέσιν, [b] ut avelli transferrique in alium non possit, potest tamen naturaliter, & ubi lex civilis non impedit, [c] pater filium oppignorare, & si necesse sit, etiam vendere, ubi alia ratio eum alendi non suppetit: quod [d] ex veteri Thebanorum lege (quam libro *Cap. 7.* secundo recitat Ælianus) [e] in populos alios videtur fluxisse: ipsa autem lex Thebana [f] a Phœnicibus ac [g] porro ab Hebræis venisse: quam ipsam obtinuisse [h] & apud Phrygas docet Apollonius Epistola ad Domitianum. [i] Censetur quippe ipsa natura jus dare ad id omne, sine quo obtinere non potest quod ipsa imperat.

§. VI.

[a] In tertio tempore filius in omnibus est αὐτεξούσιος, [b] suique juris,

„*b*) (UT AVELLI TRANSFERRIQUE IN ALIUM „NON POSSIT:) Quia ex generatione oritur.

„*c*) (PATER FILIUM OPPIGNORARE, ET SI „NECESSE SIT, ETIAM VENDERE:) Jure naturali „oentrum fieri potest. Liberi enim natura sunt libe„ræ personæ, in quas pater jus quidem habet ex gene„ratione, at quod, uti recte Author dixit, avelli a „persona patris & in alium transferri nequit, id„que ita io genere quoque statuitur jure Romaoo. „*l. 1. C. de Patrib. qui fil. L. 12. C. Obl. & act.*

„Cæterum & jure naturæ & jure Romano excipi„tur casus si pater egenus sit, oec media alendi in„fantem habeat. Tunc enim vendere & oppigno„rare infantem potest, cui enim jus alendi incumbit, „ei etiam omnia concessa sunt sine quibus finis il„le obtineri nequit: *L. 2. C. de Patrib. qui fil.*

„Neque eredendum est liberos per hanc distra„ctionem fieri servos: Nam personæ liberæ ma„nent, & operas saltem præstant emtori, donec „pro alimentis satisfactum sit. *d. l. 2. ibique Goth.*

„Theodosius hanc facultatem vendendi sustulit, „& ejusmodi infantes ex suo fisco nutriri jussit. „Exstat hæc lex in ejus Codice *L. 11. tit. 27. Pro„vinciales egestate victos, atque inopia alimonia „laborantes, liberos suos vendere vel oppignerare „cognovimus. Quisquis igitur reperietur qui nul„la rei familiaris substantia fultus est, quique li„beros suos agre ac difficile sustentet, per fiscum „nostrum &c. adjuvetur: ita ut proconsules &c. „habeant potestatem, & universis quos adverterint „in egestate miserabili constitutos, stipem necessa„riam largiantur &c. atque ex horreis substantiam „protinus tribuant competentem. Abhorret enim „nostris moribus, ut quemquam fame confici, vel „ad indignum facinus prorumpere concedamus.*

„*d*) (EX VETERI THEBANORUM LEGE:) Quæ „exstat apud *Aelian. Var. 2. 7. Ne cui Thebano „liceat infantem exponere, neque in solitudinem ab„jicere capitis supplicio constitute.* Verum si ex„trema mendicitate pater laboret, sive mas sit, sive „fœmina infans, jubet lex eum statim a ma„terno partu ad magistratum cum ipsis fasciis „adferre; qui acceptum alicui tradit levi „pretio, cum quo pactum intercedit, bona fide „infantem alat & adultum servi vel servæ loco ha„beat, sic ut pro educationis mercede operas ejus „accipiat.

„*e*) (IN POPULOS ALIOS:) Apud Romanos quo„que id jus receptum fuit: sed ibi requirebatur 1) „ut adsit necessitas 2) ut filius recens natus venda„tur. At 3) ei qui vendidit, vel ei qui alienatus „est, aut cuilibet alii, liberum fuit ad ingenuitatem „eum revocare, oblato precio, vel præstito alio „mancipio. *L. 2. ff. de patrib. qui fil. distr. ibique „Goth.*

„*f*) (A PHOENICIBUS:) Phœnices olim circa „mare rubrum habitarunt. *Herod. L. 1. p. 1.* & „pars Ægyptiorum fuere, *ibid.* & *Diod. Sic L. 1. p. „m. 24.* uti Thebani quoque. *Diod. Sic d. p. 24.* „Celebres Phœnicium urbes tres fuere, Byblus, Ty„rus, & Sidon. *Vid. index III. ad Stanleji Hist. vet. „phil. voc. Phœnicia.*

„*g*) (AC PORRO AB HEBRÆIS:) Hebræi „enim ex Phœnicium doctrioa plures hauserunt „leges: Exstat autem illa lex *Exod. 21. 7. Gen. 42. „37. 2. Reg. 4. pr. Math. 18. v. 25.*

„*h*) (ET APUD PHRYGAS:) *Appol. Thyan. L. 8. „f. 101.* de Chinensibus idem affirmat *Baro decad. 3. „l. 6. c. 2. apud Larream decis Gren. 9. n. 21.* de „Russis similia refert Baro de Herberstein apud „*Goth. ad tit. de patrib. qui fil.* de lege Romuli „vide *Dion. Halic. L. 2. c. 28.*

i) (CENSETUR QUIPPE IPSA NATURA JUS DARE AO IO OMNE:) Hæc demonstrandi ratio est omnium maxime naturalis, eaque continetur in *Pof. Jur. Gent. IV. n. 4.*

ADDITIO.

„Concesso jure educandi concessa etiam est fa„cultas vendendi liberos; non ut servi fiant, sed „ut aliquandiu in alimentorum pensationem operas „præstent.

„*a*) (IN TERTIO TEMPORE:) Postquam scl. ex „familia excessit. *Vid. §. 2. n. 1.*

„*b*) (SUIQUE JURIS:) Imo filii familias non sunt „sui juris, nec in tertio hoc tempore. *l. 4. ff. His „qui sui &c.*

„*c*) (MA-

ris, [c] manente tamen semper illo pietatis & observantiæ debito, [d] cujus causa perpetua est. Unde sequitur, [e] regum actus irritos dici eo nomine non posse, quod parentes habeant.

[a] §. VII.

[b] Quicquid extra hæc est a lege est voluntaria, [c] quæ alibi est alia. Sic jure quod Deus Hebræis dedit, [d] potestas patris in filium aut filiam, ad dissolvenda vota non erat perpetua, sed durabat quamdiu liberi [e] pars erant domus paternæ. [f] Sic patria quædam potestas propria erat civium Romanorum, [g] etiam in filios, qui familiæ propriæ capita erant, [h] quamdiu emancipati non erant. Qualem in liberos potestatem alios non habere † [i] ipsi Romani profitentur. Sextus Empiricus Pyrrhoniorum tertio: †† οἱ Ῥωμαίων νομοθέται τοὺς παῖδας, ὑποχειρίους καὶ δούλους τῶν πατέρων κελεύουσιν εἶναι. καὶ τῆς οὐσίας τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τοὺς πατέρας ἕως ἂν ἐλευθερίας οἱ παῖδες τύχωσι κατὰ τοὺς ἀργυρωνήτους. παρ' ἑτέροις δὲ ὡς τυραννικὸν τοῦτο ἐκβέβληται. [k] *Legum Romanarum auctores liberos in manu parentum ad instar servorum esse voluerunt; neque suorum bonorum ipsos esse dominos, sed parentes, donec*

Num. XXX. 2. 3. 4. 5. Lib. de præcepis legis præcepto vitante. CCXLII.

† Inst. de patr. potest. §. Jus autem.

†† Cap. 24. n 211 Edit. Fabric.

„c) (MANENTE TAMEN SEMPER ILLO PIETATIS DEBITO:) Quæ consistit in reverentia, contra „quam tamen si aliquid committitur actum irri„tum non fieri, dixit supra §. 3. quod refutavimus „*ibidem*.

„d) (CUJUS CAUSA PERPETUA EST:) Scl. ge„neratio.

e) (REGUM ACTUS IRRITOS DICI EO NOMINE NON POSSE, QUOD PARENTES HABEANT:) Nam rex qui simul filius est duplici jure utitur, tum qua rex est, tum qua filius. Qua rex, patrem habet in potestate, qua filius, est in potestate patris: Nam supra jam demonstravimus patriam & regiam potestatem differre causa, objecto subjecto & effectibus, quin & reverentiæ modo, quæ omnia non miscentur in rege filio, sed sua patri, æque ac regi, jura integra manent. Exempla regum qui in patria potestate fuere exhibuimus *supra L. 1. c. 1. §. 6.* Ubi simul diximus, reginam eadem ratione posse esse in potestate maritali, neque tamen id impedire quo minus imperium in maritum habeat; Diversa enim sunt jura imperii & conjugii, neque ea invicem miscentur: *Conf. infr. §. 8. prop.*

a) (AD §. VII.) Author ait omnia reliqua jura patriæ potestatis, extra educationem, esse juris positivi: uti consensus in nuptias, acquisitio per filium, & cætera quæ recenset *Lauterbachius in Comp. f. 16. seq.*

ADDITIO.

„Sæpius jam dictum est, liberorum actiones „omnes dependere a patre, eosque nihil juris a se, „omnia a patre habere; indeque nihil agere, adeoque „nec nuptias contrahere, invito patre posse.

b) (Grot.) (QUICQUID EXTRA HÆC EST A LEGE EST VOLUNTARIA:) *Seneca* de beneficiis III. c. IX. *quia utile est juventuti regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus.*

„c) (QUÆ ALIBI EST ALIA:) Varia gentium „jura circa patriam potestatem collegit *Alexander* „*ab Alex. Gen. dier. 2. c. 28.*

„d) (POTESTAS PATRIS AD DISSOLVENDA VO„TA:) Quibus filius aliquid Deo, templo, vel sa„cerdotibus vovit. Hæc potestas fluit ex ratione „naturali, quia liberorum actiones & jura depen„dent ab arbitrio patris.

e) (Grot.) (PARS ERANT DOMUS PATERNÆ:) Alioqui XIII. anno filius erat obligandi se capax moribus Hebræis, ita illi ad dictum in Numeris locum.

„f) (SIC PATRIA QUÆDAM POTESTAS ERAT „PROPRIA CIVIUM ROMANORUM:) §. 2. *Inst. Patr.* „*pot. L. 3. l. 4. ff. His qui sui vel al. jur. Plin. L.* „10. *ep.* 6. quæ nam autem sint jura illa patriæ „potestatis tradit *Lauterbachius Comp. d. l.*

„g) (ETIAM IN FILIOS QUI FAMILIÆ PRO„PRIÆ CAPITA ERANT:) i. e. qui uxorem & li„beros ac separatam habebant familiam.

„h) (QUAMDIU EMANCIPATI NON ERANT:) „Per emancipationem enim e patria potestate di„mittebantur: adeoque desinebat patria potestas „consensu patris.

„i) (IPSI ROMANI PROFITENTUR:) Ita enim „imperator ait in §. 3. *Inst. de patr. pot. Jus au*„*tem potestatis quod in liberos habemus proprium* „*est civium Romanorum. Nulli enim alii sunt ho*„*mines qui talem in liberos habeant potestatem qua*„*lem nos habemus:* At alibi probavimus, Tribo„nianum hoc edixisse, atque ut in aliis, ita hic quo„que vapulasse: *Vid. Diss. prooem. XII. §. 160. n. 2.*

k) (Grot.) (LEGUM ROMANARUM AUCTORES:) *Philo* in legatione: ἡ γὰρ υἱοῦ παντελὴς ἐξουσία κατὰ

donec manumittantur eo modo quo mancipia solent: quod alii ut tyrannicum repudiant. Simplicius ad Epicteti Enchiridium: οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων πονοῦσιν, ἅμα καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαῤῥήσαντες, καὶ πεπράσκειν, εἰ βούλοντο, τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. *Antiquæ Romanorum leges, respicientes tum ad eam quæ a natura est eminentiam, tum ad labores quos pro liberis parentes sustinent, volentes præterea liberos parentibus sine exceptione subjectos esse, credo etiam* [l] *confisæ naturali parentum amori, & venundandi, si vellent, liberos,* [m] *& impune interficiendi parentibus jus dederunt.* Simile patrum [n] jus apud Persas ut tyrannicum accusat Aristoteles: quæ ideo a nobis afferuntur, ut accurate distinguamus [o] civilia a naturalibus.

In Cap. 37. pag. 199.

Edit. Nicom. VIII, 12.

* §. VIII.

κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρί. Patri enim in filium omnimoda potestas jure Quiritum competit. (Pag. 996. B. *Ed. Paris.*)

„*l*) (CONFISÆ NATURALI PARENTUM AMORI:) „Quæ ratio quoque fuit cur in parricidas olim „pœna non fuerit constituta, quia non præsume„bant leges filium contra naturæ motum manus „illaturum esse patri, vel contra.

m) (ET IMPUNE INTERFICIENDI JUS PARENTIBUS DEDERUNT:) In *L. f. C. patr. pot. L.* 11. *Lib. & posth. ibique Goth.* Hoc jus improbarunt alii Romanorum JCti, & Marcianus in *L.* 5. *ff. de Parricid.* id latronis magis quam patris juribus comparat, & addit, *patriam potestatem debere magis in pietate quam atrocitate consistere:* Unde & imperatores in totum hoc jus sustulerunt. *Vid. L.* 2. *C. pat. Pot. Leg.* 2. *ff. l. Corn. Siccar. ibique Goth. L. un. C. de Emend. propinq. Conf. Cujac.* 4. *Obs.* 12. At positis terminis juris Romani nihil iniqui hoc jus præ se ferebat, uti probavimus in *Diss. prooem. XII.* §. 159. §. 160. *n.* 3.

„*n*) (APUD PERSAS:) Verba Aristotelis *in L.* 8. „*ad Nic. c.* 10. hæc sunt: *At apud Persas patris „imperium tyrannicum est, utuntur enim ut servis „filiis.*

„*o*) (CIVILIA A NATURALIBUS:) i. e. ne creda„mus ideo jura hæc a natura esse, quia apud plu„res gentes moratiores obtinuerunt. Imo ideo, „quia apud omnes fere gentes hæc jura obtinue„runt, nec ratio naturalis repugnat, merito ad „jura naturæ referuntur.

*) (AD §. VIII.) Alterum jus quod naturaliter *in personas* competit, est ex consensu: *Vid.* §. 1. ac venit vel ex societatis, vel ex subjectionis pacto, *prius*, de quo hoc §. agitur, contingit inter conjuges: Hoc jus, quod conjux in conjugem acquirit, valde corruptum fuit inter gentes per libidinum vim, adeoque eo magis interest sanctissimi hujus vinculi rationem ex naturæ principiis demonstrare.

PROPOSITIO I.

Conjugium, seu conjunctio maris & foemina a natura est.

DEMONSTRATIO.

Nam 1) Deus diversum sexum condidit, & utrique facultatem invicem cohabitandi dedit, cujus actionis divinæ alia ratio dari non potest, quam Deum voluisse ut mas & fœmina se conjungant: Neque 2) alius est modus propagandæ speciei, cujus conservationem tanto studio creator injunxit creaturæ: Idque 3) confirmatur ex motu illo quo omnia animantia feruntur ad propagationem. Unde apparet Deum qui motum hunc animantibus indidit, eum approbasse. Atque hinc 4) JCti Romani maris atque fœminæ conjunctionem ex eo jure deducunt, quod natura omnia animalia docuit, *L. 1. ff. Just. & jur.*

PROPOSITIO II.

Natura inter homines non est licita generatio nisi per modum aliquem quo mulier obligata est cohabitare uni viro.

DEMONSTRATIO.

Voluntas hæc Creatoris evidentissime ex eo apparet, quod certum esse patrem voluerit, non autem certus est pater nisi ubi mulier cohabitat cum uno viro. Certitudinem autem patris naturam voluisse vel ex inde apparet, quia natura præcipuam educationis partem injunxit patri. *Vid. supr. ad §. prop.* At expediri id officium nequit nisi constet qui sint parentes editi partus, constare autem de eo non potest si fœmina promiscue cohabitat, adeoque nesciat ipsa ex quo patre editus sit partus. Necesse igitur est ut uni tantum viro cohabitet, unde & nuptiæ a JCtis definiuntur *viri atque mulieris conjunctio. L. 1. §. 3. Just et jur. L. 1. ff. Nupt.*

CONSECTARIUM I. Hinc jam constat *Polygamiam foeminarum, seu nuptias unius foemina cum pluribus viris, contrariari omnino juri natura:* 1) quia

quia natura noluit propagationem inter homines fieri nisi ex qua parentes certi essent: non autem pater est certus, si fœmina pluribus viris cohabitat. Dictum enim 2) est educationis officium incumbere parentibus, adeoque & omnia sine quibus officium illud expediri nequit; non autem potest nisi pater certus sit. Sed & 3) liberis natura debetur successio parentum; si vero de patre non constat injuria fieret vel liberis, si excluderentur ab hæreditate patris, vel maritis, si incertum hæredem admittere tenerentur: Atque hinc apud Spartanos liberi ex promiscuo concubitu nati coacti sunt solum vertere, & metu inopiæ sedem alibi quærere, apud *Inst. l. 3. c. 4.* nulli enim pater existebat, cujus in bonis successionem sperare possent. 4) Reverentiæ debitum cessaret, utpote quod incerto patri præstari nequit. Maximum vero inconveniens 5) in eo consistit, quod ita parentes cum liberis, fratres cum sororibus ignorantes cohabitare possent, exemplo Orestis. Sed & 6) quicquid propagationem impedit id contrariatur juri naturæ, atqui promiscui concubitu impediunt propagationem, quod exemplo meretricum apparet, quæ vix concipiunt. Atque in eo consistit illa superfoetatio, quam adeo rident medici, & quam merito metuunt ICti. Non enim per superfoetationem intelligunt editionem duplici partus successivam, sed qua expellitur partus adhuc immaturus per alium partum, adeoque ubi uterque perit, impeditur ergo hac superfoetatione & futurus & jam factus. Accedit 7) horror quidam naturæ qui feminis & sanguinis confusionem impedit. Unde nulla gens est tam barbara quæ communionem uxorum admittat. Quin inter bruta quoque sunt quæ a promiscuo concubitu abstinent. *Vid. Agath. in fin. Hist.* Sane hæc confusio, ejusque metus, causa est cur adulteria tam severe prohibeantur. *Vid. Disp. nostra de SS. talionis jure §. 32.* Et ideo annus luctus constitutus dicitur *ne turbetur sanguis. L. 11. §. 1. ff. His qui not. inf.*

Neque *obstat*, quod maritus possit cum pluribus fœminis nuptias contrahere, *Vid. consectarium seq.* cur non & fœmina cum pluribus viris: Sane cum mutua sit promissio cohabitationis, nulla ratio dari posse videtur, cur illa aliter in fœmina intelligi debeat. Resp. Sola cohabitandi necessitas est ex mutua promissione, & hactenus uterque conjux æque obligatur: At cohabitandi necessitas fœminæ cum uno solo non est ex promissione, sed ex ratione naturali, quæ obtinet etsi nulla promissio intervenerit, quin etsi contrarium promissum sit; quia ut certus sit pater natura voluit, & omnem cohabitandi modum, præter eum quo certus pater efficitur, prohibuit. Hæc autem prohibitionis ratio tantum obtinet in fœmina non in marito, quia pater certus manet etsi cum pluribus uxoribus cohabitet.

Neque porro *obstat*, quod Spartani ideo promiscuos concubitus admiserint, quod putarent maturiorem fieri conceptionem *si singula eam per plures viros experirentur. Just. L. 3. c. 4.* Unde Plato in republica sua Ideali polygamiam plurimum virorum probat. &c. Resp. Exemplum Spartanorum singulare est; desperata erat Spartanorum causa unde desperata quærebant remedia, neque eventus eorum intentioni respondit. Platonis consilium in idea saltem consistit, neque ulla gens, si exceperis paucas ferarum instar sine societate & lege viventes, hanc ideam secuta est.

CONSECTARIUM II. E contrario ex ante dictis constat, *polygamiam, qua unus vir pluribus nubit foeminis, rationi naturæ non contrariari.* Nam tota ratio prohibitionis, quæ in fœminis militat, in maribus cessat: Ratio enim cur una fœmina pluribus maribus cohabitare non possit, consistit in incertitudine prolis, in confusione seminis, item officiorum ac successionis: At in viro polygamo semper certus est pater, non confunditur semen plurium virorum in uno utero, officia inter patrem & prolem salva sunt, & successio natura liberis quæsita non aufertur.

Atque hinc piissimi viri in veteri testamento polygami fuere, quod exempla Lamechi, Abræ, Iacobi, Judæ, Davidis, Salomonis, &c. testantur: Ipse Deus ait se plures fœminas dedisse Davidi, & inter beneficia divina id numeratur. Neque allegari potest, principium id jus fuisse: nam sufficit quod inde probetur jus hoc rationi naturali non contrariari, utpote cui principes æque obligantur. Sed & Ebræorum morem generalem fuisse, plures habere uxores, probat Seldenus *in Ux. Ebr. & Joseph. Ant. 17. c. 1.* Conf. *August. c. 7. c. 32. q. 4.* Sane Elcanam, Samuelis patrem, polygamum fuisse patet ex *1 Sam. 1. v. 2.*

Neque in prima Ecclesia adeo improbata fuit hæc polygamiæ species: Epiphanius *Hæres.* 80. ait, *tametsi quidam patres, duas & tres uxores habuerint, non tamen in una domo uxores fuisse.* Valentinianus duas uxores duxisse, & legem promulgasse dicitur, ut omnes viri, si vellent, impune bina matrimonia contrahere possent. *Socrat. Hist. Eccl. L. IV. c. 31. Paul. diac. L. 1. init.* Rationem addit Iornandes, quod multiplicare voluerit imperium. *De reg. & temp. succes. tom. 1. L. 1.*

ADDITIO.

„Equidem Baronius primus fabulæ nomine „hanc historiam de proposito Valentiniani tracta„vit, quem postea plurimi utriusque religionis Theo„logi secuti sunt, sed egregio ausu veritatem hi„storiæ defendit de Beausobre *dans la biblioth. germ.* „*tom. 3. p. 21. seq.* Ex recentioribus Ochus integro „tractatu polygamiam defendit, ideo pro Atheo „ex seculi barbarie habitus: sane Melanchthon in „tractatu *de arbore consanguin. & affin.* ait, poly„gamiam non esse rem inusitatam, nec juri divino „contrariam. *Vid. Bausobre d. l. f. 93.* Ipse papa „id beneficium obtulit Henrico VIII. *ibid.* Luthe„rus & Melanchton simile consilium dedere Land„gravio Hassiæ ut aliam, præter eam quam haberet, „duceret uxorem. *ibid. f. 95.*

Accedit consensus plerarumque gentium: In toto oriente hic mos hodieque in usu est. De Germanis ait Tacitus *solos* prope barbarorum singulis uxoribus contentos esse. *de M. G. c. 18.* Nobiliores tamen plures ducere uxores solitos fuisse patet exemplo Ariovisti apud *Cæs. L. 1. de bell. Gall.* Apud Romanos monogamia ex lege Romuli demum obtinuit. *Dion. Halic. 2. c. 16.* Socrates, Philoso-

phiæ moralis Author, duas uxores habuit: Cæsar lege publica polygamiam permittere voluit. *Suet.* 1. 52. de Græcis vide *Authorem* §. 9. *n.* 4.

Neque *obstat.* 1) Quod ex idenditate rationis etiam fœminæ pluribus viris nubere possent; Quo argumento utitur Plautus in *Mercat.* 4, *scen.* 6. *uxor contenta est, quæ bona est, uno viro, qui minus vir una uxore contentus sit.* Nam rationem differentiæ modo dedimus.

Insto promissio de cohabitando reciproca est: Resp. necessitas cohabitandi *uni viro* non est reciproca, quia non est ex promissione, sed ex ratione naturæ.

Obstat 2) definitio matrimonii naturalis, quæ est *conjunctio maris & feminæ: L.* 1, *ff. nupt.* Resp. 1) definiuntur in dicta lege nuptiæ ex hypothesi juris Romani, ubi bigamia fuit prohibita. Resp. 2) Revera non excluditur ea definitione bigamia: Nam si vir cum pluribus cohabitat, plures quoque sunt conjunctiones, & in unaquaque conjunctione definitioni locus erit.

Obstat 3) Servatoris effatum, qui adeo polygamiam prohibere videtur, ut is qui uxore repudiata aliam ducit pro mœcho ab eo habeatur. *Math. V. v.* 31. *& 32. & cap. XIX. v.* 3. Resp. Servator loquitur de eo qui sine justa causa dimittebat uxorem, & aliam superinducebat, is pro adultero habetur; quia vinculum prius adhuc durabat.

Equidem communi Christianæ ecclesiæ consensu polygamia, etiam in viris, improbata est: Unde imperatores & reges Christiani severissime, & sub pœna gladii, suis subditis eam interdixere; adeo ut nec judæis eam licentiam permiserint. *L.* 1. *c. de judæ.* Idque merito, quia maxima inde sequi solent incommoda, odia inter uxores, dissidia domestica, contemtus &c.

Hinc jam facile decidi potest quæstio, an princeps christianus bigamiam lege publica introducere possit? Merito id negatur: Non quia natura prohibetur, sed quia communi lege ecclesiæ, & quidem a prima sua origine, polygamia improbata fuit: quicunque igitur membrum Ecclesiæ esse vult, leges quoque ejus observare debet, vel definit esse illius ecclesiæ membrum.

CONSECTARIUM III. Hine sequitur, *omnem coitionem extra nuptias natura illicitam esse: indeque nec cum eodem sexu, nec cum bruto, nec cum meretrice, concumbere aliquem posse:* Nam cum natura ad copulam marem & fœminam creaverit, & unius tantum modi propagandæ speciei facultatem dederit, exinde apparet, omnem aliam copulam actioni naturæ contrariari. Inprimis 2) quia omnes aliæ copulæ fini creationis, scilicet propagationi quæ ex ejusmodi copulis non sequitur, adversantur. Sed & 3) repugnat maxime sanctitati Creatoris semen, cui inest vis propagandæ imaginis divinæ, miscere cum sanguine bruto, vel dissipare cum puero. 4) Pugnat quoqua cum instinctu naturæ: Sane omne humanum genus, quin pleraque bruta, non nisi cum diverso sexu concumbunt. *Agath. in fin. hist.* Adeoque 5) pauciora exempla, inter quæ Socratem quoque referunt, *Plut. de amor. pr.* Scipionem Africanum, &c. Lælium, *vid. Suet. in vita Terentii* communem illum naturæ horrorem non evertunt. De meretricum concubitu *vide infra* §. 15.

CONSECTARIUM IV. Atque ex his quoque sequitur, *concumbere cum aliena uxore non licere, indeque adulteria repugnare juri naturæ:* Nam inter homines non est licita generatio nisi per modum quo mulier obligata ast cohabitare uni viro: *Vid. prop. I.* Electo igitur viro, jus quæsitum est non tantum marito, sed & liberis, quod fœmina per violationem thori eis aufferret: de quo plenius infra *L.* 2. *c.* 20. §. 30. *n.* 1. *& 2.* §. 39. *n.* 3. *L.* 2. *c.* 17. §. 15.

ADDITIO.

„Adulteria a natura prohiberi rationibus naturæ „demonstravimus in *Dissert. proœm. XII.* §. 142. *&* „§. 521. *II.*

„CONSECTARIUM V. Denique ex ante dictis ap„paret, *gravissimum crimen esse hymenæum manu ca„nere:* quod crimen Onaniticum vocari solet; Nam „sacra pagina nos docet Deum ideo percussisse „Onanem, quod rem detestabilem fecisset, i. e. quod „semen in terram fudisset. *Genes. c.* 38. §. 9. Ea„dem enim hic ratio subest, quod dissipet semen cui „vis propagandæ imaginis divinæ inest, id quod con„trariatur fini creationis & sanctitati creatoris.

PROPOSITIO III.

Ex cohabitatione oritur societas domestica, quæ familia dicitur; in quam agnascuntur liberi, assumuntur famuli, &c.

DEMONSTRATIO.

Dum enim vir & uxor individuam vitæ consuetudinem, & omnis vitæ consortium sibi promittunt, consentiunt in communionem jurium, quæ familia dicitur. Hæc igitur societas a natura est, ideo instinctu naturæ munita, ut esset legitimum medium propagandi generis humani; & sic est initium societatis humanæ: ex ea enim procedunt liberi, qui nubendo novam familiam constituunt, & ex pluribus tandem familiis oriuntur civitates. Familia igitur non constituitur ex triplici personarum genere uti Aristoteles putat, scl. uxore, marito, & liberis ac servis: sed essentia familiæ consistit in mare & fœmina, qui invicem individuam vita consuetudinem, adeoque societatem seu consortium omnis vitæ, promittunt. Reliquæ partes, scl. liberi ac servi, abesse salva familia possunt: quia & conjugium sterile esse, nec servorum ope indigere familia potest. *Vid. L.* 195. §. 1. *V. S.* Accedere tamen ad familiam, eoque pars ejus fieri omnino possunt; & quidem, quod liberos attinet, accedunt natura, servi vero per addictionem.

Hujus societatis domesticæ duplex finis est, 1) propagatio generis humani, 2) mutuum vitæ consortium, seu individua vitæ consuetudo: *Prior* finis proprius est conjugio, neque enim alia ratio dari potest divarsitatis sexus, cujus nullius est usus extra propagationem; *posterior* finis, scl. mutuum subsidium, est secundarius, at æque naturalis: Hinc licet prior finis deficiat, i. e. licet liberi non sequantur, aut non sperentur, subsistit tamen matrimonium; sane Deum jungendo Adæ Hevam ei *sociam* dare voluisse sacra pagina testatur: Sed & spadones, decrepitos, steriles, frigidos, castratos, &c. jure naturæ nuptias contrahere posse, certum est: JCti Romani sub definitione nuptiarum compre-

hen-

hendunt non tantum *conjunctionem maris & feminæ*, sed & simul *individuam vitæ consuetudinem*.

ADDITIO.

„Jure Rumano quoque finis hic, quatenus ad in„dividuam vitæ consuetudinem tendit, fufficit ad „justas nuptias contrahendas: unde spadones, aliique qui natura vel casu impotentes sunt, omni„no matrimonia contrahunt. *L.* 14. *§. f. de Man. „vind. L.* 39. *§.* 1. *ff. Inr. dot.* & excipiuntur tan„tum illi qui scelere suo impotentes facti sunt, ut „castrati. *L.* 14. *§. f. Man. vind.* Vid. *jus meum „Controv. de adopt. q.* 1. *& de nuptiis. q. XI.*

„*Not.* 1) fœmina, quæ ignoravit impotentiam „viri, repudium mittere tali marito potest. *L.* 10. „*C. repud.* 2) Sed & si committetur cum tali ma„rito, adulterium jure naturæ non committit, quia „confusio seminis & sanguinis non est metuenda. „Moribus prupter viulatam fidem pœna adulterii „in uxores ejusmodi viris junctos statuitur, quan„quam propter impotentiam mariti mitigari pœna „soleat: *Brnn. ad Wesenb. Tit. de Adult. q.* 29. *Carpz. „prax. crim. q.* 58. *n.* 3. *Struv. synt. tit de Adult. „§.* 25. *&* 33.

PROPOSITIO. IV.

Ex pluribus familiis oritur civitas. Cic. de off. L. 1. *c.* 54.

DEMONSTRATIO.

Familia igitur seu societas domestica est initium societatis humanæ, ex ea enim procedunt liberi, hi nubendo novam constituunt familiam: pluribus familiis, si illæ se se invicem jungunt juris tuendi caosa, constituitur civitas:

Civitas igitur nihil aliud est quam cœtus perfectus juris tuendi gratia compositus. *Vid. Jus meum publ. c.* 17. *§.* 1. ejusque domicilium urbs est, etsi maris cincta non sit. *ibid.* Notanter dixi civitatem ex *familiis* constitui, non ergo ex singulis personis. Jura igitur familiæ non inhærent personis, sed corpori, quod pater familias tanquam caput repræsentat: adeoque munera publica civitatis per hoc capnt exercentur, ueque in illis concurrit fœmina aut filii; hi nec onera ferunt civitatis, nec munera, sed pater, qui omnium vices gerit, &; unde omnes participant: Uxores ergo & filii sunt quidem immediata pars familiæ, sed non civitatis, adeoque de his non nisi per caput familiæ tanquam ejus membra participant. Atque hinc est quod uxor æque ac filii sequantur forum & dignitatem mariti ac patris: et quod in comitiis non compareant.

PROPOSITIO V.

Ex societate domestica jus est marito in uxorem quoad jura familiæ: Utrique in ceteros.

DEMONSTRATIO.

In hoc igitur corpore familiæ cuique membro certus ordo, & proprium jus, & cujusque officium definitum est a natura: Maritus igitur toti familiæ præest, adeoque etiam uxori, & sic caput ac præcipuum membrum est hujus corporis: Unde supra dictum jam est, in concursu mariti & uxoris præferri maritum quia natura eum majori facultate & regendi & defendendi ornavit, *vid. supr. §.* 1. *propos. II. IV. V.* Jus hoc mariti in uxorem, quod Author imperium vocat, probatur 1) ex ipso facto naturæ, quæ sexum masculinum viribus animi & corporis prævalere voluit. Sed & porro 2) id probatur ex actione creatoris, qui Adamo, cum solus esset, dominium in hanc terram concessit, fœmina tantum consortii & propagationis causa accessit: Neque enim ad imperandum opus erat alio sexu, sed tantum ad generandum. Unde Paulus ait totam perfectionem fœminarum consistere in procreatione sobolis, *1. Thim.* 2. *v. f. c.* 5. *v.* 10. *&* 14. & maximum fœminarum munus esse *concipere* traditur in *L.* 14. *§.* 1. *Ædil. ed.* Idque 3) ex consuetudine universali omnium gentium corroboratur, ubique enim fœminæ subsunt imperio mariti: *Josephus L.* 2. *c. App.* ait, *mulierem inferiorem & deteriorem viro esse*, indeque concludit, *ergo obtemperet.* Fidem quoque faci 4) sacra pagina, ubi fœminæ jubentur obedire viro. 1. *Chor.* 11. *v.* 2. & jus canonicum ait fœminas natura subjectas esse viris, *c.* 12. 14. 15. 17. *Caus.* 33. *q.* 5. Unde etiam judicium mariti est in uxoris mores. *Gell. L.* 10. *c.* 23. *Vid. disp. nostr. de judicio morio m.* 3. *§.* 13. Dictum Artemidori vide apud *Grot. h. §.* 9. *n.* 2.

At hoc tantum verum est quod ad regimen familiæ, cujus caput est maritus, attinet: Nun ergo imperium illud se extendit ad uxoris bona, contractus, aliasque actiones ad familiam non spectantes: Neque imperium illud excludit officia matris naturalia, quo pertinent jura educandi, alendi, corrigendique mores liberorum: nam hæc jura sunt pars propagationis cujus officium incumbit utrique parenti. *Vid. §.* 1 *prop. III. IV.*

Neque obstat 1) regulam illam de præeminentia sexus masculini in genere veram non videri, multaque extare exempla fœminarum quæ prudentia & fortitudine famam maximorum virorum obscurarunt. Quo pertinet Artemisia *Just. L.* 2. *c.* 12. Semiramis *L.* 1. *c.* 2. Dido *ibid. L.* 11. *c.* 10 Cleofide *ibid. L.* 12. *c.* 7. Imo integræ gentes & nationes a fœminis celebres extitere, quo Amazones pertinent: unde concludunt, natura sexum masculinum non esse potiorem, & quod fœmininus postponatur id ex præpotentia virorum ortum esse: Resp. Negari nequit fœminas sæpe præstare viris, sed id non a natura sexus, sed ex vitio & virtute personarum est. Quod enim pessimus vir ab optima fœmina vincatur, non est a sexu, qui communis est, sed quia vir a virtute sexus suo vitio defecit, & mulier vitium quasi sexus sua virtute correxit, & vim ejus auxit. Comparari ergo debet optima fœmina cum optimo homine, & pessima cum pessimo, & tunc semper vincet mas fortitudine æque ac prudentia: sane a memoria hominum vix 100. vixere fœminæ sine labe illustres, & heroinæ; at nullum seculum, nullus populus caruit viris Heroibus, qui longe superarunt etiam clarissimas fœminas.

Neque obstant 2) exempla ubi fœminæ maritis imperarunt, quo pertinet, Johanna Neapolitana, Maria Scotica, Maria Anglica, Ulrica Suecica &c. Nam mariti hic obtemperant uxoribus extra familiam, in causis publicis & imperii. Idque ex consensu

fensu & pacto, dum populus, cujus pars est maritus, uxori imperium defert. At hæ ipsæ fœminæ quoad jura familiæ obtemperant viris: Nam idem hic obtinet quod in filiis qui simul reges sunt, illi subsunt imperio parentum in negotiis domesticis, at extra causas familiæ parentes obtemperant filiis qua regibus: *Vid. fupr. L.* 1. *c.* 1. *§.* 6. *& h. c. §.* 6. *in fin.*

PROPOSITIO VI.

Hinc uterque tenetur educare & alere liberos. Non vero se invicem. Neque ulla fit commixtio bonorum.

DEMONSTRATIO.

Educationis necessitatem demonstravimus *supra §.* 1. *prog.* 1. *&* 2. Sub educatione autem contineri alimenta diximus. Equidem regula naturæ est, quod nemo alium alere teneatur, quia quisque jus tantum habet in res suas, non alienas. At exceptio est in liberis, quia se ipsos alere non possunt: idque ex medii necessitate, ex actione creatoris, ex fine creatarum mamellarum, ex instinctu communi animantium, & demum ex gentium consensu demonstravimus. *Vid. Grot. infr. §.* 29. *ibique Tesm. & Gron.*

Conjuges autem invicem alere se non tenentur: Nam 1) certum est natura neminem alium alere teneri: regula enim naturæ est, quod quilibet de re sua prout lubet disponere possit; quæ regula vera non esset si uxor jus alendi ex bonis meis prætendere posset. Sane 2) conjuges paciscuntur saltem de cohabitatione, quod pactum non infert animum seu necessitatem alendi. Neque 3) conjugium est modus seu titulus acquirendi juris, quia matrimonium non contrahitur acquirendi sed propagandi causa. Et cum 6) in solis liberis natura exceptionem alendi ex medii necessitate constituerit. hæc ipsa exceptio firmat regulam in casibus non exceptis; inprimis cum tota illa necessitatis ratio, quæ in liberis fuit, in conjugibus cesset.

Quia vero jus hoc naturæ difficillimæ esset expeditionis, cum, si communiter alere familiam deberent, etiam in re minima pro rata collatio facienda esset; ideo jura dotium sunt introducta, quæ proinde in vicem juris contribuendi pro oneribus familiæ surrogata sunt: certissimo indicio jure naturæ fœminam ad sustinenda matrimonii onera concurrere debere. Si maritus uxorem accipit, nec stipulari sibi dotem passus fuit, suo beneficio renunciasse censetur, & sic solus alere tenetur. Atque hinc est quod si furiosa fuerit uxor, eam alere saltem teneatur maritus ad quantitatem dotis. *L.* 22. *§.* 8. *folut. matr.*

ADDITIO.

„Uxorem fieri sociam divinorum humanorumque jurium, adeoque & communionem bonorum „nuptiis contrahi, alibi probavi. Unde est quod uxor „mortuo marito apud plerasque gentes succedat in „dimidiam bonorum partem. Ali ergo omnino „ex bonis communibus debet. *Vid. Diss. Proœm.* „*XII. §.* 164.

PROPOSITIO VII.

Uxor sequitur dignitatem mariti etsi disparis conditionis persona matrimonium contraxerint: Nisi aliud pactum fit.

DEMONSTRATIO.

Explicavimus hanc propositionem *in Dissertat. de Lege Morganatica Sect.* 3. *§.*2. *seq.* Verba hæc sunt. Initio itaque de æqualibus conjugiis dispiciamus oportet, quibus prætermissis inæqualia recte intelligi nequeunt.

Est vero conjugium æquale quo uxor sequitur dignitatem mariti, idque propter individuam vitæ consuetudinem, ac divini humanique juris communionem: *L.* 1. *ff. Rit. nupt.* cum igitur regulariter, & ex ipsa natura conjugii, uxor nubendo viri dignitatem sortiatur, *l.* 8. *ff. Senat. l.* 13. *C. de Dignit. Nov.* 22. *cap.* 36. &c. prima certissima regula est. *Conjugia sua natura esse æqualia etsi disparis conditionis persona ea contraxerint.* Ita comparatum est in vita civili ut maritus quidem, seu paterfamilias, dignitates reipublicæ sustineat, at familia tamen ejus, scl. uxor & liberi, uti de toto jure civitatis ita & de dignitate participent. Necesse enim est, ut fœminæ, cum per se nullam habeant, sequantur vel retineant familiam masculorum, eorumque adeo forum, domicilium, dignitatem, & omnia denique jura civitatis. Est itaque ex ipsa ratione & natura conjugii, ut fœmina nubendo sequatur dignitatem mariti, eoque conjugia sint æqualia. *supra §.* 1. Ita Udalricus, Dux Bohemiæ, cum rustici filiam duceret, dissuadentibus respondit: se una nocte effecturum, ut quæ heri virgo rustica fuerit, eadem cras fieret princeps, quoniam principis uxor eadem gauderet cum marito dignitate, *Dubrav. hist. Bohem. L.* 7. *princ.*

Unde plurima ducuntur consectaria, uti I) quod filii patris illustris, matre nobili vel plebeja nati, succedant patri in principatu ac dignitatibus, æque ac ex illustri nati: nam & patrem æque sequuntur, Myler, *Gamol. c.* 5. *§.* 19. *& seqq. & §.* 6. *& seqq.* & juris naturalis est, ut liberi legitimi succedunt patri. *Nov.* 18. *præf. & §.* 2. Hoc jus quoque gentes suo consensu confirmant. Hinc Plutarchus *de amore prolis* dicit, *liberis deberi hæreditatem ex naturæ debito*; perinde uti Imp. *in alleg. Nov.* 18. Et Valerius Maximus *L.* 5. *c.* 9. *n.* 2. de Hortensio tradit *quod & impiissimus filius ipsi successerit, ne ordo naturæ confunderetur.* Ita Davidi & Salomoni, etsi regum filias uxores quoque haberent, successere tamen ex plebejis nati 1. *Reg.* 2. *v.* 28. *& seqq. & c.* 14. *in f.* Sic in consultatione de successore Alexandri M. pars filio ipsius Herculi, ex Barsine vili fœmina nato, competere regnum statuebat, *Justin. L.* 13. *cap.* 3. quem etiam Cassander, ideo, quod metueret eum regem fore, occidit. *Inst. lib.* 15. *c.* 20. Nec obstitit ei, quod matre plebeja, sed quod capta & serva, quin concubina magis quam uxore natus, eoque non legitimus esset: sed & actu successit Alexandro M. Aridæus ex vilissima fœmina Larissæa natus. *Justin.l.*13*c.*2. Filius prædicti Udalrici ex rustica fœmina natus, patri in principatu Bohemiæ successit & filiam Ottonis Imperatoris duxit. *Dubrav. L.* 7. *Æn. Sylv. Hist. Boh. l.* 18. alia exempla exstant apud *Henricum Salmuth. de matrim. princ. cum virg. nob. qu.* 1. *Rat. dec.*6. *Myler. Gamol. c.* 5. *§.* 6. *& seqq.*

Sequitur II) quod filii ex inæquali matrimonio nati succedant in feudis, etiam regalibus; quamvis libe-

liberi æquali dignitate nati ſuperſint, cum jus quoque ſuorum & legitimorum heredum obtineant. *Strauch. de Iur. publ. L. 1. tit. 32.* §. 3.

III) Quod nati ex tali uxore liberi utantur privilegiis, juribus, ac inſignibus illuſtrium, ſind Schild- Erb- und Lehen fähig, etſi ex alia uxore illuſtri quoque liberi exſtent. Myler *Gamol. cap. 5. §. 21. 2. 6., & ſeqq.*

IV) Quod illi jure primogenituræ præferantur quoque aliis, ex poſteriori uxore illuſtri procreatis: niſi moribus, vel ſtatutis loci, vel pactis familiæ, aliud conſtitutum fuerit. *Henr. Salmuth. d. tract. quæſt.* 3.

V. Quod admittendi ſint ad beneficia eccleſiaſtica, niſi lex fundationis impediat. *Pac. Oſnab. art.* 5. §. 17. Cum igitur ſola lex fundationis excipiatur, ſequitur, ſolis moribus effici id non poſſe ut minus nobiles, nedum matre minus nobili nati, a beneficiis excludantur. Quin ejusmodi mores expreſſe damnantur Jure Canonico. *c. pen. 5. de præb. & dignit.* eosque inter exempla pravarum conſuetudinum numerat, atque illicitas & ioefficaces, & cootra omnia jura ac ritus veteris eccleſiæ eſſe tradit, idque judicio & authoritate Cameræ approbatum refert *Webner Obſ. pract. voc.* Gewohnheit *n.* 11. Idem de exercitiis equeſtribus. *Myler. c.* 5. §. 38. *& ſeqq.*

VI. Quod ipſa uxor plebeja poſt mortem mariti illuſtris utatur juribus & privilegiis viduarum illuſtrium, uti 1) titulo, 2) foro, 3) dotalitii jure, quod conſtituendum iisdem juribus, quibus illuſtribus viduis ſolet, 4) Morgengaba, quæ pari jure ei debetur. De quibus Myler de *Gamol. c. 9. 10. & c.* 15.

Equidem valde obſtare videtur illuſtre exemplum Ferdinandi Auſtriaci, qui Philippinam Velſeram Patriciam Auguſtinam duxerat, ex qua nati filii excluſi ſunt a ſucceſſione Auſtriæ. *Piccar. Decis. 9. Obſerv. Hiſt. Politic. c.* 1. Reſpondetur ideo id factum, quia ſtatus clam & invito patre matrimonium initum, eoque ex legibus Germaniæ nullum eſſe cauſabantur, uti & hanc cauſam luculenter expoſuit Thuanus *Hiſt. 71. in fin. ann.* 1550. Hinc, neque uxor ipſius, etſi legitima, neque liberi ex ea ſuſcepti, tantæ ſucceſſionis provinciarum capaces ab ordinibus habiti ſunt.

Adverſantur quoque conſules Romani apud *Liv. L. 4. c. 1.* Verum apparet ſatis ſtudio cauſæ ea dicta fuiſſe, pleniſſimaque ineptiarum eſſe, ac mox refelluntur a tribuno plebis Canulejo *d. l. 4. cap.* 3. *& ſeqq.* Opponi denique iis poteſt oratio Caji Marii apud Saluſt. *de Bell. Iugurth. cap.* 85.

Merito autem adjecimus *niſi aliud pactum ſit:* h. e. niſi pactis, inprimis familiæ, vel ſtatutis aut moribus aliquid immutatum fuerit. Ita in Marchia conſtitutum eſt, ne filii nobilium impari nubentes integram dotem ex feudo ſtatutam conſequaotur, ſed partem, & quandoque nullam. *Rec. prov.* 1654. *§. Brunn. cent. 4. dec.* 46.

ADDITIO.

„Præterea varias quæſtiones circa conjugia inæqualia decidit B. Parens *in disp. de lege Morganatica ,,ſect. §, 12. ſeq.* verba ejus hæc ſunt. Si princeps „vel comes ducat plebejam, vel nobilem, an hæc „hodie gaudeat titulis, loco & inſignibus mariti? „Affirmo: *L. 8. ff. de Senat. ſup. §. 1. & 2. Tira- ,,quell. de nobil. tom. 1. cap.* 18. Strauch. *d. l.* 32. „§. 3. Myler. *Gamol. c. 4. §. 12. & ſeqq.* ubi § 15. 16. „17. exemplis principum Germaniæ id illuſtratur. „Solet tamen maritus ab Imperatore impetrare dignitatem, v. g. comitivam, &c. pro uxore & liberis, uti „noſtra memoria Comes de Bentheim impetravit, „ut ſcl. quod tantum jure matrimonii, & repræſentatione mariti uxori competit, jure quoque pro- „prio & hæreditariu illa obtineat.

„E contrario quoque & in caſu converſo, ſi „principis vel comitis filia nupſerit inferiori, ea- „dem ratione illa mariti conditionem ſequeretur, „non paternam: idque certo jure ita deciſum eſt, „ſi plebejo & privato nupſerit; *l. 8. verſ. paren- ,,tes. ff. de Senat. l. 1. C. de dignit. Perez. C. de di- ,,gnit. n.* 48.

„At, ſi marito inferioris ſaltem dignitatis jun- „cta fuerit, noo caret res ſcrupulo: Nam quod „jure civili non iunnuuatur his nuptiis dignitas „generis, deciſum videtur *l. 1. C. de dignitat.* Etſi „enim fœmina *in d. l.* 1. avum ſaltem conſularem, „& patrem prætorium virum habuerit, qui non „ſunt niſi clariſſimi, *l. 2. de procur. l. 1. c. Si adv. ,,vend. l. 1. pr. c. de tut. illuſt.* atque adeo non vi- „deatur nupſiſſe infra generis claritatem, quæ & „ipſo clariſſimo nupſit; tamen *generis* dignitas *in ,,d. l.* 1. retineri dicitur. Quod & firmat *L. 10. C. ,,de nupt.* ubi aliud jus in filia, aliud in vidua infe- „riori nubente ſtatuitur: idque communiter docent „Doctores *Strauch. de jur. publ. lib. 1. cap. 32. §. 4. ,,Myler. Gamol. c. 5. §. 25. 26.* 27. etſi hujus rationes „parum moveant: Quo conceſſo, dicendum erit, *l. ,,10. ff. de ſenat.* (ubi ſimpliciter dicitur, *ſenatorum ,,filias clariſſimarum nomine non haberi, niſi & ,,clariſſimis nupta ſint,*) opponi clariſſimos plebejis, „quorum proxime mentio præceſſerat, vel ſaltem „hactenus ei derogatum eſſe *per d. l. 10. & d. l.* 1.

„Atque hinc in imperio quoque uſus ille indu- „ctus videtur, ut principis filia comiti nupta, reti- „neat titulum ſereniſſimæ, & regum filiæ non re- „gibus, nuptæ, uti ſoleant formula; gebohrne „aus Königlichem Stamm, ꝛc. quin & gebohrne „Herzogin, *Springſf. de Apanag. c. 3. n. 13. Myl. ,,d. c. 5. §. 28. Strauch. d. c. 32. §.* 4. Uſu enim „Germaniæ ipſa nomina quidem ducum, principum „&c. at non regum, toti familiæ, etiam minori- „bus filiis & fœminis communicantur: etſi quæ- „dam fœminæ, reginarum quoque nomen retinue- „riot. *Springſf. d. c. 3. n. 9. & ſeqq. Myl. d. l.*

„Si vero principis vel comitis vidua inferiori „nubat, certo jure prioris mariti dignitatem amit- „tit, eamque nec moribus, nec ullo jure retinet; „filiæ enim facilius paterni generis, quam viduæ „maritorum dignitatem conſervant. *Tiraq. d. c. ,,18. n.* 11, 12. Nam ex matrimonio priore quæſi- „ta dignitas, altero matrimonio, quo omnia prio- „ris veſtigia prope delentur, retineri nequit, *l. 13. ,,in f. C. de dignit. l. 10. C. de nupt. l. 8. in f. ff. ,,de ſenat. Tiraq. d. l. Peretz d. c. n.* 55. Sed nec „amiſſa ita dignitas mortuo marito ignobiliore re- „cuperatur. *Peretz, d. tit. num.* 57. Niſi forſan a „principe impetraverint viduæ, ut nuptæ iterum „minoris dignitatis viro, nihilominus in priſca,

„quam

§. VIII.

[a] Ex consensu jus in personas quod oritur, aut ex consociatione venit, aut ex subjectione. [b] Consociatio maxime naturalis in conjugio apparet: sed ob sexus differentiam imperium non est commune, [c] sed maritus uxoris caput, [d] nempe in rebus conjugii, & in rebus familiæ [e] nam uxor pars fit familiæ maritalis. [f] Ideo de domicilio constituere jus est marito. [g] Siquid ultra juris maritis conceditur, ut lege Hebræa [h] jus rescindendi quævis vota uxoris, apud populos nonnullos [i] jus vendendi bona uxoria, non a natura est, sed ab instituto

Eph. v, 23.

„quam acceperunt a priore marito, maneant dignitate. *l. 22. ff. de Senat.* quamvis perraro id accidat.

„Ex dictis sequitur, viros non sequi dignitates uxorum, nec qui reginas ducunt, ideo reges esse, nisi lege regni aliud obtineat, vel vir rite rex constituatur: cujus rei exempla passim obvia, & satis vulgata sunt. Idque obtinere in regnis Hispaniæ ut maritus reginæ rex sit, contra ac in aliis regnis, testatur *Peretz. d. t. n. 51. Myler. Gamol. cap. 5. §. 30. & seqq.*

De concubinatu, & conjugio ad legem Morganaticam plenius infra agetur:

„*a*) (EX CONSENSU JUS IN PERSONAS QUOD ORITUR &c.) Hactenus Author egit de jure quod nostrum est, & originarie nobis competit in personas EX GENERATIONE: *Vid. supr. §. 1. seq.* Sequitur jam jus quod nobis in personas competit EX CONSENSU: *Vid. §. h.* Consentiunt autem homines vel in *societatem* vel in *subjectionem*: *Vid. §. h.* ad *priorem* Author refert conjugia *ibid. & §. seq.* aliasque consociationes, tum *publicas* quando nimirum plures patresfamilias in unum populum coeunt. *Vid. §. 23.* Vel quando plures populi commune corpus constituunt. *Vid. §. 25.* tum *privatas*; quo refert arrogationes, §. 26. & servitutes, §. 27. Ad *posteriorem* refert deditionem qua populus alii se in servitutem dat. *Vid. §. 31.*

„Repetendum hic est quod initio capitis diximus, male has acquisitiones juris referri ad id quod *nostrum* est, i. e. ad jus rerum; Negamus enim maritum in uxorem, patrem in filium, magistratum in subditum jus in re habere, aut actiones reales inde oriri:

„*b*) (CONSOCIATIO MAXIME NATURALIS IN CONJUGIO APPARET:) Primam hanc societatem a natura esse, proximam in liberis, testatur Cicero *L. 1. off. c. 17.* Aristoteles *ex his societatibus*, inquit, *domus prima. Polit. l. 1. c. 2. & 3.* Paterfamilias enim, genus suum propagaturus, sociam propagationis quærit, fœminam nimirum, quæ suo consensu usum corporis ei præbet, ac in ejus domum, eoque in ejus custodiam ac potestatem transit. *Vid. diss. prooem. XII. §. 141. seq.* Hinc matrimonium societas fortunarum omnium dicitur apud *Livium l. 9.* Uxor marito dicitur socia cujuscunque fortunæ: *Tac. 3. ann. 15.* Et uxoris consortium rerum secundarum adversarumque *Eod. l. c. 34.* conjux prosperis dubiisque socia *Tac. l. 12. ann. 5.* item laborum periculorumque socia *Id. mor. germ. c. 18.* & non prosperæ tandum sed omnis fortunæ societatem inisse dicitur *Iustin. 23. 2.* Denique in genere jura divina & humana mariti cum uxore communicari ait JCtus in *l. 1. ff. Rit. nupt. l. 22. §. 7. sol. matr. Goth. ad leg. XII. tab. tit. 17. §. 3.*

„*c*) (SED MARITUS UXORIS CAPUT:) Societas igitur est inæqualis, & tantum pertinet ad negotium propagationis, & ad jura privata familiæ. Quod ad imperium attinet, illud soli patrifamilias competit, utpote cujus est domus in quam uxor transit, unde dominus dicitur, & caput familiæ. *l. 195. V. S.* quod pluribus demonstravimus *in Diss. prooem. XII. §. 148.*

„*d*) (NEMPE IN REBUS CONJUGII ET IN REBUS FAMILIÆ:) Hinc uxor educare cum marito tenetur liberos, sequitur dignitatem, forum, & fortunam mariti, communio bonorum obtinet &c.

„*e*) (NAM UXOR FIT PARS FAMILIÆ MARITALIS:) Consensu enim suo usum corporis sui præbet marito, in ejus domum, cujus ipse est dominus, transit, adeoque ejus potestati se submittit. *l. 195. §. 2. V. S. Diss. prooem. XII. §. 148.*

„*f*) (IDEO DE DOMICILIO CONSTITUERE JUS EST MARITO:) i. e. uxor sequitur domicilium & forum mariti *l. 5. l. f. ff. jurisd. l. f. §. 3. ad Munic. l. f. C. incol.*

„*g*) (SI QUID ULTRA JURIS MARITIS CONCEDITUR, ID NON A NATURA EST:) imo multa alia jura marito in uxorem natura competunt: jus enim vitæ & necis in uxorem delinquentem sequitur ex imperio quod marito, tanquam capiti familiæ, in familiam competit: uxor nihil proprii habet, quicquid secum affert ejus dominium transfert in familiam, quicquid acquirit acquirit familiæ ejusque capiti &c. quod rationibus naturæ probavi in *Diss. prooem. XII. §. 148. seq.*

„*h*) (JUS RESCINDENDI QUÆVIS VOTA UXORIS:) *Num. 30. v. 7.* Imo id sequitur ex ipsa ratione naturali: Cum enim uxor subjecta sit marito natura, *d. l. 195.* sponte sequitur omnes uxoris actiones dependere ab arbitrio mariti, & cum nihil proprii habeat, dicare aliquid Deo sine consensu mariti non posse.

„*i*) (JUS VENDENDA BONA UXORIS:) In quibusdam

instituto. Exigit hic locus ut videamus [k] quid sit de natura conjugii.

2. Conjugium igitur naturaliter esse existimamus [l] talem cohabitationem maris cum fœmina, quæ fœminam constituat quasi sub oculis & custodia maris, [m] nam tale consortium & in mutis animantibus quibusdam videre est. In homine vero, [n] qua animans utens est ratione, [o] ad hoc accessit fides, qua se fœmina mari obstringit.

§. IX.

[a] Nec aliud ut conjugium subsistat natura videtur requirere: [b] sed nec divina lex amplius videtur exegisse, [c] ante Evangelii propagationem. [d] Nam & viri sancti ante legem plures una uxores habuerunt, [e] & in lege præcepta quædam dantur his, qui plures una habuerunt, Deuter. XXI. 15.

„busdam locis Germaniæ maritus est legitimus ad„ministrator bonorum uxoris, & ideo quoque ea „vendere potest, at plurimæ solennitates tum ob„servari solent. *Carpz. d. l. 5. resp. 42. & jurisprud. „for. p. 2. c. 15. d. 20.*

„*k*) (QUID SIT DR NATURA CONJUGII:) Cum „enim conjugium sit acquisitio juris in personam, „nosse interest quid sit conjugium.

l) (TALEM COHABITATIONEM MARIS CUM FOEMINA, QUÆ HANC QUASI CONSTITUAT SUB OCULIS ET CUSTODIA MARITI:) Conjugium describitur a JCtis Romanis, quod sit viri ac mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens. *Vid. §. 1. Inst. de Patr. pot.* Et alibi, quod sit conjunctio maris & fœminæ, consortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio. *L. 1. ff. Rit. nupt.*

m) (NAM TALE CONSORTIUM ET IN MUTIS ANIMANTIBUS QUIBUSDAM VIDERE EST:) Hinc JCtus conjunctionem maris & fœminæ deducit ex eo jure quod natura omnia animalia docuit.

„*n*) (QUA ANIMANS EST UTENS RATIONE:) „Unde talis conjunctio matrimonium vocatur, „quæ vox juris est: cum bruta sese jungant solo „docente instinctu.

„*o*) (AD HOC ACCESSIT FIDES QUA SE FOE„MINA MARI OBSTRINGIT:) Fœmina enim, quæ „consentit in conjugium cum mare, promittit se „cum eo solo cohabitare velle.

a) NEC ALIUD:) Scilicet præter fidem qua se „fœmina mari obstringit, eique soli.

„*b*) (SED NEC LEX DIVINA AMPLIUS VIDETUR „EXEGISSE:) Lex enim divina adeo non exigebat „ut mas se soli fœminæ obstringat, ut potius li„bertatem ei concesserit cum pluribus cohabitandi.

c) (ANTE EVANGELII PROPAGATIONEM:) Quasi lex divina per Evangelium mutata sit. Nos toties diximus Evangelium plane legis obligationem non inferre, neque servatorem leges Mosis tollere, sed saltem interpretari.

ADDITIO.

„Lex Evangelii homines quidem inter se non o„bligat, obligat tamen intuitu Dei: At mox demon„strabimus, polygamiam plurium fœminarum nec „a Servatore improbari.

d) (Grot.) (NAM ET VIRI SANCTI ANTE LEGEM PLURES UNA UXORES HABUERUNT:) Chrysostomus de Sara: κἀκείνη πάλιν ἐσπούδασε τῆς ἀπαιδίας ἐπινοῆσαι παραμυθίαν αὐτῷ τινα ἀπὸ τῆς παιδίσκης· οὐδέπω γὰρ ταῦτα τότε κεκώλυτο. *Ipsa vicissim studebat sterilis conjugii solatium ex ancilla quærere: nondum enim talia tunc vetita erant.* (In I. *ad Corinth.* Cap. XI. p. 414. Tom. III. *Ed. savil.*) Eundem vide I. *ad Timoth.* c. III. (vers. I. Tom. IV. pag. 285) *Augustinus* de doctrina Christiana libro III. cap. XII. *Erat uxorum plurium simul uni viro habendarum inculpabilis consuetudo.* Similia habet ibidem cap. XVIII. Tum vero cap. XXII *Multa enim sunt, quæ illo tempore officiose facta sunt, quæ modo nisi libidinose fieri non possunt*, & libro XVI. de civitate Dei, cap. 38. *quoniam multiplicandæ posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat.*

ADDITIO.

„Dictum est *ad h. §. 8. prop. 11. consect. 1. & 2.* „polygamiam *qua unus vir ducit plures uxores*, ne„que jure naturæ neque jure divino prohiberi: „eam autem qua una fœmina pluribus maribus con„jungitur omnino & juri naturæ & legi divinæ re„pugnare: De priori polygamiæ genere, ejusque „apud judæos usu late tractat *Selden. in ux. Ebr. „l. 1. c. 9. Ligtfoogt in hor. Hebr. ad Math. c. 5.* Un„de pacisci solebant, ne plures inducerentur uxo„res, uti inter Jacobum & Labanum. *Gen. 31. v. „50.* Natura hic nullum vitium subesse passim te„statur Augustinus. *c. 32. q. 4. c. 1. de civ. Dei l. „16. c. 38. & in libro de Virginibus.*

„Neque exempla allegata sanctorum virorum „divina quadam nituntur dispensatione uti putat „Osiander *in not. b.* nullibi enim vestigium talis „dispensationis exstat.

e) (Grot.) (ET IN LEGE PRÆCEPTA:) *Iosephus* Antiq. histor. XVII, 1. πάτριον ἐν ταυτῷ πλείοσιν ἡμῖν συνοικεῖν. *Mos nobis patrius eodem tempore plures habere uxores.* §. 2.

ADDITIO.

„Respicit Author ad locum *Deut. 21 v. 15. si „habuerit homo uxores duas, unam dilectam alte„ram odiosam, genueritque ex eis liberos, & fue„rit filius odiosæ primogenitus, volueritque substan*tiam

buerunt, [f] & regi præſcribitur, ut nec uxorum nec equorum nimiam ſibi adciſcat copiam, [g] ubi Hebræi interpretes notant, octodecim 2. Sam. xii, 8. [h] ſive uxores ſive concubinas regi fuiſſe conceſſas, [i] & Davidi Deus imputat, [k] quod uxores ei complures & quidem illuſtres dediſſet.

3. [l] Sic

„tiam inter filios ſuos dividere: non poterit filium „dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odio„ſæ.

„f) (ET REGI PRÆSCRIBITUR:) *Deut.* 17. *v.* „17.

„g) (UBI HEBRÆI DOCTORES NOTANT OCTO„DECIM:) Quod ex Miſna, *tit. Sanhedrin. c.* 2. „*Talm. babyl. f.* 21. *a.* ex Gemara babylonia *ad* „*tit. Sanhedrin. c.* 2. *f.* 21. *a.* & ex paraphraſte „Jonathanis nomine circumlata, item ex Maimo„nide Moſe, Cotzenſi &c. probat *Selden. de ux.* „*Ebr. L.* 1. *c.* 8. *f.* 41. & 42.

„h) (SIVE UXORES SIVE CONCUBINAS:) Ita „Maimonides & Moſes Cotzenſis id explicant. „*apud Seld. d. f.* 42. Qui vero bene obſervat Re„hoboamo octodecim fuiſſe uxores, ſed præterea „ſexaginta concubinas 2. *paralip.* 11. 21.

„i) (ET DAVIDI DEUS IMPUTAT:) i. e. bene„ficii loco reputat. 2. *Sam.* 12. 8.

k) (Grot.) (QUOD UXORES EI COMPLURES ET QUIDEM ILLUSTRES DEDISSET:) *Joſephus* eo hiſtoriæ loco: *δόντος δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκας, ὡς δικαίως καὶ νομίμως ἠγάγετο. Cum Deus ei uxores dediſſet, quas juſte ac legitime habere poſſet*, (Ant. Jud. VII, 7. §.) Peſictha ad *Levit.* XVIII. notiſſimum ait eſſe, eum qui dicat vetitum eſſe habere plures uxores neſcire quid ſit de lege.

l) (SIC ET DIMITTERE UXOREM VOLENTI MODUS PRÆSCRIBITUR:) Author ex eo quod matrimonium ſola fide conſtet, infert, matrimonium utrinsque voluntate iterum ſolvi poſſe. Unius igitur voluntate dirimi non poteſt, quia ex conventione illa de cohabitando utrique jus quæſitum eſt, quod unus ſuo diſſenſu alteri auferre nequit: utrinque enim obligatio nata eſt, cui unus ſe eximere altero invito nequit. At utriusque conſenſu poteſt: 1) quia tota ratio conjugii conſiſtit in conſenſu de cohabitando, & omnis obligatio ex illo conſenſu oritur: non poteſt igitur ceſſante conſenſu eſſe obligatio 2) Quod conſenſu contractum eſt naturaliter contrario conſenſu ſolvi poteſt, quam regulam naturæ inculcat quoque iurisprudentia Romana in *l.* 35. *ff. Reg. jur. nihil enim tam naturale eſt quam eo genere quicquid diſſolvere quo colligatum eſt:* Sed & 3) regula naturalis eſt quod quisque de re ſua diſponere poſſit prout lubet, qui vero paciscuntur de dirimendo matrimonio diſponunt de re ſua, ſcilicet de jure ſuo cohabitandi. Atque hæc ſententia 4) conſtans fuit primævæ eccleſiæ, omniumque Imperatorum Chriſtianorum, ut Theodoſii in *L.* 8. *pr. C. repud.* Anaſtaſii in *l.* 9. *c. Eod.* Iuſtiniani in *Nov.* 22. qui id quidem prohibuit in *Nov.* 117. *c.* 10. ſed reduxit Iuſtinus in *Nov.* 140. Et hodieque ita obſervat Eccleſia Græca nec poſtea ulla Chriſtianorum Imperatorum conſtitutione mutatum id fuit. Et cum 5) temporibus horum Imperatorum præcipui Doctores eccleſiæ vixerint, nec unquam improbaverint, concludi inde neceſſe eſt, nihil contra jus naturæ legibus illis permiſſum cenſeri.

Obj. 1) *Matth. V. 32. Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiſerit uxorem ſuam, facit eam moechari, & qui dimiſſam ducit, adulterat. Add. c. XIX. v.* 9. Ex quibus locis ſequi videtur ſervatorem omne divortium improbare. Reſp. diſtinguendum eſt inter ſtatum corruptum & integrum: Si homines in *ſtatu integro* manſiſſent nulla divortia, exſtitura fuiſſent, libidines enim & diſſidia, inconſtantia itidem animi, utpote totidem divortiorum cauſæ, incognitæ in illo perfectionis ſtatu fuere: At *in præſenti ſtatu corrupto* non poteſt inſpici quid in ſtatu perfecto juris fuiſſet, ubi & animus cupiendi nuptam pro adulterio & odium hominis pro homicidio fuit. Unde Moſes & alii legislatores non in cogitationes ſed tantum in actus poenam conſtituerunt; alias enim delendum eſſet humanum genus poenis. In hoc igitur *ſtatu corrupto*, ubi vitiis hominum quodammodo indulgeri debet, nec ille qui cauſam diſſidiis dedit compelli poteſt ut cohabitet, coacta enim cohabitatio pugnat cum ſubſtantia matrimonii, quæ in mutuo adjutorio, in mutuis officiis, & in conſortio vitæ conſiſtit: hoc fine ceſſante, uti ceſſat ſi conjuges ſe invicem odio habeant, deſinit eſſe matrimonium: Unde Paulus ex eadem ratione deſertionem conjugis pro juſta divortii cauſa allegat, conſortium enim illud & ſubſidium vitæ adeoque finis matrimonii ceſſat: Quin vera ratio cur adulterium pro vera cauſa divortii reputetur, eodem recidit, finis enim principalis matrimonii, legitimæ nimirum prolis fides, tollitur, eoque ratio præcipua quæ jurium communionem infert, unde juſtum eſt odium conjugis in adulteram, eoque juſtum divortium: Denique eadem quoque ratio eſt in odio capitali:

De *priori* ſtatu loquitur ſervator & de perfectione hominum in illo ſtatu: Ille enim, tanquam virtutum Doctor, in id perpetuo allaborat, ut reducat homines corruptos ad illum ſtatum perfectionis. Idque clariſſime ex eo apparet, dum ad objectionem judæorum *quod Moſes divortia permiſerit*, reſpondet *factum id eſſe ob σκληροκαρδίαν* ſeu duritiem cordis, *ab initio autem non ita fuiſſe.* Per initium autem intelligit ſtatum illum perfectionis qui ab initio fuit ante lapſum, ubi nullam libidinis, odii, inconſtantiæ &c. cognitionem habebant homines, per *duritiem cordis* autem intelligit ſtatum imperfectionis & malitiæ poſt lapſum: ubi legibus coercetur malitia, non autem ſtatus perfectionis reducitur.

Probat igitur Servator divortia in ſtatu *σκληρο-*

καρ-

κυρίως, quia Mosen non improbat, probat inquam illam licentiam in statu corrupto, qualis in præsens est, sed aliud ait fuisse in initio seu statu integro. Summæ enim perfectionis est amorem semel ligatum, & quidem partus gignendi causa, esse immotum: & cum solutio hujus vinculi a rixis, jurgiis, libidine &c. fit, id utique vitii est, contrariaturque statui perfectionis qui ab initio fuit

Differunt igitur omnino doctrina *Mosis*, & doctrina *Servatoris*. *Moses* tanquam legislator leges suas accommodat duritiei cordis, i. e. imbecillitati hominum, in hoc enim statu constantia amoris est perfectionis, non necessitatis, & satius est divortia permittere quam tot alia mala inde exspectare. At *Servator* non ea quæ legis & necessitatis sunt inculcat, sed sola ea quæ virtutis sunt, & quæ ab initio ante lapsum fieri debuerunt: Atque hinc recte ait non cum lege, sed cum evangelio, i. e. cum perfectionis doctrina, pugnare dimittere suam uxorem.

Insto servatorem non videri loqui de sola perfectione, sed de ipso jure naturæ: Provocat enim ad actionem adeoque ad voluntatem Creatoris *quod Deus hominem ab initio fecerit masculum & feminam*, quod voluerit *eos esse duos in carne una* unde concludit, *quod ergo Deus conjunxit homo, ne separet. Math. XIX. v. 4. 5. & 6.* Resp. 1) Loquitur Servator de separatione quæ fit privata authoritate: Atque hinc notanter ait *hominem* non posse separare quod Deus conjunxit, loquitur inquam de homine privato, qui propria authoritate dimittit uxorem, secus igitur si causa coram magistratu cognita separantur conjuges, tunc enim non *homo* sed *magistratus* separat, cui leges præscribere Servator noluit, neque eo caractere venerat:

Obj. 2) matrimonium esse sacramentum, adeoque indissolubile: Resp. Theologi dudum probarunt matrimonium non esse sacramentum. Sed si esset, nihil tamen inde sequeretur ad effectus seculares. Aqua quoque est sacramentum in baptismo, & tamen ad usus profanos adhibetur: Sed & desinit esse sacramentum si nuptiæ cessant. *Conf. Disp. nostram de matrim. mom. proleg. §. 1.*

Obj. 3) definitio JCtorum, qui nuptias *individuam vitæ consuetudinem continere ajunt.* Resp. Consuetudo est individua quamdiu nuptiæ durant, secus ergo est si nuptiæ desinunt.

Sane plurima divortiorum exempla exstant inter reges christianos: ita Lud. VII. Leonoram, & Lud. XII. Annam Britannicam viduam, rejecta legitima uxore, duxit. Henricus IV. Margaretham repudiavit & prolis causa Catharinam Medicæam duxit. Henricus VIII. repudiavit Catharinam approbante ecclesia Anglicana, aliisque academiis: Huc quoque pertinent exempla Caroli VIII. Philippi Augusti. Alphonsi IX. Eduwardi confessoris. Richardi I. Alphonsi I. &c.

Cur vero Imperatores divortii usum servarunt, non polygamiæ? cum tamen neutra jure naturæ sint prohibita: Resp. quia polygamia semper in ecclesia catholica fuit prohibita, qua lege omnia ejus ecclesiæ membra communi placito tenentur: Si proinde aliquis princeps polygamiam introduceret, non quidem peccaret contra jus naturæ, sed desineret esse membrum illius ecclesiæ: Divortia autem nunquam legibus totius ecclesiæ fuere prohibita, sed potius a Christianis imperatoribus, accedente utriusque consensu, permissa:

ADDITIO.

„Plenius ex principiis B. parentis tractavi hanc „materiam in jure meo controverso *Tit. de divort.* „*q. 5.* nec rem ingratam me lectori facturum pu„to, si meas quoque lucubrationes hic inseruero.

Quæritur nimirum: *an conjux conjugem, præ„ter adulterium & malitiosam desertionem ex aliis „quoque causis dimittere possit?*

„Equidem *si consentiunt conjuges* dubium vix est „jure naturali tolli matrimonium: idque (1) ex „naturali illa ratione quod id quod mutuo consen„su contractum est, mutuo quoque dissensu dissol„vi iterum possit. *arg. l. 35. ff. reg. jur.* & cum „(2) conjuges de re sua, seu de jure suo cohabitan„di pro lubitu disponere possint, ab ipsorum ar„bitrio dependet, an cohabitationem continuare, „an ab illa recedere velint: Sane (3) ex definitione „nuptiarum constat finem matrimonii consistere „in individua vitæ consuetudine, si ergo conju„ges nolunt ita consuescere, desinit finis matrimo„nii adeoque & matrimonium. Neque (4) vincu„lum aliquod juris adest, quod eos invitos in illa „consuetudine contineat, cum enim omnis ob„ligatio cohabitandi sit ex consensu, eo deficiente „tota quoque cessat obligatio: Sed & (5) ex illo „consensu tertio nullum jus quæritur, adeoque „nemini jus agendi, & cogendi conjuges invitos „ad cohabitandum, competit: Neque (6) jure di„vino aliud statutum apparet, nam uterque codex „saltem loquitur de casu ubi conjux, invita altera „parte conjugem dimittit. Wann sich jemand „von seinem Weibe scheidet, adeoque non de casu „wann sich beyde von einander scheiden: Unde „(7) primitiva ecclesia divortia ex mutuo consensu „permisit, uti ex Maldonato probat *Spanb. in dub.* „*Evangel. 147. §. 3.* (8) Imperatores quoque Christia„ni divortium quod mutuo consensu fit probarunt, „Justinus enim postquam in *Nov. 140.* permisit, ut „voluntate conjugium dirimi possit, rationem ad„dit, *si namque affectio mutua matrimonia contrahit,* „*merito diversa voluntas ea per consensum dirimit.* „Sane (9) jam ante Justinum pœnæ, jure civili in „eos qui sine causa divortium faciebant statutæ, ces„sabant ubi communi consensu repudium missum „est. *L. 9. C. Repud. Nov. 22. c. 4.*

„At difficilior quæstio est an *invita* repudium „mitti possit? Jure civili hoc ex *injusta* quoque „causa fieri potuisse patet ex lege Constantini: quæ „marito, qui absque causa legibus definita divorti„um faciebat, injungebat, ut dotem conjugi resti„tueret, & si ad secunda vota properabat (adeoque „solutum erat prius matrimonium) pœnæ loco se„cundæ uxoris dos, priori uxori cedebat. *L. 1. C.* „*Theodos. de repud. L. 8. §. 5. C. Eod.* Uxor vero „injuria dimittens maritum omnia perdebat bona, „& in insulam deportabatur. *d. l. 1.* Quod postea „lege Theodosii mutatum est: is enim voluit eam

„perdere saltem dotem, & donationem propter „nuptias, & praeterea per quinquennium innuptam „esse. *L. 8. §. 4. C. repud.* Post quinquennium igi„tur secundo nubere poterat, certissimo indicio so„lutum fuisse prioris matrimonii vinculum: Equi„dem jus Constantini renovavit Honorius quoad „uxorem. *Vid. L. 2. C. Theod. de repud.* & quoad „virum perpetuum coelibatum poenae loco statuit. „At Justinianus legem Theodosii approbavit. *d. l.* „*8. Nov. 22. c. 15. §. 3.* Neque repugnat naturae ra„tio: Homini enim a natura competit libera ageo„di facultas adeoque & facultas dimittendi conju„gem, donec jure prohibeatur, at talis prohibitio „nullibi apparet, nec libertas dimittendi coojugem „ullibi restricta est: Sane contradictio est aliqueoi „cogi posse ad individuam vitae consuetudinem, „i. e. ad mutuum vitae consortium quod in anino„rum magis quam corporum conjunctione consi„stit, contradictio inquam est ad mutuam carita„tem poenis adigi: Sane in veteri testamento mari„tus dimittere uxorem poterat quod oculis ejus non „placeret. *Deut. XXIV. v. 1. seq.*

„Atque ex his jam facile decidi potest quaestio, „an ob *inimicitiam capitalem* divortium inter con„juges fieri possit, quod omnino affirmamus: „Idque hodie obtinere certum est. *Vid. Ju„stin. Nov. 140. Nov. Leon. 31. Wesenb. de „divort. n. 9. Vult. jurispr. L. 1. c. 21. p. 125. ibi„que Cyprian. de connub. c. 13. §. 82. Rennem. ju„rispr. R. G. m. 1. d. 42. th. 28. & 36. lit. c. Mil„tonius apud Puffend. de J. N. & G. L. 6. c. 1. p. „791. §. 24. Brukn. de matrim. c. 16. n. 1.* Idque „extra omne dubium ponunt, si conjux conjugis „vitae insidias struat *Stryk. disp. de insid. vita stru„ctis §. 25. Brukn. de Matr. cent. 3. q. 4. Scherzer „syst. theol. loc. 27. de conjug. §. 18.*

„Hinc porro patet *morbum gallicum* justam esse „divortii causam, impium sane esset adigere con„jugem, ut cum eo qui tali contagione laborat, co„habitet, ac sese periculo contagionis exponat: „sibi imputare debet maritus quod facto suo illi„cito causam aversioni & odio dederit. Quicquid „dissentiat *Laut. comp. J. 454.*

„Adeoque ex his constat jure naturae & divino „praeter adulterium & malitiosam desertionem ex „aliis causis dissolvi matrimonium posse: Unde & „Imperatores Christiani interque eos religiosissimi, „plures divortii causas admiserunt. CONSTANTI„NUS MAGNUS divortia etiam ob homicidium, cri„men medicamentarium, sepulchrorum dissolutio„nem, & lenocinium, admisit. *Thomas. Inst. Juris„pr. div. L. 3. c. 3. §. 63. Conf. l. 2. C. de Repud.* „JUSTINIANUS omnes illas causas in *Nov. 22. c. 15. „it. Nov. 117. c. 8. §. 9.* repetiit, & LEO ad eas pro„vocat in *Nov. 30. & 31.* Atque hae constitutiones „eo magis notandae sunt, quod CONSTANTINI ae„vo omnes fere Patres concilii Nicaeni floruerint, „magnique ab eo habiti fuerint *Thomas. Inst. jur. „div. L. 3. c. 3. §. 64.* THEODOSII temporibus Cy„rillus, Augustinus, Ambrosius, & alii pii viri; „temporibus JUSTINIANI vero Agapetus, S. Bene„dictus, Hieronymus, Damianus, Gregorius vi„xere, qui contradicturi omnino hujusmodi legi„bus fuissent, si eas sacrae scripturae contrarias cre„didissent *Arcuar. de divort. pag. 27.* Sane Am„brosius in aliis quoque similibus causis sese op„posuit Theodosio, adeo ut eum excommunicare „quoque ausus sit. *Theodoret. hist. Eccles. l. 9. c. „30. Euseb. chron. lib. II. c. 18. Arucar. d. l.* sed & „omnium moratiorum gentium eam sententiam „fuisse, easque ex plurimis causis divortia permi„sisse, probant *Seld. de Ux. Hebr. L. 3. c. 21. seq. „Lynck. de Us. divort. sect. 2. per tot. Stryck. de di„vort propt. insid. §. 1. Puffend. de J. N. & G. L. „6. c. 1. §. 22. in fin.*

„OBJ. 1) Quod ex doctrina Servatoris divortium „non nisi ob πορνείαν, sive ob adulterium permit„tatur. *Matth. 5. v. 32. Cap. XIX. v. 8. Marc. X. v. 4.*

„RESP. 1) Vox illa πορνεία generalis est, & in„telligi potest de qualicunque turpi causa, uti id „ex genio linguae Ebraicae & coocordantibus plu„ribus SS. locis probat *Seld. de ux. Ebrae. L. 3. c. „23. Maj. de Uxor. Christ. D. 3. th. 16. 17. & 21.* ad„eoque 2) nulla ratione ad solum adulterium re„stringi potest: eaque nec mens nec intentio Ser„vatoris fuit: Quod 3) vel ex occasione, quae huic „effato causam dedit, apparet: Nam florebant „temporibus Christi duae scholae *Sammeano„rum*, qui asserebant, uxorem saltem dimit„tendam ob rem turpitudinis, juxta *Deut. II, „24. v. 1. seq.* ibi *propter aliquam turpi„tudinem.* Et *Hillelianorum* qui non tantum „ob turpitudinem, sed & qualemcunque aliam cau„sam uxorem dimitti posse statuebant, allegantes „textum io *Deut. 24. v. 2. seq.* ibi: *Si non place„ret oculis ejus. Hieron. ad Esai. 11. v. Mayer. de „Ux. Christ. diss 3. th. 8. & 9.* De hac lite Phari„saei interrogabant Christum, qui Samnaeanos se„cutus, omnia divortia extra πορνείαν, sive rem „turpitudinis, prohiberi ait: Cum igitur 4) eo „tempore nulla Judaeorum secta fuerit, quae, ob „solum adulterium matrimonium dirimendum es„se, statueret, effatum Christi nulla ratione eo re„stringi poterit. Sed & 5) supervacua & inutilis „fuisset illa exceptio, quia ex lege Hebraeorum „adulteri capite plectebantur, indeque non per „divortium, sed morte vinculum rumpebatur: „adeoque illa πορνεία de aliis necessario causis tur„pibus intelligenda erit: Nam 6) in dimissione ea „turpi causa cessat illa ratio imperfectionis, io qua „sola divortii causa fundatur: maritus enim, qui odio „habet feminam justa ex causa, & qui sine animae „periculo cum ea commorari nequit, noo peccat „eam deserendo. Neque 7) Servator, qui mutuum „amorem adeo commendat, aoimos cogere, & „vel ad desperationem, vel ad majora peccata, con„juges allicere voluisse videtur. Sed & 8) ipsum „Paulum πορνείαν illam non de solo adulterio in„tellexisse, vel exinde apparet, quia ipse praeter „adulterium etiam malitiosam desertionem pro ju„sta divortii causa habuit, 2. *Cor. 7.* Nec 9) pri„ma Ecclesia alias causas exclusit, nam exempla „etiam a temporibus Apostulorum exstant, ubi uxo„res viros suos infideles deseruere, *Lynk. de us. „div. sect. 3. m. 2.* Unde 10) Maldonatus sex cau„sas divortii ex decretis Ecclesiae notavit, scl. saevi„tiam, furorem, haeresin, Sodomiam, si ex coha„bitatione grave immineat periculum, & mutuum

dissen-

„dissensum. *Spanh. dub. Evang. 147. §. 3.* Sed & 11) religiosissimos imperatores vocem illam πορνείαν generaliter interpretatos esse, pluresque divortii causas statuisse, quin & ex injusta causa divortia, præstita saltem pœna, permisisse, supra dictum est, quod vel ipsi non facturi, vel patres eo tempore viventes non passuri fuissent, si divinis legibus hæc jura contraria essent. Sed & 12) plures theologi sentiunt, Servatorem hic non per modum mandati, sed enunciative loqui, adeoque effatum hoc exempli magis quam adstringendi vim habere, indeque, ex regulis interpretationum, ad omnes casus ubi similis vel major ratio subest, extendi debere. *Grot. apud Maj. in IIx. Christ. D. 3. th. 14.* Vide omnino *Responsum Viadrinæ*, quod statim sequitur. Sane 13) in effectu tota ecclesia hodierna consentit: quid enim aliud est separatio perpetua quoad thorum & mensam, quam divortium? omne ea necessitas cohabitandi, eoque essentia matrimonii, in perpetuum tollitur? quid ergo superest, in quo vinculi, sive unitatis carnis quædam ratio, vel effectus superesset. Sed etsi detur 14.) Christum de solo adulterio sensisse, Christus non legislatorem agit, utpote quod nec facere poterat, subjectus ipse jurisdictioni Romanæ, sed doctorem; unde suum imperium a seculari perpetuo distinguit, *Joh. 18. v. 36.* nec adulteræ jus dicit, sed ad pœnitentiam eam ducit. *Joh. 8. v. 11.* Quod in præsenti casu 15) extra omne dubium positum est: docebat enim populum, qui eum sequebatur, *Matth. V. v. 1. & 2. Cap. XIX. v. 3. Marc. X. v. 1.* inculcabat ei perfectionem: **seyd vollkommen** *&c. d. c. V. v. fin.* Atque hac occasione homicidam vocat, qui proximo suo irascitur, *ibid. v. 21.* adulterum, qui saltem concupiscit, *ibid. v. 27.* Sacrilegium, omnem asseverationem religiosam, *v. 33. ibid. &c.* Atqui hæ non sunt leges, quibus obligamur, sed perfectionum regulæ, quibus meremur, si eas perficimus. Sane 16) si effata Servatoris vim legum obtinerent, is cui toga aufertur, pallium quoque dare teneretur. *Matth. c. V. v. 38.* quod tamen ipsi Theologi negant: Certum ergo 17) est, Christum non legem civilem hic statuere, sed commendare virtutem: Nec pœnis coercere eum, qui justa ex causa divortium facit, sed præmio virtuti destinato eum privare, quod ex sequenti objectione clarius apparebit.

„OBJ. II) Servatorem non ex ratione perfectionis saltem divortia improbare, sed ex ipso creationis facto, adeoque ex ratione naturæ: Percontabantur enim Pharisæi ex Christo, *an liceat homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa? Matth. XIX. v. 3.* Negabat Servator, provocabatque ad primam institutionem: & ex eo, *quod DEUS unum marem unamque fœminam creaverit*, eaque lege, *ut una sit caro*, junxerit, concludit, *hominem id, quod DEUS conjunxit, dissolvere non posse. Indeque eum, qui dimiserit uxorem suam & aliam duxerit, mœchari, & eum quoque mœchari, qui dimissam duxerit, d. c. 19. v. 4. & seq.* Ex quibus satis constare videtur, Servatorem non nudum consilium hic suppeditasse, sed ex voluntate & facto Creatoris prohibitionem deduxisse: quod vel ex eo extra omne dubium poni videtur, quia servator Judæis instantibus, *quod lege Moses divortia permissa fuerint*, replicabat, *Mosen ob σκληροκαρδίαν Judæis id permisisse, ab initio autem aliud obtinuisse.*

„RESP. 1. Non ex omni facto Creatoris jus oritur, nisi simul voluntas jus condendi appareat. Equidem quicquid DEUS agit, perfecte agit, & quicunque imitatur has actiones, perfectionis præmium consequitur, at non ex omni facto necessitas infertur: Egregie id explicat *Grotius L. 2. c. 5. §. 9. n. 3. ex prima illa conditione, qua uni mari fœminam non nisi unam Deus attribuit, satis apparere*, ait, *quid Deo sit gratissimum, & hinc sequi, semper id fuisse egregium ac laudabile, non tamen ut aliter facere nefas esset, quia lex ubi non est, ibi non est legis transgressio, at lex de ea re nulla illis temporibus exstabat*, & mox: *ex hac tam arcta amicitia institutione satis apparet, Deo gratissimum esse, ut perpetua sit illa conjunctio, non tamen eo evincitur a Deo jam tunc imperatum, ne qua de causa fœdus solveretur.*

„Cæterum 2) sæpius jam dictum est, Servatorem non legislatorem, sed doctorem & virtutum præconem agere, qui omnia ad initium, i. e. ad statum perfectionis reducere vult, ad illum, inquam, statum, ubi unum virum una uxore contentum esse posse ipsa natura testata est; Provocat igitur merito ad factum hoc creationis, non ut tamquam legem hominibus proponat, & non facientibus pœnas minetur: Sed ut homines alliceret ad imitandum, præmia promittendo.

„Atque hinc 3) notanter opponit legem Mosis ei, quod ab initio obtinuit, notanter inquam opponit statum perfectionis & statum σκληροκαρδίας, seu corruptionis: Quo ipso non improbat legem Mosis, quæ statui imperfectionis accommodata est, & quæ propter duritiem cordis, i. e. propter imbecillitatem humanam multa hominibus indulget, quæ cum primæ illius ætatis perfectione pugnant. At non sufficere ait Servator juxta legem bonum esse, sed ea quoque evitanda esse monet, quæ cum perfectione pugnant, etsi impune fieri possint. Atque ideo ad initium i. e. ad statum integrum provocat, ubi absque libidine & odio, (quæ veræ divortiorum causæ sunt,) homines vivebant: indeque non sugillat legem Mosis, utpote bonam in statu corrupto; Sed sugillat humanam imbecillitatem, cui leges indulgebant, & inculcando regulas perfectionis infirmitati illi succurrit.

„Sane 4) diversa plane fuisse officia Mosis & Servatoris alibi vidimus; *Hic* est Propheta, virtutum doctor, qui conscientiæ hominum consulit, eosque non saltem impunes, sed & perfectos atque virtuosos esse vult, indeque non pœnas civiles statuit, sed ea dogmata iis inculcat, quæ in vita civili citra metum pœnæ negligere, at quibus in vita æterna præmium mereri possunt. *Ille* e contrario legislator est, nec tam conscientiæ quam reipublicæ, ejusque tranquillitati, consulere voluit, indeque non perfectionem internam a civibus exigit, utpote quam subditorum conscientiæ, &

„clericorum curæ relinquit, sed regulam vitæ civi-„li præscribit. *Ille* igitur perpetuo homines ad „statum innocentiæ, qui est status perfectionis, re-„mittit; *hic* vero leges suas ad statum corruptum „accommodat, & ea exigit, quæ pro præsenti ho-„minum conditione cives præstare possunt.

„Quando igitur 5) Servator concludit, quod is „qui uxorem suam dimittit, & aliam ducit, moeche-„tur, & quod ille, qui dimissam ducit itidem „mœchetur, id intelligi debet eodem sensu, quo „adulterium committere dixit eum, qui aliam uxo-„rem aspicit ejus concupiscendæ gratia; & quo ho-„micidiam esse ait, qui fratri irascitur.

„Neque 6) Servatoris intentionem hic fuisse jus „seu præcepta juris tradendi *ex v.* 10. *& seq.* cla-„rissime apparet. Cum enim Judæi hoc effato Ser-„vatoris perterriti reponerent, *non expedire nu-„bere, si ea sit causa hominis*, reponit Servator, „*non omnes capere hoc verbum, sed quibus datum „est*; Si vero Servator jus naturæ docuisset, omnes „rationem naturæ capere potuissent, nec speciali „ad id revelatione aut gratia opus fuisset: Certis-„simum ergo est, Servatorum non de morali ho-„minum facultate, quid jure facere possint, loqui, „sed de puritate animi, de dono continentiæ eique „conjuncto præmio: Atque hinc notanter mari-„tum, qui uxorem non dimittit, & uxorem di-„missam, quæ innupta manet, refert inter Eunu-„chos, qui se ipsos castraverunt propter regnum „cœlorum: Commendat igitur divinus Servator „conjugibus ne luxuriæ causæ vel odio uxoris ad „divortium procedant, sed ut resistant libidini, ut „se castrent amore virtutis, iisque regnum cœlo-„rum tamquam continentiæ præmium promittit. „Merito autem ait, *omnes verbum hoc capere non „posse*: Regulæ enim virtutum Judæis pene inco-„gnitæ erant, illi ad beatitudinem sufficere puta-„bant juxta verba legis bonum esse, perfectiones „autem divinas imitari nec volebant, nec id ne-„cesse putabant. Hæc igitur præcepta virtutum „eique destinata præmia, non nisi ex Evangelii „doctrina, adeoque ex gratia divina, capere potue-„runt.

„Sane 7) si divortia cum naturæ jure, & primæ „institutionis lege pugnarent, nec ob duritiem cor-„dis Moses ea permittere potuisset: nec Deus, cu-„jus jussu & num leges tulit, illam de divortiis „probaturus fuisset.

„OBJ. III) Quod Paulus simpliciter divortia pro-„hibere, vel saltem improbare videatur. 1. *Cor.* 7. „v. 10. & 11. ibi: *iis autem qui matrimonio juncti „sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem a vi-„ro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, „&c. & vir uxorem non dimittat.*

„RESP. Paulus non agit legislatorem, neque enim „ea facultas privato competit, sed allegat legem „perfectionis, atque in eo præceptorem suum imi-„tatur. Neque in genere omne divortium impro-„bat, sed quod ex non justa causa fit, scl. ex libi-„dine & odio. Secus ergo si justa causa adsit. „Atque hinc notanter ipse uxorem, quæ a marito „infideli deseritur, liberam pronunciat. 1. *Cor.* „7. v. 15.

„Ex quibus apparet, tolerandum non esse erro-„rem canonum in *c.* 1. *c.* 2. *c.* 32. *qu.* 7. qui ob tex-„tus ante allegatos nec per adulterium vinculum, „tolli patant, quem errorem notavit & refutavit, „*B. Parens in disp. de matrim. mom. proleg.* §. 1.

„Hoc jam principio posito, facile apparet Theo-„logum, quæsitum, num separare se ab uxore, „num fratri irasci, num liberalitatem non exerce-„re liceat? negative responsurum esse, quia omnia „hæc pugnant et cum perfectionis regulis: Si autem „*Mosen* aliumque *Legislatorem* de his percontabe-„ris, omnes quæstiones affirmabunt; jura enim hu-„mana ad statum corruptum accommodata, ejus „modi actus permittunt, nec in vita civili pœna in „ejusmodi imperfectos homines statuitur.

„Equidem Consistoria Christiana doctrinam „hanc Servatoris secuti, non nisi ex duabus cau-„sis matrimonia dissolvere possunt, *ob adulterium* „scl. & ob *malitiosam desertionem*, neque enim il-„lis ulterior facultas a principibus concessa appa-„ret: At nihil obstat, quo minus principes ex aliis „quoque causis naturali jure probatis dispensare, & „matrimonia dirimere possint.

„Duo circa hanc materiam illustria exstant re-„sponsa beati Parentis, quorum alterum refertur in-„ter Deductiones in causis illustrium *Vol. I. Dec.* „*fol.* 535. Alterum vero eo majoris ponderis est, quod „a Facultate Viadrina Theologica approbatum fuit. „Adque ideo latino idiomate donatum loco hoc „congruo inferi meretur.

RESPONSUM.

Delatis ad nos Actis privatis, in causa divortii, inter N. N. atque ejus conjugem, interroga-tum est, quid juris esset, cum rationibus dubitan-di, & decidendi, in quæstione:

An cognitis casus obvii circumstantiis Princepi, latam Separationis in perpetuum, & ad diem fatalem sententiam (non renitente conjuge, imo propter id sub conditionibus, certam pecuniæ summam offerente,) in plenariam matrimonii dissolutionem conuertere, & vi gratiosa dispensationis, Sempronio alius ducenda uxoris libertatem possit concedere?

Nos itaque Facultates, Theologica & Juridica, æque seorsim ac in designato conventu conjunctim, summa diligentia quæstionem satis arduam expendimus, atque sic respondemus Decani, Ordinarii, Seniores, cæterique Doctores Theologicæ & Juridicæ Facultatis in Academia Reg. & Electorali Brandenburg. Viadrina, quod lis hæc dirimi non possit, nisi ad duplicem & diversam quæstionem bene attendatur, quarum altera hæc est:

Quibus in causis ad normam Juris Canonici Evangelici divortium admitti possit, etiam sine dispensatione?

Altera vero: *An & quatenus Principi in ejusmodi causis jus dispensandi competat?*

Existimamus, utramque quæstionem lumen accipere, atque earundem decisionem omnino petendam esse ex doctrina Christi, adversus Judæos in simili argumento institutionem divinam urgentis, subjuncto hoc effato: *Was Gott zusammen gefüget hat, soll der Mensch nicht scheiden. Matth. XIX.*

qui-

quibus verbis legem moralem divinam contineri manifestum est. Cùm vero legum moralium origo ex statu integritatis, in quem ἀνομίᾳ non cadebat, arcessenda, atque id quoque in aprico positum sit, hominem in prima innocentia conditum, legis summa vitæ sanctimonia servandæ fuisse capacem, ab hac vero norma desciviſſe, atque in illas animi miserias se dedisse præcipitem, quibus vires implendæ legis moralis divinæ, non tantum omnes amisit, duæ pensitandæ animo quæstiones veniunt:

1. *An quis a Principe, (cui legis sub constituta poena, cum rigore exigenda custodia data est,) in vita civili, nulla habita ratione amissarum virium & σκληροκαρδίας, quam status corruptionis induxit, ad legem pristinæ integritis obligari, & obtorto ad matrimonium trahi collo possit, aut debeat?*
2. *Dentur ne circa hanc Regulam moralem: (Was Gott zusammen gefüget hat, soll der Mensch nicht scheiden Matth. 19.) casus excipiendi, quorum fundamentum (attendendo ad naturam negotii, & rei de qua agitur) aeque ex SS. ac ratione sibi relicta, possit adstrui, atque hic habere locum?*

Adulterii & Homicidii exampla, quibus Salvator usus est, primarium primæ quæstionis momentum illustrant. Ita enim inquit Christus: *qui aspicit mulierem* &c. atque adeo lex moralis perfecta præter externam convenientiam cum lege, interiorem quoque animi rectitudinem deposcit, siquidem omnis moralitas criminis in animo consistit, atqua is lege morali perfectissimæ, minus conveniens vixisse dicendus est, cujus concupiscentia, ne in actum erumpat, solo pœnæ timore restringitur.

Non autem vi & suppliciis homines in vita civili cogi possunt, ut ad hanc perfectissimam legem Evangelii moralem suas componant actiones, quippe post lapsum tam perversa esse cœpit, & corrupta generis humani conditio, ut nemo non interiori suo pulsu, in deteriora proclivis sit, & pronus; atque adeo si pravis etiam affectibus, qui in homine omnino exstirpari non possunt, in vita civili ense obviam eundem esset, & gladio pessum iret omnis hominum societas. Hinc neque Moses, neque ullus usquam legislator, pœnam capitis statuit in pravas concupiscentias, nisi in ipsum actum erumpant. v. g. cædis, adulterii &c. Atque eadem est ratio reliquorum exemplorum, quæ a Christo adducuntur, in quibus ad omnimodam consectandæ virtutis perfectionem respexit.

Ex quibus omnibus prono fluit alveo, ejusdem farinæ præceptum esse, & pariter legem moralem perfectam innui, quando Christus dicit: *Was Gott zusammen gefüget hat, soll der Mensch nicht scheiden.* Id quidem non renuimus potuisse homines in statu integritatis legem divinam moralem perfecte adimplere, ita ut externa convenientia cum lege, interiori mentis rectitudini congrueret, uti infra pluribus ostendemus; at enim vero si nunc post lapsum, qui implacabili erga se invicem odio exarsere, nihilominus ad matrimonium cogantur, dici nequit quot vim hanc subsequantur scandala, & abominabilis vitæ incommoda. Habet nempe multum incongrui, si ab illis, inter quos nulla est animorum conjunctio, cohabitationem tamen, & conjunctionem corporum exigas. Tantum enim abest, ut hæc tanta remedia, quibus vis continetur & violentia, ad componendum animos valeant, ut potius glifcant odia, &, crescentibus rixis, vitæ pericula præmineant, atque hoc modo matrimonium non obtineatur, sed prophanetur. Pariter ex separatione in perpetuum, & ad diem fatalem, non nisi adulteria, scortationes, & alia flagitia oriuntur, de quo in sequentibus prolixius & dilucidius agemus.

Est ergo manifestum, quod legis divinæ moralis conceptus, intuitu Dei, & status innocentiæ, is esse postulet, vi cujus opinamur, Deum in ferenda lege morali, ad summam perfectionem respexisse, & hominem quoque in summa conditum integritata legis omnino servandæ fuisse capacem. *Ephes. IV. v. 24. Coloss. III. v. 10.*

Ex quo porro consequitur, quod eum homines per lapsum vires ad legem divinam moralem perfecte implendam amiserint, neutiquam peccata venialia, quæ ex imbecillitata omnibus ingenita committuntur, in foro soli sub examen Magistratus venire possint; utut in foro poli, & coram judicio cœlesti, nemo justificari, dicique insons possit, & ab omni pœna immunis, nisi qui perfecte justus fuerit *Genes. VIII. v. 21. Ps. CXLIII, 2. Eccles. VII. v. 21. Esa. LIII, 6. & Cap. LXIV, 6. Rom. VII, 14. 2. Cor. I, 5. 1. Joh. I, 8.* Atque adeo in vita civili ad perfectam justitiam nemo cogi potest.

Is enim Princeps qui ejusmodi in vita civili perfectam justitiam, qua coram solo Deo justificari fas est, a subditis exigeret, operam insumeret oppido frustraneam. Neque non hac ratione genus humanum, cujus tamen conservandi cura ipsi incumbit, everteret; Sunt itaque ejusmodi in Republica ferendæ leges, quæ naturæ & conditioni hominum conveniant: ceu ab incomparabili Grotio *de J. B. & P. Lib. I. C. 4. §. 7. n. 2.* sapienter dictum est: *Ferri leges ab hominibus solent, & debent cum sensu humana imbecillitatis.* Illæ igitur leges, quibus in primos pravæ concupiscentiæ motus pœna constituitur, in Republica tolerari nequeunt. Onus enim mortalibus humeris imponeretur, cui ferendo, ex quo a prima vitæ sanctimonia defecere, longe sunt impares, cumque nemo, ut Poeta Venusinus loquitur, vitiis sine nascatur, suppliciis in omnes animadvertendum esset, non cessaturis, nisi toto humano genere deleto.

Pari ratione finis & scopus matrimonii non obtinetur, si qui rixis, & tetra aversione inter se dissident conjuges, ad servandam maritalem copulam vi adigantur; sed potius exitium alitur, illique oleum & bitumen flammæ inierfternitur, quæ nisi divortiis restringatur amborum animos in æternum dare ignem possit præcipites.

Est quoque verissimum, minus malum inducere rationem boni, id quod complures innuit Grotius, & suo firmat calculo. Ex quo suapte resultat, in tali casu necessitatem, seu malum minus, longe præferendum esse malo alteri majori, quod

tot obsessum est animæ periculis, & crimen censeri debet prozreticum. Atque hinc concluditur satius esse, illos sejungi ab invicem, qui capitali & inexpiabili odio incensi nihil magis ipsimet cupiunt, quam separationem; quam ut inter perpetuos simultates, conjugali vinculo, suis ingratiis, & coacto genio diutius constringantur. Habet enim ejusmoni maritalis nexus multum scandali, & non raro temporalis æque ac futuræ felicitatis jacturam affert. Comprobat hæc Moses indicans: *Masculum & foemellam esse conditos*, ad quam primævam institutionem christus provocat, morali inde desumto dogmate: *ut quod Deus conjunxit homo non divellat*. Nihilominus idem ipse Moses, in hoc corruptionis statu, marito concessit, ut, si necessitas deposcat, uxori repudii libellus daretur. Hæc lex permissiva aut justa est, aut injusta. Injusta esse nequit, quia stante hac thesi: Scripturam sacram esse divinæ originis, ipse Deus hoc dixit per Mosen insignem Prophetam, cujus doctrinam & præcepta Christus commendat. *Matth. 23, 2. 3.* Est ergo justa, qua eodem jure ac Moses, alius quicunque legislator uti potest.

Hisce jam illatis majus adhuc lumen adjicitur ex manifesto statu integritatis, & corruptionis discrimine, quod *Matth. 19.* bene investigavit Christus *versu 8.* dicens: *In principio non erat sic*, (i. e. abhorruere a divortio;) Tempus vero principii ipse Christus indicat. *vers. 4. & 5.* scil. cum Deus masculum conderet, & fœminam, illosque maritali copularet vinculo, atque adeo tempus innuit, quo matrimonium cœpit institui, id quod erat in statu integritatis. Et quemadmodum in illo statu, puta innocentiæ, divortium omnino erat prohibitum, itaque ad hunc trahenda sunt statum verba *versus noni*, quod uterque committat adulterium, æque is qui dimittit uxorem, ac is, qui dimissam duxerit. In statu corruptionis contra *versiculus 8.* divortia esse licita dicit. Ita enim explicat Christus, Mosen omnino divortia permisisse ob σκληροκαρδίαν, sive cordis duritiem, qua non solum Judæi, sed *effato Pauli Rom. 1. vers. 21.* ethnici quoque laborant, quia per lapsum Judæi pariter atque ethnici sub peccato comprehenduntur: *Rom. 3, 9. & C. 11, 32. Galat. 3, 22.*

Pluribus hæc confirmat Christus, & inprimis singulari cum Emphasi *d. c. 19. vers.* 10. & 11. cum regessissent discipuli, quod hac ratione matrimonium jugo durius sit; Ita enim respondet, hoc verbum sive præceptum, quod vobis propono, non quadrat in omnes; sed in eos saltem, qui illius servandi sunt capaces, id quod manifesto est indicio, ad illos non pertinere qui ad sustinendum præceptum imbecilles sunt, atque adeo cogi non possunt.

Cum vero adhuc rationem a Salvatore adjectam legamus, ob quam libellus repudii concessus sit, quæ scil. σκληροκαρδία fuerit, majus huic argumento lumen superinducitur, si quale pondus ferat & momentum adducta a Christo ratio, (quam supra jam tetigimus) paulo diligentius expeditur. Provenit autem hæc σκληροκαρδία ex corrupta per lapsum natura, quæ omnibus erat ingenita *Rom. 3, 11. & 12.* Impedit hæc naturæ & virium infirmitas, quo minus deperditæ carnis cupiditatibus, inter quas iram, & vindictam vehementissimas dixeris, resisti, & iri obviam possit. Si ergo conjuges aversissimo a se invicem esse animo cœperunt, tantaque conjuncta cum indelebili odio alienatio jam radices egit, ut frustranea componendis animis opera insumatur, & propterea ipsimet divelli cupiant, non difficile est arbitratu quæ suboriantur incommoda, si inviti ad matrimonium cogantur. Glıscunt in dies odia, & quæ matrimonio minus conveniunt rixæ ingravescunt, quas nisi insidiæ vitæ structæ, scandala tamen bene multa subsequuntur, & pessima vitæ peccaminosæ flagitia, aut eventus contingunt ferales admodum, & sinistri, aut verendum est, ne in turbido hoc mari ejusmodi consurgant scopuli, in quos conjugum temporalis, & æterna salus tanquam navis allisa subvertitur. Neque ad nostram facultatem tantum, de ejusmodi jam casibus relatum est; sed etiam in Regiæ Majestatis dicasterio 28. Septembr. 1687. similiter tristis coacti conjugii exitus exempla obvenere. Aliud exemplum per Commissarios exploratum noviter contigit.an. 1690. die 18. Junii cujus ad nos facta est relatio, mentione injecta; adhuc este in recenti memoria lugubrem duarum personarum exitum, quæ invitæ ad matrimonium coactæ sint.

Hæc cum ita sint, iisdem eu præmissis innixi, aliam ingredi sententiam non possumus, quam ut obortis inexpiabilibus inter conjuges dissidiis, nonsolum divortia licita pronuntiemus; Sed etiam tutius omnino & satius dicamus, si Mosen secuti, illos contracti matrimonii eximamus vinculo, inter quos nulla speranda est gratia, ne rei fiamus, & participes varii generis peccatorum, & insecuturæ hocce coactum vinculum malitiæ. Si enim matrimonii naturam rimemur, atque inprimis ejus scopum consideremus, existimandum omnino est, esse extra limites sæcularis potentiæ, ut illos vi adigamus ad matrimonii copulam, inter quos nulla est animorum conjunctio. Poena quidem pars altertra, quæ in culpa fuerit, potest affici; sed id effici nequit, ut verum matrimonium obtineatur.

Matrimonium quid sit, ejusque proprietas ex definitione perspicitur, vi cujus est: *Conjunctio maris & feminæ, individuam vitæ consuetudinem continens J. §. 1. de patr. potest.* Intelligi hic conjunctionem animorum & corporum inde patet, quia individuam vitæ consuetudinem continere dicitur. Cognita igitur hac conjunctione, in qua tota vis, & omnis natura matrimonii vertitur, liquet exinde, non amplius esse, nec dici posse matrimonium, si conjuges aversissimo a se invicem sint animo. Sublata enim matrimonii essentia, quin immo sublato animo tollitur conjunctio corporum, & omnis vitæ consuetudo.

Nec alio Deus fine matrimonium instituit, quam ut non solum prolem procreando legitimam, generis humani fieret, propagatio; sed ex mutuo quoque adjutorio, in adversitatibus, reliquisque qui incommodius contingunt casibus, adversus omnes junctis pugnando viribus miserias, ad utramque conjugem præter levamentum, grata & dulcis veniet consolatio; si ergo, sublata animorum & corporum conjunctione, gravi & sempiterna incensi

censi simultate, acerbe, & penitus se invicem habeant odiu conjuges, ita ut propter conflatas inimicitias esse una non possint, in illam quidem partem, quæ potiorem tanti dissidii causam dederit, habita ratione noxæ animadverti potest; sed cave dixeris matrimonium adhuc esse, aut ut sit vi extorqueri posse & violentia. Sublata enim animorum & corporum conjunctione, extortus conjugum nexus, non mutuæ opis; sed persequendi & infectandi, non adversitatis depellendæ; sed creandæ, non peccaminosæ libidinis conjugali & licita consuetudine extinguendæ; sed durante separatione fomentandæ magisque excitandæ studium habet, quod ipsum essentiæ & naturæ matrimonii oppido repugnat.

Ex quo efficitur, discrimen illud inter divortium, & separationem thori perpetuam, esse juris positivi, atque per ejusmodi separationem perpetuam matrimonii vinculum, quod in conjunctione animorum & corporum consistere diximus, pariter dissolvi, ac ejusdem substantiam omnino tolli. Eadem quoque ratione hæc separatio perpetua legi morali divinæ, scl. *quod Deus conjunxit, homo non divellat*, æque adversatur, ac divortium seu plenaria matrimonii solutio. Quando enim vi hujus separationis ad dies vitæ dissociantur, sequitur ad dies vitæ separari & divelli illos, quos Deus ad finem usque vitæ conjunctos voluit. Est ergo hæc separatio pariter adversa legi evangelii, neque ex aliis lege naturæ justificari causis potest, ac divortium. Atque ex his inferre licebit, quod, cum Dicasterium Regium in casu quæstionis satis rationum subesse judicaverit, quibus jus foret & fas separationis in perpetuum sententiam pronuntiare, nihil amplius matrimonii superfit, nisi quod juris positivi sit, & in quo, ceu notum est, Principis habere locum dispensatio possit. Accedit quod alias quoque Canon hic generalis: *Was Gott zusammen gefüget hat, soll der Mensch nicht scheiden*, dispensatione restringatur *Exod. XXI, 3. 5.* ubi de liberto hæc lex habetur: *Dass, da er ohne Weib kommen, er auch ohne Weib ausgehen: Und wann ihm sein Herr ein Weib gegeben, und er Söhne und Tochter gezeuget, das Weib und die Kinder seines Herren seyn, er aber ohne Weib ausgehen solle.* Hanc restrictionem Calvinus digna & notabili annotatione inlustrat in *Pentatev. ad Exod. XXI. sub præcept. 8. fol. 365.* cujus hic adposuisse verba juvat? *Nihil magis, inquit, præter naturam, quam ut maritus relicta uxore, & liberis abjectis, alio migret &c. Nec tamen potuit aliud esse remedium, quia si uxor cum liberis fuisset manumissa, eos secum educere,* FUISSET SPOLIARE JUSTUM DOMINUM *non modo ancilla, quæ erat in ejus mancipio; sed etiam teneris adhuc puellis, in quarum educationem sumtus fecerat.* ITA JURI PRIVATO CESSAT CONJUGII SANCTITAS HAC IN PARTE: *Unde divortium inter alia numerandum, quæ toleravit Deus ob populi duritiem, quia vix corrigi poterat.*

Hanc legem divinam Mosaicam de divortio, quæ sapientissimo divini Numinis consilio nititur, atque statui corruptionis omnino convenit, Servator sanctissimus non abrogavit, sed eandem optime explicando bene & nervose distinguit a lege primæva status innocentiæ, quippe cujus nihilominus tamen, qui contra eam impingit, coram divino Tribunali reus est. Id ergo primo loco tenendum, quod legem de admittendo divortio, primitivæ ecclesiæ patres non solum, sed & Imperatores Græci Romanique, qui christianæ essent addicti religioni, constanter servaverint. Idem jus mittendi repudii, quod Moses concessit, jure etiam civili communi, quod Christiani lubentes sunt amplexi, obtinet *L. 9. & pass. ff. divort. & repud.*

Et quamvis Theodosius & Valentinianus Imperatores certas repudii causas statuerint *in L. 8. §. 2. & 3. Cod. de Repud.* non tamen reliquos casus in quibus causæ requisitæ deficerent, ita voluerunt exemtos, ut in illis admitti divortium neutiquam possit; quin potius id omnino fieri posse contendunt, ita tamen ut pars illa, quæ sine ejusmodi causis matrimonii dissolvit vinculum, jura dotis amittat, & mulieri, quæ deficientibus istis causis divortium velit, integro ne nubat quinquennio interdictum sit. *d. l. 8. §. 4. & 5.*

Clarius hæc a Justiniano *in Novell. 22. c. 3.* traduntur, subjuncta ratione: *quia nuptias affectus alternus facit*; atque inferendo hinc, quod si nulla adsit memoratarum causarum, ut in ejusmodi divortium, ceu dictum est in antecedentibus, pœna constituatur.

Ad XIII. causas Theodosii Anastasius Imperator in *L. 9. C. eod. tit. de repud.* hanc adhuc addidit, si nempe consortium mutuo consensu fiat, quam quidem mutui consensus causam Justinianus in *Novell. 117. cap. 10.* abolevit, ejus tamen successor Imperator Justinus restituit, additis rationibus quæ fundamentum status humani præsentis respicientes a nobis hactenus sunt adductæ.

Hæc in matrimonialibus consuetudo viguit sub Imperatoribus Christianis Francicis & Germanis, adeo ut inter veteres Marculphi formulas hanc quoque de matrimonio mutuæ voluntate rescindendo reperias, hunc in modum: *Certis rebus & probatis causis inter Maritum & uxorem, repudiandi locus patet. Idcirco dum inter maritum & conjugem suam, non caritas secundum Deum sed discordia regnat, & ob hoc pariter conversari minime possunt, placuit* UTRIUSQUE VOLUNTAS, *ut se a consortio separare deberent, quod & fecerunt, propterea has epistolas inter se uno tenore conscriptas &c.* vid. *Lindenbr. Leg. Antiquar.* 84. *Baluz, in Capitular. Reg. Franc. lib. 2. Form. Marculph. tit. 30.*

Neque subiit mutatio nisi paulo ante tempora interregni magni. Pontifices enim, acriter disceptantes cum Imperatoribus de suprema in rebus ecclesiasticis potestate, tandem abierunt victores: cumque omnem sibi arrogassent potestatem ecclesiasticam, in matrimonialibus quoque, sub prætextu sacramenti, agendi & dispensandi arbitrium obtinuerunt. Atque hi illam separationem thori perpetuam, salvo matrimonii vinculo, excogitarunt, de qua hactenus nihil, & nec fando quidquam innotuerat.

Non tamen perpetua hæc thori separatio ex nostris,

nostris, in quibus legis jam consecuta vim est, Dicasteriis, exterminari debet.

Neque id volumus, ut in nostris foris ecclesiasticis, (in quibus modo adulterium, & malitiosa desertio, modo inimicitia capitalis, modo in quibusdam aliæ dissolvendi matrimonii causæ magis arduæ obtinent,) hoc jus antiquum introducatur. Nostra enim consistoria leges præsentes, & mores receptos, observent, iisque facta applicent, necesse est. Non vero ea gaudent potestate, ut leges alias & novas constituant; sed quæ hujus est loci quæstio eo tendit, quoad, & in quantum potestas principis legislatoria in matrimonialibus dispensare possit.

Rationes hactenus adductas in unum cogamus: jura arbitraria pontificum principes evangelicos non obligant; illæ vero restrictiones, quæ in nostris Consistoriis usu invaluere, duabus vel tribus innixæ causis, mere juris positivi sunt, circa quod potestas legislatoria superior, habita ratione humanæ inbecillitatis, omnino dispensare potest. Legem divinam Mosaicam, quæ intuitu hujus humanæ inbecillitatis divortia esse licita dicit, Christus Salvator non rejecit, sed ejus tenorem & nervum optime explicavit, monendo & inculcando, ne leges statui præsenti attemperatas, quo omnis hominum natura corrupta est, atque ad implendam legem moralem perfectam minus idonea, cum primæva matrimonii institutione in statu integritatis, commisceamus. Hoc jus Mosaicum nullo non tempore in ecclesia christiana viguit, conservatum a christianis Imperatoribus, atque eorundem constitutionibus confirmatum. Idem jus insignes veteres ecclesiæ patres probarunt, id quod bene observat *Rennemannus in Jurisprud. Rom. German. Memb. I. dispat. 42. Th. 36. lit. c.* cujus verba adposite huc faciunt, citata *a Struvio in Syntagm. Iur. Civil. Exerc. 30. Th. 41. sacra scriptura prohibitio*, inquit Rennemannus, *accipienda de divortio, privato cujusque arbitrio, quavis causa, vel ex nulla omnino, temere concepta; non de illo, quod ex causa legitima, & jure probata, Magistratus authoritate pravia est permissum. Idcirco nec dubitandum censemus, cum causa supra th. 40. memorata fint a Christianis Impp. (sub quorum Imperio sanctissimi Theologi, Nazianzenus Theodoretus, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & alii floruerant,) nemine contradicente, decreta, & per aliquot secula observata: Quin & hodie pii magistratus eo, quo dictam est modo, non tantum ex illis aucta recensitis, sed etiam ex aliis gravioribus causis, vel eque gravibus pro circumstantiarum suasione, divortia concedere queant &c.*

Tot denique principes christiani, reges, Imperatores, atque ipse Carolus M. in causis propriis jure Mosaico sunt usi, cau historiarum monumenta testantur; quippe quod etiam cum jure canonico antiquo coincidit. *Vid. C. quos Deus conjunxit. 18. caus. 33. Quæst. 2.*

His adductis rationibus, quibus nostrum responsum fulcitur, facti præsentis, & casus de quo sermo est, circumstantias coarctamus: Indicavit N.N. & multa contestatione corroboravit, quod propter implacabile odium, longæ jam annorum decursu continuatum, sua cum conjuge diutius esse una non possit, ceu rationes, hanc in rem in actis adductæ pluribus manifestant; quibus datum est effectui, ut Consistorium separationis in perpetuum a thoro & mensa jam tulerit sententiam, vi cujus, si ex naturali ratione & veritate res æstimanda sit, satis patere potest, matrimonii vinculum revera jam esse disruptum. Pars utraque divortium cupit, qui mutuus consensus omni tempore in Ecclesia a Magistratu pro stringenti & maxime justa divortii causa habitus est, cum si fieret secus, verendum sit, ne pars alterutra in turpes actus, & alia adhuc majora varii generis peccata prolabatur. Ceu hæc omnia fusius jam in superioribus sunt exposita.

Existimamus itaque & opinamur, salvo cujusvis meliora sententiis judicio, quod Rex potentissimus, vi supremæ territorialis & Episcopalis potestatis, plenarium divortium admittere, atque hoc in casu dispensare posit, quo (attendendo ad rationes adductas, atque ad concessionem quam io vita civili Deus per Mosen indulsit,) nihil satius, consultius & tutius erit.

QUÆST. II.

An circa legem hanc Evangelii: Was Gott zusammen gefüget hat, soll der Mensch nicht scheiden, dentur casus excipiendi?

Quamvis lex hæc universaliter esse concepta videatur, atque etiam conclusionem contineat, quam Christus ex divina conjunctione maris & fœminæ desumsit; omnis vero conclusio, quæ suis præmissis nititur, nullo modo pari defectum debeat; nihilominus tamen Christus casum fornicationis excepit, atque adeo illud remanet dubium: An non eadem ratione alii adhuc casus excipiendi intercurrere possint. Si enim vel maxime diceretur: Christum unicum saltem hunc excepisse casum, cæteroquin generalem regulæ tenorem esse servandum; est tamen adhuc quod opponi potest. Primo enim loco præter adulterii crimen, malitiosa quoque desertio sufficientem divortii causam constituit, qui casus malitiosæ desertionis, acrimine adulterii oppido est diversus. Secundo loco omnis exceptio æstimanda est ex paritate rationis, & causa sua, inprimis si voces sint ambiguæ, quia sana ratio, pariter atque jura, hunc servat Canonem: *Quod idem jus sit ubi eadem ratio.* Ratio autem est anima dispositionis, atque ideo omnino attendenda. Id propter *L. 13. ff. de Legib.* dicitur: *Scire leges, non est verba tenere; sed vim atque potestatem.* Cui addi potest illustratio *Tiraquelli* dicentis *Tom. 2. part. I. Tract. Cessante causa &c. num. 138. & plurib. seqq. quod ratio sit dispositionis anima, spiritus & medulla, quin ipsa lex, ejusque mens, & sententia, seu dispositio.*

Adeo in dispositione non verba attenduntur, sed ejus ratio & sententia: atque hinc casus excipiendi non ex verbis, sed ex paritate rationis; non per extensionem, sed comprehensionem eliciuntur. *Tiraq. d. loc. n. 141. & seqq. & Tom. 6. ad L. 8. C. de Revoc. donat. Gloss. in verb. libertis n. 45. & 46.*

Verbis enim inhærendum non est, nisi id in fraudem legis fecisse videri velis. *L. 29. L. 30. ff. de*

de legib. & inprimis in explicandis legibus, ne frivole quis, aut insulsius vocum captet apices, cautum est *L. Penult. ff. ad Exhibend. Non oportere jus civile calumniari, neque verba captari; sed qua mente quid diceretur, animadvertere.*

Ratio igitur & fundamentum, quo salva regula & conclusione generali, hanc Christus exceptionem niti voluit, ex propriis sanctissimi Salvatoris verbis facili negotio indagatur, versiculo enim 4. 5. & 6. de conjugali conjunctione sermo est, & Deus virum atque fœminam condidisse, idque locutus dicitur: על כן יעוב איש את אביו ואת אמו ודבק באשתו והיו דבתו גבתר אחר *Id propter derelinquet vir patrem suum, & matrem suam, & adhærebit mulieri sua, eruntque in carnem unam.* Atque hinc concludit Christus vers. 6. Cum non duæ; sed una sint caro, ideo quod Deus conjunxit homo non divellat. Hujus vero unionis vinculum aliud non est, quam corporis & animorum conjunctio, in qua omnis matrimonii substantia vertitur, id quod in prima jam quæstione planum fecimus. Hoc porro fonte fluit, quod conjunctione animorum & corporum sublata ipsum tollatur matrimonium, (cujus essentiale est corpore & animo conjungi,) atque eo in casu salva conscientia admitti divortium possit. Primus ergo casus, exceptus a regula, est in exemplo Christi ob adulterium, (si maritus copulam carnalem detrectet,) repudii libellum concedentis; quippe si non obstante adulterio maritus sua cum conjuge esse una cupiat, matrimonium durat, nec solvitur, durante scil. conjunctione animorum & corporum. Causa ergo exceptionis non est in enormitate criminis, (unde existimari possit, quod adulterium crimen grave sit, & summum) quia homicidium, aliave crimina graviora sunt, neque tamen hic in censum veniunt; sed verissima ratio hæc est, quia institutum a Deo matrimonium, quod in conjunctione consistit, marito (ob adulterii crimen a conjuge admissum) omnem consuetudinem detractante, atque adeo corporum & animorum conjunctione sublata, tollitur.

Alterum malitiosæ desertionis exemplum, easdem fundamenti loco causas substernit. Intelligimus autem ejusmodi desertionem, quæ cum constanti & perpetuo derelinquendi partem alteram proposito conjungitur; ita ut nullus amplius cohabitandi animus adsit, 1. *Cor.* 7, 15. Coincidit ergo & hic modo essentiale matrimonii requisitum, nempe animorum & corporum conjunctio; & quamvis hæc malitiosæ desertionis exceptio a regula generali verbis expressa non legatur, eadem tamen ratione ad quam Christus respexit, nititur, quo non parum adductus jam firmatur canon: *Idem jus esse ubi eadem ratio.* Ex eodem igitur principio Salvator pariter atque Apostoli suas nectuit conclusiones.

Neque minus eadem ratione & causa exemplum tertium fulcitur, & persistit: quando enim implacabilis odii, tantæque aversionis, & inimicitiæ causa subest, ut pars utraque conjunctionem constanti detrectet animo, matrimonii vinculum, quod in toties jam dicta conjunctione consistere diximus, non subsistit amplius & retinetur; sed dissecatur & corruit. Et quamvis hujus implacabilis odii exceptionem scriptura sacra non exprimat, ejus tamen fundamentum aliud non est, ac idem illud fuit, cui exceptiones ambas priores inædificavimus, atque adeo hic etiam idem jus obtinet, ubi scil. eadem est ratio. Accedit quod hujus, atque exceptionis secundæ eadem natura sit, & ratio neutiquam dispar. Est enim implacabile odium verissima malitiosæ desertionis species, quippe quæ non in desertione domus, & mutatione loci, sed in desertione debiti conjugalis consistit.

Hac inducti causa Theologi pariter atque JCti duplicem desertionis speciem statuunt, aliam visibilem, aliam invisibilem. Visibilem dicunt, quando quis animo deserendi conjugem loco degit sejunctus. Invisibilem vero vocitant, si quis quamvis eodem loco atque in iisdem cum conjuge ædibus commoretur, nihilominus tamen ex implacabili odio, & aversione indelebili, nunquam cohabitandi, & conjugalis præstandi debiti, constantem induxerit animum. Utramque speciem desertionem recte dixeris, quæ fit animo in perpetuum deserendæ & dissolvendæ illius conjunctionis, in qua essentia matrimonii consistit.

Hisce adductis, ceu opinamur stringens inesse ratio videtur: quia si pars utraque a se invicem loco secesserit, nihil adversi metuendum est, nisi quod ingruentem carnis cupiditatem peccata possint subsequi; contra vero, si arctius adhuc una sint, atque iisdem contineantur ædibus, ob aversionem, atque infestam animorum exulcerationem complurīes jam indicatam, non possunt non eventus contingere ferales admodum; aut saltem vitæ genus inde oriturum est quod Christianis minime convenit.

Hæc ut magis confirmentur observandum adhuc est, quod quamvis matrimonii nexus ipso jure Canonico, (vi cujus spirituale vinculum est & Sacramentum) nullo modo solubilis existimetur, & sponsalia etiam de præsenti, (eo quod verum vinculum conjugale sint,) illo jure neque ob commissum adulterium, quoad vinculum dissolvi possint; nihilominus tamen ob implacabile odium, & inimicitias irreconciliabiliter solvi queant. De quibus sponsalibus puris, & inter ipsos sponsos initis, (quæ scl. sponsalia de præsenti sunt,) legi meretur, *c. 2. X. de sponsal. & matrim.*

Pari ratione de illis, qui de ineundo matrimonio se invicem juramento obstrinxerunt, dicitur *c. 16. X. eod. tit. Mulier, cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequentes habere.* Videsis Evangelicæ Religionis Doctores:

Paul. Cypr. de Sponsal. cap. 13. & 32.

Richter part. I. dec. 8. num. 9 &c.

Carpz. Jurispr. Consistorial. lib. 2. dec. 176. n. 8. & seqq.

Est quoque extra controversiam positum, sponsalia de præsenti esse verum matrimonium, atque in utroque jure res est evicta: quod nuptias consensus faciat, non concubitus, de quo adeas in jure civili *L. 20. ff de regulis juris. L. 32. §. 13. ff. de don. int. vir. & uxor.* & in Jure Canonico ad fatiem

Dddd ddd 2 usque

usque *c. 1. c. 3. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 9. & seqq. caus. 27. qu. 2.*

Denique Theologi & JCti omnes unanimi consensu in eo conveniunt, quod sponsalia de praesenti propter irreconciliabilem inimicitiam vel aversionem solvi possint. Teste inprimis *Harpr. ad tit. Inst. de nupt. in rubr. n. 138.*

Haec cum ita fiot, vix adparet, quo jure praeceptum divinum adversus divortia in hac causa adlegari possit. Divina enim protoplastorum conjunctio facta non est mediante concubitu; sed per socialem copulam, in ipso jugalis accessus limine, id propter dicitur, quod Deus conditam mulierem ad Adamum duxerit, qui etiam in statu innocentiae eam non agnovit. Et si nihilominus vi praecepti divini divortia prohibita diceres, necessarium hoc foret consequens, quod nec sponsalia de praesenti ex hac causa solvi possint, quod tamen dubio carere diximus in antecedentibus. Statuunt vero omnes sine discrimine Doctores, qui satis probatae sunt eruditionis, quod, si conjugum, qui inter se dissident, amicabilis compositio tentata fuerit, nec tamen ulla redeundi in gratiam spes adpareat, divortia omnino admitti possint.

Wesenb. ff. tit. de Divortio n. 9. Schurf. Consil. 42. n. 3. Harpr. d. loc. num. 139. Vultej. Jurispr. Rom. lib. I. cap. 21. p. 125. §. communes, & in not. ad num. 18. vers. Hic autem contrarium &c. ubi allegat Theologos & JCtos.

Atque has decidendi rationes plerumque Evangelicae facultates sequuntur, ut id jam non dicamus, quod omnia exempla adducta, sub exceptione Christi εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ nonsolum paritate rationis sed etiam vi verborum comprehendantur. Docent enim doctissimi interpretes, atque rationibus firmant momentosis, quod vox πορνεία praeter fornicationis significatum, omnes actus denotet adversus essentiale conjugii commissos, & quibus matrimonium violatur.

Vid. Selden. de jur. nat. & gent. Lib. 7. c. 12. in fin. & latissime in uxor. Hebr. Lib. 3. t. 23. per tot. Franc. Connan, Doctiss. JCtus Gallus & pontificius, in commentar. ad jus civil. L. 8. c. 12. n. 5.

Militat inprimis pro hac sententia locus *ad Hebr. 13, 4.* ubi vox πορνεία incorrupto, & intemerato matrimonio directe opponitur, id quod indicio est, omne illud, quo essentiale matrimonii violatur atque contaminatur, esse πορνείαν. Quod vero exempla a nobis allata, atque inprimis postremum, cujus facta est mentio, inter istos connumerandum actus sit, quibus essentia atque natura conjugalis vinculi sublata, matrimonium violatur, satis prolixe in antecedentibus jam est expositum.

Tandem divortia legi Evangelii minus repugnare, neque eidem esse adversa, probatur, quia Christus de privata separatione solum loquitur; non vero de ea, quae fit authoritate magistratus. Quae enim Christo proponebatur quaestio, non erat de authoritate magistratus; sed tantum de potestate mariti, ad quam totius contextus negotium referri debet, cujus cardo in eo vertebatur: *An sufficiat in causa divortii, si maritus det libellum repudii?* In responsione vero non aliud intelligi, quam, quod est in quaestione, sua tamdiu radiat luce, donec contrarium probetur. Ad haec si vel maxime in sacro codice praeceptum generale promulgatur, quo ad unum omnes tenentur, ejus tamen vis obligatoria latius justo ad magistratum extendi nequit. v. g. Praeceptum de homicidio, & de non interficiendis aliis, ad omnes pertinet; nihilo secius supremi in republica magistratus vindictam gladii impune exercent, non jure hominum; sed jure Dei; non qua homines; sed qua Dei ministri, atque his in terris vicarii. Eadem ratione vis praecepti, de non admittendo divortio, ad magistratum non porrigitur, quin potius ejus requirit officium, ut qui inimica & infensa aversione diffident conjuges, matrimonii vinculo solutos separent, majus evitando malum, atque antevertendo scandala; peccata, & tot eventus maxime periculosos. Non enim est in humana situm potestate ut unio fiat, & animorum conjunctio inter illos, quos summa jam exacerbatio ad naturam abalienatae mentis abduxit. In hoc aperti & contumacis odii indicio, quod capitalem inimicitiam induxit, omne praesentis Responsi robur situm est. Et quamvis objici possit, quod a parte conjugis nulla sit mentis aversio, quippe quae nihil omnis studii, quo mariti demulceret animum, hujus tamen intuitu duae quaestiones bene sunt distinguendae. 1) *An matrimonii vinculum ob implacabile odium & aversionem omnimodam solvatur?* 2.) *Quae pars conjugum hujus admittendi divortii causam dederit?* Quod enim ex hujusmodi causis matrimonium omnino solvi debeat, ita ut pars utraque hoc prorsus vinculo liberetur, hactenus demonstratum est. Et quia matrimoniale vinculum relationem inter duas involvit, consequitur ex natura relatorum, si indelebili unius partis aversione rumpatur, eo utramque partem esse solutam, id quod abunde confirmant malitiosae desertionis, & adulterii casus, in quibus ab utraque parte matrimonium solvitur. Hisce praesuppositis quaestio altera: *qua pars conjugum potiorem tantae aversionis causam dederit?* divortium non mutat; sed id saltem efficit, ut inde cognosci, & definiri satisfactio possit quae parti insonti debeatur, ad quam evitandum, atque effectus inde orituros minus gratos, id sibi utrinque sumunt operae, ut quicquid culpae est, conjux in maritum, & maritus in conjugem devolvat.

arg. L. 6. L. 7. in fin. C. de divort.

Ex duplici vero causa ad hanc posteriorem quaestionem maritus trahi nequit, 1) quia juratorum testium dispositione constitit, quam illicitis & periculosis conjux ausa sit uti mediis, quae a Vetula suppeditata improvidis, & quaestum quaerentibus, praeter intentionem marito sanitatis jacturam afferre potuissent; & quamvis hoc factum non sit, justus tamen metus adsuit, ne ulteriora, & magis nociva tentaret remedia, quo ipso conjux odium & aversionem in marito non parum auxit. Nec impedit, circa depositionem testium, in formalibus aliquid deficere; sufficit, quod illicita, quae adhibere tentavit, media, jam in rem judicatam abierint. 2) Quia conditiones obtulit, de quibus jam inter

2. *l* Sic & dimittere uxorem volenti *m* modus præscribitur, *n* nec dimissam ducere quisquam impeditur, *o* præter eum quæ dimisit, *p* & sacerdotem. Hæc tamen ad alium maritum transeundi libertas *q* ipso naturali jure ita restringenda est, ne inde oriri possit prolis con- Deut. XXIV, 4.

inter se convenerunt, ut ergo alia amplius satisfactione teneri nec possit, nec debeat.

Quibus omnibus inducti, (salvo tamen cujusvis meliora sentientis judicio) opinamur, quod, cum propter perpetuam aversionem & indelebile udium, inter N. N. atque ejus conjugem longo jam tempore continuatum, (ita ut perseverantis apparuerit esse animi indicium. *per L. 3. ff. de divort. L. 64. in fin. ff. de donat. int. vir. & ux.*) omnis restaurandæ conjugalis amicitiæ, & animorum conjunctionis efficiendæ, spes collapsa sit, non solum causa totalis divortii justa sit; sed etiam tutius existimari debeat, & magis opportunum, illos solvere, qui non nisi odioso & utrique molesto vinculo sunt conjuncti. Quod vero attinet ad dispensationem progrediendi ad secunda vota, satis rationum esse putamus, ex quo eidem adlitui locus possit. Soluto enim per divortium matrimonio, atque hinc omni alias ingrediendi nuptias impedimento remoto, cuilibet plenæ & nemini denegandæ libertatis beneficio, aliud contrahendi matrimonium, potestas est, quam quæ infringere possint jura non dantur. Ille quidem in Consistorio mos obtinet, quod pars quæ potiorem divortii ansam dederit, aliis contrahendi matrimonii beneficium amittat; at vero pœna hæc est arbitraria, quæ non solum remitti potest, sed etiam debet, si ætatis æque ac constitutionis habita ratione nullum continentiæ donum adsit; Imo alius contrahendi matrimonii prohibitio in tali casu injusta foret, & maxime periculosa. Præterea ulteriori adhuc probatione indiget, maritus ne, an conjux tantæ aversionis, & inde admissi divortii, ansam dederit præcipuam?

Si ergo matrimonium aut per dispensationem Regiam, aut vi Consistorialis sententia, fuerit solutum, marito, ut ad alia progrediatur vota, denegandum non est. Ita sentimus de jure.

Decani, Ordinarius Seniores, cæterique Doctores Theol. & Jurid. Facult. in Acad. Reg. Electoral. Brandenb. Francof. ae Viadran. 27. Aug. 1714.

L. S.
L. S.

„*m*) (MODUS PRÆSCRIBITUR:) Præcedere nimi„rum debebat justa repudii causa, maritus scribere „tenebatur libellum repudii, & dare in manum „uxoris eamque ita de domo dimittere. *Deut. 24. 1. „seq.*

„*n*) (NEC DIMISSAM DUCERE QUISQUAM IM„PEDITUR:) Quia solutum est prius matrimonium.

„*o*) (PRÆTER EUM QUI DIMISIT:) *Deut. 24. v.* „4. ubi additur ratio, quia polluta, & abomina„bilis facta est coram domino: indeque hic actus „refertur inter peccata quæ terræ cohærent:

p) (Grot.) (ET SACERDOTEM:) Levit. XXI, 7. Repudiatæ additur vidua ibidem vers. 14. quod de principe sacerdote intellexit PHILO. (De *Monarch.* pag. 827. A.) & plerique hodie interpretes, ob ea quæ præcedunt commate 10. & deinceps. Sed quemvis sacerdotem intelligi debere ostendit *Ezechiel* XLIV, 22. & in explicatione legis, ut & contra Appionem primo *Josephus*. Connectenda ergo lex cum initio capitis, ut illa de pontifice maximo obiter sint interposita. (At vero *Josephus* diserte dicit, soli sacerdotum principi vetitum esse ducere viduam, quum aliis sacerdotibus id liceat, τὸν δ' ἀρχιερέα μὲν τοι, μηδὲ τεθνηκότος ἀνδρὸς ἠξίωσε γαμεῖν γυναῖκα, τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συγχωρῶν. Ant. Jud. lib. III. cap. XII, §. 2. *Edit. Hudson.* In loco autem ex *lib. I. contra Apion. §. 7.* de Vidua ne γρῦ quidem: Hinc auctor noster in adnotat. ad locum *Levitici* laudatum plane omisit *Josephi* testimonium. Quod autem conjicit de parenthesi, durum videtur. Confer. SELDEN. *De uxore Hebr.* Lib. I. cap. 7. & *de success. in Pontific.* Lib. II. cap. 2. J. B.)

ADDITIO.

„Sacerdotes itidem a tali fœmina abstinere tene„bantur, utpote quæ polluta & abominabilis facta est:

q) (IPSO NATURALI JURE ITA RESTRINGENDA EST NE INDE ORIATUR PROLIS CONFUSIO:) Quæritur, an mortuo conjuge, vel divortio facto, uxor statim ad secunda vota convolare possit? Negatur: idque probatur iisdem rationibus quibus polygamiam uxorum prohibitam probavimus: Nam & incertus fieret pater, officia educationis, & jura successionis confunderentur, propagatio impediretur. &c. Terminus autem naturalis est, ut exspectet usque dum constet gravidam non esse: cum vero id dubium valde sit, gentes legibus certum terminum præscripsere: Legibus Hæbreorum tres menses præscripti erant, quia eo tempore perfectum esse partum putarunt. Romani annum præscripsere, quia certum est post annum gravidam non esse:

ADDITIO.

„Jure canonico uxor post obitum mariti statim „ad secunda vota convolare potest. Idque ex fal„sa interpretatione verborum Apostoli, qui uxo„rem mortuo marito liberam pronunciat, ut nu„bere possit cui velit. *1. Cor. 7. v. 39.* eamque a „lege viri solutam esse, ait, adeo ut non sit adul„tera si cum alio viro fuerit. *ad Rom. 7. v. 2. & 3.* „Equidem uxor mortuo marito libera omnino est „a vinculo mariti, adulterium non committit, nec „fidem marito datam violat: at ex alio capite pro„hibetur properare ad secundas nuptias, nimirum pro-

Ann. I. 10. confusio. r Hinc illa apud Tacitum juris pontificii quæstio: *an concepto, nec dum edito partu rite nuberet.* Apud Hebræos inter utrumque matrimonium s tres menses interponi jubebantur. t At Christi Matth. V. 32. XIX, 9. lex ut res alias, ita & hanc conjugii inter Christianos ad perfectiorem redegit normam, u ex qua & qui dimisisset uxorem non adulteram, & qui duxisset dimissam, adulterii reos pronuntiat: v & Apo- 1. Cor. VII, 4. stolus ejus atque interpres Paulus, non viro tantum jus dat in corpus uxoris, w quod & in naturali statu procedebat, (ὁ γὰρ μιγνύμενος κατὰ Oneirocrit. νόμον ἀφροδίτης παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης, inquit Artemidorus; id est, *qui connubii lege fœminæ conjungitur*, x *is in corpus ejus dominium habet*;) y Sed & uxores vicissim in corpus mariti z Lactantius: *Non enim, sicut juris publici ratio est, sola mulier adultera est, quæ habet alium, maritus autem etiamsi plures habeat, a crimine adulterii solutus est. Sed divina lex ita duos in matrimonium, quod est in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur quisquis compagem corporis in diversa distraxerit.*

3.Scio

„propter confusionem seminis. Apostolus igitur „dum libertatem nubandi viduæ concedit, suppo„nit id fieri debere juxta naturæ leges, si nimirum „constat eam gravidam non esse: unde notanter „addit, *modo fiat in domino:* non autem fieret in „domino si semina confunderentur, eoque proles „incerta fieret.

„Cæterum jus canonicum in terris pontificio„rum obtinet, *Hoen. disp. ad inst. 2. th. 5.* & in„famia, jure civili in tales nuptias properatas sta„tuta, abolita est. *Laut. comp. p. 61.* Idque in ter„ris protestantium quoque quoad infamiam obser„vari, & festinatas nuptias arbitrarie saltem puni„ri ajunt: *Laut. ibid.* quanquam plerique contra„rium teneant. *Wes. parat. de his qui not. inf. ibi„que Brun. q. 27. Brun. ad l. 2. C. de Sec. nupt. & „ad L. 11. 12. 3. & 4. ff. His qui not inf. Carpz. „Iprud. consist. l. 2. d. 159. n. 10. Stryk. U. M. tit. His „qui not. inf. §. 9. Gerhard de Conjug. 199.* Conf. „*Jus meum controversum tit. de his qui not. inf. „quæst. 3.*

„Divortio facto moribus nostris liberi educantur „apud innocentem sumtibus nocentis. *Laut. tit. de „Repud. & div. in fin.* Idque æquitati naturali ma„gis convenire videtur; neque enim conjux nocens „suo delicto solatium & jus educandi, quod paren„tibus natura commisit innocenti auferre potest.

„r) (HINC ILLA APUD TACITUM:) Augustus „Neroni abduxit uxorem, & per ludibrium pon„tifices consulebantur, *an concepto nec dum edito „partu rite nuberetur. Tac. Annal. 1. c. 10.*

„s) (TRES MENSES INTERPONI JUBEBANTUR:) „Si intra tres menses alii nubebat uxor, partus in„de natus ad neutrum maritum pertinebat, & neu„tri parentum succedebat: nisi posterior ad„optaret: *Selden. de success. ad leg. Hebr. c. 4. in „fin.* ubi allegat Maimonidem *Halach. Mechaloth. „c. V.*

„t) (AT CHRISTI LEX UT RES ALIAS, ITA ET „HANC CONJUGII INTER CHRISTIANOS AD PERFE„CTIOREM REDEGIT NORMAM:) Hoc assertum „examinavimus in *Differt. procem. 3. §. 44.*

u) (EX QUA ET QUI DIMISISSET UXOREM NON ADULTERAM, ET QUI DUXISSET DIMISSAM, ADULTERII REOS PRONUNCIAT:) Non sensu juridico sed sensu ethico; Eodem modo uti adulterum alibi dixit eum, qui alterius uxorem intuetur ejus concupiscendæ gratia; *Vid. supra p. 561.*

„v) (ET APOSTOLUS EJUS ATQUE INTERPRES „PAULUS NON VIRO TANTUM JUS DAT IN COR„PUS UXORIS:) Uterque conjux in conjugis corpus „jus habet, ad eum effectum ut cohabitare invicem „teneantur: At jus hoc cessat soluto matrimonio, „uti solvitur per divortium quod ex justa causa fit.

„w) (QUOD ET IN NATURALI STATU PROCE„DEBAT;) i. e. citra monitum Apostoli. *Grot. h.* „Uxor enim dum nubit marito, corpus suum in „ejus potestatem tradit.

„x) (IS IN CORPUS EJUS DOMINIUM HABET:) „Improprie *dominium* dicitur, consistit enim illud „in jure utendi illo corpore ad effectum procrean„dæ sobolis: adeoque hactenus corpus uxoris est „in potestate mariti.

y) (SED ET UXOR VICISSIM IN CORPUS MARITI:) Recte inde infert Apostolus, denegari debitum conjugale non deberi, quia ex consensu id sibi invicem promisere conjuges: At inde non sequitur divortium uxori mitti non posse:

ADDITIO.

„Dictum est jus uxoris in corpus mariti subsiste„re quamdiu est uxor; desinit autem esse uxor post „divortium.

z) (Grot.) (LACTANTIUS:) Libro institutionum VI. c. XXIII. ubi & hoc sequitur: *Exemplo continentiæ docenda est uxor, ut se caste gerat. Iniquum* est

3. Scio a plerisque existimari [aa] in utroque hoc capite [bb] non novam a Christo conditam legem, sed restitutam quam Deus pater rerum primordio condiderat: in quam sententiam adduxisse eos videntur [cc] ipsa Christi verba, ubi ad primordium illud nos revocat: [dd] sed responderi potest, ex prima illa conditione, qua uni mari fœminam non nisi unam Deus attribuit, satis apparere [ee] quid optimum sit Deoque gratissimum: & hinc sequi semper id fuisse egregium ac laudabile; non tamen ut aliter facere nefas esset: [ff] quia ubi lex non est, ibi non est legis transgressio, [gg] at lex de ea re nulla illis temporibus exstabat. Sic etiam cum dixit Deus [hh] per Adamum, sive per Mosem, [ii] tantum esse fœdus matrimonii, ut vir parentis familiam relinquere debeat, quo novam cum uxore familiam constituat; [kk] idem ferme dixit qnod Pharaonis filiæ dicitur Psalmo XLV, 11. *Obliviscere populi, & domus patris tui.* Et ex hac tam arctæ amicitiæ institutione satis apparet, [ll] Deo gratissimum esse, ut perpetua sit

eà

est enim, ut id exigas, quod ipse præstare non possis. Sensus idem in Gregorio Nazianzeno, πῶς ἀπαιτεῖς ὃυκ ἀντεισφέρεις: *quomodo exigis & non rependis?* (orat. XXXI. p. 500. C.) Hieronymus ad Oceanum: *Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Aliud illos viris impudicitiæ frena laxantur, &, solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos quod non licet feminis æque non licet viris, & eadem servitus pari conditione censetur.* (Tom. I. pag. 198. C. *Edit. Basil.*).

„aa) (IN UTROQUE HOC CAPITE:) Et de poly„gamia & de divortio.

„bb) (NON NOVAM A CHRISTO CONDITAM LE„GEM SED RESTITUTAM QUAM DEUS PATER PRI„MORDIO RERUM CONDIDERAT:) Author impro„bat hanc sententiam, quæ tamen verissima est: „Christum enim præter ea quæ ipso jure naturæ „præcipiuntur nihil statuere, vidimus *in not. ad* „*prol. §. 50. & ad l. 1. c. 2. §. 6. n. 2. Conf. Diss.* „*prooem. III. Sect. 3.* Atque hinc nec polygamiam nec „divortium improbat Servator, etsi perfectius sit „ab utroque abstinere:

„cc) (IPSA CHRISTI VERBA, UBI AD PRIMOR„DIUM ILLUD NOS REVOCAT:) *Non legistis, quia* „*qui fecit ab initio masculum, & foeminam fecit* „*eos, Matth.* 19. *v.* 4. unde concludit, *quod er*„*go Deus conjunxit, homo ne separet: v.* 6.

dd) (SED RESPONDERI POTEST &c.) Duo membra sunt hujus responsionis. 1) Ex facto illo creatoris non inferri legem seu necessitatem, sed inde saltem elici Deo gratum id esse: 2) Servatorem autem id quod Deo gratum est nova lege christianis injunxisse. *Prius* verum omnino est, eamque rationem supra quoque allegavimus; at posterius concedi nequit; Servator non novam legem condidit, neque id quod jure naturæ permissum est, prohibet; Divortium igitur ac polygamia jure naturæ permittuntur, nec Servator, qui privatus fuit, ullibi hæc capita tanquam juri contraria prohibuit: At cum regulis perfectionis omnino pugnant, quia odia, dissidia, libidines &c. quæ causa sunt divortiorum & polygamiæ, cum perfectione pugnant.

„ee) (QUOD OPTIMUM SIT, DEOQUE GRATIS„SIMUM:) Cum enim quicquid Deus facit perfectissimo modo faciat, inde non potest non perfe„cte agere qui factum illud imitatur.

„ff) (QUIA UBI LEX NON EST IBI NON EST „LEGIS TRANSGRESSIO:) Non entis nullæ sunt „affectiones.

„gg) (AT LEX DE EA RE NULLA ILLIS TEM„PORIBUS EXSTABAT:) Nam ex solo creationis „facto non sequitur lex seu obligatio; sed saltem „gratum esse Deo si homines factum illud imi„tantur.

„hh) (SIVE PER ADAMUM SIVE PER MOSEN:) Qua„si Moses hæc verba tribuerit Adamo per ethopœ„iam ut historici conciones imperatoribus *Gron.* „*h.*

„ii) (TANTUM ESSE FOEDUS MATRIMONII UT „VIR PARENTIS FAMILIAM RELINQUERE DEBEAT:) „*Vid. Gen.* 2. *v.* 24.

„kk) (IDEM FERME DIXIT QUOD PHARAONIS „FILIÆ DICITUR:) Certissimo indicio, Deum „non edixisse quid necessario fieri debeat, sed præ„dicasse saltem quid amor effecturus sit *Gron.* „*h.*

ll) (Grot.) DEO GRATISSIMUM ESSE:) Et multis olim quoque sapientibus prælatus his mos. *Euripides* in Andromacha ex persona Hermiones: (*vers.* 177. & *seqq.*)

— ὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν ἡνίας ἔχειν
'Αλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν κύπριν
Στέργουσιν, ὅς τις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει

Non

ea conjunctio: non tamen eo evincitur, a Deo [mm] jam tunc imperatum ne qua de causa fœdus illud solveretur. [nn] At Christus quod Deus institutione conjunxerat, id ab homine separari vetuit, [oo] ex eo quod optimum Deoque acceptissimum est, dignissimam lege nova desumens materiam.

4. Plerasque gentes certum est antiquitus [pp] ut divortiorum libertate, [qq] ita plurium feminarum conjugio usos. Prope solos barbarorum Germanos singulis uxoribus contentos suo tempore fuisse [rr] Tacitus memorat; idque passim ostendunt historiæ [ss] tum Persarum, [tt] tum Indo-

De mor. Germ. c. 18.

— *Non etenim decet*
Unum imperare feminis geminis virum:
Contentus uno conjugis vivat toro.
Quicunque cupit rite curatam domum.

Et in choro (*v. 464. & seqq.*)

Οὐδέ ποτ' ἂν δίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν,
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους,
Ἔριν μὲν οἴκων,
Δυσμενεῖς τε λύπας
Τὴν μίαν μοι στεργέτω πόσις γάμοις
Ἀκοινώνητον εὐνὰν ἀνδρός.
Οὐδὲ γὰρ ἐν πόλεσι
Δίπτυχοι τυραννίδες
Μιᾶς ἀμείνονες φέρειν,
Ἄχθος δ' ἐπ' ἄχθει,
Καὶ στάσις πολίταις
Τεκτόνοιν θ' ὕμνοισιν ἐργάταιν δυοῖν
Ἔριν μοῦσαι φιλοῦσι κραίνειν.
Πνοιαὶ δ' ὅταν φέρωσι ναυτίλους θοαὶ
Κατὰ πηδαλίων,
Διδύμα πραπίδων γνῶμα,
Σοφῶν τε πλῆθος ἀθρόον ἀσθενέστερον
Φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς
Ἑνὸς ἁ δύναμις ἀνά τε μέλαθρα,
Κατά τε πόλιας,
Ὁπόταν εὑρεῖν θέλωσι καιρόν
Nunquam gemina de matre genus,
Nunquam duplices laudabo toros,
Odii & dira semina rixa.
Unam debet non ambigui
Vir participem nosse cubilis:
Duo nec domini rectius urbes
Terrasque regunt, quam qua sceptrum
Tenet una manus: quin sic oneri
Onus accedit: Discors agitat
Rabies rupto fœdere cives.
Etiam artifices carminis inter
Geminos ipsa tristia miscent
Prælia Musa: cumque in pelaga
Vela carina fert aura levis,
Plus una valet, contemta licet,
Dextera clavi qua frena tenet,
Quam consilii vis in partes
Distracta duas, aut prudentum
Numerosa cohors, una potestas
Temperet urbem, regat una domum,
Si modo cordi est tranquilla quies.

Plautus Mercatore (IV, 6. 8.)

Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro.
Qui minus vir una uxore contentus sit?

mm) (Grot.) (JAM TUNC IMPERATUM:) Sic & in causa plurium uxorum distinguit *Ambrosius* id, quod laudaverat in paradiso Deus, a damnatione contrarii c. IV, lib. I. de Abraham, quem locum *Gratianus* posuit causa XXXII. quæst. IV. c. 3. (Vide quæ diximus in Tractatu Gallico. *De doctrina Morali Patrum Eccles. Cap. XIII. §. 10. & seqq. I. B.*)

„*nn*) (AT CHRISTUS, QUOD DEUS INSTITUTIO-„NE CONJUNXERAT ID AB HOMINE SEPARARI „VETUIT:) Imo non vetuit per modum legis; sed „contrarium esse perfectioni docuit.

oo) (EX EO QUOD OPTIMUM DEOQUE ACCEPTISSIMUM EST DIGNISSIMAM LEGE NOVA DESUMENS MATERIAM:) Verum non est Christum nova lege indissolubile fecisse matrimonium, quod jure naturæ & lege veteris testamenti solvi poterat. Neque enim Servator legem humano generi ferre vel statum juris naturæ mutare voluit: Christus doctorem egit, non legislatorem; regulas perfectionis inter judæos & gentes obliteratas revocat, illasque commendat, non vero pœnalibus legibus necessitatem agendi injunxit.

ADDITIO.

„Grotius bene initio hujus *n.* 3. observavit, non „ex omni facto creatoris oriri legem, seu agendi „necessitatem: At quod hic addit, *Christum ex his* „*factis novæ legis materiam sumsisse* admitti nulla „ratione potest: Hyposin hanc Grotii late ex„posuimus in *Dissert. prooem. II. §. 8. & 9. &* „*Diss. prooem. III §. 39.* ubi simul demonstravimus, „Servatorem leges non statuisse, sed eum jus na„turæ, ut in statu integro obtinuit, docuisse, ejus„que præcipuam partem, quam Judæi insuper ha„buerunt, populo inculcasse; officia nimirum ca„ritatis, regulas perfectionum, mentis puritatem &c.

„*pp*) (UT DIVORTIORUM LIBERTATE:) Exempla „gentium allegavimus *n. præced. in pr.*

„*qq*) (ITA PLURIUM FŒMINARUM CONJUGIO:) „Exempla gentium inprimis judæorum, & primo„rum christianorum, allegavimus supra *n. 1.*

rr) (TACITUS MEMORAT:) *de mor. germ. c. 18.*

ss) (TUM PERSARUM:) *Vid. Daniel. V. 2.*

tt) (Grot.) (TUM INDORUM:) Et Thracum de quibus versus sunt *Menandri* apud *Strab.* lib. VIII. p. 297.) & Euripidis in Andromacha *vers. 214. & seqq.*

uu)

dorum. [uu] Apud Ægyptios soli sacerdotes unius feminæ conjugio utebantur. Sed & apud Græcos [vv] Cecrops primus, teste Athenæo, μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, *unam feminam uni marito* attribuit: [ww] quod tamen ne Athenis quidem diu observatum, [xx] Socratis [yy] & aliorum exemplo docemur. Quod si qui populi continentius egerunt, ut Romani [zz] semper duabus uxoribus, [α] divortio diu abstinuerunt, [β] laudandi sunt sane, ut qui ad id quod optimum est accesserint: unde & [γ] flaminicæ apud eosdem Romanos matrimonium, nisi morte, non solvebatur; [δ] non tamen inde sequitur peccasse, qui fecerunt aliter ante promulgatam Evangelii vocem.

Diod. lib.1.p.51. Ed. H. Steph.

Gellius XV. c. 20.

§. X.

Nunc [a] quæ rata sunt jure naturæ conjugia videamus: in quo dijudicando meminisse debemus, [b] non omnia, quæ juri naturæ repugnant,

uu) (Grot.) (APUD ÆGYPTIOS SOLI SACERDOTES:) Vide *Herodianum* libro II. (Sine dubio *Herodianus*, apud quem nihil quod ad rem faciat, positus est heic pro *Herodoto*, undecumque error ortus fuerit. At hic contrarium plane docet, nimirum omnes *Ægyptios* una uxore contententos fuisse, quemadmodum in more erat *Græcis*: *καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ* Ἕλ*ληνες. Lib. II. Cap.* 92. Utri credemus? *Herodoto*, an *Diodoro Siculo*, ita inter se pugnantibus *I. B.*)

ADDITIO.

„Adde *Alexandr. ab alex. Gen*, 4. 17. *ibique Ti*-„*raqu. Gell. N. A.* 10. 15.

vv) (CECROPS PRIMUS:) Vide *Iustin.* 2. 6.

„*ww*) (QUOD TAMEN NE ATHENIS QUIDEM „DIU OBSERVATUM:) Gellius meminit decreti, quo „polygamia permittebatur. *N. A.* 15. 20. *Tesm. b.*

„*xx*) (SOCRATES:) Qui duas uno tempore ha„buit uxores; Xantippen, & Myrtonem. *Alex ab* „*Alex. Gen.* 1. 23. *ibique Tiraqu. Athenæus & Laer*„*tius in vita Socratis.* De his duabus uxoribus late „egit *Stanley in hist. vet. phil. part.* 3. *c.* 16. Ideo „autem ab Authore præ aliis allegatur, quod ille a „græcis pro homine perfectissimo & justissimo ha„bitus fuerit. *Xenoph.* 4. *Memor. n.* 816

„*yy*) (ET ALIORUM:) Euripides enim duas uxo„res habuisse dicitur. *Gell. d. L.* 15. *c.* 20

„*zz*) (SEMPER DUABUS UXORIBUS:) Ex lege „Romuli. *Vid. Dion. Halic.* 2. *c.* 16. Cæsar lege pu„bliea polygamiam permittere voluit. *Vid. Suet. c.* „52. de Valentiniano, qui duas uxores duxit, ejus„que lege qua polygamiam permisit, vide ea quæ di„cta sunt *supra pag.* 551.

„*α*) (DIVORTIO DIU ABSTINUERUNT:) Usque „ad annum urbis conditæ 522. quum primus Sp. „Carvilius Ruga uxori nuntium remisit, quod ste„rilis esset. *Gell.* 4. 3. & 17. 21. *Vid. Gron. h.*

„*β*) LAUDANDI SUNT SANE:) Virtuose egerunt „& juxta regulas perfectionis, non vero peccassent „aliter agendo.

„*γ*) (FLAMINICÆ:) Diali flamini, sive Jovis sacer„doti nuptæ. *Gell. N. A.* 10. 15. *Gron. h.* Hi enim sa„cerdotes omnium maxime perfectioni studebant.

δ) (Grot.) (NON TAMEN INDE SEQUITUR PECCASSE:) *Augustinus* libro XXII. c. XLVII. contra Faustum: *Quando mos erat, crimen non erat.* Posuit & hoc *Gratianus*, sed sub Ambrosii nomine. (*Caus.* XXXII. *Quæst.* 10. C. 7.)

ADDITIO.

„Imo nec post legem Evangelii peccatur contra „naturæ jura. At contra perfectionis regulas pec„catur & ante & post Evangelium publicatum.

a) (QUÆ RATA SINT JURE NATURÆ CONJUGIA:) Jure naturæ omnia conjugia rata sunt, nisi probentur prohibita. Non autem prohibentur ob defectum consensus parentum; *h.* §. 10. nec cum pluribus uxoribus; §. 11. nec cum concubina; §. 15. sed ob proximitatem sanguinis. §. 12. 13. & 14.

b) (NON OMNIA QUÆ JURI NATURÆ REPUGNANT IRRITA FIERI JURE NATURÆ:) Imo regula juris naturæ est, *quod id, quod prohibente natura lege fit, nullum sit* quia facultas moralis agendi cessat, utpote quæ lege impeditur. Sane jus agendi quicquid lubet, tam diu hominibus competit donec lege prohibeatur, Accedente igitur legis prohibitione, jus agendi deficit, adeoque irritus est actus.

Jure civili autem obtinet ut actus aliquando a legislatore improbetur, pœnaque ei imponatur, neque tamen ideo nullus sit Hoc casu igitur actus non simplieiter improbatur, sed permittitur sub conditione pœnæ, & soluta pœna lex actum valere voluit. Unde apparet quam inepta sit operosa illa tractatio JCtorum quorundam Italorum qui integris voluminibus quæstionem *an quod juri natura repugnat, irritum sit?* tractarunt: cum ex simplicissimis his principiis omnia clara sint.

ADDITIO.

„Author regulam, quod non omnia quæ juri „naturæ repugnant, irrita fiant jure naturæ, refert „saltem ad ea quæ pugnant cum jure naturæ laxiori „i. e. cum perfectionum regulis. *Vid. Diss. prooem.* „*II.* §. 10. Non vero ad actus quæ sunt contra jus „naturæ sociale. *Diss. prooem. I.* §. 14. Adeoque „verus dissensus inter Authorem & R. Parentem „non subest, Add. *supra* §. 3. & *infra* §. 14. §. 16. „*n.* 1. & *L.* 3. *c.* 23. §. 7.

gnant, irrita fieri jure naturæ, [c] ut exemplo prodigæ donationis apparet, [d] sed ea demum, in quibus deest principium dans validitatem actui; [e] aut in quibus vitium durat in effectu. [f] Principium & hic, & in aliis actibus humanis, unde jus oritur, est jus illud, quod facultatem moralem interpretati sumus, [g] simul cum voluntate sufficiente. [h] Quæ voluntas sit sufficiens ad jus producendum, infra melius tractabitur, ubi de promissis in genere agetur. [i] Super facultate morali quæstio

c)(UT EXEMPLO PRODIGÆ DONATIONIS APPARET:) Quasi donatio, etsi prodiga, juri naturæ repugnet: Anne quilibet jure naturæ de re sua disponere atque eam perdere potest?

„d) (SED EA DEMUM IN QUIBUS DEEST PRINCIPIUM DANS VALIDITATEM ACTUI:) Atqui „prohibente lege naturæ, deficit principium dans „validitatem actui, i. e. deficit facultas moralis seu „jus agendi.

„e) (AUT IN QUIBUS VITIUM DURAT IN EFFECTU:) i. e. ubi ab initio quidem actus validus „est, sed postea ob vitium perpetuum irritus fit: „Nam accedente illo vitio perpetuo, deficit „actus.

„f) (PRINCIPIUM UNDE JUS ORITUR, EST JUS „ILLUD QUOD FACULTATEM MORALEM INTERPRETATI SUMUS:) *Supra L. I. C. I. §. 5. & seq.* „Deus enim nobis concessit facultatem disponendi „de jure nostro prout lubet in casibus non restri„ctis: intra hos igitur facultatis terminos prout „quisque disponit, ita jus est. *Vid. B. Par. Pos. VI.*

„g) (SIMUL CUM VOLUNTATE SUFFICIENTE:) „Cum enim ex dispositione demum de jure no„stro jus oriatur, constare de illa dispositione, i.e. „apparere voluntas disponendi debet.

h) (QUÆ VOLUNTAS SIT SUFFICIENS INFRA MELIUS TRACTABITUR:) Scilicet *L. II. c. XI. seq.* ubi de obligatione, quæ ex promissis oritur agitur.

i) (SUPER FACULTATE MORALI QUÆSTIO ORITUR DE PARENTUM CONSENSU:) i. e. quæritur an jure naturali liberi facultatem moralem habeant nuptias contrahendi absque consensu parentum? Author ex falso suo principio, *quod jure naturæ actus quidam non sint irriti, licet juri naturæ repugnent*, hanc quæstionem ita decidit, ut nuptias citra parentum consensum contractas, repugnare quidem juri naturæ putet, quia hæc omissio pugnat cum reverentia parentibus debita: At ideo conjugium non fieri irritum:

Error hic Authoris oritur ex perpetua illa confusione juris & virtutis, quasi sub jure naturæ ea quoque quæ virtutis sint contineantur: cum tamen sæpius dictum sit posse hominem vitiose agere, neque tamen ideo contra jus naturæ agere.

Dicimus igitur in genere, consensum parentum ad conjugium liberorum non esse necessarium: adeoque nuptias citra consensum parentum contractas non tantum non fieri irritas, sed nec naturæ juri repugnare: Idque probamus 1) quia quilibet homo tamdiu licite agit, & de jure suo disponit, quamdiu non apparet prohibitio: nullibi autem restricta illa facultas nuptias contrahendi apparet neque jus prohibendi patri ullibi concessum apparet. Atque hinc merito JCti Romani conjunctionem maris & fœminæ ad illud jus naturæ referunt, quod natura omnia animalia docuit. *§. 1. Inst. de Just. & jur.* Hoc ergo jus parentes non magis impedire & auferre natura possunt quam defensionem sui ipsius, quæ ex eodem jure fluit. 2) Dictum sæpius est, omne jus patriæ potestatis consistere in educationis officio, sub quo adeo non continetur nubere, vel nubenti consentire, ut potius cum pubertate educationis officium, adeoque jus prohibendi desinat. Et licet 3) filius patri reverentiam debeat etiam post pubertatem, non tamen inde sequitur consensum eorum jure requiri: nam & magistratibus & præceptoribus reverentia debetur, neque tamen horum consensu jure opus est, neque spernere eos videntur cum jure suo utantur: Atque hinc 4) notanter imperator ait rationem naturalem *suadere* ut patris consensus requiratur: Non ergo imperat, sed commendat. Ratio enim naturalis quædam jubet quædam vero suadet, ea quæ jubet sunt necessitatis, ea vero quæ suadet, sunt res arbitrii: At quia 5) jus civile sæpius ea quæ arbitrii sunt in legis formam redigit, & ex actibus virtuosis actus necessitatis efficit, idem quoque circa consensum patris statuit, eumque ad nuptias filiorum necessario requisivit. Id autem 6) meri juris civilis esse vel ex eo apparet, quod nec matris, nec patris emancipantis, nec furiosi consensus jure civili requiratur; si vero nuptiæ sine parentum consensu non subsisterent natura, etiam matris &c. consensus præcise requireretur, nam eadem quoque his reverentia natura debetur: Sed & 7) ratio, cur patris consensus præcise requiratur, mere civilis est: nam liberi, iisque mortuis nepotes, ipso jure fiunt hæredes patris, & in ejus bona succedunt: adeoque merito pater consentire debebat in nuptias filii, ne invito patri agnascatur hæres suus. Cæterum 8) ex veteri testamento apparet Jacobum quatuor duxisse uxores inscio patre, adeoque citra ejus consensum: *Gen. 29.* Josephus in Ægypto uxorem duxit ignorante patre. *Gen.* 41. 45. David Saulis filiam 1. *Sam.* 18. 26. & Tobias Saram duxit insciis parentibus. *Tob.* 8. *v.* 11. Esavus conjugium cum Cananæis contraxit, etiam invitis parentibus, quin odio eorum, neque tamen ideo nullum fuit matrimonium. *Gen. 28. v. 6. seq.* Neque 9) responsio valet, quasi parentes non inviti fuerint, etsi ignoraverint; quod consensum Jaco-

bo

quæstio oritur de parentum consensu, quem ad validitatem conjugii quasi naturaliter quidam requirunt. [k] Sed in eo falluntur. Nam quæ adferunt argumenta, nihil aliud probant, [l] quam officio filiorum conveniens esse, ut parentum consensum impetrent: quod plane concedimus cum temperamento, [m] nisi manifeste iniqua sit parentum voluntas. Nam si in omnibus rebus filii reverentiam parentibus debent, certe præcipue eam debent [n] in eo negotio, quod ad gentem totam

bo Tobiæque in genere præbuerint; quod David sciverit parentem dissensurum non esse; & quod Esavi parentes noluerint matrimonium irritum esse: Nam etsi in genere consenserit Isaacus, ut filius uxorem duceret ex familia sua, non tamen consensit in plures sed in unam saltem; de consensu patris in nuptias Davidis plane nun constabat, eoque modo consensus patris semper elidi posset: Denique si consensus patris ipso jure esset necessarius, matrimonium absque eo contractum ipso jure nullum foret etiam non reclamante patre: Interim acceptatur ad exemplum Josephi nihil responderi posse. Sane filii absentes jus parentibus a natura quæsitum auferre non possent.

Neque 10) obstant exempla veteris testamenti, ubi parentum consensus adhibitus fuit. Ita enim Hagar Ismaeli dedit uxorem, *Gen. XXI, 21.* Abra Isaaco, *Gen. XXIV, 3.* Judas filio suo Her, & postea Onani. *Gen. XXXVIII, 5. seq.* Sumson a parentibus petiit ut dent ei uxorem, *Judic. XIV, 2.* Thamar fratrem conjugium expetentem remittit ad parentes. 1. *Sam. XIII, 3.* Resp. Exinde sequitur, quod filii pii non soleant absque consensu parentum eorumque consilio nuptias contrahere, non vero quod consensus ille sit de necessitate, & quod absque consensu nuptiæ nullæ sunt. Sane etiam plurimi Doctores inter Christianos consensum parentum non esse necessitatis statuunt: uti ex Quintiliano probat Author *h. §. 10. n. 3.*

ADDITIO.

„Præter eas quæ a B. Parente allegantur rationes, aliæ addi solent: Nimirum 1) patrem denegando filio consensum, eum excludere a jure quod omnibus animantibus commune est, ac impedire motum, quem naturæ Author omnibus hominibus indidit. 2) Agi hic de solo jure filii, qui de usu sui corporis, de facultate cohabitandi disponit, prout autem quisque de jure suo disponit ita jus est. 3) Si nuptiæ deficiente consensu patris irritæ essent, sequeretur filium dimittere uxorem non posse absque consensu patris, quia regula naturæ est, ut iisdem modis quid dissolvatur quibus colligatum est. At nullibi statutum legimus consensum patris in dissolvendis matrimoniis liberorum necessarium esse. Accedit 4) consensus plerorumque Consistoriorum, quæ retractare conjugia absque consensu patris inita non solent. *Vid. Harprecht. Inst. de nupt. n. 127. Carpz. Consist. l. 2. def. 60. n. 2.* Conf. Responsum B. Patris XXXVI. *in Vol. 1. deduct. in caus. illustr.*

„At his non obstantibus asserimus nuptias sine consensu parentum initas jure naturæ nullas esse: Certum enim 1) est liberos originem ex semine patris habere, adeoque hactenus sub potestate patris esse, quia quicquid ex re mea nascitur meum est: Atque hoc sensu JCtus in *l. 1. §. 1. ff. inspic. ventr.* ait, *patrem liberos, utpote ex ejus semine natos, tanquam suos vindicare.* & in *l. 195. §. 2. V. S.* traditur liberos *natura* subjectos esse patri. Actiones igitur liberorum dependent a potestate & arbitrio patris. 2) Liberi nascuntur in domo patris, qui suæ domus est dominus, adeoque eis qui in illa domo habitant legem dicere potest. *l. 159. ff. V. S.* Denique & 3) liberi ex voto parentum sunt pars illius corporis, quod familiam constituit, atque hinc de juribus illius familiæ participant, eamque post mortem patris continuant, i. e. in omnia ejus jura & bona succedunt. Durissimum igitur 4) foret, si patri invito successor jurium & bonorum obtrudi posset: Optime igitur 5) Imperator asserit, *rationem naturalem suadere ut patris consensus requiratur: pr. Inst. de nupt.* Neque vox *suadere* commendationem hic denotat, quia addit imperator rationem naturalem, suadere id fieri *debere.* Atque hinc 5) in plerisque Consistoriis Evangelicorum nuptiæ sine consensu parentum contractæ nullæ declarantur. Neque 6) obstat quod pater dissentiendo impediat motus naturæ, & facultatem propagandi, quam Creator liberis quoque indidit: Nam pater non impedit illas facultates, sed vel motus illos saltem differt, vel subjectum tantum propagationis improbat.

„*k*) (SED IN EO FALLUNTUR:) Imo non falluntur. Rationes modo allegavimus:

„*l*) (QUAM OFFICIO FILIORUM CONVENIENS ESSE:) i. e. virtutis & perfectionis id esse, non juris.

„*m*) (NISI MANIFESTE INIQUA SIT PARENTUM VOLUNTAS:) Atque hinc etiam in illis locis ubi consensus parentum est necessitatis, cogi possunt a superiore ut consentiant si causa dissensus justa allegari nequeat. *Vid. l. 19. ff. rit. nupt. Carpz. L. 2. consist. def. 52. & 53.* Quando, & in quibus causis, resistere liceat voluntati patris vide *in proleg. §. 14. & infra L. 2. c. 26. §. 3.*

„*n*) (IN EO NEGOTIO QUOD AD GENTEM TOTAM PERTINET:) Uxor enim accedit familiæ mariti, adeoque totius familiæ interesse videtur ne uxor indigna in familiam cooptetur.

 o) (sed

totam pertinet, quale funt nuptiæ; [o] fed hinc non fequitur jus illud, quod facultatis aut dominii nomine explicatur, deeffe filio. Nam qui uxorem ducit, [p] & maturæ effe debet ætatis, [q] & extra familiam abit, [r] ita ut hac in re regimini familiari non fubjiciatur. [s] Solum autem reverentiæ officium non efficit, ut nullus fit actus qui ei repugnat.

2. Quod autem a Romanis aliisque conftitutum eft, ut quædam nuptiæ, quia confenfus patris deficit, irritæ fint, [t] non ex natura eft, fed ex juris conditorum voluntate. [u] Nam & eodem jure [v] mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, fuo diffenfu matrimonium irritum non facit; [w] ac ne pater quidem filii emancipati: & fi pater ipfe fit in patris fui poteftate, [x] in filii nuptias & avus & pater confentire debent: filiæ avi auctoritas fufficit: [y] quæ difcriminis naturali juri incognita fatis oftendunt venire hæc ex jure civili.

L. 25. 2. de ritu nupt. L. 16. §. 1. D. eod. tit.

3. [z] In facris literis videmus quidem pios viros, multoque magis mulie-

„o) (SED HINC NON SEQUITUR JUS ILLUD, QUOD „FACULTATIS AUT DOMINII NOMINE EXPLICATUR „DEESSE FILIO:) Senfus aft, quod, cum filius facultatem i. e. jus habeat cohabitandi, & dominus „fit actionum fuarum, id jus & dominium per reverentiam patri debitam non minuatur.

„p) (ET MATURÆ ESSE DEBET ÆTATIS:) i. e. „facultatem fui fimilem procreandi habere debet: „quæ facultas, cum apud alios citius appareat, determinari natura certo tempore non poteft; adeoque leges civiles demum tempus tale ftatuerunt.

„q) (ET EXTRA FAMILIAM ABIT:) Imo manet in familia, & novam faltem, addit, *de quo infra.*

„r) (ITA UT HAC IN RE REGIMINI FAMILIARI NON SUBJICIATUR:) Imo fubjicitur, uti rationibus probatum dedimus.

„s) (SOLUM AUTEM REVERENTIÆ OFFICIUM „NON EFFICIT UT NULLUS SIT ACTUS QUI EI REPUGNAT:) Regula hæc vera eft: At negamus patris confenfum *ex fola reverentia* requiri: Diximus enim eum ex ipfa ratione naturæ neceffarium effe.

„t) (NON EX NATURA EST, SED EX JURIS „CONDITORUM VOLUNTATE:) At ratio juris conditorum naturalis eft, quia liberi ex filio ipfo naturæ jure fuccedunt: Iniquum igitur putarunt, patri invito fuum hæredem agnafci.

„u) (NAM ET EODEM JURE:) Quia ratio illa „naturalis ceffat, mater enim liberos non habet in „poteftate, neque naturali jure liberi ei fuccedunt, „adeoque ei invitæ non agnafcitur fuus hæres.

v) (Grot.) (MATER, CUI TAMEN NATURALITER LIBERI REVERENTIAM DEBENT, SUO DISSENSU MATRIMONIUM IRRITUM NON FACIT:) Imo & avi, fi is liber eft, voluntas plus valet, quam patris, qui fervilis fit conditionis. *Gratian.* caufa 32. quæftione III. c. unic.

ADDITIO.

„Jure naturæ confenfus non requiritur ex reverentia; At juxta regulas virtutis eorum quoque confenfum expetere quibus reverentiam debemus, laudabile eft. Ex hac ratione igitur etiam matris „confenfum impetrare debent liberi. Hinc Cyrum de matris quoque fententia uxorem duxiffe „tradit *Xenoph. Inft. 8. p. m. 246.* Ideo in forore „Thyphæna culpat Cleopatra quod contra matris „voluntatem extra Ægyptum nupferit. *Juftin. 39, 3.* „Ismaelem confenfu matris uxorem duxiffe conftat „ex *Gen. 21. v. 21.* Conf. *Eurip. in Phoeniff. v. 339.* „*Liv. 4, 9.*

w) (AC NE PATER QUIDEM FILII EMANCIPATI:) Nam hic tota patria poteftas, adeoque & effectus ille patriæ poteftatis, quo fuus hæres patri agnafcitur, ceffat. *L. 25. ff. Rit. nupt.*

„x) (IN FILII NUPTIAS ET AVUS ET PATER „CONSENTIRE DEBENT, FILIÆ AVI AUTHORITAS „SUFFICIT:) *L. 16. §. 1. ff. Rit. nupt.* Contrarium „idem Paulus docet in *l. 3. ff. rit. nupt.* Ubi & in „nepotis & in neptis nuptiis folius avi confenfum „fufficere ait. Quod rationi naturali magis conveniens eft, quia & nepos & filius funt in poteftate avi.

„y) (QUÆ DISCRIMINA NATURALI JURE INCOGNITA:) Diximus difcrimen inter liberos in „poteftate conftitutos & emancipatos naturale effe: differentiam autem inter nepotes & neptes ab „ipfo Paulo rejici.

z) (IN SACRIS LITERIS VIDEMUS QUIDEM VIROS PIOS &c. SECUTOS AUTHORITATEM PARENTUM:) Videmus econtrario exempla liberorum qui non requifito confenfu parentum nuptias contraxere: Neque regeri poteft liberos illos vel certos fuiffe de confenfu, vel parentes poftea ratihabuiffe. Nam id fingitur, & contrarium apparet in exemplo Efavi.

ADDITIO.

„Exempla ex facris collegit *Carpz. Iurispr. conf.* „*L. 2. D. 39. n. 13.* eaque hoc ordine recenfet: „Agar accepit filio fuo Ismaeli uxorem de terra „Ægypti: *Gen. 21. v. 21.* quod fingulariter notari „merito

mulieres, α(quarum verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio ſtare, quo & illa pertinent, β quæ priore ad Corinthios de elocanda virgine legimus) in contrahendis nuptiis ſecutos auctoritatem parentum: γ ſed non tamen irritum pronunciatur Eſavi conjugium, & liberi illegitimi, qui ſine tali auctoritate nuptias contraxerat. Quintilianus δ jus ſtrictum, & quidem naturale, reſpiciens, ſic ait: *Quod ſi licet aliquando etiam contra patris voluntatem ea, quæ alioqui reprehenſionem non merentur, filio facere; nusquam tamen libertas tam neceſſaria quam in matrimonio eſt.* L. 10 C. den uptiis. 1 Cor. VII, 36. Gen. XXIX. & XXXII. Declam. 257.

§. XI.

Cum ea quæ alteri nupta eſt matrimonium haud dubie irritum eſt, lege quidem naturæ, [a] niſi vir prior eam dimiſerit; [c] tamdiu enim durat ejus dominium: [d] lege autem Chriſti, donec mors vinculum diſſolverit. [e] Irritum autem eſt ideo, quia & facultas moraiis

„merito jubet B. Lutherus, quia Iſmael erat homo „ferus & agreſtis, nec tamen recuſavit de conſilio „matris uxorem ducere. Abraham ablegat Eleaza-„rum ad conciliandas filio Iſaaco nuptias. *Gen. 24, „v. 3.* Iſaacus filium Jacobum mittit in Meſopo-„tamiam ut uxorem de filiabus Laban accipiat. *Gen. „28. v. 1.* Laban de filia ſua Rachele dicit ad Ja-„cobum: Melius eſt ut tibi eam dem, quam alii „viro. *Gen. 29. v. 19.* Judas dedit uxorem filio „ſuo. *Gen. 38. v. 7.* Thamar regis filia diſpoſitio-„nem de conjugio ſuo remittit ad parentis arbi-„trium. 2. *Sam.* 13. *v.* 3. & Angelus conſuluit To-„biæ ut a patre Raguele uxorem roget. *Tob. 6. v.* „13.

α) (Grot.) (QUARUM VERECUNDIÆ MAXIME CONVENIT HAC IN RE ALIENO STARE ARBITRIO:) *Non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum,* ait *Ambroſius* lib. 1. de Abraham. c. ult. relatus in codicem *Gratiani* cauſa XXXII. quæſtione II. c. 13. *Donatus* Andria: (IV, 4. 2.) *Summa poteſtas nuptiarum in patre puellæ eſt.* Hermione apud *Euripidem:* (*Androm.* verſ. 987)

Νυμφευμάτων δὲ τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει, κ' ὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.
Curam parenti de meis ego nuptiis
Permitto, non eſt illud arbitrii mei.

Hero apud Muſæum: (verſ. 179. 180.)

Ἀμφαδὸν ὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι,
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν.
Lege maritali jungi non poſſumus ambo,
Cum nolit mater, nolit pater.

„β) (QUÆ PRIORI AD CORINTHIOS:) *C. 7. v. 36.* „verba hæc ſunt: *Si quis autem turpem ſe videri exi-„ſtimat ſuper virgine* (filia) *ſua, quod ſit ſuper adul-„ta, & ita oportet fieri: quod vult, faciat: non pec-„cat, ſi nubat: Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, „non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens „ſuæ voluntatis, & hoc judicavit in corde ſuo ſerva-„re virginem* (filiam) *ſuam: bene facit. Igitur „& qui matrimonio jungit filiam ſuam bene facit, „& qui non jungit, melius facit.*

„γ) (SED NON TAMEN IRRITUM PRONONCIA-„TUR ESAVI MATRIMONIUM:) Uti irritum fieri „deberet ſi conſenſus jure naturæ eſſet neceſſarius. „Reſp. Sufficit quod non contradixerit: tunc enim „conſenſiſſe videtur. *l. 5. C. de nupt.*

„δ) (JUS STRICTUM ET QUIDEM NATURALE:) „Intelligit Author jus ſociale, quod a jure naturæ „laxiori diſtinguit: Atque ad illud non ad hoc „Quintilianum reſpicere ait: At Quintilianus non „ait liberos ſine conſenſu patris nuptias contrahe-„re poſſe; ſed eos cogi a patre non poſſe ut nu-„bant: quod & jure naturæ & jure civili ſtatutum „eſt. *l. 13. ff. de Sponſ.*

a) (CUM EA QUÆ ALTERI NUPTA EST MATRIMONIUM HAUD DUBIE IRRITUM EST LEGE NATURÆ:) Plures enim viros cum una fœmina concumbere non poſſe, rationibus naturæ probavimus ſupra *pag. 550. in fin. & 551.*

„b) (NISI VIR PRIOR EAM DIMISERIT:) Ex „juſta ſcilicet cauſa: *vid. §. 9. n. 2.* nec prægnans ſit. „*ibid.*

„c) (TAMDIU ENIM DURAT EJUS DOMINIUM:) „i. e. poteſtas maritalis *d. §. 9. n. 2.*

„d) (LEGE AUTEM CHRISTI DONEC MORS VIN-„CULUM DISSOLVERIT:) Sæpius dictum eſt Serva-„torem non leges ſtatuere, ſed perfectionis regu-„las inculcare.

„e) (IRRITUM AUTEM EST IDEO QUIA ET FA-„CULTAS MORALIS DEEST:) Hæc vera ratio non „eſt; nam Author per facultatem moralem intel-„ligit convenientiam cum natura ſociali; *L. 1. c. 1.* „§. 5. & 6. at ſupra dictum eſt polygamiam plurium „virorum cum ſocialitate (ſi talis exiſteret) non pu-„gnare: *Add. Diſſ. prooem.* 1. §. 71. n. 6. & 7. Vera igitur „ratio eſt quod tale matrimonium pugnet cum vo-„luntate Dei, qui non vult turbari ſemen & ſangui-„nem

lis deest; *f* sublata per prius matrimonium *g* & omnis effectus est vitiosus, *h* singuli enim actus contrectationem habent rei alienæ *i* Vicissim ex Christi lege irritum est conjugium cum eo, qui maritus sit alterius mulieris, *k* ob jus illud quod Christus fœminæ pudicitiam servanti dedit in maritum.

§. XI.

1. De conjugiis eorum, qui sanguine aut affinitate junguntur, *a* satis gravis est quæstio, *b* & non raro magnis motibus agitatu. Nam causas certas & naturales, cur talia conjugia, ita ut legibus aut moribus vetantur, illicita sint, assignare qui voluerit, *c* experiendo discet, quam

„nem, & confundi officia invicem debita. *Vid. Diss.* „*prooem. XII. §. 521. & 553. n. 7.*

„*f*) (SUBLATA PER PRIUS MATRIMONIUM:) Imo „facultas moralis, eo sensu quo Auhor eaю sumit, „sublata per prius matrimonium non est, quia non „turbatur societas humana, qualis non existit.

„*g*) (ET OMNIS EFFECTUS EST VITIOSUS:) Cum „causa non sit vitiosa posita socialitate, nec effe„ctus erit vitiosus.

„*h*) (SINGULI ENIM ACTUS CONTRECTATIO„NEM HABENT REI ALIENÆ:) Rectius dici„mus singulos actus jus alii quæsitum turbare vel „auferre. Nam 1) uxor pacto promisit se cum so„lo marito cohabitaturum, adque ideo corpus su„um custodiæ ejus tradidit: Hoc jus marito quæ„tum aufertur & ab adultero & ab adultera. 2) Par„tus alienus suppooitur familiæ, qui hæreditatis par„tem legitimis liberis aufert; & 3) alimenta a ca„pite familiæ iujuria exigit, &c. eoque jus patris „turbat. 4) Propagatio prolis impeditur, eoque in„tentio creatoris evertitur. 5) Officia confundun„tur &c.

i) (VICISSIM EX CHRISTI LEGE IRRITUM EST CONJUGIUM COM EO QUI MARITUS SIT ALTERIUS MULIERIS:) *Math. 19. 3. & seq. &c. V. v. 32.* At verum 1) non est Christum legem ferre & jus statuere voluisse. Sed & 2) verum non est Christum de polygamia loqui, sed agit de divortio: Docet nimirum, neminem deserere suam uxorem debere, non vero prohibet ne aliam superinducat, neque enim tunc priorem deserit: Denique & 3) supra dictum est Christum tantum inculcare quod virtutis est, non vero necessitatem agendi injungere:

„*k*) (OB JUS ILLUD QUOD CHRISTUS FOEMINÆ „PUDICITIAM SERVANTI DEDIT IN MARITUM:) „Unde vir proprium corpus non habere dicitur in „potestate, sed uxor; *1. Cor. 7. v. 4.* At dictum „jam est Servatorem non loqui de polygamia, ad„eoque verum non est, Christum jus fœminæ in „maritum hactenus tribuere, ne plures uxores du„cere possit, nec ullibi id dicitur; Sed tanquam „virtutum Doctor improbat dimissionem uxorum „absque causa, & ait vinculum durare, indeque „adulterium committi, non juridico sensu, sed „Ethico. Paulus autem loquitur de marito qui „denegat uxori debitum conjogale, *d. c. 7. v. 3.* „idque merito improbat, quia uxor ex conventio„ne jus habet in corpus mariti.

„*a*) (SATIS GRAVIS QUÆSTIO EST:) Quæstio„nem hanc examinavimus in Dissertatione prooe„miali XII. §. 176. §. 5. & rationes naturæ exposuimus „ibidem; quo lectorem, ne actum agamus, remittimus.

„*b*) (ET NON RARO MAGNIS MOTIBUS AGITA„TÆ:) Inter principes scilicet, qui prætextu san„guinis vel affinitatis uxores repudiarunt.

c) (EXPERIENDO DISCET QUAM ID SIT DIFFICILE, QUIN PRÆSTARI NON POSSIT:) Author certum prohibitionis gradum natura definiri, aut, si excipias nuptias parentum cum liberis, causas prohibitionis naturales allegari posse, dubitat: Equidem causa, quam Plutarchus, eumque secutus Augustinus affert, nimirum *ut amores inter homines latius spargantur*, nullius momenti est: Etsi enim negari nequeat, esse inter cognatos arctam satis natura societatem & amicitiam, non tamen inde inferri potest, interesse societatis humanæ, ut cum extraneis quoque ea societas propagetur, vel potius, ut necessario cum extraneis non cum cognatis propagetur: Sed & in infinitum ratio hæc extendi posset, nam inter omnes homines quædam est cognatio, & sic cum omnibus nuptiæ prohibitæ essent: Atqua hanc difficultatem subolens Augustinus certum cognationis terminum sibi excogitavit, statuitque nuptias prohibitas esse *quousque gradus cognationis proprio nomine sunt denominati*; scilicet ad tertium gradum, tritavi & trinepotis; quia putat tamdiu durare memoriam cognationis quamdiu supersunt nomina. At terminus ab Augustino positus mere cerebrinus est: nomina enim imponere rei est merum institutum hominis, & quod gentes ultra tritavum cognatum certo non designarint nomine, hoc ab usu est, & casu factum: Sed nec verum est memoriam cognationis cessante nomine, deficere; exstat enim memoria cognationis in sacris a Christo usque ad Adamum, & hodie quoque sedecim cognationis gradus probare debent illi qui ad equestres dignitates, & beneficia iis annexa admitti cupiunt: Canones, secuti Augustinum, eundem prohibitionis gradum admisere, eandemque allegarunt rationem; postea vero quartum prohibitionis gradum addiderunt. *c. p. X. Consang.* Author inter solos parentes & liberos natura prohiberi nuptias ait, causamque allegat *reverentiæ rationem*, quæ vero admitti non potest, quia nuptiæ non tollunt reverentiæ vinculum, (alias enim subdita principi nubere non posset,) quod inprimi-

verum

verum est si pater filiæ nubit, tunc enim adeo non videtur violari reverentia, ut pater præterea acquirat etiam jus mariti, & sic reverentia potius augeatur: Alia ergo ratio prohibitionis afferri debet: Tota res ex sequentibus propositionibus clara fiet:

PROPOSITIO I.

Nuptiæ tamdiu licitæ sunt donec appareant prohibitæ.

DEMONSTRATIO.

Nam 1) homo naturali facultate instructus tam diu licite agit, donec facultas illa appareat prohibita, quod in nuptiis non apparet: Sane 2) obligatio, ne aliquid fiat, est ex juris prohibitione; qui proinde prohibitum aliquid ait id probare debet, nulla enim obligatio oriri potest ex prohibitione quæ non apparet. Atque hinc 3) nuptiarum facultas a JCtis Romanis tribuitur juri, quod natura omnia animalia docuit. *pr. Inst. jur. nat. &c. L. 1. §. 3. ff. de just. & jur.* Sed & 4) facultas illa naturalis probatur ex ipsa naturæ actione, quæ duplicem sexum creavit, conservationemque hominis stabilivit, juncta ipsi conjuge tum ad vitæ subsidia, tum ad propagationem: visumque non bonum sed imperfectum quid esse marem solum. Hæc societas conjugium facit, natura ad mutua subsidia, item ad gignendum & educandum liberos institutum, quod fieri sine cohabitatione nequit: Hæc igitur ratio in singulis hominibus obtinet, & quisque homo natus eadem tamdiu utitur per nuptias, donec impediatur.

Equidem sunt qui hanc facultatem hominibus concessam in infinitum licitam esse probant, indeque incestum seu gradus prohibitos natura non dari statuunt. Adeo, ut omnem prohibendi rationem vel in jure divino universali voluntario, vel in jure quodam positivo quærant. Verum ex sequentibus propositionibus apparebit, prohibitionem hanc ex interioribus juris gentium visceribus sequi, quod eo magis demonstrandum erit, quia illi quoque qui moralem turpitudinem in incestu observarunt, tamen in investiganda prohibitionis ratione hallucinantur.

PROPOSITIO II.

Naturale est, quod corpus filii sit vera pars corporis paterni & materni, non vero corpus nepotis, pars corporis aviti.

DEMONSTRATIO.

Proprie & veritate rei filius & filia tantum nati sunt ex semine & sanguine patris & matris: Illo enim momento quo eduntur nihil sui & distincti habent a corpore parentum, compositum aliquod fiunt ex utriusque seminibus & dum eduntur lacte materno aluntur: Etsi igitur alimentis postea accedant partes quædam, non tamen substantia hominis iis mutatur, sed forma saltem; ita enim surculus arboris, manet pars arboris licet in aliam arborem transplantetur, & in propriam arborem excrescat.

Non autem, uti corpus liberorum, ita & corpus nepotum est pars corporis aviti: Sane filiorum semen formatum non est ex semine vel corpore parentum, quia in infante nato nihil ejus est; sed id demum & tota vis prolifica accedit & accrescit ex multorum annorum extra uterum alimentatione & maturitate.

Unde nepos non est corpus natura formatum ex semine avorum, ne quidem mediate: Idque vel exinde apparet, quia si semen quoque propagaretur omnes homines forent una caro, & propter unitatem carnis nuptiæ forent prohibitæ inter omnes homines.

Equidem negari nequit in sacris literis non tantum filios, sed & nepotes *Hebr. VII. v. 5. 9. & 10.* Fratres quoque & sorores inter se, quin & cum patruo, amita, avunculo, & matertera unam carnem dici, *Lev. XVIII, 12. seq. XX. v. 11. 17. 19. & seq.* Add. *Lev. XXV, 49.* At hæc unitas intelligi debet non veritate rei & corporis, sed veritate causæ, quia primi parentes causa sunt propagationis, eoque existentiæ corporis liberorum.

PROPOSITIO III.

Naturale est, inter homines liberis nihil magis sanctum esse quam corpus parentum, unde editi sunt.

DEMONSTRATIO.

Etsi omne jus naturæ inter homines sanctum sit, tamen quædam ejus capita præ aliis sanctimoniam inculcant: Ad quæ merito refertur *negotium propagationis humani generis*, quia particula quasi auræ divinæ ad imaginem Dei procreatur; Adeoque & *parentes*, qui gignendo Deum imitantur, eoque causa sunt ut existamus, corpus illud, quod domicilium nobis fuit, ex quo editi vivimus, & maxime illa pars unde nati sumus, sancta nobis esse debet: Unde Salustius pudorem & pudicitiam inter res sacras refert. *Catil. 11. & 12.* Atque hinc simul constat, quicquid natura pars est ejus corporis id quoque sanctum nobis esse.

PROPOSITIO IV.

Naturale est, non ex opinione hominum, membris a natura generandi causa conditis inesse quemdam pudorem.

DEMONSTRATIO.

Cum enim iisdem partibus natura excernat, quibus & homines nascuntur, atque ideo natura eas etiam in brutis abdiderit, puduris est eas tegere: Atque hinc communi gentium usu id observari solet, ejusque rationem in pudore poni vel ex inde apparet quod membra hæc obscœnitatis nomen inter gentes nacta sint, apud Latinos enim, pudenda seu verenda, apud Græcos ἀϑημοσύνη seu turpitudo] item αἰδοῖα, vocantur. In sacris illa turpitudo vocatur ערוה, quod in vulgata vertitur *nuditas*, rectius autem *turpitudo*: Unde & a LXX. vertitur ἀϑημοσύνη, turpitudo, & a Luthero, **Schaam**, eoque intelligitur turpitudo illa quæ in membris nudis apparet, seu nuditatis obscœnitas. Hinc perpetuo apud Mosen, *nuditatem detegere* dicitur turpitudinem detegere: & Herodotus ait; tunica exuta mulierem pudore exuere:

Homini ergo, naturalis suæ dignitatis conscio, obscœnitas his membris juncta pudorem injicit: Quanti quæso pudoris fuit Noacho quod filius pudenda ejus detegerit, adeo id sibi dedecori duxit,

ut filium totamque posteritatem ejus, & proprium adeo sanguioem diris ideo devoverit: Tanta est in his membris obscœnitas ut Deus aram gradibus ascendere vetitus sit, ne pudeuda forte releventur. *Exod. XX. v. ult.* Hic oaturæ pudor ejusque vis apparuit in virginibus Milesiis, quæ furore concitæ se suspendebant: cum enim prohiberi non possent, lex lata est suspensas in forum nudas afferri debere, quæ pœna sola eas deterruit. *Pluth. in virt. Mul. Puffend. J. N. & G. L. 6. c. 12. Gell. 15. c. 10.* Turpitudinem in genitalibus omnes gentes agnoscere ideoque pudenda velare ait Augustinus. *de Civ. Dei. L. 4.* Conf *Gobel. Cosmodr. Perf. at. 1. c. 7.* egregie id describit Cicero. *1. off. c. 126.* ibi, *corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, qua formam nostram reliquamque figuram, in qua species honesta; eam posuit in promtu, qua autem partes corporis ad natura necessitatem adspectum habitura essent deformem atque turpem eas contexit atque abdidit. Hanc natura tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia &c.*

Neque obstat, quod ratio hæc pudoris non videatur esse naturalis, quia in statu integro pudor ex nuditate nullus fuit, is enim demum post lapsum primis parentibus innotuit. Unde *Gen. 2. v. fin.* dicitur, *erat enim uterque nudus & non pudebat. Resp.* Pudor omnino inerat nuditati etiam in statu integritatis, at sensus illius turpitudinis incogoitus erat primis hominibus, neque illi de detegenda turpitudine cogitabant, nec, dum extra conjuges alii homines non essent, de ea detegenda cogitare poterant. *Vid. supr. L. 2. c. 2. §. 2.* Postquam igitur homini post lapsum innotuit illa turpitudo naturalis, ratio naturalis ei simul dictabat turpitudinem illam tegendam esse:

PROPOSITIO V.

Naturale est in negotio propagationis marem & foeminam pro uno integro haberi.

DEMONSTRATIO.

Uni enim sexui non est data generandi facultas a natura, sed utrique juncto: Unus igitur in hoc negotio imperfectum quid est ratione facultatis, quia ei integra non competit, sed uterque demum constituit unum corpus integrum, ex quo aliud nascitur: Ex conjunctione igitur utriusque fit unum corpus ad generandum aptum, eoque natura conjuges fiunt una caro, dum utriusque semina confunduntur: Atque hoc egregie illustrat historia sacra, quæ tradit fœminam ex corpore viri desumtam esse, indeque carnem carnis esse asserit. *Gen. 2. v. 23. & 24.* quæ vox est creatoris & naturæ, & hoc decretum naturæ additum in prima institutione, & quidem adjecta ratione; *non esse bonum marem solum esse.* Mas ergo imperfectum quid est, & (cum omnia bona essent) defectus boni: adeoque addit, *faciam auxilium* (in perfectionem ejus quod deficit) Hic ergo unum fecit integrum. Atque hinc Apostolus ait eum qui cum meretrice coocumbit unum corpus effici, allegans effatum Dei, *erunt enim duo in Carne una. 1 Cor. VI, 16,* Et hæc causa est cur veteres primos parentes junctos, seu androgygnos, ac postea separatos finxerint, *Censorin. l. 4. Plat. tom. 2. conviv.* Adde quod fœmina pars sit maris, costa nimirum ex mare desiunta, unde vehementissimus in alterum sexum oritur motus, & communis ad se conjungendum inclinatio. Magis autem illa unitas firmatur mutuo consensu; non enim natura junxit certum marem certæ fœminæ, sed dedit hoc affectui & reliquit optioni, ut amore conjugis constanti & perpetuo jungantur ad individuam vitæ consuetudinem: Hoc igitur mutuo consensu unum par, unum corpus, unaque caro fiunt. Atque hoc sensu Apostolus ait virum non esse dominum membrorum suorum sed uxorem, & contra.

PROPOSITIO VI.

Naturale est, mulierem per nuptias transire in aliam familiam, marem non transire, sed novam constituere.

DEMONSTRATIO.

Omnes filiæ & filii natura in eadem domo ejusdem patris sunt; at in eo differunt, quod *filiæ* exeant e domo patris nubendo, transeantque in aliam familiam: quam maritus eorum repræsentat et cujus is dominus est, mulieris enim non est familia, sed maris. Adeoque fœmina cum antea fuerit in patris familia nunc transit in familiam mariti, filiæ igitur fiunt pars familiæ sui mariti, ejusque accessio. Indeque liberi qui exinde procreantur, noo possunt dici esse in familia in qua mater nata est, & ex qua exiit, sed in familia & domo mariti ac patris; partus ergo, qui in alia familia nascitur, cujus accessio saltem est mater, non potest esse in familia avi materni, *Filii* vero non mutant familiam nec exeunt e domo patris ducendo uxores, sed novam priori addunt: & sic duæ in filiis distinctæ concurrunt familiæ; altera passive, ubi filius consideratur tanquam accessio familiæ paternæ; altera active, qua filius consideratur tanquam paterfamilias, & caput familiæ.

In hanc domum pater oon habet potestatem, sed filius. Novum hic constituitur imperium, novaque potestas; nova incipit esse familia, ex qua filio jus competit in suam uxorem suosque liberos, cum iisdem juribus quæ patri in ipsum competunt. Atque idem dicendum est de filiorum filiis, qui sunt io familia sui patris & avi, at ratione suorum descendentium propriam familiam constituunt, idque in infinitum.

Atque hinc oaturale est, quod fœmina sequitur dignitatem mariti, & de reverentia marito debita participet, quia accedit ejus familiæ, ejusque pars fit. *Vid. supra §. 8. Prop. 7.* Non autem contra maritus participat de jure familiæ uxoris.

PROPOSITIO VII.

Ex conjugio natura sequitur unitas familiæ, unde naturale est ut simul habitent in eadem domo seu familia, conjuges & liberi, liberorumque masculorum (non fœminarum) conjuges.

DEMONSTRATIO.

Probatur hæc propositio ex intentione naturæ, quæ non tantum propagationem singulorum, sed præcipue familiarum intendit; quia humana societas

cietas non ex singulis hominibus, sed ex familiis composita est.

Naturæ igitur institutio circa ordinem & rationem propagandi hæc est: 1) Junxit Deus duplicem sexum cum appetitu procreandi; atque hæc prima unitas seu societas naturalis est inter conjuges. Sed & præterea 2) hoc instituto continetur ut parentes liberos procreatos curent, foveant & educent, donec ipsi procreare, & porro propaginis seriem ac filum continuare possint, quæ altera unitas seu societas est inter parentes & liberos.

Atque ex hac duplici societate constituitur una perfecta *domus*, quæ *familia* dicitur &c. in qua parentes sunt ut generent, liberi vero ut conserventur & educentur ad eandem propagandi facultatem.

Hoc ergo *corpus familiæ* constitutum naturaliter est, tanquam medium propagationis legitimum; conjunxit in eum finem natura conjuges & liberos, illos consensu & officio generandi, hos generatione ipsa & officio educandi.

Denique & 3) eo instituto naturæ continentur ut singuli liberi eandem familiam ulterius propagent: atque adeo, quot capita in ea domo, tot natura destinat ad similes domos condendas & propagandas; quæ proinde in hunc finem assumuntur fœminæ, accedunt ad eandem societatem, fiuntque pars illius domus, seu familiæ.

Atque hoc institutum naturæ circa ordinem propagationis egregie explicat Cicero *L*, 1. *de off. c.* 17. *Cum sit hoc commune animantium ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso conjugio est, proxima in liberis, deinde una domus.*

Certum igitur est, ex conjugio natura sequi unitatem familiæ, in qua parentes sunt ut generent, liberi vero ut conserventur & educentur, & præterea extraneæ fœminæ, quæ in eum finem liberis masculis junguntur, ut iis familiam propagent, ac ut novam familiam novamque societatem ordiantur. Hæc autem intentio naturæ effectum habere nequit nisi conjuges, liberi, & liberorum masculorum conjuges in una domo habitent.

Hæc necessitas habitandi in una domo, quod ad *conjuges* attinet, extra omne dubium posita est: eaque probatur 1) ex motu naturæ omnibus animantibus indito, fœmina enim, etiam inter bruta, sequitur marem & cum eo cohabitat; 2) ex actione Creatoris, qui duplicem sexum junxit cum appetitu procreandi, & prolem educandi, quod fieri nequit nisi simul habitent conjuges. Sed & 3) junguntur conjuges ad mutuum vitæ consortium, ad individuam vitæ consuetudinem, quæ necessitatem simul habitandi in una domo seu familia supponit. Accedit 4) præterea consensus conjugum, adeoque ex pacto quoque necessitas cohabitandi oritur.

De *liberis*, eorumque necessitate habitandi cum parentibus similiter constat; nam educari & ad maturitatem perduci a parentibus debent, quod fieri non potest, nisi in una domo habitent; sed & intentio naturæ, quæ propagationem familiæ intendit, obtineri non posset nisi liberi in una domo seu familia cum parentibus viverent: Neque his obstat, quod pubertate desinat officium educandi adeoque necessitas in una familia seu domo habitandi; nam institutum tamen naturæ manet quod familia familiam propagare debeat. Neque hæc simul habitandi necessitas cessat si filii uxores ducunt: manet enim eadem familia, eademque domus, natura, etsi inventis domibus ob parietum angustiam separatim habitent; id enim res meri arbitrii est: adeoque liberi in infinitum nascuntur in avorum paternorum familia & domo. Unde *fratres & sorores* quoque sub unitate familiæ continentur, quia sunt partes ejusdem familiæ; atque hinc fratres quoque simul habitare dicuntur. *Deut. XXV. v. 5.*

Denique *conjuges* quoque *liberorum masculorum*, quæ in hanc familiam nubunt, ad unitatem illam familiæ pertinent; nam exeunt e sua familia & sequuntur domum ac familiam sui mariti, & de ejus juribus ac sanctimonia participant: adeoque sociæ illæ filiorum, qui propagant familiam eamque continuant, per conjugium in societatem familiæ adoptantur.

Non ergo familiæ illi uniuntur *conjuges filiarum*, hæ enim nubendo exeunt e familia, accedunt familiæ suorum maritorum, eorumque jura sequuntur: Harum igitur filiarum mariti non sunt in domo seu familia uxoris, adeoque natura non simul habitant cum uxoris familia: Atque hinc unitas familiæ patri quidem est cum nuru, quam ducit filio suo; non cum genero, cui locat filiam: illam enim in suam domum recipit, hæc in aliam domum dimittitur.

Effectus hujus unitatis insignis est, quod nuptiæ intra fines ejusdem domus illicitæ sint, & natura prohibitum, ne in eadem domo seu familia fiant connubia inter ejus membra. *Vid. Prop. seq.*

PROPOSITIO VIII.

Triplex ergo unitas naturalis & privata est inter homines: 1) Substantiæ seu carnis inter generantes & generatos; 2) inter conjuges; 3) familiæ sive domus. Atque in hac triplici unitate tota incestus ratio consistit.

DEMONSTRATIO.

Dicimus triplicem esse unitatem *privatam*, (nam de *publica* hic non agimus, quando scl. respublica, collegium &c. unum aliquid integrum constituunt.) *Primam* unitatis speciem probavimus *supra Prop. II.* eaque consistit inter parentes & liberos primi gradus: liberi enim vera sunt portio & substantia parentum, ex semine parentum constans, quæ ex serie totius corporis omniumque membrorum participat, & in qua stamina membrorum jam a natura sunt delineata: Unde liberi recte dicuntur: Ein aus dem Blut und Saamen derer Eltern bestehendes Wesen.

Alteram unitatis speciem probavimus *propos. V.* quæ ex conjugio oritur & constituitur, *tum* per mixtionem utriusque sexus, seu communicationem corporum, *tum* unitate integri, quia propagationis negotium non potest perfici, nisi junctim cum fœmina. Diximus enim in negotio propagationis alterum sexum natura non esse integrum sed aliquid imperfectum, adeoque integrum demum fieri per utriusque sexus conjunctionem: Unde ipse

Creator ait, non esse bonum marem solum esse, i. e. nondum esse rem perfectam, eodem sensu quo dixit, omnia bona esse, scl. quoad essentiæ perfectionem.

Tertiam unitatis speciem itidem in præcedenti propositione VII. adstruximus, ubi diximus, conjuges necessario natura simul habitare, quia alias nec propagare, nec invicem auxilio esse possent. Nati inde liberi accedunt huic unitati tum educationis causa, tum mutuo affectus instinctu: adeoque hæc una domus est, quæ ex duplici unitate & conjugum & liberorum coaluit, quæ dicitur unitas familiæ seu cohabitationis.

In hanc unitatem diximus accedere fœminam extraneam per nuptias; illa enim transit in domum seu familiam mariti, qui est in domo patris; Econtrario, ex hac familia exit filia nubendo extraneo, quia itidem transit in domum sui mariti, *vid. propos. 6.*

Ex hac triplici unitate sequuntur omnes prohibitiones nuptiarum.

Nam ex *prima* unitate sequitur 1) *parentes & liberos* invicem nubere non posse, quia sunt idem corpus: Unde oritur quædam sanctimonia, quæ commixtionem corporum impedit. Porro & 2) cohabitare invicem non possunt *qui parentum & liberorum loco*, adeoque caro carnis nostræ, sunt; quia coirent cum ipso parente, quod ob sanctimoniam & reverentiam patri debitam fieri nequit: unde cum *patruo & avunculo*, & cum *amita & matertera* nuptiæ prohibentur. 3) Neque illi invicem nubere possunt, qui naturaliter pars corporis parentum sunt vel liberorum; Qui proinde cum patre una persona sunt non possunt misceri cum ejus filia: Nam is qui cum parantis corpore prohibetur jungi, non potest jungi ac misceri cum ejus filia quæ pars est corporis paterni; ex quo capite prohibentur *fratres & sorores*.

Ex *secunda* unitate sequitur conjugem concumbere non posse cum iis, qui sancti sunt conjugi, i. e. qui una caro sunt cum conjuge.

Ex *tertia* unitate sequitur, omnes qui natura in una vivunt domo, i. e. ejusdem sunt familiæ, invicem nubere non posse: tum ne confusio jurium & officiorum fiat, tum ne occasio concumbendi violet & profanet rem sanctam; Naturæ enim intentio est ut domus, propagationis domicilium, ac civitatis seminarium, casta & sancta sit, & quos natura in una domo voluit morari tum inter se tum cum parentibus sancte & caste vivant; Si proinde in hac societate naturali amor oritur, id ex vitio erit, non a natura: *vid. inf. prop. n. & prop.* Ex hac ergo ratione ipsis non sua tantum domus, sed & parentum, in qua itidem nati sunt, perpetuo sancta esse debet, & prohibita connubia inter eos qui natura ad eam domum & familiam pertinent, uti & cum fœminis quæ nuptus in eam domum accedunt.

Propter hanc *unitatem familiæ* ergo nemo ascendentium potest *nurum* ducere; & hinc nec *fratris viduam*, quia nurus patris est; nec *patrui vel avunculi viduam*, quæ nurus est avi paterni vel materni, & sic porro nec *patrui aut avunculi magni viduam* quæ est nurus proavi, vel proaviæ, quæ omnes sunt in eadem familia ejusdem proavi, & necessario simul cum eo habitant: At cum *genero* non est illa unitas, adeoque nuptias inire licet, cum *sororis viduo* qui patris, cum *matertera viduo* qui avi, cum *promatertera viduo* qui proavi gener est: *Generi* igitur non sunt una cum ascendentibus persona nec natura, nec conjugio, nec familia, ergo fœminæ possunt ascendentium *generi* nubere, nec ideo ascendentibus nubere videntur; Mater autem non potest generi nubere propter unitatem cum filia.

PROPOSITIO VIII.

Natura igitur prohibitæ ob cognationem nuptiæ sunt 1) inter parentes & liberos in infinitum: 2) inter eos qui parentum loco sunt, ut cum patruo, matertera, amita & avunculo: 3) inter fratres & sorores: 4) non ultra.

DEMONSTRATIO.

Prima igitur & præcipua prohibitionis ratio est inter parentes & liberos, nam 1) natura summa est reverentia inter parentes & liberos, illi gignendo Deum referunt, adeoque propter generationem generantem, qui causa nostri est, revereri debemus, & sanctum nobis esse debet corpus unde editi sumus: At ea sanctitas profanatur, violatur & conculcatur mixtione rei profanæ, & detectione rei obscœnæ; cessat inquam illa reverentia si appareat turpitudo generantis, unde naturaliter contemtus oritur, & violandi facilitas ac profanatio; cessat illa veneratio ex cognitione turpitudinis causæ generationis conjunctæ, exstinguitur reverentia rei cujus apparet turpitudo, inprimis turpitudo ejus quod ipsum causa est reverentiæ: Quod vel exemplo Chami apparet, qui cum nuditatem patris detexisset, ob summam hanc injuriam, maledictus fuit a patre, fratres ejus autem, qui aversis oculis obscœnitatem patris tegebant, reverentiæ hujus præmium tulerunt: Hinc Augustinus, postquam retulit, scenicos, qui publice obscœna dicta factaque peragunt, domi suæ proludendi causa coram matribus suis agere pudere, addit, *adeo habere quiddam erga parentes humanam verecundiam, quod nec ipsa nequitia possit auferre. De Civ. Dei. 2. 4. Add. id l. 2. de Confes. c. 4.* Sensu igitur animi deficit illa reverentia, quæ ob generationem sancta esse debet, detecto generationis pudore; Atque hinc in sacris perpetua hæc ratio prohibitarum inter parentes & liberos nuptiarum allegatur, *quia patris nuditas detegeretur. Lev. 18.* & reliquorum ideo, *quia sunt nuditas patris.* i. e. substantia patris, cujus nuditas detegi non debet.

Neque allegari potest, magistratibus quoque deberi reverentiam, neque tamen subditos a nuptiis eorum ideo prohiberi: Nam reverentia parentum ex generatione est, & cohæret personæ, seu corpori quo fit generatio, & quod sanctum ideo est liberis, ac reverentiam infert inter corpus generans & generatum in infinitum: Illa ergo violatur & profanatur mixtione partium corporis fœdarum & pudendarum. At reverentia magistratui debita ex imperio est, & cohæret officio, estque inter jubentem & parentem: Violatur autem illa reverentia sola contu-

contumacia & inobedientia, non vero mixtione corporis: Salva enim manet potentia & imperium quæ sunt causæ reverentiæ, nec ea detectione membrorum pudendorum vel conjunctione corporum tollitur, quæ ex ea causa nulla fuit, quippe cum ex eo orti non sint.

Differunt igitur hæ reverentiæ species, quod illa corpori unde natus est insita eoque perpetua sit; hæc vero assumta & momentaria durante officio. Illa a natura est, hæc ab arbitrio & electione populi: Adeoque illa, non hæc, naturalis & congenita est:

Neque porro dici potest, pudorem membris genitalibus natura non inesse, eumque in statu integritatis incognitum fuisse, indeque nullam inde sequi prohibitionem: Nam 1) pudor omnino etiam in statu integritatis incrat his membris, & eo quoque tempore reverentia parentibus debebatur, indeque nefas futurum fuisset hunc pudorem detegere & revelare: Sed & 2) etsi pudor cessaret, neque tale conjugium cum reverentia pugnaret, aliæ tamen sunt causæ naturales quæ nuptias inter parentes & liberos impediunt, nimirum ordo propagationis, confusio officiorum naturæ, instinctus, & usus omnium gentium, &c. ut ex sequentibus constabit:

ADDITIO.

„Obiter hic notandum Chami delictum non in „eo constitisse quod viderit parentem nudum: Ne„que enim hæc ratio tanti est ut promeruerit pœ„nam quæ etiam in nepotes redundaret: Cham igi„tur vidit nuditatem patris, i. e. rem habuit cum „conjuge patris, idque eo tempore quo Noa mulso „repletus fuit; per nuditatem enim patris ex ge„nio linguæ Hebraicæ intelligitur socia thori, & „nuditatem patris retegere, nihil aliud est quam „cum ejus conjuge concumbere *Levit. 18. v. 6. seq.* „Ex hoc incestu Chami genitus est Canaan: adeo„que hæc vera ratio est cur maledixerit Chamo, „eoque ab omni hæreditate excluserit, & natum „ex illo incestu fratribus Chami in perpetuam ser„vitutem tradiderit. *Vid. von der Hardt in Ephe„mer. discurs. II.* ubi dubium quoque de injectio„ne pallii solvit. *Vid. supra p. 429.*

Demonstratur ea prohibitio porro & 2) ex ordine propagationis quem natura inter homines constituit, & quem in *propos. V.* late explicavimus: Apparet inquam ex illo ordine, intentionem creatoris fuisse ut duplex sexus se jungat liberos procreandi causa, & ut liberi inde nati ulterius propagent familiam, eamque multiplicent: Hic ergo modus atque hic ordo a prudenti natura constitutus est ad genus humanum *propagandum*, procedendo semper a majoribus ad posteros, a parentibus ad liberos, a gignentibus ad genitos, ut ex parentibus nascatur filius, ex eo alius &c. Sed & præterea ordo ille constitutus est ad *multiplicandas familias* dum singuli liberi novam familiam, societatemque cum aliis ordiuntur: Hic autem ordo naturæ interverteretur, si filius rediret ad ortum & cum matre vel avia jungeretur, a quibus ipse propagatus est. Ratio igitur & ordo propagationis est ut singuli progressum faciant, non ut inter se vel cum parentibus coeant: Neque si inter se coeunt multiplicantur familiæ, sed eadem familia manet & continuatur: Alia autem ut fiat, requiritur ut alia persona accedat, tunc enim corpus fit quod non est idem cum priore, intentio igitur naturæ excutienda est non turbanda.

Probatur ea prohibitio 3) ex facto naturæ, quæ ad procreationem prolis fecit dua corpora plane diversa & noluit adeo eam uno corpore fieri, etsi potuisset, ut in arboribus, eum ex uno corpore & femine formare. Hinc abominatio quin monstrosum esset propagationem fieri ab iis qui naturaliter pro uno corpore sunt: Cum igitur corpus liberorum ex semine & sanguine parentum natura sit confectum, formatum & comparatum, idem corpus cum eodem corpore concumbere nequit.

Confirmatur id 4) ex instinctu brutorum saltem nobilioris indolis: Unde Plinius *Hist. l. 8.* statuit, esse in brutis aliquam cognationum intellectum; ubi exemplum equi refert, qui detracto oculorum operimento & cognito cum matre coitu præcipitia petiit & exanimatus fuit: Item equæ, quæ prorigam in agro Reatino ideo laceraverat. Add. *Ælian. 3. var. hist. 47. Varr. de re rust.* § 2. c. 7. 83. Aristoteles *Hist. anim. 9. 49.* de Camelis tradit, eos nunquam supervenire matres suas nec ad id cogi posse: & non tantum de Camelo sed & de equo cum matre ignorans coeunte tradit, illum curatorem interemisse, hunc vero se præcipitasse. *Conf Grot. h. §. n. 5.* Quicquid sit de ista vindicta, id tamen constat inter prorigas & custodes, non coire illa animalia si parentem cognoscunt, atque ideo oculos coperiri solere. Seneca *in Hippol. act. 3.* ait:

Feræ quoque ipsa veneris evitant nefas.

Et *in Oedip. act. 3.*

quique nec mos est feris,
Fratres sibi ipsi genuit.

Negari tamen nequit tandem in sensibus brutorum aboleri vestigia hujus notitiæ & nullam manere discernendi parentes & fœtum facultatem: adeoque mirum non est promiscue tandem has bestias concumbere.

Accedit 5) ratio ab instinctu naturali desumta: Naturale enim desiderium cessat in his personis regulariter, adeo ut licet matres excellentis sint formæ, non tamen sentiatur ille motus. Hinc Xenophon *Cyrop. l. 5.* ait: *Pater filiam non amat, alius amat &c.* Plato ad legem non scriptam refert abstinentiam ab his nuptiis, eandemque in omnium mortalium animis satis esse consecratam, & in imis quasi eorum penetralibus insculptam ait, *de leg. l. 8. p. m. 838.* Augustinus *de Civit. Dei l. 15. c. 16. Nescio*, ait, *quomodo inest humanæ verecundia quiddam naturale aut laudabile, ut, cui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat quamvis genetricem, tamen libidinem.*

Sane 6) negari nequit conjunctione parentum & liberorum horrendam & monstrosam fieri officiorum, & omnium jurium quæ membris familiæ cohærent confusionem: Nam patria potestas, ejusque sanctimonia, & effectus confunduntur, v. g. si avus & neptis junguntur, neptis communionem juris cum marito indeque jura matris in patrem consequitur; eadem persona est ejusdem & mater & filia. Avus contra incipit esse in familia filii sui,

sui, cujus filiam duxit, ejusque gener sit. Pater igitur avo simul instar patris est. (quia pater est uxoris, quam avus duxit) & simul ejusdem avi filius: Hinc non tantum desinit esse sanctum quod fuit, sed & invertitur, ut filii parentibus suis sancti sint tanquam parentes, & neptis avo juncta sit sancta ei qui ipse sanctus est, scil. patri, & contra ipse ei quasi sit profanus. Sed & porro turbarentur successionis naturalis jura, parentes obsequium & morem gerere liberis tenerentur. &c.

Praeterea 8) dictum est, naturae intentionem esse ut domus, quasi propagationis domicilium, & civitatis seminarium, casta & sancta sit, tum ut cohabitatio sancta sit inter quos necessaria; ne ea naturae necessitas, indeque nata concumbendi facultas, occasionem praebeat promiscuis concubitibus, & violandae ac profanandae rei sacrae: Unde regula est, omnes nuptias prohibitas esse intra fines unius domus seu familiae.

Denique & 9) communi gentium consensu & usu abstineri ab ejusmodi nuptiis, eoque eas improbari certum est: Oedipus, etsi non sponte sed nescius Lajum Thebanorum regem sibi patrem & Jocastam matrem esse, quippe expositus, priorem occidit, posteriorem vero uxorem duxit, re cognita adeo rem exhorruit, ut utroque oculo eruto ne scelus videret, & cum ne sic quidem quiescere posset, in exilium abierit, mater autem ejus se ipsam confoderit. *Sen. in Oedip. act. 5. scen. fin.* Oraculum, quod caedem Laji expiare jubet, sequentia minatur Oedipo. *apud Sen. in Oed. act. 2. v. 238.*

Tecum bella geres, gnatis quoque bella relinques,
Turpis maternos iterum resolutus in ortus.

Postquam Oedipus certus factus est de infando illo scelere, ita declamat: *act. 5. v. 925.*

— — — — quid poenas moror
Ut hoc celsum pectus aut ferro petat
Aut fervido aliquis igne vel saxo domet?

Et cum oculos sibi effodisset, ait, *v. 975.*

— — — — debitas poenas tuli
inventa thalamis digna nox tandem meis.

Jocastam autem conjurat *v. 1120.*

per omne nominis nostri fas & nefas.

Jocasta confusionem officiorum juriumque familiae ita explicat *ibid. v. 1038.*

— — — — Hoc jacet ferro meus
Conjux. quid illum nomine haud vero vocas?
Socer est &c.

— — — — Hunc dextra, hunc pete
uterum capacem, qui virum & gnatum tulit.

Idem Seneca in *Oed. v. 630.* ait:

— — Maximum Thebis scelus
Maternus amor est, patria non ira Deûm
Sed scelere raperis.

Idem Seneca in *Thebaide Act. 1. Sc. 1. v. 130.* latius praefatam confusionem explicat:

Avi gener, patrisque rivalis sui,
Frater suorum liberum, & fratrum parens
Uno avia partu liberos peperit viro
Ac sibi nepotes: Monstra tanta quis explicet.

Et tandem concludit *v. 272.*

— — — Nullum crimen hoc majus potest
Natura ferre.

Statius in Thebaidos *l. 4. p. m. 168.* de eodem facto ait:

illum illum sacris adhibite nefastis
qui letò dedit ense patrem qui semet in ortus
vertit, & indignaregerit sua pignora matri.

Nictimene in noctuam mutata fingitur quod obsequentior fuerit patri; unde culpae conscia lucem fugere dicitur, apud Ovidium 2. *Met. fab. 11.*

patrium temerasse cubile
Nectimenem avis illa quidem, sed conscia culpa
conspectum lucemque fugit, tenebrique pudorem
celat, & a cunctis expellitur aethere toto.

De Thyestis incestu cum filia Pelopeja, ex quo Aegysthum genuit, graviter Seneca *in Agam. Act. 1. Sc. 1. v. 32.*

Versa natura est retro
Avo parentem (proh nefas!) patri virum,
natis nepotes miscui, nocti diem &c.

Ovidius, *Metam. X. fab. 9.* Myrrhae incestum cum patre recensens, atrocitatem hujus sceleris graviter detestatur.

Catullus in epithalamio Peles & Thebidos in fine ita canit;

Omnia fanda nefanda malo permista furore
Justificam nobis mentem avertere deorum.

Catullus Gellio incestum talem reprobat:

Nascatur magus ex Gelli matrisque nefando
Conjugio, & discat Persicum Aruspicium
Nam magus ex matre & nato nascatur oportet,
Si vera est persarum impia religio.

Equidem magos docuisse justum esse misceri matri & filiae constat ex *Diog. Laert. de vit. phil. L. 1. pr.* Sed id passim a moratioribus gentibus improbatum legimus. *Vid. infr. n. 3.*

Secunda prohibiti gradus ratio est *inter eos qui parentum & liberorum loco sunt:* Demonstrato enim, quod cum parente in infinitum coiri ob sanctimoniam & reverentiam non possit, necessario sequitur, prohibitionem eam extendi ad omnes illos qui naturaliter pars corporis vel parentum vel liberorum sunt: qui igitur cum parentis corpore prohibetur jungi ac misceri etiam prohibetur jungi ac misceri cum eis qui unum cum parente corpus sunt: coiret enim cum corpore patris quod prohibitum est.

Atque hinc 1) non sunt licitae nuptiae cum *patruo*, quia est una caro cum parente. (*Dissent. Grot. infra §. 14. n. 1.*) Hinc cum Johannes duceret Ennonis comitis Ostfrisiae filiam Johannam Sabinam, ex dispensatione pontificis, ideo investitura ei denegata, eaque causa addita fuit in confinio 16 & 17. Seculi. Cum Vitellius fratris filiam duxisset, & oratione publica defenderet, *conjugia talia Romanis quidem incognita esse, at non aliis gentibus, nec ulla lege prohibita esse*, res improbatur a Ta-

cito

cito *L. 12. Ann. c. 6.* ubi ait Vitellium ſuis artibus rem peſſimam perpetrandam ſumſiſſe, *ibid. c.* 5. inceſtum eum commiſiſſe. *d. c.* 5. idque refertur inter mala facinora Agrippinæ; *d. l. c.* 8. *&* 9. Sane unum ſolum, idque ſtimulatu Agrippinæ, imitatum, a cœteris autem ſpretum eſſe decretum ut juſtæ ſint nuptiæ, ait idem *d. l. c.* 7. Unde etiam Joſephus improbat, quod Joſephus præfectus vectigalium Syriæ duxit fratris filiam. *Antiq. L.* 12. *c.* 4. Equidem Claudius Cæſar duxit fratris filiam Agrippinam idque aliis permiſit, *Suet, in Claud. c.* 26. ſed addit, Suetonius non repertos eſſe qui ſequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari. Aliud exemplum refert *Dion. Hal. de orat. int. c.* 27.

ADDITIO.

„Athænis id licuiſſe oſtendit Iſæus & Lyſiæ vi„ta *Plutarchus. vid. Grot. infra §. 14. n. 1.* Phi„neo patruo promiſſa fuit Andromeda. *Ovid. Met. V.* „Apud Romanos publica lege id permiſit Claudius „*Suet d. l.* quam legem ſuſtulit Nerva, quod *Xiphi„linus* e Dione ita refert: *Conſtitutiones cum de aliis „rebus fecit, tum de non caſtrandis maribus, & ne „fratris filiam uxorem ducere liceret.* Permiſit de„nuo Heraclitus. *Vid. Græv. in not. ad Suet. d. c.* „*26.* Abrahamo Saram talem fuiſſe Joſephus pu„tat, ſed male, de quo mox, Herodes, qui ipſe „fratris filiam duxerat, ſuam filiam fratri Phærotæ „deſponderat. *Joſeph. antiq. l.* 12. *&* 16. Hinc „Wilhelmus Arauſionenſis in apologia contra Phi„lippum Hiſpaniæ regem, ait, ſublatam ab hoc con„jugem ut inceſtuoſum cum ſororis filia conju„gium contraheret, & quod ut alter Jupiter, qui Ju„nonem, ſororem, duxit, deteſtando exemplo „ſanctitatem nuptiarum neſaria conjunctione pol„lueret. *Thuan. Hiſt. L.* 71. Neque *obſtat* exem„plum Nachor qui fratris (Aran) filiam, Mil„cham, uxorem duxit. *Gen.* 11. *v.* 29. Reſp. Aran, „qui eſt pater Milchæ & Iiscæ, alius eſt ab illo „Aran qui pater Loth dicitur, & frater eſt Nachor: „De *priori* enim dicitur quod genuerit Loth. *v.* 27. „28. neque alii liberi hujus Aran recenſentur; de „*poſteriori* vero, ne cum priori confundatur, diſer„te additur, Aran fuiſſe patrem Milchæ & Jeſchæ: „*v.* 29.

Porro & 2) prohibitæ nuptiæ ſunt cum *avunculo:* idque ex eadem ratione, quæ enim cum avunculo conjungitur miſcetur cum corpore quod pars eſt corporis paterni, cum quo miſceri nefas eſt: Quanquam non deſint qui rationem differentiæ inter patruum & avunculum ſtatuant, ſed male: Nam vox Dod, quæ *Lev.* 20. *v.* 20. exſtat ſignificat æque avunculum ac patruum, unde in verſione Gallica *oncle* dicitur, & in verſione latina vulgata, uterque exprimitur. Exempla tamen plurima in contrarium exſtant: Exemplum Eliſæ ſeu Didonis quæ avunculo ſuo Acerbæ nupſit, vide apud *Juſtin. L.* 18. *c.* 4. ita Carolus Styriæ dux, Ferdinandi I. filius, Mariam ex ſorore ſua Anna & Albertn Bavaro natam, uxorem habuit. *Blondel. præf. apol. XIV.* 2.

Sed & 3) ex eadem ratione cum *amita* prohibentur nuptiæ, neque illa fratris ſui filia nubere poteſt: *Conf. Grot. h. §.* 14. *n.* 1.

Neque *obſtat* exemplum Amrami, qui fuit nepos Levi, & duxit Jochabetam filiam Levi; *Exod.* 2. *v.* 1. quæ dicitur דגר Dod. ſeu amita ejus. *Ex.* 6. *v.* 20. & diſerte *Num.* 26. *v.* 59. *filia quæ Levi in Ægypto nata eſt.* Nam 1) Dod denotat cognatum in genere, uti Eſaj. *V. v.* 1. *Cantic. II. v.* 16. *V. v.* 1. *VI. v.* 3. alibi patruelem. *Jerem. XXXII. v.* 12. junct. *v.* 7. 8. 9. & ita vulgaris latina vertit; Quin ſeptuaginta eam patruelem amitinam vocant. θυγατέρα τȣ̃ ἀδελφȣ̃ τȣ̃ πατρὸς αὐτȣ̃: Schweſter und Bruder Kinder. Atque ita Alexander Polyhiſtor, quem allegat Joſepus c. Appionem, & Euſebius *in præp. Evang. L.* 9. §. 21. *in fin.* Jochabedam vocant θείου τȣ̃ δ' εἶναι θυγατέρα, patrui, vel, ut vertitur ibi, avunculi filia: Idem probat Oſiander *ad h. tit.* §. 14. *Obſ.* 2 Doda ſignificare amitinam, ut Dod patruelem, & in genere quoque amicum.

ADDITIO.

„Nos chronologicis quoque rationibus demon„ſtrabimus, Jocbabetam non fuiſſe Amrami „amitam, ſeu Levi filiam.

„Jacobus, primo menſe elapſo quo Meſopota„miam ingreſſus eſt, pactum init de ſeptem annis „ſerviendo pro Rachele: *Gen. c. XXI. v. 14.* ela„pſis ſeptem annis nupſit Leæ: *ibid. v. 22. ſeq.* Ter„tius filiorum fuit *Levi, Geneſ. c. XXIX. v. 34.* „adeoque cum continua fertilitate, ſingulari Dei „beneficio, quater pareret, tertius liberorum Levi, „decimo vel undecimo ſervitutis anno natus eſt.

„Jacobus viginti annis in Meſopotamia manſit, „*Gen. XXXI. v. 38. & 41.* adeoque cum re„ditum pararet, *Levi* fuit annorum - - 10

„Joſephus eodem ſervitutis anno vigeſimo natus, „cum poſt captivitatem loqueretur cum Pha„raone fuit juxta *Gen. XLI. v. 16.* annorum 30

„Quo tempore cœperunt anni fertiles ſeptem, „& tertio ſterilium Jacobus in Ægyptum venit „*Gen. XLV, v. 6. & 11.* Secuti ergo anni - 10.

„Levi ergo cum in Ægyptum ingrederetur erat „homo 50. annorum. Ab eo tempore in Ægy„pto morati ſunt Iſraelitæ 430. annos (a quibus „detrahi debent 80. anni, quibus ante exitum „Jacobeda peperit Moſen. *Exod. VII. v. 7.*) „adeoque ab ingreſſu in Ægyptum usque ad „natalem Moſis fuere anni - - 350.

„Quibus ſi junguntur 30. anni Levi, forent a „nativitate Levi ad natalem Moſis filii Jacobe„dæ, anni - - - 400

„Ponamus igitur *Levi* ultimo vitæ anno, *i. e.* „anno 137. ætatis (*Exod. VI. v, 16.*) genuiſſe filiam „Jacobedam, inde ſequeretur eam dum Moſen „pareret annos 263. habuiſſe, quod abſurdum eſt.

„Alia quoque ratione id hoc modo demonſtratur.

„Hebræi in Ægypto fuere (*vid. Exod. XII. v. 49.* „*junct. Gen. XV. v. 13. & Act. VII. v. 6*) annos 430

„NB. Incipiunt autem hi anni ex eo tempore „quo Jacobus in Ægyptum venit, qui fuit annus „40. Joſephi, quod hoc modo probatur: Habuit „is annos 30. cum poſt captivitatem loqueretur cum „rege, adde his ſeptem annos fertiles, & tres an„nos ſteriles (quo tertio anno Jacobus in Ægy„ptum venit) fient anni 40.

„Addendi ergo sunt annis quibus in Ægypto „commorati sunt Israelitæ, hi anni Josephi - - - 40
„& præterea 10. anni quibus Josephum superabat frater major Levi - - 10
„fient a natali Levi usque ad exitum ex Ægypto anni - - 480
„his detrahe 80 annos quibus Jacobeda ante exitum peperit Mosen, manent - - 400
„Sequeretur ergo, quod Jacobeda, filia Levi, post „patris sui natalem anno 400. Mosen pepererit, „& quod filium hunc anno 263. a tempore mortis „patris Levi (qui 137. annis vixit *Exod. VI. v. 16.*) „in lucem produxerit, qood iterum absurdum „est.

„Imo ex his porro constat Jacobedam nec neptem „Levi fuisse:

„Diximus enim a nativitate Levi ad natalem Mosis „intercessisse annos - - 400
„ponamus Levi procreasse patrem vel matrem „Jacobedæ anno ætatis - - - 90
„qui fuit annus Levi quadragesimus ab ingressu in „Ægyptum.

„Ponamus porro, ab his Levi liberis Jacobedam „esse progenitam anno ætatis - - 90
„Superererunt adhuc ad natale Mosis 180. anni, & „sic Jacobeda peperisset Mosen anno ætatis suæ „180. quod iterum absurdum.

„Quin nec pronepotem Levi fuisse ex eadem com„putatione apparet. Si enim ponimus Jacobedam ex „nepote vel nepte Levi, eorumque anno 90 natam „esse, remanerent adhuc ad natale Mosis 90. anni, & „sic Jacobeda peperisset Mosen anno ætatis 90. Cre„d bile autem non est tres generationes anno nona„gesimo successive contigisse: Sanc tempore Abra„hami miraculum et ridiculum videbatur virum cen„tenarium & uxorem nonagenariam parere *Gen.* „*XVII. v. 17. c. XVIII, v. 12. & c. XXI. v. 2.* Non „autem crescebant cum tempore vires ætatis, sed „deficiebant; unde queritur Jacobus *Gen. XLVII.* „*v. 9.* annos suos non consequi ætatem majorum.

„Sane liberos mature procreatos tunc tempore fu„isse ex ipsa familia Levi apparet, qui cum Ægy„ptum ingressus est 50. saltem annorum fuit, & „tres filios progenuit, nec præterea alios in Ægy„pto suscepit: *Vid. Num. XXVI. v. 5. 57. & 59.*

„Certum igitur est Jacobedam quarto cognationis „gradu abavo Levi junctam, indeque ejus abneptem „fuisse: quod & vox generalis *Dods* indigitat.

„Neque objici potest Jacobedam FILIAM Levi „dici, *quæ ei in Ægypto nata est Num. XXVI, 69.* „Nam filiæ dicuntur in infinitum etiam illæ quæ „quarto & quinto gradu avo nascuntur.

Confirmantur ea quæ hactenus dicta sunt, ex Vaticinio quod exstat *Gen. XV, 16.* ubi Deus Abræ promittit *quartam generationem* demum reversuram in terram promissam. Matrem igitur Mosis in quarto generationis gradu constitutam fuisse, probabile est.

„Sed & porro demonstrabimus, Kaath non esse „patrem Amrami, adeoque Amramum non esse ne„potem Levi: Etsi id in omnibus fere sacræ scri„pturæ locis asseri videatur. *Exod. VI. 16. seq. Num.* „*XXVI, 57. 59. I. Chron. VI. 3. XXIII. 6.*

„Moses enim genitus est anno post ingressum 350 „uti modo vidimus. At Amramus, si est filius Kaath, „mortuus jam fuit anno ab ingressu 270: Impossibi„le igitur est, ut Amramus, qui anno ab ingressu „270. jam obiit, procreare potuerit Mosen anno ha„bitationis 350.

„Quod autem Amramus, si filius esset Kath, non „amplius in vivis futurus fuisset anno ab ingressu „270. hoc modo probatur: Kaath, qui natus jam „fuit tempore ingressus (*Exod. VI, 18.*) vixit annos „133. Amramus filius ejus vixit annos 137. Si „proinde ponitur, Kaath primo ætatis anno ingres„sum esse in Ægyptum, & ultimo anno vitæ ge„nuisse Amramum, sequeretur Amramum an„no 270. post ingressum in Ægyptum fatis jam con„cessisse, adeoque per naturam non potuisse generat„re Mosen anno post ingressum 350.

„Sed & alio modo id probatur: Certum est inter „nativitatem Kaath (nam hic quoque supponimus „Kaath ipso anno natalis ingressum esse in Ægy„ptum) & nativitatem Mosis intercedere 350. annos, „uti modo demonstravimus: impossibile igitur est „ut Kaath sit Avus Mosis.

„Denique, posita thesi *Amramum esse filium Kath:* „sequeretur *Amramum genuisse Mosen anno sua ata„tis* 217. Kaath enim post ingressum in Ægyptum „vixit 133. annos *Exod. VI, 18.* Si igitur Amramus „genuisset Mosen anno ab ingressu 350. eum genuis„set anno ætatis suæ 217.

„Certissimum igitur est, inter Kaath & Amra„mum intersuisse alias quasdam generationes, & „Amramum fuisse pro vel abnepotem Levi, uti Jo„chabeda fuit pro vel abneptis ejusdem Levi

„Extra omne dubium hæc, quæ diximus, ponun„tur ex ipsa assertione divina: Deusenim Abræ præ„dixit servitutem Ægyptiacam duraturam 400. an„nis. *Gen. XV. v. 13.* addendo posteros ejus reditu„ros NB. *post quartam* generationem: *ibid. v. 16.* „Si vero Moses esset nepos Levi ex Jacobeda, duæ „saltem intercederent generationes inter ingressum „& egressum:

„Neque *obstat* relatio sacræ paginæ quæ disertis „verbis ait, *Kaath genuisse Amramum*; nam etiam pro„nepotes & abnepotes ab avis geniti dicuntur, sci„licet non immediate, sed mediante filio vel ne„pote: Sane scriptor sacræ historiæ noluit genea„logiam filiorum Levi texere, sed capita recensere „voluit quæ ingressa sunt in Ægyptum, & capita fa„miliarum quæ tunc temporis, eum egressa sunt, „vixerunt, parum ceterum de generationibus inter„mediis sollicitus.

„Allegari quoque solet exemplum Abræ, qui „neptem ex fratre, Saram, uxorem duxit. At eam „non fuisse neptem, sed sororem consobrinam, in „sequentibus demonstrabimus.

Denique & 4) cum *matertera* conjungi non potest ex sorore filius: idque ex eadem ratione ab unitate corporis desumta.

TERTIA prohibendi ratio est *inter fratres & sorores:* Nam 1) soror est pars corporis parentum, ex semine & sanguine eorum procreata, qui ergo cum sorore concumbit, revera miscetur cum corpore paterno cujus pars soror est: atqui id pugnat cum reverentia quæ corpori parentis, ex quo nati sumus

fumus, debetur: 2) Cum foror mea fit vera portio corporis paterni, oeceffario fequitur eam mecum effe noam carnem, qui ftidem fum pars corporis paterni: indeque monftrofum effet cum propria cohabitare carne. Diximus 3) fupra *prop. VIII.* ordinem propagandi naturalem effe ut propagentur familiæ per defcendentes, non vero per afcendentes & collaterales. Sane fi fratres & forores invicem mifcerentur, familiæ non multiplicarentur. Sed eadem familia produceretur contra intentionem naturæ: Inftitutum enim naturæ eft ut filii extraneam fœminam affumant, & novam familiam conftituant. Accedit (4) regula fupra in *prop. VII.* relata, quod iuter illos qui natura neceffario cohabitant, i. e. in una familia funt, & in una domo habitant, nuptiæ jure naturæ licitæ non funt: Sane magna providentia naturæ conftitutuo eft noo poffe nuptias jungi inter eos quibus naturali jure neceffaria eadem domo eft confuetudo, quique una educantur, ut fcilicet propagationis ratio cafta integra & fancta confervetur, quæ, ubi occafio tam facilis eft, facile turbari poffet. Cavet igitur ipfa natura ne naturalis neceffitas in uno domo habitandi abufum & occafionem impudicitiæ afferat, membraque illius familiæ ad illicitos injuftosque coitus incitet: Unde experientia teftatur, naturalem illum inftinctum & motum utriusque fexus, inter eos qui naturali neceffitate in eadem familia degunt, & præcipue inter fratres & forores, ceffare *Vid. Xenoph. Paed. l. 5.* Sane non fentitur ille inftinctus, & fi fentitur monftri inftar habetur. Atque hinc (5) communi gentium confenfu ejusmodi nuptiæ improbantur: Monftrofa habita fuit libido Caligulæ in forores. *Suet. in Calig. c.* 36. Curtius, cum de Alexandri continentia loqueretur, ait, eum Darii filias tam fancte habuiffe *quam fi eodem quo ipfe parente genitæ fuiffent. L. 3. c. 12.* Abraham & Ifaacus, peregrinantes cum uxoribus, ut perfuaderent non effe uxores, dixere effe forores; adeo certum fixumque inter omnes eas gentes fuit, cum forore nec nuptias, nec amorem, nec libidines effe, vel confuetudinem, vel ftimulum. Lucanus *L. 10. pr.* tales nuptias vocat inceftas: & Sidonius Apollinaris *carm. 7.* de Cleopatra, quæ fratri a patre Ptolomæo deftinata fuit, ita canit.

Profugisque Antonius armis
inceftam vacuat patrio Ptolomaida regno.
&c. l. 10. v. 68.
quæ prima cubili
mifcuit inceftam ducibus Ptolomaida noftris.

& Propertius de eadem. *L. 3. Rubr. fœminas imperare amantibus*

Scilicet incefti meretrix regna Canopi.

Denique & (6) ioter chriftianos, qui facram paginam pro lege habent, res omni dubio caret: Deus enim has nuptias inceftuofas adeo damnavit, ut totas gentes ideo ejecerit. Hæc igitur facrtiffima voluntas, gentibus ex ratione, (nam revelatio ipfis facta noo eft) nobis præterea ex revelatione declarata, norma juris nobis effe debet.

Neque his *obftat* 1) exemplum primorum hominum: cum enim præter Adamum & Evam alii homines non exftiterint, eorum liberi invicem fe mifcuere, & fic per fratres ac forores genus humanum propagatum eft. Refp. Io hoc cafu natura, ejusque Author, ooluit nuptias effe prohibitas, quia aliud propagandi medium natura non fuit datum: neque enim fœminæ erant nifi forores, adeoque intentio naturæ, quæ voluit omnes homines ab uno ftipite creari, ad effectum deduci noo potuit, nifi per cohabitationem primorum fratrum & fororum. At hæc ratio & neceffitas poftea ceffavit, & ex Levitico apparet, Deum hujusmodi nuptias tanquam inceftuofas damnaffe gentesque totas ideo ejeciffe.

Neque obftat 2) exemplum Abræ, qui Saram, fororem fuam, uxorem duxit: Refp. 1) In facris omnes afcendentes dicuntur patres, defcendentes filii, collaterales fratres & forores: ita enim probavimus Jacobedam dici filiam Levi, etfi in tertio vel quarto gradu ei cognata fuerit: ita confubrini dicuntur fratres & forores *Gen. 29. v. 15.* Abraham perpetuo vocat Lothum fratrem fuum, cum fit confobrinus &c. Adeoque Sara non fuit ipfius Soror, fed confobrina: Idque probatur 2) quia alias non opus fuiffet fimulare, & verbi ambiguitate uti, aut etiam precibus eam inducere ut diceret fe effe fororem, *Gen. XII. v. 11. & 20.* Si Abra fub hoc prætexto omoem matrimonii fufpicionem a fe amoveri non crediffet. Adeoque 3) ex eo omoes illæ gentes quafi rem certam conclufere, Saram non effe ejus uxorem, quia Soror effet; certo argumento, nuptias inter eos non fuiffe licitas: quod eo magis notandum, quia eodem ftratagemate ufus eft Ifaac. Sed & 4) ad quid opus fuiffet excufatione quod mentitus fuerit, non enim mendacium dixiffet fi vera foror confanguinea exftitiffet; adeoque excufationis rationem non in eo ponere debuiffet, quod fororem dixerit, id enim verum erat, fed quod nuptam eam tacuerit. Porro & 5) ex *Gen. II. v. p.* apparet Tharam, patrem Abrahami, affumfiffe Abraham filium fuum, & Saram *nurum*, & Lothum *nepotem*: ergo ipfa nec filia nec neptis fuit, quia diftinguitur: neque ratio dari poteft curnagis Sara ibi diceretur *nurus*, quam Abraham *gener*, aut magis hic *filius* quam illa *filia* 6) Abrahamus natu major duxiffet fratris mioorıs filiam, quafi frater minor non tantum aote majorem, fed tanto ante duxiffet uxorem, ut jam tum filiam nubilem habuerit: cum quo pugnat quod Sara ejusdem fere ætatis fuit cum Abrahamo, adeoque non nata ab ejus fratre minore. Omnium autem maxime 7) id probatur hoc argumento. Cum recenfentur Tharæ liberi, tres tantum funt, Gen. II. v. 26. ibi, *vixit Thara 70. annos & genuit Abraham, Nachor, & Haran*, & hi dicuntur ux ores duxiffe: oportet igitur Saram fuiffe confobrinam aut fobrinam.

Infto quod Abra, fefe excufans, Abimelecho dixerit, effe vere fororem fuam, filiam fcilicet patris fui, oon filiam matris *Gen. XX. v. 12.* Refp. Filia patris recte dici poteft etiam ueptis, adeoque ut a mendacii nota fe abftergeret, diffimulaffe faltem gradum videri voluit:

Neque *obftat* 3) exemplum Thamaris, quæ, cum Ammon opprimere eam vellet, monet ftupratorem ut cum rege loqueretur, addens *& non negabit me tibi. 2. Sam. c. 13.* Refp. Fecit hoc animo perfuadendi ut a violentia defiftat; nam antea jam dixerat,

rat, hoc non fas esse in Israel: *noli*, ait, *facere hanc stultitiam, tu eris quasi unus de insipientibus in Israel.* Contristatus quoque valde est David pater, & internecione quoque Ammonis Absolon, frater, hoc crimen vindicavit. Denique & 4) *obstat* mos omnium fere & moratiorum quoque gentium. *Vid. Alex. ab alex. gen. dier. l. 1. c. 24.* de Ægyptiis vid. *Grot. h. §. 13. n. 6.* De Barbaris &c. *ibid.* Resp. Negari nequit invaluisse hunc morem apud orientis præcipue gentes: & huic mori causam videtur dedisse figmentum Osiridis & Isidis, uti ex Manetho antiquissimo rerum Ægyptiacarum scriptore refert Diodorus Siculus, *L. 1. c. 14.* ibi, *Ægyptios legem statuisse ducendi sorores, ideo quod Isis Osiridi fratri suo nupta fuisset*; Atque his fictis Deorum exemplis deceptæ fuere gentes, unde Mausolus Artemisiam, Philadelphus Arsinoen, Ptolomeus Macedo Arsinoen, sores uxores duxere. Vid. *Just. l. 24. c. 1. & 2.* Ita Ptolomæo Cleopatram sororem testamento patris destinatam esse testis est *Just. l. 36. c. 1.* Apud Græcos quoque eodem patre natas ducere licuit, quin moris id fuit. *Corn. Nep. in Cim. L. 3. c. 3 & in præfat*: *Just. l. 28. c. 1.* Atque hi ex eodem fonte morem hunc recepere: fabulantur enim Vulcanum Venerem sororem, deinde Saturnum Rheam, itidem sororem, duxisse, & genuisse Osiridem & Isidem, i. e. Junonem ac Jovem, eosque pariter conjuges factos: Atque hinc Jupiter ita alloquitur Junonem apud Virg. *Æn. lib. 10.*

O Germana mihi, atque eadem gratissima conjux.
Ultra fratres & sorores nuptiæ prohibitæ non apparent: omnes enim illæ rationes cessant, sequentes enim non sunt pars corporis paterni immediate, sed ex suorum parentum semine prognati, adeoque inter se dum miscentur, non miscentur cum corpore paterno: Accedit quod unitas familiæ & necessitas cohabitationis cesset. Adeoque in *patruelibus &c.* cessat omnis unitas: Neque enim unum substantia sunt cum avo, *vid. prop. V. & VII.* nec ejusdem domus: Nam etsi duo fratres non exeant e familia nuptiis, sed ipsi pars familiæ maneant, tamen, generando ex alterius familiæ fœmina, novam quisque constituit familiam perfectam, æque ac quæ prima fuit; Scilicet constante ex societate viri & uxoris ac liberorum: Et proinde hæc familia distincta est a priore. *Vid. prop. VI.* Constituitur enim ex duarum familiarum diversarum partibus, scl. viro ex una, & muliere ex alia domo, quorum quisque quidem suæ familiæ pars est, & jura retinet, sed cœundo ex diversis familiis novam componunt:

ADDITIO.

„Exemplum Abræ, qui sorori suæ nupserat, ad„modum torsit interpretes sacræ scripturæ: ut „enim dubium hoc tollent, *alii* statuerunt Saram „adoptatam fuisse a Thare adeoque eo sensu eam „sororem ex patre fuisse, non ex matre. *Bayl. di„ction. voce, Sara:* Sed mera hæc divinatio est.

„*Alii* eam neptem fuisse Thare statuunt, quia „neptis quoque filia in sacris dici solet, *vid. Osiand. „& Zigler. in not. ad Grot. §. 14. n. 2.* At hoc „modo Abra constitueretur avunculus Saræ, cum „quo itidem jure naturæ prohibitæ sunt nuptiæ „adeoque nec hac ratione incestus evitari posset. „*Bayl. d. l.* Neque hæc interpretatio convenit sa„cræ historiæ, Sara enim aut ex *Nachor* aut ex „Aran nata fuisset; (hi enim sunt duo fratres A„bræ) At non ex priori nata est, qui liberos sal„tem habuit Laban & Rebeccam, nec ex Aran, „qui decessit relicto solo filio Loth.

„*Alii* sororem fuisse existimant, sed consangui„neam: Nam vere sororem fuisse innuere videntur „ipsa verba: *Est enim mihi soror ex patre, non ex „matre.* Si vero non fuisset soror, male Abram „usum fuisse ajunt verbis ambiguis, quæ dubium „adeo non tollunt, ut potius veritatem asserti con„firment, nimirum vere esse sororem, utut con„sanguineam: Atque ea sententia communiter a „Theologis probatur. *Vid. Clem. Alex. Strom. L. „2. p. m. 421. Heidegg. hist. patriarch. tom. 2. pag. „78. aliique apud Bayl. dict. voce Sara.*

„Sane alias quoque gentes cum sororibus con„sanguineis nuptias permisisse probat idem *Bayle d. „l.* easque apud Athenienses licitas fuisse ait „*Muretus Var. lect. l. 15. c. 5. Gebhard in Corn. „nep. vit. Cimonis.*

„Ego cum B. Parente Saram nec sororem con„sanguineam, sed consobrinam fuisse existimo. „Præter rationes a B. Parente allatas id vel ex eo „probatur, quia sacra pagina nos docet Deum æque „cum uterina, ac cum consanguinea nuptias „prohibuisse, & eum gentes, incestus tales com„mittentes, exstirpasse: Quis ergo dixerit Abra„hamum, legum naturalium cultorem religio„sissimum ejusdem criminis reum se fecisse. Sed „& argumenta ex ipsa historia sacra desumta satis „indicant Saram non fuisse sororem Abræ: Tha„re enim tantum tres liberos procreasse dicitur „*Abram, Nachor & Aran. Gen. XI. v. 26.* (non er„go Saram) Hi uxores duxisse dicuntur, & nomen „uxoris Sarai fuisse, non facta mentione sororis. *v. „29.* Et cum Thare educeret e Chaldæa familiam, „legimus eum tulisse Abram filium suum, Lot ne„potem, & Sarai *nurum* suam, uxorem Abram „filii sui, (non facta mentione filiæ:) Neque asse„ri potest, Thare filias potuisse habere etsi nomina„tæ non sint, nam id quoque admitti non potest, „quia in omnibus præcedentibus generationibus, „primo filio nominato addi solet, *& genuit filios „& filias*, quod hic omissum est, certissimo indi„cio Thare præter tres filios nominatos, alios li„beros non habuisse: Verius igitur est eam natam „fuisse ex avo Abræ, Nachor, de quo scriptum le„gimus quod præter Thare *generaverit filios & fi„lias:* idque ex sequenti schemate magis illustra„tur:

prima uxor — Nachor — secunda uxor

Thare | generavit filios & filias

Abra, Nachor, Aran. | Sara, &c.

„Et hoc sensu verum est quod Sare sit soror ex „patre seu avo, non ex matre seu avia: uti enim „neptes *filiæ* vocari solent, ita & sobrini aut con-

„sobrini,

„sobrini, *sorores*. Atque genium hunc linguæ „cognitum hisse Ægyptiis vel ex eo apparet, quia „rex Abimelech credere desiit Saram Abræ sororem esse.

PROPOSITIO X.

Natura prohibita sunt nuptia ob affinitatem 1) in linea recta in infinitum: 2) cum fratris, patrui, & avunculi viduabus. Non 3) cum sororis, amita, materterae viduis.

DEMONSTRATIO.

Hactenus de gradibus prohibitis egimus inter eos qui sanguine junguntur, jam de iis agemus, qui affinitate junguntur.

Prima prohibitio naturalis ob affinitatem est in *linea recta*. Cum enim noverca mea, vel vitricus meus, per copulam corporis & nuptias fiant pars ejus corporis cum quo jungi non possumus, (ob reverentiam quæ turpitudinem eorum detegere impedit, *Vid. Prop. II.*) necessario sequitur, nec cum parte corporis paterni jungi me posse, quia cum corpore patris ejusque parte jungerer. Atque hinc nemo eum *vitrico* seu *noverca*; nemo cum *privigna* aut *nuru*; nemo cum *genero*, *socero* aut *privigno* nuptias contrahere potest: *Lev. XVIII. v. 8. 15. 17. Lev. XX. v. 11. 12.* ratio additur *Lev. XX, v. 11, seq.* quia revelat ignominiam patris & filii sui.

SECUNDA prohibitio est in *patrui & avunculi viduabus*, quia hæ viduæ unum corpus sunt cum præ-defunctis maritis, eum quibus nefas jungi erat, quia sunt pars immediata corporis parentum. Atque hinc ratio quoque prohibitionis additur *Lev. XX, 20.* quod revelet turpitudinem cognationis suæ: accedit quod viduæ illæ transierint in familiam maritorum, *Lev. 18. v. 14. & c. 20. v. 20.* at dictum supra est illos qui in una sunt familia invicem nubere non posse, quia modus propagandi per familiam est naturalis, ejus ordo violari aut interverti non debet. Hinc cum Merovæus patrui viduam Brunechildem duxisset matrimonium pro incestuoso a patre habitum, & Rothmagensis Episcopus, qui assensum dedit, ideo in exilium missus fuit. *P. Æmil. de gest. Franc. in Reg. IX. fol. 20. seq. Marian. L. 5. c. 10.* Jure Romano Digestorum nuptiæ cum patrui vidua nullibi prohibentur, nec eum avunculi vidua: (*Conf. l. 17. C. Nupt. l. 1. C. si nupt. refer. §. 3. Inst. nupt.*) etsi in cæteris jus illud eurate eum jure naturæ conveniat. *Conf. Richt. Dec. II. n. 194. Carpz. Consist. p. 2. def. 91.*

Quid vero de *amita* & *materterae viduis* dicendum, an his jungi natura nefas est? Nos negamus, quia tota prohibitionis ratio hic cessat: Amita enim & matertera exeunt ex sua familia, & transeunt in familiam maritorum: hi mariti igitur non simul habitant eum nepte ex uxorum fratre aut sorore nata, indeque non turbatur ordo propagationis naturalis, fit enim per diversas familias.

Equidem maximus hic est dissensus inter Doctores christianos: etsi enim *Levitic. 18. & 20.* tantum prohibeantur nuptiæ cum *patrui & avunculi viduabus*, plurimi tamen putant nominata persona totum gradum contineri, adeoque nuptias quoque cum *matertera & amita viduis* ob paritatem gradus prohiberi: At verum hoc non est, quia ex inspectione legis apparet, prohibitionem personarum quæ in eodem gradu sunt in singulis fere personis repeti, ita enim eum sorore germana & consanguinea prohibitio exstat *v. 9.* eum uterina, *v. 11.* porro cum amita, *v. 12.* cum matertera, *v. 13.* denique cum noverca, *v. 5.* eum nuru, *v. 8.* etsi eodem gradu sint. Si ergo Moses persona prohibita gradum prohibuisset, non opus habuisset singulas personas ejusdem gradus nominare.

Instant 1) *Avorum* & *nepotum* nullam fieri mentionem in illa lege, adeoque non nisi ex paritate gradus prohibitionem sequi: Resp. Imo specialis eorum fit mentio, quia voce *patris* & *filii* omnes majores & posteri in sacris significantur.

Instant 2) in lege illa prohibitiva quasdam personas omissas esse, cum quibus nuptiæ natura prohibitæ sunt; certissimo indicio, ex paritate gradus id decidendum esse: Idque probant exemplo *avunculi*; cujus etsi nulnullibi fiat mentio, omnes tamen in eo consentiunt, nuptias cum avunculo contractas incestas esse: cujus rei aliam rationem dari non posse putant, quam paritatem gradus cum *patruo*, cum quo nuptiæ prohibentur. Resp. Negamus nuptias cum *avunculo* prohiberi ideo quia in pari gradu est eum *patruo*, sed quia utrobique eadem est prohibendi ratio, ut supra probavimus.

Neque 3) contra nuptias cum amitæ & materteræ viduis allegari potest generalitas rationis, quod nemo hominum *ad proximam sanguinis sui* accedere debeat. *Lev. 18. v. 6.* Nam 1) indefinitum hoc definitur ex subjectis exemplis. 2) Ex rationibus adjectis Es ist deines Vatern 2c. Schaam apparet, intelligi talem propinquitatem quæ in unitate quadam sive carnis, sive familiæ consistit, quæ neutra est cum amitæ & materteræ viduis.

TERTIA prohibitio est in *fratria*, adeoque viduam fratris ducere non licet: *Lev. 18. v. 14. & c. 20. v. 20.* quia fratres in eadem familia sunt & perpetuo manent, & in eam uxores inducunt, cui familiæ inest reverentia sanguinis: mulier igitur, quæ fratri meo nubit, transit in ejus familiam, adeoque & in meam, & fit pars & membrum ejus familiæ quæ necessario cohabitat, & cujus corpora invicem & descendentibus sancta sunt; adeoque accedit & transit in eandem venerationes obligationem quæ huic corpori cohæret: & uti corpori per nuptias accrescit persona, ita & accrescit eadem venerandi causa & obligatio, & est reliquis instar sororis, & descendentibus loco parentis, ut & Moses innuit. *d. l.*

Idque adeo verum est, ut nec quis liberis fratriæ nubere possit, quia nuptias cum patruo natura prohibitas esse supra probavimus;

Atque hinc Johannes Herodem, etiam capitis periculo, detestatus est quod fratris Philippi uxorem haberet. *Math. 14. v. 4.* Beatrix, quæ mortuo marito Duglassio, nupsit fratri ejus dispensante pontifice, ait se ad sceleratas has nuptias vi coactam esse. *Buchan. L. 11. p. 395.* Unde uxoris saltem loco habitam esse ait *ibid.* Henrici VIII. nuptiæ, quas cum Arthuri fratris vidua iniit, & unde nata est Maria, ab universitatibus Germaniæ & Galliæ improbatæ, ac Maria a Clero atque ecclesia Anglicana pro illegitima & ex incestu nata proclamata fuit. 7. Sept. 1533. *Meteran. L. 1. p. 46.*

Non tamen desunt exempla in contrarium; Joh. Casi-

Casimirus, Rex Poloniæ, Uladislai fratris viduam duxit, simile exemplum est in Petro Portugalliæ rege qui Isabellam, fratris Alphonsi uxorem, duxit eo adhuc vivo, sed ad matrimonium non apto: *Vid. Disp. de just. stat. regn. Portug. Art. 3. in f.* Ex antiqua historia constat Andromachan a conjuge traditam fuisse fratri Heleno: *Just. 17. c. 3.* & Helena nupsit Deiphobo mariti sui fratri apud *Virgil.* Sed pleraque hæc matrimonia infeliciter successerunt, & inter Christianos religionis errore pro licitis habita sunt.

Neque *obstat* lex divina, quæ sub pœna infamiæ jubet fratris absque prole decedentis viduæ nubere: Resp. Casus hic expressa voluntate Dei exceptus est, & proinde *magis* valet hæc conjunctio quam inter primos fratres, ubi tacita tantum voluntas fuit; & speciale id quoque hic est, quod frater non tantum possit, sed & debeat, nec possit aliam ducere sine pœna infamiæ. Ratio autem legis fuit primogenitura Deo sacra, eoque custodienda: Hinc enim debuit natus nomine fratris defuncti appellari, non nomine sui patris.

Quid vero de *sororis viduo* dicendum? An nuptiæ cum duabus sororibus prohibitæ natura sunt? Negandum id omnino esse putamus, 1) quia cum sorore uxoris meæ nulla mihi intercedit unitas nec carnis nec familiæ: uxor enim mea deseruit suam familiam ac transiit in meam, & sic ego nec sum pars corporis cum sorore uxoris, nec necessario cum ea in una domo cohabito. Equidem uxor mea mecum una fit caro, unde videri posset etiam ejus sororem, quæ una cum uxore mea caro est, mecum unam carnem videri; At maritus cum uxore unum est, non quoad substantiam carnis sed cohabitatione, adeoque alio unitatis genere, quæ ad uxoris sororem plane non pertinet. 2) Hinc in sacris tantum prohibentur nuptiæ cum *fratris vidua. Lev. 18. v. 14. & c. 20. v. 20.* Nullibi autem cum *sororis viduo:* Neque 3) dici potest, nominata persona gradum prohiberi, nam contrarium non tantum in genere demonstravimus *supra init. h. prop.* Sed & aliam rationem obtinere in sororis viduo apparet exemplo Jacobi, qui uxoris, vivæ adhuc, sororem duxit; certissimo indicio natura incestum hic non esse; sane si circumtulisset impudenter & temere incestus suos secum in itinere, utique Deus non tam immediate cum eo versatus esset, eique benefecisset: nec filii Rachelis fuissent legitimi, nedum hæredes terræ benedictæ.

ADDITIO.

„Rationem differentiæ inter *fratris viduam* & „*sororis viduam*, & cur cum illa, non cum hac nu„ptiæ prohibeantur; nec non dubium illud, quod no„minata persona gradus prohibitus intelligi debeat, „&c. Responso egregio illustravit B. Parens, quod „latino idiomate donatum hic inserere opera „pretium duxi.

RESPONSUM.

„Quæsitum est, quid adjectis rationibus dobitan„di & dicendi in Jure Naturali, Divino, & „civili statui debeat in Quæstione:

„*An per Principis consensum & dispensationem „admitti possit, ut maritus demortua sua con„jugis neptem ex sorore consanginea in matri„monium ducat?*

„Ut cardo quæstionis eo dilucidius adpareat, ca„sum ipsum, de quo quæritur hic præmittendum „diximus:

„*Mevius, mortuis prima atque altera quam du„xerat conjuge, filiabus quoque prioris matrimonii „jam nuptui collocatis, multis adductus usque „momentosis rationibus, ad tertia progredi vota „constituit, (ne bona aliis, quot minus nosset, re„linqueret administranda partem, partim ut filia„bus (quas adhuc habet,) tenera ætatis, bona edu„catione consuleret. Inter multas ergo ineundi de„nuo matrimonii rationes, quas circumspexit, præ„tulit has, ut nempe demortua sua conjugis prima „ex sorore consanguinea neptem ducat; nonsolum, „quod hæc jam esset filia sua natu minoris mater„lustrica; sed etiam singulari ductus fiducia crede„ret, se meliorem hac non inventurum conjugem, „quippe quæ filiolas, eo, quo consuevisset hactenus, „multo amore sit complexura. Ejusmodi vero ma„trimonium constitutione provinciali Ducali Anhal„tina interdictum est, nisi quod Tit. 7. memorata „constitutionis in fine, con Extractum A. docet, Se„renissimi Principes Anhaltini iis in gradibus, qui „lege divina expresse prohibiti non sunt, ut superio„ritatis territorialis dispensationem sibi reservave„rint. Atque his adductis quæritur,*

„AN TALIS FIERI DISPENSATIO POSSIT SINE „SCRUPOLO?

„In hac quæstione decidenda exulant leges civiles, „nec ulla Doctorum authoritas sufficit; sed ad eam „expediendam constans ratio naturalis unice valet, „*arg. §. 1. vers. Quod vero naturalis. junct. §. 11. „I. de jur. nat. gent. & civil.* Inprimis autem id „est necessarium, ut verus & legitimus legis divi„næ moralis sensus investigetur, qui cum cognosci „nequeat, nisi ex illo fundamento, cui leges matri„monii inædificantur, hoc ipsum vero fundamen„tum dubiæ adhuc disceptationis sit, res omnis ad „tres redit quæstiones, quarum discrimen oppido „manifestum est.

„1. *An ea, quæ Levitic. 18. & 20. dicuntur, ad „nominatas personas restringenda sint? utrum „ad gradus extendi, & nominata persona to„tus intelligi gradus debeat?*

„2. *Si neutrum, quodnam verum & constans le„gis Mosaica fundamentum sit, quosve habeat „limites?*

„3. *An matrimonium cum nepte ex sorore consan„guinea demortua conjugis, ductu sacri codicis, „& tenore divinarum legum, admitti, atque ad„eo salva serenissimi principis conscientia dis„pensationi dari locus possit?*

QUÆSTIO I.

„Quamvis quod ad *quæstionem primam* attinet, „Theologi atque ICti ad unum omnes statuant, „atque in eo omne suæ Theseos ponant funda„mentum, quod *Levitic.* 18. non tantum personæ „nominatæ; sed omnes quoque quæ ejusdem gra„dus sunt, intelligantur, atque adeo singulis præ-

„ceptis

„ceptis non persona, sed totus gradus innuatur; „secus tamen, invictis ducti rationibus, opinamur „*Levit. XVIII.* neque gradus cognationis neque af-„finitatis respici, ita, ut quarum mentio facta est per-„sonarum, ab iis neutiquam ad eos qui parium „graduum sunt fieri debeat conclusio; Neque at-„tendendum esse ad personas, ita ut præter nomi-„natas reliqua matrimonia omnia licita dicantur; „ceu id ipsum ex dictamine rectæ rationis non mi-„nus atque ex *dicto capite* satis abunde patet.

„Quod enim in *dicto capite* nulla graduum sit ha-„bita ratio, ex eo manifestum est, quia de com-„putatione graduum in linea collaterali, quæ ta-„men potius totius rei momentum constituit, ne-„que vola, neque vestigium adparet in sacro co-„dice: sed affines & consanguinei juxta lineam „rectam ascendentium & descendentium numeran-„tur: est ergo hæc graduum computatio mere „Juris civilis, quippe quæ usum & valorem nacta „est ex jure præcipue Romano: Ex quo porro con-„sequitur, quod Moses ad illam lineæ transversæ „computationem neutiquam respexerit, nedum „eandem hujus præcepti esse fundamentum volue-„rit, quæ tunc temporis vel prorsus ignorabatur, „vel saltem ejus usus exulabat.

„Atque hoc ipsum magis patescit, si penitius in-„trospiciamus *dictum Cap. Levit.* 18. Videmus enim „nominari plures personas ejusdem gradus, neque ta-„men easdem sub uno eodemque præcepto com-„prehendi; sed cujuslibet personæ, etiamsi ejusdem „sint gradus, præceptum extare speciale, quod pro-„inde non de integro gradu sed de personis nomi-„natis saltem intelligi debet. Sic sororum quan-„do sit mentio, in quamlibet earundem præceptum „constitutum est speciale: matrimonium cum germa-„na ac consanguinea interdictum est *vers. 9.* cum „Uterina *vers.* 11. cum Amita *vers.* 12. cum Mater-„tera *vers.* 13. non obstante, quod posteriores ambæ „in uno eodemque, & sorores omnes in gradu sint „pari. Talis quoque graduum paritas est inter no-„vercam, & nurum; nihilominus tamen utriusque „præceptum occurrit speciale *vers. 8. & 15.*

„Est itaque illa sententia oppido falsa, qua ex-„istimatur, quod *Levit. XVIII. v. 20.* nominata per-„sona totus gradus nominatus & prohibitus in-„telligatur; Contra vero id clarum habetur & evi-„dens, quod intuitu personarum, licet ejusdem „sint gradus, præcepta extent specialia, quæ per-„sonas non gradus respiciunt. Hoc enim nisi fo-„ret illud sequeretur absurdum, quod unus idem-„que gradus bis, ter, atque adhuc compluries in-„utiliter repetatur. Imo aliud inde resultaret in-„conveniens, scilicet, quod, (si nominata perso-„na paritas gradus intelligi debet,) abneptem in „quarto grado pari ratione, atque consobrinam „quæ in eodem gradu est, ducere liceat: Sane cum „nullum in sacro codice linearum indigitetur dis-„crimen, neque illud legatur expressum in qui-„busdam omnino casibus, in aliis vero non item, „debere attendi ad graduum paritatem, hæc ipsa „regula utrinque valeret, & paritati graduum æ-„que in linea recta ac transversa foret locus.

„Deinde ex adducto jam fundamento *d. cap. 18. v. 6.* limites cognosci possunt hujus præcepti: *Ne „quis ad carnem carnis suæ accedat.* Omnis nem-„pe hujus præcepti ratio esse sita dicitur in unitate „carnis, vel sanguinis, cui natura ipsa reveren-„tiam & sanctitudinem indidit.

„Hæc autem vera & naturalis unitas carnis & „corporum duplex est: *primo* loco inter paren-„tes & illorum filios vel filias, qui immediate ab „ipsis descendunt, atque adeo eorundem verus & „essentialis sanguis sunt; & quamvis parentum san-„guis ad omnes descendentes per medios gradus „propagetur, atque hi suo cum stipite ejusdem sint „carnis atque sanguinis; proprie tamen & pro-„ximius ex semine & sanguine parentum pro-„venisse dicuntur filii, & filiæ primi gradus, quo-„niam parentum progenati sanguine nihil aliud sunt „quam portio viscerum, & substantiæ paternæ, & „maternæ, atque adeo verissime unum cum iis „corpus.

„*L. 1. §. 1. ff. de Inspic. Ventr.*

„*Secundo* loco inter conjuges, maritum nempe & „uxorem, qui itidem sunt corpus unum, ob pri-„mam institutionem pariter, atque commixtio-„nem corporis.

„Ex *prima* unitatis specie, ob consanguinita-„tem; ex *altera* ob affinitatem prohibitiones o-„riuntur. Utriusque prohibitionis fundamen-„tum quærendum est in reverentia sanguinis, „quæ, uti supra jam monuimus, inter parentes „& liberos, (eo quod hi ex illorum sint progna-„ti sanguine,) matrimonium in infinitum impe-„dit. Atque ex hoc fonte profluunt prohibitio-„nes sacræ ad unam omnes, respicientes aut il-„los qui caro nostra, aut illos, qui carnis no-„stræ caro sunt. Nos nempe sumus nostrorum „parentum caro, & liberi nostri sunt nostra ca-„ro, & ideo non licet accedere ad eos, seu ad „carnem nostram, quod ipsum uti extra controver-„siam, ita quoque præcepti fundamentum est in „linea cognationis recta. Qui porro cum paren-„tibus & liberis nostris una caro sunt, illi non „sunt nostra, sed carnis nostræ caro, id propter „etiam inter illos matrimonia non sunt licita. „Accedit, quod in matrimonialibus omnis quæstio „recidat ad conjunctionem corporum, relatio „vero, & reverentia sanguinis, cujus sæpe jam „meminimus, corporibus adhæret, atque conjun-„ctionem & detectionem pudoris impedit. Hinc „ergo infertur, quod, cum liberi parentum suo-„rum sint caro & sanguis, atque adeo cum ipsis, „ceu sanguine ex quo descendunt, per ingeni-„tam relationem & reverentiam, matrimoniali „jungi non possint copula, eadem obstet ratio „ob quam cum ipsis quoque jungi nequeant qui „parentum suorum, aut suorum liberorum idem „revera corpus, atque hinc carnis suæ caro sunt. „Foret enim ejusmodi matrimonium commixtio „cum parentum aut liberorum iisdem ipsis corpo-„ribus, quia illorum sanguis & caro sunt, atque „unum cum ipsis corpus constituunt. Ergo de-„tectio horum turpitudinis eadem est cum de-„tectione turpitudinis parentum. Atque hinc fa-„ctum est, ut cuilibet prohibitioni semper hæc „ipsa expressis verbis adjecta legatur ratio. Omni-„um itaque prohibitionum in linea cognatorum „colla-

,,collaterali, & inter affines verum hoc funda-
,,mentum est, id quod sua radiat luce.

,,Huic enim fundamento inædificantur prohi-
,,bitiones consanguinitatis, vi cujus matrimonia in-
,,ter illos prohibentur qui a nostris immediate
,,parentibus descendunt, id est, qui nostrorum pa-
,,rentum, aut majorum nostrorum fratres, aut so-
,,rores germanæ sunt; v. c. soror, amita, amita ma-
,,gna, proamita &c. quæ verissima pars substan-
,,tiæ sunt corporis nostrorum parentum, avorum,
,,proavorum, abavorum. Atque his personis pro-
,,hibitiones in linea cognationis collaterali termi-
,,nantur. Hinc est, quod matrimonia licita sunt
,,cum liberis illorum qui parentum aut majo-
,,rum nostrorum immediate, seu primi gradus, li-
,,beri non sunt, sed eorum saltem nepotes; v. g.
,,nostri consobrini, aut consobrinus proprius. Nos
,,enim ex substantia quidem & sanguine nostro-
,,rum parentum, non vero ex sanguine sororis,
,,aut fratris parentum nostrorum, sumus prognati.
,,Sorores & fratres parentum nostrorum sunt qui-
,,dem caro carnis nostræ, scil. parentum nostro-
,,rum caro, non vero illorum liberi, quia neque
,,nos ab illis, neque illi a nobis trahunt originem,
,,atque adeo neque caro nostra, neque caro carnis
,,nostræ sunt. Non enim ex parentum nostrorum
,,sanguine procreati sunt, neque unquam fuerunt
,,viscerum portio illorum, qui vel a nobis, aut
,,a quibus nos descendimus.

,,Pari ratione, secundo loco, ex eodem
,,hoc fundamento ob affinitatem nuptiæ red-
,,duntur illicitæ cum illis qui vel cum pa-
,,rentibus nostris, vel nostris liberis matrimo-
,,nium inierunt, quia per matrimonium ex al-
,,tera unitatis specie cum nostris parentibus, &
,,liberis nostris, unum corpus, atque adeo carnis no-
,,stræ caro fiunt. Casus qui in hunc referri cen-
,,sum debent, contingunt in linea affinitatis, si mas
,,vel fœmina quempiam ex parentibus aut majo-
,,ribus nostris habuerit in matrimonio; v. c. Vitri-
,,cus, provitricus, noverca, pronoverca &c. aut
,,habuerit quempiam in matrimonio ex liberis vel
,,posteris nostris; v. c. gener, progener, nurus,
,,pronurus &c. aut conjugis nostræ parentes sint,
,,v. g. soceri, prosoceri, aut denique nostræ con-
,,jugis liberi v. c. privigni, proprivigni: Nec prio-
,,ris nec posterioris generis personas ducere licet:
,,non prioris, quia nostræ carnis caro sunt: non poste-
,,rioris ambas, quia nos ipsorum carnis caro sumus.

,,Ex his jam dictis Levitic. 18. tres matri-
,,moniorum prohibitorum classes constituuntur.
,,*Prima* classis comprehendit illos qui in linea
,,cognationis recta sunt. v. g. nostros liberos & pa-
,,rentes in infinitum. *Secunda* classis illi sunt, qui
,,nos attingunt in linea cognationis transversa. v.
,,g. nostræ & nostrorum parentum sorores, quæ
,,posteriores in infinitum nobis parentum loco sunt,
,,eoque insigniuntur nomine *§. 5. Instit. tit. de Nu-*
,,*ptiis.* Ad *tertiam* classem pertinent, qui in linea
,,affinitatis recta sunt in infinitum.

,,Atque porro ex iis quæ jam dicta sunt, videre est
,,quod definitæ trium classium personæ regula nitan-
,,tur fundamentali, quæ in *d cap. vers.* præmittitur
,,his verbis: *Ne quis accedat ad carnis suæ carnem.*
,,Omnes enim personæ *dicto capite* prohibitæ sunt
,,vel parentes & liberi nostri, vel qui cum illis ea-
,,dem caro & idem sanguis sunt. Hinc in omni-
,,bus his casibus omnino est commixtio cum ipso
,,corpore parentum vel liberorum, consequenter
,,nostrorum parentum & liberorum turpitudinis
,,detectio, ad quam legislator divinus unice provo-
,,cat, atque cujusvis casus prohibiti eandem esse ra-
,,tionem expressis verbis dicit.

,,His præmissis immoti opinamur, quod hæc
,,prohibitio neque ad paritatem gradus, neque ad
,,nominatas tantummodo personas sit adornata;
,,potius id asserimus, in unione carnis, seu san-
,,guinis communicatione, quam quasi digito inten-
,,dit & explicat *dict. vers. 6.* verissimum totius hu-
,,jus negotii fundamentum esse. Atque ad hanc
,,unice normam omnes controversiæ decidi de-
,,bent.

,,Hisce innixi porro extra omnem esse contro-
,,versiam dicimus, quod Moses in casibus prohi-
,,bitis ad illam in linea collaterali computatio-
,,nem, cujus hodie ex Jure Romano usus est, nen-
,,tiquam respexerit.

,,Id vero etiam ex duplici fundamento dubio
,,carere dicimus, quod legibus Mosaicis non solæ
,,personæ nominatæ intelligi debeant, neque exi-
,,stimari possit, illos quorum nulla facta est men-
,,tio hoc omnino non præcepto teneri. Primo
,,enim obstat notissimus & verus Canon, quo di-
,,citur: *Idem jus esse, ubi eadem est ratio ade-*
,,*quata.* Hic vero Canon nulla regula juris ar-
,,bitrarii nititur; sed suum ex naturali ratione mu-
,,tuat robur, ex quo hæc ratio adæquata resultat,
,,vi cujus dicentis æstimatur intentio, totaque pa-
,,tescit legis dispositio, ejusque limites indicantur.
,,Nam ejusmodi reperire voces quæ indubitatam
,,scribentis mentem ita prodant, ut ex intentione
,,Auctoris neque plus neque minus intelligatur,
,,non licet; siquidem linguæ hoc ferunt incom-
,,modi, ut in iisdem usus vocum modo latior
,,modo strictior obtineat, atque non raro etiam
,,vocabula alio & longe diverso sensu accipiantur.
,,Quamobrem sola ratio adæquata est animi dispo-
,,sitionis, & constans voluntatis mensura, qua
,,mentem atque dicentis vel agentis intentionem
,,dimetiri fas est. Cognita enim ratione adæqua-
,,ta omnis intentio ita patescit ut nullus dubitan-
,,di locus sit.

L. 17. L. 29. §. 30. ff. de Leg. L. 32. ff. ad Leg. A-
quil. L. 13. §. 2. vers. Sed etsi &c. ff. de Excus.

,,Aliud secundo loco argumentum pro adstruen-
,,da thesi, quod prohibitiones Levitici toties dicti
,,capitis non solis personis nominatis terminen-
,,tur, æque stringens desumitur a quibusdam ma-
,,trimoniis, quæ nemine contradicente sunt illici-
,,ta, nec tamen recensentur. v. g. Matrimonia in-
,,ter ascendentes & descendentes vel gentilium mo-
,,ribus sunt illicita in infinitum, quod tamen in
,,*d. cap. 18.* non habetur; nisi quod sola parentum
,,cum liberis vel nepotibus connubia prohibean-
,,tur. Reliquorum casuum, qui dari adhuc pos-
,,sunt, nulla ulterior facta est mentio. Porro, de
,,matrimonio cum filia fratris nulla occurrit pro-
,,hibitio, cum tamen illud ex causa consanguini-

tatis,

„tatis pro æque illicito fit habendum: Sed & ex causa „affinitatis similis modi matrimonia prohibita legi„mus, v. g. matrimonium cum amita & matertera, „aut, quod idem est, cum fratris aut sororis filia.

„*Conf. Levitic. XVIII. v. 12. 13. & 6.*

„Utrumque, quod nempe omnis prohibitio, obvia „dicto Leviticor. capite, neque gradibus neque no„minatis tantummodo personis terminetur, dilu„cidius adparebit, si ad alteram deveniamus quæ„stionem, ex cujus adcuratiori disquisitione verif„simum, quo res tota nititur, fundamentum pa„tebit.

QUÆSTIO SECUNDA.

„Quæstionis secundæ hæc vis est præcipua, ot „omne in matrimonialibus casuum prohibitorum „fundamentum sola niti dicamus regula, quæ „prænittitur *Levitic. 18. v. 6.* atque adeo ne„cesse est simus solliciti de hujus loci vero & ori„ginario sensu, cujus verba hæc sunt: *Nemo ho„mo accedet ad carnem carnis suæ, ut ejus turpi„tudinem revelet.* Duo momenta ex his verbis „possunt elici. Alterum est, ut constet prima„riam præcepti prohibitivi rationem pooi in dete„ctione turpitudinis, quæ, ceu notum est, nihil „aliud est quam consuetudo carnalis. Hanc ve„ro inter parentes & liberos impedit, immo aver„satur, reverentia sanguinis, quam natura cunctis „indidit mortalibus tam forti stimulo, ut quisque „cum ea carnalem consuetudinem aversetur a qua „suam ducit originem, & cum qua idem san„guis est. Inde fit, ut ejusmodi reverentia san„guinis in linea recta procedat in infinitum, nec „insinnetur duratione propagationis, sed ex con„tinuata generationum serie novum sibi sumat pon„dus, atque fortiora incrementa.

QUÆSTIO TERTIA.

„Id denique, quæstionis tertiæ tangendo cardi„nem, dicimus, atque extra omne ponimus dubium, „quod matrimonium cum uxoris sorore, aut ma„tertera, prohibitum non sit. Dictus enim *vers. 6.* „sensu æstimandus literali nullam præterea prohi„bitionem inducit, & quamvis in eodem hoc loco „duorum quidem adhuc casuum expressis prohibi„tio verbis occurrat, quod scil. nemo ducere de„beat viduam fratris aut patruelis, *Levit. 18. v. 14. „16. & Lev. 20. v. 20. 21.* quæ neque caro nostra, „neque carnis nostræ caro sunt; atque inde vi exa„ctæ similitudinis porro inferri possit, quod nec „uxoris sororem aut materteram ducere liceat. „Hæc tamen constans nostra est opinio, quam io „frontispicio hujus quæstionis tertiæ jam indicavi„mus, quod matrimonium cum uxoris sorore aut „matertera omnino sit licitum. Ratio primaria „fundamentalis hæc est, quod qui hic prohibitio„nem crepant id probare habeant necessum, tum „quia id incumbit afferentibus, *L. 2. ff. de prob.* „tum quia prohibitio facti est, quod inprimis pro„bandum. *L. fin. C. de solut. Dd. ad L. 17. de Capt. „& postlim. reverf.*

„Alia quoque hoc ipsum probandi necessitas sub„est, quia prohibitionem legis nescire noo debet „is quem obligat. Nemo enim præceptum trans„gressus dici potest nisi cui ejusdem prohibitio in„notuit, atque sufficienter fuit demonstrata; ne„que obligari quisquam potest ad servandam le„gem de qua non constat, nec lex violari quæ „non adparet, & existere non probatur; novimus „quoque nullam legis vim esse, nisi ejusdem publi„catio in omnium notitiam pervenerit, multo mi„nus si nec quidem constet eam latam esse. Inpri„mis autem quando de cohabitatione conjugali fer„mo est plena probatio requiritur, quia Deus hunc „omnibus creaturis, inter quas homo eminet, in„stinctum indidit, ut ingenito desiderio ferantur „ad propagationem humani generis: naturalis „ergo hæc propensio, quatenus universali divini „numinis concessione nititur, restringenda non est „nisi ubi de prohibitione divina plene constat, at„que invictis doceri rationibus potest manifestum, „hac de re sacri codicis interdictum obstare. Id „propter ea matrimonia de genere permissorum „dicuntur, quæ pro permissis habentur donec pro„bentur prohibita, id quod etiam jure canonico „observatum est, ceu patet ex *C. 23. de sponsal. in verb. „cum prohibitorium sit editum de matrimonio con„trahendo, ut quicunque non prohibetur per con„sequentiam admittatur.* Producendæ igitur in „medium rationes, quibus patet jure divino non „esse prohibitum ut quis demortuæ conjugis so„rorem, aut ejusdem materteram, ducat in matri„monium. Tantum primo loco abest, ot vi præ„cepti divini id esse interdictum dicamus, ut poti„us in linea affinitatis collaterali casus huc facien„tes non nisi ad fratris aut avunculorum conjuges „restringantur, ita ut illis solis interdictum sit ne de„mortui mariti fratribus, aut ejusdem filiis nubant: „cui adhuc pondus adjicitur, novumque robur, ex „canone satis noto, quod exceptio firmet regulam „in casibus non exceptis *L. 12. §. 43. vers. denique „ff. de Instr. leg. L. 1. vers. hujus rei ff. de off. ej. „cui mand. est Jurisd. L. 4. & pr. ff. de Pen. leg. „Nov. 7. c. 2. H. Pist. lib. 2. qu. 27. n. 7. Thomang. „Dec. 16. n. 9.*

„Secundo loco neque per consequentiam ex *Le„vit. 18. vers. 6.* potest elici hunc casum referri opor„tere inter prohibitos. Est enim conjugis nostræ so„ror aut ejus amita & matertera neque nostra, neque „carnis nostræ caro. Neque obstat, quod nec fra„tris aut avunculi nostri vidua sub verbis illius re„gulæ contineantur, uti supra jam dictum: suffi„cit enim prohibitionem horum casuum amborum „sua posse ex ratione & causa istius regulæ, hoc „est vi proxæ consequentiæ ex reverentia fluere. „Uxor enim vi atque virtute matrimonialis vincu„li, jure divino atque humano, omnia mariti spi„ritualia & secularia jura consequitur, atque hac „ratione cum marito consortium omnis vitæ in„greditur, ut divini humanique juris fiat com„municatio. *L. 1. ff. de Rit. nupt. L. 4. C. de crim. exp. „her.* in verb. *socia rei humanæ, atque divinæ. L. 14. „in fin ff. Sol. matr.* Id propter omnino etiam re„verentiæ non minus quæ sanguini mariti, ac illius „quæ dignitati ejus cohæret, redditur particeps. *L. „8. ff. de senat.* Atque illius reverentiæ, quæ fluit „ex sanguine, adhuc majorem in modum arcta & „indivulsa inter conjuges est communicatio, quia digni-

„dignitas meri juris civilis, temporaria, & ambula-
„toria; sanguinis autem reverentia a natura insculp-
„pta, perpetua, & indelebilis est. Uti ergo hæc
„sanguinis reverentia per conditionem matrimonii
„beneficium & vinculum est; ita quoque per con-
„ditionem nuptiarum: atque hæc subest ratio, quæ
„cum nostri fratris, patrui, & avunculi vidua matri-
„monium negat ineundum, Licet enim illa non fue-
„rit nostræ carnis caro, id tamen sufficit, maritum
„ejus fuisse qui fuerat frater, patruus, & avunculus
„noster, atque adeo una nobiscum caro, cui insedit il-
„la sanguinis reverentia, quæ impedimento est nupti-
„is, & quam adeo eum suis effectibus uxor natura
„participat. Atque inde suum mutuat robur con-
„stans & perpetuus canon, quod quæcunque ma-
„trimonia jure divino positivo ex reverentia san-
„guinis marito, eadem & ejusdem viduæ inter-
„dicta sint. Nec obstat hunc canonem verbotenus
„non reperiri in sacro codice, dummodo illius
„fundamentum communi ratione, & sententia in-
„terdicti fulciatur. Casus vero cum fratris patrui,
„& avunculi vidua, ut nequaquam; ita cum sororis,
„& amitæ, vel materteræ viduo jure divino omnino
„prohibitus est, quoniam hujus asserti prona ex
„sacro codice est consequentia, ita ut patescat
„nuspiam vestigia deprehendi, quibus contrarium
„licere dari manifestum possit, quia neque sen-
„sus literalis prohibitionis in genere factæ, neque
„legis prohibitivæ ratio id ipsum declarat. San-
„guinis enim reverentia, tanquam causa impedi-
„menti, non est nisi inter nos, sorores, materte-
„ras, amitas nostras; minime vero ad illarum ma-
„ritos extenditur, quia illi neque carnis nostræ ca-
„ro sunt, neque per matrimonium jura uxorum,
„earumve familiæ consequuntur. Ex quo porro id
„resultat, quod neque in communionem reveren-
„tiæ sanguinis ingrediantur, qua ipsorum fruun-
„tur conjuges. Uxor enim in maritorum jura tran-
„sit, non vice versa maritus de uxoris familiæ, di-
„gnitatis, sanguinis, eique inhærentis reverentiæ
„participat juribus. Illa ergo causa & ratio, desum-
„ta a communicatione reverentiæ sanguinis, quæ
„nos impedit quo minus fratris aut avunculi no-
„stri relictam ducere viduam possumus, exten-
„di non debet ad sororis aut amitæ nostræ ma-
„ritos, quia illud interdictum nec ex verbis regu-
„læ, nec ex ejus ratione & sententia fluit. Hoc
„ipsum quoque confirmatur adhuc, quia Levit. 18.
„& 20. nihil quicquam de uxoris sorore aut ami-
„ta dicitur; sed in dicta lege unice de fratris aut
„avunculi uxore sermo est, ad quam solam inter-
„dictum expressis verbis restringitur. Accedit ad-
„huc quod hujus interdicti sententia quatuor itere-
„tur vicibus, atque ubique adpareat, solam fra-
„tris, & avunculi viduam innui; de uxoris autem so-
„rore & amita mentionem injici omnino nullam;
„Ita enim sonant verba *Levit. 18. v. 16. & Levit.*
„*20. v. 21. Ne quis fratris viduam ducat*, & bi-
„nis aliis locis *Levitic.* videlicet *18. v. 14.* & *Levit.*
„*20. v. 21.* Ne quis patrui sive avunculi (vox enim
„Ebræa utrique communis est) viduam ducat.
„*Lev. 18. v. 14. & Levit. 20. v. 20.* quæ perpetuæ
„restrictionis geminationes & iterationes, eam
„maxime confirmant, & mentem verborum cer-
„tam, præcisam, & enixam demonstrant, sensum-
„que eorum clarum & perspicuum reddunt, ut
„nihil opponi possit, uti vulgo Dd. tradunt *apud*
„*Coler. proc. exec. Lib. 1. Cap. 10. n. 211. Cravett.*
„*Cons. 658. n. 6. & alibi sæpius. Goedd. Cons. Marp.*
„*Vol. I. Cons. 24. n. 4. &c.* Ea enim vis gemina-
„tioni insignis tribuitur, ut quemadmodum verba
„generalia geminata (nec dum sæpius repetita)
„omnem restrictionem excludunt, *Besold. Cons.*
„*Tubing. Part. 4. Cons. 159. num. 62. & seq.* ita
„specialia geminata omnem extensionem. *Cravett.*
„*Cons. 344. num. 12. & 13.* Aliud quoque adhuc
„momentum matrimonii, cum uxoris sorore aut
„matertera non prohibiti, situm est in eo, quod
„nunquam in gradu quodam prohibendo unius
„personæ fiat mentio; sed omnes quoque sigilla-
„tim exprimantur, ad quos interdictum ex pari-
„tate gradus trahi poterat, & de quibus nullum
„fuisset dubium, etiamsi illorum non injecta esset
„mentio. Ita v. c. non fuisset opus, ut cum ma-
„trimonia cum sororum aut fratrum viduis inter-
„dicta legantur, ipsarum quoque sororum & fra-
„trum adjiceretur prohibitio, utpote de quibus id
„jam subsumi poterat; Nihilominus omnes fra-
„trum atque sororum species tanguntur, atque cu-
„juslibet speciei speciale præceptum deprehenditur.
„*Levit.* 18. *v.* 11. & 19. Hæc cum ita sint, verosi-
„mile est, quod nec illorum casuum qui in linea
„affinitatis collaterali prohibiti dicuntur, & de
„quibus præcipue suboriri dubium poterat, omissa
„fuisset prohibitio, si eosdem legislator voluisset
„interdictos. Sequeretur enim illud, quod fratrum
„& sororum, qui jam sub communi regula com-
„prehendebantur, sine necessitate atque adeo in-
„congrua facta fuisset mentio, quod tamen nos di-
„cere vetat sanctissimi numinis, ejusdemque sacra-
„tioris verbi reverentia. Id quod clarius redditur
„ex eo, quod porro adhuc in gradibus consangui-
„nitatis personæ, de quibus itidem dubium non
„erat, speciatim exprimantur. Ita *vers.* 12. non so-
„lum cum amita. Sed *vers.* 13. cum matertera quo-
„que matrimonium prohibetur ineundum. Pari ra-
„tione in linea affinitatis recta non solum *vers.* 15.
„cum nuru, sed etiam cum privigna *vers.* 17. ma-
„trimoniala vinculum interdictum est, quamvis
„omnes hi casus in eadem affinitatis linea recta,
„eodemque gradu, jam potuissent subsumi, atque
„sub verbis regulæ quoque jam essent comprehen-
„si. Cum itaque in gradibus proximioribus, at-
„que casibus non dubiis, nunquam personæ prohi-
„bendæ (quæ nominatis non omnino ab unitate
„carnis pares sunt,) omittantur, ita ut soli ex pari-
„tate gradus consequentiæ permittantur; multo
„minus credere possis in linea affinitatis collatera-
„li ex sola gradus paritate aliquid posse inferri.
„Qui anim in linea affinitatis collaterali non nomi-
„nantur, ad eos quoque præceptum non pertinera
„dicimus, siquidem procul omni dubio, si id
„ipsum voluisset legislator, eorundem quoque inje-
„cta fuisset mentio. Hoc denique firmatur exem-
„plo divi Jacobi Patriarchæ, qui uxoris demortuæ
„sororem confidenter duxit, & sine ullo scrupulo;
„neque hoc Deo displicuisse adparet: ex quo por-
„ro consequitur, non fuisse hoc matrimonii vin-

culum

quam [d] Plutarchus attulit in quæstionibus Romanis, [e] & Augustinus sequitur de civitate Dei, libro XV. cap. 16. [f] de latius spargendis *Quæst. 108. p. 289. C.*

„culum contra legem naturalem. Vixisset enim „hoc modo Jacobus in perpetuo incestu cum dua„bus sororibus. Adhæc quando manifestum est „ex sacro codice, frequens Jacobi cum Deo fuisse „commercium, illo ipso quoque tempore cum „esset in itinere cum uxoribus suis, quis credere „possit eum in ejusmodi prohibito incestu conti„nuasse vitam, atque tam impudenter peccasse „contra legem naturalem. Neque obtendi potest „exemplum Davidis, atque aliorum, quippe quos „Deus non raro sivit labi eum in finem, ut seria „ducti pœnitentia ad meliorem redirent frugem; „Jacobi vero cum Rachele matrimonium usque ad „vitæ finem duravit, neque propterea ullam a „Deo correctionem sustinuit; sed potius singulare „benedictionis multæque gratiæ argumentum ex„pertus est. Læderetur quoque divini numinis „majestas si incestus in hoc subsisset matrimo„nio, quippe quod ob facinus Cananæi fuere ex„tirpati. Josephus denique atque Benjamin, eorum„que posteri, non possent connumerari inter legi„timos terræ Canaan hæredes, quia ex incestu „prodiissent. Et quid opus est pluribus: Levitici „*XVIII. v.* 16. haud obscure matrimonium cum de„mortuæ uxoris sorore omnino licitum pronun„tiatur, atque id saltem prohibetur, ut quoad vi„verent sorores æmulatio cessaret. Hunc quidem „in censum multa referri exempla possent nisi id „superfluum esset. Sunt enim hujus farinæ casus, „inprimis qui inter Evangelicos principes complu„ries contigerunt, notissimi, publicis famigera„tissimorum JCtorum responsis atque consiliis „probati. Et quamvis juxta cum Theologis quam „plurimis, quidam magni nominis JCti contra„rium statuant, illorum tamen non moramur au„toritatem, quia unice ex juris naturalis atque le„gis divinæ moralis præceptis hæc dirimi contro„versia postulat, omnibus valere jussis Doctorum „opinionibus. Dissentientes quoque non alio ad „stabiliendam suam hypothesin fundamento nitun„tur, nisi quod a paritate gradus desumitur, quod „ipsum vero quam infirmis subsistat fulcris, jam „superius ostensum est. Est ergo manifestum, „quod casus, de quo quæstio est, prohibitio ex „sacro doceri codice non possit. Non enim præ„cepti negativi *Ne quis ducat fratris viduam* „ratio *Levitici XVIII. v.* 6. a gradu desumta legitur; „sed causa & fundamentum legis hoc additur, „quia est retectio fratris tui; hæc vero relatio in „demortuæ uxoris sorore, aut ejus filia, locum non „habet, quia, ut jam dictum est, maritus non se„quitur causam uxoris, sed contra. Hinc de ma„rito nunquam, sed de uxore tantum dicitur, „quod sit detectio mariti, uti *vers. 8. 10. 16.* & re„liqua præcepta manifestant, in quibus non nisi „retectio vocatur illius cui debetur reverentia: & „quamvis in casu de quo hic est quæstio, non ad„mittendæ dispensationis, tutior videri possit, mu„tui tamen amoris, atque summæ ad se invicem „inclinationis habendam esse rationem putamus; „siquidem si illi impedirentur conjungi inter quos „conjunctionis summa eaque diuturna jam est „propensio, verendum est, ne denegata copula „aut majus tectæ turpitudinis incommodum, aut „saltem prorsum peccandi ansam inducat. Quam„obrem melius consulitur conscientiæ imperantis „illo Grotii effato *de jur. bell. & pac. Lib. I. cap.* „*4. §. 7. & Lib. 3. cap. 23. §. 10.* quod leges ad „seorsum humanæ imbecillitatis temperandæ sint, „cumprimis iis in casibus, de quibus lex divina „superior nihil disponit: id quod tamen altiori ju„dicio, plenove Serenissimi Principis arbitrio re„linquimus, hac nostra subjuncta sententia: *Quod* „*in casu quaestionis dispensationi omnino dari lo*„*cus possit.*

d) (Grot.) (PLUTARCHUS ATTULIT IN QUÆSTIONIBUS ROMANIS:) Philo de legibus specialibus: (pag. 780.) τί δὲ τὰς πρὸς τὲς ἄλλες ἀνθρώπες κοινωνίας κ̀ ἐπιμιξίας ἐπέχειν, εἰς βραχὺ χωρίον τὸ ἑκάςης οἰκίας συναθέντας μέγα κ̀ λαμπρὸν ἔργον, ἐκτείνεσθαι κ̀ χεῖσθαι δυνάμενον εἰς ἠπείρες κ̀ νήσες κ̀ τὴν οἰκεμένην πᾶσαν; αἱ γὰρ τῶν ὀθνείων ἐπιγαμίαι καινὰς ἀπεργάζονται συγγενείας, τῶν ἀφ' αἵματος ἐκ ἀποδέεσας, ὧν χάριν πολλὰς κ̀ ἄλλας ὁμιλίας ἐκώλυσε. *Quid opus hominum inter se necessitudines ac vincula inhibere, & unius domus angustiis claudere tam ingens ac præclarum opus, quod extendi fundique potest in regiones & insulas, orbemque universum? Affinitates namque cum extraneis novas pariunt conjunctiones hominum, non minores illis, quæ e sanguine veniunt: quod respiciens Moses alias etiam multas propinquorum nuptias vetuit.* Chrysostomus ad 1. Cor. XII, 13. τί ςενοχωρεῖς τῆς ἀγάπης τὸ πλάτος; τί περιττῶς ὑπόθεσιν ἀναλίσκεις εἰς αὐτὴν φιλίας, δι' ἧν δύνασαι κ̀ ἑτέραν περίσεσθαι φιλίας ἀφορμὴν ἔξωθεν γυναῖκα ἀγαγών. *Quid in arctum cogis amoris latitudinem? quid supervacuo amicitiæ causam perdis, per quam poteras aliam amicitiæ parandæ occasionem acquirere, extraneam ducendo uxorem?* (Tom. III. pag. 469. *Edit. Savil.*)

„*e*) (ET AUGUSTINUS SEQUITUR:) Verba Au„gustini referuntur in *Caus. 36. q. 1. c. 1.*

„*f*) (DE LATIUS SPARGENDIS AMICITIIS PER „DIFFUSAS AFFINITATES:) Chrysostomus *Homil.* „*34. in 1. Chor.* eandem rationem affert, *Abram* „ait, *conjunctionis formam commentus est, insuper* „*cognatorum connubio interdicto, & alienos nos edu*„*xit, illos vicissim ad nos pellexit, quos naturali ne*„*cessitudine copulari non licet, hos nuptiis congluti*„*navit, integras sæpe familias, unius nymphæ gra*„*tia, conciliando genus generi totum permiscet: Non* „*ducas sororem tuam, inquit, neque sororem pa*„*tris, nec ullam ejuscemodi ea generis necessitudi*„*ne conjunctam, ut nefas sit misceri, ipsis nomi*„*nibus cognatorum formas recensens; satis causæ*

dis amicitiis per diffusas affinitates, [g] non tanti est ponderis, ut quod contra fiat irritum aut illicitum censeri debeat. [h] Neque enim quod minus utile est, statim & illicitum est. Adde quod accidere potest, ut huic qualicunque utilitati [i] alia major utilitas repugnet, neque eo duntaxat casu quam Deus in lege Hebræis data excepit, [k] ubi vir quispiam sine prole obiit, cui non dissimile est, [l] quod de virginibus ex asse heredibus, quas ἐπικλήρους vocant, [m] & Hebræo [n] & Attico jure constitutum est, ad conservandas scilicet in familia res avitas, [o] sed aliis multis qui aut conspici solent, aut excogitari possunt.

2. [p] Ab hac generalitate [q] eximo matrimonia parentum [r] cujuscunque gradus cum liberis, quæ quo minus licita sint, ratio (ni fallor) satis apparet. Nam nec maritus, qui superior est lege matrimonii, [s] eam reverentiam potest præstare matri quam natura exigit, nec patri

„*sit cur illas ames, ex eodem utero esse prognatum, aliter tibi competent alia: cur tu amplitudinem redigis in angustiam? aut cur officium charitati necessarium non impendis, quo amicitiam, conjuge aliunde ducta, & per hanc affinium seriem, parentes, fratres, & illorum necessarios omnes, tibi conciliare potes?* Atque eadem „hæc ratio passim urgeri hodieque solet. *Vid.* „*Cassiod. 7. var. 46. Cic. 5. Fin. Thom. 2. 2. q. 154.* „*art. 9. Tiraq. L. 7. connub. n. 45.* Conf. *Tesm. h.*

„g) (NON TANTI EST PONDERIS UT QUOD „CONTRA FIAT IRRITUM AUT ILLICITUM CEN„SERI DEBEAT:) Rationem *de latius spargendis* „*amicitiis* refutat Author 1) quia non statim illi„citum aliquid est quod minus utile sit. 2) quia ali„quando connubia ejusmodi admodum utilia, quin „ad tranquillitatem publicam necessaria forent, „neque tamen ideo permittuntur:

„h) (NEQUE ENIM QUOD MINUS UTILE EST „STATIM ILLICITUM FIT:) Thema hoc passim „Author inculcat. *Vid. prol.* §. 16. & 17. & diffe„rentiam ejus quod utile & quod justum est expli„cat *proleg.* §. 57. Conf. *L.* 2. *c.* 22. §. 12.

„i) (ALIA MAJOR UTILITAS REPUGNET:) Ad„eoque hoc casu tota ratio prohibitionis cessaret: „& sic matrem & sororem ducere liceret si utili„tas id suaderet: certissimo indicio, utilitatem, „quæ ex latius spargendis amoribus oritur, non „esse veram prohibitionis causam.

„k) (UBI VIR QUISPIAM SINE PROLE OBIIT:) „Adeoque ubi utilitas publica requirit ut frater „defuncti viduam ducat, mortuæque semen exci„tet. *Deut.* 25, 5.

„l) (QUOD DE VIRGINIBUS EX ASSE HÆREDIBUS:) „Nam ad conservandas res avitas in eadem fami„lia constitutum est ut proximi cognati eam du„cant.

„m) (ET HEBRÆO:) Exemplo Ruth, quæ pro„pinquo suo nupsit, postquam is qui propinquior „erat, id facere recusasset. *Ruth. c. 2. v. 1. c. 3. v.* „*9. 12. & c. 4. v. 4. 5. 7. seq.*

n) (Grot.) (ET ATTICO JURE:) Vide *Demosthenem* ad Leocharem: *Fortunatianum* rhetorem: *Donatum* Phormione act. 1. scen. 11. (vers. 75) & Adelphis IV, 5. 17.

ADDITIO.

„Jus hoc Solon constituit *Diod. Sic.* 12. 18. testis „hujus moris est Terentius *Adelph. act. 4. scen. 5.* „*hac virgo orba est patre: hic meus amicus genere* „*illi est proximus, huic leges cogunt nubere hanc.* „Et *Phorm. act. 1. scen. 2. lex est, ut orbæ qui sunt* „*genere proximi iis nubant, & illos ducere eadem* „*lex jubet.* Vid. *Tesm. h.*

„o) (SED ALIIS MULTIS, QUI AUT CONSPICI „SOLENT AUT EXCOGITARI POSSUNT:) Si forte „in causa successionis cum matre aut cum sorore „bellum gerendum esset, quod nuptiis componi „posset: posita enim utilitatis ratione nuptiæ hæ „licitæ forent.

„p) (AB HAC GENERALITATE:) Dixit enim in „genere in *pr. h.* §. causas certas ac naturales pro„hibitarum nuptiarum dari non posse.

„q) (EXIMO MATRIMONIA PARENTUM CUM „LIBERIS:) Rationes expositæ sunt supra *prop.* „*IX.*

„r) (CUJUSCUNQUE GRADUS:) Unde Adamus „si revivisceret, nullam inventurus esset uxorem

s) (EAM REVERENTIAM POTEST PRÆSTARE MATRI QUAM NATURA EXIGIT, NEC PATRI FILIA:) Imo hæc vera prohibitionis ratio non est, quia in posteriori casu fallit; filia enim tunc duplicem reverentiam exhibet patri, ut filia & ut uxor: Alia ergo prohibitionis ratio afferri debet.

ADDITIO.

„Vera igitur ratio prohibitionis consistit in reve„rentia illa, quæ ex generatione oritur, & cum qua „pugnat detectio turpitudinis, seu membrorum natu„ra obscœnorum: præterea supra dictum est, natura „monstrosum esse cum sua carne, & cum portione „corporis sui concumbere. Dictum quoque est, cer„tum propagationis modum & ordinem naturam „instituisse, ac voluisse, ut multiplicetur genus hu„manum descendendo non ascendendo.

„t) (IPSUM

patri filia; quia quanquam inferior est in matrimonio, [t] ipsum tamen matrimonium talem inducit societatem, quæ illius necessitudinis reverentiam excludat. Bene Paulus Jurisconsultus [u] cum dixisset in contrahendis matrimoniis [v] naturale jus & pudorem inspiciendum, [*] addidit contra pudorem esse filiam suam uxorem ducere. Talia igitur conjugia haud dubitandum quin [w] & illicita sint, & irrita insuper, quia vitium perpetuo effectui adhæret.

L. Adoptivus 14. §. Serviles 3. D de rit. nupt.

3. Neque movere nos debet [x] Diogenis [y] & Chrysippi argumentum, a gallis gallinaceis aliisque animantibus mutis petitum, quo probare volebant commixtiones tales non esse contra jus naturæ. Nam, [z] ut initio libri diximus, [aa] satis est, si cum natura humana quid pugnet, ut illicitum habeatur. Et hoc est incestum, [bb] quod jure gentium committi scripsit Paulus jurisconsultus inter gradus adscen-

L. ult. de rit. nupt.

„t) (IPSUM TAMEN MATRIMONIUM TALEM „INDUCIT SOCIETATEM QUÆ ILLIUS NECESSITU„DINIS REVERENTIAM EXCLUDAT:) Imo sola re„verentia non pugoat cum matrimonio, nam alias „regioa non posset subdito nec rex subditæ jungi; „Distincta autem sunt officia subditæ & officia uxo„ris, distincta quoque officia mariti & officia sub„diti, quæ simul & io una persona omnino con„currere possunt: *Vid. supr. §. 8. lit. e.* intelligi igitur „debet reverentia quæ ex generatione oritur, & cui „repugnat turpitudinem detegere:

u) (Grot.) (CUM DIXISSET IN CONTRAHENDIS MATRIMONIIS NATURALE JUS ET PUDOREM INSPICI:) Egregie hoc exsequitur *Philo* de specialibus legibus; ubi esse dicit *μέγιστον ἀνοσιούργημα, maximum nefas, πατρὸς εὐνὴν τετελευτηκότος, ἣν ἄψαυστον ὡς ἱερὰν ἐχρῆν φυλάττεσθαι, καταισχύνειν, γήρως δὲ καὶ μητρὸς αἰδῶ μὴ λαμβάνειν, τὸν αὐτὸν τῆς αὐτῆς υἱὸν καὶ ἄνδρα γενέσθαι, καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν νῦν μητέρα καὶ γυναῖκα. Patris mortui tubile, quod, tanquam res sacra, intactum fini oportuit, contemerare, neque senectutis, neque materni nominis verecundia tangi, eundem ejusdem esse filium & maritum, eandem ejusdem matrem & uxorem.* (Pag. 778. C. *Edit. Paris.*)

„v) (NATURALE JUS ET PUDOREM:) *L. 14. §.* „*2. ff. Rit. nupt.*

„*) (ADDIDIT CONTRA PUDOREM ESSE:) Ad„eoque pudor hic item denotat quod jus naturale: „unde & tales nuptiæ contra jus gentium cootrahi „dicuntur in *l. fin. Eod.*

„w) (ET ILLICITA SINT, ET IRRITA INSUPER:) „Author ait, quædam esse posse illicita neque tamen „inde fieri irrita: quod examinavimus *supra §.* „10. Hinc hic eddit, talia conjugia *insuper esse* „*irrita.*

x) (DIOGENIS:) Author bic dubium e motu naturali, brutis quoque communi, desumtum removet: Ait enim sufficere quod talis concubitus humanæ naturæ repugnet, etsi non videatur repugnare naturæ animali: Nam etsi instinctus cohabitaodi in genere quidem hominibus cum brutis communis sit, non temen illi promiscue, indifinite, & indiscrete cohabitant, sed juxta oormam rationis, quam cum soli homines non bruta intelligaot, illi, non hæc peccant:

ADDITIO.

„Chrisippi & Diogenis authoritas nullius mo„menti est in hac doctrina, quia uterque existen„tiam juris naturæ negat, nihilque e natura prohi„bitum esse ajunt: *Vid. supra pag. 4.* unde hi impro„bissuni philosophi nullum incestum, oee cum ma„tre, statuunt.

„y) (ET CHRISIPPI:) In libro *de republica*, & „in libro *quæ per se ipsa sunt expetenda.* Vid. „*Laert. VII.* 187.

„z) (UT INITIO LIBRI DIXIMUS:) *Proleg. §. 9.* „*& 41.*

„aa) (SATIS EST SI CUM NATURA HUMANA „QUID PUGNET:) i. e. cum jure naturæ laxiori, „*Diss. prooem. II. §. 2 seq.* etsi non pugnet cum oa„tura sociali. *prol. §. 9. & 42.* Sensus est, quod etsi „talis concubitus non stricto juri naturæ contra„rietur, pugnet tamen cum perfectione. Nos tales „coocubitus pugnare cum jure naturæ stricte sie „dicto probavimus: Exemplum a brutis desum„tum nihil in cootrarium probat, illa enim notio„nem voluotatis divinæ i. e. legis neturæ, nullam „habent, adeoque facultates eorum agendi nulla „lege sunt restrictæ. Quanquam non desunt exem„pla brutorum quæ a tali concubitu abhorrent. „*vid. supr. Propos. IX.*

bb) (Grot.) (QUOD JURE GENTIUM:) Sic & *Papinianus* loquitur in L. *si adulterium, 38. §. 2. ad legem Juliam de adulteriis.*

ADDITIO.

„Vid. *l. fin. ff. Rit. nupt. L. 38. §. 2. ff. Adult.* „*l. f. §. 1. Cond. fin. caus.* quod autem ICti hic juri „gentium tribuunt, alibi juri naturali *l. 14. §. 2. Rit.* „*nupt.* alibi moribus *L. 9. ff. Eod.* adscribunt, quæ „proinde sunt synonima. Recte autem jus gentium „moribus introductum dicitur, quia citra legem scri„ptam inter omnes gentes peræque observatur. *L.* „*9. ff. just. & jur.*

Socrat. Memor. Lib IV. c. 4. §. 19. 20. adſcendentium & deſcendentium. Hoc eſt jus illud quod Xenophon ait [cc] non eo minus jus eſſe, quia a Perſis contemnebatur. [dd] Naturale enim recte dicitur, interprete Michaele Epheſio ad Nicomachia, τὸ παρὰ τοῖς πλείςοις καὶ ἀδιαςρόφοις καὶ κατὰ φύσιν ἔχȣσιν: *quod apud pleroſque non corruptos, ſed naturæ convenienter ſe babentes obtinet.* Hippodamus Pythagoricus vocat παρὰ φύσιν ἀμίτρȣς ἐπιθυμίας ἀκαταςχέτȣς ὁρμὰς ἀνοσιωτάτας ἀδονὰς, *immoderatas & a natura alienas cupiditates, effrænes impetus, nefarias voluptates.* [ee] De Parthis ſic Lucanus: (Lib. VIII. verſ. 401. & *ſeqq.*)

—— epulis veſana, meroque
Regia, non ullos exceptos legibus borret
Concubitus — — — — —

Et mox (*verſ.* 409. 410.)

—— Cui fas implere parentem
Quid rear eſſe nefas? — —

Speciatim autem huic Perſarum mori cauſam [ff] pravam educationem *Imo xxi. p. 170. C.* prudenter aſſignat Dion Pruſæenſis oratione XX.

Memor. IV. 4. §. 22. 4. Atqui hic mirari libet [gg] Socratis commentum apud Xenophontem, qui in conjugiis talibus nihil culpandum invenit, [hh] præter ætatis diſparitatem: unde aut ſterilitatem ait ſequi, aut male conformatam

cc) (Grot.) (NON EO MINUS JUS ESSE QUIA A PERSIS CONTEMNEBATUR:) Quorum hac in re crimen bellis perpetuis, ac fratrum cædibus, a Deo punitum notat *Philo.* (*De ſpecial. legibus*, pag. 779.) Perſis addit medos, indos, Æthiopas, *Hieronymus* lib. II. contra *Jovinianum* (*Pag. 75. Tom. II. Ed. Baſib.*) de barbaris in univerſum, Hermione in Andromacha Euripidis: (verſ. 173. & *ſeqq.*)

Τοιȣ̃τον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.
Πατὴρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται,
Κόρη τ' ἀδελφῷ. διὰ φόνȣ δ' οἱ φίλτατοι
Χωρȣ̃σι, καὶ τῶν δ' ȣ̓δὲν ἐξείργει νόμος.
Tale eſt omne barbaricum genus.

Mater jugatur filio, nata pater,
Frater ſorori: proxima alterna manus
Cæde implicantur: nulla lex prohibet nefas.

ADDITIO.

„Diximus ſupra Perſas eſſe, jure hoc uſos non „tamen inter privatos, ſed imaginis ſaltem uſum habuiſſe, idque, ut videtur, ex myſterio religionis.

„*dd*) (NATURALE ENIM RECTE DICITUR:) De „autoritate conſenſus gentium vide tradita ſupra „*l. 1. c. 1. §. 12.* Exempla horroris ex tali inceſtu or„ti allegata ſunt in propoſitione *IX.* Perian„der dolo matris ad concubitum pellectus cogni„ta veritate eam interimere voluit, ſed a genio re„tractus mente perculſus inſanuit, mater vero mul„tum ſuper ſuo genio lamentata ſe ipſam interfe„cit. *Laert. phil. vit. l. c. 95. & 96.* Atque hinc „Plato in republica ſua ideali partum ex tali coitu „natum in lucem produci prohibet, vel ita expo„nere eum jubet quaſi nulla ejus eſſet nutritio. *Lib.* „*V. p. m.* 451. Jacobus execratus eſt filios qui „profanaverunt cubile patris. *Gen. 49. v. 4.* Hinc „merito ICti ajunt contra jus naturale & pudorem „eſſe patri vel matri jungi. *l. 14. §. 2. rit. nupt.* id„que juri gentium repugnare. *l. fin. Eod.*

„*ee*) (DE PARTHIS SIC LUCANUS:) Add. *Auguſt.* „*in Levit. c.* 18. *Aman. ind. p. 526. Bardeſanes li*„*bro de fato Euſeb. præp. 6. c 8. Alex ab alex gen.* „*dier.* 1. 2. *Selden de J. N. 5. c.* 11. Alias quoque „gentes hujusmodi conjunctiones approbaſſe ait „Ovidius *L.* 10. *metam.*

„*gentes tamen eſſe feruntur*
„*in quibus & nato genetrix, & nata parenti*
„*jungitur, & pietas geminato creſcit amore.*

„Verum, ſi dicendum quod res eſt, vix allegari „poterunt talia gentium exempla. Mos fuit Græcis „& Romanis, gentibus, quas barbaras vocant, & „quæ vox nomine illis cognitæ erant, horrenda „imputare crimina, quaſi nulla naturæ lege tene„rentur, ſed ferarum more viverent: Præterea ex „uno vel altero exemplo de tota gente judicium „ferre ſolebant.

„*ff*) (PRAVAM EDUCATIONEM:) Vel potius ne „magorum numerus nimium creſceret: Non enim „poterat pro perfecto mago haberi niſi qui ſic na„tus eſſet.

gg) (SOCRATIS COMMENTUM APUD XENOPHONTEM:) *Memorab. 4. p. m.* 170.

„*hh*) (PRÆTER ÆTATIS DISPARITATEM:) Verba

matam sobolem; [ii] quæ sola ratio si tali conjugio obstaret, certe nec irritum esset, nec illicitum, non magis quam inter alias personas, [kk] quarum ætas tot annis distat, quot annis parentes liberos solent præcedere.

5. Illud potius disquirendum, an non in hominibus nulla prava educatione corruptis, [ll] præter id quod intellectu concipi posse jam diximus, sit in [mm] in ipsis affectibus insita fuga quædam commixtionis cum parentibus, & ex se natis, [nn] quippe cum ab ea etiam quædam animantia muta naturaliter abhorreant. Ita enim & alii existimarunt, & Arnobius adversus gentes libro quinto: *Etiamne in matrem cupiditatis infandæ spem Jupiter cepit, nec ab illius appetitionis ardore horror eum quivit avertere; quam non hominibus solis, sed animalibus quoque nonnullis natura ipsa subjecit, & ingeneratus ille communiter sensus?* Exstat de camelo [oo] & de equo Scythico nobilis in hanc rem narratio apud Aristotelem animantium historia nona, capite XLVII. [pp] & non dissimilis apud Oppianum libro primo de Venatu. [qq] Seneca Hyppolito: (vers. 914. 915.) *pag. 161. 162. Ed. Lugd. B. 1651.*

> *Feræ quoque ipsæ Veneris evitant nefas,*
> *Generisque leges inscius servat pudor.*

§. XIII.

„ba ejus hæc sunt: *Num tibi semina eorum qui ætate sunt vegeta, seminibus eorum esse similia videntur, qui ad ætatem vegetam nec dum accesserunt, vel jam prætergressi sunt eam.*

„*ii*) (QUÆ SOLA RATIO SI TALI CONJUGIO OBSTARET:) Imo jam ante dixerat hanc quoque legem a diis hominibus latam esse, & ideo violantes pœnam daturos. *ibid.* Adeoque adminiculatur saltem hæc ratio, non concludit. Dehortari vult homines argumento, ut ajunt, ad hominem, quia ex adulto semine non potest robusta procreari soboles.

„*kk*) (QUORUM ÆTAS TOT ANNIS DISTAT:) Sunt qui tales nuptias prohibitas putant, inprimis si juvenis cum vetula juogatur. Vid. *Carpz. Jurispr. conf. l. 2. t. 1. n. 10. Cypræ. de jure con. p. 1. c. 9. §. 8. n. 7. & 11. Gerb. loc. de conjug. n. 398. Harpr. ad pr. Inst. de nupt. n. 28.* sed rationes in contrarium allegatas solide refutavit D. Sahm, ICtus Regiomontanus, in disputatione *de matrimonio senum.*

„*ll*) (PRÆTER ID QUOD INTELLECTU CONCIPI POSSE JAM DIXIMUS:) Author præter rationem prohibitionis naturalem, quæ inter parentes & liberos intercedit, provocat ad instinctum naturæ, quæ detestatur coitum parentum etiam inter animantia quædam, cujus rei exempla in camelo & equo refert.

ADDITIO.

„Sola illa reverentia, quam causam prohibitionis *n.* a. allegavit, nihil probat, neque ulla prohibitionis ratio inde inferri potest.

„*mm*) (IN IPSIS AFFECTIBUS INSITA FUGA:) Ex instinctu natura nobis indito sequi horrorem probavimus supra *prop. IX.*

„*nn*) (QUIPPE CUM AB EA ETIAM QUÆDAM ANIMANTIA MUTA NATURALITER ABHORREANT:) Seneca in Oedip. v. 638.

„ . . . Qoique vix mox est feris
„Fratres sibi ipsi gennit.

„Conf. *Carpz. Crim. p. 2. q. 72. pr. & consist. 2. d. 73. n. 5.*

oo) (Grot.) (DE EQUO:) Plinius historiæ naturalis VIII. 42. ubi de equis agit, *Alium detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiisse prærupta atque exanimatum. Equa & eundem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Namque & cognationum intellectus in iis est.* Habes paria apud *Varronem* de re rustica II, 7. & apud *Antigonum* de admirabilibus (*cap 59.*) *Aristotelemque* ejusdem tituli libro. (pag. 1150. *B.* C. Tom. I. *Ed. Paris.* At vide Seldenum, *de jure nat. & gent. secundum discipl. Hebræor.* Lib. I. cap. 5. *J. B.*)

„*pp*) (ET NON DISSIMILIS.) *Vid. supra prop. IX.*

„*qq*) (SENECA:) Sunt verba Thesei *Act. III.*

§. XIII.

1. Sequitur quæstio [a] de gradibus affinitatis [b] omnibus, [c] & de gradibus sanguinis ex transverso limite, iis præsertim [d] qui Levitici cap. XVIII. expressi leguntur. [e] Nam etiam concesso, [f] a mero jure naturæ non venire hæc interdicta, [g] videri tamen possunt præcepto divinæ voluntatis hæc ivisse in vetitum: neque vero tale id esse præceptum [h] quod solos Hebræos adstringat, sed quod homines universos, colligi videtur [i] ex illis Dei verbis apud Mosem: *Ne polluite vos ulla barum rerum: quia omnibus istis polluti sunt populi, quos vobis advenientibus dispello.* Mox: *Ne facite ullam ex istis rebus abominandis: nam omnes istas fecerunt indigenæ terræ istius, quæ vobis exposita est, unde polluta est terra.*

2. Nam si Cananæi eorumque vicini [k] peccarunt talia faciendo, sequitur ut lex aliqua præcesserit: [m] quæ cum mere naturalis non sit, [n] restat ut a Deo data sit, aut ipsis peculiariter [o] (quod non est verisimi-

a) (DE GRADIBUS AFFINITATIS:) Hactenus egit de gradibus prohibitis in linea recta cognationis, i. e. inter parentes & liberos: hic agit de prohibitione graduum inter affines, & inter cognatos collaterales: De hac prohibitione Author dubitanter ait, etiam concesso a mero jure naturæ non venire hæc interdicta, videri tamen posse jure divino volundario universali in vetitum ivisse: quia Deus ideo exterminavit gentes, quibus proinde talis lex data & cognita esse debuit. *Vid. §. h. n.* 2. Nos demonstravimus supra *propos. XI.* prohibitionem in linea cognationis transversa, & in gradibus affinitatis quibusdam, æque naturalem esse ac in linea recta: Ceterum jus gentium divinum voluntarium universale non dari probavimus *L. 1. c. 1. §.* 15. Vid. *Diss. prooem. III. §.* 12. *seq.*

„b) (OMNIBUS:) tam in linea recta quam „collaterali.

„c) (ET DE GRADIBUS SANGUINIS EX TRANS„VERSO LIMITE:) Quo pertinent fratres & soro„res, item thii, seu illi qui parentum & liberorum „loco sunt.

„d) (QUI LEVITICI CAP. XVIII:) Et qui cap. XX. „repetuntur.

„e) (NAM ETIAM CONCESSO:) Adeoque non „simpliciter statuit Author, prohibitionis caussam „naturalem hic non subesse: Nam aliqualem admit„tit in *n.* 3. *seq.* ubi provocat ad naturalem quandam „verecundiam, quæ non sinit ortus auctores cum sua „sobole, aut in se ipsis, aut etiam per personas sangui„ne aut nuptiali sanguinis commixtione proxime „cohærentes, misceri, ob recentem admodum in „liberis imaginem: Atque hanc caussam valere ait, „ut venientem de eo, quod si natura non præcipit, „certe honestius dictat.

„f) (A MERO JURE NATURÆ:) i. e. a jure „naturæ sociali, vel laxiori sensu sumto.

„g) (VIDERI TAMEN POSSUNT PRÆCEPTO DI„VINÆ VOLUNTATIS IVISSE IN VETITUM:) i. e. „jure positivo universali: Nos jam alibi demon„stravimus jus naturæ sive sociale, sive laxius, item „positivum universale, non dari. Sed unum sal„tem esse jus hominum commune, quod omnes ho„mines natura obligat, quodque ex voluntate divi„na, per rationem nobis declarata, oritur, *Dissert.* „*prooem. I. II. & III.*

„h) (QUOD SOLOS HEBRÆOS ADSTRINGAT:) Quod „præterea colligunt quidam ex repetita voce איש „איש. homo, homo: Ex genio autem linguæ id „significare omnem hominem probat *Selden. de* „*J. Nat. l.* 5. *c.* 11. *pr.*

„i) (EX ILLIS DEI VERBIS AD MOSEN:) Argu„mentum Authoris tale est: Cananæi hanc prohi„bitionem cognitam habuerunt aut a lege naturali „aut a lege revelata; Atqui prius probari nulla ra„tione potest, sequitur ergo a Deo datam esse, non „tantum Judæis, sed etiam aliis gentibus: Nos alibi „jam demonstravimus, Deum nihil humano generi „præcepisse quod non simul ex ratione probari „possit; idque speciatim in prohibitione graduum „verum est:

„k) (PECCARUNT TALIA FACIENDO:) Adeo ut „penitus ideo exterminati fuerint.

„l) (SEQUITUR UT LEX ALIQUA PRÆCESSERIT:) „Peccatum enim et poena supponunt prohibitio„nem præcedentem.

„m) (QUÆ CUM MERE NATURALIS NON SIT:) „Imo est mere naturalis, desumta ab unitate carnis.

„n) (RESTAT UT A DEO DATA SIT:) Est „quidem data a Deo, at non ut jus positivum, nec „per solam revelationem, sed ut jus naturale, quod „per rationem innotescit toti humano generi.

„o) (QUOD NON EST VERISIMILE:) Nulla enim „ratio dari posset cur Cananæis, populo damnato, „legem talem dederit, non vero reliquis Noæ po„steris.

„p) (NEC

simile, [p] nec satis ferunt verba) [q] aut humano generi, [r] sive in prima constitutione [s] sive in reparatione post diluvium. Tales autem leges, quæ humano generi universo sunt datæ, [t] non videntur a Christo abrogatæ, [u] sed eæ demum, quæ Judæos aliis nationibus, *Ephes. II, 14.* quasi sepimento interjecto, disparabant. Cui accedit, quod Paulus *1. Cor. V, 1.* conjugium privigni cum noverca tam severe detestatur: [v] cum tamen nullum de ea re peculiare exstet Christi præceptum; [w] nec ipse alio utatur argumento, quam quod talis commixtio [x] impura habeatur a profanis etiam gentibus, [y] quod verum esse præter alia ostendunt Charondæ leges, quæ tale matrimonium infamia notant: & illud in oratione Lysiæ: συνῴκει ὁ πάντων σχετλιώτατος ἀνθρώπων τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί: *maritus erat ille impurissimus hominum matris ac filiæ:* unde non abit [z] Ciceronis illud pro A. Cluentio in causa non dissimili: *Cap. 6.* nam cum socrum genero nupsisse narrasset: *O mulieris* [aa] *scelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditam!* Seleucus rex cum uxorem suam Stratonicen Antiocho filio nuptam daret, verebatur, [bb] *Vit. Demetr. p. 907.* narrante Plutarcho, ne ipsa offenderetur, τῷ μὴ νενομισμένῳ, *ut re illicita.* [cc] Apud Virgilium est: (Æn. X, 389.)

Tha-

„p) (NEC SATIS FERUNT VERBA:) Locutio „enim illa *nemo hominum &c.* nimis generalis „est. *Vid. Selden. de J. N. L. 5. c. 11. fol. 620.*

„q) (AUT HUMANO GENERI:) Ter enim humano generi legem a Deo publicatam esse asseruit Author supra *l. 1. c. 1.* §. 15. quod examinavimus *ibidem.*

„r) (SIVE IN PRIMA CONSTITUTIONE:) Intelligit hic legem de arbore vetita, *d. l. §. 15.*

„s) (SIVE IN REPARATIONE POST DILUVIUM:) „Intelligit legem Noachicam: *d. §. 15. n. 2.*

„t) (NON VIDENTUR A CHRISTO ABROGATÆ:) „Per legem scl. Evangelii, quam Author tertiam „speciem juris divini voluntarii universalis facit „*d. §. 15.* Nos sæpius diximus Servatorem leges „statuere aut abrogare nec potuisse nec voluisse. „*Diss. prooem. III. §. 45.*

„u) (SED EÆ DEMUM, QUÆ JUDÆOS AB ALIIS „NATIONIBUS, QUASI SEPIMENTO INTERJECTO, DISPARABANT:) Adeoque solæ leges ceremoniales. „*Vid. Grot. prol. §. 48. & L 1. c. 2.* §. 16.

„v) (CUM TAMEN NULLUM DE EA RE PECULIARE EXSTET CHRISTI PRÆCEPTUM:) At inde „non sequitur concubitum cum noverca improbari vi alicujus legis positivæ universalis: Supra „enim diximus talem concubitum pugnare cum „jure naturali, & ideo gentes poenas dedisse.

„w) (NEC IPSE ALIO UTATUR ARGUMENTO:) „Contrariatur hæc ratio Authori, quia necessario „inde sequitur, naturalem esse hanc legem, aliam „enim gentiles non habebant.

x) (Grot.) (IMPURA HABEATUR A PROFANIS ETIAM GENTIBUS:) *Tertullianus* V. adversus Marcionem: *Non desenda secundum legem Creatoris displicuisse illum, qui mulierem patris sui habuit: Communis & publica religionis scentus sit disciplinam.* (Cap. 7.)

„y) (QUOD VERUM ESSE PRÆTER ALIA OSTENDUNT CHARONDÆ LEGES:) Imo Charondas nullam legem de incestu cum noverca tulit, sed os „viduus mortua uxore novercam propriis liberis „superinducat. *Diod. Sic. L. 12. c. 12. p. m.* 278. „*Gron. h.*

„z) (CICERONIS ILLUD:) *Orat. 14. p. m.* 354. „verba de Sassia, Aviti matre, hæc sunt. *Lectum il*„*lum genitalem, quem biennio ante filia sua nubenti* „*straverat, in eadem domo sibi ornari & sterni ex*„*pulsa atque exturbata filia jubet; nubit genero So*„*crus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis* „*omnibus: o mulieris scelus incredibile & præter* „*hanc unam in omni vita inauditum! o libidinem* „*effrænatam & indomitam! o audaciam singularem!* „*non timuisse, si minus vim Deorum, hominum*„*que famam, &c. non limen cubiculi, non cubile fi*„*liæ &c. perfregit ac prostavit omnia cupiditate ac* „*furore; vicit pudorem libido, timorem audacia,* „*rationem amentia:* pag. 398. ita pergit, *qua* (scilicet Sassia) *vitiis animi in deterrimas partes jura* „*hominum convertit omnia, cujus ea stultitia est ut* „*eam nemo hominem, ea crudelitas ut nemo matrem* „*appellare possit, atque etiam nomina necessitudinum,* „*non solum naturæ nomen & jura mutavit: Uxor* „*generi, noverca filii, filiæ pellex, &c.*

„aa) (SELEUCUS REX:) *Vid. Appian. de bell.* „*Syr. n. 127. & 128. & Val. Max. 5. 7.* qui nuptias „has vocat improbas faces, & impium pectoris „vulnus. *Tesm. h.*

bb) (Grot.) NARRANTE PLUTARCHO:) In vita Demetrii: sed & *Appiano* in Syriacis, qui ἀθεμιστίαν πάθος amorem nefandum vocat. (*Pag. 126. Ed. Steph.*

„cc) (APUD VIRGILIUM:) *Æn. 10. v.* 389. Sed & „*Ovid. Heroid. 4. v.* 130. ita canit

„*Nec quia privigno videar coitura Noverca*
„*Terruerint animos nomina vana tuos.*

Thalamos ausum incestare novercæ.

Quæ communis existimatio si a necessario naturæ dictato originem non habuit, [dd] omnino sequitur, ut descendat ex veteri traditione, quæ à divino aliquo præcepto manarit.

3. Hebræi veteres, [ee] non spernandi hac in parte juris divini interpretes, [ff] & qui omnia eorum legit summoque judicio digessit Moses [gg] Maimonides, ajunt earum legum, quæ capite Levit. XVIII. de matrimoniis sunt proditæ, [hh] causas esse duas: priorem naturalem quandam verecundiam, [ii] quæ non sinat ortus auctores cum sua sobole, [kk] aut in se ipsis, [ll] aut etiam per personas* sanguine [mm] aut nuptiali sanguinis commixtione proxime cohærentes misceri: alteram vero, [nn] ne quarundam personarum convictus nimis quotidianus atque inobservatus stupris & adulteriis occasionem daret, si amores tales nuptiis possent conglutinari. Quas duas causas si cum judicio aptare velimus [oo] illis quas dixi divinis in Levitico legibus, facile apparebit in affinibus, qui [pp] in recto sunt limite (ut de parentibus & liberis nihil jam dicam, [qq] quippe quos, ut existimo, etiam sine expressa lege ratio naturalis jungi satis vetat) [rr] item in sanguinis gradu trans-

„De Hyppolito, novercam, concubitum petentem „rejiciente, hæc verba refert Sen. in Hypp. v. 712.
„*Non ipse toto magnus Oceano pater*
„*Tantum expiarit scelus. O Sylva! o fera!*

„dd) (OMNINO SEQUITUR UT DESCENDAT EX „VETERI TRADITIONE QUÆ A DIVINO ALIQUO „PRÆCEPTO MANAVIT:) Cur non a lege naturæ, „i. e. a sensu & ratione communi? Nam ipse Au„thor ad probandum jus naturæ tali argumento „utitur. *Vid. L. 1. c. 1. §. 12. n. 1.* ibi *probabiliter* „*admodum juris naturalis esse colligitur id quod* „*apud gentes, aut moratiores omnes tale esse credi*„*tur. Nam universalis effectus universalem requi*„*rit causam: talis autem existimationis causa vix* „*ulla videtur esse posse præter sensum ipsum commu*„*nis qui dicitur.*

„ee) (NON SPERNENDI HAC IN PARTE JURIS „DIVINI INTERPRETES:) Rationibus id probavit „Author *in proleg. §. 49.*

„ff) (ET QUI OMNIA EORUM LEGIT:) Ac quæ „congessit *Selden de jur. nat. l. 5. c. 11.*

„gg) (MAIMONIDES:) In libro quem inscribit „Halach.

„hh) (CAUSAS ESSE DUAS:) Prior, a verecun„dia desumta, nimium est indefinita, incertum „enim maneret quousque se illa verecundia exten„dere debeat. Posterior ratio prohibitionis est mere „politica, ut evitetur occasio peccandi. Veras causas „exposuimus supra. §. 12.

„ii) (QUÆ NON SINAT ORTUS AUCTORES CUM „SUA SOBOLE &c. MISCERI:) Hæc petitio principii „est, & ratio explicanda, cur id non sinat: dixi„mus id licitum non esse ob unitatem carnis, & ob „turpitudinem, quæ membris genitalibus a natu„ra inest, & quorum detectio omnem reverentiam „evertit.

„kk) AUT IN SE IPSIS:) i. e. inter ascendentes „& descendentes.

ll) (Grot.). (AUT ETIAM PER PERSONAS SANGUINE AUT NUPTIALI SANGUINIS COMMIXTIONE COHÆRENTES:) Philo: ἀδελφαὶ δὲ εἰ καὶ διῄρηται τὰ μέρη γεγόνασιν, ἀλλ᾽ ἐν ἁρμόζονται τῇ φύσει καὶ συγγενείᾳ μιᾷ. *Quanquam enim divisa sunt partes, fraternitatis jus retinent, ac cognatione, ut naturali vinculo, junguntur.* (Locus est *de legib. special.* pag. 782. E. sed qui, si bene expendatur, nihil ad rem facere deprehendetur *I. B.*)

ADDITIO.

„*) (SANGUINE:) quo pertinent illi qui parentum „& liberorum loco, vel una cum parente caro sunt.

„mm) (AUT NUPTIALI SANGUINIS COMMIXTIO„NE:) quo referuntur illi qui concubuere cum iis qui „una caro nobiscum sunt:

„nn) (NE QUARUNDAM PERSONARUM CONVI„CTUS NIMIS QUOTIDIANUS:) Unitatem familiæ „ex naturæ quoque ratione nuptias impedire, pro„bavimus *supra §. XII. prop. VII.*

„oo) (ILLIS QUAS DIXI DIVINIS IN LEVITICO „LEGIBUS:) Circa gradus scl. cognationis ex trans„verso limite *vid. n. 1. in pr.* & circa gradus affi„nitatis. *ibid.*

„pp) (IN RECTO SUNT LIMITE:) i. e. in conju„gibus ascendentium & descendentium.

„qq) QUIPPE QUOS ETIAM SINE EXPRESSA „LEGE RATIO NATURALIS JUNGI SATIS VETAT:) „quod Author probavit ex reverentia, *supra §. 12.* „*n. 2.* quam autem solam non sufficere vidimus „*ibidem.* Rationes prohibendi naturales explica„vimus in *Diss. prooem. XII. §. 176.* Conf. *supra* „*§. 12. propos. IX.*

rr) (ITEM IN SANGUINIS GRADU TRANSVERSORUM

transversorum primo, qui ob ortum a stirpe communi [ss] secundus dici solet, [tt] ob recentem admodum parentum in liberis imaginem, [uu] priorem causam valere, [vv] ut venientem de eo quod natura si non præcipit, certe honestius dictat; cujus generis multa materiam [ww] divinarum humanarumque legem faciunt.

4. Atque ideo Hebræi in recto limite [xx] gradus etiam non nominatos a lege volunt comprehendi, [*] ob notissimam rationis paritatem. Istorum autem graduum [yy] hæc sunt apud ipsos nomina; [zz] Mater matris suæ: [α] mater patris matris suæ: [β] mater patris sui: [γ] mater patris patris sui: [δ] uxor patris patris sui: [ε] uxor patris patris suæ: [ζ] nurus filii sui: [η] nurus filii filii sui: [θ] nurus filiæ suæ: [ι] filia filiæ filii sui: [κ] filia filii filii sui: [λ] filia filiæ filiæ suæ: [μ] filia filii filiæ suæ: [ν] filia filiæ filii uxoris suæ: [ξ] filia filiæ filiæ uxoris suæ: [ο] mater matris patris uxoris suæ: [π] mater patris matris uxoris suæ: id est, ut more loquar Romano, aviæ & proaviæ omnes, pronovercæ, proneptes, proprivignæ, pronurus, prosocrus: [ϱ] quia scilicet & sub agna- tio-

SORUM PRIMO:) Et huc usque propinquis nuptiis abstinebant & Peruani & Mexicani. (Vide *Joann. Letii* Itioerar. *Cap. 17. init. I. B.*)

QUÆST. II.

„Intelligit Author fratres & sorores; de qui„bus late *supra §. XII. prop. IX.*

„ss) (SECUNDUS:) Primus enim gradus est in„ter parentes & liberos, secundus inter liberos.

„tt) (OB RECENTEM ADMODUM PARENTUM „IN LIBEROS IMAGINEM:) Ratio hæc jure na„turæ non concludit; unde Author notanter sit „honestatem saltem id dictare, quæ vero nullam „jure naturæ infert necessitatem. Rationes natu„ræ, cur nuptiæ inter fratres & sorores prohibitæ „sint, allegavit B. Parens supra *prop. IX.* quibus „adde ea quæ dixi in *Diss. prooem. XII. §. 176.*

„uu) (PRIOREM CAUSAM:) A reverentia desum„tam.

„vv) (UT VENIENTEM DE EO QUOD NATURA „SI NON PRÆCIPIT, CERTO HONESTIUS DICTAT:). „Author duo hic errat 1) quod dubitet incestum „natura prohiberi inter eos, qui in gradu sanguinis „secundo, vel in linea affinitatis recta sunt, 2) „quod ex eo quod natura honestius esse ducit, jus „oriri, & Deum ideo universali lege nuptias præ„fatas prohibuisse putet. *Vid. l. 1. c. 2. §. 6.*

„ww) (DIVINARUM, HUMANARUMQUE:) De „divinis forensibus ac de humanis id verum est. „*Vid. L. 1. c. 2. §. 1. n. 3.* & *L. 2. c. 11. §. 1. n. 2.* „Sed de jure aliquo positivo universali id non con„cedimus, tale enim non dari diximus:

„xx) (GRADUS ETIAM NON-NOMINATOS A „LEGE VOLUNT COMPREHENDI:) Ita ut prohibito „gradu primo, omnes ascendentium & descenden„tium gradus prohibiti intelligantur, fecisse in li„nea transversa, ubi nominata persona non intelli„gitur totus gradus prohibitus *Vid. §. 14. n. 1.*

„*) (OB NOTISSIMAM RATIONIS PARITATEM:) „Quia omnes hæ personæ vel concumberent cum „sua carne, vel cum tali quæ cohabitavit cum eo „qui una caro cum illis personis est.

„yy) (HOC SUNT APUD IPSOS NOMINA:) *Vid.* „*Selden. J. N. L. 5. c. 11.*

„zz) (MATER MATRIS SUÆ:) Avia materna.

„α) (MATER PATRIS MATRIS SUÆ:) Proavia „materna.

„β) (MATER PATRIS SUI:) Avia paterna.

„γ) (MATER PATRIS PATRI SUI:) Proavia pa„terna.

„δ) (UXOR PATRIS PATRIS SUI:) Noverca pa„tris.

„ε) (UXOR PATRIS MATRIS SUÆ:) Noverca „matris.

„ζ) (NORUS FILII SUI:) Nepotis uxor.

„η) (NURUS FILII FILII SUI:) Pronepotis uxor.

„θ) (NURUS FILIÆ SUÆ:) Nepotis e filia uxor.

„ι) (FILIA FILIÆ FILII SUI:) Nepotis ex filio „filia.

„κ) (FILIA FILII FILII SUI:) Nepotis e filio „filia.

„λ) (FILIA FILIÆ FILIÆ SUÆ:) Ex filia ne„ptis filia.

„μ) (FILIA FILII FILIÆ SUÆ:) Ex filia nepo„tis filia.

„ν) (FILIA FILIÆ FILII UXORIS SUÆ:) Neptis „privigni.

„ξ) (FILIA FILIÆ FILIÆ UXORIS SUÆ:) Ne„ptis privignæ.

„ο) (MATRIS MATRIS PATRIS UXORIS SUÆ:) „Prosocrus mater.

„π) (MATER PATRIS MATRIS UXORIS SUÆ:) „Prosoceri mater: *Vide de his omnibus Gron. h.*

„ϱ) (QUIA SCL. ET SUB AGNATIONIS NOMINE „COMPREHENDITUR SIMILIS COGNATIO:) Nomi„na agnationis & cognationis sunt inventum joris „civi-

tionis nomine comprehendatur similis cognatio, σ & sub primo gradu secundus, τ & sub secundo tertius, ultra quem υ vix est ut oriri controversia possit, φ cum alioqui, si posset, χ in infinitum eadem futura esset ratio.

5. ψ Has autem leges, ω & ne fratres sororibus miscerentur, αα ipsi Adamo censent datas Hebræi simul cum lege ββ de Deo colendo, γγ jure dicendo, δδ non fundendo sanguine, εε non colendis diis falsis, * non rapienda re aliena; sed ita ut leges conjugales vim suam non exsererent, ζζ nisi post multiplicatum jam satis humanum genus, ηη quod ipso initio sine fratrum & sororum nuptiis contingere nequivit. Neque referre putant quod id a Mose θθ suo loco narratum non sit: quia satis habuit hoc in lege ipsa tacite indicasse, ιι cum gentes extraneas eo nomine damnat. Multa enim talia esse in lege, ** quæ non temporis ordine, sed ex occasione dicantur: unde illa inter Hebræos celebris sententia: In lege*** non esse prius aut posterius, id est, multa referri ὕστερον πρότερον.

6. De

„civilis, per illud enim intelliguntur cognati per „masculos, per hos cognati per fœminas: Jure na- „turæ discrimen hoc cognitum non est, & omnes „ab uno communi stipite, sive per marem sive per „fœminam nati dicuntur cognati, & utrobique „eadem prohibitionis ratio est & causa: Scl. uni- „tas carnis, ac detectio turpitudinis quæ cum reve- „rentia pugnat.

„σ) (ET SUB PRIMO GRADU SECUNDUS:) Cujus „enim filiam uxorem ducere non licet, ejus nec „neptem ducere possumus. *Gron. h.*

„τ) (ET SUB SECUNDO TERTIUS:) Cujus ergo „neptem ducere non licet, ejus nec proneptem.

„υ) (VIX EST UT ORIRI CONTROVERSIA POS- „SIT:) Vix enim eo ætatis homo pervenire solet „ut cum abnepte jungi possit:

„φ) (CUM ALIQUO SI POSSET:) i. e. si abavus „& abneptis simul & eodem tempore viverent.

„χ) (IN INFINITUM EADEM FUTURA ESSET „RATIO:) Atque hinc supra dictum est Adamum, „si reviviscceret, non repertnrum uxorem.

„ψ) (HAS AUTEM LEGES:) Ne descendentes „& ascendentes, eorumque conjuges ducere liceat.

„ω) (ET NE FRATRES SORORIBUS MISCEREN- „TUR:) De qua lege vide *n. 3. & infra n. 6.*

„αα) (IPSI ADAMO CENSENT DATAS HEBRÆI:) „Hoc verum est, at non per relevationem, sed per ra- „tionem animis primorum parentum inditam.

„ββ) (DE DEO COLENDO:) Hæc lex itidem ex „ratione innotescit hominibus, citra legem revo- „latam.

„γγ) (JURE DICENDO:) Hæc quoque lex me- „ri est juris naturalis. *Vide indicem voce judicia.*

„δδ) (NON FUNDENDO SANGUINE:) Quatenus „hæc lex sit juris naturalis explicavimus supra *l. 1.* „*c. 1. §. 15. & l. 1. c. 2. §. 5. Vid. Diss. prooem. III. §. 28.*

„εε) (NON COLENDIS DIIS FALSIS,) *Vid. L. 2. c. 20.* „*§. 44.*

„*) (NON RAPIENDA RE ALIENA:) id præceptum „quoque naturale esse vidimus passim.

„ζζ) (NISI POST MULTIPLICATUM SATIS GE- „NUS HUMANUM.) Adeoque sub conditione, si præ- „ter fratres & sorores alii homines exstiterint.

„ηη) (QUOD IPSO INITIO SINE FRATRUM ET SORO- „RUM NUPTIIS CONTINGERE NEQUIVIT:) Nam cum „Deus solos primos parentes creaverit, & multiplica- „tionem iis injunxerit, (quæ non nisi per fratres & „sorores fieri potuit,) necessario inde sequitur, legem „prohibitionis, ne fratres & sorores nuberent, ad „hunc casum non pertinuisse. Adeoque non de- „fuit lex, & prohibitio naturæ generalis, sed de- „fuit lex in casu hoc speciali, quem Deus a prohi- „bitione generali excepit. *Vid. L. 1. c. 1. § 10. n. 5.* Tantum „hoc dubium visum fuit Peirerio, ut hoc præcipuo „argumento motus, & ne statueret nuptias inter fra- „tres & sorores initas fuisse, præ adamitas effinxe- „rit, cum quibus Adami liberi cohabitassent.

θθ) (Grot) (SUO LOCO NARRATUM NON SIT:). Nam neque lex illa narrata est ex qua Judas Thamarem comburi voluit. Sic Sichemitas Judith recte occisos ait, quod virgini stuprum intulissent, IX, 2. & Ruben patris maledicto feritur ob incestum.

„ιι) (CUM GENTES EXTRANEAS EO NOMINE DA- „MNAT:) Quod enim in extraneis damnat Deus in „suo populo permittere non potuit. *Vid. Tesm. h.* „At dictum est damnationem illam non provenire ex „lege aliqua positiva publicata humano generi, sed „ex ipso naturæ jure.

„**) (QUÆ NON TEMPORIS ORDINE, SED EX OC- „CASIONE DICANTUR:) Idque in prohibitione in- „cestus quoque contigisse ajunt; & Mosen; occasione „legis de incestu, tacite respicere legem putant tem- „poris ordine diu ante humano generi publica- „tam.

„***) (NON ESSE PRIUS AUT POSTERIUS:) Adeo- „que multa, quæ olim prohibita fuere, inferiori „referri tempore, & quæ serius, superiori. *Gron.* „*h.* At omnia hæc gratis dicuntur: Prohibitio „enim

6. De connubio fratrum & sororum verba hæc sunt Michaelis Ephesi ad Quintum Nicomachicorum: τὸν ἀδελφὸν μίγνυσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀδιάφορον ἦν· νόμȣ δὲ τεθέντος μὴ μίγνυσθαι, πολὺ τὸ διαφορὸν: *Fratrem cum sorore concumbere* κκ *ab initio res media erat: at, lege adversus tales concubitus posita, jam multum refert, observetur lex nec ne.* Diodorus Siculus vocat κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων, λλ *communem hominum morem*, ne fratres sororibus jungantur, μμ a quo more Ægyptios eximit: Dion Prusæensis νν barbaros. Seneca scripserat: ξξ *Matrimonia Deorum jungimus, & ne pie quidem, fratrum scilicet & sororum.* οο Plato de legibus octavo talia conjugia vocat μηδαμῶς ὅσια, καὶ θεομισῆ, *minime pia, sed Deo invisa.*

Vide Cajet. in Matth. cap. 10.

Libro v. cap. 27. pag. 16. Ed. Steph.

Pag. 838 A. Ed. H. Steph.

7. Quæ omnia ostendunt ππ veterem famam de lege divina adversus id genus conjugia, ϱϱ unde & vocem nefas de talibus usurpari videmus. Omnes autem fratres & sorores comprehendi σσ lex ipsa indicat, ττ tam agnatos quam cognatos ejus gradus, υυ sive foris, sive domi natos atque educatos comprehendens.

§. XIV.

„enim hæc ex ratione naturali sequitur, non ex lege aliqua positiva universali.

„κκ) (AB INITIO RES MEDIA ERAT:) Imo prohibitio ab ipsa natura est, excepto solo casu primorum fratrum & sororum. *Diss prooem. I. §. 59. sq.*

„λλ) (COMMUNEM HOMINUM MOREM:) Recte: sed hi mores sunt ipsum jus naturæ. Ita enim JCti Romani quoque prohibitionem nuptiarum cum matre, & sorore, non legibus sed moribus tribuunt, *L. 8. ff. Rit. nupt.* quam tamen ex jure naturæ descendere alibi fatentur. *Vid. l. 14. §. 2. Eod.* atque ideo eam juri gentium tribuunt. *Vid. supr. §. 12. n. 3. tit. 66.* JCti enim moribus tribuunt, quicquid lege scripta expressum non est.

„μμ) (A QUO MORE ÆGYPTIOS EXIMIT:) Originem demonstravimus supra.

„νν) (BARBAROS:) De populis Ponticis id testatur *Just. l. 37. c. 3.* de Epirotis. Id. *l. 28. c. 1.* de Babyloniis, Asiaticisque *Arrian. l. 6. 7. Cæsar. dial. 2. inter. 109.* Apud Persas introductas fuisse hasce nuptias tempore Cambysis testatur *Herod. in Thalia*, & pluribus deducit *Seldenus de I. N. l. 5. c. 11. Vid. Tesm. b.* Quin & Græcos eo jure usos esse patet ex *Nepote in præfat. & Cimone 1.* Add. *Ovid. Heroid. 8. pr. heroid. 11. 23.* & *Metam. 9. Herodian. 1. 3. Justin. 11 9. & 24. 2. C. 30. 1. Plat. de republ. 5. p. 461. Tertul, apol. 9. Minut. Fel. Oct. Lamprid. in Commod. 5. Sen. in Octav. v.* 47. vetustissimos regni Peruviani incolas nuptias inter fratres & sorores approbasse ait Garcelasius del Vega *Hist. Yncar. part. 1. l. 1. c. 14.* Yncas vero hunc morem inter privatos mutasse, sibi autem jus nubendi sororibus reservasse tradit Idem *d. l. c. 15.*

„ξξ) (MATRIMONIA DEORUM JUNGIMUS:) Fabulas de Deorum conjugiis cum sororibus ansam dedisse hominibus de sororibus sibi jungendis, probavimus supra *pag. 588.* Vid. *Augustin. de Civ. Dei* 1. 4. & 4. 10. *Lact. l. 1. c.* 10.

„οο) (PLATO DE LEGIBUS OCTAVO:) *P. m.* 838. ibi, *nihil horum fas esse, sed Deo invisa esse & turpium omnium rerum turpissimam. Causa autem nonne hæc est quia nemo aliter hæc ipsa dicit, sed simul ubi nati sumus hæc & dicuntur & audiuntur ab omnibus: tum & in theatrum veluti omnibus nota & pervulgata inducuntur, quando &c. repræsentantur macarei quidam qui cum sororibus clam mixti fuerunt, publicas tamen tantorum scelerum poenas dederunt, quas ipsi sibi illata morte infami spectaculo inflixerunt.*

„ππ) (VETEREM FAMAM DE LEGE DIVINA:) Author igitur ex hoc gentium consensu supponit jus positivum divinum universale præcessisse. Nos id jus non ex fama aliqua de lege divina, sed ex ratione naturali ortum esse demonstravimus.

„ϱϱ) (UNDE ET VOCEM NEFAS DE TALIBUS USURPARI VIDEMUS:) Imo *nefas* ideo dicuntur quod per naturam non licuit. Cæterum verum est, quod id, quod legi divinæ convenit, aliquando *fas* dicatur. *Diss. 1. c. 1.* ibi *fas lex divina est*; adeoque quod ei repugnat, *nefas*.

σσ) (Grot.) (LEX IPSA INDICAT:) Ubi vide Chaldæum paraphrasten: distinxerunt male Spartiatæ, & Athenienses, & quidem diversimode. (Vide SELDEN. *de jure nat. & gent. &c.* Lib. V. Cap. II. & illustr. SPANHEIMII Commentarium in Orat. I. *Juliani* Imp. pag. 89. & *seqq.* J. B.)

ADDITIO.

„Imo ratio naturalis id indicat. *Vid. supr. pag. 586. & seq.*

„ττ) (TAM AGNATOS QUAM COGNATOS EJUSDEM GRADUS &C. COMPREHENDENS:) i. e. tam consanguineos & uterinos, quam germanos. *Lev. 18. v. 9. & 11.* quanquam Spartiatæ & Athenienses distinctionem, & quidem diversimode fecerint. Vid. *Nepos in præfat.:* Conf. ea quæ dicta sunt *supra lit. ττ.*

„υυ) (SIVE FORIS, SIVE DOMI:) i. e. sive ex matre Hebræa sive ex serva & extranea nati. Adde,

§. XIV.

1. [a] Quæ manifesta expressio [b] ostendere videtur discrimen, quod est inter hos [c] & alios remotiores gradus. [d] Nam ducere amitam agnatam vetitum est. [e] At, filiam fratris, qui par est gradus, ducere vetitum non est. [f] Imo ejus facti apud Hebræos exstant exempla. *Nova nobis in fratrum filias conjugia z at aliis gentibus solennia, nec lege ulla prohibita*, inquit Tacitus. Athenis id licuisse ostendit [h] Isæus & Lysiæ vita Plutarchus. [i] Rationem adferunt Hebræi, [k] quia viri juvenes assidue frequentant domos avorum & aviarum, aut etiam in iis habitant simul cum amitis: [l] ad domos vero fratrum minus frequens ipsis est aditus, nec ibi tantundem habent juris. Quæ si recipimus, [m] ut sane rationi sunt consentanea, fatebimur [n] legem de

Annal. XII. c. 6. [h] *Vit. x. orat. p. 836. B.*

„sive vulgo quæsiti sint. *L.* 54. *ff. de Rit. nupt.* „Omnium enim fratrum & sororum eadem est „prohibendi ratio:

„*a*) (QUÆ MANIFESTA EXPRESSIO:) Legis scl. „quæ præcipit ne fratres sororibus misceantur, & „quæ omnes fratres & sorores nominatim compre„hendit:

„*b*) (OSTENDERE VIDETOR DISCRIMEN INTER „HOS:) Fratres scl. & sorores:

„*c*) (ET ALIOS REMOTIORES GRADUS:) Ubi „personarum manifesta expressio facta non est, „quod sequentibus exemplis probat:

„*d*) (NAM DUCERE AMITAM AGNATAM VE„TITUM EST:) Idem verum est de matertera. *Levit.* „*XIX.* 12. *&* 13. *XX.* 19.

e) (Grot.) (AT FILIAM FRATRIS DUCERE VETITUM NON EST:) Talem Abrahamo Saram fuisse *Josephus* putat. (*Ant. Jud.* Lib. I. Cap. XII. §. 1. *Edit. Hudson.*) Idem post datam legem exempla nobis dat in Herode, qui fratris filiam duxerat, & suam filiam fratri Pheroræ desponderat. Vide eum antiquæ historiæ XIV. & XVI. Phineo patruo promissa Andromede; *Ovidius* Metamorphoseon V. v. 10. id postea apud Romanos vetitum permisit Claudius: vetuit Nerva: permisit Heraclius. (Non unus error in hac Nota: I. Fallitur omnino *Josephus*, dum vult *Saram* fuisse filiam fratris *Abrahami*. Illa erat soror ejus ὁμοπάτριος, ut ipse ait *Gen.* XX. 12. ubi vid. Intt. II. Imperator *Nerva*, ubi vetuit ἀδελφιδῆν γαμεῖν, (referente *Xiphilino*, pag. 241. A. *Edit. Steph.*) *filiam sororis*, non *fratris* intelligebat. Vide CUJAC. obs. XIII, 16. & Clariss. NOODT. observ. II, 5. Hic etiam ibidem ostendit, neque post *Senatusconsultum Claudianum* in provinciis licuisse filiam fratris ducere. III. Permissum id ab *Heraclio*, nescio cujus fide statuat Auctor. Ego reperio tantum, Imperatorem illum duxisse *Martinam*, fratris filiam, ut narrant *Zonaras*, *Paulus Diaconus*, &c. J. B.)

ADDITIO.

„Miror doctissimo viro excidisse, nuptias cum „patruo disertis verbis prohiberi *Levit. XIX.* 14. „Sane eadem hic prohibendi ratio obtinet, quæ in „amita:

„*f*) (IMO EJUS FACTI APUD HEBRÆOS EX„STANT EXEMPLA:) Exempla quæ Grotius in no„tis affert, huc plane non pertinent: Abra & Sa„ra fuere consobrini; Herodis factum improbatum „fuit a Johanne Baptista: Referri huc solet Na„choris exemplum qui Milcam Aranis fratris fi„liam duxisse dicitur *Gen. XI.* 29 At filia ea fuit „Arani, non patris Lothi, adeoque non hujus so„ror, *Gen.* 11. *v.* 31. Sed alterius Aran, qui dici„tur pater Melchæ & Jiskæ *Gen.* 11. *v.* 29. Vid. „*Gron. h.*

„*g*) (AT ALIIS GENTIBUS SOLENNIA, NEC UL„LA LEGE PROHIBITA:) Vitellius id ait, homo „scelestissimus: unde conjugium hoc rem pessi„mam vocat Tacitus *l.* 12. *ann. c.* 6. nec ab ullo „imitatum esse, *ibid. c.* 7.

„*h*) (ISÆUS:) Demosthenis præceptor. *Plut.* „*in Demosth. p. m.* 592.

„*i*) (RATIONEM AFFERUNT HEBRÆI:) Qui de„cepti exemplo Abræ & Nachoris tales nuptias „licitas crediderunt, & rationem differentiæ satis „ineptam dederunt.

„*k*) (QUIA VIRI JUVENES ASSIDUE FREQUEN„TANT &c.) Et sic major daretur occasio stupri aut „improbæ consuetudinis, a qua minus temperaturi „erant qui spem haberent justis deinde nuptiis „culpam emendari posse. *Gron. h.* Si vera esset „hæc ratio, sequeretur, si amita extra domum avo„rum, vel fratris filia in domo avorum educaretur, „nuptias cum illa licitas, cum hac illicitas fore:

„*l*) (AD DOMOS VERO FRATRUM MINUS FRE„QUENS IPSIS EST ADITUS:) Cur non? Eadem „facilitate adire possum fratrem quo avum: adeo„que idem metus, eademque occasio stupri hic mi„litaret. Cæterum dictum est, & amitæ & pa„truo nubere æque jure naturæ ac lege divina „prohibitum esse.

„*m*) (UT SANE RATIONI SUNT CONSENTANEA:) „Quam parum hæc rationi conveniant, modo de„monstrabimus.

„*n*) (LEGEM DE NON DUCENDIS AFFINIBUS RE„CTI

de non ducendis affinibus recti gradus,[o] & fororibus, ex quo multiplicari cœptum est humanum genus, [p] esse perpetuam, & hominibus communem, [q] ut quæ honestate naturali nitatur, [r] ita ut & irritum fiat, si quid factum sit adversus hanc legem, [s] ob vitium permanens: at [t] cæteras leges [u] non item, [v] ut quæ cautionem magis contineant, [w] quæ cautio etiam aliis modis adhiberi potest.

2. [x] Certe canonibus antiquissimis, qui [y] apostolici dicuntur, [z] qui duas sorores alteram post alteram duxisset, aut ἀδελφιδῆν, [aa] id Can. XVIII. est, fratris aut sororis filiam, tantum a clero arcetur. [bb] Nec difficilis

„CTI GRADUS:) V. g. vitrico, noverca, genero, „& nuru.

„o) (ET SORORIBUS, EX QUO MULTIPLICARI COE„PTUM EST HUMANUM GENUS:) Initio enim sine „fratrum & sororum nuptiis multiplicari genus hu„manum non potuit. *§. præc. n. 5.*

„p) (ESSE PERPETUAM, ET HOMINIBUS COMMU„NEM: &c.) Nam etiam concesso, a mero jure naturæ „non venire hæc interdicta, videri tamen posse, ait, „præcepto divinæ voluntatis hæc ivisse in vetitum „*vid. §. 13. n. 1.* & quidem præcepto divino universali, „in prima constitutione ipsi Adamo publicata. *ibid.* „*n. 2. & n. 5.* Nos tale jus divinum universale di„versum a jure naturæ non dari, atque has prohi„bitiones ex ipsa naturæ ratione sequi, diximus.

„q) (UT QUÆ HONESTATE NATURALI NITA„TUR:) Rationem honestatis Author ex Hebræjs „paulo ante in eo posuit *quia viri juvenes assidue* „*frequentant domos avorum & aviarum, aut etiam* „*in iis habitant simul cum amitis: Unde metus stu*„*pri:* Quod refutavimus *ibidem.*

„r) (ITA UT ET IRRITUM FIAT SI QUID FA„CTUM SIT ADVERSUS HANC LEGEM:) Scl. posi„tivam universalem: Rationem vide in *Dissert.* „*prooem. III. §. 9. & 10.* Rectius dicimus, ideo irri„tos hos actus esse quia juri naturæ repugnant.

„s) (OB VITIUM PERMANENS:) Ratio enim ho„nestatis, ex hypothesi Authoris, ex jure naturæ „laxiori fluit.

„t) (CÆTERAS LEGES:) Nimirum cum filia fra„tris &c.

„u) (NON ITEM:) Rationem dedit, quia fratri„bus ad domos fratrum minus frequens est aditus, „adeoque nullus stupri metus.

„v) (UT QUÆ CAUTIONEM MAGIS CONTI„NEANT:) Quæ non vetant aliquid per se ac dire„cte adversum naturæ, sed id agunt, ut caveant & „præveniant aliquod incommodum, quod evenire „posset, quodque & alia ratione vitari potest: „*Gron. h.*

„w) QUÆ CAUTIO ETIAM ALIIS MODIS AD„HIBERI POTEST:) Pœnam, scl. statuendo *Vid. §.* „16. n. 1. Frivola mihi hæc ratio videtur, quid „quæso impediret, quo minus etiam nuptiæ cum „sorore & amita pari cautione coerceri possint?

„x) (CERTE CANONIBUS ANTIQUISSIMIS:) Au„thor thesin *n. præc.* propositam (nimirum *fratris* „*filiam ducere lege positiva universali* non æque „*ac sororem & amitam ducere, prohiberi*) authorita„te canonum firmat.

„y) (APOSTOLICI:) De quorum authoritate *vi*„*de L. 1. c. 2. §. 10. n. 9.* & *Proleg. §. 51.*

z) (QUI DUAS SORORES ALTERAM POST ALTE„RAM DUXISSET:) Hæ nuptiæ jure naturæ licitæ „sunt: Imo nec lege divina prohibentur: nisi vi„vente sorore, & ad eam contristandam ducatur.

„Equidem canones nuptias tales prohiberi pu„tant ob paritatem gradus, quia fœmina duobus „fratribus nubere nequit. At rationem differentiæ „alibi dedimus. *Vid. supra §. XII. prop.* X.

„aa) (I. E. FRATRIS AUT SORORIS FILIAM:) „Nuptiæ cum patruo aut avunculo ipso naturæ „jure prohibentur: *d. §. XII. prop. IX.* Quod au„tem canones eos, qui tales nuptias contrahunt, „saltem a Clero arcent, ejus ratio in aprico est; „quia Clerus poenas civiles infligere nequit, eas „enim brachio seculari relinquere solet & debet.

bb) (NEC DIFFICILIS EST RESPONSIO:) Author „ad objectionem, *quod gentes in genere ob conju*„*gia Levitici XVIII. memorata punitæ sint, adeoque* „*naturalis prohibendi ratio subesse videatur,* re„spondet, locutionem illam universalem restringi „ad præcipua ejus capita, ut de concubitu cum „masculis, cum bestiis, &c. non ergo ad conjugia cum „patruo, avunculo; At verum 1) non est locutio„nem illam restringendam esse ad præcipua ejus „capita, nam in *omnibus his* contaminatæ dicun„tur gentes *Lev.* 18. *v.* 24. & postquam omnes „prohibitiones nuptiarum absolvit, Deus tandem „addit, *Omnia enim hæc fecerunt gentes, & abomina*„*tus sum eas. Lev. 20. v. 23.* Quæ regula tamdiu ob„tinet donec probetur casum aliquem sub illa com„minatione non contineri. Sed & supra jam demon„stravimus, rationem prohibendi naturalem in fra„tris vel sororis filia subesse, non vero in uxoris so„rore: adeoque illum casum non hunc sub male„dictione illa contineri. *Dict. prop. IX. & X.*

„*Instat* Author, de singulis personis intelligi il„las minas ideo non posse, quia ibi quoque conti„netur præceptum de non habendis eodem tempore „in matrimonio sororibus duabus: *Lev. 18. v. 18.* Hanc „autem legem non communi humano generi da„tam esse Jacobi exemplo probat: indeque concludit,

lis eſt reſponſio ad id, quod diximus de peccato imputato Cananæis & finitimis populis. Poteſt enim locutio univerſalis [cc] reſtringi ad præcipua ejus capitis, ut de concubitu cum maſculis, cum beſtiis, cum parentibus, cum ſororibus, [dd] cum nuptis alienis, in quorum προφυλακὴν, &, ut Hebræi loquuntur, [ee] præmunimentum additæ ſunt leges cæteræ. Nam de ſingulis partibus ne intelligatur, argumento eſſe poteſt interdictum de non habendis eodem tempore in matrimonio ſororibus duabus: quod in commune datum olim humano generi fuiſſe Jacobi pietas, qui contra fecit, credere nos non ſinit. [ff] Addi poteſt factum Amrami, qui pater Moſis fuit. [gg] Nam & is ante legis tempora amitam duxit uxorem, ſicut [hh] materteras [ii] apud Græcos [kk] Diomedes & [ll] Iphidamas, [mm] Areten fratris filiam † Alcinous.

Euſt. ad Ill. A. verſ 224.
† Idem in Odyſſ. H. verſ. 146.

3. Recte tamen fecerunt Chriſtiani veteres, qui leges [nn] non illas tantum in commune datas, [oo] ſed alias peculiariter Hebræo populo ſcriptas ſponte ſua obſervarunt; imo [pp] & ad gradus quoſdam ulteriores protenderunt verecundiæ fines, [qq] ut hac quoque in virtute non minus quam in cæteris Hebræos antecederent. Atque id pridem factum magno conſenſu ex canonibus apparet. Auguſtinus [rr] de

De Civ. Dei l. xv. c. 16.

„imputationem peccati Cananæis & finitimis populis „factam non ad ſingula, ſed ad præcipua ejus capitis pertinere: Reſp. Veroſimile eſt harum perſonarum prohibitionem ex errore ejus qui libros „hos compilavit illis gradibus, qui jure gentium „prohibentur, junctam eſſe: Quod vel exinde probatur, quia Levitici XX. ubi omnes illæ prohibitiones addita pœna repetuntur, nulla mentio fit nuptiarum cum duabus ſororibus.

„cc) (RESTRINGI AD PRÆCIPUA EJUS CAPITA:) „Diximus rationem generalem eſſe, in *omnibus* „*enim his* contaminatæ dicuntur gentes:

„dd) (CUM NUPTIS ALIENIS:) Eſſet enim adulterium.

„ee) (PRÆMUNIMENTUM, ADDITÆ SUNT LEGES CÆTERÆ:) Quo modo cæteræ leges *præmunimentum* præcipuorum capitum dici poſſint non „percipio: Ratio communis eſt, & ad omnia capita pertinet, excepto, uti vidimus, concubitu cum „duabus ſororibus.

„ff) (ADDI POTEST FACTUM AMRAMI:) *Vid.* „*Exod. c. 2. v. 1. ſeq. c. 6. v. 20. Num. 26. v. 59.*

gg) (NAM ET IS ANTE LEGIS TEMPORA AMITAM DUXIT UXOREM:) Scilicet Jochabedam Levi filiam. *Num. 26. v. 59.* At Jochabedam non „fuiſſe filiam Levi ſed ejus abneptem evidentiſſime „demonſtravi *ſupra pag. 585.*

„hh) (ET MATERTERAS:) Pauciſſima exempla „quorundam hominum, inprimis potentiorum, in „ſeculis illis barbaris non inferunt jus naturæ, neque „inde ſequitur toti genti id commune fuiſſe: jure „Romano has nuptias prohibitas fuiſſe certum eſt. „*Vid. Diſſert. proœm. XII. §. 176. n. 17. lit. t. & u.*

ii) (Grot.) (APUD GRÆCOS:) Et Caſtori avunculo deſponſam Electram ex *Euripidis* Electra diſcimus. (*verſ.* 312.)

„kk) (DIOMEDES:) Ægialiam Adraſti filiam, cujus „ſoror Deſpyle fuerat, Tydes uxor, Diomedis ma„ter. *Apollod. 2. p. 40. Gron. h.*

„ll) (IPHIDAMAS:) Theano eiſſæ, qui avus maternus Iphidamantis Antenoridæ fuit, filiam. *Homer. Ill. 12. v. 224. Gron. h.*

„mm) (ARETEN FRATRIS:) Rhexenoris, qui „communem cum Alcinoo patrem Nauſithoum „habuit, filiam. Homer. *Odyſ. 8. v.* 146. Vid. „*Gron. h.*

„nn) (NON ILLAS TANTUM IN COMMUNE DATAS:) i. e. hominibus univerſis: quo refert nuptias „inter parentes & liberos, inter fratres & ſorores, „ac cum amita:

„oo) (SED ALIAS PECULIARITER HEBRÆO POPULO SCRIPTAS:) At diximus, legem quoque *de* „*fratris filia non ducenda, & de ſororis filio non* „*nubendo*, non eſſe peculiariter Hebræo populo da„tam, ſed ex ratione naturali ortam.

„pp) (ET AD GRADUS QUOSDAM ULTERIORES:) „Scl. ad quartum gradum tum conſanguinitatis „tum affinitatis incluſive: *C. p. X. de Conſang. &* „*aff. Coler. deciſ. 2. Carpz. p. 2. def.* 79. & 88.

„qq) (UT HAC QUOQUE IN VIRTUTE NON MINUS QUAM IN CÆTERIS HEBRÆOS ANTEIRENT:) „Vera

rr de patruelium & consobrinorum conjugiis inter Christianos loquens: *Raro*, inquit, *per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana: veruntamen factum etiam licitum* ss *propter vicinitatem horrebatur illiciti.* Hanc morum verecundiam leges regum ac populorum secutæ sunt: sicut tt Theodosii constitutio patruelium & consobrinorum conjugia vetuit, laudante id factum, ut pietatis plenum Ambrosio. *Epist.66.*

4. Sed sciendum simul est, uu non quod vetitum est fieri lege humana, si fiat, irritum quoque esse, nisi & hoc lex addiderit, aut significaverit. vv Canon Eliberinus LX. Si quis post obitum uxoris suæ ww sororem ejus duxerit, & ipsa fuerit fidelis, per quinquennium eam a communione abstinet: xx eo ipso ostendens manere vinculum

„Vera ratio hodiernæ extensionis canonicæ est spes „lucri, & dispensationis præmium.

rr) (Grot.) (DE PATRUELIUM & CONSOBRINORUM:) Aeschilus Danaidibus (imo *supplicibus*, pag. 309. *H. Steph.*. ubi de Danaidibus) vocat λέκτρα ἂν θέμις εἴργει, *cubilia quæ jus prohibet*, & ait, sic μιαίνεσθαι γένος, *fœdari genus.* At Scholiastes addit illegitimas fuisse tales nuptias, quod adhuc viveret virginum pater, quasi justæ futuræ fuerint eo mortuo, ex lege τῶν ἐπικλήρων. In oratione Sp. Ligustini civis Romani apud *Livium* est: (Lib. XLII. c. 34.) *Pater mihi uxorem fratris sui filiam dedit.* Vide & *Plauti* Pœnulum. (v. *3.* 73.)

ADDITIO.

„Jure Digestorum liberi duorum fratrum vel sororum nubere invicem non prohibentur; neque „prohibendi ratio naturalis hic subest, uti demon„stravimus supra §. 12. *propos. IX.* conf. *Carpz.* „*Jurispr. consist. L.* 2. *def.* 78. Apud Romanos ta„men statutum esse, ne sine indulto principis nu„ptiæ hæ contraherentur ex notis Grotii adparet. „Conf. *Farnesium ad Cassiod. l. 7. Var.* 46. *Jul.* „*Capitol. in Anton. Phil. c. 1.*

„*ss*) (OB VICINITATEM:) Quod explicat Au„gustinus *L.* 15. *de Civ. Dei c.* 18. *Quod fiebat cum* „*consobrina, pene cum sorore fieri videbatur, quia* „*& ipsi inter se, propter tam propinquam consan*„*guinitatem fratres vocabtur, & pene germani sunt.*

tt) (Grot.) (THEODOSII CONSTITUTIO:) *Victor* de eo. (Epit. c. 48.) *tantum pudori tribuens & continentia, ut consobrinarum nuptias vetuerit, tanquam* „*sororum.* Meminit & *Libanius* oratione de Angariis. Exstat Arcadii & Honorii lex ejusdem sensus, quæ tertia est C. *Theodosiano de incestis nuptiis.* Concedi tamen principum indulto solitas nuptias tales ostendit lex Honorii & Theodosii minoris alia eodem codice titulo: *si nuptiæ ex rescripto petantur.* Secuti & Gotthi reges. *Cassiodorus* VII, 46. *Hoc prudentes viri sequentes exemplum, longius pudicam observantiam posteris transmiserunt, reservantes principi tantum beneficium consobrinis nuptiali copulatione jungendis.* Ubi & formulam habes talis veniæ principalis. (*Arcadius* & *Honorius*, qui primo imperio anni patris sui constitutionem firmarant, post annos aliquot, permiserunt matrimonium inter consobrinos, & constitutionem hac de re editam *Justinianus* in codicem suum retulit, *L.* 19. *C. de nuptiis.* Vide Interpretes ad *Instit.* Tit. *de Nuptiis.* §. 4. & præsertim magnum interpretem *Codicis Theodosiani*, JAC. GOTHOFREDUM, in titulos ab auctore nostro indicatos. *J. B.*)

ADDITIO.

„Conf. *L. un. C. Theod. Si nupt. ex rescr. l.* 2. *C.* „*de incest. nupt.*

uu) (Grot.) (NON QUOD VETITUM EST LEGE HUMANA, SI FIAT IRRITUM QUOQUE ESSE:) In Agathensi Concilio post commemorata conjugia vetita, & inter ea de relicta fratris, additur: *Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea, quæ hactenus sunt constituta, non solvamus.* Retulit id *Gratianus* in quæstione II. & III. causa xxxv, c, 8. Simile quod a *Paulo* in sententias relatum est libro II. tit. XIX. §. 2. sine parentum consensu contractas nuptias injustas esse, sic tamen, ut non dissolvantur; nisi forte hæc postrema verba Anianus addidit. *Tertullianus* de conjugio cum infideli agens *ad uxorem secundo, cap.* 2. ait dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quam omnino disjungi. Vide infra §. XVI. (Apud *Paulum* vel legendum, vel subintelligendum, *sed contracta*, (matrimonia scilicet) (*voluntate ejus* Parentis) *non solvuntur*, ut olim nimirum id fieri poterat. Vide omnino Notam Eruditissimi SCHULTINGII in hunc locum: qui proinde nihil ad rem facit. *J. B.*)

ADDITIO.

„Adde quæ diximus supra *n.* 1. *Add.* §. 10. §. 12. *n.* 1.

„*vv*) (CANON ELIBERINUS:) Statutus in con„cilio Eliberitano (dictum ab Elvira urbe Hispa„niæ) de cujus tempore variant scriptores; pleri„que ad annum 305. referunt. *Vid. Pict. de la relig.* „*chret. part.* 2. *f.* 148. *& p.* 449.

ww) (Grot.) (SOROREM EJUS DUXERIT:) Lex Longobardica lib. II. c. VIII, 3. *quia canones sic habent de duabus sororibus, sicut de duobus fratribus.*

„*xx*) (EO IPSO OSTENDENS MANERE VINCU„LUM MATRIMONII:) Non enim jubetur abstine„re a cohabitatione.

lum matrimonii. [yy] Et ut jam diximus, [zz] in canonibus, qui Apostolici dicuntur, qui duas sorores duxerit, aut fratris filiam, [a] tantum clericus fieri prohibetur.

§. XV.

I. [b] Ut ad alia pergamus, observandum hoc est, [c] concubinatum quendam [d] verum ac ratum esse conjugium, [e] effectibus quibusdam juris civilis propriis privetur, [f] aut etiam effectus quosdam naturales impedimento legis civilis amittat. Exempli causa, [g] inter servum & ancillam jure Romano contubernium esse dicitur, non matrimonium: attamen [h] ad ipsam conjugii naturam nihil deest in tali consociatione, quæ propterea in antiquis canonibus γάμος nomine appellatur. [i] Sic inter hominem liberum & ancillam concubinatus dicitur, [k] non matrimonium: [l] quod deinde imitatione quadam ad alias

,,yy) (ET UT JAM DIXIMUS:) *supra n. 2.*

,,zz) (IN CANONIBUS QUI APOSTOLICI DICUN-,,TUR:) De quorum authoritate & fide supra *L. 1.* ,,*c. 2. §. 10. n. 9.* egimus.

,,a) (TANTUM CLERICUS FIERI PROHIBETUR:) ,,Adeoque subsistit matrimonium. *Vid. tamen supra* ,,*lit. aa.*

,,b) (UT AD ALIA PERGAMUS:) Author. in ,,genere explicavit requisita conjugii legitimi, *§. 8.* ,,*§. 9.* & quando conjugium ratum sit vel non. §. ,,10 *seq.* Hic jam quæstionem movet, *an concu-* ,,*binatus sit verum ac ratum conjugium?* Eamque ,,affirmat, si fœmina talis sub custodia mariti est, ,,& fidem ei dedit. *§. 15. n. 2.* Jura enim, tum ,,quæ ex jure naturæ, tum ex jure civili concubi-,,næ competunt, lege civili ob utilitatem publi-,,cam tolli posse ait *§. 15. n. 1.* Cæterum, talem con-,,cubinatum neque jure naturæ neque in statu legis ,,christianæ improbati statuit, *§. 15. n. 2.* idque ,,ex conciliis & legibus Imperatorum christiano-,,rum probat *ibid.* Quod ut porro demonstret, ad-,,dit, prohibitionem legis civilis non reddere ma-,,trimonia irrita, sed pœnis saltem obnoxia. §. 16.

,,c) (CONCUBINATUM QUEMDAM:) Si scilicet ,,ea lege mas & fœmina se jungunt, ut hæc uni & ,,soli mari perpetuo cohabitet, at non ut socia ,,omnium fortunarum. Omnis igitur concubinatus ,,qui non contrahitur ea lege, est fornicatio, etiam ,,jure civili, nec ulla inde oritur obligatio. *L. 1. l.* ,,*3. §. 1. de concub.*

,,d) (VERUM AC RATUM ESSE CONJUGIUM:) ,,Est enim maris ac fœminæ conjunctio individuam ,,vitæ consuetudinem continens.

,,e) (ETSI EFFECTIBUS QUIBUSDAM JURIS CIVI-,,LIS PROPRIIS PRIVETUR:) Huc pertinet, quod ,,vir non possit concubinam de adulterio accusare ,,jure mariti, sed saltem jure extranei. *l. 13. ff. adult.*

,,f) (AUT ETIAM EFFECTUS QUOSDAM NATU-,,RALES IMPEDIMENTO LEGIS CIVILIS AMITTAT:) ,,Imo nulli sunt effectus naturales qui amittuntur ,,impedimento legis civilis: Quod enim concubi-,,na non sit socia omnium fortunarum, quod ,,jura mariti cum ea non communicentur, quod ,,liberi non succedant, &c. id ex ipsa ratione na-,,turæ, non ex impedimento legis civilis sequitur: ,,tali enim lege concubina transit in dominum viri: ,,quilibet autem de suo jure disponere potest.

g) (INTER SERVUM ET ANCILLAM JURE ROMANO CONTUBERNIUM ESSE DICITUR:) Hoc est verum conjugium, ubi omnia quæ jure naturæ circa matrimonia statuta sunt, obtinent: sed quia jure Romano pleraque beneficia conjugii, utpote quæ solis civibus propria erant, in servis cessabant, hæc conjunctio maris & fœminæ non matrimonium sed contubernium vocabatur: *Vid. sup. l. 1. c. 3. §. 3.*

ADDITIO.

,,Est quidem verum conjugium, sed cum non ,,valeat nisi ex consensu domini, dominus autem ,,plenissimum jus in personas & res servorum ha-,,beat, sponte & ex ipsa ratione naturali sequitur, ,,effectus veri conjugii, quatenus commodum ali-,,quod continent, cessare in servis, quia commoda ,,illa ad dominum pertinent jure dominii. *Vid. lit. k.*

,,h) (AD IPSAM CONJUGII NATURAM NIHIL ,,DEEST:) Nam duo consentiunt de cohabitando ,,perpetuo.

i) (SIC INTER HOMINEM LIBERUM ET ANCILLAM CONCUBINATUS DICITUR:) Ex eadem ratione, quia soli cives Romani matrimonium contrahunt, servi autem & servæ juris civilis sunt incapaces.

k) (Grot.) (NON MATRIMONIUM:) At serviles conjunctiones nuptiæ dicebantur in Græcia, Carthagine, in Apulia. Prologus ad Casinam Plauti. Sic & in legibus Longobardorum libro II. tit. XII, 10. & XIII, 3. & lege Salica tit. XIV. §. 11. Sed sine consensu dominorum non valuisse conjugia talia apud Hebræos, notatur ab ipsis ad *Exodum* XXI. ubi talium nuptiarum mentio, & apud Græcos Christianos, a *Basilio* in suis concionibus. (*Ad Amphiloch.* Can. 42.) Solitam etiam a principe veniam impetrari ducendæ mulieris, quæ inæqualis esset conditionis, videmus apud *Cassiodorum* VII, 40.

,,l) (QUOD DEINDE IMITATIONE QUADAM AD ALIAS

„ALIAS PERSONAS DISPARIS QUALITATIS PROMUCTUM EST:) Huc quoque pertinet conjugium ad Morganaticam, *Vid. Grot. infra c. 7. §. 8. n. 3.* vel rectius conjugium Morganicum.

„De origine vocis *Morganatica* variæ sunt Doctorum sententiæ, quas congessit B. Parens in dicta dissertatione sectione II. ubi ita disserit.

„Cum legis Morganaticæ mentio rarissime occurrat, solliciti fuere Doctores, quis ejus sensus, quæve origo esset: &, cum obscura & barbara vox sit, suspecta esse cœpit, adeo, ut omnes prope crediderint corruptam eam esse ab authoribus feudorum, & ignorantia sermonis *Morganaticam* dici pro *Morgengabica*, & hanc Longobardicam vocem detortam esse ex Teutonica Morgengabe. Ita D. Strauch, *de Jur. Publ. tit. 32. §. 5. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 8.* Struv. *in Syntagm. I. Feud. lib. 9. §. 4.* Rittershus. *in Partition Iur. Feud. lib. 1. c. 11. lib. 2. cap. 3. n. 3.* & plures alii.

„Verum enim vero, salvo cuique judicio suo, nullam minus quam hanc sententiam probandam credimus, & quamvis potius explicandi rationem admittimus quam illam, qua statuitur vocem Morgengabæ Longobardis adeo incognitam fuisse, ut illi, errore Linguæ, pro Morgengabica lege, Morganaticam dixerint.

„Nam contra, nomen Morgengabæ nemini notius ac familiarius fuit quam Longobardis, & nullis legibus usitatius, ac tritius quam Longobardicis: quippe expressa illa vox est in *lib. 1. tit. 9. leg. 2. lib. 2. tit. 1. leg. 4. & leg. 8.* (ubi & explicatur) *d. lib. 2. tit. 4. leg. 1. & 4. tit. 12. leg. 1. tit. 14. leg. 15* Ut adeo certum sit, Longobardos nec esse deceptos, nec potuisse decipi errore verbi sibi familiarissimi, & quasi vernaculi. Et quis ergo credet, eos vocem Morgengabicæ, sibi notissimam ac tritissimam, imperitia linguæ mutasse, & detorsisse in ignotam ac barbaram Morganaticæ?

„Alia itaque indubie nominis ratio est. Ut omissis aliis conjecturis, sententiam nostram de vocis hujus sensu atque origine, salvo omnium judicio, paucis aperiamus, arbitramur, legem Morganaticam idem esse, quod hodieque in urbibus inferioris Germaniæ, ceu antiquis Longobardorum & Suevorum sedibus, dicitur: Morgensprach: Nam, cum constet, Germanis legem, seu decretum dici ein Spruch, vox, Morgensprach, erit *Morganaticum Decretum*; Decretum autem species legis est, *§. 6. instit. de I. N. & Civ.*

„Remansit vero vox illa in conventibus & collegiis opificum. Quæ dicuntur Morgensprach, & qui iis e magistratu præsident, Morgensprachs-Herrn. Quæ appellatio usitata est Coloniæ Agrippinæ, Bremæ, Lubecæ, & in aliis vicinis urbibus, ubi Suevi, seu Longobardi (qui Feudorum Authores, & e Suevorum populis erant) sedes suas olim habuere: scl. versus littora Borealia & Rhenum.

„Hoc evidens est ex Gylmann, *Symphorem. Tom. I. Part. I. tit. 3. fol. 161.* in supplic. auf den Religions-Frieden in causa civium Coloniensium, contra Bürgermeister und Rath der Stadt Cöln, ubi hæc verba: jedoch solchem allen entgegen, haben die Bürgermeister und Rath der Stadt Cöln nechst verschiedenen 87sten Jahres den 6ten April ein NB. öffentlich Edict, oder, wie sie es nennen, ein Morgensprach publiciren, und darinn allen Bürgern und Einwohnern daselbst öffentlich, und bey hohen schweren bestimmten Pœnen gebieten lassen &c. En, quam aperte asseratur Edictum publicum, ibi dici ein Morgensprach, seu *Morganaticum Edictum:* Et mox in *fin. d. Supplic.* hæc habentur: Darinnen jhnen samt und sonders geboten werde, NB. angedeutete Morgensprach wieder aufzuheben, und sich gleichmäßigen gebiethens und verbiethens zu enthalten Idem apparet ex Statutis Lubecensibus *part. 4. tit. 13. art. 3.* Die Ämte in unser Stadt, und da Lübisch Recht gehalten wird, wann dieselbige wollen Morgensprach halten, zu dieser Stadt und ihres Amts besten, denen sollen die Wette-Herren jederzeit beywohnen, &c. So ist ihnen auch damit über die ordentliche Morgensprach keine andere zu halten, welche der Stadt zu wieder seyn, &c. Ein jeder in 3. Rthlr. Strafe genommen, und darzu der Morgensprach verlustig, und des Amts frey seyn. Atque ita Mev. *ad d. art. 3. n. 19. Appellatur*; ait, *iste conventus Ordinarius*, die ordentliche Morgensprach, *quia consuetum fuit eos quotannis ordinarie convenire.* Bremæ quoque rem vocemque hanc usitatissimam esse, certum est.

„Confirmatur hoc maxime ex *2. F. 29. ibi: Mediolanenses dicunt ad Morganaticam, alibi lege Salica.* Ergo apud Longobardos lex Morganatica idem est, quod alibi (scilicet apud Francos) lex Salica. Siquidem vox Sala, Saal, itidem significat conventum: nam Sala, palatium, curia, unum idemque sunt; locus scilicet ubi conventus publici fiunt, & pro ipso quoque conventu accipiuntur, uti vulgo notum est. Itaque hoc modo Morganaticum, & Salicum significatione quoque conveniunt, & lex Morganatica, vel Salica, est lex publica, seu in publico conventu, ac curia vel Sala edita: uti in pluribus adhuc prædictarum terrarum locis.

„Unde autem vox *Morgan*, a Germanis olim pro conventu publico accepta sit, vix vestigia supersunt, neque in re tam antiqua, tantoque silentio, certi quid definimus. Licebit tamen aliquam qualemcunque conjecturam afferre. Videtur scilic. vox Morgan significasse terram, seu locum communem, aut publicum, a nomine *gan*, quod est commune, seu publicum, ut in verbo Gan-Erben, id est, gemeine Erben, per *Ord. Cam. part. 2. tit. 13.* verb. zu der Gemeinschafft, & verbis: die gemeine Erben. *Wurmſ. Exerc. 8. quæst. 9.* Terra autem videtur olim Germanis quandoque dicta Mor. uti in prædictis locis adhuc quædam terræ communes dicuntur die Möre, Cambden. *in Britann. p. 470.* ait: *Et Britannis* (qui in quibusdam vocibus antiquum usum Germaniæ, incorruptius quam ipsi Germani servant,) Marga (seu Morga) *genus terræ, qua agros aluerunt, denotavit.* Et *pag.*

 „22.

alias perſonas diſparis qualitatis productum eſt; ut Athenis [m] inter civem & peregrinam, unde Servius ad illud [n] Virgilii (*Aen.* VII, 248.)

Suppoſitos de matre nothos furata creavit:

Nothos interpretatur materno genere ignobiles & obſcuros. Apud Ariſtophanem avibus qui dixerat: νόθος γὰρ εἶ, καὶ οὐ γνήσιος, dictum probat ὤν γε ξένης γυναικὸς: *quippe cum ex peregrina natus ſit.* Et apud Ælianum γνήσιος definitur ὃς ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν, *qui utroque parente cive natus ſit.*

Verſ. 1649. *Var. Hiſt.* VI, 10.

2. Atqui ſicut in ſtatu naturæ [o] inter tales, quales jam diximus, [p] conjugium verum eſſe potuit, ſi fœmina eſſet ſub cuſtodia maritali, & fidem

„22. *Quæ apud Plinium latinis terra adeps, Gallis* „*Marga, Britannis* Marle. Quin & jugera ter- „rarum, adhuc nobis Morgen dici, omnibus „notum eſt. Conſtat vero, Germanos olim con- „ventus publicos in campis, & ſine dubio in lo- „cis publicis habuiſſe.

„Cæterum, etſi de ſenſu legis Morganaticæ, „quem expoſuimus, nulli dubitemus, tamen „quod de voce Morgen diximus, pro mera ſal- „tem conjectura habebimus, aliam vero proprio- „rem lubentes admiſſuri.

„*m*) (INTER CIVEM ET PEREGRINAM:) Au- „thor Pericles, quæ in ipſius caput recidit, amiſ- „ſis legitimis liberis. *Plutarchus. Vid. Gron. h.* „Emanuelis Sabaudiæ Ducis ſimile edictum refert „Thuanus 50. *p. m.* 1038.

„*n*) (VIRGILII:) *Æneid.* 7. *v.* 283.

„*o*) (INTER TALES QUALES JAM DIXIMUS:) Scl. „ſervos & ancillas, cives & peregrinas &c.

„*p*) (CONJUGIUM VERUM ESSE POTUIT SI FOE- „MINA ESSET SUB CUSTODIA MARITALI ET FI- „DEM &c) Natura enim ad matrimonium nihil „aliud requiritur quam conſenſus de cohabitando „cum uno viro eoque ſolo.

„Cum hæc quæſtio, inter Theologos præcipue, „ventilata admodum ſit, eam curatius paulum exa- „minare operæ pretium erit.

„I. Alibi probavimus nullam conjunctionem li- „citam eſſe inter marem & fœminam niſi eam quæ „fit *ad individuam vitæ conſuetudinem*: Quia cer- „titudo patris, quæ jure naturæ requiritur, aliter „haberi nequit. Conſ. *Diſſ. prooem. XII.* §. 141. „*ſeq.* §. 173. *ſeq.*

„II. Mas & fœmina, talem individuam vitæ „conſuetudinem contrahentes, legem dare contra- „ctui poſſunt: & vel paciſci ut fœmina *uxoris* loco „habeatur, vel ut ſaltem ſit *concubina.*

„III. Si *uxoris* loco habetur, fœmina fit ſocia „omnium fortunarum mariti, & cum ea omnia ju- „ra ſacra & humana communicantur: Liberi ex „tali conjunctione nati ex voto parentum conti- „nuant familiam, i. e. in omnia ejus jura ſuccedunt. „&c.

„IV. Si *concubina* eſt, non participat de fortuna „& juribus mariti, nec liberi ex tali concubitu na- „ti ſuccedunt, ſed alimenta tantum illis debentur.

„V. Talis autem contractus, & talis conventio „inter marem & fœminam jure naturæ licita eſt. „Nam 1) uterque diſponit de ſuo jure, de uſu ſui „corporis, qui ſub certa quoque lege, ne fœmina „de juribus familiæ participet, concedi poteſt: prout „proinde partes de jure ſuo diſponunt ita jus eſt. „2) Certitudo patris hic æque ac in juſtis nupti- „is adeſt, nam ſupponimus fœminam & concu- „binam non niſi uni mari cohabitare: adeoque „officia inter parentes & liberos ſalva ſunt. Ne- „que 3) liberis ſit injuria, cum enim omnia jura „a patre & ex ejus voto habeant, in arbitrio pa- „tris eſt quæ jura liberis communicare velit: Ne- „que parentes liberis præter educationem, ſub qua „alimenta continentur, aliquid debent.

„Ex ſacra hiſtoria apparet, hunc *concubinatum* „inter Patriarchas admodum uſitatum fuiſſe, & „concubinas eorum non participes fuiſſe dignitatis „familiæ. Hagar erat ancilla Ægyptia; Sara eam „marito ſuo in uxorem dedit, *Gen.* 16. *v.* 1. *ſeq.* „ut ſuſciperet ex ea liberos: Manebat hæc ancilla „ſub imperio Saræ, & cum oſtenderet heram, hæc „eam caſtigavit: *d. c.* 16. *v.* 5. & 6. Ipſe Deus fu- „gientem revocavit, juſſitque ut ſub manu heræ ſe „humiliaret: *ibid. v.* 9. Tandem vero ad preces in- „ſtantes Saræ, & juſſu Dei ejecta e domo eſt. *ibid.* „*v.* 10. & 12. Idem Abrahamus poſt obitum Sa- „ræ non aliam uxorem duxit, ſed concubinam Ke- „turam. *Gen.* 25. *v.* 1. *ſeq.* & 6. Sic Jacob ha- „buit concubinas Balam & Zelpham *Gen.* 35. *v.* 22. „*ſeq.* Eliphatæ concubina fuit Timnat. *Gen.* 36. „*v.* 12. & 16. Liberi ex his concubinis nati non „ſuccedebant liberis legitimis exſtantibus. Abra- „hamus enim filiis concubinarum largitus eſt mu- „nera, & ſeparavit eos ab Iſaaco filio ſuo, idque „de Iſmaele, *Gen.* 21. *v.* 10. *ſeq.* & liberis Keturæ „*Gen.* 26. *v.* 5. & 6. diſerte traditur in ſacra hi- „ſtoria:

Neque *obſtat*, liberos ex concubina Bala & Zel- „pha Jacobo natos, cum reliquis liberis æquo jure „ſucceſſiſſe: Reſp. jure adoptionis; nam ea lege „ab uxore dabantur in conjugium marito, ut NB. „ex illis liberos ſuſciperent; & maritus conſentie- „bat; adeoque liberi reputabantur eſſe uxorum.

„*Inſto*, Hagarem quoque ea lege uxorem da- „tam fuiſſe Abrahamo, neque tamen filium ſuc- „ceſſiſſe. Reſp. durum hoc ipſi Abrahamo viſum „fuit, indeque noluit conſentire in exhæredatio-

„nem, & juſſu demum Dei eum ſucceſſione privavit. *Gen.* 21. *v.* 12. *ſeq.*

„Apud Romanos conjugia cum *concubinis* maxime in uſu fuere. Atque has tunc plerumque viri ſibi jungere conſuevere, vel ubi prohibitum fuit talem perſonam in uxorem ducere; vel ubi liberi jam ex juſto matrimonio exiſtebant, quibus ſpem hæreditatis intervertere patres noluerunt; quod exemplis plurium Imperatorum probat celeberrimus Heineccius, *in Antiq. Rom. append. ad. l.* 1. §. 41.

„Romani itidem talem concubinatum demum admiſerunt, qui contineret *individuam vitæ conſuetudinem*, adeoque ubi fœmina, quæ cum uxor non eſſet, cum mare uxoris loco ſine nuptiis in domo ejus vivebat, *L.* 144. *V. S.II. Eclog.* 2. *c.* 144, indeque in poteſtate viri conſtituta fuit. Nam in tali fœmina, intuitu certitudinis partus, eadem ratio obtinet quæ in uxore legitima: Non enim ferendum eſt, eum qui cum concubina aſſidue moratus eſt, nolle filium agnoſcere quaſi non ſuum. *arg. L.* 6. *ff. His qui ſui &c.* Cum hae concubina igitur eſt matrimonium quidem, ſed illegitimum, & injuſtum; *L.* 37. *Municip. l.* 13 *Adult.* (quia ſcilicet ſolennitates veri matrimonii non adhibentur) uxor vocatur gratuita, & ſodalitiaria, *Heinecc. d. l.* §. 38. Conjugium cum ea eſt, ſed inæquale, *L.* 3. *C. Nat. lib. ibique Goth.* indeque inter concubinam & uxorem nil niſi dignitate intererat. *L.* 49. §. 4. *Leg.* 3.

„Hinc in dubio quoque nuptiæ præſumebantur, (non concubinatus) ſi quis cum honeſta fœmina conſuetudinem habuit; *L.* 24. *Rit. nupt l.* 31. *pr. Donat. l.* 9. *l.* 13. *c. de Nupt. Alciat.* 3. *præſ.* 38. niſi aliud teſtato declaraverit: *L.* 3. *Concub. Goth. ad l.* 7. *C. Divort.* Nam a ſola animi deſtinatione, *L.* 4. *Concub.* a ſolo delectu, *Paul. l.* 2. *ſent.* 20. & a maritali affectione *L.* 31. *pr. Donat.* dependebat, utrum concubina an uxor eſſet.

„Vera igitur differentia uxoris & concubinæ apud Romanos in eo conſiſtebat, (1) Quod *uxor* fuerit ſocia omnium fortunarum mariti, materfamilias, & princeps familiæ, quæ de dignitate, juribus, & bonis familiæ participabat: *L.* 1. *Rit. nupt.* §. 1. *Inſt. Patr. pot.* §. 12. *Inſt. Nupt. l.* 31. *pr. donat. l.* 16. § 1. *bis quaut ind.* *Concubina* autem tantum uxoris loco habebatur, nec ſocia fiebat omnium fortunarum; indeque nec de dignitate, nec de juribus, nec de bonis familiæ participabat. *L.* 144. *V. S. l.* 37. *Munic. l.* 13. *Adult. l.* 3. *C. Nat. lib. l.* 49. §. 4. *Legat.* 3. (2) *Illa* in matrimonio, *hæc* in conſuetudine eſſe dicebatur. *L.* 34. *ff. Adult.* Hinc 3) *uxor* plerumque ex paribus dignitate eligi ſolebat, *concubina* autem accipi vel talis, quæ uxor per leges eſſe non poterat, vel quæ vilioris conditionis erat: *Heinecc. Antiq. in append. ad libr.* 1. §. 40. Nam cum ea, quæ honeſtæ vitæ fuit, non erat concubinatus, niſi id publice teſtatum fuerit. *L.* 3. *Concub. ibique Goth. l.* 3. *c. divort.*) (4) Ut *uxor* fieret requirebantur certæ ſolennitates, confarreatio, vel cöemtio; *Rubr. ff. de Ritu. nuptiarum. l. p. ff. de Donat. int. conjuges. ibique Goth. l.* 13. *C. Nupt.* cum *concubina* ſufficiebat conſuetudo, & ut cum ea in una domo viveret. *L.* 144. *V. S. l.* 34. *ff. Adult.*

„Effectu quoque (5) differebant. *Uxor* enim, cum qua intercedit communio jurium ſacrorum & humanorum, *L.* 1. *ff. Rit. nupt.* ſequebatur maritum *l.* 125. *V. S. l.* 44. *Religios.* quoad nomen, *l.* 198. *V. S.* dignitatem *l.* 8. *l.* 12. *Senat.* & forum. *l.* 19. *judic.* Maritus eam adulterii accuſare potuit jure mariti, *l.* 13. *ff. Adult.* Maritus donare ei inter vivos prohibebatur. *l.* 1. *ff. Don. int. conj.* Præſidi provinciæ ex eadem provincia eligere uxorem non licuit. &c. *l. 5. ff. Concub.* *Concubina* autem non participabat de dignitate mariti, in eo enim differebat ab uxore; *l.* 49. §. 4. *Leg.* 3. neque enim in matrimonio erat, ſed in conſuetudine: *L.* 144. *V.* S. Hinc non ſequebatur forum mariti, ſed originis: *l.* 37. *ff. Ad munic.* Nec accuſari poterat adulterii a marito jure mariti, ſed jure extranei; *l.* 13. *ff. Adult.* donari ei inter vivos potuit; *l.* 58. *ff. Don. int. conj.* ſed & concubinam ex provincia habere licebat. *l.* 38. *ff. Rit. nupt.* (6) Liberi ex *uxore* nati ſunt pars familiæ, in eam agnaſcuntur ex voto parentum communi, adeoque gaudent omnibus juribus & privilegiis familiæ, nomen & inſignia patris gerunt; ac denique mortuo patre in omnia ejus bona ſuccedunt. Liberi ex *Concubina* nati ſunt quidem liberi, at nec dignitate, nec juribus, nec privilegiis familiæ utuntur, adeo ut Octavianus Cæſari inter alia objecerit, quod natum e Cleopatra filium appellari nomine ſuo paſſus fuerit. *Dio Hiſt. Rom. p. m.* 479. Atque hinc tales liberi ſine patre eſſe dicebantur; quod ex inſcriptionibus probat Heineccius. *Antiq. Rom. L.* 1. *t.* 10. §. 19. & 21. Sane liberi naturales non niſi per legitimationem & arrogationem, ac oblationem curiæ, ura legitimorum liberorum acquirebant. *ibid.* §. 22. & 23. Ceterum matri ſuccedebant, & quidem æquali jure cum legitimis; *l.* 5. *C. SC. Orphit.* & additur ratio, quia ex licita conſuetudine procreantur: concubinatus enim per leges nomen aſſumſit. *L.* 3. §. 1. *ff. Concub.*

„Hinc jam apparet Deum non promiſcue concubinatum permiſiſſe, ſed *tantum ad individuam vitæ conſuetudinem*. Cum enim liberi ſint vera portio corporis paterni, (etiamſi mater cum pluribus rem habuerit, eoque pater ignoretur) ex hac unitate varia jura, variaque officia inter parentes & liberos oriuntur, quæ invicem præſtari neceſſario debent. Ita enim (a) patri debetur reverentia, etiam invito; (b) filia cum patre, filius cum matre, frater cum ſorore, &c. propter illam unitatem carnis concumbere nec naturali ratione poteſt: (c) Liberi educari i. e. ad maturitatem produci, & ali a patre debent. &c. Omnia hæc officia præſtari non poſſunt ſi pater ignoratur, uti ignoratur, ſi fœmina corpore ſuo quæſtum facit.

„Accedit, quod Deus voluerit propagari genus humanum: Omnia igitur voluntati divinæ repugnant quæ propagationem impediunt. Certum autem eſt, & experientia docet, nimio veneris uſu (i. e. ſi fœmina uſum corporis ſui promiſcue concedit,

& fidem marito dedisset; sic etiam [q] in statu legis Christianæ [r] verum erit inter servum & ancillam, aut liberum & servum conjugium: [s] multoque magis inter civem & peregrinam, [t] senatorem & libertam; [u] si quæ jure divino Christiano sunt necessaria accedant, scilicet [v] indissolubilis unius cum una conjunctio, [w] etiamsi effectus quidam legis civilis non sequantur, [x] aut alioqui sponte secuti lege impediantur. Atque hunc in sensum capienda sunt verba Concilii Toletani primi: *Cæterum is, qui non habet uxorem, & * pro uxore concubinam habet*

„cedit;) propagationem impediri. Atque in eo „consistit vera ratio *superfœtationis*: *L. 3. Si pars hær. ibique Budæus.* per confusionem enim seminis fœtus fœtum quasi opprimit, adeoque procreationem sobolis impedit. *Arist. l. 4. de Generat. anim.*

„Sed & ex natura sanctissimi Creatoris certissima „ratione demonstratur, eum non nisi per justas „nuptias, i. e. per talem conjunctionem quæ fit „ad individuam vitæ consuetudinem, per quam solum pater certus constituitur, propagationem generis humani fieri voluisse, nisi asserere velimus, „Deum incestus inter parentes & liberos, &c. permisisse, quod necessario sequetur si pater ignoratur, & certus non est.

„Usus quoque omnium gentium comprobat, „promiscuos concubitus apud eas non admitti, „sed unumquemque sociam sibi assumere ad „individuam vitæ consuetudinem, i. e. ea lege, ut cum nemine alio consuetudinem habeat. „Egregie hoc testantur JCti Romani: Postquam „enim *conjunctionem maris & foeminæ*, procreationem sobolis, ejusque educationem, ex jure naturali, quod natura omnia animalia docuit, deduxere, addiderunt, *quod nos matrimonium vocamus*, *L. 1. ff. just. & jur.* id enim non contrahitur nisi *ad individuam vitæ consuetudinem. §. 1. Inst. de patr. pot. L. 1. ff. Rit. nupt. Conf. l. 10. Eod. §. 12. Inst. Nupt.*

„Hinc jam certum est, fœminam non posse usum corporis sui pluribus permittere, sed uni saltem: Idque extra dubium positum est, si fidem „uni dedit, qui eam sociam propagationis sibi elegit, et individuam vitæ consuetudinem cum ea „contraxit, i. e. matremfamilias eam esse voluit.

„Equidem Dionysius Halicarnassensis allegat legislatores quosdam, *qui, exemplum a brutis sumentes, solutos & communes concubitus maris cum foemina fecerint, quod hoc modo humanam vitam ab amatoriis furoribus à se liberatam putarent, quodque zelotypiam mutuarum cædium causam esse judicarent: Denique quod homines a multis aliis malis, quæ & privatas domos, & integras civitates propter mulieres solent invadere a se liberari posse æstimarent.* At nullum talem legislatorem „nominat, nec forte nominare poterit. *Vid. Halic. Antiq. p. m. 51.*

q) (Grot.) (IN STATU LEGIS CHRISTIANÆ:) Vide in *Gratiani* collectione c. I. de conjugiis servorum.

ADDITIO.

„Sæpius dictum est *legem christianam* non dari, & dogmata Servatoris abusive *leges* vocari. „*Vid. Diss. prooem. III. §. 45.*

„r) (VERUM ERIT INTER SERVUM ET ANCILLAM, AUT LIBERUM ET SERVUM:) Effectus „autem hujus conjugii a dispositione domini ipsa „ratione naturali dependent. *Vid. supra lit. q.*

„s) (MULTOQUE MAGIS INTER CIVEM ET „PEREGRINAM:) Imo hæ nuptiæ etiam jure Romano „valent quoad effectus juris gentium, qui peregrinis „quoque communes sunt: Quoad effectus civiles „autem peregrini excluduntur. *pr. Inst. de Nupt.*

„t) (SENATOREM ET LIBERTAM:) Tale conjugium enim cum dignitate Senatoris pugnare „videbatur. *l. 44. §. 2. Rit. nupt.*

„u) (SI QUÆ JURE DIVINO CHRISTIANO „SUNT NECESSARIA ACCEDANT:) Dixi jus divinum christianum non dari.

„v) (INDISSOLUBILIS UNIUS CUM UNA CONJUNCTIO:) Servatorem nullibi docuisse, unum „non nisi cum una cohabitare, aut dirimi vinculum ob justam caussam non posse, in præcedentibus vidimus. Sufficit igitur ad validitatem horum conjugiorum si sese jungunt ad individuam „vitæ consuetudinem.

„w) (ETIAMSI EFFECTUS QUIDAM LEGIS CIVILIS NON SEQUANTUR:) Inter Christianos nuptiæ etiam quoad effectus civiles valent cum *extranea & liberta*: Ratione *servorum* (in quibus locis nimirum servitus adhuc obtinet) hodieque „verum est, eos absque consensu domini nubere „non posse, liberos non esse in potestate patris „sed domini, nec eos succedere patri, utpote „qui omnia acquirit domino. *Vid. supra lit. q & r.*

„x) (AUT ALIOQUI SPONTE SECUTI LEGE „IMPEDIANTUR:) Lex enim vinculum non dirimit, nisi id speciatim dictum sit, ut inter raptorem & raptam, adulterum & adulteram, &c.

*) (Grot.) (PRO UXORE CONCUBINAM HABET:) De tali concubina *Augustinus* de fide & operibus: (*Cap. 19.*) *De concubina quoque si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiamsi ab illo cui subdita est dimittatur; merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptismum non debeat admitti.* Idem de bono conjugii Cap. V. *Solet etiam quæri, cum masculus & foemina, nec ille maritus, nec illa uxor*

bet, a communione non repellatur: tamen, y ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus. Cui adde locum in Clementis constitutionibus lib. VIII. cap. XXXII. Pertinet huc quod Theodosius & Valentinianus z concubinatum quendam vocant inæquale conjugium, aa & quod inde adulterii accusatio nasci dicitur.

L. 1. C. de natural. lib.

L. 13. D. ad L. Jul. de adult.

§. XVI.

1. Imo etiam a si lex humana conjugia inter certas personas contrahi prohibeat, b non ideo sequitur irritum fore matrimonium, si re ipsa contrahatur. Sunt enim diversa, prohibere, & irritum quid facere; c nam prohibitio vim suam exserere potest per pœnam vel expressam, vel arbitrariam: d & hoc genus leges imperfectas vocat Ulpianus, e quæ fieri quid vetant, sed factum non rescindunt, qualis erat

Instit. tit. 1. § 1.

xor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed, propter incontinentiam solius concubitus causa copulantur, ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, utrum nuptiæ sint vocandæ. Et potest ejusdem fortasse non absurde appellari connubium, si usque ad mortem alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea causa conjuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Itaque in in capitulari Francico VII. c. 255. dicitur; *Qui uxorem habet, eodem tempore concubinam habere non potest, ne ab uxore eum dilectio separet concubinæ.*

„y) (UT UNIUS &c. CONCUBINÆ CONJUNCTIO„NE SIT CONTENTUS:) Concubinatus igitur ex „concilii decreto probatur. Conf. *Augustin. in li„bro de fide & operib.* Idem *de bono conjugii c. 5. „& 14. Capitul. Francic. 7. c. 185.* Add. *caus. 32. q. „c. 5. & 6. tit. 34. c. 4. 5. & 6.* Modo concubi„natus sit perpetuus, *i. e.* individuam vitæ con„suetudinem contineat. *d. q. 2. c. 5. & 6. item q. „4. c. 11.* Posterioribus temporibus omnis concu„binatus sublatus est. *Carpz. Conf. lib. 2. def. 235. „Conf. Leon. Nov. 91.*

„z) (CONCUBINATUM QUENDAM VOCANT IN„ÆQUALE CONJUGIUM:) *L. 3. C. Nat. lib.* Inde „concubina Zonoræ dicitur ἡμιγύμος, quasi semi„uxor: & uxorem dicitur imitari. *Goth. ad d. l. 3. „Nov. 18.* Est quasi noverca liberis prioris ma„trimonii. *L. 4. C. Nupt.* Neque alia uxor super„induci potuit. *arg. l. un. C. de concub. Dist. 34. c. 6.*

„Inæquale autem conjugium dicitur, quia concubi„na non recipitur in domum ut materfamilias, nec „ut consors omnis juri divini ac humani, *Vid. l. 1. ff. „Rit. nupt.* sed, juxta canonum doctrinam, ut libi„dinis ministra vel remedium. *c. 6. caus. 32. q. 2.*

„aa) (ET QUOD INDE ADULTERII ACCUSATIO NASCI DICITUR:) Hoc verum est de concubinatu perpetuo, ubi concubina instar uxoris est; *L. 13. pr. ff. Adult.* perpetuus autem est licet invicem discedere pro libitu possint, *l. 1. pr. ff. Concub.* quia initium actus & voluntatis inspicitur.

ADDITIO.

„Accusatio autem adulterii tunc viro non compe„tit jure mariti, sed jure extranei: *l. 13. ff. Adult.*

„a) (SI LEX HUMANA CONJUGIA INTER CER„TAS PERSONAS CONTRAHI PROHIBEAT:) Uti „cum Judæa, cum adultera, cum rapta. &c. *§. 11. „Inst. de Nupt. c. f. de Rapt. c. 3. c. 6. Eo qui dux.*

„b) (NON IDEO SEQUITUR IRRITUM FORE „MATRIMONIUM:) Imo quicquid lege prohibente „fit regulariter irritum est, & ipso jure nullum.

„c) (NAM PROHIBITIO VIM SUAM EXSERERE „POTEST PER POENAM:) Hoc verum est si id „lege dictum est, alias negotium est ipso jure nul„lum.

„d) (ET HOC GENUS LEGES IMPERFECTAS VO„CAT ULPIANUS:) *Vid. Ulp. Inst. tit. 1. l. 2.* Ex „natura enim legis prohibitivæ regulariter sequi„tur, ut quicquid lege prohibente fit ipso jure nul„lum sit: cessante hoc legis effectu, perfecta non „est lex.

e) (Grot.) (QUÆ FIERI QUID VETANT SED FACTUM NON RESCINDUNT:) Livius libro X. (*Cap.* 9.) *Valeria lex, cum eum qui provocasset virgis cædi, securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra quam improbe factum adjecit: id (qui tum pudor hominum erat) visum credo vinculum satis validum legis. Nunc vix servo ita minetur quisquam.* Lex Furia testamentaria plusquam mille assium legatum mortisve causa prohibebat capere, præter exceptas personas, & adversus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituebat, memorante Ulpiano. (*Tit. I. §. 2.*) *Macrobius* circa finem eorum quæ scripsit ad somnium Scipionis: (Lib. II. cap. 17.) *Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna sancitur.* Vide supra hoc capite §. XIV. in fine. Sic divus Marcus rescripsit: *Eum heredem, qui prohibet funerari ab eo quem testator elegit; non recte facere; pœnam tamen in eum statutam non esse.* (L. 14. §. 14. D. *D. Religiosis & sumtibus funer.*)

„f) (LEX

erat *f* lex Cincia, quæ ſupra certum modum donare vetabat, *g* donatum non reſcindebat.

L. non dubium. 5. C. de legibus. 2. Scimus apud Romanos poſtea *h* Theodoſii lege inductum: ut ſi quid lex prohibuerit tantum, non etiam ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere quod contra factum eſt, id ipſum tamen inutile, caſſum, ac pro infecto ſit, nimirum ſi in judicium res deveniat; *i* ſed hæc extenſio non fit ex vi ſolius prohibitionis, ſed ex vi novæ legis, *k* quam alii populi ſequi neceſſe non habent. *l* Sæpe enim indecentia ineſt major in actu quam in effectibus. *m* Sæpe etiam incommoda, quæ reſciſſionem ſequuntur, majora quam ipſa indecentia, aut incommodum actus ipſius.

§. XVII.

a Conſociationes* præter hanc maxime naturalem ſunt & aliæ, tum

„*f*) (LEX CINCIA:) Quam tulit M. Cincius „Tribunus plebis. *Vid. Roſin. Antiq. l. 8. c. 22. in „fin.* ubi ſingula capita hujus legis recenſet: men„tio ejus fit apud *Liv. l.* 34. 4.

„*g*) (DONATUM NON RESCINDEBAT:) Sed ex„ceſſum ſaltem vitiabat: Sic matrimonium abſque „benedictione ſacerdotali contractum non reſcindi„tur, etſi ad mulctam teneantur qui eam negligunt. „*vid. diſp. B. Par. de Matrim. moment. S.* 2. §. 2.

„*h*) (THEODOSII LEGE:) *L. 5. C de Leg.* Imo hoc „non demum Theodoſii lege introductum eſt, ſed „ex ipſa ratione juris fluit, ut id quod lege prohi„bente fit, ſit irritum: Nam facultas agendi defi„cit, utpote quæ legibus prohibita eſt, quicquid igi„tur ultra fines legitimæ facultatis agimus, nulliter „agimus: Unde ea quæ contra bonos mores ſunt „nec facere nos poſſe credendum eſt. *l. 15. ff. cond. „inſtit.* & paria ſunt impoſſibile & turpe: in po„teſtate noſtra non eſſe, & injuſtum. *Goth. ad d. „l.* 15. niſi lege civili (nam jure naturæ hæc li„mitatio plane locum non habet *vid. ſupr. §. XIV. „n. 1. & 4.*) in ſpecie id additum, vel moribus ac con„ſuetudine introductum ſit; ut ſoluta pœna actus „ſubſiſtat, quod probari ab allegante debet:

„*i*) (SED HÆC EXTENTIO NON FIT EX VI SO„LIUS PROHIBITIONIS, SED EX VI NOVÆ LEGIS:) „Imo fit vi ſolius prohibitionis, quia deficit legiti„ma agendi facultas; idque in omni prohibitione „verum eſt, niſi probetur eam intentionem prohi„bentis fuiſſe ut ſoluta pœna actus valeat:

„*k*) (QUAM ALII POPULI SEQUI NECESSE NON „HABENT:) Dixi jam ex proprietate prohibitionis „ſequi actum nullum eſſe, idque inter omnes gen„tes obtinet: at in arbitrio legiſlatoris eſt probi„bere ſaltem addita poena, & hactenus verum eſt, „unius populi ſtatutum alios populos non obligare.

„*l*) (SÆPE ENIM INDECENTIA MAJOR EST IN „ACTU QUAM IN EFFECTIBUS:) Hoc dependet „ab arbitrio legiſlatoris, ſufficit enim actum con„tra leges fieri ut nullus ſit, niſi legiſlator aliud „voluerit, idque declaraverit.

m) (Grot.) (SÆPE ETIAM INCOMMODA QUÆ RESCISSIONEM SEQUUNTUR MAJORA QAAM IPSA INDECENTIA:) Ideo rex Alcinous Medeam reddi volebat patri, ſi deflorata nondum eſſet. Meminit *Apollonius* Argonautis, (*verſ* 1316. & *ſeqq.*) & ejus ſcholiaſtes: & in bibliotheca *Apollodorus* (Lib. I. c. 9. §. 25.)

ADDITIO.

„Diximus in dubio actum lege prohibente ge„ſtum nullum eſſe, licet multa inde incommoda „ſequerentur: Ita nuptias abſque patris conſen„ſu contractas nullas reddi jure civili & in Mar„chia certum eſt, etſi maxima inde ſequantur in„commoda: fœmina enim ita juncta pro meretri„ce, & liberi inde nati pro ſpuriis habentur. Res igi„tur hæc arbitrii eſt. Unde actus per ſe nullos ob uti„litatem publicam ſæpius confirmatos a legiſlatori„bus fuiſſe vidimus ſupra *l. 1. c. 4. §.* 15.

„*a*) (CONSOCIATIONIS:) Hactenus de prima „conſociationis ſpecie egimus, ex qua jus quod„dam in perſonas acquiritur *ex conſenſu*, nimirum „ex conjugio: *vid. ſup. §. 8. pr.* ſequuntur nunc „ſpecies conſociationum publicæ, quando ſci„licet plura membra in univerſitatem coeunt, ade„oque jus aliquod in membra ſocietatis ex conſenſu „acquiritur.

„His conſociationibus commune eſſe ait, *ut ma„jor pars obliget ſingulos:* idque ex conjectura vo„luntatis eorum qui ita coeunt, & ex gentium „conſenſu probat §. 17. Paribus votis nihil agi ait, „ſed rem in priſtino ſtatu manere, idque calcu„lum Minervæ vocari §. 18. ſi in quanto diſſenti„unt, jungi ait vota damnantium contra mitiora. „§. 19.

„Si quidam ex univerſitate abſint, univerſitatis „majora inſpici docet §. 20. Denique ſocios ex or„dine temporis, prout in ſocietatem venerunt, jus „habere ait; §. 21. niſi pro partibus inæqualibus „ſocii ſint, tunc enim pro portione ſua & ordinem „ſumere, & vota ferre. §. 22.

„*) (PRÆTER HANC:) Scl. quæ ex conjugio „oritur §. 8.

**((TUM

[a] tum privatæ, [b] tum publicæ: [c] & hæ quidem aut in populum, [d] aut ex populis. [e] Habent autem omnes hoc commune, [f] quod in iis rebus,

„[a]) (TUM PRIVATÆ:) Quo pertinent socie„tates privatæ, collegia opificum &c.

„b) (TOM PUBLICÆ:) *Vid.* §. 23.

„c) (ET HÆ QUIDEM AUT IN POPULUM:) Quan„do scilicet plures patresfamilias in unum populum „aut civitatem coeunt. §. 23.

„d) (AUT EX POPULIS:) Quando plures populi „sive per se sive per capita sua se sociant. *Vid.* §. „26.

e) (HABENT AOTEM OMNES HOC COMMUNE:) De *privatis* societatibus id verum non est, sed hic melior est conditio prohibentis; quia jus toti corpori competens non est distinctum a jure singulorum, sed quisque disponit de sua parte, non de alterius, adeo ut in societate invito socio nihil agatur: Si enim unus disponeret de minima licet particula, simul disponeret de re aliena:

ADDITIO.

„Neque de societatibus publicis, i. e. inter fœ„deratos, id semper verum esse videbimus.

f) (QUOD IN IIS REBUS, OB QUAS CONSOCIATIO QUÆQUE INSTITUTA EST, UNIVERSITAS ET EJUS PARS MAJOR NOMINE UNIVERSITATIS OBLIGANT SINGULOS:) Ad illustrationem hujus materiæ præmittenda sunt jura quæ ex tali consociatione oriuntur.

PROPOSITIO

Ex societate publica singuli participant pro modo suo 1) de ejus juribus publicis. 2) Tenentur ad ea sine quibus societas explicari nequit; 3) ad majora in rebus de quibus ipsa disponere potest.

DEMONSTRATIO.

De jure quod universitati in singula membra competit egimus *Pos.* 5. *n.* 4. Diximus nimirum jure naturæ unicuique jus saltem in suas res & actiones competere non vero in alienas, nisi aliter disposuerint: Si proinde plures homines in unam coeunt universitatem, quæritur quod nam jus inde quæratur?

Dicimus 1) singulos participare de ejus juribus publicis: adeoque singuli ad magistratus, dignitates, & honores, quatenus capaces sunt, aspirare possunt:. Singuli jus habent postulandi defensionem juris sui, neque ea denegari subditis potest. Usus locorum publicorum ad singulos pertinet, &c.

Porro & 2) singuli tenentur ad ea sine quibus societas explicari nequit, idque ex medii necessitate; qui enim consentit in societatem publicam, necessario quoque consentit in ea sine quibus societas illa subsistere nequit; & qui vult antecedens vult etiam consequens: Unde sequitur, teneri singulos defendere illam universitatem operis & opibus suis, ideo enim, ut tuti sint, coivere in societatem, quam proinde omnes communiter defendere tenentur:

Hinc jam (3) sponte sequitur, majora vota obtinere, quia societas subsistere & effectum habere non potest, nisi illud quod major pars vult valeret, nam semper inutilis maneret societas si unus dissentiendo, quo nunquam caret conventus, deliberationem nullam reddere posset: Cum igitur nullus aliter eventus consiliorum civitatis esse possit, major numerus prævalet, quia ratio dari non potest cur minor numerus prævalere debeat: Sed & civitas unam quandam personam repræsentat, uti ergo naturæ humanæ ratio est, ut tota voluntas ejus inclinet in potiores rationes, ita publica voluntas eodem modo procedit: Idque confirmatur communi gentium consensu, quem allegat Author, ibique commentatores: Unde simul apparet ineptam esse dispositionem juris canonici, ubi majora tunc demum obtinent, si saniora sunt. *tot. tit. quæ a majori part.* & *tot. tit. de Elect:* Nam hac sententia posita nunquam negotium expediri posset, quæque enim pars suam sententiam saniorem asserit, & si de eo cognoscendum est, id non nisi per majora definiri posset: ut proinde semper ad majora recurrendum sit.

Merito autem regula illa limitanda est, ut majora tantum valeant in rebus de quibus publica illa societas disponere potest: Scl. quatenus est pars administrationis jurium publicorum. Hinc (1) secus est in alienatione jurium publicorum, quia alienare est perdere, adeoque non pertinet hoc ad defensionem jurium publicorum. 2) Aliud quoque obtinet si agitur de rebus singulorum; Nam harum arbitrium in societatem collatum non est: Unde societas illa disponere de dominiis privatorum nequit: Atque huc pertinent jura illa quæ in Pace Osnabrugensi *art.* 5. §. 52. excepta sunt, ne majora vota ibi valeant, & quorum ratio allegatur, quod status non possint tanquam unum corpus considerari. *Vid. Jus publ. nostrum c.* 20. §. 26. *Arum.* de *Com. Imp. c.* 8. *n.* 28.

Atque ex his porro apparet non obtinere majora 1) in *privata societate* uti modo probavimus, quia is qui de re communi disponit necessario simul disponit de re alterius, quod invito domino fieri nequit. 2) Si plures in uno negotio concurrunt, nec tamen corpus constituunt, uti si plures sunt tutores, ibi enim unusquisque in solidum agit ac si solus esset, at concursu alterius impeditur: idem obtinet si tres sunt Augusti, ubi unusquisque summam potestatem habet, adeoque corpus non est, & sic majora non obtinent: secus ac in triumviratu;

ADDITIO.

„Uberius hanc quæstionem, an & quando ma„jora suffragia valeant, ac quomodo computari de„beant examinavit B. Parens *in Disp. de eo quod* „*justum est circa numerum suffragiorum: in prol.* „*& Sect. 1.* Verba hæc sunt: Quanquam summæ „Dei clementiæ ac bonitati ab æterno benevole „placuerit, omnia, quæ in hac universitate oculis „nostris sese conspicienda præbent, unice, & so„lius hominis causa, quem ideo facultate rebus ter„ræ utendi in medio terræ sinu locaverat, produ„cere, ut ille iis uti fruique pro lubitu commode „possit,

„possit, *Gen. 1. v. 29.* Non tamen indistincte ac „prorsus absolute hanc ipsi facultatem tribuere vo„luit supremum numen; sed ita ut salva & inte„gra alterius facultas naturalis permaneret. Cum „enim jus omne in terram non sit datum uni, sed „omnibus simul, ut esset communis quædam pos„sessio, teste Ambrosio, *Lib. 1. off. c.* 28. ueque „singuli tantum, sed omnes omnino homines ea„dem facultate, iisdem idcirco juribus gaudeant, „aperte constat, non ita laxos, quales sibi, Hobbe„sius *ex jure* ut vocat *omnium in omnia* fingit, pot„estatis nostræ esse fines, sed eatenus tantum con„cessos, quatenus alteri nullum exinde præjudi„cium obvenit: Quæ causa est, cur vacua tantum „occupare, & in his modo, quæ occupatione, vel „justa alterius dispositione nostra facta sint, facul„tatem istam naturalem licite exercere possimus.

„Quoniam ergo voluntas divini creatoris est, ut „illa quæ citra alterius injuriam intra legitimos con„cessorum jurium terminos nobis acquisivimus, „licite quoque nostrò usui ac commoditati inser„viant, hoc ipso etiam permisit, ut jus hoc in res „& actiones nostras quovis legitimo modo a nobis „defendatur: finis quippe impetrari non potest si„ne mediis, unde, hoc concesso, media quoque „omnia simul concessa intelliguntur, *l. 234. §. 2.* „*de V. S. & l. 2. de jurisd.* ubi ita JCtus: *Cui ju„risdictio data, illi omnia ea concessa videntur si„ne quibus jurisdictio explicari non potuit*: Atque „adeo & hic, cum finem natura concedendo jus in „res & actiones nostras posuit, defensionem quo„que illius tanquam unicum & necessarium ad fi„nem illum obtinendum medium concessit.

„Licet vero defensio facultatis nostræ nobis le„gitime a natura sit concessa, quoniam tamen sin„guli suis rebus ac juribus defendendis non sufficiunt, „necessario plures, qui unitis opibus atque consili„is singulorum jura observarent, eligi debuerunt; „Verum quidem est, naturam hominum ita com„paratam esse, ut malit sine lege & imperio alio„rum vivere, quam superioribus subjici, attamen „cum non eadem atque æqualis omnium hominum „sit potestas, eoque egeni ac imbecilles potentio„rum malitiam atque avaritiam merito extimescant, „duorumque vel trium congregatio securitatem „minime successumque atque fiduciam contra plu„res, opibus eorum nefarie inhiantes, posit sponde„re, idcirco quo magis aliena ante ab aliorum im„perio hominum natura fuit, eo ardentius sponte „ac sine lege superiorum potestatem, quæ amovere „injurias & perditos ad frugem compellere possit, „est amplexa:

„Hæc autem administrandæ justitiæ, tuendorum„que jurium potestas, cum non tantum uni sed plu„ribus, qui consilio, imperio, ac armis nostræ ne„cessitati succurrant, quandoque concedatur, ho„rum certe perneccessarius erit consensus, quia „alias defensio jurium & tranquillitas publica, tam„quam finis naturalis obtineri non posset: Quan„tuscunque enim istorum sit numerus, nisi tamen „de optima ratione, qua communis defensio in„eunda, consentiant, sed quisque ex proprio judi„cio suis instinctibus ac viribus uti velit, nihil effi„cietur; Distracti enim sententiis & in diversa ten„dentes, impedimento invicem erunt, cunctaque „negotia irrita redderentur, juxta illud vulgatum.

„*Concordia res parvæ crescunt, discordia ma„gnæ dilabuntur.*

„Cum vero naturalis sit illa ingenio„rum consiliorumque, quandoque ex invidia „aut æmulatione, quibus homines sæpe numero in„ter se contendunt, Philip. Com. in *l. 12. Com„ment.* nonnunquam ex levitate & inconstantia „descendens diversitas, de qua suo jam tempore „questus fuit Plutarchus de *Cap. ex inimicit. util. „p. 91. Omnis* inquiens, *natura humana profert „studium vexandi, obtrectationem & invidiam va„norum affectam hominum*; Et poeta:

„*Mille hominum species & rerum discolor usus,*
„*Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.*

Facile contingeret, ut vel nunquam, vel saltem „raro negotia atque lites dirimentur, si uno vel „altero dissentiente tota illico tractatio deficeret; „ne ergo deliberationes, quibus ipsi inter se agitan„tur, & lites quæ distractos subjectorum tenent „animos, omniaque negotia publica sine exitu sint, „nec salus reipubl. ac civium defensio intercidat, „id maxime agendum erit ut quantopere possint, „contrariantes invicem sententiæ concilientur.

„Quæ proinde & publicis & privatis negotiis sa„luberrima ad voluntatis, quæ primo quidem intui„tu discrepare videntur, re ipsa autem conveniunt, „unionem & dulcissimam quasi harmoniam indu„cendam, suffragiorum dissentientium conciliatio „tanquam unicum medium, quo civibus æque ac „reipublicæ sua possit constare salus, ad præsentem „disputationem ansam præbuit; quam sequenti me „methodo commode tractaturum arbitror, si tres „factis sectionibus, in prima fundamento & juri„bus pluralitatis suffragiorum discussis, secundæ „calculum Minervæ, & denique tertiæ diversarum „plane sententiarum conjunctionem, vel disjuncti„onem commisero.

SECTIO I.

DE PLURALITATE SUFFRAGIORUM.

„Vidimus in Prolegomenis, unicam & solam „rationem, cur certis personis summa rerum in Re„publ. sit collata, esse tuitionem jurium, defensio„nem civium, atque administrationem justitiæ, „quod præclare innuit JCtus in *l. 2. §. 13. de Orig. „juris*, cum inquit; *Quantum est, jus in civitate „esse, nisi sint qui jura regere possint?* Quæ ratio, „cum descendat ex ipsa voluntate Dei, qui nullo alio „fine jus in terram, jus in res & actiones suas homi„ni largiter concessit, quam ut id in suos usus at„que utilitatem convertere, inpedientes vero, vel „per se, vel per superiores repellere possit, ne„cessario sequitur, juxta *Pof.* Dn. Præf. 4. n. 4. „omnia illa media, quibus officium hoc superio„rum peragitur, & sine quibus plurium dissensus „ad concordiam nequit redigi, esse juris naturalis. „Cum vero nullum aliud commodius remedium „appareat, quo celerius ac felicius deliberationes „ad optatum exitum deduci, civium negotia com„mode decidi, exerceri inviolabiliter possit justi„tia, quam in decisio litium atque negotiorum „majorem suffragiorum sequatur partem, omnino „liquet, hanc ipsam quoque juris naturæ veram & in„dubi-

dubitatam esse regulam ac legem. Præclare Seneca *l. 2. Ep. 12. Numerandæ*, inquit, *sententiæ, non ponderandæ, nec aliud in publico consilio fieri potest, in quo nihil est tam inæquale, quam æqualitas ipsa, cum, si impar omnium prudentia, par tamen omnium jus sit.* Et nervose Plinius in *Panegyr. suo: Melius omnibus quam singulis creditur; Singuli enim decipere, & decipi possunt, nemo autem omnes, neminem omnes fefellerunt.*

„Nec movet, quod ratio decidendi potius in ipsa rei veritate, aut negotii utilitate, quam in pluralitate votorum (sit venia ubique verbo,) fundata esse debeat, naturæque convenientius sit, ut quod prudentioribus placuit, præferatur ei quod a minus prudentibus descendit; contra eidem repugnet, ut imperitorum sententia sapientissima aliorum consilia superent, cum sæpius contingat, ut pauciorum sententia Reip. utilior ac salutarior sit plurium assensione, uti & Seneca testatur *de vita beata c. 2. Non tam bene cum rebus humanis agitur ut meliora pluribus placeant.* Et Liv. *l. 21. c. 4. Pauci & ferme optimus quisque Hannoni assentiebantur, sed ut plerumque fit, major pars meliorem vicit.* Equidem distinguendum est Theoreticas inter & practicas deliberationes: quo posito, omne facile dubium tolli potest. Aut enim speculative in negotio quodam tantum versamur, deque sola veritate illustranda ac eruenda solliciti sumus; quo in casu, cum nullum inde damnum Reip. suboriatur, facile eorum, qui veritatem potius quam plurium falsas inspiciunt consulationes, sententiam amplectimur. *In verè enim investigatione*, inquit Ambrosius 1. *off. c.* 16. *illud tenendum quod decorum, ut summo studio requiratur quid verum sit, non falsa pro verès dicere, non obscuris vera involvere, non superfluis, vel implexis, atque ambiguis occupare animum.* Et Justinus Martyr. *Apol. 1. pro Christo pr. Non magis colendos*, ait, *plurisque faciendus est homo, quam veritas.* Unde & Princeps, qui laudabiliter in rebus magni præjudicii consiliarios suos convocat, & singulorum consilia exquirit, non tenetur id eligere quod pars consiliariorum major suadet, sed tutius consultantium consilia ponderat, quam numerat. Petr. Greg. Tholos. *de Rep. l. 24. c. ult. n. 4.* At vero; si practice non ipsam tantummodo veritatem, sed exitum simul controversiarum ac negotiorum spectemus, jure merito summa rerum plurium consensu peragitur, quoniam alias nec regi societas posset, nec negotia expediri, *arg. l. 2. §. 9. de orig. jur.* & deliberationes nullos plane, vel saltem difficiles sortirentur eventus, Mev. *ad jus Lub. lib. 1. tit. 1. art. 2. §. 11. & seq.* Faber in *Cod. l. 1. tit. 7. def. 2.* Quis enim hic judicium ferret, utra verior esset sententia, utra prudentior? Non sane ipsæ partes dissidentes, cum sua cuique prudentia magis placeat, quam aliena; nec superior, quia supponimus casum, quo unice tractatio negotiorum a collegio quopiam dependet.

„Atque hinc facile corruit quæstio illa adeo strenue inter veteres JCtos Coratium Nevizanum, Benedictum de Capra, aliosque, quos Author thesauri comm. opin. recenset, agitata, num in juris interpretatione causarumque decisione communes, quas vocant, Doctorum opiniones præferendæ sint legum veritati, an hæc illis prævaleat. Equidem, cum Doctores in discutiendis legum veritatibus ac rationibus, non decidendis civium negotiis versentur, constat omnino, veriorem potius sententiam quam congruentes plurium sententias præferri oportere, per *leg. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl.* ubi Imp. ita judices alloquitur: *Sed neque ex multitudine Authorum quod melius & æquius est judicatote, cum possit unius forsitan & deterioris sententia multas & majores in aliqua parte superare. Nec tam quis, aut quot dicant, sed quid dicatur, ponderandum est. cap. 2. distinct. 9.* Tantumque credendum Doctoribus quantum probant. Conf. Bart. in *L. 9. §. liberationes n. 7. de liber. leg.* & Colerum *de process. executiv. part. 1. cap. 1. n. 41.* Accedit, quod Doctores sæpissime apium instar regulos suos cœco impetu, non attenta demum legis ratione veter. interpp. sequantur, quo tamen legibus ac rationibus earum præjudicare nequaquam possunt. Menoch. 2. *Præsumt. 71. n. 40.* Cothman. *Consil. 1. n. 282. & seq.* Quin cum inter ipsos Doctores nondum constet quænam sit communis opinio, sed communis quandoque contra communem allegetur, Hieron. de Cævall. *in spec. comm. opin. contra comm.* quam fragile erit atque incertum communibus opinionibus adhærere, veritatemque non juxta gravitatem sed pluralitatem Doctorum metiri? Hinc optime Zasius *lib. 2. Sing. respons. cap. 1. n. 26. in fin. & n. 27. Nihil*, inquit, *apud me locè habet harum ipsarum opinionum, quæ circumferuntur, authoritas, nisi juris scripti veritas eas ornet, & ad id neutiquam adstrictus esse volo, ut curem, quid alii dixerint, sed potius quid ex veritate dici possit.*

Aliter autem in iis corporibus sese res habet, quæ dirimendis litibus ac consultationibus de republica occupantur: Hæc enim, cum non nudam tantum veritatem, sed decisionem quoque negotii, propositam sibi habeant, id maxime agere debent, ut deliberationis ad finem desideratum ducantur: Hoc vero, nisi plurium suffragia observemus, neutiquam continget: Licet enim collegii fortasse membra invicem præemineant, in collegio tamen æquali jure ac dignitate pollent, & hinc eodem privilegio gaudere debent, nec attenta personarum diversitate, minus digni digniorum partes sequi, suamque sententiam aliorum voluntati subjicere cogi possunt, secundum ea quæ Plinius *lib. 6. Ep.* refert: *Singulis re integra dissentire fas est, peracta, quod pluribus placuisset cunctis tenendum.* At, cum paria omnium in collegio sint jura, nec alter alteri cedere, sed suam quisque sententiam tueri velit, quid æquius, quid justius, quam ut quæ numero vicit sententia, eadem quoque rationis pondere superior existimetur? Anton. Faber *in Cod. rerum in Sabaud. judicat. lib. 1. tit. 7. def. 2. n. 2.* Taceo contra naturam esse, ut plures paucioribus se submittant, si vero negotia sunt decidenda, sane, vel secundum unius, vel pauciorum, vel plurium consensum decidi debent, quia

„quartum non datur: non possunt autem secundum unum, vel paucos decidi, quia certa ratio est cur major numerus minori præferatur, nulla autem, cur minor majori; ut canit Prudentius lib. 1. contr. Symm.

- - - In paucis jam deficiente caterva
Nec persona sita est patria, nec curia constat.

„Ergo secundum plures. Nam & majori numero minor inest, & eo quid amplius. *Hoc enim, quod pluribus probatum fuit, in omnibus reperitur: Nam & in Olyghargia & Democratia, quod majori eorum parti visum fuerit, hoc est ratum.* Arist. *Pol. lib. 4. cap. 8.*

„Porro, quemadmodum persona quæ secum aliquid decidere vult, si varietate rationum ab utraque parte sese offerentium anceps ac dubia redditur, præponderante unica tantum ratione tota voluntate, non ejus tantummodo parte, in probabiliorem sententiam inclinat, ita & collegium, quamvis ex pluribus constituatur personis, membra tamen revera unum duntaxat corpus efficiunt, Bald. *in lib. Quicunque &c. Col. 3. n. 9. prope fin.* & velut unam personam, quæ ideo Hobbesio artificialis, Lauterbachio mystica dicitur, repræsentant: Hoc ergo corpus, quamdiu paria invenit suffragia, in suspenso relinquitur, nihilque agit: cum primum vero ab altera parte plurium sententiæ coincidunt, in eorum quoque castra totum, non pro parte tantum, transit: Unde quod ratio in persona privata, illud suffragia in publica sunt: illa enim, quærens quid consultum, solam sequitur rationem; hæc vero, si de jure tuendo agatur, plura sequitur suffragia. *leg. 36. de re jud.* Unde lex illa Romanorum, de qua Cœlius apud Ciceronem *lib. 8. Ep. 8. Quod horum judicum major pars judicaverit, ratum esse.* Zasius *in Parat. ff. Quod cujusc. univers. nomine.*

„Præterea pro majori parte militat hæc juris ratio ac præsumtio naturalis, quod ubi major pars, ibi major quoque perspicacia, & quod a multis perfectius haberi possit veritas, quam a paucis, cum, secundum commune proverbium, plus videant oculi, quam oculus. *arg. leg. ult. Cod. de de fideic. cap.* 7. Quanquam enim, ut supra in hac sectione jam vidimus, aliquando accidat, ut major pars cœco impetu in deterius feratur, teste Phocione, qui, apud Plutarchum *in Apophtheg.* miratus sententiam suam communi applausu recipi, conversus ad amicos exclamat: *Numnam mihi imprudenti aliquod parvum dictum excidit?* Quoniam tamen in eo, cui in collegio suffragium conceditur, tantum prudentiæ ut expediendis negotiis sufficiat inesse merito judicatur, æquius tutiusque omnino est talem inire rationem, quæ nihil difficultatis, aut obscuræ habeat disceptationis, quam quæ publicam utilitatem, & causas ad deliberandum propositas indecisas relinquat; indecisæ vero omnes redderentur, nisi pluralitas suffragiorum sola resisteret. Vid. Puffendorff. *de jure nat. & gent. lib. 7. cap. 2.*

„Et denique, si nos ipsos intuemur, humanamque naturam penitius aliquanto inspicimus, quis non libenter exoptat, deficiente alio remedio, in sua causa obtinere id quod major pars ei adjudicavit? Cum vero juris sit naturalis, cui Servator ipse annuit Matth. VII. quodque JCti *tot. tit. Quod quisque juris in alterum* inculcant, ut, quod quis probat in se, non possit improbare contra se, probasse autem censeatur jus a pluribus impetratum sibi applicando, æquissimum quoque est, ut hoc majoris partis præsidium in aliis negotiis contra se admittat, idemque in causa aliorum, quod in sua causa impetravit, amplectatur: Osiander ad Grot. *lib. 2. cap. 5. §. 17.*

„Alii alias afferunt rationes, qualis illa est Hobbesii *Tr. Leviath. c. 16. in f.* quod negationes & assertiones invicem tollantur per contradictionem, unde vocem quæ superest, & cui non contradicitur, pro totius personæ effato habendam esse judicat. Sed sufficere possunt illæ, quas Dn. Præses in *Lectionibus ad Grotium* adduxit, & quæ paucis in præsens attigi.

„Grotius quidem *l. 2. c. 5. §. 17.* hanc adhuc causam affert, quod in iis rebus, ob quas societas instituta, plures ideo vincant pauciores, *quia nimirum ea credenda est fuisse voluntas in societatem coeuntium, ut ratio aliqua esset expediendi negotia,* sed merito hæc ratio rejicitur: Sunt enim quædam collegia, uti superiorum & magistratuum, ita comparata, ut majoris partis decreto præcise stari debeat, adeo, ut nec societatem ineuntes, quamvis voluissent, aliter agere potuissent: Quoniam enim juxta *Prolegom.* §. *3.* magistratus a natura est, nec pendet ab humanu arbitrio, (nisi quatenus liberum fuit, divisa generis humani societate, hunc vel illum constituere,) aperte constat, omnia illa, sine quibus societas illa a natura constituta durare ac superesse nequit, esse juris naturæ *per pos.* Dn. Præs. *4. n. 4.* Atqui, nisi minor pars majori cederet, societas, negotiis exitum non sortientibus, tandem interiret, sequitur ergo hanc plurium suffragiorum vim non ab intentione amplius societatem contrahentium, sed ab ipsa natura dependere. Gl. & DD. *in l. aliud §. refertur de R. J.* Wamesius *ad C. Constitutus 45. n. 3. X. de Appell.* Besold. *Conf. Polit. Axiom. 51. f. 283.* Tametsi non negem, dari quoque collegia in quibus id solum, quod omnes unanimi consensu declarant atque laudant, observatur. Alexand. *Consil. 124. In causa & lite pr.* Sed quam infelici quandoque successu, Augusta Polonorum Respublica, quæ unanimia omnium nobilium in comitiis regni requirit suffragia, affatim testatur.

„Adstipulantur & huic juri naturali, quo plurium suffragiis totæ causæ decisio committitur, omnes fere gentes: Nam, ut reliquas taceam, de Græcis equidem ac Romanis id minime dubium est: Ita enim Appianus ἐςὶ δ᾽ ἐν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δυνατώτερον. *Tam in Comitiis, quam in judiciis vincit major pars.* Et Thucydides κύριον εἶναι ὅτι ἂν τὸ πλῆθος ψηφίσηται. Similiter Dionys. Halicarnass. Ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι τοῦτο νικᾶν. *Quod pluribus visum id valere.* His addi possunt & Livius *l. 1. 32. Inde alii rogabantur, quandoque pars major horum, qui aderant, in eandem sententiam ibant, bellum erat, consensu fieri solitum.* Et A. Gell.

Noct.

bus, ob quas consociatio quæque instituta est, universitas, g & ejus pars major, nomine universitatis obligant singulos qui sunt in societate. h Omnino enim ea credenda est fuisse voluntas in societatem coeuntium, ut ratio aliqua esset expediendi negotia: i est autem manifeste iniquum, ut pars major sequatur minorem: quare naturaliter,

Vid. de potestate civili n. 14.

,,Noct. Att. *De reo septem judices cognoscunt, eaque sententia sit rata, quam plures de eo numero dixerint.* Quibus annuit Appian. Punic. 35. *Audita hac quoque sententia, Senatus poposcit calculos, Scipio vicit plurimis suffragiis.* Plura quidem subjungerem, nisi crederem, ex his juxta ac supra dictis satis superque veritatem hujus rei constare.

,,Quin etiam apud plerosque populos hunc secundum plures judicandi morem obtinuisse, ex multis passim scriptoribus luculenter constat: De Hebræis id inter alios testatur Commentator quidam *ad Exod. XXIII. v. 1. 2. 3.* cujus hæc sunt verba; *Verum est, Hebraeos voluisse sequendam esse multitudinem, quæ reum liberare & absolvere cupit, etiamsi unico tantum voto major sit, non vero eandem, si damnet unico tantum voto superior existens. Si lis erat de pecunia, unum votum superius sufficiebat ad absolvendum reum, si de vita hominis duo ad minimum majora debent esse reliquis.* Idem ab Atheniensibus quoque observatum fuit teste Sigonio *l. 2. de Reg. Athen. c. 3. & lib. 3. c. 4.* De Lacedæmoniis idem eleganter ex Plinio refert Aerodius *lib. 1. Rer. judic. c. 21.* In Parlamento Galliarum Parisiensi supremo, quamvis a tempore Ludovici XI. parum autoritatis habuerit, (teste Conring. *Differt. de Comit. §. 4.*) & olim & hodie id obtinuisse, ex variis passim Authoribus, & inprimis ex Francisci Hotomani *Franco-Gallia* c. 27. abunde patet: Taceo Hispanos, Italos, Lusitanos, Belgas, aliosque, quorum supremi Senatus perpetua hac consuetudine usi fuerunt: Vid. Thesaur. *Dec. 1. n. 25.* Faber *in Cod. Rerum in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 7.* Afflict. *Decis.* 1. Anton. de Gamma *Decis.* 1. Christinæus *Decis. Belg. Vol. 1. Dec. 8. n. 5. & seqq.* Addatur Klock. *lib. 1. Conf. 35. n. 287.* & Conring. *Diss. de Comitiis* §. 4.

,,Quid ergo dubitemus de JCtis nostris Romanis tam strenuis jurium naturalium, a quibus non nisi ob summam Reipublicæ necessitatem recessere, defensoribus? Sane ubique fere, quo nos vertimus, hanc nostram sententiam confirmant: Sic enim Scævola ait in *L. 19. de municip. Quod major pars curia effecit, pro eo habetur ac si omnes egerint.* Vid. Bartol. *ad h. l.* Schurff. *Consil. 59. n. 30. cent. 1.* Hillig. *ad Donell. enucleat. l. 27. c. 8. lit. a. in not.* Et Celsus *in l. 39. de re jud. Tres judices si adsint, & unus contra sentiat, statur duorum sententia. NB. quid enim minus verum est, omnes judicasse?* Quin referri dicitur ad universos, quod publice per majorem partem fit, per *l. 160. §. 1. de R. J. l. 2. Quod cujusque univers.* Unde Ulpianus in *l.* 17 *§. 6. de Rec. arbitr.* demonstraturus, melius & tutius esse imparem arbitrorum constitui numerum, hanc addit rationem, *quia si dissentiant, invenitur pars major, cujus arbitrio stabitur.* Huc etiam facit lex illa quam *supra* §. *5. in f.* jam vidimus, & illud, quod Symmachus *l. 4. Ep. 27.* scribit: *Legem curia Romana illam fuisse, ut majoris numeri antistet autoritas.* Eundem Romanorum morem satis confirmant Gruchius *l. 1. de Com. Rom. c. 4. p. 133.* Sigonius *de Antiquit. juris civ. Rom. c. 14.* Et nervose depingit Prudentius *l. 11. contra Symmachum* his versibus:

,,*Si consulta Patrum subsistere Conscriptorum,*
,,*Non aliter licitum prisco sub tempore, quam si*
,,*Ter centum censisse senes legerentur in unum:*
,,*Servemus leges patrias, infirma minoris*
,,*Vox cedat numeri, parvaque in parte silescat.*

g) (ET EX IIS PARS MAJOR:) Diximus enim unitatem aliquam naturalem esse in omni universitate, quæ est corpus mysticum, *Laut. Comp. l. 3 tit. 4. pr.* Hujus corporis, seu personæ repræsentativæ, eadem est deliberandi ratio quæ personæ privatæ: privatus enim momenta causæ examinat, tam affirmantes quam negantes, quamdiu rationes hinc inde æquales sunt, tamdiu hæret animus: si vero in unam partem magis inclinant rationes, totum quoque corpus totaque voluntas eo inclinare videtur: Eadem ratione quoque hæc persona repræsentativa, seu universitas, nihil decidit quamdiu rationes, i. e. suffragia membrorum, æqualia sunt; ex quo autem suffragia majora in alteram propendent partem, totum corpus mysticum totaque voluntas ejus eo propendere videtur:

,,h) (OMNINO ENIM EA CREDENDA EST FUISSE VOLUNTAS IN SOCIETATEM COEUNTIUM:) Imo id non ex conjectura voluntatis est, utpote ex qua nullum jus, nedum jus naturæ inferri potest; sed sequitur id ex certa juris ratione, quod is qui consentit in universitatem, in omnia ea consentiat sine quo negotia universitatis expediri non possunt; non possunt autem expediri nisi majora obtineant.

,,i) (EST AUTEM MANIFESTE INIQUUM UT PARS MINOR SEQUATUR MAJOREM:) Vera ratio est quod negotia societatis aliter exitum habere non possint.

liter, [k] seclusis pactis ac legibus, [l] quæ formam tractandis negotiis imponunt, [m] pars major jus habet integri. Thucydides: κύριον εἶναι ὅ, τι ἂν τὸ πλῆθος ψηφίσηται. * Appianus: ἐςὶ δ' ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον: *tam in comitiis quam in judiciis vincit pars major.* Dionysius Halicarnassensis similiter: † ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι, τοῦτο νικᾶν, [n] *quod pluribus visum id valere.* [o] Et alibi: †† ὅ, τι δ' ἂν οἱ πλείους ψῆφοι καθαιρῶσι, τοῦτο ποιεῖν. Item: ††† ὅ, τι ἂν αἱ πλείους γνῶμαι καθαιρῶσι, τοῦτο εἶναι κύριον. Aristoteles: †††† κύριον τὸ τοῖς πλείοσι. Curtius lib. X, 3. ††††† *Eo quod major pars decreverit, stetur.* Prudentius (in Symmach. I, 599.)

— In paucis jam deficiente caterva
Nec persona sita est patriæ, nec curia constat.

Deinde (*vers.* 607. 608.)

— — Infirma minoris
Vox cedat numeri parvaque in parte quiescat.

Apud Xenophontem hoc dicitur: ἐκ τῆς νικώσης πράττειν πάντα, *omnia agere secundum eam sententiam, quæ vincit.*

Lib. V. c. 30. De Bell civ. l. III. pag. 560. Ed H. Steph. † Ant. Rom. lib. XI. c. 14. †† Lib. VII. c. 36. ††† ibid. c. 39. †††† Polit. IV, 8. VI. 2. ††††† Cap. VI. n. 15. De Cyri Exp. Lib. VI. c. 1. §. 11.

§. XVIII.

[a] Quod si pares sint sententiæ, nihil agetur, [b] quia ad mutationem

k) (Grot.) (SECLUSIS PACTIS AC LEGIBUS:) Ut quæ volunt duas partes concordare, ut c. 6. *de Electione.*

ADDITIO.

„Atque huc quoque pertinent reservata Evange„licorum, quod *jus eundi in partes* vocare solent, „de quo alibi:

„l) (QUÆ FORMAM TRACTANDIS NEGOTIIS „IMPONUNT:) Jus enim tunc singulis ex pacto & „lege quæsitum est.

„m) (PARS MAJOR JUS HABET INTEGRI:) i. e. „totum corpus consensisse videtur:

„*) (APPIANUS:) Et in Punicis *pag. m.* 35.

n) (Grot.) (QUOD PLURIBUS VISUM ID VALERE:) Hunc sensum dant Chaldæus Paraphrastes & Rabbini ad illud in *Exod.* XXIII, 3. Adjunge l. 39. & l. Pomponius 38. *D. de re judicata*; & quæ infra lib. III. cap. XX. §. 4. & quæ paria cum *Prudentio* habet *Ambrosius* contra Symmachum.

„o) (ET ALIBI:) *L. 7. p. m. 4. & 45. Conf.* „*Livius l. 1. c. 32. Plin. l. 2. ep. 12. l. 6. ep. 13.* „*Gell. Noct. Att. l. 9. c. 15. Thuan. l. 38. p. m. 765.* „*Quintil. decl. 365. Carpz. Dec. illust. 82. Card.* „*Tusch. 5. 14. lit. m. & 2. 554. lit. c. Limn. J. publ.* „*t. 3. l. 9. n. 175. & 183.*

a) (QUOD SI PARES SINT SENTENTIÆ NIHIL AGETUR:) Recte Author ait paribus votis nihil agi, quia ad decisionem majora requiri diximus: Atque hoc jus illud est famosum quod dicitur calculus Minervæ, ex fabula illa ubi Orestes Clytemnestram matrem furiosus occidit, ideo enim ad judicium trahebatur, cui præsidebat æquitas seu Minerva, &, cum majores essent lapilli atri seu condemnatorii, album addidit Minerva, eoque utrinque suffragia æquavit, atque ita evasit Orestes. Hoc igitur verum jus naturale est, qui enim paria vota habet non potest dici condemnatus, sed tunc demum cum majora adsunt, alias enim res manet in statu quo antea fuit, ubi ad pœnam nondum erat obligatus, donec is per condemnationem mutetur: Hinc apud Romanos eligendus in magistratum, si paria habet vota, rejici debet, quia per electionem mutatur status dum fit magistratus, sed per rejectionem manet in priori statu: Atque hoc modo Mars a crimine homicidii liberatus dicitur, dum paria erant vota. De Cariolano vide *Dion. Halic. l. 7. c. 59. De Mario Plutb. in Cat. Min. c. 21. De Servilio Cic. l. 8. fam. ep. 8. & pro cluent. c. 74. Add. Sen. l. 3. controv. 2. Curt. L. 10, c. 6.*

ADDITIO.

„De parilitate suffragiorum, seu calculo Miner„væ, late egit B. Parens in ante allegata disputatio„ne *de eo quod justum est circa numerum suffragio*„*rum. Sect. II.* ubi ita differit:

„Uti tutius ac salutaris est Reipublicæ ut mini„mum tres personæ in universitate constituantur, ita „id collegiorum quoque ratio requirit, quia tres fa„ciunt collegium, &; si semel constitutum, unus „sustinet, uti JCti loquuntur, ut eo citius nego„tia ac lites ad finem perducantur, illaque suffra„giorum parilitas evitetur; Quod & probe Pon„tificii in cap. I. cap. pen. X. de arb. observarunt. JCti vero Romani in *l. 17. §. 6. ff. de Rec. arbitr.* vi„derunt quidem difficultatem aliquam obstare, quo

„minus

„mious arbitrium in duos collatum valere possit, „*quoniam res ob naturalem dissentiendi facultatem „exitum invenire non posset*, sed eo non obstante, „nihilominus pares numero arbitros admiserunt, „addito tamen hoc remedio, ut, si forsan hi duo in„ter se dissentirent, tum Prætor eos cogeret ut „tertium quendam, qui illorum controversias diri„meret, atque in omnem eventum decidere posset, „eligerent, *d. l.* 17. *§.* 6. *in f.* Sive autem ab ini„tio impar in collegio quodam, sive par numerus „constituatur, quoniam tamen sæpe accidit, ut „unus aut alter absentia, aut alia justa de causa, „jure suo uti impediatur, (cujus proinde jus me„rito accrescit præsentibus; Grot. *l.* 2. *c.* 5. *§.* 20.) „eoque ipso paria iterum reddantur suffragia, ope„ræ pretium erit, paucis delibare, quid sublata il„la imparilitate in dubio sit decerendum.

„Hunc autem suffragiorum parilitatem Docto„res vocant *Calculum Minervæ*, unde & hac rubri„ca præsentem sectionem notavimus, quanquam „apud Græcos Minervæ calculus proprie id genus „numeri æqualis in variantibus sententiis vocetur, „quo reus absolvitur: Boeclerus *Diss. de Calculo „Minervæ.* Antequam ergo ad explicationem hu„jus rubricæ, cur scilicet (1) Calculus (2) Miner„væ Calculus dicatur, progrediar, non male me „facturum arbitror, si paucis varios suffragia fe„rendi modos, quibus cum aliæ gentes, tum præ„cipue Græci ac Romani usi fuerunt, attulerim „ostenderimque, quam ob causam apud Romanos „calculi fuerint introducti.

„Egregie autem hac in re viam sternit Alex. ab „Alex. *lib.* 4. *Dierum Gen. c.* 11. ubi uno quasi in„tuitu omnium fere saniorum gentium mores, „ritusque in colligendis suffragiis exhibentur; „Apud Athenienses in frequenti Senatu pro cujus„que ætate sententias fuisse rogatas, author est „Herodotus *l.* 6. *c.* 6. Lacedæmonios maximis cla„moribus voluntatem suam declarasse, suosque suf„fragatores misisse, qui animadverterent cujus „partis clamor vehementior esset, Thucydides, „*Bell. Pelopon. lib.* 1. testatur. Unde Candidati „per campum comitiorum transeuntes, populi ap„plausum captabant, Judices vero seorsum consi„deantes clamoris magnitudinem diligenter obser„vabant, & cui plures acclamassent, is vincebat „competitores. Vid. Beierling. *Theatr. vitæ hum. „lit. C. p.* 311. *Col.* 2. Germani vero murmure ac „fremitu dissentiebant, frameärum contra se telo„rum concussione, & sono armorum, ut & tripu„diis consensum indicantes. Alex. ab Alex. *d. l.* „Tac. de Mor. Germ. *c.* 11. *in f.* Apud Macedo„nes quoque in usu fuit, ut, quoties in publica „consultatione quid improbarent, hastis scuta qua„tientes obstreperent. Curt. *lib.* 10. *cap.* 16.

„Contra Romani in ferendis suffragiis ac sen„tentiis sæpius variatunt; Primis enim tempori„bus tam in civitatis, quam centuriatis comitiis „voce suffragia ferebant, & pro varietate comi„tiorum varia quoque suffragiorum erat ratio. „In comitiis enim magistratuum rogabantur sin„guli quem vellent magistratum creari. Asconius „Ped. *in divin.* & Alex. ab Alex. *l.* 4. *c.* 3. cujus„modi suffragii formula videtur fuisse, quæ est „apud Liv. *l.* 10. *l.* 24. *l.* 29. HUNC, VEL IL„LUM CONSULEM NOMINO, DICO. Vel „etiam rogati simpliciter personam nominabant; „Si vero leges condendæ essent, populus consen„tiens his verbis utebatur: UTI ROGAS, (id est, „uti rogat legislator, ita volo.) Dissentiens vero „utebatur solenni voce ANTIQUO: Eademque „verborum solennitas locum quoque in Comitiis „judiciorum habuit: Voce enim ANTIQUO ab„solvebatur reus, verbis UTI ROGAS condemna„batur, teste Alex. ab Alex. *d. l.*

„Animadvertente autem populo Romano, sen„tentiam non tamen liberam, nec ab inimicitiarum „metu immunem esse, si ore, quam si alio mo„do feratur, cum qui honoribus ac dignitatibus „cæteros anteeunt, plus voce, quam punctis, seu „tabellis haud dubie possint, testante idem Alex. „ab Alex. *d. l.* his verbis: *Ne qua invidia orire„tur, & quo magis libero animo vota impertirent, „cautum fuit, ut non voce sed punctis suffragaren„tur:* Idcirco quatuor LL. Tabellariæ, Gabinia „in creandis magistratibus, Cassia in judiciis, *Plin. „L.* 3. *Epit.* 20. Papyria in forandis legibus, & „denique Lælia in perduellione, (quippe quam „Cassia exceperat,) fuerunt constitutæ, vi quarum, „non voce, ut antea, sed magno cum silentio suf„fragia dabant: Gruch. *de Comitiis.* Unde & ta„bellas has *vindices tacitæ libertatis* vocat Ci„cero in Orat. Agraria II. & Libr. de Legib. „Et in oratione pro Cornelio Balbo: *Princi„pium justissimæ libertatis.* Modus autem suffra„gandi is erat: In comitiis magistratuum ta„bellis candidatorum nomina inscribebantur, un„de tot populo tabellæ dabantur, quot candidati „erant: Notabantur autem in tabellis non integra „candidatorum nomina, sed primæ tantum literæ, „uti videre est apud Cicer. *pro domo*, qui scribit: „*Quendam fraudem facere voluisse, ita ut Prætor „renunciaretur interversa ædilitate, idque potuisse, „si modo prima litera competitorem habuisset ali„quem:* id est, si nomen alicujus, qui Præturam „petiisset, initium habuisset ab ea litera, a qua no„men illius fraudulenti: In Comitiis vero legum „& judiciorum duæ tabellæ dabantur, quarum uni „insertum erat; UTI ROGAS, duabus tantum „primis literis, V. & R. alteri vero inscriptum „erat, A. id est, Antiquo; Priori populus acci„piebat legem, vel reum condemnabat, posteriore „vero legem repudiabat, vel absolvebat reum, Vid. „late Sigonius *de jure antiquo veteri Roman.* & „Onuphrius *in imperio Roman.*

„In gravioribus autem causis Romani secuti „sunt Græcos: Hi enim quemadmodum in omni„bus judiciariis, ita maxime in criminalibus, in eo „occupati fuere, ut libere, & sine invidiæ metu, men„tem suam quisque aperire ac declarare posset. „Quamobrem antiquissimis temporibus, non voce „aut hastarum sonitu sensa animi exprimebant, „sed suffragia nigris & albis fabis ferre consueve„rant, unde & *fabis victitare* dicebantur, quibus „hinc erat quæstus. Erasmus *Chil.* 1. *cent.* 1. Post„ea autem adhibebant calculos, condemnatorios ali„os, alios absolutorios, quos in duas urnas, quarum „altera ἐλέου: id est, misericordiæ, altera θανάτου

 „id

„id est, mortis Cadiscus vocabatur, summo cum si-
„lentio immittebant, ut sciri minime posset qui-
„nam, cujusque ejus calculus fuisset: *Scholiast.*
„*Aristoph. in Vespas.* Hos ergo imitati fuere Ro-
„mani, & aliquando tabellis, uti ex præcedente §.
„& inprimis ex insigni illo loco Propertii, *l. 4.*
„*Eleg.* 12. apparet:

> „*Mi natura dedit leges, a sanguine ductas.*
> „*Nec possum melior judicis esse metu.*
> „*Qualibet austeras de me fert urna tabellas:*
> „*Turpior assensu non erit alla meo.*

„Interdum vero, & inprimis extra Romam, cal-
„culis quoque usi fuerunt, teste Alex. ab Alex. *l.*
„3. *c.* 4.

„Duplicis autem generis hujusmodi calculi fue-
„re, alii perforati & nigri, qui condemnabant, alii
„albi & integri, qui absolvebant: qua de re ita
„Ovid. *Metam. l. 15.*

> „*Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis:*
> „*His damnare reos, illis absolvere culpa,*
> „*Nunc quoque sic lata est sententia tristis, &*
> „*omnis.*
> „*Calculus immitem demittitur ater in urnam,*
> „*Qua simul effudit numerandos versa lapillos,*
> „*Omnibus e nigro color est mutatus in album,*
> „*Candidaque Herculeo sententia munere facta,*
> „*Solvit Alemoniden.*

„Quemadmodum enim alias semper albo colore,
„non Romani tantum, sed aliæ etiam gentes; læta
„& auspicata significarunt, indeque lætos dies al-
„bis, lugubres vero & infaustos nigris calculis no-
„tarunt; Macrob. *l. 1. Satur. c. 15.* Alex. ab A-
„lex. *l. 4. c. 20.* nigrum adeo colorem ominosum
„maxime judicantes, ut docet Horatius *l. 1. serm.*
„*sat. 4.* cum ait:

> „*Hic niger est, hunc tu Romane caveto.*

„& Pausan. *in Græc. l. 8. c. 34.* dum Oresti furenti
„atras, convalescenti albas apparuisse furias tradit:
„Ita hic quoque absolutioni, utpote quæ jucunda
„admodum est, albos, tristi vero ac funestæ con-
„demnationi nigros lapillos tribuerunt. Unde &
„interdum loco lapillorum alborum creta, tan-
„quam candida, loco nigrorum vero atro carbo-
„ne usi fuerunt. Sic enim Horatius *l. 2. Serm.*
„*Satyr. 3.* inquit:

> „*Quorsum abeant Sani? Creta an carbone no-*
> *tandi?*

Et Persius *Satyr. 5.*

> „*Quaque sequenda forent, & quæ vitanda vi-*
> „*cissim;*
> „*Illa prius creta, mox hac carbone notasti.*

„Confer. Doepler. *Theatr. Pœn. & Supplic. p. 15.*
„*& seqq.* Meursius *in Areop.* 61. Joh. Pfeiffer. *An-*
„*tiquit. Græc. l. 2. c. 30. & cap. 29.* Bierling. *The-*
„*atrum vita hum. lit. S. p.* 141.

„Postquam ergo jam ratio constat, cur suffra-
„gia nomen calculorum induerint, discutienda
„erit altera rubricæ nostræ pars, cur nimirum æ-
„qualitas suffragiorum dicatur *Calculus Minervæ?*
„Debet autem illa originem fabulæ, quæ apud Eu-
„ripidem in Oreste & Electra, & apud Æschylum
„in Furiis tractatur: Clytemnestra enim, Agame-
„mnonis uxor, maritum reducem ope adulteri
„Ægysthi interemerat, idemque fatum Oresti pue-
„ro imminebat, nisi Electra soror clam servatum
„educari curasset. Is ergo adultus patris necem,
„occisa cum Ægystho matre, vindicavit; Hujus
„parricidii nomine, cum accusantibus Furiis, ju-
„dicantibus Areopagitis, in Areopago causam di-
„ceret Orestes, damnantesque uno suffragio vin-
„cerent, Athenas profugit, & a Minerva supplex
„impetravit, ut illa suum Calculum absolventibus
„apponeret, quo ipso, quem majora antea vota
„condemnassent, paria jam vota absolverunt, te-
„ste eodem Euripide in *Iphigenia Taurica*, ubi Mi-
„nerva, pristinæ benevolentiæ adhuc admonens O-
„restem, legem hanc in posterum futuram dicit
„*v. 1268.*

> „Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὁ δὲ νόμος τεθήσεται
> „Νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.
> „*Et ceteris lex ista promulgabitur,*
> „*Ut usque paribus calculis vincat reus.*

„Ut proinde facile hic appareat, non eum, quem
„quidam describunt, esse calculum Minervæ,
„quando paribus punctis unum accedit, sed illum
„demum, quando paribus numero suffragiis, reus
„a pœna criminis liberatur, quod ipse Orestes
„apud Euripidem in *Iphigenia Taur.* confirmat;
„ubi recensens Deorum beneficia Minervam paria
„sibi suffragia fecisse gloriatur: Conf. Diss. Bœ-
„cleri *de Calculo Minerv.*

„Neque vero in Oreste tantum hoc contigit,
„sed jus hoc certatim quasi ab omnibus gentibus
„fuit observatum: Ita Mars, cum homicidii reus
„fieret, & coram rigido illo Areopagitarum ju-
„dicio accusatus esset, judicantibus 12. Diis, a 6.
„condemnatus, a 6. absolutus fingitur. Alex. ab
„Alex. *l. 3. c. 5. & l. 4. c. 11. & l. 6. c. 11.* Cæ-
„lius Rhodig. 7. 19. Philip. Melanchthon. *in Epit.*
„*Philos. mor. Quoniam*, uti Augustinus *de civita-*
„*te Dei* ait, *ubi paris numeri sententiæ fuissent;*
„*præponi absolutio damnationi solebat.* Idem de
„Coriolano refert Dion. Halicarn. *l. 7. c. 59.* Et
„simile prorsus exemplum est apud Plutarch. *in*
„*vita Catonis Uticensis*, ubi in causa scribæ, cri-
„minis falsi postulati, cum uno calculo absolven-
„tes vincerentur a damnantibus, M. Lollius Quæ-
„stor per causam valetudinis absens, lectica alla-
„tus, absolventem lapillum adjecit, reumque da-
„mnationi eripuit. Elegans hanc in rem locus
„est apud Cic. *in oratione Miloniana: Non sine*
„*causa*, inquit ille, *fictis fabulis doctissimi homi-*
„*nes memoria prodiderunt, eum, qui patris ulci-*
„*scendi causa matrem necavisset, variatis homi-*
„*num sententiis, non solum divina, sed etiam sa-*
„*pientissimæ Deæ sententia liberatum.* Idem te-
„stantur Seneca *l. 3. Controv. 2. Elisus a patre par-*
„*ricidii condemnatus, paribus votis absolutus.* Et
„*in Ep.* 81. *Reus paribus sententiis absolvitur, &*
„*semper, quicquid dubium est, humanitas incli-*
„*nat in melius.* & Paulus *in lib. 4. sentent.* 12. *&*
„*5. Inter Pares*, inquit, *sententias, clementior se-*
„*veriori semper præfertur, & certe humanæ ratio-*
„*nis est, favere misericordibus, & prope innocen-*
„*tes dicere, quos absolute nocentes pronunciare non*
„*possumus.*

„Variæ

„Variæ quidem rationes, cur absolutio paribus „calculis obtineat, passim a Doctoribus afferri so„lent, sed admodum leves ac frivolæ; scilicet, quod „reus præ animi perturbatione se satis defendere „nequeat, quodque damnatio injuste facta non pos„sit corrigi, absolutio autem vel nocentem emen„det, vel denuo peccanti pœnam reservet; Inde „enim nec rei innocentia, nec criminis, de quo „manifesto constat, impunitas deduci potest. Ve„ra ergo ratio est, quod rei status condemnatione „mutetur, absolutione maneat, adeoque nihil aga„tur: Cum vero major tantum pars novi aliquid „facere, & statum priorem mutare possit, sequitur, si „pares sint, nihil agi, sed priorem rei statum manere, „id est, reum absolvi. Huic similis aliquatenus est ra„tio quam Grot. *l. 2. c. 5. §. 18.* & Puffend. *l. 7. c. 2.* „*§. 27.* adducunt, quod nimirum, si ad mutationem „non satis momenti adsit, atque par pondus velut „æquilibrio rem suspendat, in paribus suffragiis ni„hil agatur, secundum communem regulam, quod „omnis res tamdiu maneat in statu suo naturali, do„nec mutatio accedat; quemadmodum enim Philo„sophi loquuntur: *Nihil movetur, nisi ab alio mo„veatur*, ita & hic nulla lis dirimi, nec pœna in„fligi potest, nisi ab iis, qui litibus finiendis pœ„nisque injugendis præsunt. Hi ergo, cum æqua„le ab utraque parte jus habeant, si invicem con„trariis suffragiis se consumant, nemoque supersit „qui suo calculo reum condemnet, delictum qui„dem, si quod est, manet impunitum, non tamen „ideo, quoniam melius est nocentem absolvi quam „innocentem condemnari; sed quoniam omnis pœ„na naturaliter requirit condemnationem, hæc ve„ro alios qui condemnent; non possunt autem vi„deri condemnasse suffragantes, qui, sibi invicem „contradicendo, paribus suffragiis fecerunt ut ni„hil actum fuerit.

„Et hæc ratio non tantum in condemnatione „reorum, sed aliis quoque rebus ac negotiis locum „habet, eamque Romani quondam in mandandis „magistratibus, condendisque legibus sanctissime „semper observarunt: Si enim paria essent suffra„gia, nemo Consul, Prætor, Censor renuntiaba„tur, sed, quasi nihil actum esset, aliarum cen„turiarum suffragia expectabantur. Similiter in „legum comitiis, si plures ab una parte tabulæ „non reperirentur, sed æqualia utriusque partis „suffragia essent, nulla sententia prorsus pronun„ciabatur; Gruchius *de comitiis*, & Merula *ope„ribus variis posthumis p. 21.*

„Hinc ergo apparet, quid in electione regis „Romanorum, si pars una in hunc, altera in „alium imperatoriam dignitatem conferre velit, „sit decernendum. Equidem in hac quæstione, „licet facili, Doctores maxime inter se dissen„tiunt: Quidam enim opinantur, quod hoc casu „alter alterum cum exercitu in agro Francofurtensi „expectare, & vel prælio adversarium vincere, „vel sponte alter alteri cedere debeat, quale cer„tamen fuisse inter Henricum Thuringiæ Land„gravium, & Conradum Frid. II. filium; item „inter Guntherum Comitem Schwarzburgicum, „& Carolum IV. referunt Matth. Dresf. *de urbi„bus German. in Descript. urb. Francofurt, p. 56.* „*57.* Alii, inter quos est Henricus Söllner, „*Diss. de Reg. Rom. Elect. concl. 11. in f.* litem a duo„bus istis, pari calculorum numero ad imperium „vocatis, privato duello dirimendam esse, pu„tant: Sunt denique, qui in hoc casu utrumque „electum ad imperii administrationem promoven„dum esse arbitrantur uti Gœden, *tract. de elect.* „*reg. Rom. c. 7. n. 3.* Sed quis non videt, inve„teratos hos potius errores, quam rationabiles „opiniones fuisse? Verissima ergo omnium ea est „sententia, quæ juxta *tit. 2. Aur. Bull.* a majori „parte electum ad imperium admittit, paribus „autem suffragiis electionem ipso jure nullam, de„nuoque repetendam pronunciat. Rejiciendi er„go merito ii quoque sunt, qui, quoties dubia „electio est, Papæ approbationem, propter *cap.* „*venerabilem 10. de elect.* expostulant, cum tamen „nihil ille in imperio Romano, nisi unice ex „liberalitate & beneficentia imperatores possi„deat: Vid. Dn. Præses *jure publico, c. 6 per* „*tot.* multo minus quoddam jus in electione „regum Romanorum, quod semper Procerum „& populi Germaniæ fuit, Dn. Præses *in jure* „*publ. c. 14. §. 3.* sibi arrogare possit. Conf. D. „Conring. in *Diss. de imp. Rom. Germ. §. 45.* „& Goldast. *tom. 3. constit. imper. pag. 469.* „Neque vero in hac dissensione regis Bohemiæ „ex partes sunt; magnoque errore veterum qui„dam antiquo illo rythmo de eo prædicarunt:

„**Ich bin der Fürsten Oymann,**
„**Wenn man nicht eines werden kan** *etc.*

„Etenim præter suffragium in electione nihil „juris ullibi ei permissum apparet: & nec ca„pitulationibus interest: *Capitul. Ferdinandi III.* „*§. 7. 9. 11. 13. 24.* quo sensu semper sex tan„tum electorum fit mentio. Dn. Præses *dict. cap.* „*14. §. 5. & cap. 12. §. 12. cap. 19. §. 10.* Ut „proinde, si pars una in alterius sententiam ire „nolit, alia rursus electio facienda sit, nec an„tea Archiofficiales imperii dimittantur, per Aur. „Bull. *Tit. 2. §. 3.*

„Atque hoc quoque fundamentum est, quo „Carpz. & Cujac. obs. II, 35. nixi paritate suffragio„rum pro possessore decidendum esse statuerunt, „quodque Camera imperii quoque, referente Ao„thore *Decis. vel præjud. Cameral.* Gylman. *in* „*verb. inhibitio vers. inhibitio etiam decreta &c.* „approbavit: Cum enim ibi de removendo quo„dam ab officio, alioque in locum ejus surro„gando deliberaretur, convenienter juri naturæ „& gentium decretum est, ut paribus suffragiis „nihil actum intelligeretur, sed possessor in suo „officio permaneret, non solum, quod hæc be„nignior sit sententia, adeoque non immerito „præferenda, per *leg. 7. §. 1. de restit. in integr.* „*l. 4. in f. de eo quod certo loco l. 10. ff. de* „*inoff. testamento.* Mev. *ad jus Lubec. l. 1. art. 5.* „*n. 36.* Sed ideo præsertim, quia removendus in „possessione erat, & officium gerebat; pro in„deque paria suffragia nullam mutationem in„ferre, nec citra injuriam officio privare alterum „possent. Cz. *Dec. illustr. 82. §. 35. & seq.*

nem non satis momenti est: qua de causa ubi pares sunt sententiæ, [c] reus absolutus intelligitur: [d] quod jus Minervæ calculum Græci vocant ex fabula de [e] Oreste: quæ res apud Æschylum Furiis, & apud Euripidem Oreste & Electra tragœdiis tractatur. [f] Sic & possessor rem tenet, quæ ratio non male observata est [g] a scriptore problematum, quæ Aristoteli adscribuntur, sectione XXIX. In [h] Senecæ controversia quadam est: *Alter judex damnat; alter absolvit: inter dispares sententias* [i] *mitior vincat*. Nam sic & in dialectis collectionibus [k] illatio eam partem sequitur, quæ onerat.

Lib. 1. Contr. 2.

§. XIX.

[a] Sed hic quæstio oriri solet de conjungendis aut dividendis senten-

ten-

„b) (QUIA AD MUTATIONEM NON SATIS MOMENTI EST:) Nam causa manet in pristino statu „donec probetur mutatio, quæ non est quamdiu „paria sunt vota.

c) (Grot) (REUS ABSOLUTUS INTELLIGITUR:) L. inter partes 38. D. de re judicata. Vide *Julianum* de Eusebia. (orat. III. pag. 115. A. *Edit. Spanhem.*)

ADDITIO.

„Conf. *Sen. ep. 81. Quintil. 254. Aristoph. in* „*ranis 700. Puffend. J. N. l. 7. c. 2. §. 12.*

„d) (QUOD JUS MINERVÆ CALCULUM:) Rationem dedit B. Par. in ante allegata dissertatione „*Sect. II. §. 8.*

e) (Grot.) (ORESTE ET ELECTRA:) Etiam Iphigenia in Tauris. (*vers.* 1470.) in Electra sic ait:

Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται,
Νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.
Idemque cunctis juris esto in posterum
Certante numero judicum ut vincat reus.

(vers. 1268.)

„f) (SIC ET POSSESSOR REM TENET:) Quia „pro præsenti possessionis statu tamdiu naturalis „præsumtio est, donec status ille mutatus probetur.

„g) (A SCRIPTORE PROBLEMATUM:) Nam reum „vincere sancitum esse ait *d. probl. 29. n. 12.* „Rationes affert 1) quia accusator præparare attestata, & quæ ad probationem pertinent, potest, cum „reus non præparatus respondere teneatur: cum „igitur Author legis minus partes rei videret, favendum ei censuisse putat quoties sententiæ judicum pares inter se fiunt. 2) Quia unusquisque nocentem potius vult liberare quam innocentem „condemnare. 3) A simili: si duo de re litigant non „protinus rem criminanti restituendam censet, sed „possidenti tenendam usque quo judicatum sit, & „legum Authorem non criminanti favere, sed reum „jubere dominum rei tantisper esse debere, dum „superet accusator. 4) Si injuria damnant, nullus „reparationi locus est, si injuria liberant, semper „adhuc puniri, probato crimine, potest. Nos veram naturæ rationem jam allegavimus.

„h) (SENECÆ:) *3. Exerc. 2.*

i) (Grot.) (MITIOR VINCAT:) Seneca in controversiis: (I, 5.) *Non est invidiosa potestas quæ misericordia vincit.* Imo apud Hebræos una sententia damnantium vincens pro nulla habebatur: ita Chaldæus ad dictum locum *Exod* XXIII. & *Moses de Kotzi* præceptorum jubentium XCVIII. & vetantium CXCV.

k) (ILLATIO EAM PARTEM SEQUITUR, QUÆ MINUS ONERAT:) In jure Romano nihil frequentius quam regula, quod in dubio interpretatio fieri debeat in mitiorem partem. *L. 7. §. 1. ff. restit. in integr. Barbos. loc. Com. l. 4. c. 53. n. 9 & Tesm. in not. h.*

a) (SED HIC QUÆSTIO ORIRI SOLET DE CONJUNGENDIS AUT DIVIDENDIS SENTENTIIS:) Regula generalis est quod in judicio duo quærantur, (1) an reus damnandus sit? (2) in quantum? In *priori* quæstione omnes junguntur damnantium sententiæ contra absolventes, etsi in genere pœnæ dissentiant; in *posteriori*, si in genere pœnæ dissentiant, junguntur illi qui majorem poenam volunt, contra eos qui minorem.

ADDITIO.

„Materiam hanc, de diversitate suffragiorum „latius explicavit B. Parens in sæpius allegata di„sputatione *de eo quod justum est circa numerum* „*suffragiorum. Sect. III.* quam integram hic inserere libet.

„Quanquam in prima sectione satis superque „demonstratum sit, nullam bene constitutam rem„publicam subsistere, nec decidi negotia posse, nisi „numerus potius suffragiorum, quam ratio hujus „vel illius sententiæ attendatur; in secunda autem „sectione in enodandis dubiis, quæ ex parilitate „suffragiorum oriuntur, longi satis fuerimus, quo„niam tamen sæpius contingit, ut nec majora nec „paria ab alterutra parte suffragia adsint, sed di„versæ prorsus a singulis quandoque pronuncien„tur sententiæ, paucis, quomodo hæ inter se com„putandæ sint, explicandum superest: ubi quæstio „statim sese offert, an singulæ seorsim numeran„dæ sint, ita, ut illa pars vincat, quæ plura reli„quis suffragia habuit, an vero duæ pluresve, licet „diversæ sententiæ conjungi debeant, ut, tertia quæ „magis adhuc distat, elidatur, eaque extincta, illæ

ita

„ita inter ſe comparentur, ut ea demum, cui alte-
„utra per legitimam conſequentiam aſſentit, quæ-
„que plura hoc modo ſuffragia habet, potior ſit.

„In hac illuſtri quæſtione decidenda, ab omni
„ævo tam veteres quam hodierni JCti, & jurium
„præſertim naturalium indagatores maxime occu-
„pati fuerunt, ſed quo magis operam ac laborem
„huic rei præſtiterunt, eo longius a vera caſuum
„iſtorum deciſione aberrarunt. Equidem viri ma-
„gni, Grotius, Puffendorfius, Cujacius, aliique
„ad conciliandas hujusmodi diſſidentes ſententias,
„diſtinguunt inter ſuffragia, quæ totis rebus diffe-
„runt, v. g. mors, exilium, carcer; & illa, quo-
„rum alterum partem alterius continet, ſeu quæ
„differunt tantum quantitate: Verum, quanquam
„hæc diſtinctio aliis in locis uſum forte aliquem
„præbere poſſit, præſenti tamen quæſtioni illuſtran-
„dæ nil quicquam conferet, cum illa non attenta,
„eadem nihilominus in utrisque maneat deciſio.

„Rectius ergo duæ ſequentes regulæ ponuntur,
„quibus quaſi principiis ac fundamentis tuto inni-
„ti, difficillimasque objectiones facili negotio la-
„befactare poſſumus: Nimirum cum in omni ju-
„dicio hæ ſint primariæ quæſtiones, prima, an
„reus condemnandus, dein in quantum, aperte li-
„quet, juris eſſe naturalis, 1) ut damnantes omnes
„jungantur contra abſolventes, & 2) ſi plures con-
„demnantes in genere poenæ diſſentiant, jungan-
„tur ii, qui propius idem ſentiunt; Reus enim in
„judicio vel abſolvendus eſt, vel condemnandus,
„alioquin illud exitum non haberet: Non poteſt
„autem abſolvi, ſi plures, etſi diverſis poenis, con-
„demnent, quoniam juxta §. 4. *ſect.* 1. nulla natu-
„ralis ratio ſubeſt, cur plures paucioribus cedere
„debeant, nec, ſi diverſæ poenæ dictentur, poteſt
„condemnari niſi una ex iis intelligatur in quam
„omnes conſentiant, & ſic pluris condemnantes
„contra pauciores abſolventes conjungantur, etſi
„in genere poenæ diſſentiant.

„His poſitis, primo ſtatim intuitu non conveni-
„re ſibi ipſi Bonifacium in *C. 1. de Arbitris in Sext.*
„animadvertimus, ubi tres judices conſtituit, unum
„qui reum in quindecim, alium qui in decem, &
„tertium qui in quinque condemnaverat, hujusque,
„qui de minori ſumma dixiſſet, ſententiam efficacem
„eſſe judicat, addita hac ratione: *Quaſi in illa*
„*omnes concordes exiſtant:* Hoc, ſi verum eſſet,
„idem ſtatuere quoque debuiſſet & in priori caſu,
„ubi indubia omnes quoque conſenſere in 5. Quod
„ſi vero naturalem rationem ſequimur, minime il-
„li hæc deciſio videtur congruere, quia duas ſenten-
„tias, quibus unus tantum adverſatur, rejicit, eam
„vero, cui duo contradicunt, amplectitur: Potius
„ergo media hic retinenda eſt ſententia, reusque
„non in 5. vel 15. erit condemnandus, quia duo
„ſunt, qui vel majori vel minori poena reum affi-
„ciendum eſſe ſtatuunt; Sed tantum in 10. quia
„minor ſumma continetur ſub majore, & qui ma-
„jorem ſummam ſuſtinuit, ſi ſuam non attendi
„ſententiam videat, in mediam potius, quam in
„leviſſimam, quæ longius a ſua recedit, conſen-
„ſiſſe videtur; Sed dixeris, eandem Pontificis ſen-
„tentiam defendere etiam JCtos noſtros Romanos
„quod apparet ex *l.* 27. §. 3. *de Rec. arb.* At illi
„tamen ſibi conſtant, & ſemper minimam præfe-
„runt, tanquam jus poſitivum & benignius, cum
„ſemper fuerint ad abſolvendum promores, *l.* 47.
„*de O. & A.* Ut proinde hoc tam certum ſit, quam
„quod certiſſimum, ſi & prior caſus, ubi duo in
„10. condemnaverant, unus vero tantum in 5.
„JCtis noſtris propoſitus fuiſſet, eos non cum Pon-
„tifice in 10. ſed in 5. eadem ratione ductos, con-
„demnaturos fuiſſe.

„Hinc apparet etiam, quid ſtatuendum ſit de ca-
„ſu illo, quem Gellius *Noct. Att. l. 9. c. 15.* refert,
„quique juveni quondam vano ac jactanti propoſi-
„tus ἄπορος ſeu inextricabilis plane videbatur; E.
„gr. tres judices morte reum puniunt, duo alii exi-
„lio, duo reliqui pecunia: Non immerito hic quæ-
„ritur, qua pœna afficiendus? Mortis pœna putat
„Gellius: Nos dicimus pœna exilii, in quam plu-
„res conſenſerunt; a pœna enim mortis quatuor
„majoribus ſuffragiis fuit abſolutus, & tribus tan-
„tum condemnatus: Pœna pecuniaria duo tantum
„contenti fuere, graviorem 5 judices dictarunt: ſa-
„ne igitur in pœnam graviorem exilii plures con-
„ſenſerunt, & ad hanc itaque pœnam pluribus omni-
„no ſuffragiis fuit condemnatus. Nec obſtat quod
„pœna mortis ab exilio toto genere differat, nam
„licet pœna exilii non formaliter ſub pœna mortis
„contineatur, uti numerus minor ſub majore, ta-
„men ratio eadem eſt, perinde ac ſi reducatur æſti-
„matio pœnarum ad numeros, & mors ſit ut 100,
„exilium ut 50, mulcta ut 20; plurimi in 50 con-
„ſentiunt, quia & ille qui in 100 condemnat, in
„50 conſentit, & qui mortis pœna dignum habu-
„it reum, eundem multo magis exilio dignum ju-
„dicabit. Similis caſus eſt apud Quintilianum *de-*
„*clam. 365.* ubi 7 conſtituti judices, quorum duo
„condemnabant in infamiam, duo exilium, tres
„mortem volebant. At, quis non videt mediæ
„pœna denuo hic eſſe locum, nec tres illos rigidi-
„ores, quamvis ſeparatim ſpectati numero ſint po-
„tiores, attendendos eſſe, cum quatuor mitiores ad-
„ſint; nec infamiam quoque infligendam, cum 5.
„graviorem pœnam ſtatuerint?

„Huc etiam ſpectat controverſia illa, quæ eſt
„apud Plin. *Lib. 8. ep. 14.* interfecto nimirum Afra-
„nio, cum incertum eſſet, ſua, an ſuorum manu
„periiſſet, quæſtio movebatur libertis: Hos alii ſup-
„plicio liberandos, alii in inſulam relegandos, alii
„morte puniendos arbitrabantur: Plinius tantam
„hic eſſe ſententiarum diverſitatem exiſtimat, ut
„non poſſint eſſe niſi ſingulæ, & parvulum referre,
„an idem diſpliceret quibus non idem placuiſſet,
„adeoque diviſis plane ſententiis libertos eſſe abſol-
„vendos; ſed quam longe hoc in caſu vir ille con-
„ſularis & cum eo Grotius *L. 2. c. 5. §. 19.* (qui
„eapropter mirum in modum ipſum extollit) a ve-
„ro aberraverit, ex dictis §. 3. regulis abunde con-
„ſtat; Duæ enim hic fuerunt quæſtiones, primo,
„utrum liberti Afranii abſolvendi eſſent, an con-
„demnandi? dein qua pœna afficiendi? Quantum ad
„*primam* quæſtionem, certum eſt eos omnem ef-
„fugere pœnam non potuiſſe, quia una tantum
„ſententia abſolverat, duæ condemnaverant, &
„ergo de prima hac quæſtione non potuit dubium
„eſſe. ſed tantum de *altera*, quæ pœna præferen-

tentiis: qua de re ex mero jure naturali, [b] id eſt, ſi pactio aut lex aliud non præcipiat. [c] diſtinguendum videtur inter ſententias, quæ totis rebus differunt, & inter eas, quarum altera partem alterius continet, [*] ut hæ conjungendæ ſint in eo, quo conveniunt, illæ non item. [d] Sic qui in viginti damnant, & qui in decem, conjungentur in illo decem adverſus ſententiam abſolventem. [e] At qui morte reum puniunt, & qui relegant, non conjungentur, [f] quia diverſa hæc ſunt, & in morte non eſt relegatio. [g] Sed nec abſolventes cum releganti-bus

„da. Igitur licet in modo pœnæ diſſenſerint, omnes tamen conſenſerunt libertos delictum commiſiſſe, pœnamque meruiſſe: Contradictio enim eſt reum abſolvendum eſſe, quem plures deliquiſſe conſentiunt ac damnarunt: Quod vero gravitatem pœnæ attinet, ſane, qui capitis ſententiam dixerant, præferri neutiquam potuerunt, cum ut ipſe Plinius *d. l.* ait: *Duæ ſententiæ vitam relinquerent, una adimeret*, ut proinde neceſſario relegantium ſententia obtinere debuerit. Quamvis enim ſecundum Plinium & Puffendorfium nihil commune habeant occidere & relegare, non magis quam relegare & abſolvere, quatenus tamen pœna eſt æſtimatio delicti, minor æſtimatio continetur ſub majore, & ille qui in plus condemnat procul dubio cum eo, qui proxime ad hanc pœnam accedit hactenus convenit, & ſic eatenus aliquam certe propinquitatem inter has duas pœnas, occiſionem nimirum & relegationem intercedere poſſe ſtatuimus.

„ſimilem plane controverſiam affert Polyb. *Excerpt. legat. 129.* Cum enim quidam Achæi Romæ captivi tenerentur, & quid iis fieri placeret, ad Senatum referretur, itum fuit in tres diverſas plane ſententias: Pars enim omnes, alii nullos, reliqui quosdam dimittendos eſſe cenſebant: Hic ergo, cum poſtrema ſententia duas priores vincat, recte inquit Polybius non omnes dimittendos eſſe: Pauciſſimi enim omnes dimittendos eſſe putabant, contraque eos duæ ſtabant ſententiæ, quæ quidem differebant inter ſe, ſed in eo conveniebant, quod omnes dimittendi non eſſent, cui proinde ſententiæ merito ſtandum fuit. Plura hujusmodi exempla videri poſſunt apud Cujacium *Obſ. 12. c. 16.* qui, licet ſiniſtre plerumque decidat, hiſce tamen poſitis ac perpenſis omnia facile ſolventur.

„Cæterum in Senatu Romano moris erat, ut, ſi quis ſententia ſua duas pluresque res complecteretur, quarum una forſan probaretur, altera vero diſpliceret, tum quivis Senator, qui non in univerſum approbaſſet, poſtulandi haberet facultatem, ut ſententia divideretur, hoc eſt, ut de ſingulis rebus referretur, teſtante id Seneca *Ep. 21.* his verbis: *Quod fieri in Senatu ſolet, faciendum ego in philoſophia quoque exiſtimo. Cum cenſuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſententiam & ſequor.* Et Feſtus de V.S. *Numera*, inquit, *Senatum: quivis Senator Conſuli cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat ſenatus conſultum, poſtulatque, ut aut res, quæ afferuntur NB. dividantur, aut ſimul conſulantur.* „Add. *Cic. Epiſt. fam. l. 1. Ep. 2.*

„*b*) (I. E. SI PACTIO AUT LEX ALIUD NON PRÆCIPIAT:) Hæ enim formam negotiis tractandis imponunt. *Vid. §. 17.*

c) (DISTINGUENDUM VIDETUR &c.) Rectius damnantes omnes junguntur contra abſolventes: ſi omnes condemnant, & in genere poenæ differunt, junguntur illi qui graviorem poenam ſtatuunt, contra ſuffragia mitiora:

*) (Grot.) (UT HÆ CONJUNGENDÆ SINT IN EO QUO CONVENIUNT, ILLÆ NON ITEM:) Ideo Senatores dividere ſententiam plura ſimul complectentem jubebantur, teſte *Aſconio* in Milonianam. (Cap. 6,) *Cicero* epiſtolarum ad familiares, 1, 2. *Itaque cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent; ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres; tertia Volcatii, ut Pompejus reduceret; poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur: quatenus de religione dicebat, cuique rei jam obſiſti non poterat; Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Seneca epiſtola XXI. *Quod fieri in Senatu ſolet, faciendum ego in philoſophia quoque exiſtimo: cum cenſuit aliquis quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſententiam, & ſequor:* Idem de vita beata c. 3. *Eſt & mihi cenſendi jus, itaque aliquem ſequar, aliquem jubebo ſententiam dividere*, meminit ejus moris & *Plinius* lib. VIII. epiſt. 14.

„*d*) (SIC QUI IN VIGINTI DAMNANT, ET QUI IN DECEM &c.) Quia qui in viginti damnat, multo magis damnat in decem: & ſic cum uterque damnet, junguntur merito contra abſolventes.

„*e*) (AT QUI MORTE REUM PUNIT ET QUI RELEGAT NON CONJUNGUNTUR:) Imo eadem hic ratio eſt, uterque enim damnat, adeoque damnantes junguntur contra abſolventes.

„*f*) (QUIA DIVERSA HÆC SUNT, ET IN MORTE NON EST RELEGATIO:) At hæc alia plane quæſtio eſt. *Aliud* enim eſt an jungi debeant contra abſolventes, quod omnino verum eſt: *aliud* quæ nam poena eligi debeat, & dicimus relegationem, quia illi qui abſolvunt, & illi qui relegationem ſtatuunt, pluralitate votorum obtinuerunt, poenam mortis nimis gravem eſſe:

„*g*) (SED NEC ABSOLVENTES CUM RELEGANTIBUS CONJUNGENTUR:) Imo hactenus conjungentur ne poena mortis obtineat, quia dictum eſt,

„hos

bus conjungentur, quia etsi non interficiendum reum consentiunt, id tamen non est illud ipsum quod dicit sententia; [h] sed per consequentiam inde elicitur: [i] at qui relegat non absolvit. [k] Quare recte Plinius, cum tale quid in Senatu evenisset, tantam dixit sententiarum esse diversitatem, ut non possint esse nisi singulæ; & parvulum referre, an idem displiceret, quibus non idem placuisset. [l] Et Polybius notat a Postumio prætore fraudem factam in regundis sententiis, cum eos qui captivos Græcos damnandos, & qui ad tempus retinendos censebant, contra absolventes conjungeret. Exstat hujus generis quæstio [m] apud Gellium libro IX. [n] & & apud Curtium Fortunatianum in loco de quantitatum comparatione: & apud Quintilianum patrem controversia CCCLXV. ubi hæc verba sunt: *Jam aperte ex una plures facis, jam turbam istam, quæ universa noceret, dividendo extinguis. Duo exilium, duo ignominiam pronuntiant. Vis ego illos jungam, qui seipsos dividunt.*

L. 8. VIII Epist. 14.

Excerpt. leg. 119.

C. Noct. Att. 1x, c 15.

§. XX.

Addendum & hoc: si [a] qui absentia, aut aliter impediti jure suo uti non possunt, [b] eorum jus interim accrescere præsentibus: quod [c] Seneca

„hos junctim sumtos statuere reum poenam mortis meritum non esse.

„h) (SED PER CONSEQUENTIAM INDE ELICITUR:) Quid inde? Sufficit certo de eo constare „quod poenam mortis non obtinere statuunt.

„i) (AT QUI RELEGAT NON ABSOLVIT:) „Hoc verum, at cum absolventibus statuit poenam „mortis nimis gravem esse, & hactenus junguntur.

„k) (QUARE RECTE PLINIUS:) Imo erravit Plinius, uti probavimus *supr. a lit. a.*

l) (Grot.) (ET POLYBIUS:) Vide ad eum locum *Fulvii* notas.

ADDITIO.

„Polybium recte casum propositum decidisse „vidimus *supra lit. a.*

„m) (APUD GELLIUM:) *L. 9. c. 15.* Exposuimus hunc casum *pag. 627*

„n) (ET APUD QUINTILIANUM:) *Vid. præced. „pag.* Conf. *Puffend. J. N. G. L. 7. c. 2. §. 18. Cujac. Obs. l. 12. O. 16.*

(AD §. XX.) Quæritur, si in collegio deliberantium quidam absentes sint, an valeat decisio juxta pluralitatem præsentium? Affirmatur, si præsentes facultatem statuendi habent: nam corpus deliberat, quod semper perfectum censetur, sed & absentes remittere jus suum possunt; & actu remittunt si vocati non veniunt. *C. pen. de Elect. in 6.* Hoc ipso enim dum absunt, neque contrarium denunciant præsentibus, eorum sententiis subscribere videntur, ac proinde jus suum in eos tacite conferunt: Hinc eleganter Author ait absentium jus interim accrescere præsentibus: *Vid. disp. nostr. de just. regn. Portug. art. 2. q. 4.*

Excipitur 1) ab hac regula casus, si per præsentes negotium expediri non potest, uti si pluribus res delegata est, quia omnibus negotium est commissum, & in singulos compromissum. Idem est si certus numerus lege adesse debet, v. g. in eligendo Syndico. *L. 3. Quod cujusque univ. L. 45. C. Decur. l. 13. ff. Decr. ab ord. fac.*

Exc. 2) si re integra absentes interveniant, hora nimirum vel tempore deliberationis nondum finito; tamdiu enim deliberatio durat: Disputatum hoc fuit inter Lollium & Collegium, quod absente Lollio damnavit Catulum, Lollius accersitus a Catone repugnabat sententiæ contra Lollium latæ, & paria efficiebat vota: *Vid. Pluth. in Cat. Maj. c. 21.* Opponebatur Lollio rem non amplius esse integram, quia negotium per majora inter præsentes semel decisum fuit: At cum dictum jam sit, deliberationem seu jus deliberandi per totum tempus durare, nondum præclusus videri potuit: Sane alias possent præsentes eripere tardius venientibus jus suffragii: neque dici potest absentes remisisse jus suum, quia non remittunt dum comparent. Locus ex Seneca allegatus nihil huc facit: Nam ibi servus communis, & ad communem usum destinatus est, hoc casu verum est meliorem esse conditionem occupantis, adeoque superveniens impedire utentem non potest. Conf. ea quæ dicta sunt §. *præced.*

„a) (QUI ABSENTIA, AUT ALITER IMPEDITI:) Modo vocati sint ad deliberandum. *Vid. „Liv. 3. 38.*

„b) (EORUM JUS INTERIM ACCRESCERE PRÆSENTIBUS:) *Nisi* lege certus numerus requiratur, ita ad ferendam sententiam jure Romano „duæ ad minimum partes collegii adesse debent.

 L. 17.

Lib. 3. Contr. 19. [c] Seneca in controversia quadam exsequitur: *Puta te servum esse communem: huic domino servies*, [d] *qui præsens est*.

§ XXI.

„L. 17. §. 2. ff. de Recept. L. 19. ff. Ad munic. L. 3. „ff. Quod cujusque univ.

c) (Grot.) (SENECA IN CONTROVERSIA QUADAM:) Libro III. Contr. XIX. (sed casus est paulo diversus, ut patet *J. B.*)

d) (Grot.) (QUI PRÆSENS EST:) Ita ut & ad unum recidere possit nomen universitatis. l. sicut. 7. §. 2. D. quod cujusque universitatis nomine, ubi *Wesenbecium* vide. Adde L. rescriptum, 10. D. de pactis. *Zas.* in paratit. D. de pactis. *Bart.* in L. 1. num. 3. de albo scribendo. *Boer.* Decis. 1. num. 4. *Antonium Fabrum* codice Sabaudico lib. I. classe V; c. 8. Sæpe tamen & hic, ut in illa regula de majore parte, leges exceptionem dant, puta ut duæ partes adesse debeant. L. Nulli, 3. D. dicto titulo quod cujusque univ. nomine. L. nominationum. 46. C. de decurionibus; ut absentes præsentibus vices suas mandare, aut suffragium per procuratorem dare possint. c. si quis justo, 46. de Electione in VI.

(An §. XXI.) Author hic de ordine inter membra societatis agit, ad cujus intellectum necesse est originem dignitatum exponere.

PROPOSITIO I.

Dignitas est precium seu æstimatio virtutis.

DEMONSTRATIO.

Dignum enim esse idem est ac mereri, adeoque dignitas est qualitas quæ aliquem effecit dignum hac vel illa re, quo proinde plus meriti habet, eo magis dignus dicitur: Meritum autem oritur ex virtute, unde Juvenalis recte ait *Satyr.* 8. solam virtutem nobilitare: summum autem meritum est quod ex administratione reipublicæ oritur, unde officia in republica non nisi bene meritis conferri debent,

PROPOSITIO II.

Hinc jure naturæ nulla dignitas est hæreditaria.

DEMONSTRATIO.

Quia dignitas nulla est nisi ex meritis, merita vero inhærent personæ, non rei vel terræ, nedum successione transferuntur, quia actio præclara patris non est actio filii, & deficiente virtute deficit ejus æstimatio: eodem modo uti demeritum quoque non excedit personam agentis. At ex dispositione populi & principis fieri potest ut dignitas sit perpetua, vel ut rei cohæreat; verum hæc dignitas non est naturalis sed mere civilis.

PROPOSITIO III.

Alia dignitas est privata alia publica, quæ sola comparate ita dicitur.

DEMONSTRATIO.

Privata dignitas ex virtute privatorum oritur, eaque dicitur illæsæ existimationis status in *L.* 2. §. 1. & 2. *Ord. cogn.* At publica est quæ quam plurimis prodest, quæ functionibus publicis cohæret, ac in administranda tuendaque republica ac justitia versatur. Adeoque hæc longe eminentior est.

PROPOSITIO. IV.

Regum ordo non nisi a tempore sumitur, nisi aliud jus rite quæsitum sit.

DEMONSTRATIO.

Cum enim ratio dignitatis, quæ in potestate administrandi & defendendi rempublicam consistit, in omnibus regibus æqualis sit, nulla ratio ordinis superest nisi ex tempore, ut in pari dignitate antiquior præferatur: unde regula, *qui prior tempore potior jure*, vere naturalis est. Omnes enim simul in eodem loco stare non possunt; nulla autem ratio est cur posterior præcedere debeat, e contrario ei qui tempore prior est, jus ex ordine temporis quæsitum est, alteri nullum, hic ergo accessione sua jus priori quæsitum auferre non potest. Sane a virtute & merito jus præcedendi definiri nequit, quia quilibet æque dignum se judicabit, adeoque incerta esset æstimatio, & cum successorum varia sit virtus, semper lis foret, & momentarius ordo: Neque tum solius regis sed totius populi virtus spectanda esset, quod adhuc difficilius & magis varium. Et quis judex inter principum merita? Quæ nam ratio ordinis inter respublicas foret, quæ judicem actionum suarum & meriti neminem agnoscunt.

Atque hinc omnes principum controversiæ facile decidi possunt: quales sunt, 1) inter Imperatores Romanos & Græcos: *Vid. Gold. de Majorat. L. 1. c. 16. n. 9. tom. 1. Const. f. 285.* 2) inter Anglos Hispanos & Gallos: *Thuan. L.* 35. *ad An.* 1563. 3) inter Regem Romanorum seu Germaniæ & regem Galliæ: *Vid. Jus publ. nostr. c.* 8. §. 25. ubi probavimus Germaniæ seu Franciæ regem primum fuisse Pharamundum, regnum Galliæ autem longe post ex divisione Ludovici pii, qui Galliam secundo genito jure proprii regni dedit, ortum esse: *d. jus publ. proleg. §. 20. usque ad §. 28. junct. c. 5. §.* 16. 4) inter Sabaudum & Mantuanum: *Hist. Genu. comm. 3. p.* 271. 5) inter Venetos & Sabaudos: *Graswink. de jure praced.* 6) inter status imperii ipsos in Comitiis: *Vid Jus publ. nostrum c. 20. §. 25.* 7) inter circulos Imperii: *ibid. c. 4. §. f.* 8) inter duces Hetruriæ & Ferrariæ: *Carpz. p. 1. dec. 7. Natta Conf. 637. Cravet. consl. 982.* pro illo allegabatur antiquitas reipublicæ, & augmentum dignitatis ex Pisano & Sienensi Imperio Conf. *Test. ad Grot. l. 2. c. 9. §. 8. lit. m. Puffend. l. 8. c. 12. §. 4.* & ex professo *Zwantzig in theatro præcedentia.*

Huc pertinet quæstio, *quo nam loco sedeat rex quem liber populus elegit?* Respondetur, eodem quo ipse populus, *Vid. Grot. L. 2. c. 9. §. 8. n. 3.*

Porro quæritur, si suspensa aliquando fuit potestas eique cohærens dignitas; uti si loco regum duces, mox iterum reges eligantur, (quod factum in Polonia & Bohemia. *d. jus publ. c. 3. §. 63. seq.*) an hi pristinum locum recuperent? Resp. aut penitus

§. XXI.

[a] Naturalis autem ordo inter socios hic est, prout quisque in societatem venit. [b] Sic inter fratres is servatur ordo, ut qui primus natus est reliquos præcedat, [c] atque ita deinceps, [d] rejectis aliis omnibus qualitatibus. ἴσοι γὰρ inquit Aristoteles, πλὴν, ἐφ᾽ ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι, *pares enim sunt fratres, nisi quatenus* [e] *ætas eos distinguit.* Theodosius & Valens in constitutione de ordine inter consules servando: *Quis enim in uno eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, [f] nisi qui prior meruit dignitatem?* Atque hic mos antiquitatis in Christianorum quoque regum ac populorum societate obtinuit, ut qui primum Christianismum professi sunt, [g] in conciliis ad rem christianam pertinentibus præcedant cæteros,

D. de albo scribendo. Ethic. Nic. VIII. 12. L. 1. C. de consulib. lib. 12.

§. XXII.

nitus finitum & exstinctum est prius regnum, & postea novum conditum, tunc omne jus ex novo hoc regno incipit: si vero non exstinctum fuit sed saltem suspensum jus regni, antiqui regis jus inspicitur.

Denique quæritur, an inferior occupans superioris regnum ejus ordinem quoque occupet? Affirmatur: Victor enim succedit in omne jus regis victi, adeoque & in ejus ordinem ac locum: Ita Macedonum nomen sordidum, ejusque reges infimos fuisse ait Justinus, *l. 6 c. 5.* at victis Persis Rex eorum primus regum factus est. Populus Romanus, initio vilissimus, victo orbe primas in orbe partes obtinuit.

Exceptionem hæc regula, ab ordine temporis desumta, patitur, si alii jus præcedendi rite quæsitum sit, scilicet per victoriam, eamque secuta pacta: partes enim suo juri renunciare possunt.

PROPOSITIO V.

In collegiis parium ordo itidem non nisi a tempore sumitur.

DEMONSTRATIO.

Is enim qui primus est tempore jus quæsitum habet ratione ordinis, quod ei a superveniente auferri nequit. Atque hinc apparet quis nam ordo in conciliis obtineat: Author recte ait, eos qui primi christianismum professi sunt reliquos præcedere: Nam in hac societate non de jure regni, nec de dignitate exinde competente, sed de juribus privatis ecclesiæ quæstio est: Unde merito Rex Galliæ primum inter reges sibi vindicat locum quia primus Ecclesiæ christianæ membrum factus est, indeque primogenitus Ecclesiæ filius audit: At jus convocandi concilia universalia solius est Imperatoris, utpote capitis christianæ Ecclesiæ. *Vid. Jus publ. nostrum c. 22. §. 2.*

Eadem ratio obtinet in Episcopis, & in ordinibus, qui itidem ex ordine fundationis locum occupant. *Vid. Grot. h. §. 21. ibique Zigler. & Tesm.*

Atque ita de Collegio decurionum res decisa est in *l. 1. &. 2. de Albo scribendo*, ubi illi qui ordine pares sunt, prout quisque in ordinem venit, albo inscribuntur.

ADDITIO.

„Materiam de dignitate naturali, ejusque origine, illustravit B. Parens in peculiari dissertatione „*de potestate summi Imperii circa dignitates:* quæ „eo magis legi meretur, quia dignitates Germaniæ, „i. e. genera nobilitatis Germanicæ nova metho„do & ratione exponit:

„*a*) (Grot.) (NATURALIS ORDO:) De præceden„tiis vide, si lubet, *M. Antonium Nattam* cons. ᴅᴄ „n. 22 & cons. ᴅᴄʟxxᴠɪɪɪ. num. 31. *Mart. Wacher* „consiliis Cæsareis in controversia Saxonica. (Ad„di potest Diatriba singularis *de jure præcedentiæ*, a „JACOBO GOTHOFREDO, summo JCto, conscripta, „& ex ejus secundis curis longe auctior edita *Ge„nevæ*, 1664. 4. *J.B.*)

„*) (PROUT QUISQUE IN SOCIETATEM VENIT:) „Ex hoc fundamento Tigurinos apud Helvetios & „Geldros apud Batavos primum locum prætendere „ait *Puffend. in disp. de existim. §. 27.* Atque ex „hoc principio facile decidi potest lis inter circu„los imperii Germanici orta. *B. Par. jur. publ. c.* „*4. §. 22.*

„*b*) (SIC INTER FRATRES) Hoc principio niti„tur totum jus primogenituræ: de quo infra *c. 7. §. 12.*

„*c*) (ATQUE ITA DEINCEPS:) Nimirum secundo „genitus præcedit tertio genito. &c. *ibid.*

„*d*) (REJECTIS ALIIS OMNIBUS QUALITATIBUS:) „A meritis, dignitate, potentia &c. desumtis.

„*e*) (ETAS:) Adeoque ordo temporis.

f) (Grot.) (NISI QUI PRIOR MERUIT DIGNITATEM:) Adde L. omnes, 2. C. ut dignitatum ordo servetur. L. semper, 5. D. de jure immunitatis. L. ult. C. de tironibus.

g) (Grot.) (IN CONCILIIS:) *Joh. Fico.* cons. latino LXXIII. n. 16. *Afflictus* decis. Neap. 1. n. 8. *Bart.* in l. I. D. de albo scribendo. *Innoc*, in c. Tua. de Majoritate & obedientia. *Ant. Tessaurus* 1. quæst. for. XLVIII. n. 5 *Tiberius Decianus* responso XIX. n. 183. & seq. *Innocentius Butr. Felin.* in c. statuimus D. tit. de Majoritate. *Bal.* in Decernimus, in 2. notabili, c. de Sacrosanctis ecclesiis. Sed præcipue vide *Æneam Silvium* in concilii Basiliensis historia. (Confer Auctoris *Epistolas*. 722, 797.)

§. XXII.

[a] Illud tamen addendum eſt: [b] quoties ſocietas fundamentum habet in re, quam non æqualiter omnes participant, [c] ut ſi in hereditate [d] aut fundo alius dimidiam partem habeat, alius tertiam, alius quartam, [e] tunc non tantum ordinem ſumendum ex modo participationis, [f] ſed & ſententias ad eum modum, id eſt, menſoria, ut loquuntur, proportione æſtimandas. [g] Quod ſicut naturali æquitati convenit, [h] ita †Romanis quoque legibus probatum eſt. Ita narrat Strabo ††cum Cybira [i] & tres vicinæ urbes in unum quaſi corpus coiiſſent,

† L. 8. D. de pactis. L. 14 D. depoſiti. L. 6 D. de rebus auct. jud. poſſid.

†† Lib. XIII. pag. 631.

ADDITIO.

„Hinc citra juris rationem proteſtatus eſt generalis Jeſuitarum apud *Polan. Hiſt. conc. Trid. l. 6.* „quod ultimo loco poneretur, quippe ſocietas ejus, „quam repræſentabat, ultima erat, reliquis Eccleſiæ Romanæ ſocietatibus tempore multum poſterior: De præcedentia inter Gallum & Hiſpanum „in concilio Tridentino multa ſunt memoriæ prodita; & videri poteſt *Thuan. l. 35. ad an. 1563.* „Vid. *Teſm. h.*

a) (ILLUD TAMEN ADDENDUM:) Quoties plures de eadem re participant, ſed partibus inæqualibus, quæritur, quis nam ordo inter eos obſervari debeat, & quomodo ſuffragia ſint computanda? Author ordinem ſumendum eſſe, ait, ex modo participationis, ſed & ſententias menſoria proportione expendendas eſſe, exſtimat. At bene notandum eſt, in condominio publico duo eſſe, (1) fructus & commoda rei, (2) jus ſuffragii in negotiis. *Fructus & commoda rei communis* pro rata dividuntur, ex natura dominii, quo quisque ex re ſua adeoque ex parte rei communis fructus ſuos facit: At *jus ſuffragii* individuum eſt, indeque cuique competit in ſolidum, licet ex minima ſaltem parte condominus ſit, nemo enim poteſt pro parte velle. Eadem igitur hic ſubeſt ratio quæ in pluribus Auguſtis, quibus unum competit imperium, at cuique facultas agendi in ſolidum.

ADDITIO.

„Grotius non loquitur tantum de *condomino publico*, ſed præterea de *hæreditate*, & de *fundo*, adeoque de quavis re quam non æqualiter omnes „participant: de ſingulis nunc agemus.

„*b*) (QUOTIES SOCIETAS FUNDAMENTUM HABET IN RE QUAM NON ÆQUALITER OMNES PARTICIPANT:) Obſcura admodum eſt quæ hic formatur quæſtio, & non niſi ex exemplis adjectis „lucem accipiet.

„*c*) (UT SI IN HÆREDITATE &c.) Mens Authoris eſt, inter hæredes potiores eſſe qui majorem partem habent: Reſpicere videtur ad *l. 14.* „*ff. depoſ.* (quam in margine allegat) ubi in caſu „ſi plures hæredes exſtiterint ei qui rem depoſuit, „& major pars, i. e. qui majorem hæreditatis partem „tenent, rem depoſitam repetere velint &c. JCtus decidit, rem reſtituendam eſſe petentibus. Equidem „jure naturali res reſtituenda non eſt niſi ei qui depoſuit, ſi proinde plures ſimul depoſuere, omnibus demum præſentibus reſtitui debet; At eum „difficile ſæpius ſit omnes hæredes convocare, ex „æquitate ſtatutum eſt ut præſentibus, ſi majorem „partem conſtituunt, reddatur: quæ deciſio ex jure „civili eſt.

„*d*) (AUT FUNDO:) Quando bona debitoris ſunt „diſtrahenda, & res ſine deterioratione aut injuria „alterius dividi non poteſt, tunc præferri debet is „qui majorem partem in fundo habet, ſi idem „pretium offerat *l. 16. ff. Reb. auth. jud. poſſid.* „*ibique Brunn.*

„At hæc quoque deciſio eſt juris civilis: Nam „ex ratione naturali is præfertur qui plus offert, „is autem qui idem offert non plus licitat.

„*e*) (TUNC NON TANTUM ORDINEM SUMENDUM EX MODO PARTICIPATIONIS:) Adeoque Author putat præcedere debere eum qui majorem „partem in hæreditate vel fundo habet: quæ ſententia omni ratione caret. Ordo enim ex merito, ex dignitate, ſequitur, at majori parti, ſive „in hæreditate ſive in fundo, nullum meritum, „nulla dignitas cohæret.

„*f*) (SED ET SENTENTIAS AD EUM MODUM MENSORIA PROPORTIONE ÆSTIMANDAS:) Imo „nec in hæreditate, nec in fundo, ſententia ejus „qui majorem partem habet, prævalet, tum quia „in re communi ſemper melior eſt conditio prohibentis, tum ex rationibus in caſibus præmiſſis „allegatis:

„*g*) (QUOD SICUT NATURALI ÆQUITATI CONVENIT:) Contrarium modo demonſtravimus.

„*h*) (ITA ROMANIS QUOQUE LEGIBUS PROBATUM EST:) Rationes harum legum mere civiles „eſſe modo diximus: De caſibus legis *14. depoſ.* „& *l. 16. de Auth. jud. poſſid.* id probavimus. Tertia lex, quam Author in margine allegat, agit „de caſu ubi major pars creditorum parte debiti „contenta eſſe vult, diſſentientibus aliis: Hoc caſu „decidit JCtus Prætorem majoris partis ſententiam „ſequi debere. *l. 7 §. fin. l. 8. ff. pact.* At hæc „quoque deciſio eſt ex jure civili: naturali enim ratione nemo neceſſitatem alii imponere poteſt ut „certa quantitate contentus ſit, quia nemo jus in „alterius debitum habet.

„*i*) (ET TRES VICINÆ URBES IN UNUM QUASI CORPUS COIISSENT:) In his corporibus conſenſu „conſtitutis, quando nimirum plures civitates uni

„com-

sent, convenisse, ut aliarum singula essent, suffragia, Cybiræ bina,
eo quod in commune hæc multo plus cæteris conferret. Idem Ly- *Lib. XIV. pag. 665.*
cia, viginti & tres ait fuisse urbes, quarum [k] aliæ terna, alia bina, aliæ
singula ferrent suffragia, & ad eundem modum onera tolerarent. Sed *Politic. III. 9.*
recte notat Aristoteles id ita demùm æquum fore, *εἰ κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν* [l] *si possessionum causa inita est societas.*

§. XXIII.

* Consociatio, [a] qua multi patres familiarum in unum populum
ac civitatem coeunt, [b] maximum dat jus corpori in partes [c] quia
hæc perfectissima est societas: [d] neque ulla est hominis actio [e] exter-
na, quæ non ad hanc societatem [f] aut per se spectet, [g] aut ex circumstan-
tiis spectare possit. Et hoc est quod ab Aristotele est proditum: *τοὺς* *Moral. V. 3.*
νόμους ἀγορεύειν περὶ ἁπάντων, [h] *leges de omnibus generis rebus præci-*
pere.

§. XXIV.

„communi concilio se subjacent, omnino verum „est suffragia majora prævalere: Eadem enim ratio hic obtinet quæ in civitatibus singulis & col„legiis. At negamus majorem partem æstimari „juxta quantitatem terrarum & oneruni cujusque „civitatis; Singulæ enim civitates jus suffragii in „solidum habent: Atque hic status naturalis in Bel„gio observatur, ubi minima civitas eodem jure „suffragii utitur quo civitas Amstelodamensis, et„si quoad onera in immensum a reliquis differat. „*Temple remarq. sur les pais bas. c. 2. p. m. 163.*

k) (Grot.) (ALIÆ TERNÆ, ALIÆ BINÆ:) Sic in Smalcaldicu fœdere Saxo duo habebat suffragia.

„l) (SI POSSESSIONUM CAUSA INITA EST SO„CIETAS &c.:) Tunc enim demum rationem il„lam valere ait Aristoteles *l. 3. Pol. c. 9.* si possessi„onum gratia societatem iniissent, atque ita conve„nissent, tantum caperent civitatis, i. e. juris civi„tatis, quantum possessionis:. Hoc enim casu non „esse justum ait, ut, qui unum contulit tantum parti„cipet de 100 minis, quantum is qui contulit omne „reliquum, & in fine addit. *Quapropter quicun„que plus conferunt ad hujusmodi societatem, his „plus juris competit in civitate, quam iis qui liber„tate, genere, ac divitiis eos superant.* Ex his igitur „verbis apparet, coeuntes in civitatem convenisse, „ut is plus juris habeat in civitate qui plus posses„sionis habet, & plus ad societatem contulit.

„*) (CONSOCIATIO:) Author supra §. 17. dixit „consociationes alias esse *privatas* alias *publicas*, & „has quidem aut *in populum* aut *ex populis*. De „consociatione *in populum* hic agit, atque ex ea jus „dari corpori in partes ait: hinc quærit in §. „*seq.* an cives iterum pro lubitu discedere possint? „& in §. 25. an in exules jus sit civitati? De conso„ciatione *ex populis* remissive agit *infra* §. 25.

„a) (QUA MULTI PATRES FAMILIAS IN UNUM „POPULUM AC CIVITATEM COEUNT:) Civitas igi„tur est cœtus perfectus liberorum hominum juris „fruendi, & communis utilitatis causa sociatus. *Vid. „L. 1. c. 1. §. 14. n. 1.*

„b) (MAXIMUM DAT JUS CORPORI IN PARTES:) „Idque ex consensu; quicunque enim civitati se „aggregat, eo ipso se judicio omnium, ac legibus ci„vitatis submittit: *Vid. Puffend. l. 7. c. 2. §. 20. „seq: & Liv. l. 2. c. 59.*

„c) (QUIA HÆC PERFECTISSIMA EST SOCIETAS:) „Fit enim fruendi juris causa, adeoque ad exequen„dam voluntatem divinam humano generi per ra„tionem declaratam: *Vid. sup. l. 1. c. 1. §. 14. n. 1.*

„d) (NEQUE ULLA EST ACTIO HOMINIS. &c.:) „Alibi enim probavimus, jurisdictionem civitatis „fundatam esse in personas, res, & actus eorum „qui societati se submittunt: Sive enim de jure in „re, sive de jure ad rem agatur, semper interest „civitatis suum cuique tribui; omnes enim actio„nes hominum, quibus vel tenent rem alienam, „vel jus alienum, turbant societatem civilem: *B. „Par. in disp. de Fundat. in territ. jurisd.*

„e) (EXTERNA:) Internæ enim actiones non „lædunt nec turbant societatem, adeoque cogitatio„nes non subjacent judicio civitatis.

„f) (AUT PER SE SPECTET:) Scilicet si leges „ipsæ propter utilitatem civitatis latæ sunt, quod „proprium est legum civilium.

„g) (AUT EX CIRCUMSTANTIIS SPECTARE POS„SIT:) Etsi per se societatis civilis commodum „non respiciant: atque hinc sodomia, promiscui „concubitus &c. prohibentur etsi in civitatem „homines non coivissent: at ex quo coivere, mul„to magis actiones illæ prohibentur, quia ea inten„tione in civitatem coivere singuli, ut jura naturæ „salva sint, & ne a singulis temerentur: adeoque ex „his circumstantiis hæ quoque actiones ad societa„tem spectant.

„h) (LEGES DE OMNIS GENERIS REBUS PRÆCIPE„RE:) Etsi per se non spectent ad societatem civilem.

§. XXIV.

I.* Solet hic illud quæri, [a] an civibus de civitate abscedere liceat, venia

*)(SOLET HIC ILLUD QUÆRI:) Celebris hæc est quæstio prioribus seculis, inter Pontificios & Evangelicos admodum ventilata, de jure emigrandi subditorum: quæ ut rite intelligatur, principia nostra præmittemus.

PROPOSITIO I.

Domicilium quisque eligere potest, etiam duobus in locis, & mutata origine, nisi ex causa publica lex impediat.

DEMONSTRATIO.

Adeoque jure naturæ emigrare cuique subdito licet, 1) quia quilibet de suo domicilio & de sua habitatione, uti de quovis alio jure, pro lubitu disponere potest. *Vid. Pos. 6.* Sane 2) hæc res meræ facultatis, & libertas habitandi naturalis est & juris gentium, qua ubique uti potest: inprimis cum 3) nulla ratio dari possit quæ illam libertatem naturalem restringat: Sane 4) imperia non definiuntur personarum numero sed finibus territorii, adeoque quoties extra fines illius territorii quis habitat, desinit esse imperio subditus. Negari 5) nequit ante divisionem humani generis jus habitandi ubi libet cuique hominum competiisse, hoc jus post divisionem sublatum non apparet. Accedit 6) quod commercia sint a natura, & omnis homo ubique emere ac vendere, adeoque commorari & discedere pro lubito possit: quia is qui mutat domicilium nihil agit quam ut mutet commercium. Atque hinc 7) JCti Romani statuerunt captos & reversos postliminio noo uti, nec recuperare civitatem, nisi hoc animo reversi sunt. *l. 12. §. 9. l. 5. l. 36. ff. capt. & postlim.* addita ratione, *quia de sua civitate disponere cuique liberum esset. d. l. 12. §. 9.* Sed & 8) is cui 100 legata sunt ut io certa civitate domicilium habeat, non tenetur de eo cavere, quia per hanc cautionem jus libertatis infringitur. *L. 171. §. 2. ff. de Cond. & dem. Adde Cic. Or. 38. c. 32. & de Republ. L. 1. c. 6. p. 85.*

Neque *obstat* magistratui ex subjectione & consensu civis semel jus quæsitum esse, quod ei auferri non potest. Resp. Obligatio illa oritur ex sola subjectione, subjectio autem sequitur ex domicilii constitutiooe, quæ proinde tamdiu durat quamdiu domicilium ibi habet: Mutato autem domicilio cessat omnis subjectio, utpote sublata caula, adeoque tollitur omnis obligatio quæ ex beneficio hoc resignato oriebatur:

Diximus autem eligi posse domicilium etiam duobus io locis, quia domicilium constituitur habitatiuoe, habitare autem quis potest in pluribus locis, nimirum per familias, & per commercia: Atque hinc JCti Romani statuunt aliquem pluribus locis civem esse posse, *L. 6. §. 1. L. 27. §. 2. ff. Ad mun.*

Sed & porro diximus, eligendo novum domicilium mutari quoque originem, seu domicilium originis, quia jure naturæ origo non facit civem, sed domicilium: quo proinde mutato ex dispositione emigrantis, origo quoque mutatur: Equidem verum omnino est nos regulariter cives esse in loco originis, at hoc non inde est quod ibi nati simus, sed quod regulariter ibi habitemus:

Hinc jam apparet jus originis, quod jure Romano obtinuit, mere positivum esse: Scl. ne confundantur præstatiooes tributariæ, civis enim Romanus liber erat ab ejusmodi præstationibus quæ a provincialibus solvebantur: hinc mutato domicilio, jus tamen hoc originis cives eo ipso non amittebant. *Vid. Cic. Or. 35. c. 13.*

Regula de emigrandi libertate exceptionem patitur, nisi ex causa publica lex impediat. Nam princeps jus subditis quæsitum ob utilitatem publicam auferre potest; atque hinc jus eligendi domicilium tolli potest in *poenam*, quo pertinent confinationes & deportationes: item si *defensio reipublicæ id requirat*, ubi si hostis imminet: vel alias justa causa sit, uti si tempore pestis privatus ære alieno contracto discedere velit &c. *Vid. Auth. h. n. 2.*

PROPOSITIO II.

Constituto domicilio jure naturæ fit civis.

DEMONSTRATIO.

Diviso humano genere imperia non hominum numero sed finibus territorii contineri, supra diximus: adeoque civis illius imperii nemo dici potest, nisi is qui intra fines territorii perpetuum domicilium figit, adeoque animum habet perpetuo ibi commorandi: Advenæ igitur; etsi diu ibi commorentur, pro civibus haberi non possunt.

PROPOSITIO. III.

Magistratus nec expellere nec retinere cives invitos potest, nisi justa sit causa.

DEMONSTRATIO.

Magistratus igitur cogere subditos non potest ut emigrent: quia libertas commorandi & habitandi naturalis est, quæ non nisi ex justa causa auferri potest: Adeoque tyrannidis species est alterius religionis subditos cogere ut migrent, quod tamen Pontificii obtinuerunt per *Pac. Osn. art. 5. §. 35. seq.* quum & beneficii loco id Evangelicis datum est.

Quid si subditi emigrare velint, an inviti retineri possunt? Negatur: quia eligere domicilium natura cuique licet. *Vid. Prop. I.* Adeoque juri naturæ adversatur emigrantem dimittere non velle.

Utroque casu excipitur justa causa, quæ si adest magistratus expellere & retinere invitos cives potest. Diximus autem justam causam toties subesse quoties utilitas publica id requirit, uti si ad defensionem reipublicæ emigrandi libertas prohibeatur, vel in pœnam ea auferatur.

At alia quæstio est, an princeps vicinus teneatur recipere emigrantem in suo territorio? Et negamus, quia is disponit de jure sui territorii, neque injuria fit parti, quia præter jus transitus nihil ei natura competit. Sed & diximus civitatem esse societatem publicam, in quam invitis sociis nemo recipi-

venia non impetrata. Scimus populos esse, ubi id non liceat, ut [b] apud Moschos: nec negamus [c] talibus pactis inire posse societatem civilem, [d] & mores vim pacti accipere. Romanis legibus, [e] saltem posterioribus, domicilium quidem transferre licebat: [f] sed non eo minus qui transtulerat municipii sui muneribus obligabatur. Verum in quos id constitutum erat, ii [g] manebant intra fines imperii Romani: atque ea ipsa constitutio [h] specialem spectabat utilitatem tributariæ præstationis. L. 22. D. ad Municipal. §. 2.

2. At nos [i] quid naturaliter, si nihil aliud convenerit, obtinere debeat quærimus, [k] nec de parte aliqua, sed de tota civitate, sive unius summi imperii complexu. Et sane [l] gregatim discedi non posse, satis expeditum est [m] ex necessitate finis, [n] quæ jus facit in moralibus, [o] nam si id liceat, jam civilis societas subsistere non posset. De

recipitur. Atque hinc territorium dicitur a terrendo, & aliis arcendo. Sed & jus emendi prohiberi posse supra probavimus, multo magis igitur jus habitandi perpetuum. Denique occupatum jam est territorium, adeoque nihil amplius superest quod extraneus occupare invitis dominis possit: Unde vidimus alibi integris populis sedes denegatas jure fuisse.

PROPOSITIO IV.

Jure naturæ censum ab emigrantibus exigere licet.

DEMONSTRATIO.

Justitiam hujus census demonstravimus in disputatione *de censu emigrationis* §. *VIII.* quæ exstat *Vol. I. Dissert. pag.* 496.

a) (Grot.) (AN CIVIBUS DE CIVITATE ABSCEDERE LICEAT:) Vide hac de re fœdera Helvetica apud *Simlerum* (pag. 203. *Ed. Elzevir.* 1627.) & alios. *Servius* in excerptis Fuldensibus II. Æneidos: (*vers.* 158.) *Consuetudo antiqua fuerat, ut qui in familiam vel gentem transiret, prius se abdicaret ab ea, in qua fuerat & sic ab alia reciperetur.* Exempla fidei regibus renuntiatæ vide aliqua apud *Marianam*, ac postremum illustre libro XXVIII. c. 13.

„*b*) (APUD MOSCHOS:) *Vid. Thuan.* 21. *p.* 426. „& *Tesm. in not. b.* Lege veteri Angliæ id itidem „prohibitum erat. *Camd. Hist. El. I. p.* 47. de Scy„this idem refert *Ælian.* 5. *var.* 7, de Argivis vide „*Ovid.* 11. *Met.* 28.

„*c*) (TALIBUS PACTIS INIRI POSSE SOCIETA„TEM:) Qui enim ea lege in societatem coeunt, „obligantur ex consensu.

„*d*) (ET MORES:) Si scilicet citra pactum, ex „longa consuetudine in civitate obtinuit, ne cives „emigrare non petita venia possint.

„*e*) (SALTEM POSTERIORIBUS:) Imo omni „tempore, adeo ut liberti quoque potuerint emi„grare invito patrono. *l.* 22. §. 2. *ad ff. ad Munic.*

„*f*) (SED NON EO MINUS QUI TRANSTULERAT MU„NICIPII MUNERIBUS OBLIGABATUR:) *L.* 22. §. 2. *l.* 37. §. 1. *ff. ad Munic. L. p. l. fin. C. Eod.*

„*g*) (MANEBANT INTER FINES IMPERII:) Ade„oque non emigrabant e territorio Romano.

„*h*) (SPECIALEM SPECTABANT UTILITATEM TRI„BUTARIÆ PRÆSTATIONIS:) Ne discessu civium „munia remanentibus graviora fierent. *Gron. h.*

„*i*) (QUID NATURALITER OBTINERE DEBEAT:) „Dictum jam est *in prop.* 1. constitutionem domi„cilii esse libertatis naturalis, nec ex ea subjectio„nem esse nisi ob domicilium, quo mutato illa ne„cessario tollitur.

„*k*) (NEC DE PARTE ALIQUA, SED DE TOTA „CIVITATE:) Adeoque duæ sunt quæstiones, an „singuli discedere a civitate possint, & an omnes „cives simul?

l) (Grot.) (GREGATIM DISCEDI NON POSSE:) Zonoras de Lazo rege agens, qui a Persis ad Romanos defecerat: τῦτο αἴτιον μάχης Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἐγένετο, ὡς τῦ βασιλέως Ῥωμαίων τὺς αὐτοῖς ὑπείκοντας σφετεριζομένυ. *Id belli initium Romanis ac Persis fuit, quod Romanus princeps ad se advocaret Persis subditos.* (Dicendum erat, *de Lazorum rege*, non *de Lazo rege*. Et nomen erat *Tzathus*. Locus est in *Justini Thracis* vita. Lib. XIV. Cap. 5. *J. B.*)

„*m*) (EX NECESSITATE FINIS:) Adeoque op„pida aut magni cœtus, qui civitatis partem integran„tem faciunt, deserere civitatem nequeunt. *Vid.* „*L.* 3. *c.* 20. §. 41. Repugnat id pacto quo commu„nem defensionem invicem promisere:

„*n*) (QUÆ JUS FACIT IN MORALIBUS:) De pro„batione ex necessitate finis, late egit B. Par. *in* „*Pos. jur. gent. IV. n.* 3. Vid. *supr. l.* 2. *c.* 7. §. 2. *c.* „14. §. 11. *n.* 1.

„*o*) (NAM SI ID LICEAT, JAM CIVILIS SOCIE„TAS SUBSISTERE NON POSSET:) Discederent „enim contra fidem datam: quia promisere com„muni ope civitatem defendere se velle.

 „*p*) (DE

[p] De fingulorum difceffione alia res videtur, ficut aliud eft ex flumine aquam haurire, [q] aliud rivum diducere. *De fua cuique civitate* L in bello 12 §. 6. D. de capt. & poftl. *ftatuendi facultas libera eft*, ait [r] Tryphonius. [s] Cicero pro Balbo laudat † jus illud, *ne quis in civitate maneat invitus*, & *fundamentum* vocat *libertatis*, *fui quemque juris & retinendi & dimittendi effe dominum.* † Cap. 13. Tamen hic quoque fervanda eft [t] regula naturalis æquitatis, [u] quam Romani in privatis focietatibus dirimendis fecuti funt, ut id L. actione, 65. §. Labeo, 5. D. Pro focio. non liceat fi focietatis interfit. Semper enim, ut recte inquit Proculus, non id quod privatim intereft unius ex fociis fervari folet, [v] fed quod focietati expedit. [w] Intererit autem focietatis civilis non abire civem, fi magnum contractum fit æs alienum, nifi paratus fit civis in præfens partem fuam exfolvere: item [x] fi fiducia multitudinis bellum fit fufceptum, [y] præfertim fi obfidio immineat, [z] nifi paratus fit civis ille alium æque idoneum fubftituere, qui rempublicam defendat.

3. [aa] Extra hos cafus [bb] credibile eft ad liberam civium difcesfionem confentire populos, quia non minus ex ea libertate commodi fentire [cc] aliunde poffunt.

§. XXV.

Sic [a] in exules nullum jus civitati. Heraclide Argis ejecti ab Euryftheo, per tutorem fuum Iolaum, fic loquuntur apud Euripidem: (*Heraclid.* verf. 186.)

Quo

„p) (DE SINGULORUM DISCESSIONE:) Imo fi jufta caufa fit etiam finguli prohiberi poffunt ne emigrent.

„q) (ALIUD RIVUM DIDUCERE:) Mens Authoris hæc eft: aquam ex flumine haurire licere, quia flumen manet licet haufta aqua inde decedat: at rivum diducere non licere, quia flumen ipfum mutaretur *L. 1. pr. & §. 9. l. 3. §. 2. ff. Rivis.*

„r) (TRYPHONIUS:) qui ex Sabino hanc rationem mutuatus eft. *L. 12. §. 9. ff. Capt. & poftl.*

„s) (CICERO PRO BALBO:) Eft inter orationes trigefima quinta. *c.* 13.

„t) (REGULA NATURALIS ÆQUITATIS &c. UT ID NON LICEAT SI SOCIETATIS INTERSIT:) Uti fi per discesfum cives reliqui injuriæ hoftium exponerentur, cujus rei exemplum ex Gronovio mutuari licet, qui ex *Livio 22. c. 52. & l. 24. c. 18.* refert, eos qui poft Cannenfem cladem deferere Italiam voluerant a P. Scipione prohibitos, & poftea caufam dicere apud Cenfores juffos fuiffe.

„u) (QUAM ROMANI IN PRIVATIS SOCIETATIBUS DIRIMENDIS SECUTI SUNT:) Ibi enim renunciatio unius non nocet focio fi hujus interfit: uti fi infcio focio renunciet, *l 17. §. 1. h.* fi dolo, *§. 4. inft. de fociet.*. vel fi ante tempus conventum fine jufta caufa renunciet. *l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. §. f. l. 6. ff. Pro focio.*

„v) (SED QUOD SOCIETATI EXPEDIT:) Adeoque quod ad utriusque utilitatem fpectat.

w) (Grot.) (INTERERIT AUTEM SOCIETATIS:) *Bembus Lib. VII.*

„x) (SI FIDUCIA MULTITUDINIS BELLUM SIT SUSCEPTUM:) Adeoque vires civitatis minuerentur in præfenti periculo.

„y) (PRÆSERTIM SI OBSIDIO: &c.) Tunc enim non faltem utilitas, fed & neceffitas reipublicæ requirit ut cives retineantur.

„z) (NISI PARATUS: &c.) Hoc dependet ex arbitrio civitatis.

„aa) (EXTRA HOS CASUS:) Ubi reipublicæ intereft ne cives finguli emigrent.

„bb) (CREDIBILE EST:) Imo id non ex confenfu populi dependet, adeoque nec ex conjectura voluntatis infertur, fed fequitur ex ratione naturali.

„cc) (SENTIRE ALIUNDE POSSUNT:) Quia viciffim extranei cives, eadem libertate præditi, in noftram civitatem migrare poterunt.

(AD §. XXV.) Quæritur an jus civitati maneat in exules? Diftinguendum eft an relegati faltem fint, an vero profcripti feu deportati: *Priori* cafu cives omnino manent quamdiu alibi domicilium non eligerunt. *Vid. l. 4. l. 7. §. 3. Interd. & releg l. 27. ff. ad Munic.*

a) (Grot.) (IN EXULES NULLUM JUS CIVITATI:) Vid. *infra l. 3. cap. 20. §. 41.*

„b) (NUNC

Quo jure jam nos ad Mycenæos trabat,
Eadem agentes urbe, quos urbe expulit?
[b] *Nunc ergo cives non sumus* — —

Alcibiadis filius in Isocratea [c] oratione agens de temporibus [c] ejecti patris: ὅτ' ὐδὲν αὐτῷ τῆς πόλεως προσήκεν. [d] *cum nihil ad illum civitas nostra pertineret.* [e] Jam vero plurium populorum, [f] sive per se, [g] sive per capita sua [h] consociatio fœdus est, de cujus natura & effectu locus agendi erit, [i] ubi ad obligationem ex pacto erit deventum. *Or. de Bigis. p. 349. D.*

§. XXVI.

[a] Subjectio ex consensu, aut privata est, aut publica. Subjectio privata ex consensu [b] casu potest multiplex, [c] sicut multiplicia sunt regiminum genera. [d] Nobilissima species est arrogatio, [e] qua quis sui

„*b*) (NUNC ERGO CIVES NON SUMUS:) quia „non relegati sed proscripti erant.

„*c*) (EJETI:) Et proscripti.

d) (Grot.) CUM NIHIL AD ILLUM CIVITAS NOSTRA PERTINERET:) *Nicetas* Isaaci Angeli rebus libro I. μὴ καλὸν εἰ διφάη τις τὸν ἀντίπαλον κ̀ κολακείσει ὡς Φίλιον. τὸν εἰκἄν εἰςίσκαν πολέμιον. *Non mirum si quis hostem ambiat eique blanditur, qui suos sibi hostes senserit.* (Cap. 10.)

ADDITIO.

„Ipse Alcibiades id quoque ait apud Thucydi„dem *l. 6. p.* 395. *Quæ cum amplius patria mihi „non sit, non reor me adversus patriam ire, sed „ad eam multo potius quæ nul'a est recuperandum.* „Hinc Quintil, *d. cl.* 244. ait, *jus civitatis non ha„bui eo tempore quo exul fui. Vid. Tesm. h.*

„*e*) (JAM VERO PLURIUM POPULORUM &c.) „Author de jure quod *ex consensu* in personas ori„tur hic agit remissive, plenius autem infra *l. 2.* „*c. 15.* ubi de fœderibus quæ inter populos in„tercedunt disputat.

„*f*) (SIVE PER SE:) Si duo populi liberi socii „fœderis fiunt.

„*g*) (SIVE PER CAPITA SUA:) Si plures reges „fœdus sociale contrahunt.

„*h*) (CONSOCIATIO FOEDUS EST:) Tale quo„que fœdus est, quando plures civitates arctissimo „fœdere ita inter se junguntur, ut singulæ statum „perfectæ civitatis retineant, communi autem „concilio subsint. *Vid. l. 1, c. 3. §. 7. n. 2. & §. 21.*

„*i*) (UBI AD OBLIGATIONEM EX PACTO ERIT „DEVENTUM &c.) De fœderibus agit Author *l.* 2. „*c.* 15. *per tot.*

„*a*) (SUBJECTIO EX CONSENSU:) Hactenus „Author egit de jure quod in personas ex consen„su oritur, quatenus ex *consociatione* sive privata „sive publica venit, sequitur nunc jus quod ex *sub„jectione oritur.*

„*Subjectionem* autem facit vel *privatam* vel *pu„blicam:* ad *priorem* refert arrogationem, §. h. & „servitutem; §. 27. sub qua jus vitæ & necis non „contineri ait, §. 28. neque eam ad liberos trans„ire existimat. *§. 29.* Tandem distinguit inter „servitutem perfectam & imperfectam *§. 30.* Ad „*posteriorem* refert, quando populus se alii popu„lo in servitutem dat, §. 31. vel si quis in pœnam „alterius dominio subjicitur. §. 32.

„*b*) ESSE POTEST MULTIPLEX:) Quilibet enim „juri suo legem dicere potest: ita enim per ado„ptionem, per legitimationem, per venditionem, „per glebæ adscriptionem, jus in alterius personam „acquirere possumus.

„*c*) SICUT MULTIPLICIA SUNT REGIMINUM „GENERA:) Author enim supra dixit, aliud esse „regnum patrimoniale, aliud usufructuarium, aliud „herile. *l. 1. c. 3. §. 8. n. 14. l. 2. cap. 7. §.* 12. „*L. 3. c. 8. §. 1.*

„*d*) (NOBILISSIMA SPECIES EST ARROGATIO:) Qua scilicet is qui sui juris est patris arrogantis potestati subjicitur: Quæ subjectio licita est, quia filius, qui sui juris est, de suo jure disponit.

Jure civili singulare est quod in *arrogatione* requiratur consensus superioris, in *adoptione* non item: cujus rei ratio est, quia priori casu princeps civem amittit, quod absque principis consensu fieri nequit.

„*e*) (QUA QUIS ITA SE DAT IN FAMILIAM „ALTERIUS OT EI SUBSIT AD EUM MODUM &c.) „Hinc definitur arrogatio, quod sit actus legiti„mus, quo quis eum cui sui juris est, & quem in „potestate non habet, adsumit in potestatem ac si „in ea natus esset. *L. 1. l. 25. §. 1. l. 37. l. 43 l. 44.* „*ff. L. f. C. de Adopt.* Ita arrogatus cum liberis „suis in patris adoptivi potestatem transit. „*§. 11. Inst. Adopt. l. 2. §. f. l. 15. pr. l. 40. pr.* „*Adopt.*

„Atque hactenus arrogatio est modus acquiren„di juris in personam naturalis, quia uterque de „suo jure disponit. At jus civile solennitates „quasdam addidit, scl. quod principis authoritate „fieri debeat, §. 1. *Inst. de adopt.* & causæ cogni„tio

fui juris fe ita dat in familiam alterius, ut ei fubfit ad eum modum, quo filius qui maturæ eft ætatis; fubeft patri. [f] Pater autem filium eo modo dare alteri non poteft, ut jus paternum plane in eum transeat, & ipfe paterno officio exfolvatur, [g] id enim natura non finit; [h] fed poteft filium alteri commendare, & alendum dare quafi fubftituendo.

§. XXVII.

1. Subjectionis fpecies [a] ignobilisfima eft, [b] qua quis fe dat in fervitutem perfectam, ut illi apud Germanos qui noviffimo [c] aleæ jactu de libertate contendebant: *Victus voluntariam fervitutem adit,* [d] ait Tacitus. Etiam apud Græcos, ut narrat Dio Prufæenfis oratione XV: † μύριον δήπȣ ἀποδίδονται ἑαυτȣ̀ς ἐλεύθεροι ὄντες, ὥςε δȣλεύειν κατὰ συγγραφὴν. *innumeri cum liberi fint, fe in fervitutem dant,* [e] ut ex contractus formula ferviant.

De moribus German. c. 24.

† Pag. 241. B.

2. [f] Eft autem fervitus perfecta, quæ perpetuas operas debet pro

„tio præcedere. *l.* 15. §. 4. *Eod.* fed & fpecialiter „ftatutum eft ut impuberes arrogari poffint. §. 3. „*Inft. Eod.*

„*f*) (PATER AUTEM FILIUM SUUM EO MODO „DARE ALTERI NON POTEST:) Author hic „diftinguit inter *arrogationem* & *adoptionem*; ac „per *illam* arrogatum tranfire in familiam alterius „ait, non vero per *adoptionem*: Additque ratio„nem, quia *arrogatus* patrem non habet, adeoque „ipfe de jure fuo familiæ difponere poteft: in *ad„optione* vero ait patrem, fubjiciendo filium alterius „poteftati & familiæ, officio fuo fefe exfolvere non „poffe: At nullam video rationem, quæ impediat „quo minus pater filium NB. confentientem, (nam „filius invitus non tranfit in alienam familiam. *L.* 5. „*ff. l.* 10. & 11. *C. adopt.*) alienæ familiæ fubjicere, „ac hactenus fefe officio paterno exfolvere poffit: „uterque enim, & pater & filius, de fuo jure „difponit: idque jure Romano antiquo ita obtinuit, „*pr. Inft. de Adopt. l.* 4. *C. Decar.*

„Juftinianus demum diftinxit *inter* adoptatos ab „extraneo & *inter* adoptatos ab afcendente; & „*priori* cafu jura patris naturalis non diffolvi fta„tuit, fed folam fucceffionem ab inteftato adopta„tis deferri, §. 2. *Inft.* & *L.* 10. *C. adopt. pr. Inft.* „*Eod.* filium autem jus cognationis & familiæ re„tinere. Hinc dignitatem patris naturalis fequitur, „patri fuo naturali fuccedit, &, fi adoptivus „alere nolit, pater naturalis alere filium tenetur. „Ratio differentiæ eft, quod *pofteriori cafu* afcen„dens natura quoque fit pater, vel patris loco; „adeoque filius adoptatus jura cognationis & fa„miliæ non noviter acquirit, fed continuat: Hoc „igitur cafu cum liberis in adoptantis poteftа„tem tranfit, §. 2. *Inft. adopt.* & dignitatem ac fo„rum patris adoptivi fequitur. *d.* §. 2. *dict. l.* 10.

„*g*) (ID ENIM NATURA NON SINIT:) Cur „non? agitur enim faltem de jure educandi, alen„di, & fuccedendi; nec non de juribus & privilegiis „familiæ, &c. quæ omnino a difpofitione noftra „dependent.

„Cæterum jura fanguinis nec per arrogationem „amittuntur: hinc filius talis inceftum & parrici„dium committit. &c. *l.* 23. *ff. adopt.*

„*h*) (SED POTEST FILIUM ALTERI COMMENDA„RE:) Equidem jus alendi & educandi adeo cohæret „negotio generationis, ut feparari a generantibus „non poffit; parentes ergo alere liberos neceffario „tenentur: at non præcife opus eft ut ipfi id faci„ant, fed fufficit per alios id exequi, quod fit per „adoptionem: effectus tamen infignis hic eft, quod „fi pater adoptivus alere filium non poffit, natu„ralis patris officium fubfiftat, illeque ad alendum „cogi poffit.

„*a*) (IGNOBILISSIMA:) De nobiliffima, fcl. ar„rogatione, egit §. *praced.*

„*b*) (QUA QUIS SE DAT IN SERVITUTEM PER„FECTAM:) Qua domino jus in vitam, operas & „res fervi quæritur, ut in cafu §. 4. *Inft. jur. pers.*

„*c*) (ALEÆ JACTU:) Facere idquoque foliti fu„ere Hunni: *Ambrofius in Tobiam c. XI.* Chinenfes, „aliique Americæ populi. *Pafch afius juftus, de alea* „*L.* 1. *Thomas Hyden, de ludis Orientalium: Voya„ge de Schouten Tom.* 1.

„*d*) (TACITUS:) *De moribus Germ. c.* 24.

e) (Grot.) (EX CONTRACTUS FORMULA SERVIANT:) Ægyptiis id olim vetitum. Athenis permiffum ad Solonis tempora: is conftituit ἐπὶ σώμασι μὴ δανείζεσθαι, *corpus pro credito ne obligaretur. Plutarchus* Solone. (*pag.* 86. *D.*) Idem lex Petilia Romæ conftituit. (Lex Ægyptia, qua id vetabatur, a *Bochori* fancita fuerat, & refertur a DIODORO SICULO, Lib. 1. c. 76. p. 50. *Ed. H. Steph.* De *lege Petilia* vide VARRON. *de. Lingv. lat.* Lib. VI. pag. 82. & LIVIUM, lib. VIII. cap. 28. *J. B.*)

ADDITIO.

„Apud Ebræos fe in fervitutem addicere licuis„fe patet ex *Seld. de I. G. l.* 6. *c.* 7. *Vid. Exod.* 2. *n.* 6.

f) (EST AUTEM SERVITUS PERFECTA, QUÆ PER-

pro alimentis & aliis, qua vitæ necessitas exigit: quæ res si ita accipiatur in terminis naturalibus [g] nihil habet in se nimiæ acerbitatis: [h] nam perpetua ista obligatio compensatur perpetua illa alimentorum certitudine, [i] quam sæpe non habent, qui diurnas operas locant, [k] unde accidit sæpe, quod dixit Eubulus:

Ἐθέλει δ' ἄνευ μισθοῦ παρ' αὐτοῖς καταμένειν
Ἐπὶ σιτίοις — — — —
Manere apud illos voluit, mercedis carens,
Victu contentus. — — —

Idem Comicus alibi:

Πολλοὶ φυγόντες δεσπότας, ἐλεύθεροι
Ὄντες, πάλιν ζητοῦσι τὴν αὐτὴν φάτνην
Qui se fugitivi gesserunt pro liberis:
Multi recurrunt [l] pristina ad præsepia.

Sic in historiis notabat Posidonius Stoicus, [m] multos olim fuisse, qui suæ imbecillitatis conscii, sponte se aliis in servitutem darent: ὅπως παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς ἀναγκαῖα ἐπιμελείας, αὐτοὶ πάλιν ἀποδιδῶσιν ἐκείνοις δι' αὐτῶν ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί, *Ut domini quidem ipsis providerent de necessariis, ipsi vero operam vicissim quam possent præstarent.*

PERPETUAS OPERAS DEBET PRO ALIMENTIS:) Hæc descriptio omnibus mercenariis perpetuis congruere potest: sane promissione operarum libertas non minuitur, nedum tollitur; sed potius debentur vi libertatis, quia cuique hominum jus competit disponendi de juribus suis. *Pos. V. n. 1.*

Hi ergo mercenarii omnia sibi acquirunt, & ex pacto seu dispositione demum tenentur aliis reddere & præstare si conveniat ut non tantum operæ, sed & res dominorum esse debeant.

Servitus vero est privatio libertatis, qua homo desinit esse membrum societatis humanæ, qua exstinguitur facultas agendi quod sibi lubet, & ubi succedit necessitas agendi quod domino lubet, ita ut servus fiat merum instrumentum domini. Talis igitur servus nullam rem sibi acquirere potest, nec operam sibi præstare, sed ex quolibet facto acquirit domino, quasi hic ipse fecisset.

Hæc servitus jure gentium secundario introducta est in bellis, seu captivitate. *§. 2. & 3. inst. de jur. pers.* Ita introducta constituitur etiam aliis modis, uti in pœnam, *§. 4. eod.* si precii participandi causa venundari se passus sit. *d. §. 4.*

ADDITIO.

„Servitutes a natura esse infra demonstrabimus: „*Conf. Diss. prooem. XII.* §. 741. 742.

g) (Grot.) (NIHIL HABET IN SE NIMIÆ ACERBITATIS:) Vide ea de re egregiam Busbequii dissertationem, epist. exoticarum tertia.

ADDITIO.

Non tantum in sensu Authoris id verum est, quia de operis suis in perpetuum disponere potest: Sed etiam si supponitur servum alieno dominio subjici. Nam cum servitus definiatur privatio omnis libertatis, *§. 2. Inst. jur. pers.* i. et omnis facultatis quæ hominibus natura competit in suas res & actiones, *§. 1. Inst. Eod. Pos. V.* facile constat omnia hæc jura ex dispositione in alium transferri posse: quanquam jure civili id prohibitum sit; & nemo civium Romanorum se in talem servitutem voluntate sua dare possit. *L. 1. l. 4. & tot. tit. C. Quib. ad lib. prov. liceat.*

„*h*) (NAM PERPETUA ISTA OBLIGATIO:) Dixi „servitutem omnem libertatem tollere, cum pa„ctum de operis præstandis, salva libertate contra„hi possit: Vera ergo ratio, quod quis libertati suæ „renunciare possit, hæc est, quod de rebus & actio„nibus suis quilibet pro lubitu disponere queat, „excepto jure vitæ & necis; de quo §. seq. agendi „locus erit.

„*i*) (QUAM SÆPE NON HABENT:) Servus non „tantum operas perpetuas alii præstat pro alimen„tis, sed & omnia acquirit domino: adeoque nul„lum jus neque in res neque in actiones suas reti„net;

„*k*) (UNDE ACCIDIT SÆPE:) At ideo non fiunt „servi.

l) (Grot.) (PRISTINA AD PRÆSEPIA:) Apud *Plautum* quidam: (*Casin.* II, 4. 14.)

„*m*) (MULTOS OLIM FUISSE QUI SUÆ IMBECILLITATIS CONSCII SPONTE SE ALIIS: &c.) „Operæ tunc debebant ex pacto, neque hic vera „est servitus.

„*n*) (EX

reut. [n] Exemplum addunt alii in Maryandinis, qui eandem ob caufam fervos fe fecerint Heracleotarum.

§. XXVIII.

[a] Jus autem vitæ ac necis [b] (de plena juftitia interna loquor) domini in fervos non habent: [c] nec quisquam homo hominem jure poteft interficere, [d] nifi is capital commiferit. Sed quorundam populorum legibus dominus, [e] quacunque de caufa fervum interfecerit, [f] impune fert, [g] ut ubique reges, qui liberrimam habent poteftatem.

Lib. III. de benef. c. 18. [h] Hac comparatione ante nos ufus eft Seneca: *Si fervo quo minus in nomen meriti perveniat, neceffitas obeft, & patiendi ultima timor, idem iftud obftabit & ei qui regem habet, & ei qui ducem, quoniam quanquam fub difpari titulo paria in illos liceant.* Cum tamen haud dubie fervus [i] a domino injuriam poffit accipere, ut recte affirmat idem Seneca

„n) (EXEMPLUM ADDUNT ALII IN MARIANDYNIS:) Qui Lydis & Sardis vicini erant. *Herod. l.* 1. *p. m.* 5. Videtur fubjectio illa contigiffe temporibus Lydi & Tyrrheni fratrum qui in Lydia regnarunt, & fterilitate frugum compulfi fortiti funt cum parte multitudinis. *Vellej. Pat. L.* 1. *c.* 1. Non tamen videntur veri fervi fuiffe, quia Crœfus eos poftea fubjugaffe dicitur, adeoque populus manfere. *Herod. L.* 1. *p. m.* 5. Magis hæc res illuftratur exemplo Ægyptiorum qui itidem fe in fervitutem dederunt, ut vitæ neceffaria impetrarent. *Gen.* 47. *v.* 19. & 27. At nec hoc pacto fervi veri facti funt, nec libertatem amifere, uti vidimus fupra *pag.* 275. *feq.*

a) (JUS AUTEM VITÆ ET NECIS:) Author hic quærit, *an naturali jure dominis in fervos jus vitæ & necis competat?* & recte id negat: Vita enim a creatura unicuique hominum conceffa eft, cum lege illam confervandi, *Vid. Pof. V n.* 3. Huic legi autem repugnat jus vitæ & necis in dominum conferre:

ADDITIO.

„Fruftra hæc quæftio movetur circa fervos qui confenfu fuo fe alterius dominio fubmittunt: Id enim nec jure naturæ, nec jure Romano licitum eft, quia nemo eft membrorum fuorum dominus. Quod autem & jure naturæ, & jure Romano, fervi tam bello capti, quam facti tales in poenam, ex quacunque caufa occidi poffint, infra demonftrabimus: Conf. *Diff. prooem. XII.* §. 67. 78. 79. & §. 742.

„*b*) (DE PLENA ET INTERNA JUSTITIA LOQUOR:) Quam opponit ei quod jure gentium ad effectus externos juftum eft, atque hactenus impune faltem fit. Vid. *diff. prooem. IV.* §. 18. *feq.*

„*c*) (NEC QUISQUAM HOMO HOMINEM INTERFICERE POTEST: Quia nemo jus in alterius vitam nec eo confentiente habet.

„*d*) (NISI IS CAPITAL COMMISERIT:) Adeoque in poenam: quam hoftis quoque meretur.

„*e*) (QUACUNQUE DE CAUSA SERVUM INTERFECERIT:) Imo id nullibi ftatuitur de fervis qui confenfu fuo alterius dominio fe fubjecerunt: nifi in quibusdam cafibus, ubi in poenam id leges ftatuerunt.

„*f*) (IMPUNE FERT:) i. e. non obnoxius eft poenis homicidio ftatutis. Nos alibi probabimus, dominos occidere veros fervos poffe, non tantum quoad impunitatem, fed ex ratione quoque naturæ. *Add. lit. f.* At tales non funt qui confenfu fuo fervi fiunt. *Vid. lit. a.*

„*g*) (UT UBIQUE REGES QUI LIBERRIMAM HABENT POTESTATEM:) Male comparantur *reges* cum *dominis:* Hi enim jure fæviunt in fervos vere tales. Reges autem in fubditos non nifi injuria. Adeoque nullo fenfu admitti poteft, quod regibus interficere fubditos ex quacunque caufa *liceat.* Etfi enim id aliquando de facto fiat, nec actio contra reges detur, non tamen afferere poffumus id *licere.*

„*h*) (HAC COMPARATIONE ANTE NOS USUS EST SENECA:) Imo Seneca non in eo comparat *dominum* & *regem*, quod utrisque in fervos & fubditus ex quacunque caufa *impune* fævire *liceat:* Sed quod uterque beneficium tum a fervo, tum a fubdito acquirere poffit; Ubi dubium, (quod natura beneficii deficiat, quia fervus non ultro fed ex neceffitate & metu mali domino bene facit) removet, addendo, reges quoque a fubditis beneficium accipere, quibus tamen æque neceffitas obftet, NB. *cum utrisque fub difpari titulo paria liceant.*

„Licentia igitur hæc, quæ in fervos ex jure belli, feu ex delicto, in fubditos ex jure imperii oritur, hactenus eundem effectum producit, ut fubditi quoque ex *neceffitate*, & metu mali (fi nimirum jufta adeft caufa) bene cupere regi teneantur, quæ *neceffitas* autem non impedit, quo minus rex a fubditis beneficium accipere poffit.

„i) (A DOMINO INJURIAM POSSIT ACCIPERE:) Unde infert Author fervum occidi non poffe, ut pote quæ fumma injuria eft.

„*k*) (SED

Seneca; [k] sed agendi impunitas improprie jus dicitur. Quale jus [l] & Solon parentibus in liberos concesserat, [m] † & veteres Romanorum leges. Sopater: ἐξῆν πατρὶ ὄντι τοὺς παῖδας ἀνελεῖν. ἔξεστιν ἐὰν ἁμάρτῃ τι. καὶ ὅτι ὁ νόμος τοῦτο εἰδὼς ὡς εἰλικρινὴς γένοιτ' ἂν δικαστὴς ὁ πατὴρ τοῦτο προσέταξεν. *Licuit ipsi cum pater esset filios interficere: nempe si quid peccatum esset, nam lex id ipsi permisit, ideo quia credidit* [n] *integrum judicem fore.* Idem jus obtinere παρὰ πολλοῖς καὶ σφόδρα εὐνομουμένοις [o] *apud multos populos legum gloria florentes*, ait Dion oratione XV.

Lib. III. de benef. c. 22.

† Sextus Empiric. Pyrrhonic. 211. c. 24. 6. 211 Ed. Fabric.

§. XXIX.

I. [a] De his qui ex servis nascuntur difficilior inspectio est. [b] Romano jure [c] & jure gentium circa captivos, [d] ut dicemus alibi, [e] ut in bestiis, ita in servilis conditionis hominibus [f] partus matrem sequitur;

„*k*) (SED AGENDI IMPUNITAS IMPROPRIE JUS „DICITUR:) Mentem Grotii explicavimus in *Diss.* „*prooem. IX. §. 65. & seq.* Sed & diximus Senecam plane alio sensu *licentiam* regum in subditos „intelexisse.

„*l*) (ET SOLON PARENTIBUS IN LIBEROS CON„CESSERAT:) Quod negat *Dion. Halic. 2. 27. Gron.* „*h.*

„*m*) (ET VETERES ROMANORUM LEGES:) Ver„ba Legis XII. tab. ita sonant, *uti qui ex patre* „*matreque fam. ejus nasceretur, in patrisfam. ejus* „*manu, potestate, mancipioque esset. Haberetque* „*paterf. jus in eum vitæ & necis. Dion. Halic. L.* „*2. Gell. l. 17. c. 19. Cicero pro Domo. Conf. L. 11.* „*ff. Lib. & post. L. f. C. de patr. Pot. L. 5. de Lege* „*Pompej, de parricid.* Add. *Liv. l. 1. c. 26. Sen.* „*Benef.* 3. 1. Quod jus tyrannicum vocat *Arist.* 8. „*Nic.* 12. At justitiam legum Romanarum hac in „parte vindicavimus in *Differt. prooem. XII. §.* 160.

„*n*) (INTEGRUM JUDICEM FORE:) i. e. non „odio aut aliena gratia corruptum. *Gron. h.*

„*o*) (APUD MULTOS POPULOS:) Ita Ludovicus „Imperator Norimbergensibus anno 1320. privile„gium concessit, quo filios inobedientes in pro„fluentem demergere patri liceret. *Limn. Enucl.* „*L. 4. c. 39. §. 7.*

„*a*) (DE HIS QUI EX SERVIS NASCUNTUR:) „Author quæstionem hic proponit, *an liberi ex* „*servis, qui consensu suo se alterius dominio sub*„*jecerunt, nati sint servi?* Ubi præmittit, jure Ro„mano & gentium distingui, an sola mater, an uter„que serviat, idque juri naturali congruum non „esse asserit: Ad ipsam quæstionem respondet, ju„re naturali non licere uterum in servitutem secum „addicere, nisi alia educandi & alendi partum ra„tio non subsit. Hinc concludit, jus domini nasci „ex alimentorum præbitione, illudque restitutis „impensis cessare: Præterea servos tales, si imma„nis sit domini sævitia, fuga sibi consulere posse:

„Nos in sequentibus probabimus, naturali juri „congruum omnino esse, ut partus sequatur con„ditionem matris: At hoc verum saltem est in ser„vis qui vel jure belli, vel in poenam servi facti „sunt: Nam neque jure Romano illi qui alieno „dominio se se subjiciunt, servi fiunt, (nisi precii „participandi causa se se venumdare patiantur &c. „nedum liberi eorum: sed illi ex pacto operas præ„stant, hi pro alimentis, quibus restitutis obliga„tio cessat. In neutros autem jus vitæ & necis do„mino competit.

„*b*) (JURE ROMANO:) §. 19. *Inst. Rer. div.* l. 7. „*c. Rei vind.* l. 42. *C. Liber. caus.*

„*c*) (ET JURE GENTIUM:) Scilicet voluntario, „quod hactenus non ex omni parte justum esse, & „effectum saltem externum juris tribuere domi„nis ait. *Vid. differt. prooem. IX. §. 65.*

„*d*) (UT DICEMUS ALIBI:) *L. 2. c. 8. §. 18. &* „*L. 3. c. 7. §. 2.* ubi ex professo hæc quæstio an „partus sequatur matrem tractabitur.

„*e*) (UT IN BESTIIS:) *L. 5. §. 2. ff. Rei vind.*

f) (PARTUS MATREM SEQUITUR: QUOD TAMEN JURI NATURALI NON SATIS CONGRUIT:) Author negat jure naturæ partum servilem sequi ventrem: Sed eum & patri & matri esse communem ait: Nos dicimus, partum hactenus nec patrem nec matrem sequi 1) quia partui a natura propria libertas data est, eamque nascens secum in lucem affert: 2) alia igitur libertas est patris alia filii; & facultates naturales agendi harum personarum distinctæ sunt, neque una sublata altera tollitur. Neque 3) parentes liberis jura a natura quæsita auferre possunt. Sane parentibus 4) jus saltem in suas actiones competit non in alienas. Certissimum igitur 5) est, filios non succedere in libertatem parentum, utpote quam a natura habent immediate, adeoque nec in servitutem, quæ est privatio libertatis parentum:

Jure naturali ergo partus servilis non fit servus; at postquam *jure gentium* id introductum & jure Romano approbatum fuit, ut partus servilis fiat servus, necessario inde sequitur partum sequi ventrem, 1) quia jure Romano pater non est nisi ex justis nuptiis, quales non sunt cum servo. 2) Quia partus cum editur incipit in rebus humanis esse, adeoque ex quo de ejus acquisitione quæritur est pars matris, non patris: eodem mo-

tur; quod tamen juri naturali non satis congruit, [g] ubi pater aliqua ratione sufficiente cognosci potest: nam cum in mutis animantibus [h] patres non minus quam matres fœtuum curam gerunt, hoc ipso ostenditur [i] fœtum utriusque esse communem. Sic ergo, [k] si lex civilis hac de re tacuisset, [l] partus non minor patrem sequeretur, quam matrem. Ponamus ergo, quo minor sit difficultas, [m] utrumque parentum servitutem servire; & videamus, [n] an naturaliter partus servilis futurus sit conditionis. Certe [o] si alia nulla fuerit ratio educandi

do uti semen injectum agro pars agri esse incipit: de quo plenius agemus *L. 2. c. 8. §. 16.*

ADDITIO.

„Frustra quæstio hæc movetur circa eos qui „consensu suo aliis se subjiciunt; quia servi non „fiunt, sed effectus saltem servitutis, quatenus a „consensu dependent, in alterum transferuntur: „nimirum operarum præstatio, liberi igitur liberrimi manent. At in veris servis naturale est ut partus sequatur matrem. *Vid. l. 3. c. 7. §. 2.* at non „ad eum effectum, ut domino jus vitæ & necis in „liberos competat. *ibid.*

„g) (UBI PATER ALIQUA RATIONE SUFFICIENTE COGNOSCI POTEST:) i. e, quoties pater „certus est: Nos infra probabimus, natum ex serva, etsi pater certus sit, sequi ventrem.

h) (Grot.) (PATRES NON MINUS QUAM MATRES FOETUUM CURAM GERANT:) Vide infra cap. VIII. §. 18. *Plinius* X, 34. de columbis: *Author utrique sobolis æqualis.*

ADDITIO.

„Alimenta liberis naturali jure ab utroque parente „deberi late probat Author infra *c. 7. §. 4.*

i) (FOETUM UTRIUSQUE ESSE COMMUNEM:) Confundit Author *dominium* in partum servilem, cum *jure educandi*: Hoc utrique parenti commune est: dominium autem neutrius, sed partus sua natura liber est.

ADDITIO.

„Grotius non asserit partum esse in dominio parentum, sed esse communem, i. e. æque portionem corporis materni ac paterni: indeque eum „non magis matrem sequi, quam patrem. Atque „hinc concludit, regulam, quod in servilis conditionis hominibus partus ventrem sequatur, juri naturali non satis congruere.

„At infra probabimus, in materia acquisitionum „partum esse veram portionem matris, adeoque in „materia servitutis matris conditionem sequi.

„k) (SI LEX CIVILIS HAC DE RE TACUISSET:) „i. e. Si lex Romana non statuisset, *partum debere „sequi ventrem.* At lex id non statuit in illis qui consensu suo se in servitutem dant.

l) (Grot.) (PARTUS NON MINUS PATREM SEQUERETUR QUAM MATREM:) *Seneca* de beneficiis VIII, 12. *quomodo patri matrique communes liberi sunt?* Lex Visigothica lib. X, tit. l. 17. *si enim filius ab utroque parente gignitur & creatur, cur idem ad conditionem tantum pertineat genitricis, qui sine patre nullatenus potuit procreari?* Deinde: *Hac rationabiliter naturæ lege compellimur agnitionem ancillæ, quæ servo alieno juncta pepererit, inter utrosque dominos æqualiter dividendam.* Slavi & Slavæ proles patrem sequebatur; *Speculum Saxonicum* III, 37. Idem moris in nonnullis Italiæ locis, Cap. licet 3. de conjugio servorum. Apud Longobardos & Saxones sequitur partus partem deteriorem: *Spec. Sax.* I. 16. Idem apud Wisigotthos in Hispania Isidori tempore obtinuisse discas ex c. ult. causa XXXII. quæst. IV. Natus ex servo & ingenua eadem Wisigothorum lege sit servus. III, tit. II, 3. IV. tit. V, 7. IX. tit. I, 16. Ex servo & ancilla nati inter dominos dividuntur. Si unus sit filius, habet eum servi dominus, ancillæ domino pretii dimidium persolvens. In originariis patris originarii dominus duas fert partes, feminæ originariæ dominus unam, ex edicto Theodorici apud *Cassiodorum* cap. 67. in Anglia Francus quis est aut villanus ex patre: idemque in aliis conditionum discriminibus observatur. *Litleton* de Villanagio, & liber *de laudibus legum Angliæ.* Has leges a civili Romana discrepantes juri naturæ non repugnare agnoscit *Thomas Aquinas.* (Suppl. *Quæst.* 52. Artic. 4. in *Conclus.*) quidni, cum & Mensia lege apud Romanos alterutro parente peregrino natus peregrinus censeretur? ut nos docet *Ulpianus* in Institutionibus, titulo de his qui in potestate, v. §. 8. (Vide ibi notas eruditissimi SCHULTINGII. De *Originariis* autem, qui iidem sunt ac *Adscriptitii*, consule JAC. GOTHOFRED. ad Lib. V. Tit. IX. *Cod. Theodos.* pag. & *seqq.* Tom. I. *J. B.*)

ADDITIO.

„Diximus in servilis conditionis hominibus, „ubi de acquisitione dominii agitur, partum sequi ventrem, etiam naturali ratione. *Vid. lit. i.*

„m) (UTRUMQUE PARENTEM SERVITUTEM „SERVIRE:) Nam in quæstione, *an partus sequatur ventrem?* supponitur alterutrum generantium esse liberum.

„n) (AN PARTUS SERVILIS FUTURUS SIT „CONDITIONIS:) Negat Author, nisi alia ratio educandi partum non sit. Hoc verum est, si pater „suo consensu se in servitutem dat: quia plane non „fit servus, nedum ejus liberi: At in vere servis „extra dubium est partum quoque esse servilis conditionis. *Vid. l. 3. c. 7. §. 2*

„o) (SI NULLA ALIA RATIO FUERIT EDUCANDI PARTUM:) Partus ex eo qui jure belli servus „factus est natus citra hanc necessitatem servus est, „quia parentes (quorum portio est) servi sunt.

„p) (IN

di partum, potuerunt parentes prolem sibi nascituram *p* in servitutem secum addicere: quippe cum tali ex causa *q* etiam in libertate natos vendere parentibus liceat.

2. Sed cum hoc jus naturaliter ortum ducat *r* ex ipsa necessitate, *s* extra eam non est jus parentibus prolem suam cuiquam addicere; quare jus dominorum in prolem servilem hoc casu nascetur *t* ex ipsa alimentorum, & eorum quæ vitæ necessaria sunt præbitione, ac proinde *u* cum diu alendi fuerint e servis nati, antequam opera eorum domino utilis esse possit, & sequentes operæ sui temporis alimentis respondeant, effugere ita natis servitutem non licebit, nisi pro alimentis quantum satis est reddant. Certe si immanis sit domini sævitia, servos illos, etiam qui ipsi se in servitutem dederunt, *v* fuga consulere sibi posse probabilis sententia est. Nam quod Apostoli † & antiqui †† Canones servis edicunt, *w* ne se dominis subtrahant, generale est, & eorum errori oppositum, *x* qui omnem subjectionem tam privatam quam publicam rejiciebant, ut pugnantem cum christiana libertate.

Less. lib. v. c. 5. dub. 5.

† *1. Cor. vi. 21. Eph. vi, 5. Col. III, 22. Tit. II 9.*

†† *C. si quis servum. 17. q. 4.*

§. XXX.

a Præter perfectam servitutem, de qua jam egimus, *b* sunt & imperfectæ

p) (IN SERVITUTEM SECUM ADDICERE:) Quod admittendum non est. Libertas enim est jus natura liberis quæsitum non ex successione, sed ex creatione: Hoc jus parentes liberis auferre non possunt.

ADDITIO.

„De liberis servorum qui consensu suo tales facti sunt, concedimus, nec parentes nec liberos „servos fieri, & tantum ratione alimentorum te„neri: at aliud dicendum de liberis eorum qui „vere servi sunt.

„*q*) (ETIAM IN LIBERTATE NATOS:) Idque „ex ratione naturali probavimus *supra* §. 5.

„*r*) (EX IPSA NECESSITATE:) Si scilicet alia „non est ratio educandi partum. *Vid. n. præced.*

s) (Grot.) (EXTRA EAM NON EST JUS PARENTIBUS:) Ita & Carolus Calvus statuit cap. XXXIV. Edicti Pistis.

ADDITIO.

„Si parentes servi facti sunt vel jure belli, vel „in pœnam, ipsi prolem suam non addicunt „in servitutem, sed ipsum jus naturæ, quod ventrem „alieno dominio subjecit, adeoque & ejus partem.

t) (Grot.) (EX IPSA ALIMENTORUM &c. PRÆBITIONE:) Vide *Leonem Afrum* lib. VI. de Barca. (Pag. 599. *Edit. Elzevir.*).

ADDITIO.

„Vera est sententia Authoris in illis qui suo „consensu servi fiunt; At si parentes vere servi „sunt, jus dominorum in partum servilem non ori„tur ex alimentorum præbitione, sed ex jure bel„li, vel ex lege superioris.

„*u*) (CUM DIU ALENDI FUERINT E SERVIS „NATI:) Liberi ex illis qui vere servi sunt nati, „effugere servitutem non possunt: non ideo quod „diu alendi fuerint, sed quia portio sunt matris, „quæ alieno dominio subjecta est.

„*v*) (FUGA SIBI CONSULERE POSSE PROBABI„LIS SENTENTIA EST) De liberis eorum qui se „alieno dominio subjecerunt consensu suo, id con„cedimus: An autem vere servis, & ex eis natis „fugere liceat, videbimus infra *l. 3. c. 7. §. 6. seq.*

w) (Grot.) (NE SE DOMINIS SUBTRAHANT, GENERALE EST:) Vide infra lib. III. c. VIII. §. 6.

ADDITIO.

Rectius respondetur, Canones non loqui de eo quod juris, sed quod virtutis est, commendant servis (i. e. qui vere servi sunt) patientiam, non præcipiunt.

x) (QUI OMNEM SUBJECTIONEM REJICIEBANT:) Imo talis error eo tempore non invaluit, adeoque Canones de eo oppugnando cogitare non potuerunt: Verius igitur est, Canones agnovisse jus dominorum in servos, (qui scl. vere servi sunt) at commendasse ne cum rigore eo uterentur.

„*a*) (PRÆTER PERFECTAM SERVITUTEM DE QUA „JAM EGIMUS:) Et quæ ex hypothesi Authoris con„sistit in præstatione perpetua operarum pro ali„mentis, aliisque vitæ necessariis. *Vid.* §. 27. *n.* 2. „& quæ legibus quarundam gentium infert jus vitæ „& necis, quoad impunitatem scl. *vid.* §. 29. ubi no„tavimus, talem servitutem ex consensu ortam neque „jure naturali neque jure Romano cognitam esse: „adeoque eum qui talem servitutem promittit, ejus„que liberos liberrimos manere.

b) (SUNT ET IMPERFECTÆ:) Per quas personas non subjiciuntur alieno dominio, sed jus fal-

perfectæ, [c] ut quæ aut in diem sint, [d] aut sub conditione, [e] aut ad res certas. Talis est [f] libertorum, [g] status liberorum, [h] nexorum, [i] addictorum, [k] adscriptorum glebæ, [l] septem annorum servitus apud Hebræos, [m] & altera ad Jubilæum usque: [n] Penestarum apud Thessalos: eorum, quos [o] manus mortuas vocant, [p] ac postremo mercenariorum: quæ discrimina aut a legibus aut a pactionibus pendent. Imperfecta servitus naturaliter etiam esse videtur ejus, qui altero parente liberæ, altero servilis conditionis sit natus, [*] ob eam quam supra diximus causam.

§. XXXI.

tem aliquod reale in personas competit, quæ certo prædio, vel glebæ terræ adscriptæ erant: Hæ species sequuntur vel ex dispositione hominis, vel legis; & idem hic obtinet quod in servis, scilicet ut partus sequatur ventrem. *Vid. disp. nostram de jure sem. sect. 1. §. 11.*

ADDITIO.

„Jure naturæ talis homo liber est, & tota ratio „servitutis hic cessat: non enim bello capitur, adeoque dominus oec jus vitæ & necis in eum habet; „quod vero jus aliquod in corpus domino competat, id ex mera hominis dispositione & voluntate „oritur, quia ea lege prædio addicatur, glebæque „adscribitur: quod vero liberi quoque conditionem „sequantur matris, id partim ex eo est quod liberi „sint portio viscerum maternorum, partim ex eo, „quod nullum jus ex se, sed a parentibus habeant. „De quo plenius infra *L. 2. c. 8. §. 18.*

„c) (UT QUÆ AUT IN DIEM SUNT:) ut septem „annorum servitus apud Hæbreos, aut ad Jubilæum „usque: *Gron. h.*

„d) (AUT SUB CONDITIONE:) quo pertinent „statu liberi

„e) (AUT AD RES CERTAS:) Quo refert mercenarios &c.

„f) (LIBERTORUM:) i. e. Eorum qui ex justa „servitute manumissi sunt. *pr. inst. de libertin.* Unde „manumissio dicitur quasi e manu seu potestate mis„sio: Apud Romanos manumissio erat vel publica, „ubi publica autoritate manumittebatur servus, ut 1) „vindicta, 2) censu lustrali, 3) in ecclesia, 4) testa„mento. Vel privata, ubi privatim manumissio fie„bat, ut coram 5 testibus (1) inter amicos, vel (2) „per epistolam, item, (3) nominatiooe filii: *§. 1. inst.* „*de libertin:* Servi ita manumissi fiebant vel cives „Romani, vel Latini, vel dediditi. *§. 5. inst. eod* Ci„ves Romani autem tantum fiebant illi qui publica „autoritate manumittebantur. *L. un. §. 1. seq. C. Lat.* „*lib. toll.* vid. *Hyp. Inst. B. parentis tit. de libertinis.*

„g) (STATOS LIBERORUM:) Statu autem liber est, „qui statutam & destinatam in tempus vel conditi„onem libertatem habet: *L. 1. pr. ff. Stat. lib.* vel „cui relicta est directa libertas in diem val conditi„onem certam. *L, 69. §. 2. ff. evict.*

„h) (NEXORUM:) Qui ob æs alienum creditori„bus operas præstabant, sive ultro, sive ex sententia „judicis, & plerumque in vinculis: *Livius*, 2. 24. & „27. *item l. 8. c. 28. Varro l. 6. de ling. lat. 82. Vid.* „*Gron. h.* modum describit *Gell. Noct. Att. 20. 1.* „de ejusmodi nexis qui terram fodiebant, vide *Flo-* „*rum 3. Appian. Bell. Pun. c. 8. Sen. de Benef. 7.* „*10. Lucan. 7. n. 402. apud Tesm. h.*

„i) (ADDICTORUM:) Qui certo prædio addice„bantur sive pacto, sive sententia judiciis, atque „operas præstabant. *Cic. pro Flacc. 20. 2. de Orat.* „*63. Gron. h.*

„k) (ADSCRIPTORUM GLEBÆ:) Qui adeo glebæ „adhærent, ut gleba alienata etiam homines illi ali„enentur: *tit. tit. C. de agric. & censit. Conan. 2. 10.* „*Gudel. de. jur. nov. 1. 5. Grænweg ad tit. C. de Colon.* „*Illyr. vid. Tesm. h.* similis sunt Wildfangi in Pa„latinatu: *B. Par. jur. publ. c. 14. §. 14. Besoldus &* „*Webner voce Wildfang.* & in terris Marchicis, „Pomeranis, ac Borussicis subditi, die Unterthanen.

„l) (SEPTEM ANNORUM SERVITUS APUD HEBRÆOS:) Ut Hæbreus Hebræo se vendens sex „annis serviat, septimo liber sit. *Deut. V. 2. Gron. h.*

„m) (ET ALTERA AD JUBILÆUM USQUE:) Ut „servus talis Hæbreus jubilæo, i. e. XLIX. anno. „exacto liber sit. *Lev. XX, 39. Gron. h.*

„n) (PENESTARUM APUD THESSALOS:) Qua„les Ilotæ Lacedæmone, clientes Romæ, *Gron. h.* „Comites apud Germanos. *Tac. de M. G.*

„Penestæ autem dicuntur a græco πενέσται, ob „paupertatem sic vocati, quia paupertate pressi „aliis serviebant: *Arist. 2. pol. 7. Halic. II. Alex ab* „*Alex. Gen. dier. 3. c. 20. ibique Tiraqu. Thuan.* „*lib. XIX. pr. Tesm. h.*

„o) (MANUS MORTUAS:) Agricolas vel rusti„cos hac conditiooe manumissos, ut si morereotur „sine liberis bona omnia redirent ad patronos, sin „liberis relictis, optimum pignus vel jocale patro„nis cederet: si nihil tale esset, defuncti dextera „abscissa offerretur. *Magn. chron. Belg. p. 153. ad* „*ann. D. 1123. Bodin. 1. de rep. 5. p. 61. & 63.* „*Herald. rer. quot. l. 1. c. 10. n. 13. Gron. h.* Unde „apparet aliud quid esse servitutem hanc, ac alienatio „quæ dici solet *ad manus mortuas*: i. e. quæ fit „in societates, quæ nunquam moriuntur, uti si „res venditur civitati, ecclesiæ &c.

p) (Grot.) (AC POSTREMO MERCENARIORUM:) Inter quos ii, qui in Anglia *apprentisii* dicuntur, durante disciplinæ suæ tempore, proxime ad servilem conditionem accedunt. (Vide *Thom. Smith*, de Republ. Anglic. *Lib. III Cap. 10.* J. B.)

„*) (ET EAM QUAM SUPRA DIXIMUS:) Natu-

„rali

§. XXXI.

[a] Publica ſubjectio eſt, qua ſe populus [b] homini alicui, [c] aut pluribus hominibus, [d] aut etiam populo alteri [e] in ditionem dat. [f] Formulam talis ſubjectionis in exemplo Capuæ ſupra adduximus. [g] Similis eſt illa populi Collatini: *Deditisne vos populum Collatinum, urbes, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.* Quo alludens [h] Plautus Amphitruone ait: (*Act.* I. *ſcen.* I. verſ. 102. 103.)

[i] *Deduntque ſe, divina humanaque omnia, urbem & liberos*
In ditionem atque in arbitratum cuncti Thebano populo,

[k] Perſæ hoc vocabant aquam & terram dedere. Sed hæc perfecta ſubjectio eſt: [l] ſunt & aliæ minus perfectæ, [m] aut habendi modo [n] aut quoad imperandi plenitudinem, quarum gradus peti poſſunt ex his, [o] quæ ſupra a nobis diſſertata ſunt. *Lib.1.c.3.*

§. XXXII.

[a] Ex delicto ſubjectio etiam non accedente conſenſu naſcitur, [b] quo-

„rali enim jure partum utrinsque, & patris & ma-„tris, eſſe communem Author docuit ſupra §. 29. „n. 1. Hac hypotheſi poſita partum pro parte li-„berum, adeoque hactenus ſervitutem hanc eſſe im-„perfectam putat. Nos in præcedentibus dixi-„mus, partum ſervilem neceſſario matrem ſequi; „eſt enim pars viſcerum maternorum, i. e. portio „ventris, qui alterius dominio eſt ſubjectus.

(AD §. XXXI.) Hactenus de privata ſubjectione egit Author, jam de publica agitur, qua ſcilicet populus alii populo ſe in ditionem dat: Cum enim imperium cuique populo jure proprio competat, is de eo diſponere, illudque in alium transferre, adeoque ſuo juri natura quæſito renunciare poteſt; prout ergo populus ille diſponit ita jus eſt. *Poſ. VI.* vide ſupra *L. 1. c. 3. §. 8.* Diximus autem eodem *c. 3. §. 11. & 12.* per talem ſubjectionem libertatem privatorum non mutari, & nil niſi jus imperii, i. e. facultatem diſponendi de juribus publicis transferri: Si enim talis caſus dari poſſet, ut ſinguli quoque ſe in ſervitutem alii populo dedant, deſineret eſſe populus, & civitas illa inciperet eſſe familia privata.

„*a*) (PUBLICA SUBJECTIO EST:) Subjectionem „enim quæ ex conſenſu oritur, Author fecit vel pri-„vatam vel publicam. *Vid. ſupra §. 26.*

„*b*) (HOMINI ALICUI:) i. e. regi vel duci.

„*c*) (AUT PLURIBUS HOMINIBUS:) i. e. opti-„matibus, ut in ſtatu Ariſtocratico.

„*d*) (AUT ETIAM POPULO ALTERI:) Ita enim „plures gentes ſe populo Romano ſubmiſerunt.

e) (IN DITIONEM DAT:) Jure autem id fieri poſſe vidimus *l. 1. c. 3. §. 8.* ubi diximus, natura jus imperii competere humano generi, eoque diviſo ſingulis civitatibus in ſolidum; adeoque civitates illas de jure ſuo pro lubitu diſponere, indeque imperium in alium transferre, ſive plene ſive pro parte, poſſe.

ADDITIO.

Summam poteſtatem originarie patribus familias competiiſſe, non humano generi, a ibi demonſtravimus.

„*f*) (FORMULAM TALIS SUBJECTIONIS IN EX-„EMPLO CAPUÆ SUPRA ADDUXIMUS:) *Lib. 1. c. 3.* „*§. 8. n. 3. n. 7.* Conf. *L. 2. c. 9. §. 6.*

„*g*) (FORMULA ISTA POPULI COLLATINI:) „De qua vide *ſupra L.* 1. *c.* 3. §. 8. *n. 7.* Adde „*Liv. Lib. I. 38.*

„*h*) (PLAUTUS:) in Amphitruone. *Act. 1. Scen.* „*1. v. 102.*

i) (Grot.) (DEDUNTQUE SE, DIVINA, &c.) Id Perſæ vocabant *terram & aquam dedere.*

„*k*) (PERSÆ HOC VOCABANT AQUAM ET TER-„RAM DEDERE:) *Herodot. l. 7. c. 133. Curt. l. 3. c.* „*10.* Hujus formulæ quoque fit mentio in deditione „Caudina apud *Liv. 9. 9.* Vid. *Gron. & Tesm. h.*

„*l*) (SUNT ET ALIÆ MINUS PERFECTÆ:) Uti „in *privata* ſubjectione Author diſtinguit inter per-„fectam & minus perfectam, ita & in *publica* dari „minus perfectas ait. *Vid. ſupra §. 27. n. 2. &* „*§. 30.*

„*m*) (AUT HABENDI MODO:) Si ſcilicet jus „imperii populus retinet, ſed plenam admini-„ſtrandi facultatem in alium transfert: ut in di-„ctatorem contulerunt Romani. De quo late actum „eſt *L.* 1. *c.* 3. §. 11.

„*n*) (AUT QUOAD IMPERANDI PLENITUDINEM:) „Si ſummum imperii jus translatum eſt, ſed ſub „certis conditionibus, quæ jus illud admodum re-„ſtringunt. de quo egimus *L.* 1. *c.* 3. §. 14. *&* 16. „Vel ſi alius cum eo qui jus imperii habet in „adminiſtratione concurrit, *ibid. §. 17.*

„*o*) (QUÆ SUPRA A NOBIS:) *d. c. 3. §. 7, &* „*late ſeq.*

„*a*) (EX DELICTO SUBJECTIO ETIAM NON AC-„CEDENTE CONSENSU NASCITUR:) Author initio „hujus

[b] quoties qui meruit libertatem amittere, [c] ab eo cui pœnæ exigendæ jus eſt in poteſtatem vi redigitur. Cui autem jus ſit pœnæ exigendæ [d] videbimus infra. Poſſunt autem hunc in modum ſubjici [e] non ſinguli tantum privata ſubjectione: [f] ut Romæ, qui ad dilectum non reſpondebant, [g] & incenſi: poſtea & [h] fœminæ, quæ ſe ſervo alieno junxiſſent: ſed & [i] populi publica ex publico delicto. Hoc intereſt, [k] quod populi ſervitus per ſe perpetua eſt, [l] quia ſucceſſio partium non impedit, quo minus unus ſit populus. [m] At ſingulorum ſervitus pœnalis perſonas non egreditur; quia noxa caput ſequitur. [n] Utraque autem ſervitus, tam privata quam publica, pœnalis eſſe poteſt, aut perfecta aut imperfecta pro modo meriti & inflictæ pœnæ.

Cic pro Cæcina c.314.

[o] De ſervitute vero, tam privata, quam publica, quæ ex jure gentium

„hujus capitis dixit jus aliquod acquiri ex generatione, conſenſu, & delicto: *Vid.* §. 1. *h. e.* de „jure quod ex generatione & conſenſu oritur actum „eſt §. 1. *& ſeq.* ſequitur nunc jus quod in perſonas naſcitur ex delicto, etiam citra conſenſum.

b) (Grot.) (QUOTIES QUI MERUIT LIBERTATEM AMITTERE:) Ut ſocii illi Ulyſſis Ægyptios prædati, de quibus *Homerus* Odyſſeæ ξ. (*verſ.* 271. 272.

Ἔνθ' ἡμέων πολλοὺς μὲν ἀπέκτανον ὀξέι χαλκῷ,
Τοὺς δ' ἄναγον ζωούς, σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ

Partem igitur noſtrum ſicilicibus obtruncarunt.
Partem etiam vivos ad opus traxere coactum.

Sic Apollinem Jupiter, cum io tartarum dejicere vellet, exoratus a Latona ſervituti addixit. habet *Apollodorus* libro III. (c. 10. §. 3.)

ADDITIO.

Quæritur *an ſervus quis poſſit fieri ex delicto?* Author recte id affirmat: Nam cum jure naturali magiſtratui jus puniendi competat, neceſſario ſequitur, eum uti vitam, ita & libertatem delinquentibus auferre poſſe. Atque hinc Romani legiſlatores reos variis ex cauſis in ſervitutem detruſerunt: quo pertinent ſervi pœnæ, qui precii participandi cauſa venundare ſe paſſi ſunt. &c. *Vid.* §. 4. *Inſt. jur. perſ.* § *f. Inſt. His qui ſui vel al. jur.*

„*c*) (AB EO CUI POENÆ EXIGENDÆ JUS EST:) „i. e. legitimo magiſtratu: non ergo ſervus fit „qui a prædone vel latrone libertate privatur.

„„*d*) (VIDEBIMUS INFRA:) *L.* 2. *c.* 20. §. 3. „*ſeq.*

„*e*) (NON SINGULI TANTUM PRIVATA SUB„JECTIONE:) Ubi ſingulis libertas aufertur.

f) (Grot.) UT ROMÆ QUI AD DELECTUM NON RESPONDEBANT:) Apud Lycios fures. *Nicolaus Damaſcenus.* (pag. 517. *Excerpt. Peireſc.*) apud Wiſigotthos multi aliorum criminum damnati, ut ex eorum legibus apparet.

ADDITIO.

„Author intelligit eos, qui citati ut ſacramentum dicerent, non comparuerunt. *L.* 20. *ff.* „*Com. div L.* 4. §. 40. *Re milit.*

„*g*) (ET INCENSI:) Ex lege Servii Tullii regis, „qui patrimonium non profeſſi aut male profeſſi „erant. *Liv. l.* 44. *Gron. h.*

„*h*) (FOEMINÆ QUÆ SE SERVO ALIENO JUN„XISSENT:) *Vid. Tit. C. mulierib. quæ ſe propr. ſerv.* „*junx. Tac.* 12. *ann.* 53. *Suet. Veſp.* 11. *Grot. l.* 2. *c.* „20. §. 2.

„*i*) (POPULI PUBLICA EX PUBLICO DELICTO:) „De his pœnis populi publicis Grotius agit *l.* 2 *c.* „21. §. 7. *n.* 2. Si populus in alterius populi jus & „poteſtatem tranſit, ſingulorum libertas ſalva „manet, & civitas nihil amittit niſi facultatem ſtatuendi de juribus ſuis publicis: ſi ſinguli ex populo ſervi fiunt, tunc deſinit eſſe populus, neque ea „ſervitus eſt publica ſed privata. *Vid. ſupr. L.* 1. „*c.* 3. §. 12.

„*k*) (QUOD POPULI SERVITUS PER SE PERPE„TUA EST:) Diximus veram ſervitutem publicam „non dari, & eam quam Author hic ſtatuit im„proprie dici ſervitutem, cum libertas ſingulorum „non tollatur, ſed ſaltem imperium quod civitati „antea proprium fuit. Hoc enim imperium in „perpetuum auffertur, & hactenus civitas ab alieno arbitrio dependet, aliiſque ſervit.

„*l*) (QUIA SUCCESSIO PARTIUM NON IMPEDIT „QUO MINUS SEMPER IDEM SIT POPULUS:) Nam „civis qui noviter conſtituitur, ſuccedit in jus quod „priores habuere: civitas enim ſemper eadem eſt, „etſi perſonæ mutentur. Unde civitates immortales „dicuntur, de quo plenius infra agemus *c.* 9. §. 3. *&* „*ſeq. &.* §. 11. conf. omnino *L.* 2. *c,* 20. §. 1. *n.* 8.

„*m*) (AT SINGULORUM SERVITUS POENALIS „PERSONAS NON EGREDITUR:) Jure naturæ id ve„tum eſt, *L.* 2. *c.* 21. §. 19. *&.* 20. at jure gentium „ſecundario ad partum quoque tranſit, & ibi diſtinguitur, an ante an poſt pœnam conceptus ſit partus. „*Vid. pr. inſt. de ingenuis.*

ADDITIO.

„Jure naturæ ſervitutem etiam ad liberos pertinere, & partum ventrem ſequi probavimus ſuo „loco.

„*n*) (UTRAQUE AUTEM SERVITUS, TAM PRI„VATA QUAM PUBLICA, POENALIS ESSE POTEST, „AUT PERFECTA. &c.) Quænam ſervitus privata „ſit perfecta vel imperfecta, explicavit §. 27. *n.* 2. „*&* §. 30. quæ vero publica ſit perfecta aut imperfecta, expoſuit §. 31.

„*o*) (DE SERVITUTE VERO TAM PRIVATA,

„QUAM

gentium oritur voluntario, [p] infra dicendi erit locus, ubi ad effectus belli erit eventum.

CAPUT VI.

De acquisitione derivativa facto hominis, ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.

I. *Ut alienatio fiat, quid requiratur in dante.*
II. *Quid in accipiente.*
III. *Imperia alienari posse interdam a rege, interdum a populo.*
IV. *Imperium in partem populi alienari parte inte invita a populo non posse.*
V. *Nec ipsam partem in se imperium posse alienare, nisi in summa necessitate.*
VI. *Causa diversitatis.*
VII. *Imperium in locum posse alienari.*
VII. *Rejicitur sententia, statuens ob utilitatem ane necessitatem recte a rege imperii partes alienari.*
IX. *Infeudationem & oppignorationem sub alienatione contineri.*
X. *Etiam ad alienandas jurisdictiones minores requiri populi consensum, aut specialem, aut per consuetudinem.*
XI. *Patrimonia populi a regibus alienari non posse.*
XII. *Distinguendas res, quæ in fructu sunt patrimonii, a rebus patrimonii.*
XIII. *Partes patrimonii oppignorari a regibus quatenus possint, & cur?*
XIV. *Testamentum alienationis esse speciem, & juris naturalis.*

§. I.

[a] I. Acquisitione derivativa nostrum fit aliquid [b] facto hominis aut legis. [c] Homines rerum domini, ut dominium, [d] aut totum,

„QUAM PUBLICA, QUÆ EX JURE GENTIUM ORI-„TUR VOLUNTARIO:) Adeoque distinguit Author „servitutem quæ ex consensu vel delicto oritur, & „quam jure naturali in præstatione operarum pro ali-„mentis consistere putat, ab ea quæ ex captivitate, „adeoque jure belli oritur, & quam juri gentium „voluntario tribuit: cujus effectum esse, ait, ut 1) non „tantum ii qui se dedunt, sed omnes capti servi „fiant, 2) ut posteri quoque in servitutem succe-„dant, 3) ut jus vitæ & necis in servus competat. „*L.* 3. *c.* 7. §. 3. 4. 5. 6. *& seq.*

„Nos jam demonstravimus, servitutem jure natu-„rali non constitui pacto, sed captivitate vel in „pœnam: utroque modo jus vitæ & necis domi-„no acquiritur in servos, non in eorum liberos. Ad-„eoque effectus allegati non proprii sunt juri „gentium voluntariu, quale non datur.

p„) (INFRA DICENDI LOCUS ERIT:) *L.* 3. *c.* „7. & 8. *per tot.*

a) (ACQUISITIONE DERIVATIVA &c.:) Hactenus egit Autor de acquisitione originaria juris, eaque VEL IN RES, quæ fit per occupationem rei communis, *Vid. supr. c.* 3. aut rei tacite derelictæ. *Vid. supr. c.* 4. VEL IN PERSONAS. que fit aut per generationem, aut per consensum, aut ex delicto. *Vid. sup. c.* 5. Sequitur nunc tractatio de acquisitione derivativa; scilicet quaquid non primi, sed ab alio acquirimus. sive res illa sit publica sive privata.

ADDITIO.

„Autor per acquisitionem *derivativam* aliquid „nostrum fieri ait (1) facto hominis, nimirum per „alienationem (etsi traditio non sequatur) imperii „vel rerum imperii *h. cap.* 6. (2) per legem, quo „etiam refert successionem ab intestato, & testamen-„tum. *vid. h. c.* §. 5. & *c.* 7. (3) jure gentium, quo „refert modos acquirendi quos JCti Romani juri „gentium tribuunt, & speciatim traditionem. *Vid.* „*cap.* 8.

„Quibus absolutis, modos finiendi explicat cap. „9. & tandem, locutione admodum impropria, *c.* 10. „exponit obligationem quæ ex dominio nascitur „adversum nos.

„Magis placet methodus juris Romani, & ma-„gis naturalis tractandi est ordo quem JCti Ro-„mani elegerunt. Omne jus enim versari dixere vel „circa *statum hominum*, vel circa *res*, vel circa *obli-„gationes personæ*. Ad *statum hominum* pertinent „ea quæ tractavit Author capite V: De *jure re-„rum*, & modis acquirendi dominium, hoc capite „& sequentibus agit: de *actionibus* quæ ex obli-„gatione descendunt, tractat capite XI. seq.

b) (FACTO HOMINIS AUT LEGIS:) Facto hominis nostrum aliquid fit v. g. traditione, quando res ab eo, qui jus habet tradendi, in nostram potestatem confertur; facto legis nostrum fit, quando lex disponit ut res in alium ipso jure transferatur, ut in successione ab intestato.

ADDITIO.

„Juxta doctrinam JCtorum res singulorum fiunt „vel facto nostro, vel jure rei nostræ, vel per con-„tinuationem familiæ, i. e jure hæreditatis. *Vid.* „*Diss. prooem.* XII. §. 250.

c) (HOMINES RERUM DOMINI, UT DOMINIUM &c. TRANSFERRE POSSINT, EST JURIS NATURALIS. &c;) Prout enim quis de re sua disponit ita jus est: Pos. VI.

„*d*) (AUT TOTUM AUT EX PARTE:) Qui enim „totum dominium transferre potest, multo magis „potest partem.

„*e*) (POST

tum aut ex parte transferre possint, juris est naturalis [e] post introductum dominium. [f] Inest enim hoc in ipsa dominii [g] pleni, scilicet,
1. Rhet. v. natura. Itaque Aristoteles: ὅρος τοῦ οἰκεῖον εἶναι, ὅταν ἐφ᾽ αὐτῷ ᾖ ἀπαλλοτριῶσαι·
Solo lib. iv. 4. qu. 5. a. 1. [h] *proprietatis definitio est, uti penes nos est jus alienandi.* [i] Duo tamen notanda sunt, alterum in dante, alterum in eo, cui datur. [k] In dante, non sufficere actum internum voluntatis, [l] sed simul requiri ait verba, aut alia signa externa: quia [m] actus internus, [n] ut alibi diximus, non est congruens naturæ societatis humanæ

Less. lib. 2. c. 3. dub. 3. 2, [o] Ut vero traditio etiam requiratur, ex lege est civili, quæ, quia

e) (POST INTRODUCTUM DOMINIUM:) Imo statim in primo momento creationis occupata res iterum potuit alienari. *Vid. indicem*, voce *dominium.*

ADDITIO,

„De hac distinctione inter jus naturæ simpliciter, „tale, & quod sequitur introductum dominium, late „egimus *supra l. 2. c. 5. §.* 1. nullumque ejus usum „esse in disciplina juris naturalis, diximus *ibid.* „Conf. *not. ad §. 6. seq. in fin. & Diss. prooem. I.* „*Cap. fin.*

„f) (INEST ENIM HOC IN IPSA HOMINIS NATURA:) Dominium enim natura sua consistit in libera facultate de re disponendi. Vid. *L. 21. C. Mand.*

ADDITIO.

„Ex hypothesi Authoris dominia a natura nulla sunt, postquam autem consensu hominum in„troducta fuere, in ipsa dominii natura inesse „putat, ut alienari res nostra possit: Dum enim „homines consenserunt ut quod quisque oc„cupasset suum esset, eo ipso quoque consensisse „fingit, ut de suo dominio pro lubitu disponere „possint. *Diss. prooem. VI. §. 23.*

„g) (PLENI SCILICET:) Quid sit plenum do„minium, quid minus plenum *Vide L. 1. c. 1. § 5.*

„h) (PROPRIETATIS DEFINITIO EST:) Rei „enim suæ quisque est moderator & arbiter. *Vid. d. l.* „21. & *L. 9. C. Judæis. ibique Geth.* Unde regula „inter leges XII. tabb. refertur, *prout quisque rei* „*suæ legasset ita jus esto.*

„i) (DUO TAMEN NOTANDA SUNT, ALTERUM „IN DANTE, ALTERUM IN EO CUI DATUR:) Sen„sus est, quod dominus transferre in alium domi„nium rei suæ possit, modo de voluntate transfe„rentis & acceptantis rite constet. *Vid. §. b.*

„k) (IN DANTE NON SUFFICERE ACTUM IN„TERNUM VOLUNTATIS:) Ad id ut dans alienare „possit, requiritur 1) legitima facultas alienandi. „Nam qui ultra fines facultatis a natura concessæ „alienat, injuria agit, *Pos. VII.* 2) Voluntas a„lienandi, quia mihi invito res mea auferri ne„quit: eaque rationalis, non enim videtur velle qui „cognitum non habet quid velit. Non ergo suffi„cit voluntas infantium & furiosorum. 3) Volun„tas illius declaratio, nam conceptus voluntatis in „vita civili effectum non habet nisi & declaretur, „idque verbis vel factis.

„l) (SED SIMUL REQUIRI AUT VERBA AIT „ALIA SIGNA:) Quod plenius probabimus *infra c.* „*V. §. 11. & c. 16. §. 26.*

„m) (ACTUS INTERNUS NON EST CONGRU„ENS NATURÆ SOCIETATIS HUMANÆ:) Rectius „actus internus non est modus declarandæ volun„tatis; (societatem enim humanam non dari alibi „demonstravimus.) unde voluntas mente retenta „nihil operari dicitur. *l. 7. C. Cond. ob caus. Leg. 46.* „*ff. Her. inst. Barbos. l. 19. c. 8. ax. 32. & cap. 41. ax. 31.*

„n) (UT ALIBI DIXIMUS:) *L. 2. c. 4. §. 3. L. 2.* „*c. 16. §. 26. L. 2. c. 20. §. 18. & 39.*

o) (UT VERO TRADITIO ETIAM REQUIRATUR, EX LEGE EST CIVILI:) Celebris hæc est quæstio, *an jure naturæ ad translationem dominii requiratur traditio?* Valde disputata fuit hæc quæstio inter duos summos JCtos Huberum, qui eam negavit *in prælect. ad Inst. Rer. div. §.* 16. *& passim.* secutus *Grotium hic*, & *in introd. ad jus Holl. L. 2. c. 5* & Stranchius qui affirmavit, secutus Vinnium in *Inst. R, D. §. 46. n. 4.* & *Wissenbach. in disp. de Mutuo D. 1. th. 4.* Novam viam ingreditur Puffendorfius *de J. N. L. 4. c. 9. §. 4. seq.* & distinguit inter dominium quatenus est qualitas moralis, & quatenus est cum possessione conjunctum, atque hoc non illo casu traditionem requiri ait. At nemo horum vera principia cognita habuit; quod ex sequentibus propositionibus apparebit.

PROPOSITIO I.

ALIENATIO *est actus quo jus in alterum transfertur:* TRADITIO *quo res in alterius custodiam & potestatem corporalem confertur.*

DEMONSTRATIO.

Alienare enim est ex nostro aliquid alienum facere, *l. 1. C. fund. dat.* Alienatio igitur est actus quo jus ab uno transfertur in alium, & sic jus unius fit jus alterius: *L. 4. C. de Præd. min. L. 28. V. S.* quod fieri potest etiam citra traditionem, sufficit enim ibi declaratio voluntatis de jure in alium transferendo: *Tradere* autem est quasi transdare: & traditio definitur, quod sit actus quo res in alterius potestatem corporalem i. e. possessionem transfertur: unde nemo possidet, nisi qui facultatem naturalem habet rem tenendi.

In potestate nostra corporali, seu custodia vel possessione non tantum est, quando manu rem actu tenemus, vel pedibus ei insistimus; ita ut alius insistere ei vel tenere eam non possit, sed & quando per alium possidemus; quia si quis legem actui tali dixit, is saltem est instrumentum alterius, actio autem non est instrumenti sed causæ: quando

do ergo alius meo nomine tenet, non ille possidet qui tenet, sed ego; is nudum est instrumentum, ego sum causa: & hoc est quod JCtus ait in *l. 3. §. f. A. poss.* illum possidere cujus nomine possidetur. Porro & 2) dicimus, rem semel nobis traditam a nobis teneri, i. e. in nostra custodia & potestate corporali esse, etsi impedimentum temporarium interveniat quo minus actu tenere possimus, uti si dormimus, si iter facimus &c. Non enim hic sublata est facultas nostra tenendi sed suspensa saltem, nam possumus, sublato impedimento, quod sua natura temporarium est, iterum tenere: Sane alias jus occupandi frustraneum esset, nam res nostræ nobis simul in manibus esse non possunt; neque sunt cum edimus, dormimus &c. Si proinde desinerent esse in potestate & custodia nostra, cederent occupanti, sine quo igitur jus occupandi exerceri non potest, illud est juris naturalis. *Pos. II. n. 4.* 3) Sed & si impedimentum sit perpetuum, tamen, si incertum est an perpetuum sit mansurum, nondum facultas tenendi sublata videtur, donec constet eam vere sublatam esse. Atque hæc ratio est cur inundatione non tollatur possessio, quia incertum est anne ad alveum redditura sit aqua, secus ergo si novus alveus factus est, intra quos aqua decurrit *§. 23. Inst. Rer. div.* Pari ratione si si quis me absente fundum meum clam ingressus si eumque occupaverit, non tollitur mea tenendi facultas, quia incertum est num ne mihi reverso cessurus sit qui clam tenet, secus si vi intrat *L. 6. l. 7. ff. Acq. poss.*

ADDITIO.

„Alibi, & loco magis congruo, de materia possessionis, & modis eam amittendi agemus: *Vid. infr. c. 8. §. 2. & Diss. prooem. XII. §. 558. seq.*

PROPOSITIO II.

Dominii usus est vel civilis vel naturalis:

DEMONSTRATIO.

Naturalis usus est eujus causa natura rem produxit: ita v. g. vini usus consistit in bibendo, frumenti in comedendo: Civilis vero consistit in eo quod res alienari & lucrum ex ea capi; item quod vindicari a quocunque possessore instituta actione possit: Effectus hujus differentiæ insignis hic est, quod translatis licet usibus civilibus, dominium naturaliter non sit translatum, quia id natura constitutum est ad usus naturales, reliqui acessorii tantum usus sunt, & consectarii: Non ergo dominium habet ad quem non jus dominii principale, sed accessorii tantum effectus transeunt, nec soli illi effectus civiles constituunt dominium naturale.

PROPOSITIO. III.

Dominii usus exerceri potest vel sine re, vel non potest.

DEMONSTRATIO.

Illud fit per actiones: per has enim vindicare dominus rem potest quam non habet, quin non datur vindicatio nisi ei qui non possidet: *§. 1. Just. de act. Posterius* contingit in alienatione rei, ejusque traditione: nemo enim potest alii tradere rem quam non habet.

PROPOSITIO IV.

Hinc sequitur plenum dominium transferri sine traditione nec natura posse.

DEMONSTRATIO.

Diximus enim 1) dominii usum naturalem sine re non esse, nemo enim edere, bibere, se tegere &c. potest, nisi vinum, frumentum, vestis &c. in ejus potestate naturali sit. Idque adeo verum est, ut nec lege aliud statui possit; nam nec per leges fieri potest ut aliquis bibere possit vinum quod non habet: Unde etiam jure civili Romano traditio ad transferendum dominium est necessaria.

Equidem effectus quidam dominii sine traditione in alium transire possunt, ut in hæreditate, *L. 23. pr. Acq. her.* in causis piis, *L. 23. c. de SS. Eccles. L. 1. c. de don. quæ sub mod. l. 64. ff. de furt. L. 1. c. Com. de leg. L. 18. Acq. poss. L. 86. §. 2. de leg. 1.* &c. ubi actiones hæredi, Ecclesiæ, &c. dantur etsi res tradita non sit; sed hoc ex mero jure civili est; Interim certum est, usum naturalem non nisi accedente traditione transire posse, quod etiam innuitur *d. l. 86.*

Neque obstat §. interdictum. 47. Inst. de Rer. div. ubi missilia acquiruntur sine traditione. Resp. ibi non agitur de acquisitione derivativa, quæ fit per traditionem, sed de originaria: nam ille qui ejicit missilia ea de relinquit, res iterum fit nullius, indeque cedit occupanti. Acquiruntur igitur missilia non ex traditione, aut dispositione hominis, sed ex jure occupationis.

ADDITIO.

„Quæstionem, *an traditio ad transferendum dominium sit necessaria*, peculiari dissertatione illustravit B. Parens,

„Late hanc quæstionem examinavimus in *Diss. prooem. XII. §. 268.* Diximus ibidem, JCtos Romanos, qui jura civilia ex principiis juris gentium hauserunt, aperte docere, natura dominia rerum non acquiri nisi accedat actualis apprehensio, unde dominia ex naturali possessione originem cepisse ajunt in *L. 1. pr. Acq. poss.* et, cum speciatim de derivativa acquisitione agunt, regulam constituunt, *dominia non nudis pactis sed traditionibus acquiri. L. 20. C. Pact.* Conf. *l. 13. ff. de Distr. pign. L. 73. pr. de Leg. 1. L. 2. C. Stellion.* Unde traditionem inter modos acquirendi juris gentium referunt, *§. 40. inst. Rer. div. l. 8. §. 3. de Acq. rer. dom.* solam autem voluntatem transferendi non sufficere ajunt. *l. 31. ff. Acq. rer. dom. d. l. 2. C. Stell. d. l. 20.* Atque hæc ratio est, cur res duobus vendita ei propria sit cui prius tradita est: *l. 15. C. Rei vind.* & cur conductor cedere debeat emtori: Denique hæc ratio est cur res non ei acquiratur qui prior rem videt, sed qui prior occupat, quod ex consensu gentium alibi probavimus.

„Puffendorfius *de jur. nat. l. 4. c. 9. §. 4. 5. & 7.* distinguit dominium *quatenus* consideratur ut qualitas mere moralis, secundum quam res ad aliquem pertinere, ipsiusque dispositioni subjecta esse debere intelligitur; *vel quatenus* adjunctum etiam habet aliquid facultatis physicæ, ut quæ circa eandem nobis placuerunt, statim in effectum possimus deducere. *d. §. 4. & 5.* Dominium igitur *quando* consideratur prout præscindit a possessione, & ab ea abstrahit, posse per sola pacta transire ait; at *quando* in exercitium dedu-

quia a multis gentibus recepta eſt, *p* jus gentium improprie dicitur, *q* ſic alicubi uſurpatum videmus, ut profeſſio apud populum, aut magiſtratum, & relatio in acta requiratur; *r* quæ omnia ex jure eſſe civili certiſſimum eſt. Actus autem voluntatis, quæ ſigno exprimitur, intelligi debet *s* voluntatis rationalis.

§. II.

a Viciſſim *b* in eo, cui res datur, *c* ſepoſita lege civili, *d* requiritur naturaliter voluntas accipiendi, *e* cum ſuo ſigno, *f* quæ voluntas ordinarie ſequitur dationem, *g* ſed poteſt & præcedere, puta ſi quis quid dari, aut concedi ſibi petierat: *h* cenſetur enim durare voluntas, niſi

„ci, & actu exerceri debet, pacta etiam traditionem „requirere. §. 7.

„Hinc concludit, poſt pactum completum rem „ſtatim ad alterum pertinere, alienautem nullum jus „in re illa retinere, adeoque quicquid de re iſta diſpo„nit nullum eſſe; niſi quod facit ad poſſeſſionem al„teri tradendam. Neque traditionem eſſe actum „dominii, ſed poſſeſſionis abdicationem, quæ ſi ne„gatur, coactione opus eſſe ad poſſeſſionem, non ad „dominium nanciscendum *d.* §. 7.

„Præmittendum hic eſt, *moralem illam qualitatem*, „*quatenus a poſſeſſione ſeparatur*, pugnare cum na„tura dominii, ejusque definitione: Sane domi„nium per rerum naturam concipi non poteſt, niſi „cum facultate de re diſponendi; ad id autem re„quiritur, ut res in poteſtate noſtra corporali ſe„mel ſit conſtituta: tunc enim rem meam eſſe af„ſerere poſſum. Quis quæſo effectus eſſet illius „qualitatis moralis? Sane actio inde non datur niſi „ex pacto, quia ſcl. alter rem tradere promiſit, ex „pacto autem perſona ſaltem obligatur, etiam na„turæ jure. Actor igitur non ait rem ſuam eſſe, „non agit ad dominium reſtituendum, ſed ad illud „conſtituendum.

„Res igitur alii promiſſa manet in dominio pro„mittentis; ille alienare rem & de ea diſponere pot„eſt, neque is cui promittitur a tertio rem vindican„di jus habet.

„*p*) (JUS GENTIUM IMPROPRIE DICITUR:) Author „notat JCtos Romanos, qui traditionem inter mo„dos acquirendi juris gentium retulerunt. *L. 8. §. 3. ff.* „*de Acq. rer. dom.* Nos probavimus traditionem „eſſe modum acquirendi vere naturalem: Cæte„rum figmentum hoc *juris gentium improprie ſic* „*dicti* late examinavimus *in Diſſ. proœm. IV. §. 24. ſeq.*

„*q*) (SIC ALICUBI USURPATUM VIDEMUS UT „PROFESSIO APUD POPULUM:) Ita hodieque jure „Saxonico dominium non transfertur, niſi judicia„lis accedat renunciatio: quod vocatur gerichtliche „Auflöſung. Vid. *Carpz. Jurispr. for. p. 2. c. 31. d.* „*13. n. 4. p. 2. c. 38. d. 13. n. 6. p. 2. c. 23. d. 1. n. 3.*

„*r*) (QUÆ OMNIA EX JURE ESSE CIVILI CER„TISSIMUM EST:) Verum hoc eſt de profeſſione „apud populum, & de renunciatione judiciali, non „autem de traditione.

s) (Grot.) (VOLUNTATIS RATIONALIS:) Caſſiodorus II, 11. *Alienatio rerum ſolidum deſiderat habere judicium.*

ADDITIO.

„Paciſcentes intelligere debent quid velint; Nihil „enim eſt in voluntate quod non antea fuit in intel„lectu. Hinc infantes & furioſi voluntatem non „habent, quia ceſſat intellectus ſeu ratio perfecta; „indeque nec alienatio nec traditio a furioſo facta „effectum habere poteſt: de quo plenius infra. *L. 2.* „*c. 11. §. 5.*

a) (VICISSIM:) Uti in dante tria requiruntur ut transferre dominium poſſit, ita etiam in accipiente tria requiruntur ut acquirere dominium poſſit. 1) Legitima facultas accipiendi, hinc v. g. rem ſacram, alienam, &c. nemo acquirere poteſt: 2) voluntas acquirendi, nam nec invito nec ignoranti acquiri poteſt; intelligitur autem voluntas rationalis. 3) Voluntatis illius declaratio, quæ vel ex factis vel ex verbis apparet. De quo plenius infra *L. 2. c. XI. §. 1. Propoſ. VI.*

„*b*) (IN EO CUI RES DATUR:) In quem do„minium rei transfertur.

„*c*) (SEPOSITA LEGE CIVILI:) Quaſi jure civili „dominium transferatur ſine acceptatione. Equi„dem negari nequit, in quibusdam caſibus domini„um tranſire ipſo jure: at id rariſſime contingit, „& tantum quoad effectus quosdam dominii, uti „id plenius explicabimus. *L. 2. c. 8. §. 25.*

„*d*) (REQUIRITUR NATURALITER VOLUNTAS „ACCIPIENDI:) Res enim me invito per rerum na„turam mea fieri non poteſt.

„*e*) (CUM SUO SIGNO:) Aliquo indicio externo: „declarari enim voluntatis debet vel verbis vel factis, „voluntas igitur mente retenta nihil operatur.

„*f*) (QUÆ VOLUNTAS ORDINARIE SEQUITUR „DATIONEM:) nemo enim acceptare poteſt, quod „ab altero ei oblatum non eſt.

„*g*) (SED POTEST ET PRÆCEDERE, PUTA SI „QUIS QUID DARI AUT CONCEDI SIBI PETIERAT:) „Caſus hic eſto: Titius a me rogavit ut ei rem „meam donem; Ego nec annui nec reſpui, octi„duo elapſo trado Titio rem: tunc conſenſus do„natarii præcedens habetur pro acceptatione: Hic „ergo caſus eſt ubi acceptatio præcedit dationem.

„*h*) (CENSETUR ENIM DURARE VOLUNTAS:) „Titius enim ſemel declaravit voluntatem ſe cupe„re illam rem, eamque ſuam fieri velle: ſi poſtea „ego eandem rem ei do, cenſetur priſtina volun„tas accipiendi durare, donec mutatio probetur: „Idque non tantum in datione rei, ſeu translatione „domi-

nisi mutatio appareat. [i] Cætera quæ tum ad juris concessionem, tum ad acceptionem requiruntur, [k] & quomodo fieri utrumque possit, infra in [l] capite de promissis tractabimus, nam in hoc* alienandi & promittendi par est ratio, [m] jure quidem naturali.

§. III.

Sicut autem res aliæ, [a] [b] ita & imperia alienari possunt ab eo, cujus

„dominii, sed & in promissione, i. e. in translatione juris obtinet: de qua vide *l. 2. c. 11. §. 19.*

„i) (CÆTERA QUÆ TUM AD JURIS CONCESSIONEM, TUM AD ACCEPTATIONEM REQUIRUNTUR:) „Nimirum justa facultas tum transferendi juris, tum „acceptandi: cujus effectus late recensentur *L. 2. c.* „*11. §. 1. prop. V. §. 4. seq.*

„k) (ET QUOMODO FIERI UTRUMQUE POSSIT:) „Scilicet per voluntatem sufficienter declaratam.

„l) (CAPITE DE PROMISSIS:) *L. 2. c. XI.*

*, (Grot.) (ALIENANDI ET PROMITTENDI PAR EST RATIO:) Ideoque etiam dona absentibus per internuntios mitti possunt, ut *Servius* notat ad illud IX. Æneidos, *cum jungeret absens* (*vers.* 361.)

ADDITIO.

„Par est ratio in eo, quod utrobique requiratur 1) justa facultas sive alienandi, sive juris transferendi; eaque 2) sufficienter declarata, & 3) justa acceptatio alterius.

„m) (JURE QUIDEM NATURALI:) Conf. L. 2. c. „11. §. 11. §. 14.

a) (ITA ET IMPERIA:) Famosa hic tractatur quæstio, *an Imperium alienari possit?* Quam Author supra jam tetigit, *L. 1. c. 3. §. 12.* & quam repetit infra *L. 3. c. 20. §. 5. seq.* Equidem communiter traditur, principem nihil de imperio alienare posse, quam in rem infinitos Doctores cumulat Zieglerus *ad Grot. l. 1. c. 3. §. 12.* Conf. *Vasq. Qu. ill. 5. n. 5.* Alii cum Grotio distinguunt inter regna patrimonialia & usufructuaria: *Vid. Grot. h. & d. l. 1. c. 3. §. 12. Puffend. l. 8. c. 5. §. 1. Menoch. conf. 962. per tot. Tesm. h. lit. a. Conring. de fin. imp. c. 9. Hottom. qu. ill. 9. n. 1.* ac in illis non his alienationem licitam esse statuunt: Verum hanc sententiam, & inprimis distinctionem inter regnum patrimoniale & usufructuarium, jam explosimus supra *L. 1. c. 3. §. 12.* ibique notavimus 1) male Authorem statuere imperium in patrimonio esse: 2) male imperii talis alienationem tribui regi: 3) male regem in regno non patrimoniali comparari usufructuario: 4) male Authorem alienanti partem minus jus tribuere, quam alienanti totum:

His præmissis in genere cum Ziglero statuimus regem alienare imperium ejusque partem non posse: 1) Quia reges a natura constituti sunt ad tuendam & conservandam rempublicam curæ suæ commissam, non autem tuetur sed perdit, qui alienat, & imperium in alium transfert. *Vid. l. 3. C. Procur. Cæs.* 2) Omne jus principis est ex concessione populi, populus autem certæ saltem personæ vel familiæ concessit, non aliis; cessante igitur jure hujus familiæ, uti cessat si alienatur, omne jus imperii redit ad populum: neque enim princeps hoc jus eventuale populo quæsitum suo facto ei auferre potest. Sane 3) ex hac dispositione populi, qua jus in totam familiam collatum est, etiam filiis & posteris alienantis jus competit; hoc jus posteris ex dispositione populi quæsitum alienans auferre nequit. Atque in id 4) conspirant omnium gentium exempla: In Gallia per decretum publicum omnes alienationes rerum imperii a prædecessoribus factæ irritæ declaratæ sunt. *Thuan. Hist. l. 6. ad an.* 1555. In Anglia regnum Hyberniæ, sub Henr. II. alienatum in Pontificem, recte repetitum ait Thomas Morus apud *Camden. in Britt. tit. de Hybernia.* Aquitania a regibus Angliæ alienata vindicata est a successoribus. *Frossard. Hist. l. 4. pr. Puff. J. N. l. 8. c. 5. §. 9.* Atque ex eo capite Constantini M. donatio, etsi vera esset, merito ab Imperio Romano Germanico impugnatur: *Alciat. l. 7. c. 19.* æque ad ficta donatio Ottonis I. Vid. *Prudentia nostræ jur. publ. c 6. §. 18. & 19:* Alienationem regni Scotiæ Buchananus integro tractatu impugnavit, cui titulus *de jure regni in Scotiam:* Nuper quoque vidimus in Suecia bona coronæ a Christina aliisque regibus alienata revocata fuisse: Olivarius minister Galliæ decretum fecit de revocandis donationibus, exceptis justis causis. *Thuan. L. 16. ad an.* 1559. *p.* 714. Atque hinc Franciscus I. noluit stare pactis cum Carolo V. initis, quibus certas provincias Carolo cessit, causatus, se absque procerum consensu alienare non posse: Albertus degener ducatum Misniæ vendidit Adolpho Imperatori, exclusis filiis; at nulla declarata alienatio, & jus ducatus a filiis defensum fuit *Vid. Albin. Chron. Misn. tit. 20. Spen. Op. Her. p. 321.*

Excipe, si populus consentiat: Nam cum imperium jus populi sit, is prolubitu de eo disponere, illudque in alium transferre, adeoque & regi transferenti consentire potest.

Consensus autem ille æque apparet ex factis ac ex verbis: Tale autem factum est, si rex prælio victus, & in summa necessitate constitutus, pacem aliter impetrare non potest, nisi parte territorii alienata: valet ergo hoc casu alienatio ex consensu populi tacito: Ita Hadrianus alienavit integras provincias non contradicente Senatu, quod fines hos defendere non potuerit. *Festus in breviar. in Hadriano.* Tale quoque factum est si longæva consuetudine obtinuit, ut sine consensu populi imperium alienari possit, ut in regnis orientalibus, in quibus jam Solomonis temporibus mos ille obtinuit; Denique tale factum est si populus novo acquirenti ultro homagium præstat: His igitur principiis positis tota res clara est.

b) (ITA ET IMPERIA ALIENARI POSSUNT AB EO CUJUS IN DOMINIO VERA SUNT:) Talia regna non dari vidimus. *L. 1. c. 3. §. 12. & 13.*

cujus in dominio vere sunt, id est, [c] ut supra ostendimus, a rege, [d] si imperium in patrimonio habeat: [e] alioquin [f] a populo, [g] sed accedente regis consensu; quia is quoque jus aliquod habet, quale usufructuarius, quod invito auferri non debet. Et hæc quidem procedunt [h] de toto imperio summo.

§. IV.

In partis alienatione [a] aliud insuper requiritur, [b] ut etiam pars, de qua alienanda agitur, consentiat. Nam qui in civitatem coeunt, [c] societatem quandam contrahunt perpetuam & immortalem, [d] ratione partium quæ integrantes dicuntur: unde sequitur [e] has partes non ita esse sub corpore, ut sunt partes corporis naturalis, [f] quæ sine corporis vita vivere non possunt, & ideo in usum corporis recte abscinduntur. Hoc enim corpus de quo agimus, [g] alterius est generis, voluntate contractum scilicet; ac propterea [h] jus ejus in partes ex primæva voluntate metiendum est, [i] quæ minime credi debet talis

ADDITIO.

„Alibi demonstravimus, dari omnino regna pa„trimonialia, quæ ab arbitrio populi victoris depen„dent, qui vel delere hostes bello victos, vel eos „servare, & qua vult lege servare potest; Tale „regnum a populo victore vel totum vel pro parte „alienari potest: *Vid. supra l. 1. c. 3. §. 12. & infra* „*l. 3. c. 20. §. 5.* Conf. *Diss. prooem XII. §. 755.*

„c) (UT SUPRA OSTENDIMUS:) *L. 1. c. 3. §. 12.* „*§. 13. c. 4. §. 1. 1.* Add. *L. 3. c. 20. §. 5.*

„d) (SI IMPERIUM IN PATRIMONIO HABET:) „De distinctione in regnum patrimoniale & usufru„ctuarium ex professo egimus *L. 1. c. 3. §. 12.* Conf. „*Diss. prooem. XII. §. 752.*

„e) (ALIOQUIN:) Scilicet si regnum est usufru„ctuarium. *d. c. 3. §. 12.*

f) (Grot.) (A POPULO:) *Bal. & Oldradus* in c. intellecto, de jure jurando. Idem *Baldus* cons. 327. n. 7. Cardinalis *Tuschus*, p. p. concl. 40. n. 1. & concl. 694. Exempla apud *Haraeum* tomo II. in anno CIƆ IƆXXVI. & *Guicciardinum* libro XVI.

ADDITIO.

„Populus semper consentire debet, quia de „ejus jure agitur.

„g) (SED ACCEDENTE REGIS CONSENSU:) Quia „populus imperium contulit in regem ejusque fami„liam, quod jus quæsitum nec regi nec ejus familiæ „auferri potest: ut igitur valeat alienatio & „populus & rex consentire debent, quia de utriusque „jure agitur.

„h) (DE TOTO IMPERIO:) Scilicet ut alienari „possit a populo & rege: aliud autem esse ait in „parte imperii. *Vid. §. seq.*

„a) (ALIUD INSUPER REQUIRITUR:) Adeoque „facilius *totum imperium* alienari putat quam par„tem, *Vid. §. 6. pr.* quod non admittimus: cui „enim plus licet, ei etiam licet minus.

b) (Grot.) (UT ETIAM PARS DE QUA ALIENANDA AGITUR, CONSENTIAT:) *Gail.* II. de pace publica, c. XV. n. 14. vide *Serranum* in Carolo sapiente, (Pag. 194. *Ed. Paris.* 1627.) & eundem in Francisco I. ubi de Burgundia sermo. (*Pag.* 565.

ADDITIO.

Nam in alienando *toto imperio* consensum populi & regis sufficere dixit §. præced.

c) (SOCIETATEM QUANDAM CONTRAHUNT PERPETUAM:) Unde concludit, jus non esse corpori partem invitam abs se abscindere: at hæc ratio non impedit alienationem, supponimus enim corpus hanc partem a se abscindere ad conservationem totius corporis.

„d) (RATIONE PARTIUM QUÆ INTEGRANTES „DICUNTUR:) Intelligit plures civitates & provin„cias, quæ consensu suo in unum coalescunt corpus „ut communi ope tutæ sint.

„e) (HAS PARTES NON ITA ESSE SUB SUO COR„PORE, UT SUNT PARTES CORPORIS NATURALES:) „Imo eadem ratio est; membrum enim quamdiu „sanum est non separatur a corpore, at si pars illa „morbo aut ulcere ita affecta est, ut parti sinceræ „damnum inde immineat, recidenda omnino est „ne pars sincera trahatur.

„Multo magis igitur id ferendum est in corpo„re artificiali, de quo quæ separantur non intere„unt, sed in aliud corpus transeunt, cujus spiritu „perinde aluntur ut in priori: *Gron. h.*

„f) (QUÆ SINE CORPORIS VITA VIVERE NON „POSSUNT, ET IDEO &c.:) Adeoque ubi membra „pereunt, ut corpus servetur.

„g) (ALTERIUS EST GENERIS, VOLUNTATE „NIMIRUM CONTRACTUM:) Differentiam inter „corpus artificiale & naturale exposuimus infra *l. 2.* „*c. 9. §. 3. n. 1.* Adde ea quæ diximus supra *l. 1.* „*c. 3. §. 7. n. 2.*

„(h JUS EJUS IN PARTES EX PRIMÆVA VO„LUNTATE METIENDUM EST:) Primævam au„tem illam voluntatem contrahentium fuisse dixit „perpetua & immortali societatis vinculo jungi.

„i) (QUÆ MINIME CREDI DEBET TALIS UT

jus

lis fuisse, ut jus esset corpori partes & abscindere a se, [k] & alii in ditionem dare.

§. V.

[a] Sic vicissim parti jus non est à corpore recedere, [b] nisi evidenter se aliter servare non possit: nam [c] ut supra diximus, in omnibus iis [d] quæ humani sunt instituti, [e] excepta videtur necessitas summa. quæ

„JUS ESSET CORPORI PARTES ET ABSCINDERE A „SE. &c.) Ex vaga hac conjectura nihil inferri „potest, vera illatio hæc est: Partes ideo pacto se „junxerunt corpori, ut perpetua cum hoc sit so„cietas: si proinde corpus partem illam alii in ditio„nem dat, violat pactum & societatem: *Vid. §. seq.* „At aliud est, si corpus neque se neque partem ser„vare potest, & ad conservationem corporis par„tem a se abscindit, alias æque perituram.

„*k*) (ET ALIBI IN DITIONEM DARE:) Si totum „servari nequit nisi abscissa parte, neque pars serva„ri possit sublato toto. Aliud igitur dicendum si „corpori nullum immineat periculum, sed pro„vincia in periculo sit constituta, quam corpus, „forte quod dissita, sit provincia, tueri nequit. „Hoc enim casu adeo alienari pars illa nequit, ut „potius pristinam recipiat libertatem: Ea enim lege „imperio alterius se subjecit illa provincia, ut con„tra injurias aliorum defendatur, conditione hac „cessante, res redit in pristinum statum: & pro„vincia illa de jure suo disponere, alique se sub„jicere potest. *Vid. §. seq.*

a) (SIC VICISSIM PARTI JUS NON EST A CORPORE RECEDERE:) Uti ergo populus seu rex provinciam, seu partem imperii, absque illius partis consensu alienare non potest, ita nec parti illi a corpore recedere invito corpore licet: jus enim corpori itidem ex pacto quæsitum est, quod non nisi mutuo dissensu tolli potest.

„*b*) (Grot.) (NISI EVIDENTER SE ALITER SERVARE „NON POSSIT:) Confer quæ infra hoc libro c. XXIV. §. VI. Hac de causa absolutus a Spartanis Anaxias, qui Byzantium fame cogente dediderat. *Xenophon* historiæ Græcæ I. (c. 3, §. 12.) Anastasius Imperator etiam gratias agit præfectis, qui Martyropolim Persis dediderant, quia defendi nequibat. Procop. περὶ κτισμάτων: (Lib. 3. c. 2.) Idem *Procopius* IV. Gotthicorum: λιμῷ γὰρ οὐκ οἶδεν ἡ ἀρετὴ συνοικίζεσθαι, πεινῆν τε καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι ἐκ ἀνεχομένης τῆς φύσεως *Cum fame habitare virtus recusat, nec fert natura, ut iidem & esuriant, & agant fortiter.* (Cap. 23) Et apud *Annam Commenam* libro V. epistola Cephalæ de Larissa obsessa ad Imperatorem Alexium: ἀνάγκῃ δουλεύοντες (καὶ τί γὰρ δεῖ πρὸς φύσιν καὶ τῆς ἐκ ταύτης τυραννίδα ποιεῖν;) γνώμην ἄγομεν τὸ φρούριον παραδοῦναι τοῖς ἐγκειμένοις καὶ φανερῶς ἀποπνίγουσιν. *Necessitati servientes (quid enim contra vim naturæ agi potest?) constituimus oppidum, tradere iis, qui nos non obsident tantum, sed quod manifestissimum est, strangulant.* (Cap. 4.)

ADDITIO.

„Hoc ex duplici ratione verum est 1) ex jure privatæ defensionis, uti enim singulis privatis omnia licent sine quo salvi & tuti esse non possunt, ita civitati quoque id jus competit: si proinde absque deditione salvi esse non possunt, injuriam nemini faciunt se aliis dedendo. 2) Ex ratione imperii, quod juris tuendi causa est constitutum: Ideo enim civitates se junxerunt corpori, ut securitatem præstet corpus: si proinde corpus illud suas partes tueri non potest, cessat tota imperii ratio; redit pristinum jus civitatis, & pristina libertas, de qua proinde civitas illa disponere, alique se subjicere potest.

ADDITIO.

„Circa hanc quæstionem conferri debent ea quæ „diximus supra *L.* 1. *c.* 3. §. 4. & 5. & quæ dicen„tur infra *l.* 3, *c.* 23. §. 5. Exempla partium quæ „a corpore recessere refert *Tesm. in not. b.* ita „Grœningia deserta a præsule Ultrajectino Ao. „1518. Carolo Geldro fidem & obsequium promi„sit, sed addita conditione, *nisi vi majore ac ne„cessitate adacta aliter facere cogatur*, apud *Isaa„cum Pontanum ad d. an.* Atque hæc ratio est „cur Borussia imperio Romano jure erepta fuerit; „cum enim Ordo contra reges Poloniæ aliter de„fendi non potuerit, ejus summus Magister, Albertus, „III. anno 1528. Borussiam feudi lege & ducis titulo „a Sigismundo accepit; *Vid. B. Par. jus publ. c.* 5. „§. 11. & 39. contradicente licet imperio. *Vid.* „*Rec. Imp de ao.* 1500. *cit.* vom Hochmeister aus „Preussen; Quo exemplo etiam Livoniæ Magi„ster anno 1567. Curlandiam & Semigalliam Ducis „nomine nactus est. *d. c.* 5. §. 11. & 39,

„*c*) (UT SUPRA DIXIMUS:) *L.* 2. *c*, 2. §. 6. *n.* 2 „*seq.* Add. *L.* 3. *c.* 17. §. 1.

„*d*) (QUÆ HUMANI SUNT INSTITUTI:) Ex „hypothesi Authoris etiam leges Dei quædam „tacitam habent exceptionem summæ necessitatis. „*L.* 1. *c.* 4. §. 7. *n.* 1.

„*e*) (EXCEPTA VIDETUR NECESSITAS SUMMA:) „Si scilicet pars illa aliter servari non potest. At „diximus *d. c.* 2. §. 6. necessitatem nullum jus no„tura tribuere. Vera ratio, cur civitas a societate „cum corpore inita recedere possit, hæc est, quia „societas inita est sub lege defensionis, si corpus „partem defendere non potest, societas, eoque „tota ratio imperii cessat.

[f] quæ rem reducit ad merum jus naturæ. Augustinus de Civit. Dei, *cap. 2.* lib. XVIII. *In omnibus fere gentibus quodammodo vox naturæ ista personuit, ut subjugari victoribus mallent, quibus contigit vinci, quam bellicæ omnifaria vastatione deleri.* [g] Itaque in juramento Græcorum, *Herod. Polyhimn. seu Lib. VII. c. 132.* quo Græci qui se Persis subjecissent devovebantur, additum fuit, μὴ ἀναγκασθέντες: [h] *nisi plane coacti.*

[a] §. VI.

[b] Atqui hinc satis intelligi potest, cur hac in re [c] majus sit jus partis ad se tuendam, quam corporis in partem; quia pars [d] utitur jure

„*f*) (QUÆ REM REDUCIT AD MERUM JUS NATURÆ:) Adeoque in eum statum qui fuit antequam partes in civitatem coirent. *Vid. §. præced. „& §. seq.*

„*g*) (ITAQUE IN JURAMENTO GRÆCORUM, QUO „GRÆCI QUI SE PERSIS SUBJECISSENT DEVOVEBANTUR:) Juraverant enim δεκατεύειν Apolli„ni; quod est vel decimas spoliorum consecrare, „vel decimum quemque supplicio destinare. *Herod. L. 7. c. 132. Gron. b.*

„*h*) (NISI PLANE COACTI:) Imo etiam abs„que tali clausula recedere a corpore, & alii jure „necessariæ defensionis dedere se potuerunt: sua „natura enim clausula illa subintelligitur.

a) (AD §. VI.) Author hic rationem reddit illius erroris quem §. *IV*. defendit, *quod scilicet facilius totum imperium alienetur quam pars:* & frustra de ratione differentiæ quæritur, cum dictum sit non posse plus juris esse in parte quam in toto. Quod igitur juris est in toto, multo magis juris est in parte.

ADDITIO.

„Plenius mentem suam explicavit B. Parens in „Differt. *de testam. Princip. part. 2. §. 17.* his verbis:

„Hinc jam ultro quasi fluit, principem non pos„se de principatu bonisque coronæ testari, nisi „consensu populi expresso, vel tacito, quia qui „alienat, ille perdit, & abutitur: *l. 3. §. 2. ff. ad „SC. Mac. l. 3. §. 1. ff. de Off. Proc. Cæs.* quod con„tra naturam Imperii esse, jam dictum est. Secus „ergo esse jam patet, si per alienationem rem Im„perii potius conservet quam perdat, vel ea abu„tatur; quod fit si necessitas, vel justa fit causa „alienandi, v. g. si totum conservare non posset, „nisi partem alienaret; tunc enim est pars ejus ad„ministrationis, quam ipsi populus concessit. Ne„que obstant tot exempla eorum, qui in testamen„tis de regnis suis statuerunt, eaque alienarunt. „Nam *supra §. 13.* satisfactum ei fuit: vel enim „effectum non habuere, vel consensu populi tacito, „seu expresso factæ, aut postea tacite saltem appro„batæ fuere; vel etiam vis prævaluit. Illud autem „tolerari vix potest, quod Grotius *l. 2. c. 6. §. 4.* di„cit, difficilius esse partem alienare, quam totum. „Utique enim is magis peccat, qui totam rem per„dit, quam qui partem alicujus rei. Neque Obstat „ratio quam Grotius *d. l.* allegat; quod illi qui inci„vitatem coeunt, societatem quandam perpetuam „contrahant, & unum corpus constituant, ut nul„la pars deseri a reliquis invita debeat. Nam cum „ipse Grotius *d. l.* recte fateatur, quod partes cor„poris abscindi naturaliter possint in conservatio„nem totius; hoc, quod procedit in corpore na„turali, multo magis fieri poterit in corpore civi„li, cujus partes nec adeo cohærent; nec tanto „cum periculo separantur: hæ enim partes, etsi se„paratæ a corpore civitatis, vivere tamen possunt, „partes autem corporis naturalis viventi abscissœ „interire necesse est. Illius partes transeunt in no„vum corpus, cujus spiritu perinde vegetantur ac „priore; ut vere dici possit:

„*Quid refert cui serviam, clitellas dum porto meas.*

„hujus vero plane extinguuntur: prout pluribus, „& eleganter hoc deducit Gronovius *d. §. 6.* Et licet „Grotius contra hoc regerat, quod alia ratio sit in „corpore civili, quod voluntate contractum est; „primævam vero voluntatem eorum, qui primi ta„lem societatem contraxerunt, inspiciendam esse, „qui minime credi debent voluisse, ut jus esset cor„pori partes invitas, & abscindere a se, & alii in „deditionem dare; id tamen vanum, & inane est, „nam jam supra diximus; ex hujusmodi hariolatio„nibus, & divinationibus nullum jus certum, ne„dum naturale deduci posse. Quod, si liceret tales „conjecturas voluntatis primorum hominum affer„re, & inde jus statuere, (quod tamen non esset jus „naturæ, de quo hic quæritur) quæ non exinde „orirentur absurditates? Sed & posito, voluntatem „primorum hominum societatem contrahentium „spectari debere, eamque hic certam esse, ne di„scederent; id tamen hactenus tantum intelligen„dum esset, ne sine causa possent discedere. Imo „contra, si necessitas accideret, credendum potius „est, eas potius voluisse partes separari, quam to„tam civitatem in discrimen adduci.

„*b*) (ATQUE HINC:) Quia scilicet in omnibus „iis quæ humani sunt instituti excepta videtur ne„cessitas summa.

„*c*) (MAJUS SIT JUS PARTIS AD SE TUENDUM &c.) Excusatior fit urbs vel provincia cum „se a corpore imperii ex summa necessitate separat, „quam populus vel rex, cum eam alienat. *Gron. b.*

„*d*) (UTITUR JURE QUOD ANTE SOCIETATEM „INITAM HABUIT:) i. e. libertate suo jure viven„di, aut alii corpori se jungendi.

„*e*) (CORPUS

jure quod ante societatem initam habuit, [e] corpus non item. Nec dicat mihi aliquis, imperium esse [f] in corpore tanquam in subjecto, ac proinde [g] alienari ab eo posse ut dominium. Est enim in corpore [h] ut subjecto adæquato, [i] non divisibiliter in plura corpora, sicut anima est in corporibus perfectis. [k] Necessitas autem [l] quæ ad jus naturæ rem reducit, hic locum habere non potest; [m] quia in eo jure naturæ [n] usus quidem comprehendebatur, ut esus, detentio, [o] quæ sunt naturalia, [p] at non alienandi jus [q] quod facto humano introductum est, [r] atque ideo inde mensuram accipit.

§. VII.

[a] At imperium [b] in locum, id est pars territorii, puta non habitata aut deserta, quo minus [c] a populo libero alienari possit, [d] aut etiam a rege, accedente populi consensu, quid obstet, non video, [e] nam populi

„e) (CORPUS NON ITEM:) Quia qui in civita„tem coeunt societatem quandam contrahunt perpe„tuam & immortalem *supr.* §. 4. cui renunciari „non posse putat, nec ex necessitate.

„f) (IN CORPORE TANQUAM IN SUBJECTIO:) „Adeoque tanquam adjunctum separabile. *Gron. b.*

„g) (ALIENARI AB EO POSSE UT DOMINIUM:) „Cujus subjectum est res privata. *Gron. h.*

„h) (UT SUBJECTO ADÆQUATO &c.) Quales „sunt partes in toto essentiali, quæ se invicem per„vadunt, & loco ac situ non differunt, ut anima „permeat totum corpus, neque est in alio loco aut „spatio quam ipsum corpus: Secus ac partes totius „integrales. *Gron. b.*

„i) (NON DIVISIBILITER IN PLURA CORPORA:) „Quarum pars ab altera separari possit.

„k) (NECESSITAS AUTEM &c. HIC LOCUM HA„BERE NON POTEST:) Hanc rationem enim obti„nere putat, si pars illius corporis ob necessitatem „a corpore recedit *Vid.* §. 5. Non vero si corpus „partem ex necessitate alienat. *Vid.* §. *h.*

„l) (QUÆ AD JUS NATURÆ REM DEDUCIT:) „i. e. ad eum statum quo omnia inter omnes fuis„se communia fingit, nondum quippe facto homi„num introducto dominio *l.* 2. *c.* 2. §. 2.

„m) (QUIA IN EO JURE NATURÆ:) Ubi suppo„nit omnia fuisse communia.

„n) (USUS QUIDEM COMPREHENDEBATUR:) i. e. „quisque hominum res communes ad suos usus ar„ripere potuit quod vellet, & quæ consumi pote„rant consumere. Ac talem usum universalem ju„ris tum fuisse vice proprietatis dixit supra *c.* 2. §. 2.

„o) (QUÆ SUNT NATURALIA:) Imo præter „esum, & detentionem, usus rerum naturalis con„sistit in facultate pro lubitu de re disponendi.

„p) (AT NON ALIENANDI JUS:) Cum enim „in statu illo naturæ primævo, ex hypothesi Au„thoris, omnia communia, adeoque dominia fuerint „incognita, nemo sibi proprietatem arrogare, adeo„que nec alienare res, nec de iis disponere potuit. „*L.* 2. *c.* 7. §. 2. & *c.* 6. §. 1. *n.* 1. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. „*n.* 5. *c.* 1. §. 10. *n.* 4. quod refutavimus *ibidem*.

„q) (QUOD FACTO HOMINUM INTRODUCTUM „EST:) Grotius enim supponit primos homines initio „per divisionem recessisse ab illa communione; au„cto vero hominum numero tacite inter se conve„nisse, ut in rebus indivisis unicuique hominum jus „esset sibi habendi id quod occupasset, *L.* 1. *c.* 1. §. 10. „*n.* 4. *l.* 2. *c.* 2. §. 1. *n.* 5. & §. 2. *n.* 4. & 5. *l.* 2. „*c.* 9. §. 1. *n.* 2. Atque hinc dominia juris naturæ „esse, ait, pro certo rerum statu, i. e. postquam fa„cto humano introducta sunt. *L.* 2. *c.* 7. §. 2. *n.* 2. „& 14. *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 4. & 7. *c.* 2. §. 1. *n.* 5.

„r) (ATQUE ADEO INDE MENSURAM ACCIPIT:) „Id est non reducitur res ad jus naturæ, utpote „ubi jus alienandi nemo habet; sed mensuram „res accipit ex voluntate domini, qui societatem „perpetuam contrahere voluit.

„Misera foret facies juris naturæ, si ex ejusmodi „conjecturis decidendi rationes desumendæ essent. „Ex hujusmodi enim verborum involucris ob„scuris, vagis, & falsis, jus naturæ deducere, idem „est ac illud suspectum reddere. Diximus in præ„cedentibus, etiam corpus, si partem servare „nequit, eam jure a se abscindere posse: *Add. lit. a.*

„a) (AT IMPERIUM:) Author ait, *partem terri„torii non habitatam, aut desertam*, alienari a po„pulo posse; hanc enim partem ab arbitrio popu„li dependere; secus ac in alienatione *partis popu„li*, qui liberam habet voluntatem, & contradicere „potest. Nos etiam *partem populi* alienari invitam „posse diximus, si corpus aliter servari nequit. *Vid.* „*lit. a.*

„b) (IN LOCUM:) i. e. In *territorii* partem: aliud „enim in imperio in *partem populi* alienando ob„tinere putat. *Vid.* §. 5.

„c) (A POPULO LIBERO:) In statu populari ubi „solius populi jus est, is ergo de suo jure disponere „potest.

„d) (AUT ETIAM A REGE ACCEDENTE CONSEN„SU POPULI:) Nam de utriusque jure tunc agitur, „adeoque uterque consentire debet.

„e) (NAM POPULI PARS &c. JUS QUOQUE HA„BET CONTRADICENDI:) Communi enim consen-

 „su

populi pars, quia liberam habet voluntatem, jus quoque habet contradicendi: at territorium, & totum, *f* & ejus partes sunt *g* communia populi pro indiviso, *h* ac proinde sub arbitrio populi. At imperium in populi partem *i* si alienare populo non licet, *k* ut jam diximus, *l* multo minus regi *m* imperium etsi plenum habenti, attamen non plene, *n* ut supra distinximus.

§. VIII.

Bellaga in pr. spec. in rub. 8. p. 3. & 4. Roch de Curte de consuet. q. 5. col. 6. tom 1. & alii allegati a Vasq. lib. 1. c. 4.

Quare *a* subscribere non possumus jurisconsultis, qui ad regulam de non alienandis imperii partibus adjiciunt exceptiones duas, de publica utilitate, & de necessitate; nisi hoc sensu, *b* ut ubi eadem est utilitas communis, & corporis, *c* & partis, facile ex silentio etiam non longi temporis, consensus & populi & partis intervenisse videatur, *d* facilius vero si etiam necessitas appareat. At ubi manifesta est in contrarium voluntas, aut corporis, *e* aut partis, *f* nihil actum debet intelligi, nisi *g* ut diximus, *h* ubi pars a corpore coacta est abscedere.

§. IX.

„su in civitatem recepta est, adeoque non nisi com„muni consensu separari potest, excepta necessitate. „*Vid. §. 6. & seq.*

„*f*) (ET EJUS PARTES:) Puta non habitatæ aut „desertæ.

„*g*) (COMMUNIA POPULI PRO INDIVISO:) Populus „enim in singulas territorii partes jus commune habet.

„*h*) (AC PROINDE SUB ARBITRIO POPULI:) Ad „eum effectum, ut populus liber territorium & par„tem ejus alienare possit.

„*i*) (SI ALIENARE POPULO NON LICET:) Quia „pars illa in societatem coivit sub lege defensionis: „alienare autem non est defendere.

„*k*) (UT JAM DIXIMUS:) *§. 4. & seq.* Ubi ex„cepimus casum si corpori & parti pereundum esset, „nisi abscindatur pars.

„*l*) (MULTO MINUS REGI:) Rex enim non plus „juris habet quam populus, qui jus suum in regem „contulit.

„*m*) (IMPERIUM ETSI PLENE HABENTI, ATTA„MEN NON PLENE:) Nam Autor supra dixit pleraque „imperia summa non plene haberi, sed legibus & „capitulationibus circumscripta esse: indeque talem „regem alienare imperium *in partem populi* non pos„se ait: (Quod admittimus, si nulla alienandi neces„sitas adsit) aliud autem obtinere in rege qui & „plenum imperium habet, & plene; ut in regno „patrimoniali. Nos alibi demonstravimus popu„lum quidem victorem regnum tale alienare pos„se, non vero regem.

„*n*) (UT SUPRA DIXIMUS:) *L. 1. c. 3. §. 11. 12. 13. „& 14.* ubi hanc sententiam Authoris plenius exa„minavimus.

a) (SUBSCRIBERE NON POSSUMUS JCTIS, QUI AD REGULAM DE NON ALIENANDIS PARTIBUS IMPERII ADJICIUNT EXCEPTIONES DUAS, DE PUBLICA UTILITATE, ET DE NECESSITATE:) Rejicit hic Author duas exceptiones quas *supra §. 3. & §. præced.* admisimus, atque eo ipso omne fundamentum administrationis evertit. Administratio enim reipublicæ consistit in cura efficiendi id quod *utile* est civitati, & ad ejus *necessitates* pertinet.

ADDITIO.

„Grotius statuit regi jus partem imperii alienan„di non competere, nec ex *utilitate*, nec ex *necessi„tate*, nisi accedat populi consensus: B. Parens dis„sentit, & consensum partis necessarium non es„se statuit, si necessitas alienationem suadeat. *Vid. „lit. a.*

„*b*) (UT UBI EADEM EST UTILITAS COMMU„NIS, &C. FACILE EX SILENTIO &C. CONSENSUS „ET POPULI, ET PARTIS INTERVENISSE VIDEA„TUR:) Grotius putat populum tacite consensis„se videri, si utilitas aut necessitas alienandi partem „imperii adsit, & populus etiam non longo tempo„re sileat. Equidem supra cap. IV. probavimus si„lentium, etiam longissimi temporis, consensum „non inferre, nedum silentium longi temporis; in„deque populo semper jus esse se in libertatem „vindicandi competere.

c) (ET PARTIS:) Diximus partis consensu opus non esse si corpus consentit. *Add. lit. a.*

„*d*) (FACILIUS VERO SI ETIAM NECESSITAS „APPARET:) Si de alienatione totius imperii agitur, „consensus populi ex silentio non præsumitur, etsi „necessitas adsit; si de alienatione partis populi æque „perituri agitur, consensus partis plane non re„quiritur, si corpus consentit.

„*e*) (AUT PARTIS:) Quæ alienari debet.

f) (NIHIL ACTUM DEBET INTELLIGI:) Rex enim & populus disposuerunt de jure alieno.

g) UT DIXIMUS:) supra §. 5.

h) (UBI PARS A CORPORE COACTA EST ABSCEDERE:) Adeoque ubi pars, deficiente quippe lege dilationis, libera fit, & de suo jure imperii disponere, aliique se submittere potest.

AD

§. IX.

[a] Sub alienatione merito comprehenditur & [*] infeudatio, [b] sub onere commissi ex felonia aut deficiente familia. [c] Nam & hæc est conditionalis alienatio. Quare videmus a pluribus populis, [d] irritas habitas ut alienationes, [e] ita infeudationes regnorum, quas populis inconsultis reges fecerunt. Populum autem consensisse intelligimus, [f] sive totus coiit, quod olim [g] apud Germanos [**] & Gallos fieri solebat, [h] sive per legatos partium integrantium mandato sufficiente instructos. [i] Nam facimus & quod per alium facimus. [k] Sed nec pignori dari pars imperii poterit, [l] nisi consensu simili: non ea tantum ex causa,

Smith de rep. Aug. lib. v. cap. 9. Buch. in Balsolo. Froff l 1. c. 114. & 146. Mon. strel in hist c. 22. 5. Guicc. lib. xvi.

a) (SUB ALIENATIONE:) Quæritur an Rex imperium vel ejus partem absque consensu populi in feudum dare, aut oppignorare possit? Resp. regulariter non posse, nisi in casibus quo alienatio licita est, adeoque quoties infeudatio aut oppignoratio sunt pars administrationis. Nimirum 1) ex necessitate, si pax mitioribus conditionibus obtineri nequit, quam ea, ut feudi jure rex imperium ab alio teneat. 2) Propter utilitatem publicam, uti si propter bene merita pars imperii in feudum alii conceditur: Nam feuda nihil aliud sunt quam beneficia quæ bene merentibus conceduntur: Sane interest reipublicæ vicinum, vel familiam illustrem in perpetuum sibi devincire, quod fit per feuda, unde perpetua in rempublicam est obligatio: Hinc & in ecclesia, ejusque rebus, ejusmodi infeudationes admittuntur: Atque hæc origo est ducatuum & comitatuum in imperio Romano Germanico, quæ ob merita feudi jure concedi statibus solent.

„*) (INFEUDATIO:) Quando rex jus directum „imperii alienat, & in extraneum transfert, retento „saltem jure utili.

„*b*) (SUB ONERE COMMISSI EX FELONIA AUT „DEFICIENTE FAMILIA:) i. e. Ut commissa felonia, „vel deficiente familia, imperium pleno jure ad alte„rum pertinere debeat.

„*c*) (NAM ET HÆC EST CONDITIONALIS ALI„ENATIO:) Si enim rex feloniam committit, vel „familia ejus deficit, omne jus imperii in alterum „transfertur.

d) (Grot.) (IRRITAS HABITAS UT ALIENATIONES:) Et remissiones homagii. Vide *Cromerum* Polonicorum XXV.

„*e*) (ITA INFEUDATIONES REGNORUM QUAS PO„PULIS INCONSULTIS REGES FECERANT:) Legibus „imperii Rom. Germanici ne bona quidem imperii „in feudum dari absque consensu statuum possunt. „*Carpz. ad l. reg. c. 7. sect. 3. §. 1.* Consensu „populi igitur regna in feudum dari possunt. „Exempla de regnis Bohemiæ, Poloniæ, Hun„gariæ &c. Vide in *B. Par. prud. jur. publ. cap. 5.* „*§. 21. §. 22. junct. c. 7. §. 5. c. 21. §. 6.*

„*f*) (SIVE TOTUS COIIT:) Ubi populus viritim „comparebat, uti sub Romulo factum. *Liv. L. 1. c.* „*8. & 17.* Apud Batavos quoque recentius exem„plum affert Temple *dans les remarq. sur l'etat.* „*&c. c. 2. pr.*

„*g*) (APUD GERMANOS:) *Tac. de Mor. Germ. c. 11.*

„**) (ET GALLOS:) *Cæs. de bell. Gall. l. 5.* ubi „Ambiorix rex Germanorum ait, *in se non mi„nus juris multitudinem habere, quam se in illam.* „Conf. *B. par. Jus publ. c. 7. §. 10.*

„*h*) (SIVE PER LEGATOS PARTIUM INTE„GRANTIUM:) Ut in comitiis imperii Germanici, „ubi singulæ civitates & provinciæ per deputatos comparent. *d. jus publ. c. 20. §. 11. 12. & 13.* quod „in Anglia, Polonia, & aliquando in Gallia quo„que fieri solet.

i) (Grot.) (NAM FACIMUS ET QUOD PER ALIUM FACIMUS:) Sic in imperio Germanico in alienationibus Electorum consensus ex more & pactis pro consensu est ordinum. (De eo non adsentiuntur recentiores & optimi scriptores, qui *Jus Publicum Germanicum* exponunt. *J. B.*)

ADDITIO.

„Legati nihil aliud sunt quam instrumen„tum populi, actio autem est causæ, non instru„menti: de quo alibi egimus. *Vid. L. 1. c. 5. §. 3.* „*& infra L. 2. c. 11. §. 18.*

k) (SED NEC PIGNORI PARS IMPERII DARI POTEST:) Duplicem Author affert rationem, 1) quia qui pignus dat, concedit simul facultatem illud distrahendi non soluta pecunia: 3) quia industriæ personæ ejusque familiæ commissum a populo imperium, eaque lege in eam collatum est, ut familia curam reipublicæ gerat: Tota autem hæc ratio delati imperii cessat, si illud transferretur in aliam familiam, & contra pactum, adeoque ultra fines facultatis legitimæ agit princeps, si curam illam alii committit: Secus si utile vel necesse sit fieri, tunc enim pars administrationis est.

ADDITIO.

„Dictum jam in præcedentibus est necessitatem „non tribuere jus in rem alienam, adeoque nec „jus alienandi aut oppignorandi. Cæterum op„pignorationes imperii, factæ ab imperatoribus „Germanicis, capitulationibus imperii insertæ sunt, „ut validitatem, quam per se non habent, ex con„sensu demum statuum consequantur. *Vid. B. Par.* „*Jus publ. c. 9. §. 19.*

„*l*) (NISI CONSENSU SIMILI:) Scilicet popu-

causa, [m] quod ex pignoris datione sequi alienatio soleat, sed quod & rex teneatur populo [n] ad exercendum per se summum imperium, [o] & populus partibus suis ad conservandum hoc exercitium in sua integritate; cujus rei gratia in societatem civilem coitum est.

§. X.

[a] Minores vero functiones civiles [b] quo minus populus etiam jure hereditario possit concedere nihil obstat, [c] cum ea corporis summique imperii integritatem nihil imminuant. [d] Inconsulto vero populo rex id non potest, si maneamus intra terminos naturales: [e] quia juris temporarii, [f] quale est regum electorum, [g] aut lege succedentium ad imperium, effectus nisi pariter temporarii esse non possunt. [h] Potuit tamen [i] populi ut expressus consensus, ita tacitus consuetudine introductus, [k] qualem nunc passim vigere cernimus, id jus regibus tribuere. [l] Eo jure usos olim reges Medos & Persas [m] oppi-

Cravet. conf. 894. num. 2. Zoannet de Rom. Imp. n. 162.

„puli, ad quem proprietas illarum terrarum per„tinet.

„m) (QUOD EE PIGNORIS DATIONE SEQUI A„LIENATIO SOLEAT:) Non soluta enim pecunia „distrahitur pignus. *L. f. C. de Reb. al. non al.*

„n) (AD EXERCENDUM PER SE SUMMUM IMPE„RIUM:) Certæ enim familiæ industria electa, ei„que soli pacto populi delata est administratio.

„o) (ET POPULUS PARTIBUS &c.) Author eundem „hic errorem committit quem in §. 4. 5. & 6. defen„dit: nimirum partem populi nec infeudari nec op„pignorari posse, nisi præter populum pars illa con„sentiat; rationem allegat, quod rex & populus „teneantur partibus suis ad conservandum exerci„tium imperii in sua integritate. Sane partem „etiam invitam alienari, nedum in feudum aut „pignori dari posse, si totum conservari aliter ne„quit, probavimus allegatis locis.

„a) (MINORES VERO FUNCTIONES CIVILES:) „Alibi Author distinguit inter partes imperii neces„sarias, & inter eas quæ aut separari naturali„ter, aut saltem cum aliis communicari possunt. „*Vid. l. 2. c. 4. §. 13. & 14.* quo refert jus appel„landi. *ibid.* reditus oppidi, regionis &c. *h. §. & seq.*

„b) (QOO MINUS POPULUS ETIAM JURE HÆ„REDITARIO POSSIT CONCEDERE NIHIL OBSTAT:) „Jure feudi nimirum & vi officii, tunc enim „imperium non alienatur, sed res ejusque redi„tus sub onere subditis saltem assignantur. De urbi„bus Ponti jure perpetuo a Persarum rege præfe„ctibus concessis vide *Corn. Nep. in Miltiade c. 3.* „& *Themist. c. 10.*

„c) (CUM EA CORPORIS SUMMIQUE IMPERII „INTEGRITATEM NIHIL IMMINUANT:) Quia salvo „summo imperio saltem privata proprietas, & „usus illarum functionum aliis conceditur.

„d) (INCONSULTO VERO POPULO REX ID NON „POTEST:) Cur non? Nam supponimus casum, „ubi princeps subditis suis feudi vel officii jure „ducatum, comitatum, vel aliam portionem terræ „concedit, ea lege, ut tempore belli servitia rei„publicæ præstent, ut justitiam administrent sub„ditis, &c. salvo summo imperio. Ejusmodi alie„natio jure fieri potest, quia officium principis est „salaria assignare illis qui rempublicam defendunt, „& jus dicunt: Pars ergo administrationis reipu„blicæ est vel salaria solvere, vel loco salariorum „reditus provinciæ, comitatus, vel portionis terræ „assignare: Quod inprimis in terris bello quæsitis „fieri solet, Atque ex hoc titulo Electores, Prin„cipes, Comites & Barones Romano Germanici „imperii terras suas tenent.

„Si vero terræ illæ ad alios usos publicos, & v. „g. ad instruendam mensam principis destinatæ „sunt, nec jure feudi nec jure officii aliis concedi „possunt in præjudicium successorum.

„e) (QUIA JURIS TEMPORARII EFFECTUS NISI „PARITER TEMPORARII ESSE NON POSSUNT:) „Imo cum pars administrationis sit officia constitue„re, hoc jus aliquod perpetuum est, & effectum „quoque perpetuum producit,

„f) (QUALE EST REGUM ELECTORUM:) Quo„rum jus interit morte.

„g) (AUT LEX SUCCEDENTIUM IN IMPERIO:) „Quorum jus desinit exstincta familia.

„h) (POTUIT TAMEN:) Sed tunc non manere „rem intra terminos naturales sit.

„i) (POPULI UT EXPRESSUS CONSENSUS, ITA TA„CITUS CONSUETUDINE INTRODUCTUS &c. ID JUS „REGIBUS TRIBUERE:) Imo est pars administra„tionis, modo fiat intra fines ante præscri„ptos.

k) (QUALEM NUNC PASSIM VIGERE CERNIMUS:) In Germanis notus est ille modus, quo terræ in beneficium dantur sub lege fidelitatis, & servato dominio directo. *Vid. B. Par. jus publ. cap. 21. §. 6.*

„l) (EO JURE USOS OLIM REGES MEDOS ET „PERSAS:) Orientis reges ipsa imperia quoque, „eorumque partem, vi antiquæ consuetudinis alie„nasse, vidimus *supra §. 3*

(m (Grot.)

m oppida aut regiones totas perpetuo jure tenendas durasse, passim in historiis legimus.

* §. XI.

m) (Grot.) (OPPIDA AUT REGIONES TOTAS:) Ut a Dario Sylosonti urbem & insulam Samiorum. (Exemplum istud non quadrat. *Darius* expulit tantum *Maandrium*, qui regnum occupaverat, excluso *Sylosonte*, *Polycratis* fratre. Vide HERODOTUM, Lib. II. cap. 139. & *seqq.* Sed idem *Darius* principibus viris, quos secum ex *Jonia* & *Æolide* duxerat, *singulis ipsarum urbium*, quibus eos præfecerat, *perpetua dedit imperia*, referente CORN. NEPOTE, *Themist.* c. 10. *J. B.*)

ADDITIO.

Ex his jam facilis est decisio agitatæ illius quæstionis an regalia alienari possint? Distinguendum enim est inter regalia majora & minora. *Priora* alienari non possunt directo, quia sunt pars majestatis & populo propria: At possunt alienari 1) jure feudi, ubi jus directum manet penes principi-principem concedentem: 2) Jure officii, quia tum officialis agit jure & nomine constituentis, pars autem administrationis est officiales constituere, iisque salarium dare. *Vid. jus publ. nostrum c.* 21. §. 8. *c.* 15. §. 4. & *supra L.* 1. *c.* 3. §. 21. De *posterioribus*, quatenus alienari possint videbimus §. *seq.*

ADDITIO.

„Præmittendum est, regalia *majora* esse jura illa „majestatis principalia, quæ a majestate separari non possunt, & in ipsa potestate tuendi jura „& rem publicam consistunt. *Minora* autem, seu „subsidiaria, esse ea quæ in mediis & subsidiis ad „eam tuitionem pertinentibus consistunt. Ad *ma*„*jora* pertinent jura belli & pacis, jus condendi „leges, eoque & concedendi honores ac privile„gia: &c. Ad *minora* referri solent viæ publicæ, „flumina, fodinæ, adespota, & loca publica ut „foresta, &c. *B. Bar. jur publ. c.* 21. 22. 23.

Majora absque consensu populi alienari nequeunt, quia a majestate separari non possunt. Prin„ceps igitur non potest juri belli & pacis re„nunciare, illudque in alium transferre, nec „jus collectarum alii populo concedere, nisi con„sensu populi: At *minora* regalia alienari possunt, „vel quoad usum, ut via publica, flumen, littora, &c. „vel quoad proprietatem privatam, ita enim alie„nare potest fodinas, foresta, aliaque adespota: „Salvum enim ubique est imperium, & commoda „hæc ab arbitrio principis dependent.

(AD §. XI.) Hactenus Author probavit, imperium nec totum, nec ejus partem, nec functiones civiles, absque consensu populi alienari posse: Hic jam quærit, *an alienari possit patrimonium populi, cujus fructus destinati sunt ad sustentandam rempublicam, aut dignitatem regiam:* Et recte id negat, etsi res modica sit, quia rex nudus administrator est, qui utendi jus non habet nisi salva substantia: Exc. si populus consentiat, quem consensum facile præsumi Author fingit.

Ut rite intelligatur difficilis hæc materia de jure regis in bona regni eorumque reditus, & quatenus alienari possint, præmittendum est:

Primo, alia esse bona *regis*, alia *regni*: *illa* dicuntur quæ ex re privata habet, v. g. ex hæreditate, ex pacto, &c. in quibus principes non differunt ab aliis privatis. §. *f. Inst. Usuc. L.* 3. & *tot. tit. C. quadr. præscr. Hæc* sunt, quorum proprietas ad populum pertinet, adeoque ipsa terrarum, accessionumque substantia. *Vid. jus publ. nostrum c.* 9. §. 14.

Secundo: Hæc bona regni in patrimonio populi esse dicuntur. *L.* 14. *pr. ff. A. R. D. l.* 15. *ff. V. S. l.* 17. *ff. Eod. l.* 3. *pr. ne quid in loc. publ.* Unde Florus quoque vectigalia imperii patrimonium vocat. *L.* 3. *Hist. c.* 13. *Vid. dict. jus publ. c.* 9. §. 17. Administratio vero horum bonorum ad principem pertinet.

Tertio: Distinguenda sunt *bona* illa *regni*, à *reditibus*: qui itidem populi sunt, quia e re populi oriuntur. Nam

Quarto: Princeps vi imperii exigere potest a subditis, ut contribuant tum quæ ad rempublicam tuendam sunt necessaria, tum quæ ad familiam & dignitatis sustentationem pertinent. *Prius* quia aliter defendi respublica nequit, *Pos. IV. n.* 4. Hinc Tacitus ait, neque respublica sine milite, neque miles sine stipendio, nec stipendia sine tributis esse possunt. *Posterius* ideo, quia tantam curam suis impensis suscipere non tenetur; neque tueri rempublicam potest nisi suam dignitatem conservet, quod sine impensis fieri nequit.

Quinto: Cives contribuere quoque tenentur tum *operas*, tum *bona*: *Operas* proportione Arithmetica, cum enim omnium civium æqualiter intersit rempublicam defendi, eaque causa initæ societatis sit, omnes quoque æqualiter operas suas conferre tenentur. Ex *bonis* autem contribuere tenentur cives proportione Geometrica, quia ejus qui 1000 habet in bonis magis interest conservari civitatem, quam ejus qui 10 habet.

Sexto: Populus certos reditus destinare ad defensionem reipublicæ ac dignitatis regalis solet. Ita enim Romani suis imperatoribus alios assignarunt reditus ad defensionem reipublicæ, qui in *ærario* asservabantur; alios ad sustentationem familiæ, qui *fisco* inferebantur.

Septimo: Certo reditu constituto quæritur, an princeps de recepto populo rationem reddere debeat? Equidem jure naturæ id de *prioribus* reditibus ad defensionem reipublicæ destinatis affirmandum est: atque ita in Angliæ regno sæpius vidimus Parlamentum registra expensarum a rege poposcisse & obtinuisse; sed & in statu populari & aristocratico id quotidie fieri videmus: At in plerisque regnis, inprimis illis ubi omnis administratio collata est in Principem, simul arbitrium disponendi de illis reditibus Principi relinquitur, neque enim populum rationes exegisse a tali principe exemplo probari potest: Populus igitur suo juri in ejusmodi regnis renunciasse censetur: de

 poste-

posterioribus dispensandi arbitrium est principis, nec ulli rationem reddere tenetur.

Octavo: Hinc jam quæritur, an Princeps reditus ad usus publicos destinatos alienare possit? Equidem in illis regnis ubi expensarum rationem rex reddere tenetur, certum est alienari illos reditus extra casum defensionis reipublicæ non posse: At ubi arbitrium omne in principem collatum est, vix est ut alienationes ex illis reditibus factæ revocari possint, quia rationem reddere non tenetur. At hoc 1) verum saltem est de reditibus qui eo vivo curæ ejus committuntur: Nam de futuris disponere nulla ratione potest, adeoque non potest civem ejusque bona, in præjudicium successorum, eximere catastro, eumque liberare ab exenbiis, ab accisis. &c. sed successor ejusmodi privilegia concessa semper revocare potest: Quia princeps nudus administrator est horum redituum, quos conservare tenetur non perdere: 2) Successori æque incumbit officium defendendi rempublicam ex illis reditibus, adeoque in præjudicium successorum reditus illi minui non possunt. Sed & 3) hoc etiam de præsentibus reditibus saltem verum est, si reliquis civibus inde non fit præjudicium, quia onera æqualiter inter cives distribui debent, hoc jus quæsitum subditis princeps auferre non potest: Atque ex eadem ratione Princeps civem ab excubiis liberare nequit, neque eximere bona quædam catastro, si onus illud in vicinos transiturum esset.

Nono quæritur, an Princeps reditus mensæ destinatos alienare possit? Equidem *bona ipsa*, ex quibus reditus debentur, alienari non posse certum est, quia proprietas illorum bonorum ad populum pertinet; de cujus jure Princeps disponere nequit: Dictum enim est principem hactenus saltem administratorem esse illorum bonorum, cujus est conservare rem, non perdere. Sed & successoribus jus quæsitum est percipiendi fructus ex illa re ad sustinendam suam dignitatem, idque ex dispositione vel populi vel primorum constituentium: Hoc jus quæsitum præsens possessor auferre successoribus nequit. Atque hinc etiam princeps in re domaniali nec servitia remittere, nec jus braxandi vendere, nec aliquid quo res domanialis eique cohærentia jura minuuntur, aliis permittere potest: An vero *reditus* minuere in præjudicium successorum potest? Negatur, quia successores jus in reditus illius rei domanialis habent ex pacto primorum constituentium; adeoque si Princeps jus pascendi, vel reditus annuos, vel jus molendini, vel jus cauponæ &c. aliis concedit, eoque reditus rei domanialis minuuntur, revocare successor ejusmodi privilegia potest.

ADDITIO.

„Optime B. Parens distinguit 1) inter *bona regis* ac *bona regni* : & hæc ait esse quorum substantia & proprietas ad populum pertinet. *Vid. l. 3. C. Quadr. præscr.* quo referuntur non tantum ipsum territorium imperiale, sed & omnes terræ, loca, ac jura publica. *Vid. B. Par. jus publ. c. 9. §. 16 & 17.* Illa quorum dominium ad principem pertinet, quo referuntur omnia quæ rex privato titulo, vel ex pacto, vel ex ultima voluntate, vel præscriptione acquisivit. Atque hæc bona substantia privata principis dicuntur. *L. 3. C. Collat. fund. fisc.* eaque communem legum regulam sequuntur. *Vid. Grot. l. 2. c. 14. §. 1. 2. & 5.* De quo vide supra *L. 1. c. 3. §. 12. n. 1.*

„*Bona regni* nullo modo alienari, adeoque nec infeudari, nec oppignorari posse inconsulto populo, in præcedentibus vidimus. *Add. Brunn. Cons. 1.* „At de *bonis privato titulo quæsitis* rex pro lubitu disponere potest.

„Porro & 2) bene distinguit B. Parens inter *proprietatem* illorum bonorum & jurium, & inter *reditus*, qui sunt commoda & fructus ex illis orti: Cum enim respublica multis indigeat, reservavit sibi plerumque quædam bona & jura, quorum reditus ad sustentationem reipublicæ adhiberi solent & debent: Qui, si vel non sunt, vel non sufficiunt, singuli cives contribuere ad eum usum tenentur: Id enim pars est officii civium, tueri rempublicam opibus & operibus suis, ideo enim in civitatem coiverunt.

„Ex quibus proinde 3) constat, *reditus* hos esse populi, quia e re populi oriuntur: & reges saltem eorum esse administratores, nec in alios usus quam ad quos destinati sunt, scilicet ad utilitatem reipublicæ, impendi ac dispensari posse: Atque hinc cum remittere Nero tributa vellet, obstitit Senatus, causatus hos esse fructus quibus respublica sustinetur: *Tac. 13. ann.* sine tributis enim rempublicam subsistere non posse vidimus *supra L. 1. c. 3. §. 8. n. 12.* Add. *Flor.* 3. 13. Unde bene observavit B. Parens, principem rationem quoque horum redituum populo reddere teneri, uti in Rebuspublicis, in Aristocratiis, & quibusdam regnis hodieque fieri solet. Etsi enim administrationem horum redituum, simulque arbitrium de iis disponendi relictum sit principi, id tamen tantum verum est intra terminos legitimæ administrationis; quanquam populus in plerisque regnis rationes exigere non soleat.

„In hos igitur reditus 4) nil nisi administrandi jus, i. e. jus ad necessitates publicas dispensandi, regi competit; unde necessario sequitur, quod reditus illos non possit minuere in præjudicium successorum, *tum* quia minuere reditus non est pars administrationis, *tum* quia jus ejus administrandi cum vita finitur, *tum* quia successor jus ex dispositione primorum disponentium habet, quod ei facto præsentis possessoris auferri nequit: Atque hinc est, quod Princeps nemini immunitatem perpetuam ab accisis, à contributionibus, &c. concedere possit, quod inprimis verum est si cives reliqui prægravarentur, uti si totum corpus certam summam tribuere tenetur, & unus eximitur, tunc enim reliquis hoc onus accresceret: ita angariæ publicæ juxta numerum prædiorum præstandæ, uno liberato reliquis imponerentur solis: Atque hæc ratio est cur in quibusdam locis prædia deserta, die wüste Bauer-Höfe, tanta cura, non obstante præscriptione ulla, reædificari deboant, ne reliqui subditi in præstatione angariarum, &c. (quæ in his oris vocari solent Nachbarrecht) prægraventur.

„Uti autem, 5) ad necessitates reipublicæ ejusque majestatem ac splendorem pertinet sustentare dignitatem & domum regis, ita populus quo-

quet

„que his prospicere eo magis tenetur, quia Princeps non tenetur suis sumtibus rempublicam administrare, neque enim subditi in operas principis ullum jus habent. Unde apud omnes vere gentes certi quidam reditus sive ex patrimonio populi, sive ex juribus publicis, assignari principi solent, ut ex iis dignitatem suam sustineat. Horum redituum Princeps non nudus administrator est, sed dominus, adeoque rationes reddere non tenetur: etsi fundum, seu jura ex quibus ille reditus oriuntur, alienare non possit, de quo mox.

„6) Jure Romano duplices illi reditus optime distinguuntur: illi enim qui destinati sunt ad sustentationem reipublicæ, referuntur ad *ærarium* in specie sic dictum, seu publicum: illi autem qui ad sustentandam dignitatem & familiam principis pertinent, ad *fiscum*, seu ad ærarium privatum.

„Prius ærarium publicum est, eique præest Comes sacrarum largitionum, *L. 14. C. de Palat. L. 15. C. de Suscept. L. un. C. de Ponderat.* qui Comes thesaurorum dicitur *L. 2. C. Ut. in ord. dign. serv.* & distinguitur a Comite rei privatæ, *ibid.* Olim Quæstores præerant, *Klock. de contrib. L. i. c. 2. n. 25.* postea Prætores, *ibid. n. 31. Suet. in Aug. c. 36.* Mox revocati Quæstores, *Suet. in Claud. c. 24.* tum secuti Ædiles, *Klock. d. l. n. 32.*

„Fiscus vero quodammodo privatum jus est, (quanquam substantiæ privatæ Principis opponatur *Leg. 3. C. de Collat. fund. fisc.*) hine ærarium vocatur: *L. 4. C. de Fund. patr. L. 2. eod. L. 7. §. 5. eod. L. 5. de Bon. vac. L. 7. §. 5. C. de Delat.* sed privatum, *L. 1. C. de Quæst. Goth. ad L. 2. C. ut ord. in dign.* Unde etiam Comiti rei privatæ subest. *L. 3. C. de Collat. fund. L. 3. C. de Bon. vac.* & pro lubitu alienari uti privata substantia potest, *per text. expr. in l. 4. de Quadr. præscr.*

„Hinc duplex ærarium, *publicum & privatum: L. 1. C. de Quæst. Goth. ad l. 2. Ut in ord. dign.* duplex Comes, *d. l. 3.* duplices Palatini, *cot. tit. Rubr. & L. 9. L. 19. C. de Palat.* scil. sacrarum largitionum, & rerum privatarum. Ita distinguit ærarium & fiscum *Suetonius in Vesp. c. 16. Plin. in Paneg. ad Traj. cujus verba refert B. Par. in Prud. jur. publ. c. 9.*

„7) Ex hoc fisco Princeps comparabat omnia necessaria, & quæ ad sustinendam dignitatem requirebantur. *Goth. ad rubr. C. de Can. largit. tit.* (Neque enim certa prædia ad mensæ utilitatem addicta tum fuere, Conf. *L. 1. c. 3. §. 12. n. 3.*) atque hinc Imperatores de eo, ut de privata substantia, disponere, *L. 4. C. de quadr. præscript.* neque ita alienata a successore revocari potuerunt, *arg. d. l. 4.*

„Apud Germanos itidem non apparet certa prædia assignata fuisse regibus ad usus mensæ, nec hodie sunt, Multo minus status imperii olim bona domanialia possederunt, sed reditus sui Principatus adhibebant ad mensæ familiæque sustentationem, & commoda lucraque fiscalia eo conferebant; Cum vero non sufficerent hi reditus ad Principis sustentationem, tractu temporis, & ex quo principatus illi hæreditarii facti sunt, status provinciales, vel ipsi Principes, certa prædia designarunt, ex quorum reditibus sumtus ad mensam necessarii desumerentur: Unde vulgo bona domanialia (quæ vox ex jure civili, ubi res dominicæ sæpius occurrunt, originem traxisse videtur, *Schilt. Inst. J. publ. L. 2. t. 1 §. 11.*) vocatur. *Vid. lit. d.*

„Domanium ergo 8) consistit in reditibus certorum prædiorum vel jurium, quæ vel ab ipso principe, vel a statibus provinciarum, vel quolibet alio ad id destinata sunt, ut ex eorum reditibus mensa principalis instruatur.

„Constituitur autem domanium a) Pacto: si vel princeps pia intentione feudum forte sibi apertum, vel prædium pecunia sua comparatum, ad perpetuos successorum usus destinat: vel si status provinciales prædia quædam mensæ principali addicunt, vel denique si privatus de re sua cum tali lege disponit. b) Ultima voluntate, si iidem, v. g. per legatum, prædium aliquod in usum successorum relinquunt. c) Usucapione & præscriptione si scilicet res sua natura non domanialis bona fide, & justo titulo, longoque tempore tanquam domanialis possidetur; vel si Princeps per 30 annos rem tanquam domanialem possidet. Non ergo statim bona fiunt domanialia, si forte Princeps, per plurimos licet annos, feudum apertum, aut bona vacantia, ad mensæ instructionem adhibuerit, eaque rationibus domanialibus inseri curaverit, nisi destinatio, saltem ex lapsu temporis, appareat.

„Hinc 9) facilis est decisio celebris quæstionis, *an successor bona domanialia ab antecessore alienata r[illegible]are possit?* Sane si bona illa unquam princip[illegible] mensæ destinata fuisse probari potest, affirmanda omnino erit quæstio: Nam *a*) in his bonis præter usum nihil ad principem pertinet, adeoque nudus administrator & fructuarius est, qui de substantia rei nulla ratione disponere potest.

„Hæc enim substantia *b*) ad provinciam pertinet, & hactenus res aliena est, quam nemo, nec naturali ratione alienare, potest. Sed & *c*) successoribus singulis jus, reditus ex his bonis percipiendi, quæsitum est ex pacto primorum constituentium, quod ipsis facto antecessoris auferri nequit. Quæ etiam *d*) ratio est, cur nec feuda antiqua in præjudicium agnatorum alienari queant. Sed & *e*) licet successor nihil moveret, ipsa tamen provincia, ejusque status, dominium ejusdem rei a quocunque possessore vindicare poterunt.

Neque obstat, *f*) hæredem factum defuncti præstare debere. Resp. præstare omnino tenetur hactenus, ut omne id quod interest possessori evincat, non vero ut præcise rem ei relinquat, de quo plenius infra. Atque ita res decisa est in curia Halberstadiensi in causa fisci contra den von Stryska: in puncto des Hauses Reindorff.

„Atque id *g*) verum est licet res minima alienetur, uti si jus braxandi, servitia quædam, molendinum &c. alienetur. *Grot. h. §.* Certissimum enim est in præjudicium rei domanialis alii privilegium v. g. braxandi, molendinum habendi &c. concedi non posse. *Vid lit. g.*

„Hæc igitur alienatio rei domanialis nulla est, etsi permutatione alia res in ejus locum surroga-

§. XI.

Alberic. in c. intellectus. de jurejur. Bart. in l. 3. § 4. D. quod vi. Corset. in tr. de excel. regis. q. 4. Louet. all. a Vasq. c. 5. Natta cons. 367. Bonif. reg. conf. 49. n. 43.

[b] Patrimonium quoque populi, [c] cujus fructus destinati sunt ad sustentanda reipublicæ [d] aut regiæ dignitatis onera, [e] a regibus alienari, nec in totum, nec in partem potest. [f] Nam & in hoc jus majus fructuario non habent. [g] Nec admitto exceptionem, si res modicum

„ta fuerit, quia res aliena uti nec alienari, ita nec permutari potest: Atque ita judicatum memini *in eadem causa*.

„Sed & ampliatur ea regula, ut vera sit etsi ob bene merita alienatio facta fuerit, nam (α) remuneratio non potest de re aliena fieri, nec (β) dare ad alios usus, mensæ nimirum regiæ utilitatem, destinata; imprimis cum (γ) alia sint præmia, quibus bene merita ornari possunt: scilicet officia, dignitates equestres, feuda, præbendæ &c. Quanquam contrarium in contradictorio in dicta curia obtinuerit *in causa fisci, contra Pflugern*.

„Neque obstat, administrationis quoque munus esse bene merita remunerare. Resp. At non de bonis quæ ad alium usum reipublicæ, aliumque finem destinata sunt, inprimis si alia remunerationis media adsunt.

„Certum ergo 10) est, successorem rem domanialem ab antecessore alienatam revocare posse. At quæritur *an successor possessorem indemnem præstare teneatur*? Resp. *si hæres est* alienantis, & alienatio facta est titulo oneroso (in lucrativa enim causa alienans evictionem non præstat. *L. … de Ædil. Ed. L. 18. §. f. ff. de Donat.*) omne id quod interest præstare tenetur, tum ex generali & notissima illa regula, quod hæres repræsentet personam defuncti, indeque ejus factum præstare debeat; tum, quod contra naturam esset si hæres simul & rem quam vindicat, & precium, quod in bonis defuncti est, retinere, & sic cum alterius jactura & damno locupletior fieri vellet.

„Atque ita ad relationem regiminis Halberstadiensis Serenissimus rescripsit *in causa fisci contra* den von *Stryska*.

„Neque obstat quod statutum est lege civili in *L. 14. C. de R. V.* ubi hæres, rem suam a defuncto alienatam vindicans, repellitur exceptione doli. Resp. Aliud est in Principe vindicante, hic enim, cum vi officii teneatur ejusmodi bona, non ad se, sed ad rempublicam pertinentia, vindicare, dolo agere non videtur; indeque doli exceptione repelli non potest.

Si successor rei domanialis hæres alienantis non est, nulla ratione possessor indemnitatem a successore impetrare potest: successor enim suo jure rem domanialem vindicat, nisi precium in principatus utilitatem erogatum probetur. Nullum ergo aliud subsidium ejusmodi successori superest, quam ut alienantis hæredes allodiales ad præstandam evictionem juris remediis compellat.

„Ultimo loco & 11) notandum est, hanc qualitatem domanialem nec consensu statuum provincialium mutari posse, quia, ut in feudo ita & hic singulis successoribus jus ex pacto & providentia primorum constituentium quæsitum est; quod facto statuum ipsis auferri nequit: nisi aliud prædium ejusdem valoris substituant.

„Appendicis loco quæri potest: an bona domanialia immemoriali possessione acquirantur, ita ut successores imperii ea vindicare ab eo qui tanto tempore rem possedit non possint. Negant DD. apud *Lynk. Cent. 13. dec. 1202. Rosenth. C. 4. concl. 29. n. 12. Klok. Vol. 4. c. 82. n. 226. seq. Christ. IV. Dec. Belg. 83. n. 3. Charond. 2. Resp. 1.* Affirmant *Lynk. d. l. Christ. d. l. Carpz. L. 1. Resp. 38. n. 11. Wesenb. Cons. 43. n. 22. C. 26. §. Præterea &c. X. de V. S.* Prior sententia verior est, etsi enim non constet, quo jure, & quo titulo res hæc ad præsentem possessorem, vel ad eos a quibus causam habet, pervenerit, inde tamen possessor jus non consequitur; sufficit enim constare, rem olim fuisse domanialem, indeque alienari non potuisse, qui proinde allegat ex justa causa alienatam fuisse, id probare tenetur. Conf. ea quæ supra c. 4. dicta sunt

b) (Grot.) (PATRIMONIUM QUOQUE POPULI &c.) Veteres Græci *τεμένη* vocabant partem agri publici concessum regibus. Exempla habes apud *Homerum* de Bellerophonte apud Lycios Iliados ζ. (*vers.* 194.) de Meleagro Iliados i, (*vers.* 573.) de Glauco Lycio Iliados μ. ubi Scholiastas vide. (*vers.* 313.)

„*c*) (CUJUS FRUCTUS DESTINATI SUNT AD SUSTENTANDA REIPUBLICÆ &C. ONERA) Quos Romani ærario publico inferre solebant.

„*d*) (AUT REGIÆ DIGNITATIS ONERA:) Quos Romani fisco inferebant, & quia bona hæc *res dominica* dicebantur, recentiores Doctores nomen hoc retinuerunt, indeque bona mensæ regiæ destinata *domania* dicuntur.

e) (Grot.) (A REGIBUS ALIENARI NEC IN TOTUM NEC IN PARTEM POTEST:) Sine ordinum consensu. Exemplum apud THUANUM libro LXIII. in anno cIↃ IↃLXXVII.

ADDITIO.

„Vera ratio est quia disponeret de re aliena, scilicet de patrimonio populi, cujus administrator saltem est princeps.

„*f*) (NAM ET IN HOC JUS MAJUS FRUCTUARIO NON HABENT:) Male rex dicitur fructuarius patrimonii populi: fructuarius enim in suam utilitatem fructus percipit, at rex fructus ex patrimonio populi non nisi in utilitatem reipubl. impendere potest; exceptis illis saltem reditibus, qui ex dispositione populi destinati sunt ad sustentandam dignitatem regia.

„*g*) (NEC ADMITTO EXCEPTIONEM SI RES MODICUM VALEAT:) Exceptionem hanc probat *Menoch. cons. 962. n. 20. 21. 22.* recte autem eam rejicit Author

dicum valeat, quia quod meum non eſt, ejus nec exiguam partem alienare mihi jus eſt: [h] ſed in rebus modicis, quam in magnis, conſenſus populi ex ſcientia & ex ſilentio facilius præſumitur. [i] Quo ſenſu & ad res patrimonii publici aptari poſſunt, quæ de neceſſitate & utilitate publica, in alienandis partibus, [k] ſupra diximus, tantoque magis, [l] quia momenti minoris res hic vertitur. Eſt enim patrimonium imperii cauſa conſtitutum.

§. XII.

[a] Sed in eo falluntur multi, quod res, quæ in fructu ſunt patrimonii, cum rebus patrimonii confundant. [b] Sic jus alluvionum in patrimonio eſſe ſolet, ipſa res quas fecit alluvio in fructu: [c] jus vectigalia exigendi in patrimonio, [d] pecunia ex vectigalibus procedens in fructu: [e] jus confiſcandi in patrimonio, [f] fundi confiſcati in fructu.

§. XIII.

„thor, ſecutus *Vasquium controv. l. 1. c. 5 n. 23.* rei „enim alienæ, etſi minimæ, alienatio nulla eſt.

„*h*) (SED IN REBUS MODICIS, QUAM IN MAGNIS, „CONSENSUS POPULI &C. FACILIUS PRÆSUMITUR:) „Dixi ſupra, conſenſum populi non præſumi, ne„que magis in modicis, quam in magnis, ſed eum „probandum eſſe.

„*i*) (QUO SENSU ET AD RES PATRIMONII PU„BLICI APTARI POTEST:) Ut ſcilicet etiam illud „patrimonium conſenſu tacito populi alienatum vi„deatur, ſi neceſſitas vel utilitas publica adſit, quod „refutavimus ſupra §. 9.

„*k*) (SUPRA DIXIMUS:) *h. c. §. 9.*

„*l*) (QUIA MOMENTI MINORIS RES HIC VERTI„TUR, EST ENIM PATRIMONIUM IMPERII CAUSA „CONSTITUTUM:) Author rationem differentiæ red„dit, cur magis populi conſenſus præſumatur in ali„enatione *patrimonii publici* ſi neceſſitas aut utili„tas adſit, quam in alienatione neceſſaria *ipſius* „*imperii vel ejus partis*; quia ſcilicet bona illa ad „tuendum imperium ſunt deſtinata, ſi proinde per „alienationem finis ille obtinetur, licita omnino „eſſe videtur: At dictum ſupra eſt, neceſſitatem „nullum jus in res alienas, adeoque nec in impe„rium ipſum, nec in ejus partem, nec in patri„monium populi Principi tribuere, neque partem „adminiſtrationis eſſe rem populi alienare.

a) (SED IN EO FALLUNTUR MULTI:) Author diſtinguendum eſſe ait inter rem ipſam quæ in pa„trimonio populi eſt, & inter fructum qui ex re illa redundat. Jus enim alluvionis, vectigalis &c. eſſe in patrimonio populi, ſed quod ex alluvione, vectigali &c. acquiritur, in fructu: quod ideo notare videtur Author, quia etſi jus ipſum alienare non poſſit, tamen commoda exinde provenientia alienari poſſe cenſet, utpote quæ principis arbitrio, adminiſtrationi, ac diſpenſationi relinquuntur.

ADDITIO.

„Differentia inter res patrimonii, & fructus „earum vera eſt: Quod vero regi facultas pro lu„bitu de illis fructibus diſponendi, adeoque & eos „alienandi competat, id admittere non poſſumus: „Uti enim res, ita fructus ſunt populi, rex nu„dus adminiſtrator eſt, adeoque de iis non niſi ad „uſus deſtinatos diſponere poteſt.

„Cum igitur fructus ex vectigalibus ad defenſio„nem reipublicæ ſint deſtinati, non poſſunt ad „alios uſus adhiberi: adeo ut rex rationes reddere „teneatur populo id petenti. Eademque ratio eſt „in omnibus reditibus ad defenſionem reipublicæ „deſtinatis.

„At ſi reditus ad ſuſtentationem menſæ, familiæ, „& dignitatis regi aſſignantur, de his rex pro lu„bitu diſponere poteſt, nec de iis rationes redde„re tenetur. Ejus enim arbitrio relinquitur quan„tum ad ſuſtentationem menſæ &c. adhibere ve„lit. Idem dicendum ſi res quædam, ut adeſpota, „regi ſunt relicta, hæc enim pariter pro lubitu „alienare poteſt, ea enim lege ei aſſignantur.

„*b*) (SIC JUS ALLUVIONUM IN PATRIMONIO „ESSE SOLET. &c.) Si ſcilicet alluvione aliquid ac„cedit patrimonio populi: (Nam de alluvione pri„vata id intelligi nequit, quia per alluvionem id „quod accedit acquiritur domino.)

„*c*) (JUS VECTIGALIA EXIGENDI IN PATRIMO„NIO:) Nam pars majeſtatis eſt tributa populo in„dicere.

„*d*) (PECUNIA EX VECTIGALIBUS PROCEDENS „IN FRUCTUS:) Eſt enim ea pecunia commodum „quod ex jure illo provenit: at uti jus, ita & fru„ctus eſt populi.

„*e*) (JUS CONFISCANDI:) Confiſcatio enim ſup„ponit jus leges faciendi, & pœnas ſtatuendi, „quod jus pars eſt majeſtatis, & ſic in patrimonio „populi.

„*f*) (FUNDI CONFISCATI:) i. e. commoda „quæ ex jure puniendi oriuntur: hæc commoda „relinqui ſolent regibus ad ſuſtinendam digni„tatem,

 a) (PE-

§. XIII.

Partes autem patrimonii [a] pignori opponi ex causa possunt a regibus, [b] qui plenum habent imperium, id est, [b] qui jus habent ex causa tributa nova indicendi. [d] Nam sicut populus tribuere ex causa indicta solvere tenetur, ita & rem ex causa pignori oppositam luere. [e] Luitio enim ista tributi quædam est species. [f] Est autem populi patrimonium regi, pro debitis populi, pignoris jure obligatum. [g] Potest autem pignori dari etiam res mihi pignorata. [h] Quæ autem dicta sunt a nobis hactenus, ita locum habent, [i] nisi lex imperio addita, aut regis, aut populi potestatem magis aut auxerit, aut contraxerit.

L. Greg. 13. § cum pignori 1. D. de pignor.

§. XIV.

a) (PIGNORI OPPONI EX CAUSA POSSUNT A REGIBUS, QUI PLENUM HABENT IMPERIUM:) Author ait, pignori dari a rege posse patrimonium populi, si rex *plenum* habet *imperium* i. e. si ea lege delatum est imperium, *ut nova tributa indicendi jus habeat:* Ex medii enim necessitate tunc sequi ait, populum luere pignus teneri, & haoc ipsam luitionem esse tributi speciem.

„b) (QUI PLENUM HABENT IMPERIUM:) De „regnis plenis vel minus plenis vide *l. 1. c. 3. §. 11.* „*12. 13. 14.*

„c) (QUI JUS HABENT EX CAUSA NOVA TRI„BUTA INDICENDI:) In omni regno regi jus est „tributa ex justa causa indicendi, etsi id in specie „in delatione dictum non sit; quia cui cura defen„dendi civitatem commissa est, ei etiam omnia „concessa sunt, sine quibus defensio commode per„agi nequit.

d) (NAM SICUT POPULUS TRIBUTA EX CAUSA INDICTA SOLVERE TENETUR, ITA ET REM &c. LUERE:) Hoc verum est, quia res populi ad defensionem populi oppignorata est, adeoque relui pignus ab ipso populo debet, saltem ob rem populi utiliter gestam.

„e) (LUITIO ENIM ISTA TRIBUTI QUÆDAM EST „SPECIES:) Quia scilicet indicuntur tributa ad re„luendum: si igitur rex pro suo arbitrio indicere „tributa potest, potest quoque ea indicere ad luen„dum pignora, quæ ob utilitatem civitatis credito„ribus data sunt.

„f) (EST AUTEM POPULI PATRIMONIUM REGI PRO „DEBITIS POPULI PIGNORIS JURE OBLIGATUM:) Mi„nus proprie asseritur patrimonium populi regi „pignoris jure esse obligatum. Si enim princeps „ad defensionem rei publicæ debita contrahit, „is adigere populum potest, indicendo tributa, ut „id quod in reipublicæ utilitatem versum est, sol„vat. eoque pignus reluat; idque non jure pi„gnoris, sed jure imperii.

„g) (POTEST AUTEM PIGNORI DARI ETIAM „RES MIHI PIGNORATA:) Thesis vera est, quia „creditor jus suum securitatis quod in re habet, in „alterum transfert. At negamus regi patrimo„nium populi pro his debitis pignori esse.

„h) (QUÆ AUTEM DICTA SUNT A NOBIS HA„CTENUS:) Scl. de alienatione, infeudatione, op„pignoratione, vel ipsius imperii, aut patrimonii „populi, vel partis.

i) (NISI LEX IMPERIO ADDITA, AUT REGIS AUT POPULI POTESTATEM MAGIS AUT AUXERIT AUT CONTRAXERIT, &c.) Plerumque enim potestas principis per leges aut capitulationes solet restringi. Ita in imperio Romano Germanico per capitulationes imperii cautum est, ne Imperator jus aliquod imperii alienet aut pignori det: Idque in Gallia, Suecia. Anglia &c. obtinere vidimus supra §. 3. E contrario in universo oriente mos obtinuit, ut reges libere alienare vel imperium vel partem imperii possint. *Vid. d. §. 3. & seq:*

(AD §. XIV.) Quærit hic Author, *an regnum per dispositionem testamentariam relinqui alii possit?* Res ita se habet:

PROPOSITIO I.

Testamentum est actus solius testantis de hæreditate transferenda in alium, qui post mortem testatoris eam accepiet.

DEMONSTRATIO.

Hinc differt a dispositionibus inter vivos, ubi requiritur consensus duorum: nemo enim vendere potest nisi alter emat, nemo tradere, nisi alter acceptet. &c. Essentia vero testamenti in dispositione uniusconsistit, definitur enim justa voluntatis *nostræ* (i. e. solius testatoris) sententia. *L. 1. ff. testam. ord.*

Præterea, per testamentum transfertur sola hæreditas, i. e. complexus omnium jurium: hinc res singulares non possunt testamento relinqui hæredi.

Denique, ut cum effectu testamentum obtineat, requiritur ut post mortem acceptetur, i. e. ut hæres adeat hæreditatem mortuo testatore, alias testamentum desertum dicitur. *§. 7. de Hær. quæ ab int.*

PROPOSITIO II.

Talis non est alienatio quæ fit in tempus mortis, cum lege revocandi.

DEMON-

DEMONSTRATIO.

Equidem inter vivos quoque dominus omne patrimonium suum in aliquem transferre potest, ea lege, ut demum post mortem domini effectum habeat, & interim pœnitere possit: at hæc dispositio non est testamentum: nam (1) esset translatio bonorum, non hæreditatis, quæ est complexus omnium jurium, etiam personalium. (2) Acceptatio ab altero hic fit vivente testatore, testamentaria autem dispositio ab hærede acceptatur demum post mortem. Adeoque (3) in priori dispositione est actus inter duos, cum in testamento sit actus solius testantis: in quo essentia testamenti consistit.

Neque *obstat*, quod etsi hic sit dispositio inter vivos, ea tamen vim non habeat nisi post mortem: Resp. jus tamen est consensu mutuo statim quæsitum, & executio saltem post mortem dilata est, secus ac in testamentaria dispositione, ubi jus demum quæritur ex acceptatione quæ fit post mortem: *priori* igitur casu revocare potest, quia partes ita pacti sunt, & , quamdiu non revocat, jus quæsitum manet ei cui promissum est: *posteriori* casu revocare testator potest ex natura negotii, quod imperfectum est quamdiu hæres non acceptat, acceptare autem non potest, nisi post testatoris mortem.

PROPOSITIO. III.

Testamentum igitur jure naturæ nullum est, per Pos. VI. sed nec jure civili validum, nisi ad hoc, ut hæres post mortem testatoris accipere, eoque validum efficere possit, ope fictionis.

DEMONSTRATIO.

Ex dispositione igitur testatoris jure naturæ nulla obligatio oritur (1) quia disponit de hæreditate *post mortem* transferenda, post mortem vero omne jus testatoris cessat. (2) In translatione juris necessario requiritur actus duorum, quia agitur de jure ejus qui transfert, & de jure ejus in quem transfertur. At testamentum est dispositio unius, ex qua proinde nemini jus quæritur, (3) Nullum tempus est in quo utriusque consensus concurrit; non vivo testatore, quia ibi deficit acceptatio hæredis; non tempore aditionis hæredis, quia tunc deficit voluntas testatoris, eum mortuus consentire non possit. Neque (4) allegari potest, vivum semel consensisse, atque hunc consensum morte confirmasse: Nam vera dispositio, ex qua jus alii quæritur, requirit ut uterque *simul* consentiat, vid. Authorem *supr. §. 2.* conf. *l. 9. §. 4. ff. R. D. l. 10. §. 1. l. 20. eod. l. 37. §. 3. 4. & fin. eod. l. 10 de Donat.* qui casus in testamento nunquam occurrit. Porro & (5) tota testamentaria dispositio nititur fictionibus, is enim qui post mortem acceptat testamentum, fingitur acceptasse in ipso momento mortis. Ideo igitur etiam jure civili consensus utriusque, & testatoris & hæredis necessarius videbatur, ut tria tempora, dispositionis, mortis, & aditionis, per fictionem conjungerent leges Romanæ: fictiones autem sunt meri juris civilis.

Sed nec (6) jure civili jus ex testamento quæsitum esse vel ex inde apparet, quia dispositioni inest lex, si hæres adierit, adeoque acceptatione approbaret dispositionem testatoris, quæ si deficit, testamentum est ipso jure nullum. §. 7. *Inst. Hæred. quæ ab int.* Quod verum non esset, si per se & ante acceptationem subsisteret: certum ergo est testamentum per se vim juris non habere, sed sustineri saltem ad eum effectum, ut hæres adeundo post mortem testatoris validum efficere possit. Atque hinc etiam apud plerasque gentes, quæ Græcis vel Romanis non paruerunt, incognita fuere testamenta: De Germanis id diserte tradit *Tacitus de mor. Germ. c. 20.* De Americæ & Asiæ populis id docet experientia. Aristoteles inter leges conservandæ Democratiæ hanc quoque tradit, hæreditates non testamento sed agnatione sunt deferendæ. Addita ratione, quia sic eo magis æquabiles erunt facultates. *V. Polit. c. 8.* Quantum malorum libertas testandi introduxerit, ex Aristotele *Polit. l. 2. c. 9.* & Plutarcho *in Agide*, ac denique ex Bodino *de repub. l. 5. c. 2.* refert Puffendorff de *Jur. Nat. l. 4. c. 11.*

Neque *obstat* morem aliquem testandi inter omnes fere gentes receptum fuisse, quod testatur Valerius Maximus *l. 5. c. 2. in fin.* & Tacitus tanquam singulare aliquid in Germanis notat, quod usum testamentorum non habeant. De usu minoris Asiæ constat ex Attali exemplo, qui populum Romanum testamento hæredem instituit. *Vid. Florus libro II.* De Persarum more Cyrus exemplum præbet apud *Xenoph. l. 8.* In Africa Jugurtha filium Micespam hæredem fecit. *Sallust. in Jugurtha.* Conf. ea quæ Author *in notis ad h. §.* & supra *c. 4. §. 12.* habet. Resp. 1) Pleraque exempla magis sunt dispositiones inter vivos, quæ vel præsentibus liberis, vel Statibus imperii &c. peracta sunt. Sic etiam Jacobus per dispositionem inter vivos filios Josephi hæredes suos constituit, qui ipsi præsentes tunc fuere, & de tali dispositione intelligi debet admonitio Ezechiæ facta à Propheta, *præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non vives. 2. Reg. c. XVIII. v. 1.* 2) Sæpius ejusmodi testamentis contradictum fuit, & plerunque effectu caruerunt. *Vide disputationem nostram de Test. princ. part. 11. §. 2.* 3) Sæpius quoque vi, non jure, tales dispositiones effectum nactæ sunt. *d. dissert. part. 2. §. 2. in fin.* 4) In quibusdam regnis, quibus commercium cum Romanis fuit, uti aliæ consuetudines, ita & testamentorum quoque usus, receptus est; sed id tum meri juris civilis est.

PROPOSITIO. IV.

Hinc (a) *testamentum etiam jure Romano pro lubitu à testatore mutari potest.* (b) *Hæreditas ab hærede non acceptata non transmittitur.*

DEMONSTRATIO.

Ex eo igitur, quod dispositio sola testatoris nullum jus in hæredem transferat, sequitur (a) quod mutare voluntatem possit, etsi juramento se adstrinxerit se non mutaturum. *L. 1. C. SS. Eccles.* quia hæredi nullum jus quæsitum est ex dispositione etsi jurata: nam cum totum testamentum vim juris vivente testatore non habeat, eadem lex testamento addita, quæ est pars testamenti: Si vero valida fuisset dispositio testatoris, mutari non posset. (b) quod, si hæres moritur ante acceptationem, hære-

§. XIV.

I. Illud quoque sciendum est, [a] cum de alienatione agimus, sub eo genere nobis etiam testamentum comprehendi. Quanquam *Arist.* II. *Pol.* VII. enim testamentum, [b] ut actus alii, [c] formam certam accipere possit a jure civili, [d] ipsa tamen ejus substantia cognata est dominio, [e] &

hæreditatem non transmittat ad suus hæredes, quia jus nondum ei quæsitum est; utpote quod demum auquiritur per aditionem: quod ergo defunctus non habet, ad suos hæredes transmittere nequit.

Utrumque fecus se hsbet in actu inter vivos, ubi boua transferuntur in casum mortis & sub lege revocandi: Nam ibi mutare neuter voluntatem potest, & si jus pœnitendi reservatur, id ex pacto est, non ex natura negotii: sed & is qui acceptat promissum.jus hoc semel sub conditione & in casum mortis quæsitum transmittit ad omnes hæredes, qui in jus defuncti succedunt, in momento enim mortis purificatur conditio.

PROPOSITIO V.

Jure Naturæ rex nec ex testamento valido obligari; capere vero etiam ex invalido; facere denique testamentum de rebus suis protest prout lubet.

DEMONSTRATIO.

Primo igitur rex ex testamento sui antecessoris, ut ut valido, non obligatur: Cum enim summi principes solo jure naturæ obligentur, quo nullum est testamentorum vestigium, ex dispositione, quæ jure non subsistit, nullum jus nec ulla obligatio oriri potest. *d. disp. p. 2. §. 2. & §. 12.*

Secundo Rex hæres io testamento imperfecto scriptus, capere hæreditatem potest, quia solennitates sunt meri juris civilis, quo princeps institutus non obligatur. Sed in aliorum quoque testamentis omnes solennitates supplet. *dict. disp. part. 2. §. 5.* Atque hinc testamenta Statuum valere, etsi solennia observata non fuerunt, verum est. *ibid. §. 8.*

Excipe si res inter principem & extraneum privatum agitur. Quia princeps saltem supplet solennia in suis terris, non in alieno territorio. *ibid. §. 6.*

Tertio Rex testamento de rebus suis disponere potest prout lubet, nec solennia jure civili præscripta observare tenetur. Modo inter ipsum & cives res agatur. *ibid. §. 8.*

Hinc Princeps pro parte testatus pro parte intestatus decedere potest. *ibid. §. 15.*

ADDITIO.

„Notum est, testamentorum substaotiam certis „solennibus consistere, quibus deficientibus non est „testamentum, nec ulla jure civili inde oritur obligatio. Præterea certum est priocipem, quoties ut „privatus agit, ac de suo jure privato disponit, ju„re privatorum uti, ac in ejusmodi actibus leges „civiles locum obtinere, adeoque deficientibus so„lennibus, quæ ad substantiam actus pertinent, „actum Principis nullum esse. *Grot. l. 2. c. 14. §. 1.* „*§. 2. n. 2. §. 6. n. 3.* & late Doctores apud *Muller. ad* „*Struv. Ex. 33. §. 9 lit. b.* etsi ipse cum Struvio „dissentiat. *Conf. Diss. prooem. XII. §. 297. & 421.* Si „proinde testamentum solennibus destitutum est, id „nec jure naturæ subsistit, nec jure civili: non „*jure naturæ*, utpote quod testamenta ignorat; nec „*jure civili*, quia testamentum jure civili non est, „solennibus quippe deficientibus. *dict. Diss. §. 270.*

„Neque *obstat*, principem esse solutum legibus, „adeoque & solennibus lege statutis: Resp. Quan„do princeps actum aliquem, cujus substantia certa „solenoia requirit, peragere vult, necessario illa „solennia adhibere debet, qui enim vult antece„dens, vult etiam consequens: Hinc non valet „emtio Principis sine pretio, locatio sine merce„de; stipulatio sine verbis. *Grot. d. c. 14. §. 5.*

„Totam hanc materiam, omnesque quæ *de te*„*stamentis Principum* formari soleut quæstiones, „latius exposui in *Dissert. proœm. XII. §. 296* „*Junct. §. 421. & seq.* Cæterum B. frater, quondam „Præses Regiminis Magdeburgici, gravissimam „hanc materiam speciali dissertatione illustravit, „quam *de testamentis principum* inscripsit.

„*a*) (CUM DE ALIENATIONE AGIMUS:) Au„thor enim hoc capite agit de acquisitione deriva„tiva facto hominis, quæ fit per alienationem, „*Grot. h. c. §. 1.* eoque refert testamentum. *§. b.*

„*b*) (UT ACTUS ALII:) v. g. stipulatio, quæ „necessario verba &c. requirit.

„*c*) (FORMAM CERTAM ACCIPERE POSSIT A „JURE CIVILI:) Qua neglecta actus nullus est.

„*d*) (IPSA TAMEN EJUS SUBSTANTIA COGNA„TA EST DOMINIO:) Sensus est: Substantiam do„minii consistere in jure alienandi: Cum igitur „testator, testamentum conficiens, alienat in mortis „eventum, hactenus testamentorum substantiam „cognatam esse dominio putat; At dictum est „plane hic non subesse alienationem, tum quia te„stator non disponit nisi mortuus, tum quia hæ„res non accepit nisi testatore mortuo, adeoque „verum non est testamenti substantiam cognatam „esse dominio. *Conf. Diss. prooem. XII. §. 269. n. 7.*

„*e*) (ET

[e] & eo dato juris naturalis. [f] Possum enim rem meam alienare non pure modo, sed & sub conditione; [g] nec tantum irrevocabiliter, sed & revocabiliter, atque etiam retenta interim possessione & plenissimo fruendi jure. [h] Alienatio autem in mortis eventum ante eam revocabilis, retento interim jure possidendi ac fruendi, est testamentum. Vidit hoc recte [i] Plutarchus, qui cum a Solone dixisset permissum civibus testamenti factionem, addit; τα χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν [k] *effecit, ut res cuique suæ propriæ & in pleno dominio essent.* Vit. Solon. p 90. A. Decl. 308.
[l] Quintilianus pater in declamatione: *Potest grave videri etiam ipsum patrimonium, si non integram legem habet, & cum omne jus nobis in id permittatur viventibus, auferatur morientibus.* Hoc jure Abrahamus si sine liberis decessisset, [m] res suas Eliezero relicturus fuerat, [n] ut indicat locus Gen. XV, 2. Decl., 308 init.

2. Quod

„e) (ET EO DATO JURIS NATURALIS:) Author „intelligit jus naturale pro certo rerum statu, post„quam nimirum gentium consensu dominia intro„ducta fuere: In primævo enim hominum statu „nulla fuisse dominia, sed omnes res communes „fuisse fingit. Sed alibi probavimus tale jus naturæ „pro certo rerum statu non dari, & dominia cum „ipso genere humano initium cepisse: sed & in „præcedentibus demonstravimus, per testamenta „non fieri alienationem, indeque ea nullo sensu „dici posse juris naturalis; sed merum sunt inven„tum juris civilis.

f) (POSSUM ENIM REM MEAM ALIENARE NON PURE MODO, SED ET SUB CONDITIONE:) In thesi hoc verum est, quia quisque de rebus suis disponere, eisque pro lubitu legem dicere potest, potest igitur etiam alienare *in mortis eventum.*

g) (NEC TANTUM IRREVOCABILITER SED ET REVOCABILITER:) Ex eadem ratione: prout enim quisque de jure suo disponit ita jus est: Adeoque dominus omnia sua bona in mortis eventum alienare potest, ea lege ut salvum sit jus revocandi ante mortem.

h) (ALIENATIO AUTEM IN MORTIS EVENTUM ANTE EAM REVOCABILIS, RETENTO INTERIM JURE POSSIDENDI AC FRUENDI, EST TESTAMENTUM:) Hanc definitionem toto cœlo a testamento differre modo diximus: Nam *alienatio* sua natura supponit actum duorum, & voluntatem tum alienantis tum acceptantis: *testamentum* autem est actus unius, unde jure naturæ nullum jus oritur, nullaque obligatio; Hic igitur actus nullum effectum habet, non vivente testatore, quia hæres non acceptavit, adeoque nullum jus habet; non mortuo testatore, quia tunc cessat consensus disponentis, cujus jura, adeoque & facultas consentiendi, morte deficiunt. Nunquam igitur hic casus existit ubi utriusque voluntas concurrit. *Vid. supra Prop. III.*

„i) (PLUTARCHUS:) In *Solone*, quem locum „explicat *Puffend. de jur. nat. l. 4. c. 11. §. 8.* Adda„tur *Demosthenes adversus Leptinen.*

„k) (EFFECIT UT RES CUIQUE PROPRIÆ ET „IN PLENO DOMINIO ESSENT:) Plutarchus sup„ponit testamenta, â Solone, adeoque lege civili in„troducta esse: & hoc posito verum est, per hanc „introductionem civium dominium plenissimum, „& plenius dominio naturali, factum esse; quia dis„positio talis ex lege civili valet etiam post mortem, „cum jure naturali morte desinat omnis dispositio.

„l) (QUINTILIANUS:) Hic oratorio more „commendat saltem jus testandi tanquam egre„gium juris civilis inventum.

„Quanquam aliæ gentes æquitatem ultimarum „voluntatum admodum suspectam habuerint. „Aristoteles inter leges conservandæ Democratiæ „hanc tradit: Hæreditates non testamento sed a„gnatione sunt deferendæ, sic enim facultates ma„gis erunt æquabiles: *Lib. 5. pol. c. 8.* Quantum „malorum libertas testandi introduxerit ex *Aristo„tele Pol. l. 3. c. 9. Plutarcho in Agide, & Bodino „de republ. l. 5. c. 2. &c.* refert Puffendorf *de J. „N. l. 4. c. 11.* Conf. *Argentraus in Comment. ad „Conf. Britt. ad Rubr. tit. 22. & 23. Boer. in Conf. „Biturg. §. 4. tit de testam. Tiraq. Le mort saisit „le vif p. 3. Sect. 7.*

m) (RES SUAS ELIEZERO RELICTURUS FUERAT:) Dictum supra est inter plerasque gentes, & præcipue inter Ebræos, fuisse aliquem testandi modum: sed id ex lege erat, non ex naturæ ratione.

ADDITIO.

Imo non de testamento loquitur Abrahamus, sed cogitavit forte de eo adoptando. *Vid. Tesm. h. & Puff. jur. nat. l. 4. c. 1. §. 10.*

n) (Grot.) (UT INDICAT LOCUS GEN. XV.) Habes apud *Sophoclem* Trachiniis (*vers.* 164.) testamentum Herculis, apud *Euripidem* Alcestidis, (*Alc*, 282. *& seqq.* & apud *Homerum* etiam voluntas ultima de rebus agendis, ut ex Andromaches & Penelopes verbis ostendit *Plutarchus.* (*De Poesi Homer.* p. 74. *Ed. Barnes.*) Alia veterum testamentorum exempla attulimus supra libro I. Cap. III. §. 12. in textu & annotatis, Hebræis usitata testamenta apparet *Deut. XXI. 16 Sirachida* cap. XXXIII, 25. (In testa-

2. Quod vero alicubi [o] externis teſtamentum facere non conceditur, id non eſt ex jure gentium, ſed ex jure proprio illius civitatis, [p] &, ni fallor, ab illa veniens ætate, qua externi quaſi pro hoſtibus habebantur: [q] itaque apud moratiores populos merito exolevit.

CAPUT VII.

De acquiſitione derivativa, quæ fit per legem, ubi de ſucceſſionibus ab inteſtato.

§. I.

teſtamento *Herculis & Alceſtidis*, quod vocat Auctor noſter, nil de bonis ſtatuitur: ſed tantum mandata quædam dantur. At eſt donatio quædam mortis cauſa, in *Alceſtide* EURIPIDIS; non quidem ab *Alceſtide* facta, ſed ab *Hercule* verſ. 1020. & *ſeqq.* quam etiam Author pro exemplo adfert *in Sparſione Florum ad jus Juſtinian.* pag. 36. unde fortis orta confuſio. *J. B.*)

o) (EXTERNIS TESTAMENTUM FACERE NON CONCEDITUR, ID NON EST EX JURE GENTIUM:) Omnino hoc eſt ex jure gentium: nam lex quæ facultatem teſtandi concedit, in favorem civium lata eſt, adeoque ad extraneos non pertinet.

ADDITIO.

„Author, qui teſtamenta eſſe juris naturalis aſ„ſeruit, obſervavit, apud plurimas gentes extra„neos excludi a teſtamenti factione, hinc quærit, „an id ſit ex jure gentium voluntario? Quod negat, „& id eſſe juris gentium plurium civitatum ait: Nos „ neutrum jus agnoſcimus, teſtamenta ſunt meri „juris civilis, adeoque civitas quælibet extraneos „excludere ab hoc beneficio poterit.

p) (ET, NI FALLOR AB ILLA ÆTATE, QUA EXTERNI QUASI PRO HOSTIBUS HABEBANTUR:) Talem ætatem nunquam fuiſſe vidimus ſupra *L.* 1. *c.* 2. *§.* 8. *n.* 3. *Vid. indicem voc. externus.*

„*q*) (ITAQUE APUD MORATIORES POPULOS ME„RITO EXOLEVIT:) Jus quod nunquam fuit, exo„lere non poteſt.

(AB

§. I.

[a] Lege quæ fit acquiſitio derivativa, ſive alienatio, [b] fit aut lege naturæ, aut lege gentium voluntaria, [c] aut lege civili. [d] De lege civili non agimus, id enim infinitum foret, [e] & præcipue de bellis controverſiæ ex lege civili non definiuntur. Tantum notandum eſt [f] leges quaſdam civiles eſſe plane injuſtas, ut [g] quæ bona naufragorum

„(AD §. 1.) In nulla juris naturalis parte magis „a ratione naturali recedit Author, quam in mo„dis acquirendi domioii.

„Poſtquam expoſuit, quo modo *ſingulari jure* „aliquid noſtrum fieri poſſit, (nimirum (1) per „acquiſitionem *originariam*, *c. 3. §. 1.* tum rerum, „*c. 4. c. 5.* tum juris in perſonam. *c. 5. §. 1.* (2) Per „acquiſitionem *derivativam d. c. 3. §. 1. junct. c. 6.* „*§ 1.*) Porro ſuppunit, acquiſitione *derivativa* oo„ſtrum aliquid fieri *facto hominis*, aut *legis*. *c. 8. §. 1.*

„*Facto hominis* noſtrum aliquid fieri ſtatuit, ſi „quis dominium rei ſuæ, vel partis ejus, in oos trans„fert: quod etiam citra traditionem, ſola volun„tate, & nudo pacto fieri putat. *d. c. 6. §. 1. c. 8. §.* „*25. c. 11. §. 1. n. 3. c. 12. §. 15. c. 13. §. 15. n. 1.*

„*Facto legis* noſtrum aliquid fieri derivative „ait, aut *lege naturæ. c. 7. §. 1.* aut *lege gentium vo*„*luntaria. d. §. 1. junct. c. 8.*

„De acquiſitione derivativa quæ fit ex *lege naturæ*, „Author hoc capite agit; eamque duplici modo fieri „ait, vel *per expletionem juris*, quando ſcl. id quod „meum nondum eſt, ſed mihi dari debet, vel lo„co rei meæ aut mihi debitæ, æſtimationem ſeu „tantundem accipio: *cap. h. §. 2.* vel per *ſucceſſio*„*nem*, per quam lex naturæ bona defuncti in pro„ximos transfert, ex conjectura voluntatis defuncti. „*cap. h. §. 3.*

„De acquiſitione quæ fit ex *lege gentium* agit „*cap. ſeq. §. 1.*

„Satis repeti non poteſt quod ſæpius monui„mus, novas has diviſiones, oovosque ac obſcu„ros hos terminos, diſciplinam per ſe claram, ac „certis principiis conſtantem, incertam & dubiam „reddere: Magis ſe nobis commendat methodus „juris Romani, quæ ſupponit: *omnes res natura* „*nullius eſſe, adeoque originarie non niſi per occu*„*pationem, ſeu apprehenſionem corporalem, in pro*„*prietatem venire. i. e. ſingulorum fieri poſſe.* Re „autem ſemel occupata, adeoque in dominio oo„ſtro conſtituta, derivari eam in alios vel *facto no*„*ſtro*, ſcl. per ſpecificationem, traditionem &c. vel „*jure rei noſtræ*, ſcl. per vcotrem, incrementa fluvialia, „&c. vel per *ſucceſſionem* ſeu hæreditatem. *Vid. §. 2. lit. b.*

„Cæterum ſuo locu notavimus 1) acquiſitiooem „originariam *juris in perſonam* male inter modos „acquirendi dominii referri. 2) Verum non eſſe „dominium rei in alios transferri ſola voluntate, „& citra traditionem. Addimus 3) acquiſitiones „*derivativas*, quas Grotius ex *lege naturæ* fieri ait „per *expletionem juris*, potius referri debere ad „acquiſitiones quæ fiunt *facto hominis:* Uti enim „res ipſa citra traditionem ooſtra non fit, ita nec „ejus æſtioatio, ſane res tantundem valens non „poteſt dici in ooſtra eſſe proprietate, niſi corpo„raliter ejus poſſeſſio a nobis apprehenſa, i. e. „facto homiois tradita ſit. Sed & 4) verum non eſt, „*ſucceſſiones* citra *factum hominum* ſola naturæ le„ge deferri: Liberi enim ſuccedunt ex voto pa„reotum, qui ea lege ſe jungunt, ut liberi ex „iis nati familiam contineant: hinc liberi quo„dammodo domini rerum paternarum dicun„tur. Denique 5) acquiſitiooes, quas Author juri „gentium voluntario tribuit, ex ipſa lege oaturæ ſe„qui, cap. ſeq. demonſtrabimus.

a) (LEGE QUÆ FIT ACQUISITIO DERIVATIVA:) Hactenus enim Author egit de acquiſitione derivativa quæ fit *facto hominum*, ſcilicet per traditionem & alienationem. *tot. cap. 5.*

b) (FIT AUT LEGE NATURÆ:) Vel, quod idem eſt, jure gentium primævo.

c) (AUT LEGE GENTIUM VOLUNTARIAM:) Quam Doctores vocant jus gentium ſecundarium.

ADDITIO.

„Tale jus gentium voluntarium ſeu ſecundarium „non dari, neque jure Romano id unquam cogni„tum fuiſſe, alibi demonſtravi. *Vid. Diſſertat.* „*prooem. IV.* Sed & modos acquirendi, quos Au„thor juri huic gentium tribuit, vere naturales eſſe, „capite ſequenti demonſtrabimus.

d) (DE LEGE CIVILI NON AGIMUS, ID ENIM INFINITUM FORET:) Legiſlatores enim pro varia utilitate reipublicæ infinitos acquirendi modos ſtatuere poſſunt, & actu ſtatuerunt.

„*e*) (ET PRÆCIPUE DE BELLIS CONTROVERSIÆ „EX LEGE CIVILI NON DEFINIUNTUR:) Quia bel„lum inter populos & populorum rectores geri„tur, inter quos ſolum jus naturæ obtinet *Vid.* „*Proleg. §. 1.*

f) (Grot.) LEGES QUASDAM CIVILES ESSE PLANE INJUTAS:) Ut olim apud Anglos, Armoricos, Siculos. Veteris talis legis in Græcia mentio apud *Sopatrum* & *Syrianum* in Herioogenem. (Εἰς ςάσεις, pag. 107. *Ed. Venet.* 1059.) Chriſtianus rex Daniæ, lege de naufragorum bonis confiſcandis abrogata, dicebat ſibi periiſſe annua c. aureorum millia: meminit & Brigitta mali hujus maris VIII, 6. & Speculum Saxooicum II, 29. de Dania agens, & c. Excommunicationis, de raptoribus. Tum vero *Crantzius* Vandalicorum XIII, 60. XIV, 1. *Cromerus* Polonicorum XXI. (pag. 509. *Ed. Baſil.* 1555.)

ADDITIO.

Doctores magnum cumulum iojuſtarum legum afferre ex jure Romano ſolent, ſed ſi ratio earum rite evolvitur, oihil quod iojuſtum videri poſſet remaoebit.

g) (QUÆ BONA NAUFRAGORUM FISCO ADDICUNT:) Nam quorundam locorum conſuetudi-

ne id apud Romanos receptum fuiſſe patet ex *Authentica Naufragia* &c. *C. de furtis.*

Merito igitur quæritur, an Princeps talem legem ferre poſſit? Negatur 1) quia Principi jus alii a natura quæſitum auferre nequit, niſi ex utilitate publica aut in pœnam; at publice non intereſt ut miſeri deprædentur, nec pœnam merentur qui naufragium faciunt. Sane 2) jus transeundi natura omnibus commune eſt, quo etiam pertinet appulſus ad littora, hoc jus impeditur per talem legem. 3) Princeps juris tuendi cauſa conſtitutus eſt, non autem tuetur jura, qui innocentibus bona auffert. Sed & 4) nihil magis perfectioni humanitatique contrarium eſt quam afflictos, quos juvare magis debemus, tam atrociter ſpoliare. Atque hinc 5) apud moratiores gentes conſuetudo talis improbatur. Idque ex legibus inprimis Romanis apparet. Nam in *L. 3. §. f. ff. Incend. ruin.* is qui naufragos ſuppreſſit, fecitque dolo malo quo minus navi vel periclitantibus ſubveniretur, ex lege Julia de Sicariis tenetur. Add. *L. 1. C. Naufr.* ubi hanc rationem addit Imperator: *Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur.* Sed & porro in *Auth. Naufragium C. de furt.* ita diſponitur: *Tam ipſa navigia, quam navigantium bona, illis integra ſerventur ad quos ſpectabant antequam navigia hujusmodi periculum incurriſſent, ſublata penitus omnium locorum conſuetudine quæ huic adverſatur ſanctioni:* deſumta autem eſt hæc Authentica ex conſtitutione Friderici in *V. feud. 9.* Atque hanc prohibitionem renovavit Carol. V. in *O. C. art. 221.* ibi: **Desgleichen an vielen Enden der Mißbrauch/ so ein Schiffmann mit seinem Schiff verfähret, schiffbrüchig würde, daß er alsdann der Obrigkeit dessen Orts mit Schiff, Leib und Güthern verfallen seyn soll. &c.**

Neque OBSTAT 1) quod Princeps prohibere poſſit ne amicorum quoque naves accedant ad littus, ergo & pœnam ſtatuere ut accedentium bona cedant fiſco. Reſp Et antecedens & conſequens falſum eſſe: *prius*, quia tranſitus eſt juris gentium: *poſterius*, quia pœna ſtatui non poteſt in eos qui inviti accedunt.

OBSTAT 2) Legem eſſe poſſe, & alicubi eſſe, ut ex quavis nave principi ſolvatur certa pecuniæ quantitas: id veru longe pluris eſſe quam commodum naufragii, cum vix milleſima navis pereat: minus ergo eſſe naufragia dari loco nummorum. Reſp. Imo magna differentiæ ratio eſt: Nam (1) in ſolutione certæ pecuniæ par cauſa eſt omnium; ſecus ac in naufragio. (2) Pecunia illa ex lucro ſolvitur, & ejus intuitu; hic omnia perdit dominus. (3) Hoc jure poſito lucroſi nihil, calamitoſi omnia ſolverent pro aliorum tranſitu felici: Sed & (4) onus illud ſolvi ſolet pro ſecuritate, pro receptione in portum, & in compenſationem impenſarum &c.

OBSTAT 3) quod naufragi appellentes, & hanc legem ſcientes, videantur conſentire: Reſp. (1) cum talis lex ſtatui non poſſit citra injuriam, nunquam videri poteſt in eam conſenſiſſe naufragus: (2) Sane is qui appellit ad littus, ſuo jure gentium utitur, non autem videtur conſentire in ablationem rei ſuæ qui utitur ſuo jure. Neque (3) conſentire videtur qui non ultro ſed tempeſtate coactus ad littus accedit.

OBSTAT 4) Mos plurium gentium, quem refert *Bodin. L. 1. de rep. c.* 10 & Author in notis antea relatis. Adde *Nicet. Chron. Andron. L. 2. p.* 353. qui apud Romanos, eosque ſolos, hoc jus obtinuiſſe ait: Anna Momorantius legato Cæſaris bona naufragia repetenti reſpondet, ea quæ ad littus ſunt ejecta gentium omnium jure ad principes, qui littoribus imperant, pertinere: rationem addit Grammondus *Hiſt. Gall.* 16. *p.* 717. *Certo naufragio mutatur titulus poſſeſſionis: defendique poteſt opinio quæ maris littora communia omnibus faciens, primo occupanti res in littora inventas tribuit.* Reſp. 1) Paucillimæ ſaltem gentes ſunt ubi mos hic obtinuit: apud Romanos enim, qui tres fere urbis partes tenebant, abolita fuit. 2) Obtinuit ergo inter gentes feras, adeoque eſt potius veſtigium priuæ illius feritatis.

ANDITIO.

„Pleriſque legibus maritimis hic mos abrogatus
„eſt: Vide **das Jutlandische Recht:** *c.* 61. *&*
„64, *L.* 3. **das Dähnische Recht:** *art.* 49. *&*
„73. **Norwegische Recht** *c.* 26. **Schwedische**
„**Recht** *c.* 14. *item* **Seerecht** *p.* 378. **das Nie-**
„**derländische Recht** *de ao.* 1498. *Loccen. de jur.*
„*mar. c. 8. n.* 20. *Stypm. de jur. Mar. part. v.* 25.
„*Strauch. de imper. Mar. p. 5. c.* 9. Jus canoni-
„cum excommunicat eos qui naufragis bona aufe-
„runt. *Cap. Excommunicationis. X. de rapt.* An-
„dronicus Græcorum Imperator ſeveriſſimo edicto
„id prohibuit. *Nicet. Chron. Andron. d. l.* Duces
„Pomeraniæ variis edictis ao. 1274. 1497. &
„1560. in mari Baltico ſuſtulerunt hunc abuſum
„Vid. *Crameri* **Pommersche Kirchen-Historie**
„*L. 2. c. 49. f.* 133. *Rangon. de orig. Pomer. p.* 336.
„In ipſa Gallia, ubi tamen morem hunc barbarum
„obtinere ajunt, quosdam inter conſiliarios fuiſſe
„refert Grammondus *d. l. qui proprietariis merces*
„*reſtitui oportere contendebant, non adeo interverſa*
„*poſſeſſione, quin capſulis manerent adhuc ſigilla im-*
„*preſſa, queis diſtinguebantur.* Sane ratio a Gram-
„mondo contra naufragos allegata inepta eſt: naufra-
„gium non mutat titulum poſſeſſionis, & verum in
„genere non eſt, res in maris littoribus inventas cedere
„occupanti: Hoc enim concedi ſaltem debet de
„rebus nullius, quæ dominium non habent, at non
„de rebus jam occupatis, quarum dominium ad
„naufragos pertinet: Atque hanc ſententiam
„omnes defendunt Doctores nemine fere excepto:
„*Vid. Jac. Gothofr. in diſp. ſpeciali ad l. deprecatio.*
„*ff. L. Rhod. de jactu. Rebuff. in proem. ad Leg.*
„*Reg. gloſſ.* 5. *n.* 74. *Mathia de crim. tit. furt. n.* 4.
„*Gudelin de Jur. nov. L.* 5. *c.* 10. *Gail.* 1. *Obſ.* 18.
„*Tepat. dec.* 534. *Leon. in cont.* 17. *n.* 4. *Chriſtina.*
„*Vol.* v. *dec.* 64. *Mindan. de Mandat. L.* 2. *c.* 57.
„*Leſſ. de juſt. & jur. L. 2. c. 5. dub.* 18. *n.* 67. *Par-*
„*then. litig. L. 1. c. 13. n.* 5. *Panschm. Supplic. Cam.*
„*c.* 11. *p.* 588, *Schottel. de ſing. in Germ. jur. c.* 20.
„*p.* 378. *ſeq. Add. Caſſiodor.* 4. *Var.* 7. Etſi con-
„trarium ſentiat Caramueles apud *Oſiandrum in*
„*not. h.* & Momoranzius apud *Bodin. de republ.*
„*l. 1. c. f. in fin.* nec non Grammondus *alleg. loc.*

„Tri.

gorum fiſco addicunt. Nulla enim causa præcedente probabili, [h] dominium alicui ſuum auferre mera injuria eſt. Bene Euripides Helena *verſ.* 456.) *Auth. naufragia poſt leg. 18 C. de furtis.*

Ναυαγὸς ἥκω ξένος ἀσύλητον γένος.

Sum naufragus, [i] ſpoliare quod genus eſt neſas.

Quod enim jus habet fiſcus [k] (verba ſunt Conſtantini) *in aliena calamitate, ut in re tam luctuoſa compendium ſectetur?* [l] Dion Pruſæenſis oratione VII. de naufragio locutus: μὴ γὰρ εἴη ποτέ ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μηδὲ κερδᾶναι κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυσχυίας, *Abſit, o Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio.* *L. 1. C. de naufrag. Lib. xi.* *Pag. 109 B.*

§. II.

1. [a] Lege naturæ, quæ ex ipſa dominii natura ac vi ſequitur, duplici-

„Triplex tamen hujus regulæ eſt exceptio. Nam „(1) Jure talionis omnino bona naufragorum fiſco „vindicari poſſunt. Naufragi enim non poſſunt im„probare leges, quibus ipſi utuntur. (2) Auferri quo„que poſſunt in pœnam, ita enim apud Romanos lex „perpetua lata fuit, quæ juſſit Judæos in Inſulam Cy„pri allidentes, ſive ultro ſive vi tempeſtatis, cruci „affigi; idque in pœnam rebellionis ita decretum „fuit: Huc quoque pertinet Lex Armoricorum, „quæ ideo naufragos bonis ſpoliabat, quod homi„nes ſe mari ſcopuloſo, & portubus carente, adeo„que præſenti periculo, lucri cauſa committerent. „*Vide Choppin. de Doman. l. 1. c. ſ. n.* 10. (3) Si „dominus non apparet: tunc enim bona acqui„runtur fiſco tanquam adespota & hero carentia. „At certum tempus plerumque definiri ſolet, & „fere ubique annus & ſex ſeptimanæ, intra quod „domino jus vindicandi res naufragas conceditur: „quo tempore elapſo res pro derelicta habetur, & „ſic tanquam res nullius cedit fiſco, idque Jure „Prutenico quoque obtinet. *Vid. Groenweg. ad l. 1. c. Naufr. Perez ibid. n.* 79.

„Denique notandum eſt, moribus quoque obti„nuiſſe, & quidem jure, ut naufragi pro opera & „impenſis certum precium domino littorum ſol„vant, quod Berge-Geld vocant. *Groenw.* §. 1.

„*h*) (DOMINIUM ALICUI SUUM AUFERRE MERA „INJURIA EST:) Nam contra ſocietatem huma„nam peccari ait *Proleg.* §. 8. Vera ratio eſt, quod „nemini in res, quas ex conceſſione divina meas „feci, jus ſibi arrogare, vel eam mihi eripere „poſſit.

i) (Grot.) (SPOLIARE QOOD GENUS EST NEFAS:) Adde l. nequid 7. D. de incendio, ruina, naufragio, *Nicetas Choniates* in Andronici imperio vocat ἔθος ἀλογιώτατον. (*Lib. II. Cap.* 3.) Vide & *Caſſiodorum* IV. 7. Quid in mentem venit *Bodino*, ut talia defenderet? Idem ſcilicet qui Papinianum reprehendit, quod mori quam conſcientiam lædere maluerit. (At vero *Bodinus* occupationem bonorum naufragio amiſſorum, vocat *barbarum* quid, & *crudelitatem tum in cives, tum in peregrinos*, Lib. I. c. 10. *de Republ.* Edit. Latin. *Francof.* 1622. ubi hæc addit: *Jus quæris? Error jus facit: At ſi non peccatur errore, ſed ſcientia, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur.* Pag. 267. Quod ſpectat *Papianum*, ait *Bodinus*: Illum JCtum *fortiter magis, quam ſapienter*, egiſſe: qua de cauſa ita ſtatuat, videre poteris *Lib.* III. c. 4. p. 458. 459. *J. B.*)

„*k*) (VERBA SUNT CONTANTINI:) in *L.* 1. c. „*de Naufrag.*

„*l*) (DION PRUSÆENSIS:) Similia ex legibus, „ſtatutis, ac ſapientum opinionibus, allegavimus „in præcedentibus. *Vid. lit. g.*

a) (LEX NATURÆ QUÆ EX IPSA DOMINII NATURA AC VI SEQUITUR:) Minus apte hæc ita dicuntur: Lex naturæ non ſequitur ex vi dominii, ſed vis dominii ex lege naturæ. Nam a natura conceſſa eſt nobis facultas occupandi, unde dominium oritur.

ADDITIO,

„Poſito ſyſtemate Grotii, lex naturæ omnino ſe„quitur ex ipſa dominii natura & vi: Nam is ſup„ponit, natura omnes res terræ eſſe communes, „indeque in primævo rerum ſtatu nullum fuiſſe „dominium: homines vero ab illa communione „receſſiſſe, atque hinc dominia facto demum „hominum introducta, eoque poſito, facultatem de „rebus terræ disponendi eis conceſſam eſſe.

„Proprietas ergo rerum ex hypotheſi Grotii, & „facultas de illis diſponendi non eſt ex lege naturæ, „ſed introducto demum facto hominum dominio, „ex natura & vi dominii, ipſa naturæ lege, ſequi„ait, ut res occupata cedat occupanti. *l. 2 c. 8. §. „1. n. 2. & §. 5.* nec ab alio auferri poſſit. *l. 1. „c. 2. §. 1. n. 5. & 6. L. 1. c. 1. §. 10. n. 4 L. 2. c. 6. „§. 1.* Quæ principia examinavimus in *Diſſert. pro„oem. I. c. 2.* & ex profeſſo in *Diſſert. prooem. VI. „c. 1. 3. 4. & 6.*

b) (Ex-

pliciter fit alienatio, [b] expletione juris & successione. Expletione juris fit alienatio, [c] quoties id quod meum nondum est, sed mihi dari debet, [d] aut loco rei meæ, [e] aut mihi debitæ, cum eam ipsam consequi non possum, [f] aliud tantundem valens accipio ab eo qui rem meam detinet, vel mihi debet. Nam justitia expletrix, quoties ad idem non potest pertingere, [*] fertur ad tantundem, [g] quod est
Sylv. in morali æstimatione idem. [h] Dominium autem hoc modo transferri
verbo Bell. p. 2. probatur a fine, [i] quæ in moralibus optima est probatio. [k] Neque
4. 13. enim juris mei explementum consequi potero nisi dominus fiam. [l] Fru-

b) (EXPLETIONE JURIS ET SUCCESSIONE:) Author has alienationes ad acquisitiones derivativas „refert, quibus aliquid nostrum fit ex sola lege na„turæ, non facto hominum: Nam *expletio juris* „supponit alterum ex pacto mihi teneri ad rem „præstandam, &, si res ipsa præstari non possit, ad „æstimationem i. e. tantundem: *Successio* supponit „res a defuncto occupatas fuisse, & ex tacita ejus „voluntate ad hæredes transferri.

„At initio hujus §. diximus, nec per *expletionem* „*juris* aliquid derivative nostrum fieri, nisi æstima„tio *tradatur*, adeoque tantundem in corporali no„stra custodia constituatur: Sed & *Successio*, quate„nus naturalis est, i. e. quatenus ad solos libe„ros pertinet, supponit factum hominis, nimirum „votum parentum, qui ea intentione familiam con„stituunt, & liberos suscipiunt, ut hi familiam conti„nuent i. e. in omne jus succedant.

„*c*) (QUOTIES ID QUOD MEUM NONDUM EST, „SED MIHI DARI DEBET, &C. ACCIPIO AB EO „QUI REM MIHI DEBET:) Author sibi ipsi con„trarius videtur: in capite præcedente §. 1. enim „alienationem fieri sola voluntate domini, dixit, „citra traditionem: Si proinde ego dominus fa„ctus sum rei quæ mihi promissa, sed non data est, „qua ratione fieri potest, ut eadem res, si eam „accipio, demum alienari dicatur, quod ab Au„thore asseritur: Duplex igitur alienatio hic sup„ponenda esset ejusdem rei.

„*d*) (AUT LOCO REI MEÆ:) Quæ forte periit „adeoque restitui nequit.

„*e*) (AUT MIHI DEBITÆ:) Cujus scil. domi„nium promissor pacto in me transtulit, & quam „tradere vel non vult, vel non potest.

f) (Grot.) (ALIUD TANTUNDEM VALENS ACCIPERE:) Vide quæ infra libro II. c. VII. §. 6. Sic ipso naturæ jure defendit Hebræos *Irenæus*, (Lib. IV. c. 49. *Mass.* 30.) quod in compensationem operæ res Ægyptiorum ceperint. *Ægyptii enim*, inquit, *populi erant debitores, non solum rerum, sed & vitæ suæ.* *Tertullianus* idem tractans secundo adversus Marcionem: (Cap. 20.) *Reposcunt Ægyptii de Hebræis vasa aurea & argentea. Contra Hebræi mutuas petitiones instituunt, allegantes sibi mercedes restitui oportere illius operariæ servitutis.* & ostendit minus multo exactum quam debebatur. (Adde CLEMENT. ALEXANDR. *Strom*, L. I. c. 23.. p. 414. *Ed. Oxon.*) Cum his cohærent ea, quæ dicentur libro III. c. II. (Delevi, quod jam in contextu positum, repetierat hic Author, exemplum *Hesionei*, ex DIOD. SICULO petitum: ubi tamen pro Ἡσιονεὺς, legendum Ἠιονεὺς, *Eioneus*, ut ad *Hygin.* Fabul, 155. observavit *Munckerus*, & dudum antea observaverat *Meziriacus*, in *Ovidii* Epist. p. 151. T. I. nuperæ Edit. *J. B.*)

„*) (FERTUR AD TANTUNDEM &c.) Ratio„nem naturalem hujus juris exposuimus in *Dissert.* „*prooem. X.* §. 10.

g) (QUOD EST MORALI ÆSTIMATIONE IDEM:) Hoc obtinet in omni præstatione rei, ut si tradi non possit, reparatio facta censeatur si tantundem præstetur. *Vid. Pos.* VII. Eo enim præstito omnis injuria cessat, omne damnum, nihil alii abest, quia eadem quantitas in patrimonio alterius est:

ADDITIO.

„De liberatione rei, si tantundem præstat, ali„bi agemus. Eaque obtinet in juribus in re; *Vid. L.* „*2. c.* 10. §. *2. seq.* in contractibus; *L.* 2. *c.* 12. §. 13. „*n.* 1. In delictis, ubi delinquens semper tantun„dem mali pati debet quantum egit, *vid. L.* 2. *c.* „20. *per tot.* Usum quoque hujus juris obtinere „Author ait in bello captis. *l.* 3. *c.* 10. §. 6.

h) (DOMINIUM AUTEM HOC MODO TRANSFERRI PROBATUR EX FINE:) Author probare vult dominium natura acquiri non tantum si res debita mihi præstatur, sed & si præstatur *tantundem*, probat id inquam a fine.

„*i*) (QUÆ IN MORALIBUS OPTIMA EST PRO„BATIO:) *Vid. Diss. prooem. X.* §. *7. lit. s.* & *Diss.* „*XII.* §. *45.*

k) (NEQUE ENIM JURIS MEI EXPLEMENTUM CONSEQUI POTERO NISI DOMINUS FIAM:) i. e. tantundem non esset nisi dominus fierem: rei enim dominium acquisiturus fuissem si alter, uti debuit, tradidisset.

ADDITIO.

„Regula naturæ est, jus suum cuique tribui de„bere, si proinde res ipsa, quæ vel mea vel mihi „debita est, tribui alicui nequit; necessario æsti„matio, seu tantundem valens præstari debet, „quia hic unicus modus est jus suum cuique tri„buendi. Hoc modo justitiæ satisfit, nihilque am„plius creditori ejusque patrimonio abest. At „dixi dominium hoc casu transferri non sola lege „naturæ; sed facto hominis, per traditionem.

l) FRU-

[l] Frustra enim erit rei detentio, si ea uti pro arbitrio non possum. [m] Antiquum hujus rei exemplum est in historia Diodori: ubi Hesioneus, pro his quæ filiæ suæ ab Ixione promissa non præstabantur, equos ipsius accipit. *Lib. IV. c. 71. p. 19. Ed. H. Steph.*

2. [n] Legibus quidem civilibus scimus vetitum esse sibi jus dicere, [o] adeo quidem ut vis dicatur, si quis quod sibi debitum est manu reposcat: [p] & multis in locis jus crediti amittat qui id fecerit. Imo etiamsi lex civilis hoc non directe prohiberet, [q] ex ipsa tamen judiciorum institutione sequeretur hoc esse illicitum. [r] Locum ergo habebit quod diximus ubi judicia continue cessant, [s] quod quomodo contingat explicavimus supra: [t] Ubi vero momentanea est cessatio, [u] licita quidem erit acceptio rei, puta si alioqui † nunquam tuum recuperare

L. 5. D. de acq. poss. l. 1. §. 11. De vi bon. rapt. L. 13. D. quod met. l. 7. 8. D. ad. L. Jul. de vi priv. Thom. 2. 2. 66. art. 5.

† L. 54. C. de decur. l. 12. C. de Ep. & cler. DD in l. 39. ¶ 1. in fin. D. ad L. Aquil.

l) (FRUSTRA ENIM ERIT REI DETENTIO SI EA UTI PRO ARBITRIO NON POSSUM:) Adeoque tantundem præstitum non esset, si pro re qua uti pro arbitrio potuissem, præstaretur alia, qua uti non possum.

m) (ANTIQOUM HUJUS REI EXEMPLUM EST IN DIODORI:) Imo hoc exemplum huc non pertinet: Aliud enim est quærere, an pro re quæ præstari debebat, tantundem debeatur? aliud, an quis ipse aliam rem a debitore, qui paratus est rem præstare, extorquere possit? Hoc ultimum fecit Hesioneus: neque equos accepit tanquam suos, sed pignoris loco, ut ait *Diod. Sic. d. l. 4. c. 67. in f.* Ixionem autem adeo male id habuit, ut socerum occiderit. *d. l.*

n) (LEGIBUS QUIDEM CIVILIBUS SCIMUS VETITUM ESSE SIBI JUS DICERE:) *l. 23. Quod met. caus. l. pen. & ult. ff. Vi privat. l. 5. ff. Acq. poss.* Author in perpetuo illo errore est, jure naturæ quem libet sibi ipsi jus dicere posse. ac legibus demum civilibus id vetitum esse, de quo late egimus *L. 1. c. 3. §. 2. seq.* Diximus nimirum natura neminem posse esse judicem in propria causa; quia enim uterque contradicit, & neuter in alterum imperium habet, aliquis esse debet major qui eos cogat etiam invitos. Sed & fugitivus est hic §. & plane ad hanc materiam non pertinet, ubi saltem asseritur, quod debitor vel rem vel tantundem præstare teneatur, non autem quo modo ad id adigi possit, ut proinde hic extra oleas vagetur Author.

ADDITIO.

„Imo non est fugitivus hic §. sed cum præce„denti numero connecti debet. Grotius enim suppo„nit *lege naturæ* aliquando *alienationem fieri* per „*expletionem juris*. Cum igitur expletio juris sæ„pius incerta sit, inprimis si æstimatio seu tantun„dem restitui debet, merito quærit, quis nam de„terminare æstimationem debeat? & respondet, „neminem sibi ipsi jus dicere posse, si judicia ad„sint; adeoque æstimationem a judicis addictione „esse exspectandam: Si desint judicia, vel per judi„cem juris explementum obtineri non possit, jus „vi agendi obtinere ait.

„*o*) (ADEO QUIDEM UT VIS DICATUR, SI „QUIS QUOD SIBI DEBITUM EST MANU REPO„SCAT:) Jus naturæ, ne scilicet quis propria au„toritate id quod sibi debetur reposcat manu, in „jus civile Romanum relatum est. *Vid. l. 10. ff.* „*junct. l. 17. ff. judic. l. 9. C. Sol. matr. l. 175. ff. R.* „*J. l. 5. ff. Acq. poss.* idque adeo obtinet, ut nec „pacto contrarium inter partes statui possit, quia „disponerent de re aliena, scilicet de jure quod „soli magistratui competit. *L. 3. C. Pign.* Unde „etiam domini, rem suam a possessore manu repo„scentes, vim facere dicuntur. *l. 7. C. Unde vi.*

„*p*) (ET IN MULTIS LOCIS JUS CREDITI A„MITTAT:) *d. l. 7.* Add. *§. 5. Inst. de vi bon. rapt. L.* „*23. ff. Quod m. c.* Quod etiam hodie obtinere ait *Carpz.* „*Jurispr. for. p. 4. c. 35. def. 5. Brun. cent. 2. dec. 9.* „*& dec. 78.* &c. etsi dissentiat *Mev. p. 1. dec 99.*

„*q*) (EX IPSA TAMEN JUDICIORUM INSTITU„TIONE SEQUERETUR HOC ILLICITUM ESSE:) Ex„plicat hoc Author *L. 1. c. 1. §. 1. n. 2. Quanquam* „*enim judicia publica non a natura, sed a facto sunt* „*humano, cum tamen multo sit honestius, & ad qui„etem hominum conducibilius, ab eo cujus nihil in„tersit rem cognosci, quam homines singulos, nimium* „*sæpe amantes sui, quod jus putant id manu exe„qui, tam laudabili instituto obsequendum ipsa* „*dictat æquitas & ratio naturalis.*

r) (LOCUM ERGO HABEBIT QUOD DIXIMUS UBI JUDICIA CONTINUE CESSANT:) Adeoque inter eos, qui judicem non habent, privata autoritate res vel tantundem manu reposci potest. Cessante enim judice, hic unicus & solus juris reparandi seu explendi est modus.

„*s*) (QUOD QUOMODO CONTINGAT EXPLICA„VIMUS SUPRA:) *L. 1. c. 3. §. 2. n. 1.* Nimirum con„tingit id jure vel facto: *jure* si quis versatur in „locis non occupatis, ut mari solitudine vacuis, & „si quæ alia sunt loca in quibus nulla est civitas: „*facto*, si subditi judicem non audiunt, aut judex „aperte cognitionem denegat.

„*t*) (UBI VERO MOMENTANEA CESSATIO,) i. e. ubi expectari judex non potest sine certo pe„riculo aut damno. *L. 1. c. 3. §. 2. n. 1.*

„*u*) (LICITA QUIDEM ERIT ACCEPTIO REI:) „Etiam adhibita vi, quis tum est necessaria defensio.

perare poſſis, [v] aufugiente forte debitore, [w] ſed dominium a judicis addictione erit exſpectandum: [x] quod fieri ſolet in repreſſaliis, [y] de quibus infra erit agendi locus. Quod ſi jus quidem certum ſit, [z] ſed ſimul moraliter certum, per judicem juris explementum obtineri non poſſe, puta quia deficiat probatio; in hac etiam circumſtanſtia [aa] ceſſare legem de judiciis, [bb] & ad jus rediri priſtinum verior ſententia eſt.

Bart. in tr. repreſſ. q. 59.

§. III.

„v) (AUFUGIENTE FORTE DEBITORE:) Tunc „enim aliter jus meum ſalvum eſſe non poteſt.

„w) (SED DOMINIUM A JUDICIS ADDICTIONE „ERIT EXSPECTANDUM:) i. e. is determinare æſti„mationem prius, & tunc rem mihi addicere debet.

„x) (QUOD FIERI SOLET IN REPRESSALIIS:) „Author exiſtimat jure civili hoc caſu citari quorum „intereſt, & rem publica autoritate divendi, aut „addici debere eis quorum intereſt: quod quatenus „verum ſit videbimus infra *L. 3. c. 2. §. 7. n. 3.*

„y) DE QUIBUS INFRA:) *Vid. L. 3. c. 2. §. 7.*

z) (SED SIMUL MORALITER CERTUM, PER JUDICEM JURIS EXPLEMENTUM OBTINERI NON POSSE:) Si actor certus eſt rem ſuam eſſe, Grotius exiſtimat eum propria autoritate rem repetere poſſe, ſi deficiat probatio: Quod admittendum non eſt: Nam (1) nemo natura poteſt eſſe judex in propria cauſa, uti vidimus: Sane (2) quilibet ſtudio ſui de jure ſuo certus eſſe, vel ſaltem id allegare poterit, quæ non inde diſcordiæ, motus &c. inprimis ubi alter contradicit, vel ubi plures idem aſſerunt, orituræ eſſent: Neque enim (3) in arbitrio agentis eſt an certus ſit de ſuo jure, alter enim id negat, ac certitudinem ſui juris allegat: agens autem non plus juris habet ad aſſerendum quem alter ad negandum, neuter enim in alterum imperium habet. Rectius igitur (4) dicendum, partes poſſeſſuris eſſe potiores, certum enim eſt eum rem poſſidere, adeoque tamdiu in ea poſſeſſione naturali ratione defendi debere, donec is, qui jus in illa re prætendit, id probet. Unde naturæ regula eſt, deficiente probatione alterum tutum eſſe ſua poſſeſſione. Atque hoc inter privatos veriſſimum eſt: at inter principes, ubi alter negat alter affirmat, cum judex non ſit coram quo probatio peragi poſſit, ſolum belli judicium obtinet.

ADDITIO.

„Author rem invertit: Nam *inter principes* ne„gat bellum inchoari poſſe ab eo qui juſtam cau„ſam habere ſe ſcit, ſed documenta non habet ſuf„ficientia, quibus poſſeſſorem de injuſtitia ſuæ poſ„ſeſſionis convincat, *L. 2. c. 23. §. 11. in fin.* Ad„ditque rationem, *quia non habet jus cogendi al„terum ut de poſſeſſione decedat. d. §. 11. Inter pri„vatos* autem, ait, deficiente probatione ceſſare le„gem de judiciis, & ſic jus priſtinum, quo ſibi ipſi „quilibet jus dicere potuit, redire. *Vid. h. §. 2. in „fin.* At male tribuit privatis qui judicem & ſu„periorem habent, quod negat principibus qui ſu„periorem non habent, adeoque nullum judicem „præter bellum agnoſcunt; Rectius igitur aſſeri„mus, *Principes* armis jus ſuum vindicare poſſe, etſi „deficiant documenta, aliaque probationis inſtru„menta. Cum enim Deus ſit arbiter hujus litis, „non opus eſt ut adverſario probationes exhibean„tur, ſed, Deo dirigente, ultima victoria de jure „utriusque decidit: Econtrario, *privati* nullum re„poſcendi rem ab alio jus habent, niſi dominium „probare adeoque jus ſuum coram judice ab ipſa „natura conſtituto, exponere poſſint: Deficiente „igitur probatione reus abſolvitur. Olim lis ali„quando duello, petente actore, decidebatur. De „quo vide *Diſſ. XII. §.* 686.

„aa) (CESSARE LEGEM DE JUDICIIS:) Ratio„nem ſupra allegavit, quia lex, vetans ſine judicio „ſuum conſequi, intelligi commode debet ubi co„pia eſt judicii. *Vid. L. 1. c. 3. §. 2. n. 1.*

„bb) (ET AD JUS REDIRI PRISTINUM VERIOR „SENTENTIA EST:) Priſtinum autem jus eſſe pu„tat, licere rem ſuam manu repoſcere. Vid. *indicem* „voce *judicium.* At dixi talem ſtatum nunquam „fuiſſe.

„(AD §. III.) Author hic fontes juris naturalis conſti„tuit, ex quibus juſta ratiocinatione omnes ſuc„ceſſionum caſus decidi poſſe contendit; ſed in„feliciter admodum: quod ut eo evidentius appa„reat, conſpectum totius materiæ ex tractatione Gro„tiana, erudita quidem, ſed confuſa admodum „& obſcura, exhibere liceat.

„Grotius originem ſucceſſionis naturalis deducit „ex conjectura illa voluntatis qua dominus, qui teſta„mento de re ſua diſponere poteſt, nec diſponit, non „creditur voluiſſe bona ſua occupanti cedere: Unde „concludit cedere debere bona ei cui defunctus ea „relinquare voluiſſe maxime erat probabile. §. 3.

„Probabile autem eſſe, quod eo magis voluerit re„linquere DESCENDENTIBUS, quia eis debet alimen„ta: Adeoque ex hac præſumta patris voluntate „præferri in ſucceſſione putat liberos, nepotes, &c. „in infinitum, *§. 4. junct. §. 5.* etſi præmortui ſint: „*§. 6.* vel illegitimi: *§. 8.* niſi pater liberos exhære„daverit. *§. 7.*

„His deficientibus, fingit Author aliam conjectu„ram, ex qua defunctum ASCENDENTES quoque „ſuccedere voluiſſe innuit: quia ſcilicet defun„ctus præſumitur voluiſſe id quod æquiſſimum & „honeſtiſſimum eſt, non tantum ex jure expletrice, „ſed etiam ex jure attributrice. *§. 4.* Cum ergo „ex hoc jure attributrice, quod laxius vocat, pa„rentibus alimenta debeantur, inde oriri putat „quoque præſumtionem defunctum voluiſſe aſcen„dentes ad ſucceſſionem vocare. *§. 4. & 5.*

At

§. III.

^a Succesſio ab inteſtato quæ dicitur, ^b poſito dominio, ^c remota

Soto de just. q. 3. art. 2. Cajet. d. q 66.

„Inter COLLATERALES, quibus alimenta non debentur, jus ſuccedendi probat ex alia conjectura voluntatis, pro diverſitate, ſcl. bonorum: nam in PATERNIS ET AVITIS bonis ſtatuit, defunctos voluiſſe credi juxta beneficii ab aliis accepti ordinem bona ſua relinquere, §. 9. n. 1. indeque concludit, eum (1) deſerre voluiſſe bona *fratribus & ſororibus*, tum quia ab eorum parente vitam & alimenta adeoque ſummum beneficium accepit: tum quia pater defuncti his, tanquam proximis, omnium maxime ex bonis a ſe relictis beneficii voluiſſe præſumitur. §. 9. n. 2. & 3. (2) Poſt fratres vocare voluiſſe *reliquos*, prout affectus defuncti vel proximior vel remotior eſt: *d. §. 9. n.* 4.

„In bonis NOVITER QUÆSITIS autem, obi præſumtio illa de gratia referenda ceſſat, præſumi ait, defunctum voluiſſe ea relinquere chariſſimo. §. 10. Chariſſimum autem eſſe qui defuncto chariſſimus eſſe creditur; i. e. qui ei cognationis gradu eſt proximior. §. 10. Etſi autem Author id non definiat, videtur tamen in his bonis, primas dare fratribus, & tunc vocare thios, denique vero reliquos juxta proximitatem gradus.

„Tandem fatetur, hæc naturali conjecturæ quædam eſſe conſentanea, non tamen jure naturæ neceſſaria, atque ideo ſucceſſionis normam arbitrariam pactis & legibus civilibus adeo variare ait. §. 11. Unde regulam generalem ſtatuit, quod quilibet, etiam Princeps, ab inteſtato id videatur voluiſſe, quod lex aut obſervantia, vel conjectura illa ſuppeditat. *diſt. §. 11.*

„Cum igitur tota ratio ſucceſſionis naturalis, ex hypotheſi Grotii, *in conjectura voluntatis defuncti* conſiſtat, hoc ipſo ſatis conſtat, ex vagis & vanis ejusmodi conjecturis, nullum jus, nedum jus naturæ deduci poſſe.

Aliam viam ingreſſus eſt B Parens, cujus principia expoſuimus *in Diſſert. prooem. VIII.* §. 13. & uberius exponit ipſe in ſequentibus propoſitionibus.

a) (SUCCESSIO AB INTESTATO:) Antequam ad interpretationem Authoris accedamus, noſtra principia circa ſucceſſionem ab inteſtato exponere neceſſe eſt.

PROPOSITIO I.

Succeſſio jure naturæ, ſpectato ejus ſtatu primævo, nulla, nec neceſſaria eſt: ne filiorum quidem.

DEMONSTRATIO.

Nam (1) natura omne jus parentis finitur morte: jus enim eſt facultas agendi & utendi moralis, quæ morte neceſſario tollitur, cum nulla ſit facultas mortui ſed animati. Sane (2) dominia rerum, ſeu res terræ, pro viventibus non pro mortuis, & ad uſum vitæ ac hominum a natura conditæ ſunt; *Poſ. IV. n. 3.* mortuus autem & homo eſſe deſiit, nec ullus ejus eſt uſus terræ. Unde (3) neceſſario ſequitur, finito jure parentis, & ceſſante ejus agendi utendique facultate, jus illud iterum fieri nullius, ac cedere occupanti, non filio. Quicquid enim in ſtatu naturæ primævo occupatum non eſt, aut eſſe deſiit, id nullius ſit; nam per occupationem rei quæ nullius fuit, ſoli occupanti jus quæſitum eſt, nec alia facultas hominibus natura data eſt quam occupandi. *Poſ. V. n. 1.* & de re occupata disponendi. *Poſ. VI.* At quod mortui fuit, id occupatum eſſe deſinit, quia nulla amplius mortui eſt facultas: ergo ceſſante occupatione fit iterum nullius. Bona igitur occupatione quæſita redeunt ad ſtatum in quo fuerunt ante occupationem, i. e. fiunt nullius; omne enim jus occupatione quæſitum ea ceſſante deſinit, & extincto dominio, quod ſolum fuit, res iterum fit nullius: Neque (4) illatio hæc ulla ratione nititur, *parentis jus & facultas agendi morte ceſſat, ergo filius ei ſuccedit:* Cum nemo jus in illa re habeat niſi pater, cujus facultas diſponendi morte finitur. Adeoque nulla ratio dari poteſt, cur filius, qui nullum jus in re patris habet, & in quem pater vivus nihil tranſtulit, in momento mortis patris ſuccedere, i. e. ipſo jure dominus fieri debeat: ſane alia eſt facultas agendi patris, alia filii. Filius ergo (5) nec originarie nec derivative res patris acquirit: (tertium autem non datur) non *originarie*, i. e. per occupationem, quia hoc jus omnibus hominibus commune eſt, & extraneis æque ac filio competit, adeoque tune non ex ſucceſſione, ſed ex nova occupatione filius acquireret; ſed & quilibet primus occupans, adeoque non ſolus filius, pro ſucceſſore haberetur. Nec *derivative*; quia per derivationem non fit acquiſitio niſi ex diſpoſitione domini, accedente traditione; At pater ante mortem nihil diſpoſuit nec tradidit, poſt mortem autem nec diſponere nec tradere amplius poteſt. Sed & (6) poſito ſuccedendi jure abſurdum ſequeretur, quod, finito jure patris occupantis per derelictionem, filius etiam vivo parente dominus fieri deberet, nihil enim intereſt an facultas patris ceſſet morte, an derelictione. Nec (7) in ſtatu primævo neceſſaria fuit ſucceſſio, cum terra omnium uſibus ſufficeret: adeoque ubi nulla indigentia, nec ſpeciale fuit votum relinquendi liberis, ratione quorum nullus metus erat ne indigeant.

PROPOSITIO II.

In ſtatu terræ prope occupatæ, neceſſario in locum juris occupandi poſt mortem parentum ſurrogata eſt ſucceſſio deſcendentium, non aliorum.

DEMONSTRATIO.

Succeſſionem liberorum neceſſariam non fuiſſe in eo ſtatu ubi omnia omnibus ſufficiebant, ante diximus. At aucto hominum numero, & occupatis prope omnibus terræ rebus; jus occupandi non amplius ſufficit alendis omnibus hominibus, & homines hoc ſtatu nati revera excluderentur ab illo jure, defectu rerum quæ nullius ſunt. Huic juri reparando non niſi unum remedium eſt, ut ſcilicet liberi ſuccedant parentibus, qua ſola ratione omnibus proſpectum eſt, neminique hominum fit injuria: Data enim ſucceſſione liberorum, omnibus hominibus ſupereſt jus quoddam occupandi etiam occupata terra, quia omni-

omnibus hominibus sunt parentes, quorum bona post mortem quasi occupare possunt: Quod proinde ex jure naturali solum superest, id solum est naturale, atqui ex occupationis jure naturali, quo promiscue omnes homines occupant, solum ea occupationis species superest, qua liberi occupant bona parentum mortuorum; ergo succeslio liberorum est juris naturalis: Sine quo igitur (1) jus commune occupandi, omnibus hominibus natura concessum, conservari inter homines non potest, id *ex medii necessitate* juris naturalis est, *Pos. 4. n. 4.* At occupata terra jus occupandi commune conservari non potest, nisi successione in bona parentum: (quæ itidem species quædam communis juris occupandi est, cum omnes homines parentes, quibus succedant, habeant) ergo jus succedendi est juris naturalis. Sed & (2) successio hæc liberorum in statu præsenti *a fine creationis* probatur. Non enim voluit creator omnes homines simul vivere, sed successione & propagatione genus humanum conservare: neque terram fecit quæ omnibus hominibus unquam victuris sufficeret, sed quæ præsentibus; Hujus actionis alia intentio esse non potest, quam ut eadem serie, qua naturaliter vita & bona, (quæ condita sunt propter vitam) propagantur, & homines eodem ordine naturali continuent usum bonorum, quo usunt vitæ: atqui ordo vitæ propagandæ naturalis est a parentibus ad liberos. Uti igitur liberi succedunt parentibus in vita, ita & in bonis, & uti olim jus occupandi ordine continuavit in posteros, ita nunc jus succedendi: Accedit (3) *instinctus naturæ* & votum illud commune parentum, quo parentes occupando non sibi tantum prospicere uoluisse constat, sed & familiæ. *Vid. l. 30. C. fideicom.* Atque hinc (4) non immerito successio liberorum aomnuni gentium consensu naturali juri tribuitur, non quidem primævo illi, sed surrogato, quo nimirum in locum juris occupandi communis successit jus occupandi liberorum: Unde JCti Romani successionem liberorum debitum naturæ vocarunt. *L. 7. ff. Bon. damn. l. 7. §. f. ff. Unde liberi l. 15. pr. Inoff. test.* Apostolus apud Galatas *IV, 11.* ait: *Si filius ergo hæres:* Add. *Rom. VIII, 17.* Cum Roscius de parricidio accusabatur, & inter indicia afferrebatur, *quod pater eum exhæredare voluerit*, Cicero, patronus ipsius, cum reliqua tanquam levia transiisset, ait, *nunc dicis aliquid*, sed pergit, *tanti sceleris causam addi debuisse, quia pater naturam vicisset, & patrem se esse oblivisceretur. Orat. pro Rosc. 2. fere in pr.* Valerius M. de Hortensio ait, quod filium etsi impium hæredem reliquerit, *ne naturæ ordinem confunderet. L. 6. c. 9* Procopius 1. *Pers.* ait, *natura res paternas liberis deberi*, Novella 18. *præf.* debitum dicitur, & c. 1. natura curata, Plutarchus *de amore prolis* deberi liberis hæreditatem.

Atque ex his constat, aliam successionem præter eam quæ liberis debetur, jure naturæ surrogato non dari, quia solis descendentibus negata successione jus occupandi auferretur, non fratribus nec parentibus, adeoque tota necessitatis, eoque & surrogationis ratio in aliis cognatis cessat, utpote qui non excluduntur a jure occupandi, quia parentes habent, quorum bona occupare, adeoque quibus succedere possunt. Unde apud Græcos ab intestato bona sine liberis decedentium ad magistratus pertinuisse colligo ex *Homero Odiss. 2. circa finem.* Ubi proci jactant mortuo Telemacho se omnia divisuros. Apud Mexicanos id jus obtinere ait *Grot. in not. ad l. 2. c. 3. §. 19.* Sed & idem Homerus Phœnopis senis luctum describit, quod filiis duobus a Diomede bello cæsis, nec alio filio superstite, χηρωσαὶ partituri sint bona, quod de magistratu interpretatur Eustatius in *Iliad. εὐε 158.* quanquam alii de remotioribus agnatis id intelligant. Atque hinc Prætor qui ex æquitate naturali jura statuebat, eam secutus solos liberos ad bonorum possessionem vocavit. *L. 2. pr. Ben. poss. sec.*

Quæri solet, an hæc successio liberis auferri a parentibus possit? quod recte negatur: quia debitum naturæ est, unde constat querelam inofficiosi testamenti a natura esse: Possunt tamen liberi excludi a successione parentum, propter utilitatem publicam; uti ob favorem militiæ, quo pertinet lex Voconia: vel in pœnam; quo pertinet exhæredatio ex justa causa facta: (*Vid. tamen infra §. 7.*)

Porro ex ante dictis constat, non uni tantum parentum, sed utrique succedere liberos, quia par utriusque conditio a natura est: Adeoque succedunt vel in utriusque vel in neutrius bonis, quia unus præ altero eis res suas relinquere non tenetur. Et sic eadem ratio est voti & naturæ, quæ ab utroque parente vitam transmittit, adeoque & bona.

PROPOSITIO III.

Hæc successio in locum juris occupandi surrogata non incipit nisi post mortem parentum.

DEMONSTRATIO.

Nam (1) quamdiu parentes vivunt, bona ipsorum sunt, proprio jure occupata vel quæsita, de quibus proinde plenissimam disponendi facultatem usque ad mortem retinent, *Pos. VI.* Neque (2) successio in locum alterius actu fieri potest nisi locus vacet, adeoque non nisi post mortem parentum, cum (3) eosset duos dominos ejusdem rei in solidum esse non posse. Sed & (4) jus occipandi non est nisi rerum vacantium, adeoque nec jus succedendi: surrogatum enim succedit in locum ejus cui surrogatur.

PROPOSITIO IV.

Liberi succedunt in omnia jura parentum quæ tempore mortis fuerunt.

DEMONSTRATIO.

Nam ex eo momento quo moriuntur parentes, jura eorum dissolvuntur, adeoque ex eo demum tempore vacant, indeque occupari a liberis possunt. idque jure Romano quoque ita statutum est, Gajus enim *L. 73. pr. ad Leg. Falc.* ait *in quantitate patrimonii exquirenda, visum est mortis tempus spectari.* Neque aliud momentum definiri potest; nec vivo patre, quia quamdiu vivit liberrime de bonis disponere potest: nec post mortem, quia ex momento mortis res fieret nullius, & cederet occupanti.

PRO-

PROPOSITIO. V.

Liberi in ea quoque jura patris succedunt quæ in eventum suspensa sunt.

DEMONSTRATIO.

Equidem jura quæ patri sub conditione debentur, non videntur contineri sub ejus bonis, tum quia conditio nihil ponit inesse, & ante existentiam dies nec cedit nec venit, tum quia conditio existens retrotrahitur, qui effectus mere juris civilis est: His vero non obstantibus, asserimus etiam ea quæ in eventum suspensa sunt verè in bonis parentum esse. Pendente enim conditione (& magis labente die) patri revera jus aliquod natum & quæsitum est: nimirum si promisi Titio 100 si navis ex Asia venerit, statim nata est facultas naturalis petendi in eventum, quæ æque naturalis est ac facultas videndi homini inesse dicitur, etiam noctu: Adeoque a parte mea necessitas est expectandi eventum, & Titio invito interim pœnitere non possum, quia jus illud eventualiter quæsitum ei facto meo auferre nequeo. Ratio hujus obligationis consistit in eo quod quilibet hominum de jure suo pro lubitu disponere possit, & prout disponit ita jus fit; at hic partes disponunt ut in eventum debeatur, ex hac dispositione igitur jus oritur exspectandi illum eventum, quod jus ad hæredes quoque transit. Atque hoc jus eventuale JCti appellant *spem debitum iri. §. 24. Inst. stip. l. 73. §. 1. ad Leg. falc. §. 4. V. O. L. 57. Eod.*

Adeo autem verum hic jus natura quæsitum est, ut contineat utramque juris speciem; & *jus permissivum*, vi cujus *creditori* competit legitima facultas petendi in eventum: & *jus decretivum*, unde *debitor* obligatur exspectare eventum, adeo ut interim recedere non possit: Si vero jus ex tali dispositione natum non esset, neuter obligaretur ut eventum exspectet: Neque *obstat*, quod pendente conditione dies nec cesserit nec venerit, adeoque jus nondum natum videatur, Resp. jus actuale natum nondum est, nondum actu peti potest, quin & ipsum jus petendi nondum natum est, quia illud deficere potest non existente conditione: At jus expectandi eventum, nec pendente conditione nutandi, quæsitum est, quod omnino ad hæredes transit: Alia vero est obligatio præstandi, alia exspectandi eventum.

Equidem jure civili in legatis conditionalibus jus petendi non transit ad hæredes, quia legatum nondum fuit acquisitum vivo legatario: legata enim sunt dispositiones civiles, de qua specie lex disponere, eamque formam præscribere potest quam vult, & ratio ibi additur mere civilis, quia testator suis potius hæredibus quam legatariis prospicere voluisse præsumitur.

Cæterum in hoc jure eventuali diligenter attendenda est lex eventus, ejusque qualitas; transit enim jus illud, eventualiter patri quæsitum, in liberos cum omni sua qualitate, prærogativa, onere, &c. Quod est unicum fundamentum successionis quod in regnis obtinet: De jure eventuali *Vide indicem*, voce *spes*.

PROPOSITIO. VI.

Jus hoc succedendi post mortem parentum incipit in momento nativitatis, & transfertur in nepotes.

DEMONSTRATIO.

Etsi igitur liberi non succedant nisi post mortem parentum, jus tamen succedendi eis natum est in momento nativitatis, sed in eventum, *si parentes moriantur:* homo enim ex quo nascitur, & spiritum ducit, habuit jus occupandi ad suum usum, in cujus locum cessit liberorum successio; adeoque ex eo tempore ex quo natura liberis datum est jus in haec terram, ejusque usum, fundatum quoque est jus succedendi, quod in locum juris occupandi & utendi res terræ subiit. Sane si pater in momento nativitatis moreretur, filius eo momento successurus esset; adeoque tunc jus jam habuit. Denique si ex momento nativitatis jus liberis quæsitum non esset, adhuc deficeret jus occupandi, si forte pater decederet ante avum, nec propria bona sibi acquisivisset.

Hinc jam apparet origo juris repræsentandi in descendentibus; ut nepos ex filio defuncto subeat in locum patris, ejusque jure cum filio superstite succedat avo; Filius enim defunctus jus succedendi in casum mortis patris jam habuit, quod jus eum eventu suo transmittit in nepotem, & hic in pronepotem, & sic porro: Unde est quod in hac successione repræsentativa jus defuncti filii inspiciatur seu stirpis, qui jus suum transmittit, adeo ut licet plures nepotes existant, tamen unam saltem acquirant portionem patris prædefuncti. Atque hæc successio vocatur in stirpes. *Vid. Nov.* 118. quia non jure proprio ibi succeditur, sed jure stirpis.

Hæc autem ratio, cum tantum in descendentibus obtineat, ed collaterales & ascendentes non pertinet; Nam in præcedenti *Prop.* 2. dictum jam est, collaterales & ascendentes non succedere ex jure naturæ surrogato, adeoque dici non potest jus succedendi illis ex momento nativitatis quæsitum esse: Cum ergo lege demum civili admittuntur, jus eorum incipit ex momento mortis ejus de cujus hæreditate agitur: Atque hinc si præmoriuntur hæredes ex lege vocati, quia nullum jus habent, nullum jus transferunt; Adeoque ex singulari juris civilis beneficio est, quod fratrum germanorum liberi cum fratribus concurrant in stirpes in successione fratris. *Nov.* 118.

Sed & porro ex his constat, patrem jus hoc eventualiter liberis quæsitum auferre illis nulle ratione posse: Etsi enim vivus de bonis suis disponere pro lubitu, eaque alienare possit, tamen hoc ipso non jus succedendi tollitur, sed bona saltem deficiunt, in quæ succedat: Equidem usu testamentorum introductu, eoque parentibus concessa facultate etiam post mortem disponendi, recte simul leges statuerunt, ut jus liberorum pro ratione dignitatis & patrimonii salvum sit; Adeoque jure civili concessus testandi usus est salva parte, quæ, cum jure naturæ definita non sit, lege est definienda, & a JCtis Romanis ita definita est, ut olim quarta, postea triens vel semis relinqui debuerit: Adeo ut ea non relicta testamentum contra officium pietatis tanquam a furioso factum videatur.

PROPOSITIO. VII.

Successionis jure naturæ incapaces sunt 1) *illegitimi: hi enim tantum ad matris successionem admittuntur,* 2) *legitimati omnes,* 3) *adoptati, nisi que-*

quatenus ex pacto jus oritur: 4) *qui jure naturæ supplicio afficiendi. Non* (5 *infantes, nec* 6) *furiosi, nec* 7) *ex captiva nati, nec* 8) *fœminæ, nec* 9) *hæredes diversæ confessionis.*

DEMONSTRATIO.

Primo igitur a patris successione excluduntur illegitimi, sive illi naturales sint, sive spurii, sive ex damnato coitu, sive ex adulterio nati: Idque verum est etsi pater putet & fateatur se patrem esse: Quia natura unicum saltem medium constituit certitudinem prolis cognoscendi, justum scilicet conjugium: Hoc unicum argumentum naturæ est quo patrem demonstratum voluit, quo cessante jure naturæ pro patre non habetur: Hinc alibi diximus, vocem filii non esse meram vocem naturæ sed juris, ut non intelligantur nisi qui jure filii sunt, adeoque jura filiorum ad hos solos pertinere possunt. Sed & porro liberi illegitimi nec pars familiæ sunt, (quia nec eorum mater pars est familiæ) nec eo animo assumti. De quo plenius *infra ad §. 8.*

Aliud obtinet in matre, neque hactenus par est utriusque parentis conditio: Nam 1) causa vetiti promiscui concubitus est in solo patre non in matre, hæc enim semper certa est, nec ideo opus fuit lege nuptiarum; sed propter patrem, ut ille certus sit: Cum ergo ratione matris filius certus sit, jura quoque filiorum ei denegari nequeunt. Alias 2) spurii excluderentur a jure occupandi, quod citra successionem eis salvum esse nequit. Sed & 3) adest affectus in matre, utpote certa, eoque & votum illud naturæ: Atque hinc spurii jure civili succedunt matri, & cognatis maternis. *L. 2. l. 8. ff. Unde cogn.*

Atque hinc est quod pater alere quoque non teneatur spurios, quia certus non est, nisi suos esse fateatur; uti in liberis ex concubina natis fit; At mater semper alere liberos tenetur, quia semper certa est, & in spuriis eadem est necessitatis ratio, & idem matris affectus qui in legitimos. Neque crimen matrem absolvit ab onere, ut improbæ sint melioris conditionis quam probæ: *de quo infra §. 8.*

Secundo, legitimati quoque non succedunt patri, 1) quia illegitimi natura filii non sunt, adeoque impossibile est ut pacto parentum jus, quod natura negavit, iis tribui possit. Sed & 2) legitimatio fieri non potest nisi per retrotractionem, adeoque per fictionem, omnes autem fictiones sunt juris civilis. Accedit 3) quod jus succedendi quæsitum jam sit legitimis liberis ex momento nativitatis, quod pater, legitimando naturales, auferre illis nequit: Equidem 4) donare illis bona & inter vivos relinquere pater potest, non vero legitimando efficere, ut beneficio, quod natura solis liberis legitimis dedit, fruantur: (*Vid. tamen infra §. 9.*)

Tertio, adoptivis natura nullum jus succedendi competit, sed si succedunt id ex pacto est: de quo plenius *dict. §. 8.*

Quarto, Is qui crimen commisit morte dignum jus succedendi non habet. *Vid. not. ad d. §. 8. in fin.* quia qui vita indignus est, jurium quoque vitæ dignus haberi nequit.

Quinto, infantes omnino succedunt: Nam jus succedendi ex momento nativitatis nascitur, quia ex hoc quoque momento jus occupandi illis competit: *Vid. infra §. 8. in fin.* administratio autem alus interim defertur: *Vid. supr. cap. 3. §. 6. & c. 5. §. 2. n. 2.*

Sexto, Nec furiosi excluduntur ab hæreditate parentum, quia jura quoque furiosis quærimus, *Vid. infra §. 8. in fin.* etsi administratio per alios fieri debeat. *Vid. indicem*, voce *furiosus.*

Septimo, De natis ex captiva dubitari potest, quia serva est, adeoque omnium jurium incapax. Resp. incapax est jurium civilium, at jura naturæ cum ea obtinent, adeoque & conjugium, & quæ exinde sequitur successio: etiam in regnis: *Vid. infra §. 8. in fin.*

Octavo, nullum dubium est fœminas natura parentibus succedere, æque ut masculi, quia utrobique eadem ratio, eadem necessitas, idem affectus, eademque propagationis ratio est. *Vid. prop. 2.* Cur autem fœminæ naturaliter a regnorum successione excludantur, videbimus infra §. 17.

Nono, De diversæ confessionis personis quin natura invicem succedere possint itidem dubium non est; Nam cernimus est nuptias inter hujusmodi personas licitas esse, quia de suo jure cohabitandi disponunt; atque hæc regula, uti omnia jura naturæ, æque cum gentili ac cum Christiano obtinent: Dato autem nuptias legitimas esse, necessario sequuntur jura successionis, etsi liberi quoque diversæ sint confessionis. Excipe, si lege civili statutum sit ne hæretici succedant, quales jure codicis sunt illi qui a IV. conciliis Oecumenicis dissentiunt: *Vid. infr. §. 8. in fin.*

ADDITIO.

„Exposuimus systema Grotii: Principia B. Pa„rentis manifesta sunt ex positionibus præcedenti„bus: Superest ut nostram quoque sententiam *de* „*origine successionum ab intestato* aperiamus, quam „ex Dissertationibus prooemialibus delibare liceat.

„Præmittendum autem est, hæreditatem esse jus „aliquod universale, complexum aliquem omnium „jurium defuncti; qui continet non tantum *jura* „quæ defunctus *in re* habuit, sed & omnia *jura* „*personalia* defuncti: nam heres ili utrisque suc„cedit, & in utrisque repræsentat personam de„functi. Unde & actiones hereditariæ mixtæ sunt, „i. e. partim reales partim personales.

„Quando igitur *hereditas* dicitur *jus in re*, hoc „tantum verum est quoad *dominium* quod defun„ctus habuit, & quod continuatur ab herede, (nam „actiones personales, quæ itidem in heredem trans„eunt non pertinent ad *jus in re*, sed ad *obligatio*„*nes personæ*, adeoque ad tertium objectum juris) „Hactenus igitur hereditas non differt a dominio, „sed ideo separato titulo tractatur, *tum* quia domi„nium hic sub complexu omnium jurium contine„tur, (hæreditas enim est modus acquirendi uni„versalis, & continet jura in re, & jura personæ) „*tum* quia modus acquirendi particularis est, dum „neque facto nostro, neque jure rei nostræ, hæc „dominii species acquiratur sed successione, i. e. „per continuationem familiæ.

Antequam vero in rationem acquirendæ heredi„tatis naturalem investigemus, explicare necesse „est, quid nam sit *corpus artificiale.*

„Nam

„Nam sæpius contingit res natura per se distantes uni nomini subjici, & uno quasi spiritu regi, *Grot. L. 2. c. 9. §. 3.* quæ corpus artificiale constituunt.

„Constituitur autem tale corpus *consensu*: quo posito regula naturæ est, ut prout partes disponunt, ita jus fit.

„Exempla ejusmodi corporum artificialium varia sunt pro varia hominum dispositione.

„*Primum* enim & illustre exemplum est in *civitate*, quæ est dispositio plurium familiarum, qua jus imperii, i. e. jus defendendi jura singulorum, in totam civitatem confertur.

„Civitas igitur est corpus aliquod artificiale seu mysticum, societas quædam consensu constituta, in eum finem, ut universum seu corpus regat, singuli pareant, atque ex hoc consensu non tantum universitati jus aliquod in singulorum res & bona competit, sed & singulis jus aliquod in universitatem quæritur.

„Effectus hujus rei est, quod corpus illud non intereat, etsi singuli moriantur, adeoque etsi membra quædam illius corporis moriantur. *l. 7. §. 2. f. quod cujusque univers. &c.* Nam spiritus ille, qui totum unit, nomen illud civitatis, vinculum illud quod universitatem colligat, manet, perpetuaturque in successioribus. Atque hoc sensit principes nunquam mori, civitates esse immortales, & populum præsentem eundem esse qui mille abhinc annis vixit, etiam naturali ratione asseri potest. *Vid. Grot l. 2. c. 9. §. 3.*

„Similiter *collegium* corpus aliquod artificiale est, consensu ab initio constitutum: in tali universitate itidem nihil refert, utrum omnes idem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint. Hinc si universitas ad unum redit, jus omnium in unum recidit, & stat nomen universitatis; *d. l. 7. Quod cujusque univ.* Unde unus & convenire & conveniri potest. *ibid.* Pari ratione *judicium* semel constitutum idem manet, quod antea fuit, etsi omnes judices mutati essent, *l. 76. de Jud.* Idem in legione, & in nave, etsi refecta, obtinet. *ibid.*

„Simile exemplum & magis naturale est *in familia*: Nam conjuges societatem aliquam constituunt ea intentione ut liberos procreent; atque ad hunc finem obtinendum jura divina ac humana invicem communicant.

„Hæc societas igitur præcipue spectat liberos: unde ex eodem consensu necessario sequitur, obtento fine, i. e. procreatis liberis, hos, tanquam totidem portiones corporis parentum, esse participes hujus communionis. Unde liberi agnati dicuntur JCtis Rom. quia quasi adnascuntur domesticæ societati.

„Ex hoc igitur consensu conjugum constituitur corpus aliquod, quod *Familia* dicitur, *l. 195. §. 2. de V. S.* quæ & in personas & in res deducitur: in *personas*, quia familiæ appellatione pater, mater, & liberi continentur, *d. l. 195. l. 40. §. 2. Eod. l. 196. Eod. In res*, utpute in Lege XII. Tabb. his verbis: Agnatus proximus familiam habeto, *l. 195. §. 1. de V. S.* hinc servi quoque familiæ nomine continentur, *l. 1. §. 8. de vi arm. ubique Goth,* & quicquid in patrimonio est. *l. f. in f. de V. S.* Atque hoc sensu *emtor familiæ* dicebatur, qui imaginaria venditione a testatore hereditatem emebat. *Vid. ff. Tit. de Testam.*

„Ex hoc corpore *Familiæ* singulis membris jura quædam competunt, & quidem 1.) *Marito* in uxorem, in filios, & in res communes illius familiæ, 2.) *Uxori*, tanquam sociæ, in personam mariti, in liberos, & in res familiæ. 3.) *Liberis*, ex destinatione & voto parentum in familiam adoptatis, jura quædam competunt intuitu parentum, (jura scl. illa quæ ad statum hominis pertinent) sed & præterea communionis illius bonorum certo modo participes fiunt, & jus aliquod in ipsas res familiæ ex voto & destinatione parentum acquirunt.

„Effectus insignis hujus *corporis* est, quod *Familia* non exstinguatur mortuis parentibus, nam membra quæ supersunt continuant familiam, omne jus quod corpori inhæret, eodem jure manet penes liberos, qui proinde non tam noviter acquirunt, quam jura illius corporis continuant, & mortuo capite, omnia illa jura familiæ cum onere & commodo recipiunt, i. e. in omne jus defuncti adeo succedunt, ut repræsentent ejus personam, adeoque cum eo pro una habeantur persona. Atque hoc *corpus*, hæc *familia*, quæ in universitate juris consistit, *hereditas* dicitur, quæ pluribus liberis existentibus pro indiviso communis est singulis, usque dum *familia* illa dividatur. Unde JCti Romani remedium quod pro dividenda hereditate inter coheredes dederunt, vocant actionem *familiæ erciscundæ*, i. e. hereditatis dividendæ, certissimo judicio, *hereditatem & familiam* esse synonima, quia hereditas nihil aliud est quam successio quæ jure familiæ liberis debetur ex voto & destinatione parentum.

„Ratio igitur succedendi intuitu liberorum naturalis est, & duplici nititur fundamento: 1) quia liberi vera sunt portio parentum, adeoque parentes eorumque jura non possunt exstincta videri, quamdiu vera eorum portio adhuc superest. 2) Quia parentes ea lege & in eum finem familiam constituunt, ut sobolem procreent, quæ participaret de communione jurium & bonorum, & qui vivis parentibus jus aliquod in ipsa bona haberent. Mortuis igitur parentibus familia non exstinguitur, corpus illud non tollitur, quia pars illius corporis adhuc subsistit, adeoque omnia jura, quæ corpori illi cohærebant, ad membra illius corporis quæ supersunt devolvuntur.

„Ea enim ratio corporum consensu constitutorum est, ut etiam in uno (exstinctis reliquis) nomen universitatis consistere possit. *l. 7. §. 2. ff. Quod cujusque. Vid. not. ad Grot. l. 2. c. 19. §. 4. Loseus de jur. univ. p. 1. c. 1. n. 30. & 35.* Et ea quæ unum quasi spiritum habent, adeoque corpus artificiale constituunt, instar se habent corporis naturalis, quod itidem esse non definit particulis paulatim commutatis, una manente specie. *Grot. l. 2. c. 9. §. 3.* Unde populus idem hoc tempore putatur, qui ab hinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc vivat. *Grot. d. §. 3. n. 2.*

„Atque

ta omni lege civili; [d] ex conjectura voluntatis naturalem habet originem.

,,Atque hæc totidem fere verbis a JCtis Rom.
,,traduntur: Illi enim 1) successionem liberorum a
,,natura esse, & hereditatem paternam a Deo libe-
,,ris deberi ajunt. *l. 2. ff. Bon. damn. l. 7. in f. Tab.*
,,*test. exst. Vide Cap. 17. q. 4. l. 7. §. 2. C. de Cur.*
,,*fur. l. 14. pr. Legitim.* 2) Rationem ponunt in vo-
,,to parentum, Papinianus enim liberos naturæ si-
,,mul & parentum commune votum ad successio-
,,nem vocare ait, *l. 7. §. 1. Unde liberi:* Conf. *l. 15. pr.*
,,*Inoff. test. l. 50. §. 2. ff. Bon. libert. ibi, omnia quæ*
,,*nostra sunt liberis ex voto paramus: L. 13. §. 2.*
,,*C. legit. her. l. 26. §. 1. Si quis omis. Goth. ad d.*
,,*l. 26.* Unde Apostolus ex eo quod quis filius sit,
,,argumentatur: ergo heres: *ad Galat. 3. in f. &*
,,*c. 4. v. 7.* Hinc jam 3) est, quod liberi dicantur
,,esse quodammodo domini bonorum paternorum,
,,etiam vivis parentibus, *l. 11. ff. de lib. & posth.*
,,& quod non novum acquirere dominium, sed
,,continuare jam quæsitum, & pleniorem saltem
,,administrationem consequi dicantur. *L. 11. ff. de*
,,*Lib. & posth. & §. 2. J. de her. qual. & diff. l. 14.*
,,*de Suis & legit. l. 30. Ex quibus causis maj.* Hinc
,,4) constat cur liberi dicantur sui heredes & ne-
,,cessarii, adeo ut nec abstinere possint jure civili,
,,quia non est nova acquisitio, sed continuatio
,,prioris acquisitionis jure familiæ factæ: *l. 11. ff.*
,,*de lib. & posth. l. 1. §. 7. siquis omiss. l. 14. ff. de*
,,*suis & leg. §. 2. J. de Her. qual. l. 36. de Acq.*
,,*hered. l. 6. §. 5. eod. l. 12. Qui test. fac.* Hinc 5)
,,apparet, cur hæres repræsentet personam defun-
,,cti, & cur cum eo pro una persona haberi dicatur,
,,ac in omne ejus jus succedat; cum enim totum fa-
,,miliæ jus in hærede subsistat, totumque patrimo-
,,nium in hæredem devolvatur, eoque succedat in
,,omne jus defuncti, illudque continuet, eodem
,,jure habetur heres quo ipse defunctus

,,Sed & 6) hinc jam constat ratio, cur hereditas
,,in jure civili *familia* dicatur, quia jure familiæ li-
,,beri succedunt. Unde si hereditatem liberi inter
,,se dividunt, *familiam* dividere dicuntur. *tot. Tit.*
,,*ff. Fam. ercisc. jud.*

,,Porro & 7) hinc ratio innotescit cur parentes
,,non succedant liberis, quia votum ibi cessat, pa-
,,rentes enim ea intentione societatem & communi-
,,onem bonorum contrahunt, ut liberos procrearent,
,,eosque participes redderent bonorum; non vero
,,contra. Hinc 8) in aprico est cur liberi ante pa-
,,rentes mortui transmittant hereditatem ad suos
,,heredes ipso jure: Nam cum jus familiæ quæsitum
,,sit liberis vivo parente, adeoque jus familiæ verum
,,jus liberis tribuat, hoc jus transferunt in eos, qui pars
,,corporis sui, eoque & pars familiæ sunt, & qui
,,pari ratione in omne jus sui patris defuncti, ad-
,,eoque & in ejus jus familiæ, iodeque competen-
,,tia jura, succedunt; *l. 7. §. 1. Unde liberi l. 15. pr*
,,*Inof. test.* Hinc constat 9) qua ratione legitima
,,dicatur deberi jure naturali: Nam cum parentes
,,naturali ratione post mortem disponere non pos-
,,sint, adeoque testamenta (quatenus sint disposi-
,,tio unius quæ post mortem saltem effectum ha-
,,bet) naturali ratione non valeant, nec jus succe-
,,dendi liberorum sua natura tollant, leges quidem
,,civiles parentibus ob utilitatem publicam hanc li-
,,bertatem concessere, ut per tale negotium, nimi-
,,rum per testamentarias dispositiones, hæreditas
,,jure naturæ quæsita auferri liberis possit; at hanc
,,servarunt æquitatis rationem, ne totam heredita-
,,tem auferre liceret, sed ut certa bonorum pars
,,liberis necessario relinqueretur, & hactenus jus
,,naturæ; quod liberus ad successionem paternæ
,,hereditatis vocat salvum est, & quoad hanc por-
,,tionem recte asseri potest eam jure naturæ debe-
,,ri, nec a patre auferri vel minui posse: nisi lex
,,ob utilitatem publicam hanc quoque partem libe-
,,ris auferat, uti fit in poenam ex certis exhereda-
,,tionis causis, item in favorem militiæ &c.

,,Atque hæc confirmantur consensu omnium
,,gentium, apud quas constat omne jus parentum in
,,domo seu familia manere, & a liberis, exstinctis
,,licet parentibus, continuari, adeoque liberos in
,,omne jus defuncti succedere.

,,*b*) (QUARTO DOMINIO:) Nam ex *hypothesi*
,,Authoris quædam juris naturalis dicuntur citra
,,voluntatem humanam, quædam non nisi posita
,,voluntate humana, atque ad hæc refert dominium,
,,*L. 1. c. 1. §. 10. n. 4.* Quia in primævo rerum
,,statu naturæ omnes res communes fuisse, & facto
,,demum hominum dominia orta esse fingit. *Vid.*
,,*Diss. Proem. 1. §. 79. & Diss. VI. §. 39. n. 3 & 4.*

,,Posito igitur tali dominio, successionem ex te-
,,stamento (*Vid. c. 6. §. f.*) & successionem ab inte-
,,stato naturalem originem habere *§. 2. pr. & §. b.*
,,Indeque *juris naturalis* esse *pro certo rerum statu*
,,ait *Vid. Diss. Proem. 1. §. 79.*

,,*c*) (REMOTA OMNI LEGE CIVILI:) De lege
,,civili enim se non agere dixit *supra §. 1. n. 1.*

d) (Grot.) (EX CONJECTUSA VOLUNTATIS:)
Ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succe-
dentibus, quoniam creditur paterfamilias sponte
sua his relinquere legitimam hereditatem, ait *Pau-*
lus L. conficiuntur 8. §. 1. D. de jure codicillorum.

ADDITIO.

,,Ex hypothesi Authoris tota ratio successionis
,,naturalis inter ascendentes & descendentes his
,,conjecturis nititur. (1) Quod, cum introducto
,,dominio quilibet jus habeat de re sua disponendi,
,,nec tamen ante mortem de ea disponit, præsu-
,,matur bona sua relinquere voluisse ei cui ea re-
,,linquere voluisse maxime probabile est: (2) Quod
,,in dubio credi debeat voluisse id quod honestum
,,vel æquissimum est, sive ex debito sive ex offi-
,,cio. (3) Æquissimum autem esse succedere de-
,,bere *liberos* parentibus, partim ex debito naturæ
,,saltem laxiori, quia alere eos debent; partim ex
,,conjectura naturali, qua parentes creduntur id vel-
,,le ut liberis quam optime prospectum sit. (4)
,,Æquissimum esse ut *nepotes* succedant in locum
,,liberorum præmortuorum, quia cum avi, defici-
,,entibus parentibus alere, ex honestate nepotes te-

,,nean-

ginem. Nam quia dominii ea vis erat, [e] ut domini voluntate transferri in alium poſſet, [f] etiam mortis cauſa, ac retenta poſſeſſione, ut [g] ſupra diximus; [h] ſi quis voluntatis ſuæ nullam edidiſſet teſtationem, [i] cum tamen credibile non eſſet ejus eum mentis fuiſſe, ut poſt mortem ſuam bona occupanti cederent, [k] ſequebatur ut ejus bona intelligerentur, [l] cujus ea eſſe voluiſſe defunctum maxime erat probabile. [m] *Defunctorum voluntatem intellexiſſe*, inquit Plinius junior, Lib IV. ep. 10 & l. II ep. XIV. & l. V. ep. 7.
pro

„neantur, credendum ſit avos nepotibus ſuis bo„na relinquere voluiſſe. (5) Æquiſſimum eſſe ut „poſt liberos ſuccedant *parentes*, quia parentibus „ſaltem ex officio, alimenta quoque debeantur. „Quod ſyſtema uberius expoſuimus in *Diſſ. proem.* „*VI. §. 29, §. 5. ſeq.*

„In genere autem hic notandum eſt, male *jus* „*naturæ* ex conjecturis deduci, utpote cujus norma „certa eſſe debet. Sane de voluntate creatoris „certo conſtare debet, eum jus dediſſe liberis in „bonis parentis ſuccedendi. &c. Conjectura au„tem ſemper incerta eſt, adeoque nonniſi jus in„certum inde oriri poteſt. Præterea notandum „eſt per ſolam hanc conjecturam voluntatis ju„ra hæreditatis in hæredes non transferri poſſe, „quia dominia non acquiruntur niſi accedente „traditione,

„Adeoque (1) male fingitur *eum ſuccedere jure* „*naturæ quem defunctus probabiliter voluit.* Quia „(*a*) hæc conjectura admodum incerta eſt. Nam „(*b*) cum amico, cum remotiore agnato &c. ſæpius „major eſt conſuetudo, quam cum liberis, & cum „agnato proximiori, utpote quos odio aliquando „habere ſolet defunctus, & tamen ab inteſtato præ„feruntur. (*c*) Hæc voluntas teſtatoris inferret „diſpoſitionem poſt mortem, ubi velle amplius „nequit.

„(2) Male fingitur *defunctum voluiſſe quod hone*„*ſtiſſimum ac æquiſſimum eſt.* Nam ponamus ho„minem impie vixiſſe, & absque pœnitentia mor„tuum eſſe, illa conjectura honeſtatis & æquitatis in „eo ceſſabit, & tamen ejus liberi ſuccedunt.

„(3) Male fingitur *æquiſſimum ac honeſtiſſimum* „*eſſe ſuccedere liberis:* Quid ſi enim improbi ſint „liberi & male morati? quid ſi divites ſint liberi? „Anne tunc æquius eſt bona dare pauperibus: Sed „ponamus honeſtum eſſe liberos ſuccedere paren„tibus, non tamen id eſt neceſſitatis, neque jus in„ter homines inde oritur.

„Sed & verum non eſt ex jure alimentorum ne„ceſſitatem ſuccedendi ſequi, ut mox plenius ex„plicabimus.

„(4) Male fingitur *nepotes ſuccedere in locum* „*filiorum vice alimentorum:* quia ſtatim probabi„mus debitum alendi nihil commune habere cum „jure ſuccedendi, & jus repræſentandi ex plane „alia ratione ſequi.

„(5) Male fingitur *poſt liberos ſucceſſionem de*„*beri parentibus ex eadem æquitatis & alimentorum* „*neceſſitate.* Cum enim præſumta illa æquitas & „alendi neceſſitas, nec liberis jus ſuccedendi tri„buat, nedum parentibus, quibus alimenta jure „naturæ non debentur, tribuere poterit. Et ſi ex „officio & pietate demum debentur, id debitum „nullam infert neceſſitatem inter homines.

„*e*) (UT DOMINI VOLUNTATE TRANSFERRI „IN ALIUM POSSIT:) Hic perpetuus eſt error Au„thoris, ſola voluntate dominium in alium trans„ferri poſſe; adeoque ex conjectura talis vo„luntatis dominium etiam ab inteſtato transla„tum videri. Nam alibi probavimus, ſine tradi„tione non transferri dominium: Quo modo au„tem traditio fiat in ſucceſſione liberorum, infra „videbimus.

„*f*) (ETIAM MORTIS CAUSA, AC RETENTA „POSSESSIONE. &c.) i. e. per diſpoſitionem teſta„mentariam; Hanc enim Author definit aliena„tionem rei in caſum mortis, retenta interim poſ„ſeſſione & pleniſſime fruendi uſu, ſub lege revo„candi.

„*g*) (SUPRA DIXIMUS:) *l. 2. c. 6. §. fin.* Ubi „definitionem hanc refutavimus.

„*h*) (SI QUIS VOLUNTATIS SUÆ NULLAM „EDIDISSET TESTATIONEM:). i. e. ſi absque teſta„mento mortuus eſſet.

„*i*) (CUM TAMEN CREDIBILE NON ESSET: &c.) „Imo hoc magis credibile eſt, *voluiſſe bona ſua ce*„*dere occupanti* tum, quia cum potuiſſet teſtari, „& liberis relinquere bona, id non fecit; tum, „quia hæreditas, eique cohærens dominium, ſine „traditione nec natura transferri poteſt.

„*k*) (SEQUEBATUR UT EJUS BONA ESSE IN„TELLIGERENTUR: &c.) Hinc ſucceſſionem ab in„teſtato Author ait eſſe teſtamentum ex conjectu„ra voluntatis. *Vid. infra §. 10. n. 1.*

„*l*) (CUJUS EA ESSE VOLUISSE DEFUNCTUM MA„XIME ERAT PROBABILE: &c.) Dictum jam eſt, „contrariam potius inde ſequi præſumtionem: dum „enim in favorem liberorum diſponere potuiſſet, „nec id fecit, de iis cogitaſſe non videtur. Di„ctum quoque eſt ſola voluntatis conjectura jura „in re non in alium transferri, cum nec voluntate „ſatis declarata poſſint.

„*m*) (DEFUNCTORUM VOLUNTATEM INTELLE„XISSE &c. PRO JURE EST:) Poſito ſcilicet teſta„mentorum uſu: nam Plinius ſupponit teſta„mentum factum, & in eo legatum fuiſſe, & „quærebatur quomodo voluntas teſtatoris, quæ du„bia videbatur, ſit interpretanda! Plinius decidit, „*hæredibus faciendum eſſe, quaſi teſtatar ſcripſe*„*rit, quod ipſe ſcripſiſſe ſe credidit.* Indeque „concludit, cuſtodiendam eſſe defuncti voluntatem

pro jure est. [n] Creditur autem in dubio id quisque voluisse quod æquissimum atque honestissimum est. [o] In hoc autem genere [p] prima est causa ejus quod debetur, [q] proxima ejus quod etsi non debetur officio congruit.

§. IV.

Franc. Pisci. de statu exc. sem. n. 133. Meneb. in auth. novissima C. de inoff test. n. 296. Tell. Fernandes in l. 10. Taurin. quæst. 4.

I. [a] Disputant jurisconsulti, an alimenta a parentibus liberis debeantur? Nam quidam sentiunt esse quidem naturali ratione satis consentaneum, ut a parentibus alantur liberi, [b] debitum tamen non esse. [*] Nos omnino distinguendum arbitramur in voce debiti, [c] quod stricte interdum sumitur pro ea obligatione, quam inducit jus expletorium; [d] interdum laxius, ut significet id quod nisi inhoneste omitti non potest, [e] etiamsi honestas illa non ex justitia expletrice, [f] sed ex alio fonte proficiscatur. [g] Est autem id de quo egimus,

„*quam bonis heredibus intellexisse pro jure est. Plin.* „*l. 4. cap. 10.* Ex hoc igitur Plinii loco plane non „sequitur, jure naturæ *ejus esse bona intelligi,* „*cujus ea esse voluisse defunctum maxime erat pro-* „*babile.* Nam uti testamenta ipsa sunt ex jure ci- „vili, ita & hoc juris civilis est, ut non tam ver- „ba testatoris quam ejus mens inspici debeat. *l. 12.* „*ff. Reg. jur. Barbos. l. 2. c. 52. Ax. 2.*

„*n*) (CREDITUR AUTEM IN DUBIO ID QUOQUE „VOLUISSE &c.) Quia moriens non videtur ali- „quid voluisse quod lædat justum & honestum *l. f.* „*C. Leg. Jul. rep. Tesm. b.* At regulam hanc re- „futavimus in præcedentibus: Sed & conjecturam „hanc voluntatis non sufficere ad jus hæreditarium, „i. e. ad jus in transferendum, diximus.

„*o*) (IN HOC AUTEM GENERE:) Ubi de ho- „nestate & æquitate agitur.

„*p*) (PRIMA EST CAUSA EJUS QUOD DEBE- „TUR:) Deberi autem hic sumit, non sensu pro- „prio & stricte sic dicto, sed sensu laxiori, nimi- „rum ex caritate: Nam ex hoc demum jure „liberis alimenta, adeoque & successionem deberi „ait §. *seq.*

„*q*) (PROXIMA EJUS, QUOD ETSI NON DEBE- „TUR, OFFICIO CONGRUIT:) Author enim in a- „ctibus virtutum distinguit eas virtutes quæ obliga- „tionem intuitu Dei producunt, & quam ex jure „naturæ laxiori sensu sumto deducit, ab eis virtu- „tibus unde nulla oritur obligatio, etsi, si ultro „ab hominibus peraguntur, sua non sunt caritura „mercede: *Vid. Diss. proœm. II. §. 9.* Atque ad „hos actus posteriores refert successionem paren- „tum. Quia defuncti voluisse creduntur id quod „honestissimum est. §. *h.*

(AD §. IV.) Author totam successionis rationem inter ascendentes & descendentes ex alimentis deducit, & ex ordine alendi ad ordinem succedendi argumentatur: quod omni ratione caret. Nam (1) alimenta tantum debentur vivo patre; (post mortem enim pater alere liberos nec debet nec potest) successio vero demum post mortem patris incipit. (2) Alimenta tantum debentur usque ad pubertatem, adeoque & jus succedendi cum pubertate deficeret. (3) Alendi necessitas tunc demum obtinet, si filius se ipsum exhibere non potest, adeoque jus succedendi cessaret si liberi sunt locupletes. (4) Pater spurium quoque natura alere tenetur, qui tamen non succedit.

„*a*) (DISPUTANT JCTI:) Præter authores à „Grotio ad marginem allegatos vide *Puffendorff.* „*de Jur. Nat. L. 4. c. 11. §. 5. Carpz. p. 2. c. 10. d.* „*18. & p. 3. c. 26. d. 5.*

„*b*) (DEBITUM TAMEN NON ESSE:) Adeoque „nec liberos jus habere exigendi alimenta, nec pa- „rentes obligari ad ea præstanda.

„*) (NOS OMNINO DISTINGUENDUM ARBITRA- „MUR:) Distinctionem inter justitiam expletricem „& attributricem explosimus supra *L. 1. c. 1. §. 4.* „*§. 7. & 8.* Nam justitia illa attributrix, quæ aptitu- „dinem respicit, nihil aliud est quam perfectio, quæ „regula est virtutis, adeoque ad juris nostri do- „ctrinam plane non pertinet.

„*c*) (QUOD STRICTE INTERDUM SUMITUR PRO „EA OBLIGATIONE QUAM INDUCIT JUS EXPLETO- „RIUM,) Alibi dixi, nullum jus esse expletorium, ne- „que debitum inter homines ex alio jure concipi „posse. *Vid. Dissert. proœm. I.*

„*d*) (INTERDUM LAXIUS, UT SIGNIFICET ID „QUOD NISI INHONESTE OMITTI NON POTEST:) „Debitum hoc non ex jure sociali, sed ex jure hu- „manæ naturæ, seu laxiori oriri ait, de quo inte- „gra dissertatione proœmiali II. egimus.

„*e*) (ETIAM SI HONESTAS ILLA NON EX JUSTI- „TIA EXPLETRICE:) i. e. ex jure naturæ sociali.

„*f*) (SED EX ALIO FONTE:) Nimirum ex ju- „re naturæ laxiori, quod ex convenientia cum na- „tura humana, i. e. ex judicio recte conformato „ad æstimanda quæ delectant aut nocent, oritur. „*Vid. prolog. §. 9.*

g) (EST AUTEM ID DE QUO AGIMUS DEBITUM ILLO SENSU LAXIORE:) Verum non est alimenta liberis tantum ex honestate deberi: nam stricto jure naturæ parentibus necessitas alendi liberos incumbit, idque ex medii necessitate, & fine propagationis probavimus *supra c. V. §. 1. lit. f.* Neque enim vive-

mus, [h] (nisi lex aliqua humana accedat) debitum illo sensu laxiore. [i] Ita accipio quod dixit Valerius Maximus: *Parentes non alendo,* inquiens, *nepotum nutriendorum debito alligarunt,* Et Plutarchus in libello elegantissimo de prolis amore: οἱ παῖδες ὡς ὀφείλημα τὸν κλῆρον ἐκδεχόμενοι. [k] *liberi hereditatem ut sibi debitam exspectant.* [l] Qui dat formam, dat quæ ad formam sunt necessaria, dictum est Aristotelis: [m] quare qui causa est ut homo existat, is [n] quantum in se est, & [o] quantum necesse est, prospicere ei debet [p] de his quæ ad vitam humanam, id est, naturalem ac socialem, [q] nam ad eam natus est homo, sunt necessaria.

Lib. II. c. 9. num. 1. Tom. II. p. 497. B.

2. [r] Ea de causa, instinctu scilicet naturali, cætera quoque animantia proli suæ, quantum necesse est, alimenta suppeditant. Unde [s] Apollonius Tyanæus quod ab Euripide erat dictum, (*Androm.* vers. 418.)

Philostr. in ejus vit. lib. II. c. 14. 15. Ed. Olear.

Ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.

Cunctis hominibus liberi vita altera.

Ita emendabat:

Ἅπασι

vivere liberi, neque propagari familiæ possunt, nisi infantes alantur: Atque hac ipsa ratione utitur Author, & præterea provocat ad motum omnibus animantibus communem, quæ rationes non ad jus aliquod laxius, adeoque non ad justitiam attributricem, sed ad jus expletorium pertinent: Sane JCti Romani educationem liberorum ex eo jure naturæ deducunt quod natura omnia animalia docuit.

„*b*) (NISI ALIQUA LEX HUMANA ACCEDAT:) „Imo debitum hoc ex ipso jure naturæ stricte sic „dicto sequitur.

„*i*) (ITA ACCIPIO:) Imo debitum Valerius Max. „non in sensu Authoris accepit pro eo quod ex „honestate debetur, sed pro eo quod stricto jure „naturæ debitum est.

k) (Grot.) (LIBERI HÆREDITATEM UT SIBI DEBITAM EXSPECTANT:) *Julianus* Cæsaribus *παισί τε γὰρ νόμιμον ἐπιτρέπειν τὰς διαδοχάς. Æquum, liberis hæreditatem relinqui.* (Pag. 334. *Edit. Spanhem.*) Etiam filiabus, quas juxta filios heredes parentum fuisse more antiquissimo testatur Jobi historia in fine. Hinc æquitatem respiciens *Augustinus*, ne ab ecclesia quidem recipi vult bona eorum qui liberos suos exheredabant. Loca sunt Libro I. de vita clericorum. (*Cap.* 3.) & sermone LIII. ad fratres in eremo. si tamen id opus *Augustini* est. Posuit ea *Gratianus* in causa XII. quæst. II. (c. 8.) & causa XVII. quæst. IV. in fine (c. 43.) *Procopius* Persicorum I. οἱ νόμοι τῶν διαλλάσσοντι ἀλλήλοις ἀεὶ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις μαχόμενοι ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι βαρβάροις ξυνίασί τε καὶ ξυνομολογοῦντες ἀλλήλοις κυρίους ἀποφαίνουσι τοὺς παῖδας εἶναι τοῦ πατρὸς κλήρου. *Leges quæ cæterum inter homines plurimis differentiis invicem pugnant, in hac re tam apud barbaros quam apud Romanos consentiunt atque conspirant, ut liberos dominos pronuntient rerum a patre relictarum.* (Cap. II.)

ADDITIO.

„Quia liberi vivo patre jam sunt quodammodo „domini bonorum paternorum: cujus rei rationem „naturalem exposui §. *præced.*

„*l*) (QUI DAT FORMAM DAT QUÆ AD FORMAM SUNT NECESSARIA:) Ex medii & finis ne„cessitate. vid. *indicem*, voce *finis*.

„*m*) (QUARE QUI CAUSA EST UT HOMO EX„ISTAT IS &C. PROSPICERE EI DEBET DE HIS „QUÆ AD VITAM HUMANAM &C. SUNT NECES„SARIA:) Officium enim & ordo propagationis „aliter expediri non potest.

„*n*) (QUANTUM IN SE EST:) Secus ergo si „pauper est, vel alias impeditur; ad impossibilia „enim non tenetur.

„*o*) (ET QUANTUM NECESSE EST:) Superflua „igitur exhiberi non debent. Sed & tunc alimenta „cessant, quando liberi se ipsos exhibere, (*vid. l.* 7. „*§.* 5. *ff. Agnosc. lib.*) vel ipsi lucrari panem opera sua „possunt.

„*p*) (DE HIS QUÆ AD VITAM HUMANAM, „NATURALEM AC SOCIALEM:) Per ea quæ ad *vi„tam socialem* pertinent Author intelligit sumtus ad „instruendum mores adhibendos, qui pariter ad „educationem pertinent. *Vid. l.* 5. *§.* 12. *de Agn.* „*lib.*

„*q*) (NAM AD EAM NATUS EST HOMO:) Hoc „verum non esse vidimus *in proleg.* §. 7. & 8.

„*r*) (EA DE CAUSA INSTINCTU SCILICET NA„TURALI:) Ex hoc autem instinctu apparet, na„turam id non saltem suadere, sed præcipere.

„*s*) (APPOLLONIUS TYANÆUS:) Apud *Phi„lostr.* 7. *c.* 8.

t) (Grot.)

῎Απασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα

Animantibus quasi vita sunt partus sui.

Plurimis sane allatis argumentis [t] quibus insitum hunc affectum probat, quæ videre est apud Philostratum libro VII. capite septimo & octavo; cum quo loco optime consentit is qui est apud Oppianum de venatu tertio, & de piscatu primo. Et in Dictye tragœdia idem ille Euripides hanc unam omnium legem esse ait, quæ & hominibus inter se, & cum cæteris animantibus communis sit; hinc [u] jurisconsulti veteres liberorum educationem ad jus naturale referunt, id est, ad illud quod cum instinctus naturæ aliis quoque animantibus commendat, [v] nobis ipsa præscribit ratio. *Naturalis stimulus*, ut 1) [w] Justinianus loquitur, id est, στοργὴ, *parentes ad liberorum educationem hortatur.* [x] Idem alibi: 2) *Filium vel filiam alere patri necesse est propter ipsam naturam.* Diodorus Siculus: 3) ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐςὶ πρὸς διατήρησιν ȣ̓ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γινομένων, διὰ τῆς συγγενȣ̃ς φιλοζωΐας τὰς διαδοχὰς εἰς ἀΐδιον ἄγȣσα διαμονῆς κύκλον. *Optima quippe magistra natura est cunctis animantibus, nan tantum ad sui, sed & ad prolis suæ conservationem,* [y] *ut cognata hac caritate continua successio ad æternitatis circulum perveniat.* Apud 4) [z] Quintilianum filius, [*] *partem jure gentium peto.* Sallustius 5) [aa] testamentum quo filius excluditur impium dixit. Et quia naturale est hoc debitum, [bb] ideo etiam vulgo 6) quæsitos alere mater debet.

Cap. 14. 15. l. de S. Olear. — Apud Stob. — Pr Instit. de jur. nat. gen. L. 1. §. 3 D. de just. & jur. — 1) L. un §. taceat. 5. vers. sed etsi. C. de rei ux. act. — 2) L. ult C. de bon. quæ lib. §. ususfr. 5. — 3) Lib. I. c. 50. p. 94 Ed. H. Steph. — 4) I. st. o. rat. VII. 1. — 5 fragm. IV. 2. Ed. Wass. — 6) L. si quis. 5. §. Ergo. 4. D. de agnosc. lib.

3. Et

t) (Grot.) (QUIBUS INSITUM HUNC AFFECTUM PROBAT:) Plinius X. 33. de hirundinibus. *In foetu summa æquitate alternant cibum.*

„u) (JURISCONSULTI VETERES:) Ulpianus in „*L. 1. §. 3. ff. Just. & jur.* & *L. 5. per tot. de agn.* „v. Paulus ait, necare videri qui liberis alimenta „denegat. *L 4. ff. Agn. lib.*

„v) (NOBIS IPSA PRÆSCRIBIT RATIO:) Non „ergo sola honestas.

„w) (JUSTINIANUS:) in *L. un. §. 5. C. Rei ux.* „*act.*

„x) (IDEM ALIBI:) *L. 8 §. 5. C. Bon. quæ lib.*

„y) (UT COGNATA HAC CARITATE CONTINUA „SUCCESSIO AD ÆTERNITATIS CIRCULUM PERVE„NIAT:) Natura voluit humanum genus propaga„ri, at fieri id non potest, nisi parentes liberos „suos alant.

„z) (QUINTILIANUM:) *Inst. lib. VII. 1.*

„*) (PARTEM JURE GENTIUM PETO:) I. e. ju„re naturæ: non ergo demum ex honestate.

„aa) (TESTAMENTUM QUO FILIUS EXCLUDITUR „IMPIUM DIXIT:) Tale testamentum impugnatur „tanquam a non sanæ mentis homine, *l. 2. l. 5. In„off. test.* tanquam a demente & furioso, *l. 13. in ff.* „*Eod.* ac contra officium pietatis factum. *d. l. 2. d.* „*l. 5. § 1. & pr. Inst. de inoff. test.*

„Cæterum necessitas alendi liberos infinitis au„toritatibus firmari potest. Vide *Gell. N. A. l. 12. c. 1.* „*I Timoth. V, 8. Dist. 30. c. 14. Cassiod. 1. Var. 38.* „Conf. ea quæ late exposita sunt supra *ad c. 5. §.* „*1. & seq.*

bb) (IDEO ETIAM VULGO QUÆSITOS ALERE MATER DEBET:) Non pater, quia incertus est, utpote cum solæ nuptiæ certum patrem demonstrent. Secus si pater non neget se patrem esse, vel convictus sit: tunc enim omnino alere debet spurium, quia educare eum debet, pars autem educationis est alere, etsi non succedat patri.

ADDITIO.

„Quæritur an jure civili quoque, & moribus, pa„ter liberos spurios alere teneatur? Affirmatur: „*Auth. Licet C. de Nat. lib.* idque ex ratione ante „allegata. Quod verum est, etsi pater 1) probet, „se invitatum ad stuprum fuisse, *Brunnem. J. Eccl.* „*L. 3. c. 5. §. 9.* 2) Etsi partus ex damnato coitu „natus sit. *Carpz. Jurispr. Cons. L. 2. tit. 14. def.* „*242. n. 5.* 3) Etsi mater jam ante stuprata fue„rit. *Carpz. Prax. crim. p. 2. q. 68. n. 118.* 4) „Licet quoque partus sit adulterinus, *Carpz. d. qu* „*68. n. 122.*

„Si contumax sit stuprator, partus immittitur in „ejus bona: *Carpz. Jurispr. Cons. L. 2. tit: 14. d.* „*230. & 243.* Quod etiam verum est si de stu„pro accusatus fugiat, vel prætextu militiæ, studio„rum, aut peregrinationis in alium se transferat lo„cum. *Stryk. ad Brunn. J. Eccl. L. 2. c. 18 n. 28.* „*per l. 3. §. 7. ff. de milit. L. 7. §. 2. ff. Susp. tut.*

Et

3. Et quanquam [cc] ex damnato legibus concubitu natis nihil relinqui leges Romanæ volebant, [dd] ficut & naturalibus ne quid relinquere neceſſe eſſet caverat [ee] lex Solonis, canones Chriſtianæ pietatis hunc rigorem correxerunt, [ff] qui docent qualibuscunque liberis id recte relinqui, imo ſi opus ſit [gg] relinquendum etiam, quod ad alimenta neceſſarium eſt. [hh] Nec aliter capiendum quod dici ſolet, legiti-

c. Cum haberet, 5. de eo qui dux. quam poll. per adul.

„Et tum curator abſentis neceſſaria partui ſubminiſtrat. *Brunn. L. 3. dec. 38.*

„Si ſtuprator vel contumax, vel fugitivus ipſe „bona non habet, uſu receptum eſt, ut pater ejus „alimenta partui præſtet in ſubſidium: *vid. L. 5. §. „2. & 9. ff. h. t. Carpz. J. Conſ. p. 2. tit. 14. def. „243. Coler. de alim. L. 1. c. 8. n. 12. Stryk. U. M. „tit. de Concub. §. 3. Id ad Tit. de adult. §. 24. Id. ad „Brunn. J. Eccl. L. 2. c. 18. §. 28.* modo conſtet „partum filii eſſe, quod ex fuga ejus præſumitur. „*Brunn. cent. 3. dec. 35. n. 3.* Deficiente patre „avus & avia paterna in ſubſidium alere tenentur. „*arg. l. 5. §. 2. & 9. Agn. lib.* His deficientibus „mater ſtupratoris & materni aſcendentes in offi„cium alendi ſuccedunt. *d. l. 5. §. 2. Surd. dec. L. 2. „§. 8. def. 3. Stryk. U. M. tit. de Conc. §. 5. Col. de alim. „L. 1. c. 8. n. 4. Carpz. p. 2. c. 10. def. 20.* Atque „ita contra matrem ſtupratoris pronunciatum eſt „in Supr. appell. jud. Berol. Menſ. Jun. 1723. in „cauſa der Wittwen Kottenkampff contra S. „Marien Moſerin.

„Stuprator, qui fatetur ſtuprum at negat ſe „patrem filii eſſe, nihilominus alimenta partui „præſtat; quia præſumtio eſt contra eum quod „pater ſit, donec alios cum ea rem habuiſſe pro„betur, *Carpzov. J. Conſ. L. 2. tit. 14. def.* 232. „Eadem quoque præſtandorum alimentorum ne„ceſſitas obtinet, etſi ſtuprator ſit egenus, & quotidia„nis laboribus victum quærere teneatur: quicquid „diſſentiat *Carpz. J. For. p. 4. c. 27. def. 11. & „Prax. Crim. p. 2. q. 68. n.* 127. qui ad impoſſibi„lia neminem teneri ait; verum ſi alere partum, „indeque dotare ſtupratam non poteſt, ducere eam „debet. Alere ſtuprator quoque partum tenetur, „etſi ſtuprata delatum ſibi juramentum, quod cum „nemine alio rem habuerit, præſtare noluerit, niſi „juſta cauſa ſit de levitate ſtupratæ ſuſpicandi, ejus„que vita ante acta ſuſpecta ſit, *Carpz. J. Conſ. „L. 2. tit. 14. def.* 239. talis cauſa autem non eſt, „quod ſemel jam ſtuprata ab alio fuerit; nam in„de non ſtatim promiſcuus concubitus infertur.

„In cauſa hac alimentorum nec appellatio, nec „ullum aliud remedium, niſi quoad ſolum effe„ctum devolutivum, admittitur. Vid. *Stryk. ad „Brunn. J. Eccl. L. 2. c. 18. §. 28.*

„Not. Voce alimentorum continentur omnia, „quæ ad ſuſtentationem partus & matris requirun„tur, *L. 1. §. 19. ff. de Ventr. in poſſ. mitt. L. 5. §. „12. ff. h. t. L. 43. L. 44. de V. S.* adeoque & mi„niſtræ, *L. 4. §. 1. de Ventr. in poſſ.* Eoque per„tinent die Gerichts-Koſten, ſi ratione partus „proceſſus geritur, *L. 5. §. f. de Ventr. in poſſ.*

„Quid ſi partus intra tempus quo lactari ſolet mo„riatur? Resp. Tunc proprie alimenta non decer„nuntur, at quia obſtetrix ſuum rogat præmium, „quia in baptismum quædam impendenda, quia „mater habitavit cum partu, quia ipſa mater, dum „alit partum, victum quærere vix poteſt, &c. certa „quædam ſumma ex officio pro rata determinari „ſolet. *Carpz. Prax. Crim. p. 2. q. 68. n. 106. „Stryk. de Act. for. Sect. 1. m. 1. §. 7.*

cc) (EX DAMNATO COITU NATIS NIHIL RELINQUI LEGES ROMANÆ VOLEBANT:) Jure naturæ ex damnato concubitu nati ali omnino debent a parentibus, quia eſt pars educationis: Jure Romano adeo odio habiti ſunt hujusmodi concubitus, ut liberi ex tali conjugio nati non tantum non ſuccedant ab inteſtato, ſed & nec hæredes inſtitui, nec iis aliquid in teſtamento relinqui poſſit: Quia inſtitutiones &c. oriuntur ex affectu, qui hic eſt damnabilis & execrabilis: Neque hæc eſt poena liberorum, qui inſontes ſunt, ſed parentum quorum affectus lege damnatur: Sed & porro adeo ille affectus patris damnatus fuit legibus Romanis, ut parentes non obligati fuerint alere tales liberos. *Nov. 89. c. f.* At merito canones hoc correxerunt: & poenam illam tantum ad ſucceſſiones, quæ lucrum inferunt, non vero ad alimenta, quæ ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt, pertinere voluerunt.

dd) (SICUT ET NATURALIBUS:) i. e. qui non ex ſtupro ſed ex concubina nati ſunt; differunt autem, quod illi vulgo & ex promiſcuo concubitu nati ſint, hi ex concubina, quæ uni ſoli cohabitat. His ergo liberis omnino debentur alimenta, quia pater certus eſt, non vero ſucceſſio eis defertur, quia non ſunt ex juſtis nuptiis nati:

„*ee*) (LEX SOLONIS:) Idque etiam legibus Ro„manis cautum eſt.

ff) (QUI DOCENT QUALIBUSCUNQUE LIBERIS ID RECTE RELINQUI:) *C. 5. X. de eo qui duxit in Matr.*

gg) (RELINQUENDUM ETIAM QUOD AD ALIMENTA NECESSARIUM EST:) Minus recte, nam morte patris neceſſitas alendi finitur:

hh) (NEC ALITER CAPIENDUM EST QUOD DICI SOLET LEGITIMAM HUMANIS LEGIBUS TOLLI NON POSSE, QUATENUS SCL. EI INSUNT ALIMENTA:) Cum præmiſſa vera non ſint, nec concluſio hæc vera eſſe poteſt: Diximus 1) ſucceſſionem deberi liberis, nullo reſpectu habito ad alimenta; adeoque & legitimam: inprimis cum 2) poſita hypotheſi Authoris, legitima non deberetur liberis locupletibus, vel qui manu victum quærere poſſunt,

legitimam humanis legibus tolli non posse, quatenus scilicet in legitima insunt alimenta necessaria. *ii* Nam quod supra est, tolli potest non repugnante natura.

L. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. l. 5. § 2. §. 5. l. 8. ff. Agn. lib. 4. *kk* Ali autem debent non tantum liberi primi gradus, sed & secundi, si ita res ferat, *ll* & ulterioris: quod ostendit *mm* Justinianus, cum non filios tantum, sed & qui deinceps sunt, alendos propter ipsam naturam pronuntiat: *nn* quod ad eos etiam producitur, qui per mulieres ex nobis veniunt, *oo* si aliunde ali non possunt.

§. V.

sunt, vel post pubertatem,* quia his casibus alimenta eis non debentur: Sed & 3) sæpius legitima non sufficit ad alimenta, adeoque eorum intuitu constituta videri non potest:

Explicavimus rationem legitimæ in *Pos. XI. & XII.* Diximus ibi, jure naturæ nullam esse successionem liberorum, sed patre mortuo bona illius esse nullius, & cedere occupanti: at jure gentium, & cessante occupatione, surrogatum esse jus succedendi liberorum; Quo ipso vero facultas patris disponendi de re sua inter vivos non tollitur, neque enim liberis in bonis patris ullum jus eo vivente quæsitum est:

Verum, postquam testamentorum usus introductus est legibus civilibus, iniquum visum fuit testatori facultatem concedere totam hæreditatem liberis auferendi: cum enim quædam successio ex surrogatione juris naturæ necessaria sit, ea testamento patris auferri liberis nequit, uti auferretur, si facultas testandi in infinitum patri competeret. Quantitas autem neque jure naturæ neque jure gentium definita est, sed id demum jure Romano factum, ubi legitima est & quarta, & postea triens portionis ab intestato debitæ *Nov.* 18. *c.* 1.

ADDITIO.

„Nos liberis successionem parentum ab intestato ipsa natura decretam esse alibi probavimus: „Hine facilis in statu naturæ est decisio quæstionis, „*an liberis natura debeatur legitima?* Nam non „tantum legitima eis natura debetur sed tota hæ„reditas, adeo ut nec testamento patris ea auferri „liberis possit, qua dispositio testamentaria jure „naturæ nulla est.

„At introducto legibus civilibus testamentorum „usu quæri potest, *an pater teneatur liberis legiti„mam relinquere tanquam portionem natura debi„tam?* Idque merito affirmamus: Diximus enim „naturali jure totam deberi hæreditatem liberis: Si „proinde lege permittitur ut pater de parte hære„ditatis disponere eamque liberis auferre possit, „necessario sequitur, reliquam partem, de qua lex „non disponit, *natura* debitam manere. Idque „probatur ex ipsis legibus Romanis, nam testa„mentum, in quo liberis legitima non est relicta, „a non sanæ mentis homine *l.* 2. *l.* 5. *§.* 1. *ff. inof. „test.* tanquam a demente et furioso, *l.* 13. *in fin. „Eod.* ac contra officium pietatis factum censetur, „*d. l.* 2. *d. l.* 5. *§.* 1. *pr. Inst. de inof. test.* Inde„que querela inofficiosi testamenti tale testamen„tum infirmatur. *tot. tit. ff. inoff. test.*

„Alia autem quæstio est, *an leges civiles patri „permittere possint ut etiam de reliqua illa parte, ad„eoque de legitima testari possit?* Equidem nullam „video rationem quæ id impediat. Nam 1) civi„tas communi consensu leges de suo jure statuere, „& juri suo natura quæsito renunciare, adeoque „& civibus facultatem de omnibus bonis post mor„tem testandi concedere potest. Nam 2) eodem „jure quo civitas partem natura quæsitam libe„ris auferre potuit, eadem ratione quoque totam „hæreditatem auferre potest. Idque 3) actu fece„re legislatores, dum militibus talem facultatem „concesserunt, & parentibus permiserunt liberos „ex quibusdam causis exhæredare: Neque 4) me„tuendum est parentes id sine justa causa facturos „esse, quia affectus, quem natura indidit parenti„bus erga sobolem, hanc tutam reddit. Conf. *Tho„mas. Dissert. de legitima viventis c.* 3. *§.* 23. *seq.* „Qui ex alia ratione jus exhæredandi deducit, quia „scil. bona parentum liberis post mortem plane non „debentur jure naturæ, adeoque nec legitima: „idque ex ea ratione probat, quia si hæreditas li„beris deberetur natura, contra jus peccatum fuis„set quod liberis certa saltem hæreditatis portio „fuerit assignata; &c. jus autem naturæ esse immu„tabile *d. l. §.* 25. At hæc ratio fallit: nam dictum „est, civitatem juri suo renunciare posse, renunciat „autem dum promittit se legibus civitatis staturum: „Si proinde utilitas publica suadet, ut patribus fa„milias liceat excludere liberos vel a parte hæredi„tatis, vel a tota, hæc lex eodem jure valet quo „usucapio, præscriptio, res judicata &c.

„*ii*) (NAM QUOD SUPRA EST TOLLI POTEST „NON REPUGNANTE NATURA:) Verum non est „alimenta liberis a patre post mortem deberi: Ve„rum non est liberis hæreditatem testamento ad „quantitatem alimentorum auferri jure naturæ posse: „Verum non est lege non posse legitimam tolli.

kk) (ALI AUTEM DEBENT NON TANTUM LIBERI PRIMI GRADUS, SED ET SECUNDI:) Nam officium alendi natura regulariter quidem competit patri, at si hic deficit idem officium incumbit avo; idque ex medii necessitate, quia familia avi absque alimentatione superstitis nepotis propagari nequit: Nec ulla ratio dari potest cur ea extraneo magis incumbat quam avo, qui formam dedit partui mediate.

ll) (ET ULTERIORIS:) v. g. pronepotes, abnepotes. &c.

mm) (JUSTINIANUS:) *L.* 8. *§.* 5. *C. Bon. quæ lib.*

nn) (QUOD AD EOS ETIAM PRODUCITUR QUI PER MULIERES EX NOBIS VENIUNT:) Nepotes neptesque ex filia ex eadem medii necessitate.

„*oo*) (SI ALIUNDE ALI NON POSSUNT:) Si aliunde ali possunt, etiam illi, qui per masculos ex „nobis

§. V.

I. [a] Debentur quidem & parentibus alimenta: quod non legibus tantum proditum est, sed vulgari proverbio [b] ἀντιπελαργεῖν, adeo quidem ut laudetur [c] Solon, quod qui id non facerent eos notarit infamia. (Diog. Laert. in Solon. §. 55.) [d] Sed non hoc æque est ordinarium, atque illud quod de liberis diximus; nam liberi, cum nascuntur, [e] nihil secum afferunt, unde vivant; [f] adde quod vivendum diutius habent quam parentes; atque ideo [g] sicut honor & obsequium parentibus debetur, non liberis, [h] ita educat[illegible] liberis magis quam parentibus: quo sensu accipio illud Luciani: [illegible] τοί γε ἡ Φύσις τοῖς πατράσι τὰς παῖδας μᾶλλον ἢ τοῖς παισὶ τὰς πατέρας ἐπιτάττει Φιλεῖν. (In Abdic. Tom. I. p. 271. Ed. Amst.) [i] *Magis natura jubet a parentibus liberos, quam a liberis parentes diligi.* Et illud Aristotelis: Μᾶλλον συνῳκείω δε τὸ ἀφ᾽ ὗ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γεννώμενον τῷ ποιήσαντι. τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ † οἰκεῖον ἀφ᾽ οὗ. († Nic. VIII. c. 14.) *Magis afficitur causa gignens erga genitum, quam genitum erga gignentem. Nam quod ex aliquo ortum est, id ei quasi proprium est.* 2. Hinc

„nobis veniunt, ali ab avo & patre non debent. „*Vid. pr. h. §.*

a) (DEBENTUR QUIDEM ET PARENTIBUS ALIMENTA:)} Quærit Author, *an parentibus alimenta jure naturæ debeantur?* Nos negamus 1) quia ratio nulla naturalis dari potest cur filii parentes alere debeant: Nam talis quidem naturæ lex in liberis exstat, qui a parentibus educari, adeoque & ali debent, cum alias propagari humanum genus non possit: at tota hæc ratio cessat in parentibus; liberi enim parentes educare non tenentur, teste id sacra quoque pagina: *2. Chor. III. v. 4.* Adeoque per denegationem alimentorum propagationis ordo non turbatur aut impeditur: sed & instinctus naturæ cessat. Sane nec bruta ferri in alitionem parentum experientia docet. Idque fatetur ipse Author, dum ait, jus alendi parentes non æque esse ordinarium ac jus alendi liberos: si vero naturæ jure liberi tenerentur alere parentes, id jus æque ordinarium foret; obligatio enim quæ ex jure naturæ descendit, non habet gradus, sed semper eadem est, i. e. plenissima: Natura enim jus suum cuique æqualiter tribuendum est.

Equidem ingrati sunt liberi qui parentibus alimenta negant, indeque pietatis est ea tribuere egentibus, at jure non teneutur: Cum vero leges civiles sæpius circa ea quæ virtutis sunt, ferantur, idem contigisse videmus in officio alendi parentes, at tunc obligatio non ex naturæ ratione oritur, sed ex lege civili.

ADDITIO.

„Negari nequit, plerasque gentes jus alendi parentes inter debita posuisse: Cicero parentes non „alere nefarium dixit, *ad Attic. 9. 9.* Seneca legem „apud Romanos affert, *liberi parentes alant, aut* „*vinciantur t Controv. 1.* Jure civili Romano leges tales exstant in *L. 5. §. 16. ff. agn. & al. lib.* „*L. 8. §. 5. C. bon. quæ lib.* Atque ad exemplum „volucrum provocat Sophocles *Electr. v. 1061.* „Quintilianus ait, parentibus non præstari alimenta sed reddi. *Decl. 5.* Apud Hebræos exstitit lex „de alendis parentibus: atque hæc ratio est cur „*Korban* adeo improbet Servator, quia hoc voto „id quod parentibus etiam alendi causa datur, ec„clesiæ cedit. *Vide infra c. 13. §. 7.*

b) (Grot.) Ἀντιπελαργεῖν:) Vide *Leonem Afrum* Lib. IX. de Nestor. (Pag. 388. Ed. Elzivir.)

ADDITIO.

„Ἀντιπελαργεῖν, est instar ciconiæ senio defe„ctis parentibus servire ac consulere, Plinius *10.* „*c. 23. Ciconiæ genetricum senectam invicem educant.* „Inde Ciconia pietati cultrix P. Syrio apud Petro„nium. *Arist. hist. anim. 6. 13. Ælian. de anim. 3. 23.* „*Gron. h.*

„c) SOLON:) (Verba Solonis apud Laertium „hæc sunt: *Si quis parentes non enutrierit, is igno-* „*bilis obscurusque esto. Tesm. h.*

„d) (SED HOC NON ÆQUE EST ORDINARIUM:) „Quia parentibus tantum deberi alimenta ait ex „officio, ex pietate, adeoque saltem ex jure na„turæ laxiori.

„e) (NIHIL SECUM AFFERUNT UNDE VIVANT:) „Adeoque ex medii necessitate ali a parentibus, qui „formam eis dedere, debent: quæ ratio cessat in „parentibus.

„f) (ADDE QUOD VIVENDUM DIUTIUS HABENT:) „Hæc ratio claudicat, nam nec liberis in infini„tum debentur alimenta, sed saltem ad pubertatem, „nunquam autem post mortem.

„g) (SICUT HONOR ET OBSEQUIUM PARENTI„BUS DEBETUR:) Id ergo proprium est solis paren„tibus. *Vid. supra c. 5. §. 6.*

„h) (ITA EDUCATIO LIBERIS MAGIS QUAM „PARENTIBUS:) Proprium igitur est liberis ut illi „a parentibus educentur, non contra.

„i) (MAGIS NATURA JUBET:) Certum enim „est amorem descendere non ascendere: ejusque „rationem affert Aristoteles ab Authore allegatus „*h. §.* nam quod ex aliquo ortum est, id ei quasi „proprium est.

„k) (ET-

2. Hinc fit, ut *k* etiam citra auxilium legis civilis *l* prima bonorum successio liberis deferatur; quia creduntur parentes illis, ut corporis sui partibus, *m* non tantum de necessariis, *n* sed & de his, quæ ad vitam suavius honestiusque transigendam pertinent, quam uberrimme voluisse prospectum, *o* ab eo maxime tempore, quo ipsi rebus suis frui non possent. *Ratio naturalis*, inquit *p* Paulus Jurisconsultus, *quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando.* *q* Papinianus vero: *r Non sic parentibus liberorum, ut liberis parent*[illegible] *debetur hereditas. Parentes ad bona liberorum s ratio miserationis admittit: liberos * naturæ simul & parentum commune votum;* id est, liberos hereditas sequitur *t* partim quidem ob præcisum debitum naturale, *u* par-

L. cum ratio 7. D. de bon. damn.

Leg 7. § 1. D. si tab. test.

„*k*) (ETIAM CITRA AUXILIUM LEGIS CIVILIS:) „Quia natura ipsa illis prospexit. Non vero quia „id honestatis saltem, adeoque juris naturæ laxio„ris est, uti putat Author. *Vid.* §. 4.

l) (QUIA CREDUNTUR PARENTES ILLIS UT CORPORIS SUI PARTIBUS &c. VOLUISSE PROSPECTUM:) Conjecturam hane voluntatis non inferre necessitatem, adeoque nec jus succedendi, jam ante demonstratum est: Sed & probavimus successionem a natura non dari nisi ex surrogatione.

ADDITIO.

„Equidem conjectura voluntatis ab Authore al„lata inanis est, at ex alia ratione originem juris „succedendi liberorum deduximus, illudque natu„rale esse probavimus.

„*m*) (NON TANTUM DE NECESSARIIS:) i. e. „quæ proprie ad alendum corpus pertineot.

„*n*) (SED ET DE HIS QUÆ AD VITAM SUA„VIUS HONESTIUSQUE TRANSIGENDAM PERTI„NENT:) i. e. Quæ ad vitam socialeio sunt neces„saria, quia ad eam natus est homo: ita enim rem „explicavit Author §. *præced. n.* 1.

„*o*) (AB EO MAXIME TEMPORE:) Imo eo so„lo tempore, quia tantum oécessaria alimenta debentur.

„*p*) (PAULUS JCTUS:) In *L. 7. pr. ff. Bon. damn.* „ubi addit, propterea in jure civili ipsis *suorum* „nomen inditum esse.

„*q*) (PAPINIANUS VERO:) *L. 7. §. 1. ff. Unde* „*liberi.*

r) (Grot.) (NON SIC PARENTIBUS LIBERORUM UT LIBERIS PARENTUM DEBETUR HÆREDITAS:) Philo de vita Mosis III. (Pag. 689. E. *Edit. Paris.*) *ἐπειδὰν ὁ νόμος φύσεως ἐστι κληρονομεῖσθαι τοὺς γονεῖς ὑπὸ παίδων, ἀλλὰ μὴ τούτους κληρονομεῖν, τὸ μὲν ἀπευκταῖον καὶ παλίμφημον ἡσύχασε. Cum lex sit natura ut liberi parentibus, non parentes liberis in bonis succedant, Moses id quod contra vota parentum, malique ominis erat, texit silentio.* Xenophon libro II. Socraticorum: *ὁ μὲν ἀνὴρ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι παισὶ προκατασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν βίον, καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα. Vir iis quos habiturus est liberis parat omnia quæ usui fore ad vitam putat, & quidem quam maxima potest in copia.* (Cap. 2. §. 5.)

ADDITIO.

„Author rationem successionis ascendentium „pariter ex alendi necessitate deducit. Supposuit „enim §. 3. Defunctum indubie id voluisse quod „æquissimum est: Cum vero æquum sit ut is cui „alimenta debentur etiam succedat, *supra* §. 4. & „§. *b.* inde concludit, credibile & probabile esse „defunctum parentibus bona relinquere voluisse „(liberis scil. non exstantibus) quia parentibus quo„que alimenta a liberis debentur, saltem ex jure „naturæ laxiori. §. 3. *in fin.* §. 4. §. *b.*

„Nos demonstravimus, liberos alere parentes ju„re naturæ non teneri, adeoque ex ipsis Authoris „principiis ratio succedendi cessat: Diximus argu„mentum ab alendi necessitate ad successionem non „valere: sane juris naturæ laxioris est alere ege„nos, *vid. L. 1. c. 6. 1. §. 8.* non tamen inde jus „eis oritur succedendi. Sed & alibi probavimus „totam succedendi rationem, quæ in liberis obtinet, „cessare in parentibus. *Diss. prooem. XII. §. 285. seq.* „Unde notanter Papinianus ait, *parentes ad bona* „*liberorum ratio miserationis* (*quæ ratio mere civi*„*lis est*) *admittit: liberos natura simul & paren*„*tum commune votum.*

„Hinc sponte sequitur, jure naturæ (post intro„ductum testamentorum usum) parentibus non de„beri legitimam: Quod igitur parentibus legitima „sit relinquenda, id ex arbitrio legislatorum Ro„manorum ita statutum est.

s) (RATIO MISERATIONIS:) In solatium amissi filii. &c.

*) (NATURÆ SIMUL ET PARENTUM COMMUNE VOTUM:) In quo nam consistat illud commune „votum vidimus in *Differt. proem. XII.* §. 251.

„*t*) (PARTIM QUIDEM OB PRÆCISUM DEBITUM „NATURALE:) Imo jure naturæ plane non est suc„cessio, nisi ex surrogatione, adeoque ex jure Gen„tium.

ADDITIO.

„Successionem liberorum a natura esse certum est. *Vid. supr. p. 678. seq.* cæterum Author sibi hic contradi-

x partim ex conjectura naturali, qua parentes creduntur id velle, ut liberis quam optime prospectum sit. *x* *Sanguini honorem debitum reliquit*, ait Valerius Maximus de Q. Hortensio, qui filium minus sibi probatum heredem scripserat. Huc spectat illud Apostoli Pauli: οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. *Non enim liberi parentibus, sed parentes liberis rem congerere & servare debent.* Lib. v. c. 9 num. 2. Cor. XII, 14.

§. VI.

Quia vero & hoc ordinarium est, ut pater materque liberis suis prospiciant, *a* ideo dum illi exstant, avi aviæque ad alimenta danda teneri non intelliguntur: Ubi illi *b* eorumve alter defecerit, *c* æquum est, ut avus aviaque pro mortuo filio filiaque curam suscipiant nepotum ac neptium, *d* quod & in parentibus longius remotis pari ratione procedit. *e* Atque hinc ortum traxit jus illud, ut nepos filii

„tradicere, videtur dum jus succedendi ad *præcisum* „*naturæ debitum* refert, cum supra §. 4. jus hoc non „ad debitum stricte sic dictum, sed ad laxius, quod „honestatis saltem est, retulerit.

„*u*) (PARTIM EX CONJECTURA NATURALI:) „Imo ex conjecturis nullum jus sequitur: Neque „Papinianus *commune parentum votum* hoc modo „intellexit, sed ille supponit parentes omnia ac„quirere familiæ, atque in usum familiæ bona „congerere, & cum hæc familia morte patris „non intereat, sed continuetur in liberis, me„rito ait, successionem ex voto parentum ad li„beros transferri. Atque ita quoque rem expli„cat Apostolus in allegato loco.

„*x*) (SANGUINI HONOREM RELIQUIT, AIT VA„LERIUS MAXIMUS DE HORTENSIO QUI FILIUM „MINUS PROBATUM: &c.) Plane alio sensu id dixit „Valerius Maximus, nam cum jure Romano ex„heredari liberi nonnisi propter enormes injurias „potuerint, Hortensius dissimulare potius injurias, „quam sanguini suo honorem adimere voluit.

„*a*) (IDEO DUM ILLI EXSTANT:) Quamdiu „enim parentes exstant, nondum existit illa medii ne„cessitas, ex qua sola avo officium alendi incumbit. „*Vid. §. præced. n.* 4.

„*b*) (EORUMVE ALTER:) Imo uterque defice„re debet ad eum effectum ut avi alere teneantur.

„*c*) (ÆQUUM EST, UT AVUS AVIAQUE PRO „MORTUO FILIO FILIAQUE CURAM SUSCIPIANT:) „Hæc æquitas autem non est ex jure naturæ laxio„ri, uti Author putat. *Vid. §. 4.* sed ex eo jure na„turæ quod homines inter se obligat; ex cujus „dispositione, deficientibus parentibus, officium edu„candi, adeoque & alendi, avis defertur, quia aliter „propagationis negotium, quod natura humano „generi commisit, expediri non potest.

„*d*) (QUOD ET IN PARENTIBUS LONGIUS RE„MOTIS PARI RATIONE PROCEDIT:) Deficienti„bus parentibus & avis, proavi, & sic porro aba„vi, si exstant, educare ac alere liberos tenentur.

e) (Grot.) (ATQUE HINC ORTUM TRAXIT JUS ILLUD UT NEPOS FILII LOCO SUCCEDAT:) Quod Hebræi dicunt, *filius etiam in sepulchro succedit*; item: *filii filiorum sunt tanquam filii*. (Vide SELDEN. *de successionib. ad leges Hebr.* Lib. I. c. 1. & 2.) Meminit ejus juris, ut naturalis *Jacchiades* ad Danielem V, 2. *Æquissimum esse videtur nepotes neptesque in patris sui locum succedere*, ait Justinianus titulo institutionum de Hereditatibus quæ ab intestato deferuntur. (§. 6.) Pietati id adscribit *Eginhardus* in vita Caroli Magni. (*Cap. 9. Ed. Schminck.*) κατιόντας εἰς τὸ ἴδιον γονέως τόπον ὑπεισελθεῖν. *Posteros in sui quemque parentis locum subire*, dixit Michael Attaliatta.

ADDITIO.

Per jus repræsentandi intelligit Author jus quo nepotes succedunt in locum filiorum; hoc jus deducit ex jure alendi nepotes, quod mortuis parentibus natura committit avis: hactenus enim nepotem succedere in locum filii ait. At (1) verum non est *successiones* ab alendi jure dependere, quia *alimenta* debentur natura liberis qui propter ætatem vel egestatem se ipsos exhibere non possunt, & sequuntur ex educatione, ac ejus pars sunt. *Hereditas* autem debetur liberis etiam majoribus, & qui alimentis non indigent, ex surrogatione juris gentium. Hinc *alimenta* præcise sunt necessitatis, quia sine illis liberi educari nequeunt, nec vivere: at *successio* eis debetur etsi nec a parentibus educentur, & licet absque hæreditate vivere possint. Adeoque (2) jus repræsentandi non in eo consistit, quod nepos succedat in locum filii ad effectum alendi, sed quod plures nepotes in locum unius parentis subeant, adeoque cum patruis non in capite succedant, sed in stirpes. Hoc autem jus (3) nititur ea ratione, quod liberi ex momento nativitatis jus aliquod eventuale succedendi in bonis patris habeant, illudque jus in suos descendentes transmittant.

ADDITIO.

„Systema Grotii circa originem juris repræsen„tandi hoc est: Principii loco ponit, liberis deberi „alimenta a parentibus, eoque bonorum successio-

1) filii loco succedat, quemadmodum f Ulpianus loquitur. Id g Modestinus dixit, 2) τὸν τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος τόπον πληροῦν. h Justinianus 3) τὴν πατρῴαν ὑπεισιέναι. Isæus oratione de Philoctemonis hæreditate, hoc ipsum vocat ἐπανιέναι. Philo Judæus: 4) υἱωνοὶ γὰρ πατέρων ἀποθανόντων ἐν υἱῶν τάξει παρὰ πάπποις καταρυθμοῦνται. *Nepotes parentibus mortuis, apud avos filiorum obtinent locum:* Vicariam hanc successionem, i quæ per stirpes fit, k repræsentationem vocare amant recentiores jurisconsulti; quam valuisse etiam l apud Hebræos, divisio agrorum terræ Jacobi filiis promissa, aperte satis ostendit. Sicut filius & filia proximi sunt cuique, m ita & qui ex filio filiave nascuntur, ait Demosthenes oratione 5) adversus Macartatum.

1) *L. 7. D. de bis, qui sui v. al. jur. f.*
2) *L. 2. §. 7. D. de exc. tut.*
3) *Novel* 127. *pr.*
4) *Legatione ad Cajum.*
5) *Pag.* 661, *B.*

§. VII.

a Quæ autem diximus hactenus de conjectura voluntatis, b ita

„nem *Vid.* §. 4. & §. 5. Deficientibus vero parenti„bus ait, avos succedere in hoc alendi officium, atque „ex eo capite nepotes avis quoque succedere. §. 6.

„Atque hanc originem esse ait vicariæ illius succes„sionis, qua nepos in locum filii succedit, & quæ „a recentioribus jus repræsentandi vocatur. §. 6. „Addit, hoc jus pactis, moribus, & legibus variari „posse. §. 11. *n.* 4.

„At merito negamus jus succedendi oriri ex ne„cessitate alendi: Liberi enim succedunt patri & „avo etsi vel ipsi habeant unde alantur, vel ipsi se „alere possint, adeoque etsi necessitas alendi in „parentibus cesset.

„Alibi probavimus, liberos esse partem familiæ, „& de juribus familiæ participare, eosque hanc fa„miliam patris continuare post ejus mortem, i. e. „in omne jus ejus succedere. *Vid. supra pag.* 678.

„Equidem, mortuis liberis ante patrem omne eo„rum jus exstinctum videtur, quia mortui nulla „sunt jura; adeoque etsi alios reliquerunt liberos, „hi nullum jus in bona avi habere videntur: non „suo jure, quia omne jus suum demum a patre ha„bent, non jure patris, quia uti dictum est jura „patris cum vita exstinguuntur.

„At ex eo ipso, quod nepos omne jus suum a „patre habet, necessario sequitur nepotem subire in „locum præmortui patris: Pater enim ex momento „nativitatis jurium familiæ capax fit, simulque spem „acquirit succedendi in illam familiam, *si pater „morietur.* Atque vi hujus juris eventualis dicitur „quodammodo esse dominus bonorum paternorum.

„Hoc jus, utut eventuale hæc spes succedendi, ve„rum jus est, quod liberis jure familiæ cohæret, „quodque si præmoriuntur, ad suos quoque li„beros, qui pariter pars sunt ejusdem familiæ, trans„mittunt: Hi igitur nepotes uti in omnia ju„ra familiæ succedunt, ita & in jus illud even„tuale, in spem quam pater habuit occupandi bona „sui patris.

„Quando igitur casus existit, i. e. quando avus „moritur, nepotes jure patris demortui, & sub„eundo in ejus locum, eam partem hæreditatis oc„cupant, quam ipse pater, si viveret, occupatu„rus esset. Et hoc est quod Grotius ait, liberos „primi gradus vocari *etiamsi mortui sunt*, quia „mortui in nepotes viventes jus suum transmit„tunt. §. *22. n. 1.*

„Inter collaterales jus repræsentationis natura „locum habere nequit: quia collateralium successio „cognita natura non est. Sed nec in regnis juri re„præsentationis locus esse potest: etsi enim toti „familiæ, omnibusque descendentibus delata sit „successio, hi tamen non succedunt nisi per lineas, „adeo ut nunquam cum collateralibus concurrant.

„Jus Romanum duo singularia constituit: 1) ut „collaterales quoque succedant, 2) ut inter colla„terales, si fratrum prædefunctorum liberi cum „thiis concurrunt, illi subeant in locum parentum. „Ulterius enim juri repræsentandi locus non est.

„f) (ULPIANUS:) In *l. 7. ff. His qui sui vel „alien. jur.* ibi *si qua poena pater fuerit affectus, „ut vel civitatem amittat, vel servus poena efficia„tur, sine dubio nepos filii loco succedit:* Nam pa„ter nullum jus civitatis, utpote quod propter deli„ctum amisit, habuit, adeoque nec filius nec nepos „in illud succedere possunt:

„g) (MODESTINUS:) In *l. 2. §. 7. ff. Excus.* ibi, „*auxiliantur autem tum, quando patre eorum mor„tuo illius locum supplent avo, quotcunque autem „nepotes fuerint ex uno filio, pro uno filio numerantur:*

„h) (JUSTINIANUS:) In *Nov. 118. c. 3.*

i) (Grot.) (QUÆ PER STIRPES FIT:) Sic in sortiendis urbibus inter Heraclidas *Proclo & Euristheni*, ut ab Aristodemo venientibus, una sors fuit contra Temenum & Cresphontem, meminit *Apollodorus* libro II. (c 8. §. 4.) Pausanias (*Messeniac.* c. 3.) *Strabo* Lib. VIII. (pag. 364.)

ADDITIO.

„Successio in stirpes fit, quando remotiores gra„dus, subeundo in locum parentum præmortuorum, „eorundem partem capiunt. §. *6. Inst. succ. ab int.*

„k) (REPRÆSENTATIONEM VOCARE AMANT „RECENTIORES:) Indeque jus succedendi in stirpes „vocant jus repræsentationis.

„l) (APUD HEBRÆOS DIVISIO AGRORUM &c.) „Vid. *Num. c. 7. & pass.* Adde *Seldenum de suc„cess. ad Leg. Ebr. c. 1.*

„m) (ITA ET QUI EX FILIO FILIAVE NA„SCUNTUR:) Nam sunt portio carnis nostræ:

„a) (QUÆ AUTEM DIXIMUS HACTENUS DE CON-

[b] ita locum habent, nisi in diversum indicia suppetant. In hoc indiciorum genere primum habet locum [c] abdicatio quæ Græcis, [d] tum exheredatio quæ Romanis fuit usitata. [e] Ita tamen ut ei, qui mortem peccatis

„CONJECTURA VOLUNTATIS:) Quod sci. defunctus, testamentum non conficiens, noo credatur voluisse bona derelinquere, sed ei, deferre cui ex æquitate & honestate debentur; adeoque liberis & parentibus ob alendi necessitatem:

„b) (ITA LOCUM HABENT, NISI IN DIVERSUM INDICIA SUPPETANT:) Conjecturam enim per conjecturam fortiorem elidi hoc casu putat.

c) (ABDICATIO:) Excludi hoc casu filium a successione ideo putat, quia constat de contraria voluntate patris, quod noluerit filios succedere: At 1) diximus liberos plane non succedere natura, nedum 2) ex conjectura voluntatis paternæ: sane 3) exhæredationes sunt merum inventum juris civilis, uti 4) testamenta ipsa, in quibus exhæredatio fieri debet.

ADDITIO.

„Liberis naturali jure succedere parentibus probavimus, quia continuant familiam, adeoque in omne jus familiæ succedunt: hoc jus pater auferre liberis nec per abdicationem potest, nisi lege publica id statutum sit:

„De abdicatione Græcorum erudite ita disserit de Poll. *de exhæred. lib. pag. 2. §. 2.+3. & 4.* „De abdicatione primum, quia antiquior est exheredatione, & a qua quot modis differat, videamus. Abdicatio, Atheniensibus aliisque ἀποκήρυξις dicta, quia præco, Græcis κῆρυξ, eam solitus fuit pronunciare (quo de ritu Samuel Petitus in *leg. Attic. lib. 2. tit. 4. pag. mihi 158.*) olim in Græcia erat inter patriæ potestatis vires non postrema, cujus vigore filii flagitiosi (de filiabus id negat M. de Valentia *illustr. tractat. lib. 3. tract. 3. c. 2. n. 8.*) familia excidebant, negante patre, secundum legem filium suum amplius esse qui abdicabatur, cognita hac a judicibus causa, atque iis insuper probata.

„Legitimos quidem liberos habenti, alium testamento heredem sibi instituendi jus denegatum Athenis fuisse, ex Isæo probat Meursius. *Them. Att. lib. 2. c. 13.* habenti nempe filios: fecus, existentibus filiabus: & Meursius e lege Atheniensium, si vides Petitum *ad easd. leges lib. 6. tit. 6. pag. mih. 480.* sic explicandus. Nihil tamen impediebat quo minus, qui natura erat filius, filii & nomine & jure ob ingratitudinem, vitæque detestandam impietatem, censeretur indignus, atque hinc ut paterna domo ac familia, ita & bonis ejiceretur, sine successionis spe, quamdiu in gratiam receptus non erat; adeoque testamenti condendi jus jam acquirebat pater, qui filios abdicaverat. Meurs. *d. loc.* Sic ipsa lege cum filius ab hereditatis honore amoveretur, supervacua fuit exheredatio. Lex dicit, abdicatum non esse participem bonorum paternorum. Meurs. *ibidem.*

„Et hæc quidem duo Græcorum ademit abdicatio; quam si cum Romana exheredatione conferamus, maxime tum modo tum effectu diversam fuisse apparebit. Abdicatio fiebat citra ultimam voluntatem inter vivos; exheredatio non inter vivos; vivus enim nec heredem habet, nec exheredem, quin nec hereditatem. *l. 1. ff. de hered. vel act. vend.* fit igitur testamento, scil. herede instituto alio. Exheredi inique facto datur notissima inofficiosi testamenti querela; soboli abdicatæ dabatur se defendendi palam potestas. Quintil. *declam.* 378. Filiorumque querelas in vivos abdicantes intendit argumentis concinnis Lucianus *in Abdicat*, intendit Seneca 1. *controv.* 1. intendit sæpe Fabius. *declam.* 281. 283. 290. 330. Audiebatur & parens; pro quo si stabat æquitas, audiebatur abdicationem deprecantis laudabile illud, *Ignosce, pater.* Quintil. *declam.* 9. & ut Seneca *d. controv. 1. Surgite patres; adeste Judices.* sed in exheredatione vox nulla erat Judicis, nulla præconis, licet coram judicio centumvirali ad examen post exheredantis mortem revocarentur rationes. Abdicatus abigebatur ab irato patre foras, rerum omnium egenus: & alibi discere coactus artem medicam filius defenditur ab eodem Luciano abdicati patrono: *d. loc.* exheredatio autem & bono interdum & paterno fit animo, nec ut exheredi filio obsit, sed ut consulat. *l. 18. ff. de lib. & post.* Abdicatio etiam a domo & consuetudine & familia paterna arcebat filium; exheredatio a bonis solis. Illius vis erat ante, hujus post paternum obitum: illa filium esse negabat, hæc non item. Cæterum abdicatio an Romanis etiam fuerit recepta, videndum erit inferius.

d) (Grot.) (TUM EXHÆREDATIO:) Vide *Baba kama* cap. IX. §. 10. vide infra §. XXV.

ADDITIO.

„Quid sit exhæredatio, ex quibus causis illa fieri possit tam intuitu patris, quam filiorum, item de effectu ejus, &c. late agitur *tot. tit. Inst. de Exher. lib. & tot. tit. ff. de Her. Inst.*

„e) (ITA TAMEN UT EI QUI MORTEM PECCATIS MERITUS NON EST, ALIMENTA PRÆSTANDA SINT:) Hæc limitatio nulla ratione nititur. Nam 1) verum non est patrem debere alimenta ei qui mortem meritus est: exemplum in contrarium allegat Gronovius *in not. h.* in T. Atito, qui filium in parricidii molitione deprehensum Massiliam relegavit, & annua illi præstitit: *Senec. 1. benef. c. 15.* at pater ultro eum aluit. 2) Verum non est patrem testamento relinquere debere alimenta filio qui mortem meritus est: tum quia testamenta jure naturæ incognita sunt, & omnis facultas disponendi post mortem cessat, tum quia post mortem pater alere liberos nec potest, nec tenetur. Sed nec 3) jure civili, ex quo solo exhæredatio cognita est, requiritur ut alimenta exhæredato relinquantur.

peccatis suis meritus non est, alimenta præstanda sint, *f* ob eam quam supra attulimus rationem.

§. VIII.

I. *a* Sed & illa regulæ exceptio addenda est, *b* si non satis constet hunc illo esse genitum. *c* Verum est de factis nullam esse certam perceptionem: *d* sed ea quæ solent in hominum conspectu fieri sui generis certitudinem habent ex testimonio, *e* quo sensu mater certa esse dici-

„*f*) (OB EAM QUAM SUPRA ATTULIMUS RATIONEM:) Quia scilicet ex debito naturæ laxiori „parentes alere liberos tenentur: *§. 4. n. 1. seq.*

a) (SED ET ILLA REGULÆ &c.) Scilicet conjecturæ illi voluntatis, qua parentes creduntur voluisse res suas liberis relinquere.

b) (SI NON SATIS CONSTET HUNC ILLO ESSE GENITUM:) Quæritur an spurii jure naturæ patri suo succedant? Author id negat, si de patre non constat: At verius est non succedere spurios, etsi de certo patre constet: Conf. *supra prop.* 7. idque probatur 1) quia omne jus inter parentes & liberos nascitur ex societate domestica, *Pos. V.* atqui hæc non constituitur nisi per nuptias. Ideo enim natura voluit ut mulier uni viro cohabitet, ut inde constet de juribus & officiis patris ac filii, & hunc solum natura probavit modum, ex quo jura inter patrem & filium statuerentur; extra illum modum justarum nuptiarum igitur non est societas, adeoque nec pater nec filius: Unde 2) ex conjunctione illegitima ac prohibita neque jus neque effectus juris oriri potest, & sic illegitimi liberi jure liberi non sunt, uti illegitimæ nuptiæ jure non sunt: In quos ergo 3) non cadunt jura liberorum in illos nec successio, quæ est jus solis liberis competens, etsi igitur 4) pater liberos tales generaverit, deque eo constet, non tamen jure pater est, quia non juxta leges naturæ earumque ordinem sobolem procreavit: Accedit 5) quod successio naturalis sequatur jus & modum propagationis; eodem enim ordine succedi natura voluit quo propagari: At propagationis jus, ratio & ordo est ut pater sit certus, i. e. ut justæ præcedant nuptiæ.

Atque id (6) confirmatur exemplo Partheniarum apud *Just. l. 3. c. 4.* Hi enim metu inopiæ (nulli enim pater existebat cujus in patrimonium successio speraretur) solum vertere coacti sunt.

Obstat (1) quod jus occupandi competat illegitimis, ergo & jus succedendi; quod surrogatum est in illius locum: si igitur excluderentur a successione parentum, revera excluderentur a jure occupandi. Resp. (1) excluduntur ab occupatione non quia jus occupandi non habent, sed quia bona non sunt quæ occupari possunt: jus in bona paterna non deficit, sed pat[illegible] pater enim jure non est: Resp. (2) non excluduntur a jure occupandi, quia alimenta ipsis debentur, saltem a matre.

Obstat (2) quod illegitimi matri succedant, ergo & patri: resp. hoc juris positivi est: nam sola certitudo sive patris sive matris non dat jus succedendi, sed legitimum jus familiæ, quod non nisi ex legitima societate, quæ per justas nuptias contrahitur, oritur. Si igitur factum natura vitiosum est, ex eo jus non oritur, quia facultas deficit: Neque enim jus certo generi, ordini, aut qualitati tributum aliis competere potest, quam qui juste ejusdem generis, ordinis, aut qualitatis sunt.

Obstat (3) Quod filii illegitimi tamen a patre ali debeant? Resp. Verum id est si de patre constet, quia jus hoc commune est brutis nedum homini, alias enim pereundum esset nato: alimentorum igitur necessitas non a jure solo nuptiarum dependet, sed cujusque generationis, cui nati cohæret educatio: nec a solo jure familiæ, sed ab instinctu. At diversa est ratio successionis; nam hæc etiam debetur puberibus, quibus alimenta non debentur.

Quid in regnis obtineat *vide infra §. 16.*

ADDITIO.

„Sæpius jam dictum est, jus succedendi non de„pendere a jure alendi, quia *liberi naturales* quoque „a patre alendi sunt, qui tamen non succedunt.

„Cæterum verum est quod Author ait, non alen„dos esse eos de quibus non constat a quibus geniti „sunt: Officium enim alendi competit patri, pater „autem non est de quo non constat.

„Non tantum autem ali non debent illi de quibus „non satis constat a quo geniti sunt, sed & a suc„cessione excluduntur · cujus ratio non tam in in„certitudine patris posita est, (quia non succedunt, „etsi pater eos pro suo partu agnuscat, imo etsi ex „concubina nati, eoque pater certus sit,) quam in „genitoris voluntate & intentione Vutum enim „patris cessat, qui non cohabitat familiæ constituen„dæ vel propagandæ, sed libidinis explendæ cau„sa: *Vid. Diss. prooem. XII. §. 173. & §.* 283.

c) (VERUM EST DE FACTIS NULLAM CERTAM ESSE PERCEPTIONEM:) Regula apud JCtos exstat, facti interpretationem etiam prudentissimos fallere: *L. 2. ff. jur. & fact. ign.* atque hinc facti ignorantiam nemini nocere dicitur. *L. 9. ff. jur. & fact. ign.*

d) (SED EA QUÆ SOLENT IN HOMINUM CONSPECTU FIERI SUIS GENERIS CERTITUDINEM HABENT EX TESTIMONIO:) Rationem probationis naturalis exposuit B. Parens in disputatione *De directa probatione negativa. cap. 1. §. 6. seq.*

„*e*) (QUO SENSU MATER CERTA ESSE DICITUR „QUIA INVENIUNTUR QUI QUÆVE PARTUI AD-

FU-

dicitur, quia inveniuntur, qui quæve partui & educationi adfuerint: [e] at de patre hujus gradus certitudo haberi non poteſt, quod [f] Homerus indicat, dicens: Odyſſ. Lib. I. verſ. 216.

Οὐ γάρ πω τὶς ἑὸν γόνοσ αὐτὸς ἀνέγνω.
Generis nemo ſibi conſcius ipſe eſt.

Et eum ſecutus Menander:

Αὐτὸς γὰρ ἐδεὶς οἶδε πῶς ἐγείνατο,
Nemo ipſe novit quo ſit exortus Satu.

Qui & alibi: (Apud *Stob.* Florileg. tit. 76.)

Ἐςιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς
Ἡ μὲν γὰρ αὑτῆς οἶδεν ὑμὸν, ὁ δ᾽ οἴεται.
Mater tenerius liberos adamat patre:
Quia mater eſſe ſcit ſuos, pater autumat.

[g] Ideo ratio aliqua reperienda fuit, qua probabiliter conſtaret quis eſſet partus cujusque pater: [h] Ea ratio eſt conjugium ſumtum in terminis naturalibus, [i] id eſt, conſociatio, qua femina ſub maris cuſtodia conſtituitur. Sed etſi alio quovis modo conſtet quis fuerit pater, aut pater id pro explorato habuerit, [k] naturaliter is partus non minus quam alius quivis ſuccedet. Quidni? cum etiam [l] extraneus palam

„FUERINT:) Sic Virginius ex uxore ſua natam Virginiam probabat contra M. Claudium Appii clientem. *Dionyſ. Halic. l. xi. 57. Gron. h.*

„e) (AT DE PATRE HUJUS CERTITUDINIS GRADUS HABERI NON POTEST:) Neque enim matri hac in re creditur, tum quia in propria cauſa teſtatur, tum quia teſtis unicus eſt; neque patris teſtimonio & aſſertioni creditur, quia ille de facto alieno, ſcilicet matris, teſtaretur.

„Atque hinc Paulus ait, inſtitutionem quæ fit ſub conditione *ſi filium meum ſe eſſe judici probaverit*, nullam eſſe, quia ea conditio eſt impoſſibilis. *l. 83. ff. de cond. & dem.* Huc pertinet apophtegma Philoſophi illius, qui ſpurium lapida aliquem petentem dehortabatur, ne patrem tangat: & exemplum Perſarum regis, qui ex homine quodam, quem nunquam mentitum fuiſſe ajebant, percontabatur quis parens ejus eſſet, hic, incertitudinis hujus ſibi conſcius, dubitative reſpondit, *Ajunt N. N. patrem eſſe:*

„f) (HOMERUS:) *Odyſſ. i. v. 35.* ubi Telemachus Minervæ ex eo quærenti, num filius ſit Ulysſis? ita reſpondet.

„g) (IDEO RATIO ALIQUA REPERIENDA FUIT QUA PROBABILITER CONSTARET QUIS ESSET PARTUS CUJUSQUE PATER:) In moralibus enim non æque ut in mathematicis diſciplinis certitudo invenitur, *Grot. l. 2. c. 23. §. 1.* Inprimis ubi de interpretatione facti agitur, in quo omnimodi certitudo vix occurrit. *l. 2 l. 9. &. paſſim. ff. de Jur. &. fact. ign d. diſp. B. par. de prob. neg. c. 1. §. 6.* Cum igitur plenaria certitudo naturæ haberi non poſſit, in jure admittitur qualis inter homines commode haberi poteſt, & haberi ſolet: jure naturæ igitur certum dicimus quod in vita civili pro certo probatoque eſſe & haberi ſolet. *d. diſp. c. 1. §. 12.*

„h) (EA RATIO EST CONJUGIUM SUMTUM IN TERMINIS NATURALIBUS:) Sane in vita civili non eſt certitudo major quam quæ ex præſumtione juſti matrimonii oritur. *Non enim ferendum* ait Julianus, *eum qui cum uxore ſua aſſidue moratur nolit filium agnoſcere, quaſi non ſuum. L. 6 ff. de his qui ſui vel al.* Hinc Ulpianus filium definit *qui ex viro & uxore ejus naſcitur d. l. 6.* & in poteſtate dominii noſtra eſſe ait filios *quos ex juſtis nuptiis procreaverimus l. 3. ff. eod. pr. inſt. de patr. pot.* & Paulus refert *patrem eſſe quem nuptiæ demonſtrant. l. 5. ff. in jus voc. l. 19 ff. de ſtat. hom.*

„i) (ID EST CONSOCIATIO, QUA FOEMINA SUB MARIS CUSTODIA CONSTITUITUR:) Imo hæc non eſt definitio conjugii, ſeu juſtarum nuptiarum, uti id plenius probavimus. *l. 2. c. 5. §. 8.* Nuptiæ enim definiuntur conjunctio maris & fœminæ ad individuam vitæ conſuetudinem. *d. §. 8.*

ADDITIO.

„At hoc ipſo, dum fœmina ſub mariti cuſtodia perpetua conſtituitur, contrahitur individua vitæ conſuetudo.

„k) (NATURALITER IS PARTUS NON MINUS QUAM ALIUS QUIVIS SUCCEDET:) Imo partus nunquam ſuccedit ſi alio modo quam per juſtas nuptias liberi procreantur, uti mox liberorum naturalium exemplo probabimus.

l) (Grot.) (EXTRANEUS, QUEM ADOPTATUM VOCANT, SUCCEDAT &c.) Aut nepos in filium

palam pro filio habitus, quem adoptatum vocant succedat * ex conjectura voluntatis?

2. Naturales vero, etiam m post lege introductum eorum discrimen a legitimis,

frag. Andromed. vers. 12. & seqq. Ed. Barnes.

(τῶν γνησίων γὰρ ὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
Νόμῳ νοσοῦσιν.
Notha parte nulla sobole legitima minor,
n *Sed lege premitur.*

Ut dixit Euripides) o possunt tamen adoptari, p nisi lex obstet. Atque id olim permittebat q lex Romana Anastasii, sed postea in justi matrimoni favorem ** difficilior quædam ratio eos legitimis æquandi reperta est, r per curiæ oblationem, s aut subsequens matrimonium.

L. Jubemus. 6. C. de natural. lib.

adoptatus, ut a Jacobo nepotes Ephraim & Manasses.

ADDITIO.

Hoc jus succedendi non est ex generatione, sed ex pacto: si enim pater vivus cum extraneo ita paciscitur, ut hic eadem jura habeat quæ filius, adeoque & jus successionis, id valet ex utriusque dispositione, quæ cessat in spuriis: Talia autem pacta omnino etiam jure naturæ valent, & in sacris quoque exstat exemplum in Jacobi filiis. *Gen.* 48. 5. Idque in terminis probatur in *l. 132. pr. V. O.* Requiritur enim in tali adoptione (1) consensus utriusque, (2) ut jus filii transferatur, ex eo enim successio sequitur *d. l.* 132. (3) ut pater de successione disponere possit, uti potest, si de hæreditate privata agitur, secus si de feudis, de regnis &c. agitur. In regnis ergo non succedunt adoptati, quia populus jus suum contulit in familiam regis, qua extincta redit summa potestas ad populum: si autem rex adoptaret extraneum, contra placitum transferretur imperium in alienam familiam, & sic revera alienatio fieret regni, quod fieri non posse *c. præced.* vidimus: Aliud est si populus consentiat, uti in Pisone factum legimus apud *Tac. 1. hist.* 30.

„*) (EX CONJECTURA VOLUNTATIS:) Adoptati „non succedunt ex conjectura voluntatis, sed ex„pressa voluntate adoptantis

„m) (POST LEGE INTRODUCTUM EORUM DI„SCRIMEN:) Imo discrimen inter liberos naturales „i. e. ex concubina natos, & legitimos i. e. ex ju„stis nuptiis natos, a jure naturæ est, & ex lege „cohabitantium sequitur, non demum a lege civili; „*Vid. Diss. prooem. XII. §. 141. §. 156, n. 1. §. 183.*

„n) (SED LEGE PREMITUR:) Hoc jam refutavi„mus: non sola lege premitur, sed natura quoque.

„o) (POSSUNT TAMEN ADOPTARI:) At tum non „succedunt ex generatione, sed ex pacto, uti quili„bet extranei. Atque hoc modo filium Eleazaris „sibi adoptione parare voluit Abraham:

„p) (NISI LEX OBSTET:) Ita enim lex Roma„na prohibet ne adoptetur filius naturalis. *Nov. 74. „c. 3.* Ratio est, quia adoptio est remedium subsi„diarium, ubi alio modo filios sibi parare pater „non potest, at naturales liberi per legitimationem „legitimi fieri possunt.

„q) (LEX ROMANA ANASTASII:) *L. 6. C. Nat. „lib.*

„**) (DIFFICILIOR QUÆDAM RATIO:) Inventa „est hæc adoptionis species: 1) in favorem „matrimonii, ut per subsequens matrimonium ma„ter quoque spurii legitima uxor fiat. 2) Ob fa„vorem publicum, ut sint qui onera curiæ præstent, „uti præstare debent, si per oblationem curiæ le„gitimantur: Ceterum facillimus modus est, si „fiat per rescriptum principis: *Vid. B. Par. hyp. „Inst. L. 1. t. 10.* §. 22.

r) (PER CURIÆ OBLATIONEM:) Cum pater filium curiæ offert, vel filiam curiali nuptui locat; tantum enim onus huic officio cohærebat ut vix alii, qui hoc onus subirent, inveniri potuerint. *L. 3. C. Nat. lib. Philip. Inst. Eclog.* 72. *L. 1. n. 1. Vinn. ad tit. Inst. de nupt. §. 13. n. 2.*

s) (AUT SUBSEQUENS MATRIMONIUM:) Legitimatio per subsequens matrimonium fit, cum pater concubinam, duci non vetitam, uxorem ducit. *L. 5. C. Nat. lib. Nov. 89. c. 8.*

Quæritur an legitimati per subsequens matrimonium jure naturæ succedant cum legitimis? Negatur 1) quia legitimati sunt filii naturales, i. e. nati ex copula natura prohibita, unde nullum jus inter parentes & liberos oritur. 2) Tempore legitimationis aliis jam jus quæsitum est, quod facto patris, & per nuptias postea sequentes, auferri eis non potest. 3) Quia legitimatio hæc est modus civilis, & fit fictione retroactionis, quæ non est a natura. Sed & 4) valebat tantum illa legitimatio in natis e concubina, non in spuriis, quæ differentia jure naturæ cognita non est.

Hinc jam facile constat legitimatos per subsequens matrimonium plane non succedere in regnis: non 1) ex generatione, quia legitime non sunt generati, i. e. non ex justis nuptiis: Neque 2) ex pacto aut consensu, quia rex pacto suo imperium alienare, & extra familiam transferre, eoque jus populo

nium. Exemplum veteris adoptionis naturalium est [t] in Jacobi filiis; qui adæquati a patre sunt liberarum mulierum filiis, & æqui partibus hereditatem creverunt.

3. Contra evenire potest, [u] non ex lege tantum, [v] sed ex pactione, [w] ut qui ex conjugio nati sunt, alimenta sola habeant, [x] aut certe excludantur a præcipua hereditate. Conjugium tali pacto initum etiam cum libera femina [y] concubinatum Hebræi vocant, [z] quale erat Abrahami cum Cethura, cujus liberi perinde ut Ismael, ancillæ Agaris filius [aa] dona, id est, legata quædam acceperunt; [bb] hereditatem Gen. xxv 6.

pulo (ad quem exstincta familia jus reversurum est) quæsitum auferre nequit. Sed & 3) proximis agnatis jus succedendi in regnis eo tempore quæsitum est, quod tolli ejusmodi dispositione nequit: Equidem 4) plurima ellegari solent exempla ubi legitimati successerunt, inprimis in regno Austrasiæ: *Vid. Capyc. dec. 121. n. 4. Myler. Gamol. c. 25. §. 5.* Ita Robertus III ex tali matrimonio natus rex Scotiæ factus est. Ericus IV. concubinam Lictoris filiem uxorem duxit, & liberi ex concubina nati successere *Thuan. l. 43.* Alberti Bavariæ ducis filii ex concubina, tonsoris filia, ante matrimonium nati, successere *Myler. Gam. c. 24.* Arthurus Uterius, Britanni filius, ex adulterio natus, rex factus est quod matrem pater postea duxerat. Vid. *Buchan. l. 5. Rer. Scot.* At vel consensu populi id factum est, vel vi ac potentia: Hinc Buchananus *d. l.* prætensionem Arthuri vocat juris colorem, & mox, juris speciem, & tunc addit, *quanquam hunc juris colorem prætenderent, plus tamen Arthuro profuit præclara indoles, & Lothus (Pictus) non solum illa juris specie, (quæ certe post id tempus semper in Brittannia valuit) sed studiis superatus destitit:* Cæterum in contrarium plurima exstant exempla. Ita Fridericus Arragonius rejectus est, etsi e Papa legitimatus fuerit: Antonius Lusitaniæ rex repulsus est a Philippo, etsi legitimatus. *Thuan. L. 65.*

Interim verum est, magna ejusmodi exempla observantiam inferre solere. Nam exemplo Arthuri morem in Scotia ortum esse ut spurii, per subsequens matrimonium legitimati, in regnis succederent, testis est Buchananus *d. l.*

ADDITIO.

„Liberi ex concubina nati, censentur nati ex „vero conjugio, licet inæquali, peter ibi æque certus est, filius æque est in potestate, &c. & in eo „saltem differunt, quod ea lege nati sint *ne succedant:* Cum vero hæc lex e parentibus consensu „statuta sit, eam mutare, & nunc legem dicere „possunt, *ut succedant:* Neque liberis ex justis nuptiis natis fit injuria, quia eorum jus succedendi „incipit demum post mortem patris: Hinc licet „jure civili liberi naturales excludantur a successione, quia solennitates civiles adhibitæ non fuere, „certum tamen est, eis postea accedentibus, naturæ jura obtinere. *Vid. diss. prooem. XII. §. 156.*

t) (IN JACOBI FILIIS, QUI ADÆQUATI A PATRE SUNT LIBERARUM MULIERUM FILIIS:) Jacobus enim filios ex Josepho & ex ancillis natos simul participes fecit suæ successionis.

ADDITIO.

„Nam ea lege dabantur in concubinatum marito, ut liberi exinde nati, tanquam ex uxore nati „reputarentur, indeque succederent.

„u) (NON EX LEGE TANTUM:) Summa potestas enim disponere de actionibus & rebus privatorum potest, si utilitas publica id requirat. Ita „enim in poenam secundarum nuptiarum portiones hæreditariæ minuuntur jure Romano: Ita lege Voconia filiabus non nisi certa pars relinqui „poterat.

„v) (SED ET EX PACTIONE:) Nam prout quisque de jure suo disponit, ita jus est.

w) (Grot.) (UT QUI EX CONJUGIO NATI SUNT ALIMENTA SOLA HABEANT:) Ut olim filii post primum geniti in Mexicanis terris. (Vide *Fr. Lopez de Gomara Hist. gener. Ind. Occid.* Lib. II. C. 76.

x) (AUT CERTE EXCLUDANTUR A PRÆCIPUA HÆREDITATE:) Uti fit per jus primogenituræ; per pacta familiarum illustrium, quibus filiæ contentæ esse debent dote sua: &c.

y) (CONCUBINATUM HEBRÆI VOCANT:) Copula quæ inter Jacobum & concubinas intercessit non fuit verum conjugium: Neque liberi ex inde nati successere jure familiæ, sed ex dispositione patris. *Vid. sup. c. 5. §. 15. Add. lit. t.*

ADDITIO.

„Imo verum conjugium fuisse alibi probavi. „*Vid. Diss. prooem. XII. n. 173.*

z) (QUALE ERAT ABRAHAMI CUM KETHURA &c.) Imo id verum erat conjugium, sed ad morganaticam contractum: Successio enim definiri pactis parentum potest: Vid. *Disp. nostra de Leg. Morgan. Sect. 10. §. 1.* Conf. *dict. §. 15.*

„aa) (DONA I. E. LEGATA QUÆDAM ACCEPERUNT:) Male hic dona pro legatis sumuntur: „*Vid. Gen.* 25. §. 6. nam per dispositionem inter „vivos id actum fuit: *Vid. Test. h.*

„bb) (HÆREDITATEM AUTEM NON CREVERUNT:) Nam Isaaco totam bonorum massam „reservavit.

reditatem autem non creverunt. [cc] Tale est matrimonium ad morgengabicam quod dicitur: a quo non longe abeunt secundæ nuptiæ [dd] apud Brabantos: nam rerum soli, quæ existebant cum matrimonium prius solveretur, [ee] proprietas acquiritur prioribus liberis.

§. IX.

1. [a] Ubi desunt liberi, quibus naturaliter deferatur successio, [b] minus expeditum est, nec ulla in parte magis variant leges. Tota tamen varietas ad duos maxime fontes referri potest, [c] quorum alter respicit proximitatem gradus, alter bona redire vult unde venerant; quod dici solet, [d] paterna paternis, materna maternis. [e] Nobis

cc) (TALE EST MATRIMONIUM AD MORGENGABICAM:) Rectius matrimonium ad *Morganaticam* vocatur: Ceterum definitur illud, conjugium inæquale, legitimum, cum impari persona ea lege initum, ne ipsa, & liberi ex ea nascituri, de dignitate familiæ participent, sed certa portione contenti sint. 2. *feud.* 29.

Ita contractum matrimonium natura non subsistere quoad legem adjectam, dictum, & rationibus probatum est supra *c.* 5. §. 15. & in *dict. disp. sect.* 5. §. 7.

ADDITIO.

„Imo pactum tale naturali jure subsistit, id„que alibi probavimus. *Vid. Diss. prooem. XII.* „§. 173. *n.* 7. *Conf. supr. c.* 5. §. 15. *in not.*

dd) (Grot.) (APUD BRABANTOS:) Vide legem similem veterum *Burgundiorum.* Lib 1. tit. 1. num. 2. (De *Brabantis* vide *Petrum Stockman.* in libro *de jure devolutionis* &c. *J. B.*)

ADDITIO.

„Imo hic quoque verum & æquale est matrimo„nium: Uxor enim de dignitate mariti participat: „Sed in poenam secundarum nuptiarum liberi po„sterioris matrimonii non succedunt in immobili„bus, sed saltem in mobilibus: Jure Romano itidem „certæ poenæ secundarum nuptiarum constitutæ „sunt, quæ tamen non efficiunt conjugium inæ„quale. *Vid. jus meum controv. L.* 23. *tit.* 2. *q.* 10.

„*ee*) (PROPRIETAS ACQUIRITUR PRIORIBUS LI„BERIS:) Atque ex eo jure Galliæ rex jus in Bra„bantiam in se devolutum contendebat.

„*a*) (UBI DESUNT LIBERI:) De quibus §. 5. *n.* „2. & §. *seq.* egit.

„*b*) (MINUS EXPEDITUM EST, NEC ULLA PAR„TE MAGIS VARIANT LEGES. &c.) Ratio facilis „est, quia extra successionem liberorum nulla alia „natura cognita est; inter collaterales igitur succe„ditur demum ex lege civili, quæ successioni le„gem dicere potest quam vult: *Conf.* §. 11.

„*c*) (QUORUM ALTER RESPICIT PROXIMITATEM „GRADUS, ALTER BONA REDIRE VULT UNDE VE„NERANT:) Verum est, leges quasdam collaterales „ad successionem vocare qui gradu proximi sunt, „non habita ratione distinctionis bonorum: quas„dam vero rationem habere bonorum, unde vene„runt, & bona tribuere iis qui ei, a quo venerunt, „proximi fuere: Author æquitatem posteriorum „legum præfert, utpote pro qua conjecturam volun„tatis defuncti magis militare ait, quem ordinem „conjecturarum modo exposuimus: At omnia hæc „gratis dicuntur, quia natura non datur successio „collateralium.

„*d*) (PATERNA PATERNIS, MATERNA MATER„NIS:) Imo hanc distinctionem nec jure naturæ „nec jure Romano obtinere egregie probavit B. „Parens in disput. de distinctione bonorum. *Cap.* 3. „*per tot.* his verbis: Hujus inprimis distinctionis „(de bonis scilicet paternis & maternis &c.) causa „suscepta est hæc disputatio. Illam enim divisionem, „etsi cum maxima litium expediendarum difficultate „conjuncta sit, probat Bartholus *in Auth. Itaque* „*C. Comm. de success.* eamque mordicus tuentur „Dd. in successione ab intestato, contra Baldum „*in Auth. defuncto C. ad SCt. Tertyll.* Occurrit au„tem quæstio in pluribus casibus. (1) Quoties paren„tes ex parte patris & matris simul cum liberis suc„cedunt. (2) Quando cum iis concurrunt defuncti „fratres & sorores germani. (3) Quando Germani „cum avis maternis concurrunt. (4) Quando con„sanguinei & uterini una succedunt. Omnes enim „hæ species in controversiam deductæ sunt a Dd. „& in omnibus, excepta tertia, distingui bona de„bere decidit *Hart. Pist. obs.* 31. *per tot.* Alii va„riant.

„Etsi vero Serenissimus Elector Saxoniæ omnem „hanc distinctionem rejecerit, & in territorio suo „aboleverit; *part.* 3. *Const. Elect.* 14. illi tamen „JCti, quorum consilio edita est dicta constitutio, „in ea asseruerunt, jure communi distinctionem „illam obtinere, & hinc extra Saxoniam ita respon„dent. Quod pace eorum, & salva omnium sen„tentia, veritatis studio examinabimus.

„Præcipue nituntur *l.* 13. §. 1. *C. de legit. her.* „*l.* 4. *C. de sec. nupt. Nov.* 84. *c.* 1. *l.* 3. *C. de Bon.* „*quæ lib.* Verum, nec inde illud probare, nec ob„tinere eam divisionem in ulla specie, persuasi su„mus. Etenim (1) cum sublata veteri successio„nis ab intestato ratione, quæ nimium scrupulosa & „implicita videbatur, novam succedendi formam con„stituerit *Justinianus in Nov.* 118. & plane constet, „in ea nullum penitus hujus distinctionis vestigium „esse, & ne quidem paternorum & maternorum „bonorum ullam mentionem fieri, non potest il„la obtinere: cum Justinianus *in præf. d. Nov.* „118.

„118. diserte testetur, *se voluisse omnes simul ab in-*
„*testato cognationum successiones per istam legem,*
„*scil. Nov.* 118. *clara compendiosaque divisione dis-*
„*ponere, & ideo prioribus legibus, pro hac causa*
„*positis vacantibus de cætero ea NB. sola servari,*
„*quæ in d. Nov. constituit.* Rejicienda est igitur
„in successionibus ab intestato omnis paternorum
„& maternorum distinctio; Cujus adeo nec um-
„bra in *d. Nov.* extat, nec ex ea ollatenus doceri
„potest, extra illam vero nec debet.

„(2) Quia, quos Imperator ad successionem de-
„functi *in d. Nov.* vocat, eos hæredes ejus ab in-
„testato facit. Hæres autem succedit omnino in
„omne jus defuncti, quod ejus tempore mortis fuit.
„*l. 62. ff. de re jur. l. 24. ff. de verb. sign. l. 3. §. 2.*
„*ff. de bon. poss.* Cum igitur omnia bona pater-
„na & materna defuncti fuerint, quæ tempore
„mortis habuit, certum est, hæredes sine ulla di-
„stinctione succedere in omnia hæc bona paterna
„& materna, ejusdemque potestatis jurisque esse, cu-
„jus defunctus fuit, *l.* 59. *de Reg. jur.*

„(3) Neque vero potest ex eo, quod jure extin-
„ctum jam est, jus inter hæredes esse statui, nec
„effectus juris intelligi, ubi tota causa cessat. *l.* 4.
„*§.* 6. *ff. de re jud. l.* 4. *§. fin. ff. de act. empt.*
„Differentia vero paternorum & maternorum, a-
„ditione confusa, & plane extincta fuit, nec am-
„plius sunt paterna, vel materna; sed omnia æqua-
„liter fraterna, seu liberorum bona. Nemo igitur
„hæredum potest sibi jus aliquod in paterna, vel
„materna præ aliis arrogare, cum talia amplius
„non sint, neque vel hic ex jure matris, vel ille
„ex jure patris sibi aliquod vindicare, quod nul-
„lum fuit.

„(4) Quin cum non succedatur patri vel ma-
„tri, sed filio vel fratri, non quæritur quid pa
„tris vel matris, sed quid filii vel fratris fuerit.
„Non magis quam si defunctus emisset a patre
„vel matre; aut acquisivisset ab extraneis. Nam
„ea bona, quæ a patre vel matre acquisivit, æque
„sua propria fecit, extincta tota dominii pristini
„causa vel qualitate, quam quæ ab extraneis compa-
„ravit. Ut proinde omnis illa distinctio in præ-
„dictis casibus, merum sit non ens.

„5) Sed & pugnat illa distinctio manifestissime
„cum *d. Nov.* 118. *cap.* 2. ubi de ipsis parentibus
„utriusque generis statuitur, ut inter paternos &
„maternos *ex æquo hæreditas dividatur.* Ergo
„non attento, utrum amplius sit in paternis an in
„maternis. Et sequitur porro: *Ut medietatem qui-*
„*dem accipiant omnes a patre ascendentes, quanti-*
„*cunque fuerint; Medietatem vero reliquam a ma-*
„*tre ascendentes quantoscunque eas inveniri conti-*
„*gerit.* Non ergo illi paterna, hi materna; sed
„utrique medietatem omnium capiunt. Quod si
„igitur ne ipsi quidem parentes paterni vel ma-
„terni, quando liberis succedunt, distinctionem
„bonorum facere possunt, a quibus tamen illa bo-
„na profecta sunt, & distinctio hæc nata est, ne-
„dum, cum alii, scil. collaterales, liberis succe-
„dunt.

„Atque hoc expresse quoque additur in *d. Nov.*
„118. *cap.* 2. *vers. si vero* in casu quo fratres &
„sorores germani una cum ascendentibus concur-
„runt: Quod *dividenda sit inter eos hæreditas se-*
„*cundum personarum numerum, ut & ascenden-*
„*tium & fratrum singuli æqualem habeant portio-*
„*nem &c.* Nihil ergo evidentius est, quam omni-
„um promiscue bonorum æquales portiones fieri,
„non autem paterna & materna separari.

„In priore igitur specie, cum ascendentes utri-
„usque lateris soli sunt, semisses totius hæreditatis,
„omniumque defuncti bonorum fiunt, & alter pa-
„terno generi, alter materno tribuitur. In poste-
„riore vero casu, tota hæreditas, omniumque de-
„functi fratris bona, in partes viriles & æquales di-
„viduntur. Quod ideo factum, ne unquam pa-
„rentes deteriores essent conditionis, quam colla-
„terales; uti fieret, si plures essent parentes, quam
„fratres; adeoque fratris, vel unius fratrum por-
„tio major, quam unius parentum. Hoc igitur
„casu, partes viriles fiunt totius hæreditatis &
„omnium bonorum, neutro autem aliis paterna,
„aliis materna cedunt.

„Nec quicquam frigidius, aut ineptius, ac refu-
„tatione indignius est, quam quod dicitur, loqui
„Imperatorem de casu, quando nulla sunt bona
„paterna, vel materna. Hoc vero est hariolum, non
„interpretem agere; neque immorandum tam cru-
„de & pro libidine confictæ, nec ullo momento
„probatæ assertioni. Cui præterea reclamant
„omnes jam allatæ rationes.

„(6) Et sane, si in personis fratrum & soro-
„rum distinctio illa bonorum tenenda est, nulla
„causa sufficiens allegari potest, cur non idem in
„infinitum extentendum sit; cum illa distinctio
„jam non minus confusa atque obliterata sit in fra-
„trum personis, quam in remotissimis cognatis:
„Et tam in momento, quo liberis quæsita sunt, de-
„sierunt esse paterna, vel materna, quam cum lon-
„gissime post cognati succedunt.

„(7) Sed & alia sequerentur absurda, si pater-
„nis paterna, maternis materna concessa essent.
„Nam, si filius non haberet nisi materna, avia
„vel proavia materna excluderet ipsum patrem;
„nec paterni concurrerent cum maternis, si bona
„paterna, vel alia quam materna non essent.
„Item uterinus excluderet consanguineum, & con-
„curreret cum Germanis, & cum eorum liberis,
„Et contra, si tantum essent paterna. Quæ omnia
„pugnant cum *d. Nov.* 118. *cap.* 2. & 3.

„Et cum (8) expresse dispositum sit in *d. cap.*
„2. ut proximiores præferantur remotioribus, in
„prædicto casu, remotiores excluderent proximio-
„res, ipsumque parentum. Quæ omnia, si con-
„ferantur cum verbis luculentis, & perspicuo sen-
„su *d. Nov.* 118. longissime a vero recedunt.

„Nec sibi constant, qui hoc casu aliud esse vo-
„lunt, nec distinctionem admittunt, nisi cum utrin-
„que pari gradu concurrunt. *Thesaur. dec.* 27. *n.* 4.
„Quasi vero in arbitrio cujusque sit, legibus fines
„quos lubet ponere, & veluti cereum nasum in
„omnes formas ducere; nullo judicio, nulla ratio-
„ne, nullo jure, contra manifestum legis tenorem,
„& ipsius rationis evidentiam.

„Atque hæc sententia communior ac receptior
„est. Et licet multi olim Bartholum secuti sint,
„plures tamen Baldum, *vide Tiraq. du retrait*

 „*lignag.*

signag. §. 14. n. 12. 13. Ubi ab utraque parte plurimos pro more allegat. Nec *Carpzov. Part. III. const. 14. def. 2.* & *Hartmann. Pist. d. obs. 51.* defugiunt facile authoritatem assertionis constitutioni electorali insertæ, quanquam verba ejus non sunt dispositiva, sed mere narrativa, quæ non obligant. Verum extra Electoratum JCti, etiam Saxonici frequentius distinctionem rejiciunt. *Ant. Fab. C. lib. 6. tit. 33. def. 2. Fachin. lib. 6. quæst. 4. & 5. Forster de success. ab intest. lib. 7. c. 2. n. 13. Bach. vol. 2. disp. 16. th. 5. lit. c. Hunn. var. res. lib. 3. tract. 1. quæst. 31. Dn. Struv. Exerc. 38. thes. 27. Addit. Sim. Pist. ad Hart. Pist. d. obs. 51. lit. a. b. c.* ubi *lit. b.* ait, *lege regia Bartholi sententiam in Hispania explosam esse*; quomodo & rejecta est ipso jure Saxonico Electorali *Part. 3. const.* 14.

„Sed & statutis inclytæ civitatis Hamburgensis, memorata distinctio bonorum nullibi attenditur; sed omnes indistincte in bona ejus, cujus hæredes sunt, succedunt. *Stat. Hamburg. Part. 3. tit. 3. art.* 12. 13. 14. 15. 16. Equidem in personis liberorum merito distinguuntur paterna, & materna, etiam jure communi; cum revera distinctæ sint hæreditates, in quas succedunt, alia patris, alia matris. In quo quædam disparitas est; mater enim ad secunda vota transiens, ante deductionem in domum tenetur omnia sua bona cum liberis dividere, iisque bessem relinquere, vel, si nonnisi filium, vel filiam habeat, semissem: *d. tit. 3. art. 6.* cum a parte patris, aliam uxorem ducturi, sufficiat, si intra 4. septimanas ante concubitum liberis satisfaciat, & vel bona materna ipsis reddat, salva successione virili in bona patris, vel edito omnium bonorum inventario jurato, trientem liberis prioris matrimonii, aut, si unus sit, semissem tribuat; *tit. 3. art.* 4. utrobique quibusdam reservatis, quæ latius exponuntur. *d. art.* 4. & 6. Verum de eo hic non quæritur, sed de casibus, quibus bona paterna & materna semel jam additione confusa, ad alios devolvuntur.

„Ita ergo abunde demonstrata sententiæ veritate, superest ut resolvantur dubia antea allata. Illa vero haud levia videntur, nec patroni hujus sententiæ scrupulum omnem eis exemisse; quod firmavit adversantium castra. Primum igitur obstat maxime *lex 13. §. Ideoque C. de leg. hær.* ubi filio emancipato mortuo, qui reliquit patrem & fratres, hi succedunt in proprietatem, exceptis bonis materois, in quæ ex eadem matre nati soli succedunt. Cui congruere videtur *lex 4. C. de secund. nupt.* & *Nov. 84. cap.* 1. bona materna distinguuntur a reliquis, & consanguinei inde excluduntur. *d. Nov. 84. cap.* 1. Deinde objicitur *lex. 3. C. de bon. quæ lib.* ubi itidem excipiuntur bona a matre, vel a materna linea profecta, ibi: *Si autem idem nepos superstitibus tam patre, quam avo paterno diem suum sine liberis obierit, eorum dominium, quæ ad ipsum ex matre, vel ab ejus linea pervenerunt, non ad avum, sed ad patrem ejus perveniant.*

„Ad hæc varie respondent: Fachinæus ait: *in d. l.* 13. non agi de uterinis, sed Germanis. Hunnius, agi de collateralibus. Bachovius de casu patris superstitis, eaque specie evidentiorem esse distinctionem bonorum. &c. Denique in his textibus jus vetus contineri, & esse alios casus.

„Verum ne quid dissimuletur, hæ responsiones neque objectis textibus, neque reliquo juri convenire, neque difficultates sustulisse videntur. Nec sufficiet regerere, alium casum esse, nisi & idonea differentiæ ratio afferri possit. Et sane casus *d. l.* 13. non videbatur esse absimilis. Neque tam his responsionibus convulsa est sententia adversaria, quam fluxa earum varietate magis suffulta, alteraque suspecta reddita. Diligentius igitur eximendi sunt scrupuli.

„Et primum quidem in genere responderi potest, ex iis quæ tradita sunt supra *ex præfat. Nov.* 118. quod ea edita Justinianus jura vetera successionum tollere, omnemque ab intestato succedendi formam nova ista constitutione definire, ac comprehendere voluerit. Ut adeo non amplius jura successionis ex antiquis legibus demonstrari possint, nisi & novæ huic legi conveniant.

„Cæterum, ne quid dubii aut difficultatis reliquum sit, plenius causam evolvemus. Notandum itaque est 1) illo jure adhuc durasse differentiam, inter cognatos & agnatos, seu legitimos: & hos illis omnino esse prælatos, etiam jure prætorio, ex capite unde legitimi: adeo, ut sensim quidam ex ordine cognatorum translati fuerint in ordinem legitimorum, eo effectu, ut simul cum iis succederent, & cognatos alios excluderent jure legitimorum. Quomodo Anastasius liberis emancipatis concessit, ut jura legitimorum inter se, & cum iis qui in potestate mansere, fratribus & sororibus, salva & integra retinerent, quoad tutelas & successiones, quasi emancipati non essent. *l. 11. C. de legit. hær. d. l. 13. §. 1. l. 15. §. 1. C. eod. tit.* Quod Justinianus ipsis etiam fratribus & sororibus uterinis, qui natura sua cognati saltem erant, permittere haud dubitavit. *d. l. 15. §. 2.*

„2) Patrem vel jure patriæ potestatis, omnia filiorumf. bona etiam castrensia occupasse, *l. 2. l. 9. ff. de castr. pec.* qui proinde ab intestato hæredem habere non poterant. Quemadmodum & emancipatorum bona jure quodam patronatus pater asseruit *§. 1. in fin. de bon. poss. & fin. de leg. agn. succ.* Atque ita pater avique paterni liberis successere; in potestate constitutis, jure dominii; cæteris jure quodam patronatus.

„Ab hoc jure exempta primum sunt bona a matre, vel a materno genere profecta, quæ patribus non jure acquisita, nisi quoad usumfructum, & in quibus liberi ipsi hæredem habere potuerunt, *l. 1. & tot. tit. c. de bon. matern.* Quod deinde extensum fuit ad lucra nuptialia conjugum, qui in potestate parentum adhuc erant, & ipsis similiter, non eorum patribus proprietate acquirebantur: unde & in iis habere hæredem potuerunt. *L. 1. & ll. seq. C. de bon. quæ lib.*

„Igitur, tum non fuit regulariter alia hæreditas liberorum, quam bona materna, & memorata lucra, cum reliqua pater jure peculii occuparet. Unde tum quæsitum fuit, quos in illa

bonis

„bonis hæredes habituri essent. Et ordo talis constitutus fuit,ut primum succederent ipsorum liberi: deinde fratres & sorores ex eodem matrimonio, unde illa bona profecta sunt, nati: tertio fratres & sorores ex alio matrimonio nati; & denique, si horum nulli superessent, tum demum patri acquirerentur. *l. 4. C. de bon. quæ lib. C. fin. C. commun. de success.*

Hinc jam alia dubia suborta sunt, & inprimis *d. l. 13.* si filius emancipatus mortuus sit vivo patre, utrum ejus bona patri acquiri deberent, *juxta §. 21. supra.* an hæreditatio jure ad fratres pervenire? & constituit Imperator hæc quoque bona ad exemplum maternorum, & lucrorum nuptialium eximenda esse ab adquisitione patris, ut in iis quoque filii hæredes ab intestato habere possint. Unde tertia hæc bonorum species facta est, in qua filii hæredem habere poterant ab intestato scl. 1) materna: *d. l. 1. C. de bon. mat.* 2) Lucra nuptialia. *d. l. 1. C. de bon. quæ lib.* 3) Bona a filiis emancipatis vivo patre relicta. *d. l. 13. C. de legit. hæred.*

„Unde iterum quærebatur, in his bonis emancipatis quinam hæredes esse deberent? Et conveniens fuit juribus tum editis, ut in his bonis proxime succederent fratres & sorores emancipati: quia his ab Anastasio jura legitimorum reservata fuere: *per §. 20.* & illi ergo exclusere patrem in his quoque bonis. Cæterum in maternis bonis & lucris nuptialibus, ordo succedendi jam ante definitus fuit, ut illi primum succederent qui ex eodem matrimonio, unde bona illa & lucra pervenere, succederent, *per §. 23.* quem proinde ordinem intactum & salvum reliquit Imperator *in d. l. 13. in fin.*

„Hinc vero jam omni luce evidentius est, textum *d. l. 13.* nihil officere, minimeque omnium ex ea probari, paterna paternis, materna maternis dividenda esse. Non enim distinguitur ibi inter materna & paterna, sed inter materna & reliqua emancipati filii bona omnia, qui in illis jam antea habuit hæredem. *per §. 23.* In his, excluso patre, qui antea ea acquirebat, eos permisit esse hæredes, qui & alias defuncti proximi & legitimi essent, scil. fratres & sorores: *per §. 20.*

„Sed nec reliqua ista bona emancipati soli paterno lateri quæsita sunt, sed omnibus fratribus & sororibus; & e contrario pater ipse avique paterni exclusi. *d. l. 13. §. 1. & 2.* Quia nec materna solis maternis concessa; sed primum iis, qui eodem, tum deinde qui alio matrimonio nati. *per §. 23.* Adeo ergo ex illa lege non apparet, paterna paternis, materna maternis dividi, ut potius omnia in contrarium pateant.

„Denique tota quoque causa *d. l. 13.* penitus mutata atque inversa est per *Nov. 118.* & proinde nullum inde argumentum duci potest. Etenim, tum pater avique paterni non succedebant jure hæredis, sed jure domini, vel patroni, quæ tota ratio abolita est per *Nov. 118.* post illam nunquam aliter, quam ut hæredes. In *d. l. 13.* pater avique paterni exclusi sunt a fratribus omnibus: in *d. Nov. 118.* a nullo fratrum; sed contra cum Germanis conjuncti, reliquis omnibus prælati sunt. In *d. l. 13.* distinctio adhuc fuit inter legitimorum & cognatorum ordines: illa vero per *d. N. 118. c. 4.* universaliter sublata, & in totum rejecta est. In *d. l. 13.* liberi nondum habebant proprium hæredem nisi in certis bonis maternis & lucris nuptialibus; eaque regulariter sola eorum erant hæreditas: at in *d. Nov. 118.* in omnibus bonis hæredem habent. Unde non amplius distingui potest inter materna, paterna, & alia; sed, perinde ut alii, hæredem nunc habent universalem, qui in omnia æque jura succedit, uti alii hæredes: Cum olim non haberent nisi in certis rebus. Quæ ratio vel sola subruit intentionem adversantium. In *d. l. 13.* longe alius ordo succedendi inter fratres fuit, ac in *Nov. 118.* ut collatis textibus patet. Et certum proinde manifestissimumque est, *ex d. l. 13.* nihil afferri posse ad stabiliendam prædictam divisionem.

„Reliquæ leges jam non obstant, sed consentiunt. Etenim prædictis consequens est, quod in *l. 4. C. de secund. nupt.* dicitur, liberos in bonis maternis & lucris nuptialibus hæredes habere descendentes suos, nec ea acquiri patri jure dominii, ut reliqua bona.

„Ita & in *Nov. 84. c. 1.* in cujus casu pater jam mortuus fuit, Imperator provocat ad priores leges, & ex iis causam decidit; hoc saltem addito, quod quo ordine fratres & sorores in bonis maternis & lucris nuptialibus patre vivo ante succedebant, eodem & in reliquis bonis (in quibus liberi, quippe sui juris, hæredem omnino habent,) succedere deberent. De divisione vero paternorum & maternorum inter paternam maternamque lineam, ne verbum quidem.

„Similiter in *l. 3. C. de bon. quæ lib.* nihil refertur ex prædicta divisione, sed tantum dicitur, quod lucra nuptialia & bona materna non debeant jure peculii & potestatis avo paterno acquiri pernepotes, sed, his mortuis nullisque fratribus superstitibus, jure hæredis ad patrem, non jure peculii ad avum, in cujus potestate pater est, pertinere, nisi quoad usumfructum. Quæ omnia prædictis accurate conveniunt. Atque ita essluit, & evanescit vanissimum illud de distinctione bonorum commentum.

„Id enim relatu indignum, & nimis ridiculum videtur, quod quidam *ex §. 1. per quaf. Pers. cuique acq.* afferunt; *Quæ invidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reverti?* Ita enimnec hodie liberi hæredem in bonis a parentibus acquisitis habere possent, sed semper ascendentes in iis præferrentur descendentibus, Ratio scil. datur, cur peculium profectitium filiis non acquiratur. Quid hoc ad hæreditatem eorum, quæ filiis acquisita sunt.

„Quod autem Carpzovius *Part. 3. Constit. 14. def. 7.* inquit: Distinctionem bonorum, etsi in successione abrogatam, in divisione hæreditatis observandam esse, non juris necessarii, sed perpetui, sed arbitrii judicis est; qui de eo pro re nata statuit, quod æquius meliusque est.

Nobis omnino [e] distinguendum videtur inter bona [f] paterna avitaque

[g] ut

e) (DISTINGUENDUM VIDETUR INTER BONA:) Author, ut successionem collateralium naturalem demonstret, distinguit (1) inter bona *avita & noviter quæsita*: (2) ILLA danda generi, ait, & quidem (3) ex conjectura voluntatis defuncti; qui eum dominus bonorum sit, nec de iis disponit, præsumitur noluisse perdere beneficii memoriam, sed (3) voluisse gratiam referre defuncto, a quo beneficium accepit, in ejus *liberis*: Unde sequi ait successionem fratrum: At (4) HÆC danda charissimo i. e. proximo. *Vid. §. 9.* quia successio ab intestato esset tacitum testamentum: Quod verba tot errores.

Nam præmittendum est, natura nullam esse successionem, nec liberorum; adeoque frustra ibi de collateralium successione quæri: Hinc apparet, collaterales nec in bona avita, nec in noviter quæsita succedere: inprimis enim bona avita morte antecessoris desinant esse bona avita, utpote qui morte omnia jura & sic dominium amittit, & successor bona tanquam vacantia occupat, eoque ex nova occupatione dominus fit; atque hactenus omnia bona sunt noviter quæsita.

Cæterum vaga nimis est conjectura, *defunctum voluisse gratiam referre defuncto a quo beneficium accepit*: supra enim dictum est, jus naturæ non ex conjecturis, inprimis adeo vagis, deduci debere: quæ conjectura in præsenti eo vanior est, quod hæres non accipiat bona ex beneficio defuncti, utpote qui post mortem disponere amplius non potest, sed a lege civili. Accedit quod incertum admodum sit, an gratiam referre voluerit defunctus, ex hac conjectura enim alii sæpius succedere deberent, quibus forte magis devinctus fuit.

Denique verum non est, in noviter quæsitis collaterales succedere juxta affectum defuncti: diximus enim (1) natura nullam esse successionem: (2) si quoque esset successio collateralium, non tamen ex affectu metienda esset; quia is probari prius deberet: sed & cum (3) remotiores sæpius magis dilexerit quam proximiores, inquiri ante deberet quem nam cognatorum magis dilexerit, unde incerta iterum fieret succedendi ratio. Denique (4) allegata quoque ratio vera non est, quod *successio ab intestato tacitum sit testamentum*: quasi hoc ipso, dum non excludit testamento, tacite disponere videatur ut proximus succedat; falsa inquam hæc est ratio, tum quia nec expressa dispositio defuncti de eo quod post mortem fieri vult, valet, nedum tacita: tum quia testamentum tacitum contrariatur definitioni testamenti, quod est justa mentis nostræ sententia, quæ non valet nisi declarata: tum denique, quia ex tacita dispositione, adeoque ex voluntate incerta, nullum jus naturæ sequitur.

Repetimus igitur, natura nullam esse successionem, nec liberorum, nisi ex surrogatione, & ne illis aufertur jus occupandi: Tota hæc surrogationis ratio cessat in collateralibus, quippe quibus non auferretur jus occupandi, etsi cognatis suis non succederent, quia suos habent parentes, quibus loco juris occupandi succedunt.

Eadem ratio quoque obtinet in parentibus, qui proinde naturali ratione non succedunt liberis: Hinc jure Romano non aliter admittuntur quam ex ratione miserationis: *l. 7. §. f. Unde liberi.* succedere dicuntur turbato mortalitatis ordine: *l. 15. pr. inoff. test.* iisque hæreditas *pie*, non ergo jure debiti, relinqui traditur, *d. l.* 15. Sane ante SCtum Tertullianum mater plane non succedebat, & pater bona filii jure peculii occupabat. Post SCtum Tertullianum consanguinei exclusere matrem, & deinde omnes fratres omnes parentes. *L. 4. C. bon. quæ lib. l. 2. C. SC. Treb. Nov.* 118. Hinc etiam apud gentes tam varie circa successionem collateralium statui solet, quia totum jus successionis arbitrarium est.

ADDITIO.

„Hactenus Author egit de successione *liberorum* „*& parentum*: eamque ex conjecturis voluntatis de„duxit, quarum seriem exposuimus §. 3. *lit. d.*

„In successione *collateralium* dubium admodum „esse ait, quæ in dubio credenda sit fuisse volun„tas intestati: *Vid. infra* §. 30. *n.* 1. *&* §. 31. Indeque „plane aliam seriem conjecturarum constituit.

„Ex præcedentibus autem supponit (1) domi„num non videri voluisse derelinquere bona: *§. 3.* „sed ex eo ipso, dum testamentum non fecit, cum „potuerit, sequi, ut ejus bona esse intelligerentur „cujus ea voluisse defunctum, maxime probabile „erat *d. §. 3.*

„(2) Credi autem voluisse id quod æquissimum „ac honestissimum est, vel ex debito naturæ, vel „saltem ex officio. *d.* §. 3. *&* §. 10. *pr.*

„(3) His suppositis ait, deficientibus *liberis* & *pa*„*rentibus*, æquissimum esse intuitu *collateralium* ut „bona redeant unde venerant. §. 9. adeoque bona pa„terna ad cognatos paternos, materna ad maternos.

„(4) Cum enim defunctus plenus dominus fue„rit, illudque post mortem retineri nequeat, pro certo habendum esse putat, noluisse eum perdere „beneficii memoriam: Indeque videndum esse quis „in beneficiis sit ordo naturalis. *§. 9. n. 2.*

„(5) Gratiam autem referri non tantum viven„tibus, sed & mortuis in eorum liberis, quibus, si „viverent parentes, maxime vellent bene fieri. *§. 9.* „*n. 2. & 3.*

„(6) Hinc concludit fratrem *fratri* voluisse re„linquere bona avita. quia is bona sua accepit a „patre, cui proinde gratiam videtur reddere vo„luisse in liberis, i. e. in *fratribus* dominieonsangui„neis: in maternis autem bonis matri gratiam re„ferre videri, relinquendo bona fratribus uterinis. „*d. §.* 9. *n.* 3.

„(7) Si non reperiatur a quo proxime bona „venerunt, i. e. si parentes eorumque liberi (fra„tres scl.) deficiunt, defunctum credi referre voluis„se gratiam defunctorum parentum proximis i. e. „fratribus & sororibus ejus. Videri igitur defun„ctum voluisse relinquere bona Thiis *d. §.* 9. „*n. 4.*

„8) Hæc

[g] ut dici solebat in formula qua prodigo bonis interdicebatur, [h] & inter noviter quæsita, [i] ut in illis locum habeat Platonis illud: ἐγὼ ὖν νομοθέτης ὢν ὖθ᾽ ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν εἶναι τίθημι, ὖτε τὴν ὖσίαν ταύτην, ξύμπαντος δὲ τῦ γένυς ὑμῶν, τῦ τε ἔμπροσθεν καὶ τῦ ἔπειτα ἐσομένυ. *Ego legum conditor neque vos vestri juris esse scisco, neque patrimonium vestrum, sed totius vestri generis, tum quod fuit, tum quod futurum est.* Qua de causa Plato κλῆρον πατρῷον salvum esse vult generi, unde venit. Quod non ita accipi velim, [k] quasi naturaliter de bonis paternis avitisque testari non liceat, [l] (sæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile modo sit, [m] sed etiam necessarium) [n] sed ut appareat quæ in dubio credenda sit fuisse voluntas intestati. *De legib. lib. XI. pag 923. A. Tom. II. Ed. Steph.*

2. Concedimus enim [o] plenum dominium esse penes eum de cujus voluntate agimus. Sed [p] cum post mortem dominium hoc retinere non possit, [q] & omnino pro certo haberi debeat, noluisse eum perdere beneficii

„(8) Hæc vera esse, ait, in bonis avitis, at „in bonis noviter quæsitis cessare gratiæ reddendæ „officium: in his igitur convenire officio putat, ut „deferatur successio ei qui defuncto carissimus „fuit. *§. 10. n. 1.*

„(9) Carissimum autem censeri, qui gradu co„gnationis defunctum proximo attingit. Indeque „concludit, in bonis noviter quæsitis succedere pri„mo liberos, tum fratres, postea thios, & deni„que reliquos cognatos, ex proximitate gradus. „§. 10. n. 1.

„Hoc Systema Grotii latius exposui in *Dissert.* „*prooem. VI. §. 29. n. 9. & seq.* At ex ipsa inspe„ctione apparet, totam hanc successionem colla„teralium meris niti conjecturis, quæ nullam ne„cessitatem juris inferunt. Fatetur id ipse Author, „dum infra ait, jure gentium demum juris necessi„tatem his conjecturis impositam esse. *Vid. §. 11. pr.* „*& l. 2. c. 19. §. 6.* Nos alibi probavimus, collaterali„um successionem jure naturæ incognitam esse.

f) (Grot.) (BONA PATERNA AVITAQUE:) Hebræis מורשה.

„*g*) (UT DICI SOLEBAT IN FORMULA QUA „PRODIGO BONIS INTERDICEBATUR:) Apud *Paul. 3.* „*sent. tit. 4. §. 7.* Imo prodigo bonis interdicebatur „etiam propriis & noviter quæsitis; Nam omnis tol„litur administratio Legibus XII. tabb. *Vid. l. 1. ff.* „*curat. L. 12. §. 1. ff. cur. dict.* Apud Paulum ideo „bona paterna ac avita allegantur, quia potior „pars bonorum a patre vel avo ad liberos proveni„re solet.

h) (Grot.) (ET INTER NOVITER QUÆSITA:) Hebræis בחלרה. Discrimen hoc vide *in lege Burgund.* lib. 1. tit. 1. num. 1.

„*i*) (UT IN ILLIS LOCUM HABEAT:) i. e. ut „bona avita generi cedant: at dictum est, bo„na avita desinere esse talia ex quo ad defuncti li„bros perveniunt. *Vid. §. 11.*

k) (QUASI NATURALITER DE BONIS PATERNIS „AVITISQUE TESTARI NON LICEAT:) Testari plane „non licet, at non ideo quia bona paterna sunt, „sed quia testamenta jure naturæ sunt incognita.

l) (Grot.) (SÆPE ENIM INDIGENTIA AMICI ALICUJUS EFFICIT &c.) Seneca de Beneficiis libro IV. c. 11. *Quid cum ipso vitæ in fine constitimus, cum testamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? quantum temporis consumitur, quamdiu secreto agitur, quantum, & quibus demus? quid enim interest quibus demus a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia nostra torquemus, quam ubi, remotis utilitatibus, solum ante oculos honestum stetit?*

„*m*) (SED ETIAM NECESSARIUM:) Negamus „necessarium aliquando esse ut quis de bonis avi„tis testetur: quia nunquam necessarium est testa„ri in favorem indigentis amici; id enim virtutis „& honestatis esset, non juris.

„*n*) (SED UT APPAREAT QUÆ IN DUBIO CRE„DENDA SIT VOLUNTAS FUISSE INTESTATI:) i. e. „quos nam optaverit hæredes, si nullum testa„mentum condidit.

„*o*) (PLENUM DOMINIUM ESSE PENES EUM DE „CUJUS VOLUNTATE AGIMUS:) Quia dominium „non posset in successorem transferre, nisi dominus „esset.

„*p*) (CUM POST MORTEM DOMINIUM HOC RE„TINERE NON POSSIT:) Omnia enim jura morte „dissolvuntur.

„*q*) (ET OMNINO PRO CERTO HABERI DE„BEAT, NOLUISSE EUM PERDERE BENEFICII ME„MORIAM:) Egregia certitudo! Paulo ante dictum „est 1) hanc esse meram conjecturam, ex qua nulla „certitudo juris naturæ sequitur: 2) omnem volun„tatem defuncti morte ejus cessare, adeoque fru„stra de ejus voluntatis interpretatione post mor„tem quæri: 3) verum non esse, noluisse eum perde„re beneficii memoriam, perdit enim eam omnino „moriens. Sed & 4) in imbecillitate humana, „ubi

ficii memoriam, [r] videndum est quis sit in beneficiis ordo maxime naturalis. Bene Aristoteles: ἐυεργέτη ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον. *Potius est gratiam referri ei qui benefecit, quam amico conferre beneficium.* Et Cicero: *Nullum officium referenda gratia magis necessarium est.* Item: *Cum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi; demus nec ne, in nostra potestate est; non reddere bono viro non licet: modo id facere possit sine injuria.* Ambrosius: *Pulchrum est propensiorem habere ejus rationem, qui tibi aut beneficium aliquod aut munus contulit.* [s] Et mox: *Quid enim tam contra officium, quam non reddere quod acceperis?* Gratia autem refertur aut viventibus, [t] aut defunctis. Defunctis, ut ostendit Lysias oratione funebri, [u] refertur gratia in eorum liberis, [v] qui naturaliter pars sunt parentum, [w] & quibus, si viverent parentes, maxime vellent benefieri.

Ethic. Nic. l. 8. c. 2. — *De Off. 2. 15.* — *De Off. 1. 31.* — *Off. 1. 31.* — *Cap. 20. & seqq.*

3. [x] Et hanc æquitatem sequuti sunt Justinianei juris conditores, [y] æquitatis studiosissimi, [z] in quæstione inter fratres [aa] plenos, & con-

L. Quod scitis. 3. c. de bon. quæ lib. l. 13. de emancipatis § 1. Cum enim C. de legit. hær. l. Sancimus. 11. C. com. de success. Novel. 84. de cons. & uter. frat.

„ubi homines omnia minus perfecte agunt, vix præsumi potest, morientem ad animum sibi revocasse beneficia in se collata. Denique & 5) prius investigari deberet quis nam majus beneficium contulerit. Sæpius enim contingit, aliquem maxima beneficia accepisse ab extraneis, nulla e proximis: hoc igitur casu ex eadem conjectura voluntatis his potius deberetur successio.

„r) (VIDENDUM EST QUIS SIT IN BENEFICIIS ORDO NATURALIS:) Frustra de ordine naturali succedendi quæritur, cum defuncti nulla concipi possit voluntas post mortem, & omne jus ejus & dispositio morte exstinguatur: Conjectura igitur de referenda gratia nullum effectum juris producit.

„s) (ET MOX:) At omnes Authores allegati loquuntur de vivente, qui gratiam referre debet, non ex necessitate juris, sed ex virtute: quo etiam collimant. *Cicero 1. off. 15. Sen. ep.* 81. *Sophocl. philoct. v. 672. Cassiod. 1. Var. 36.* sane is qui beneficium dedit, non habet jus exigendi relationem gratiæ, dignus est decipi qui dando beneficium de accipiendo cogitat. *Plin. 9. ep. 30. & 1. ep.* 13. *Cic.* 2. *Rhet.* 39. *Sen.* 1. *benef.* 2. & *L.* 2. *c.* 11. *& l. 5. c. 1. & l. 7. c. 31.* &c. *Vid. Tesm. h.*

t) (Grot.) (AUT DEFUNCTIS:) Sic moriturus apud *Procopium*, Pers. 1. τὰ παιδία ὠφελῶν, ὠφελήσεις ἐμέ. *In me conferas quidquid in liberos meos contuleris.* (Cap. 4.) Vide exemplum in facto Theodosii, patrem Valentiniani junioris in ipso Valentiniano remunerantis, apud *Zosimum* libro IV. Lege Mosis succedebat post fratres patruus, ut primo possessori propior quam fratrum filii. *Num.* XXVII, 10. (Imp. *Gratianus*, cui debebat imperium *Theodosius*, non erat *pater Valentiniani junioris*, sed *frater*, ut notum. Deinde *Theodosius* nequaquam ex animo grato erga defunctum arma cepit pro *Valentiniano*, sed amore *Gallæ*, hujus sororis. Vide Cap. 43. & 44. Libri IV. *Zosimi.* heic indicati. *J. B.*)

„u) (REFERTUR GRATIA EORUM LIBERIS:) Idem asserunt Marcellus apud *Liv.* 25. 31. Plinius 3. *ep.* 3. Germanicus apud *Tacitum ann.* 2. 71. Cassiodorus 1. *Var.* 36. Idque Deos quoque observare ait *Sen.* 4. *benef. c.* 30. & 31. *Vid. Tesm. h.*

„v) (QUI NATURALITER PARS SUNT PARENTUM:) Quod probavimus *in Diss. prooem. XII.* §. 330. Ideoque revera parentibus gratiam referunt qui liberis, i. e. portioni corporis eorum benefaciunt.

„w) (ET QUIBUS SI VIVERENT PARENTES MAXIME VELLENT BENEFIERI:) Adeoque quibus successionem deferri optarent.

„x) (ET HANC ÆQUITATEM:) Qua distinguitur inter bona materna, & paterna, ita ut ea quæ a matre proveniunt cedant fratribus uterinis, paterna autem fratribus consanguineis.

„y) (ÆQUITATIS STUDIOSISSIMI:) Nam composuerunt Digesta ex veterum JCtorum Romanorum legibus, quæ ex præceptis juris naturæ & gentium desumtæ sunt.

„z) (IN QUÆSTIONE INTER FRATRES PLENOS ET CONSANGUINEOS ET UTERINOS:) Putat igitur Author defunctum, gratiam relaturus parentibus e quibus accepit bona, credi voluisse bona paterna & avita relinquere ejus liberis, i. e. fratribus: At hanc sententiam refutavimus *n. præced.*

„aa) (PLENOS:) Quos Germanos vocant, & qui præferuntur consanguineis & uterinis *Nov.* 118. *c.* 3. *pr.*

bb) (CON-

& [bb] consanguineos, [cc] & uterinos [dd] & aliis quibusdam. Aristoteles: ἀδελφοὶ ἀλλήλους φιλοῦσιν τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις ταὐτὸ ποιεῖ. *Fratres se invicem diligunt quatenus ex iisdem nati sunt; nam ortus communis ipsos quasi eosdem facit.* Valerius Maximus: *Ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepisse, ita proximum judicari debet simul accepisse.* [ee] Gentium commune jus, ut frater fratri succedat, dicitur apud Justinum. Eth. Nicom. VIII. Lib. V. 5. Lib. XXXIV.

4. Quod si non reperiatur is, a quo proxime bona venerunt, ejusve liberi, [ff] restat ut gratia referatur his quibus minus quidem, sed tamen post illum proxime debetur, id est [gg] parenti superioris gradus, ejusque liberis, [hh] præsertim cum eo modo maneatur intra proximos. [ii] & ejus, de cujus hæreditate agitur, [kk] & ejus a quo proxime bona venerunt. Idem ille [ll] Aristoteles ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ τούτων συνῳκείωνται τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι γίγνονται οἱ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δὲ ἀλλοτριώτεροι· *Patrueles vero & exteri cognati conjun-* Ethic. Nic. VIII. 14.

„bb) (CONSANGUINEOS:) Qui eodem patre sed „diversis matribus nati sunt, & succedunt si ger„mani non extant. *d. Nov.* 118. *c.* 3.

„cc) (ET UTERINI:) Qui eadem matre non „uno patre nati sunt: Hi una cum consanguineis „succedunt absque distinctione bonorum. *d. c.* 3. „Quod plenius in præcedentibus ex Disput. B. Pa„rentis de distinctione bonorum illustravimus.

dd) (ET ALIIS QUIBUSDAM:) Scilicet 1) quo„ties parentes ex parte patris & matris succedunt, 2) quando cum iis concurrunt defuncti fratres & „sorores Germani; 3) quando Germani cum avis „maternis concurrunt. De quibus casibus, & quid „in illis juris sit, late egit B. Parens *in dict.) di„sput. de distinct. bon. cap. 3. per tot.*

„ee) (GENTIUM COMMUNE JUS, UT FRATER „FRATRI SUCCEDAT:) *Just. L.* 34. *c.* 3. At Justinus „non loquitur de successione privata collatera„lium, de qua sola nobis quæstio est, & quam „jure naturæ incognitam esse merito statuimus. „Sed loquitur de successione regnorum, ubi fratres „ideo succedunt, quia populus toti familiæ impe„rium detulit: Jure gentium igitur hic succedunt „fratres non ex conjectura voluntatis, nec ex re„latione antiquæ gratiæ, sed ex voluntate populi, „quæ singulos ex familia ad successionem vocat. „Non ait, *se jure gentium fratri succedere debere,* „sed jure gentium, fratre majore mortuo, regnum „sibi deberi, exclusis fratris majoris liberis, idque „ex jure primæ delationis: quod tamen injuria „prætendebat, quia major frater decessit relicto „filio: atque hinc etiam populus Romanus di„mittere Demetrium noluit, *Just. L.* 34. *c.* 3. At „fugam arripuit, eique regnum occiso Antiochi „filio a tutoribus traditur. *d. l.* 34. *c.* 3. Sed inju„riæ hujus pœnam tulit, subornabatur enim alius „filius Antiocho, qui usurpatorem regno & vita „spoliavit. *Just. L.* 35. *c.* 1.

„ff) (RESTAT UT GRATIA REFERATUR QUIBUS „MINUS QUIDEM, SED TAMEN POST ILLUM PRO„XIME DEBETUR:) Post fratres thios, i. e. qui pa„rentum loco sunt, succedere ait, quia ab eorum „parente (avo suo) testator bona avita accepit: ad„eoque omnes præcedentes conjecturas hic quoque „locum habere tradit: At cum jure naturæ ne fra„tres quidem ab intestato succedant, nedum re„motiores succedere possunt: adeoque omnes an„te allegatæ rationes hic quoque obtinent.

„gg) (PARENTI SUPERIORIS GRADUS EJUSQUE „LIBERIS:) Sensus est, quia ab avo bona accepi, „adeoque ei gratiam debeo, credendum esse, quod, „proximioribus non extantibus, ejus liberis bona „cedere voluerim: quæ est successio thiorum, i. e. „patrui, avunculi, amitæ, materteræ &c.

„hh) (PRÆSERTIM CUM EO MODO MANEATUR „INTRA PROXIMOS:) Eoque fontes varietatis quæ in „legibus civilibus deprehenditur, & quam Author „initio hujus §. allegavit, cessant.

„ii) (ET DE CUJUS HÆREDITATE AGITUR:) „Nam deficientibus *liberis*, *fratribus*, & *avis*, pro„ximi defuncto sunt *thii*, adeoque eis deferri, ait, „hæreditatem ex generali præsumtione, quæ obti„neret licet gratiæ referendæ officium cessaret, „quia nimirum gradu cognationis proximi defun„cti carissimi esse creduntur. *Vid.* §. *seq.*

„kk) (ET EJUS A QUO PROXIME BONA VE„NERUNT:) Thii enim proximi sunt defuncti pa„rentibus, a quibus bona defunctus accepit, adeo„que in beneficii (quod gratiæ referendæ officium „supponit) memoriam eum credi bona avita relin„quere thiis voluisse fingit.

„ll) (ARISTOTELES:) Hic locus nullum mo„mentum affert pro successione reliquorum cogna„torum. Aristoteles enim saltem ait, reliquos co„gnatos esse vel propiores vel remotiores, at non „asserit eos natura succedere.

junguntur per parentes, quatenus ex iisdem ortum habent: ita ut alii conjunctiores sint, alii minus conjuncti, pro ortus ratione.

§. X.

De Leg. L. xi. p. 923. D. 1. [a] At in bonis noviter quæsitis, quæ [b] περίοντα τῦ κλήρυ Platoni, [c] cum cesset gratiæ referendæ officium, [d] superest, ut ei deferatur successio qui defuncto carissimus fuisse creditur. [e] Is autem est qui gradu cognationis proxime defunctum attingit. Sic [f] Isæus *Orat. III. p. 413. & 417. Ed. Wech.* apud Græcos receptum ait: τοῖς εγγυτάτω γένυς τὰ τῦ τελευτήσαντος γυνήσεσθαι, *defuncti bona ei cedere, qui genere sit proximus:* addit: τί, ἂν, τί δικαιότερον, ἢ τοῖς συγγενέσι τὰ τῦ συγγενῦς; [g] *quid justius quam ut quæ cognati fuerant, cognatis cedant.* [h] Idem sensus est apud Ari*Off. 1. c. 16.* stotelem libri ad Alexandrum capite II. *Optime*, inquit [i] Cicero *societas hominum conjunctisque servabitur, si, ut quisque erit conjunctissimus ita in eum benignitatis plurimum conferatur.* [k] Qui & alibi post li*Vit. Agric. c. 31.* beros ponit bene convenientes propinquos, * ut & Tacitus: *Liberos*

„*a*) (AT IN BONIS NOVITER QUÆSITIS:) Quæ „scilicet nec a patre nec ab avo veniunt, sed aliunde filio quæsita sunt: at dixi, omnia bona ratione ultimi possessoris esse noviter quæsita.

„*b*) (περίοντα &c.) Affluentia ultra sortem. „*Gron. h.*

„*c*)(CUM CESSET GRATIÆ REFERENDÆ OFFICIUM:) „Bona enim hæc non accepit a parentibus; unde concludit, defunctum non videri voluisse gratiam parentibus, eorumque liberis, vel proximis, referre: i. e. iis successionem bonorum noviter quæsitorum relinquere. Atque hinc jus succedendi in his bonis ex alia conjectura deducit, æque frivola: Nimirum credendum esse, defunctum voluisse successionem deferre ei qui ei fuit carissimus, i. e. qui proximus ei est cognationis gradu: quam hypothesin statim examinabimus.

„*d*) (SUPEREST UT EI DEFERATUR SUCCESSIO „QUI DEFUNCTO CARISSIMUS FUISSE CREDITUR:) „Ordinem conjecturarum, quibus hæc successio nititur exposui §. *praeced. n.* 2. *in fin.* At jam supra dictum est, 1) ultra successionem liberorum natura nullam dari: 2) adeoque fratres non succedere neque in bonis avitis, neque in bonis noviter quæsitis: neque 3) ex conjectura jus aliquod successionis oriri, 4) omnium minime ex conjectura illa, quod deferre voluerit bona carissimo, & quod carissimus videatur qui gradu proximus est.

e) (Grot) (IS AUTEM EST QUI GRADU COGNATIONIS PROXIME DEFUNCTUM ATTINGIT:) Vide *Deuter.* XV. 11. XVIII. 7. *Prov.* XI. 17. Tractat hoc *Servius* ad illud Æneidos VI. (vers. 611.)

Nec partem posuere suis --

Hierocles: ἡ δὲ τῶν ἀγχιστέων (τιμὴ) πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐγγύτητα παραμετρήσει τὴν θεραπείαν τοσῦτον τῆς μετὰ γονέας τιμῆς ἑκάστῳ τῶν συγγενῶν νέμυσα, ὅσον ἂν ἡ πρὸς ἐκείνυς ἐγγύτης ἀποφαίνῃ. *Cura autem propinquorum mensuram suam accipiet a propinquitate naturali, ut post parentes tantum cognatorum cuique deferatur, quantum ad parentes propinquitas exigit.* (*In Aurea Carm. Pythag.* vers. 4. pag. 46. 48. *Ed. Nidh.*) *Possidius* de Augustino: *justum & æquum esse videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis possideremur, hereditates scilicet, de quibus ibi agit.* (*Cap. 24. Vit. August.*)

ADDITIO.

„Unde hoc constat: sæpius extraneus nobis carior est, & tunc ex eadem conjectura ei deberetur „hæreditas.

„*f*) (ISÆUS APUD GRÆCOS RECEPTUM AIT:) „Adeoque obtinet demum ex jure recepto, i. e. „jure civili, quod successio cognatis debeatur.

„*g*) (QUID JUSTIUS QUAM UT QUÆ COGNATI „FUERANT, COGNATIS CEDANT:) Imo nulla ratio justitiæ naturalis hic subest: pater quicquid occupat, occupat & acquirit in usum *suæ familiæ*, sub qua soli liberi comprehenduntur: hac familia cessante omne ejus jus cessat, adeoque res incipiunt esse nullius, & cedunt occupanti. At, posita lege civili, id justum omnino est; & talem legem receptam inter Græcos fuisse paulo ante dixerat.

„*h*) (IDEM SENSUS EST APUD ARISTOTELEM:) „In *Reth. ad Alex. c.* 2. Verum is plane de successione non loquitur: sed ait saltem *justum esse beneficis benefacere, & iis, qui nos beneficio foverint, gratiam referri debere.*

„*i*) (CICERO:) *L. 1. de off. c. 16* Hic itidem non loquitur de successione, sed quod omnibus hominibus, præcipue autem conjunctis, benefacere debeamus.

k) (Grot.) (QUI ET ALIBI:) Duo hæc loca ex *Cicerone* posterius producta, sunt ex eodem libro officiorum primo. (c. 17.)

„*) (UT ET TACITUS:) Qui itidem non agit de „successione, sed de caritate quæ utique ex sanguine oritur.

„*l*) (IDEM

ros cuique ac propinquos suos natura carissimos esse voluit. [l] Idem Cicero alibi de cognatis agens: *Necessaria præsidia vitæ debentur his maxime.* [m] Debentur scilicet non ex jure expletorio, sed [n] κατ' ἀξίαν. [o] Et alibi, cum de affectionibus erga propinquos egisset, [p] *ex hac animorum affectione*, subdit, *testamenta commendationesque morientium natæ sunt.* [q] Idem copias nostras proximis quam alienis & suppeditari & relinqui æquius esse ait. Ambrosius quoque: *Est etiam illa probanda liberalitas*, [r] *ut proximos seminis tui non despicias.*

Offic. I. c. 30.

De Finib. III t. 20.

De Off. I. c. 14.

Off. I, 30.

2. Successio autem ab intestato, de qua agimus, [s] nihil aliud est quam tacitum testamentum ex voluntatis conjectura. [t] Quintilianus pater in declamatione: *Proximum locum a testamentis habent propinqui: & ita, si intestatus quis ac sine liberis decesserit. Non quoniam utique justum sit ad hos pervenire bona defunctorum: sed quoniam relicta, & velut in medio posita, nulli propius videntur contingere.* Decl. 308.

Quod de bonis noviter quæsitis diximus, ea naturaliter proximis deferri, [u] idem locum habebit in bonis paternis avitisque; si nec ipsi a quibus venerunt, nec eorum liberi exstent, [v] ita ut gratiæ relatio locum non inveniat.

§. XI.

„*l*) (IDEM CICERO ALIBI:) *L. I. off. c. 30.* At id „officii & virtutis est, neque inde sequitur jus suc„cessionis.

„*m*) (DEBENTUR SCILICET NON EX JURE EX„PLETORIO, SED κατ' ἀξίαν:) i. e. Debentur non „ex jure naturæ sociali, sed ex jure naturæ laxiori: „quam distinctionem examinavi supra *L. I. c. I. §. 7.*

„*n*) (κατ' ἀξίαν:) Quam dignitatem vocat „Aristoteles, aptitudinem Author *d. c. I. §. 7.* & „quam ad jus naturæ laxius refert, sed male *d. l.* „cum dignitas & aptitudo ad ethicam pertineant, „non ad jus hominum inter se; nec ulla proinde „ex ea oriatur obligatio. Quod ex Quintiliani lo„co ab Authore allegato apparet.

„*o*) (ET ALIBI:) *3. fin. 20. Gron. h.*

„*p*) (EX HOC ANIMORUM AFFECTIONE TESTA„MENTA COMMENDATIONESQUE MORIENTIUM NA„TÆ SUNT:) Si quis testamento hæres insti„tuitur, id omnino ab affectu est, at nulla ejusmo„di testamentis & commendationibus natura vis in„est, sed eam accedente demum lege civili acce„perunt. Præterea is affectus non sanguinem solum „respicit, sed & extraneos: prout affectum suum „testator verbis declarat:

„*q*) (IDEM COPIAS NOSTRAS &c) Post intro„ducta lege civili testamenta æquum id omnino „est, sed lex necessitatem nobis non imponit. Imo „aliquando æquius est extraneos præferre proxi„mis.

r) (Grot.) (UT PROXIMOS SEMINIS TUI NON DESPICIAS:) Ex *Esaia* sumtum LVIII, 7. paria habes apud *Chrysostomum* 1. Cor. IV, 7. & apud *Augustinum* de doctrina Christiana lib. II, 12.

„*s*) (NIHIL ALIUD EST QUAM TACITUM TE„STAMENTUM EX VOLUNTATIS CONJECTURA:) „Quia dominus, qui moriens voluntatis suæ nul„lam edit testationem, videtur tamen voluisse de „bonis suis disponere. *Vid. §. 3.* Hoc jam a B. „Parente refutatum est: Verum enim 1) non est „successionem ab intestato sequi ex voluntate de„functi, utpote quæ post mortem nulla est. 2) „Certum est, testamentum nec expressum natura va„lere, nedum tacitum. 3) Ex conjectura voluntatis „nullum jus naturæ oritur, adeoque nec jus succe„dendi.

„*t*) (QUINTILIANUS:) *Decl. 308.* quæ inscribi„tur *duo testamenta.* At hic diserte statuit fratribus „reliquisque cognatis jure non deberi successionem:

„*u*) (IDEM LOCUM HABET IN BONIS PATER„NIS AVITISQUE, SI NEC IPSI A QUIBUS VENE„RUNT, NEC EORUM LIBERI &c.) Nimirum ut de„feratur successio bonorum avitorum ei qui de„functo carissimus fuisse creditur: quia ex iis, a „quibus venerunt bona nemo superest, adeoque „cui & in quo gratiam referat, nullus exstat.

„*v*) (ITA UT GRATIÆ RELATIO LOCUM NON „INVENIAT:) Omnes enim illi a quibus bona ve„nerunt, eorumque liberi, supponuntur exstincti:

[a] §. XI.

1. [b] Hæc vero quæ diximus quamquam [c] naturali conjecturæ maxime sunt consentanea, [d] non sunt tamen jure naturæ necessaria; [e] ac proinde ex diversis causis voluntatem humanam moventibus, variari solent, pactis, legibus, moribus: [f] qui subitionem in locum in nonnullis gradibus admittunt, [g] in aliis non admittunt; [h] alibi distinguunt, unde bona veniant, [i] alibi id insuper habent. [k] Est ubi primogeniti plus postgenitis ferunt, [l] ut apud Hebræos: [m] est ubi inter se æquantur. [n] Est ubi agnatorum habetur ratio: [o] est ubi cognati quilibet cum agnatis tantundem ferunt. [p] Etiam sexus alicubi momentum habet, alicubi non habet: [q] Et alibi cognationis ratio

a) (AD §. XII.) Aothor tandem hic fatetur conjecturas naturales non sufficere, oeque inde necessitatem oriri: Atque ideo successiones pactis, legibus & moribus variare: Cæterum in dubio, & ubi de voluntate non certo constat, unumquemque videri voluisse statuere id quod lex aut mos populi habet.

„b) (HÆC VERO QUÆ DIXIMUS:) Scilicet quod „ascendentibus & collateralibus deferatur successio „ex tacita voluntate defuncti; quæ quoad posteriores nititur illa conjectura, quod in *bonis avitis* „videatur voluisse referre gratiam iis unde bona „venerunt, relinquendo ea liberis eorum, iisque „deficientibus, proximioribus: & quod in *bonis* „*noviter quæsitis* videatur voluisse ea relinquere „carissimo, i. e. proximiori cognato:

„c) (NATORALI CONJECTURÆ MAXIME SUNT „CONSENTANEA:) Imo minime conjecturæ naturali consentaneum est, aliquem post mortem „aliquid voluisse.

„d) (NON SUNT TAMEN JURE NATURÆ NECESSARIA:) Unde Author has conjecturas non ex debito, sed ex eo quod officio congruit, deduxit *vid.* „§. *3. in fin.*

„e) (AC PROINDE EX DIVERSIS CAUSIS VARIARI SOLENT:) Pro arbitrio legislatorum, quia ratio succedendi naturalis in collateralibus non datur.

„f) (QUI SUBITIONEM IN LOCUM IN NON „NULLIS GRADIBUS ADMITTUNT:) In descendentibus subitio nepotis in locum filii jure naturæ obtinet, uti vidimus supra §. 6. At in collateralibus, „quorum plane nulla est successio natura, ea ex mero jure civili est: Unde non obtinet nisi ubi in „specie est introducta; & non nisi in gradu in „quo est introducta. Sane jure Romano jus repræsentandi solis fratrum liberis concessum est, „*Vid. supr.* §. *6.*

g) (Grot.) (IN ALIIS NON ADMITTUNT:) Veteres Germanorum mores subitionem istam, sive repræsentationem ignorarunt, etiam inter liberos. Introduxit primus id jus in Franciam Childebertus edicto: in Trans-Rhenanas partes Otho, Henrici filius: teste *Withekindo* lib. II. vide *legem Longobardicam* lib. II. tit. XIV, 18. Scoticum quoque jus vetus solam spectabat gradus proximitatem. Vide *Pontanum* Danicorum septimo, ubi narrat a Rege Angliæ arbitrio sumto ita pronuntiatum. (*Pag.* 378.)

ADDITIO.

„Atque hinc fratrum defunctorum nepotes cum „germanis, vel thiis nunquam concurrunt. *Vide* „*supra* §. 6.

„h) (ALIBI DISTINGUUNT UNDE BONA VENIANT:) Quam distinctionem jure naturæ & „Romano incognitam esse vidimus §. *preced*, *n. 1.*

„i) (ALIBI ID INSUPER HABENT:) idque jure „quoque Romano obtinere vidimus, quia in defuncto qualitas bonorum per confusionem desiit.

„k) (EST UBI PRIMOGENITI PLUS POSTGENITIS FERUNT:) In successione feudali id obtinet præprimis in feudis majoribus.

„l) (UT APUD HEBRÆOS:) Vid. Selden. de „success.

„m) (EST UBI INTER SE ÆQUANTUR:) i. e. „ubi liberi omnes æqualiter veniunt, quod juris „naturalis est, etsi propter utilitatem publicam & „ad conservandas familias illustrium id mutari possit.

„n) (EST OBI AGNATORUM HABETUR RATIO: „i. e. ubi illi tantum succedunt qui a communi stipite ex meris masculis descendunt, ut in successione communi feudali, & apud francos in Alodiis:

„o) (EST UBI COGNATI QUILIBET:) i. e. etiam „illi qui a communi stipite per fœminas descendunt: Unde jure Romano uterini & consanguinei in successione fratris concurrunt.

„p) (ETIAM SEXUS ALICUBI MOMENTOM HABET, ALICUBI NON HABET:) Ita enim in Saxonia præter jus succedendi fœminis etiam debetur „gerada, &c. maribus autem res expeditoriæ.

„q) (ET ALIBI COGNATIONIS RATIO HABETUR „INTRA PROPIORES GRADUS:) Ita enim Prætor „agnatos ad X. usque gradum, cognatos saltem „ad VII. usque gradum ad successionem vocat §. „5. *Inst. success. cogn.* postea exæquati sunt. *Vid.* „*Nov.* 118.

„r) (NEC

ratio habetur inter propiores gradus: alibi longius extenditur, quæ longum esset exsequi, r nec instituti nostri.

2. Illud tamen tenendum est, s quoties voluntatis expressiora indicia nulla sunt, t credi quemque id de sua successione statuisse quod lex aut mos habet populi, u non tantum ex vi imperii, sed ex conjectura, v quæ etiam in eos valet, quorum in manu est summum imperium. w Nam & hi probabiliter creduntur in rebus suis æquissimum judicasse, quod aut legibus sanxerunt ipsi, aut moribus probant; x in iis dico rebus, in quibus de nullo ipsorum damno agitur.

* §. XII.

„r) (NEC INSTITUTI NOSTRI:) Quia Author „jura gentium tractat, non jura civilia: id enim „infinitum foret, uti dixit supra §. 1.

„s) (QUOTIES VOLUNTATIS EXPRESSIORA IN-„DICIA NULLA SUNT:) i. e. quoties testamentum „legitime factum non adest:

„t) (CREDI QUEMQUE ID DE SUA SUCCESSONE „STATUISSE QUOD LEX AUT MOS HABET POPU-„LI:) i. e. Successio fit juxta leges loci.

„u) (NON TANTUM EX VI IMPERII SED EX „CONJECTURA:) Imo ex sola vi imperii, nam con-„jectura illa vaga nimium est: imo sæpius de con-„traria voluntate constat, & tamen contra volun-„tatem defuncti succeditur, uti si forte solennia „testamenti deficiunt.

„v) (QUÆ ETIAM IN EOS VALET QUORUM IN „MANU EST SUMMUM IMPERIUM:) Ita scilicet, ut „in horum quoque bonis privatis deferatur suc-„cessio proximis, juxta leges a se ipsis statutas, id „enim in rebus suis æquum judicasse censentur „quod ipsi sanxerunt: Vera ratio est, quod Prin-„ceps quoad jura privata sequi teneatur formam le-„gibus civilibus præscriptam, quoad ea enim jura ipse „privatus est; adeoque successio in ejus bonis fieri „debet juxta formam ab imperante præscriptam. „Præterea commoda & beneficia juris civilis o-„mnino etiam principibus competunt; neque illi „a privilegiis quæ civibus concessa sunt excludi „possunt: Atque hinc testamenta quoque faciunt, „ex iis capiunt, juxta leges civitatis contrahunt, „indeque acquirunt, &c. de quo partim egimus su-„pra *c.* 6. §. *fin.* partim autem agetur infra *c.* 14. „§. 3. 5.

„w) (NAM ET HI PROBABILITER CREDUNTUR:) „Imo hoc non est ex conjectura aliqua, sed ex eo „quod non possint excludi a juribus quæ priva-„tis competunt, modo formam essentialem negotii „observent. *Vid. d. c. 14. §. 3. 5.*

„x) (IN IIS DICO REBUS IN QUIBUS DE NUL-„LO EORUM DAMNO AGITUR:) Si v. g. lex talis „lata sit, ut successio in poenam auferatur iis, quo-„rum parentes hæretici sunt, *L.* 4. §. 6. *l.* 19. *pr.* „*c. heret.* quæritur, si princeps hæreticus sit an li-„beri ejus succedere in bonis privatis possint? „Resp. Cum ex professo de actibus regis circa „bona privata infra *c. 14. §. 3. & 5.* agatur; „eo decisionem hujus quæstionis remittemus.

„*)(AD §. XII.) Nulla in toto opere Grotiano dif-„ficilior, magisque intricata occurrit materia, quam „quæ de successione regnorum tractat: Tot enim „Author fingit successionum species, ut vix conci-„pi possit controversia, quæ non defendi æque ac „refelli ex iisdem principiis possit: Nam

„I. Distinguit inter regna *patrimonialia* & ea, „quæ *ex populi voluntate hæreditaria* facta sunt. §. „12. §. 14.

„II. In regnis PATRIMONIALIBUS obtinere ait „*successionem allodialem*, adeoque in illis æque suc-„cedi ac in bonis privatis, §. 12. §. 25. Indeque ad-„mitti filias, liberos naturales, & adoptivos, & „eos quoque qui a primo acquirente non descen-„dunt. §. 12.

„Atque in his regnis patrem exhæredare posse „liberos, statuit, usque ad legitimam. §. 25. Eum-„que pro lubitu succedendi ordinem statuere, §. 24. „Imo & abdicare posse regnum pro se & liberis. „§. 26.

„Ubi notat, solum primogenitum succedere si „dictum sit *ne regnum patrimoniale* dividatur, sal-„va tamen reliquis liberis legitima. §. 13.

„III. In regnis quæ ex voluntate populi HÆRE-„DITARIA facta sunt, obtinere ait vel successionem „*hæreditariam*, vel *linealem*. §. 14. §. 22.

„IV. SUCCESSIONEM HÆREDITARIAM obtinere, „quando is qui gradu proximior est præfertur aliis „qui gradu remotiores sunt.

„Supponit autem 1) tale regnum esse indivi-„duum, §. 14. & solum primogenitum succedere, §. „18. Legibus tamen & moribus introduci posse ut „dividatur. §. 14.

„2) In his regnis *hæreditariis individuis* (inter eos „qui *pariter* in hæreditatem admitterentur sive quia „unius gradus sunt, sive quia in parentum suorum lo-„cum succedunt,) præferri ait mares fœminis. §. „17. Nisi fœmina sive jure proprio, sive jure subi-„tionis *propior* sit, §. 32. Inter mares autem, pa-„riter jure subitionis concurrentes, præferri ait eum „qui ætate præcedit § 30. *n.* 2. in ætatis enim pri-„vilegium non succedi. *ibid.*

„3) In regnis autem ubi *jus subeundi* non obtinet, „& ubi præcise gradus naturalis spectatur, si duo in „eodem gradu concurrunt, eum vincere, ait, qui „sexu aut ætate potior est. §. 32.

„4) In regnis *hæreditariis dividuis*, in quibus jus „repræsentandi obtinet, (Quod in dubio creden-

 „dum

§. XII.

Sed [a] in regnorum successione distingui debent regna, quæ pleno

„dum esse putat) illos qui eodem gradu concurrunt, succedere in partes ait, §. 30. *n. 1. & 2.* „Neque distinguendum putat an ante fortunam regiam nati sint, an post. §. 28.

„Si autem jus subeundi in locum parentum *in „hæreditariis dividuis* non obtinet, præcise gradum naturalem spectari ducet §. 30. *n. 1. & 2.* „§. 32. & §. 33.

„V. In SUCCESSSONE LINEALI tradit non obtinere jus repræsentationis, quia non succeditur „juxta proximitatem gradus, sed lineæ, adeoque „saltem jus transmittendi successionem futuram, „seu spem succedendi, hic obtinere ait. §. 22, Ita „ut hoc ipsum jus in posteros ex primo rege venientes necessario transeat, sed ordine certo: ut „primum vocentur liberi *primi gradus*, (comprehensis quoque mortuorum liberis) ita tamen „ut præferantur mares, & inter mares ætate majores. §. 22. *n.* 1. Prima linea deficiente successionem transire ad liberos *secundi gradus* eadem „lege & eodem modo: & sic porro §. 22.

„In hac successione lineali patrem nec filium „exhæredare, § 25. nec abdicare regnu, in præjudicium liberorum natorum & nasciturorum, posse statuit, nisi populus consentiat. At consentiente populo abdicationem nocituram ait nascituris, utpote quibus jus quæsitum nondum sit „§. 26. Tandem addit, liberos ante natos præferri eis qui in dignitate regia nascuntur. §. 28.

„VI. Hanc *successionem linealem* triplicem facit, „*cognaticam*, *agnaticam* & *mixtam*.

VII. In *successione lineali cognatica*, fœminas „primæ lineæ non excludi docet, sed tantum postponi masculis ejusdem lineæ, præferri autem „masculis secundæ lineæ. §. 22. *n.* 1. & 2.

„Atque hanc esse successionem regni Castiliæ „ait, §. 22. *n.* 1. ejusque fundamentum esse, spem populorum de optima educatione eorum qui spem „regnorum habent, quales sunt quorum parentes, „si viverent, essent successuri. §. 22.

„VIII. In *successione lineali agnatica* fœminas „nunquam vocari ad successionem statuit, sed solos mares, juxta linearum proximitatem. §. 33.

„Atque hanc successionem dici juris Francici; „*ibid.* ejusque fundamentum esse ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum sanguinem imperium deveniret. *ibid.*

„In hac successionis specie non ætate potiorem, „sed eum qui linea potior est succedere; indeque „nepotem ex filio majore præferri patruo ait: §. 30. „*n.* 3. nepotem ex filio priore præferri filio posteriori; §. 30. *n.* 1. quia mortui pro vivis habentur, in „hoc ut jus suum in liberos transmittant. *ibid.*

„XI. *Mixtam* successionem linealem esse ait, „quando deficiente agnatica substituitur successio „cognatica. § 23. *in fin.*

„X. Denique concludit posse alios quoque „succedendi modos introduci, vel voluntate populi, vel ejus qui regnum in patrimonio habet, „ejusque rei exempla affert §. 24.

„XI. Repetendum est, quod initio *h.* §. diximus, quemvis usurpatorem, qui juxta naturalem „succedendi ordinem a successione excluderetur, „ex his principiis arma, ut ut injusta, defendere, & „pro lubitu naturam successionis definire posse: cum „enim vix regnum existat, ubi naturalis succedendi „modus sive vi, sive pactis litigantium, aliquando „non fuerit interruptus, usurpator prout ejus interest asserere posset, regnum esse patrimoniale aut „hæreditarium; dividuum vel individuum; obtinere successionem vel hæreditariam vel linealem; „eamque vel agnaticam, vel cognaticam, vel mixtam: „valere jus repræsentandi, vel spectari gradum naturalem. &c.

„XII. Vera Principia, simplicia & clara, rationibus naturæ, & gentium consensu firmata, „proposuit B. Parens: de quibus nunc agemus:

a) (IN REGNORUM SUCCESSIONE &c.) Cum non in omnibus nobis cum Authore conveniat, nostra principia paucis præmittemus.

PROPOSITIO I.

Successio naturalis tantum pertinet ad patrimonia & bona privata, non ad regna, nisi populus hac familiæ vel descendentibus expressa dispositione detulerit.

DEMONSTRATIO.

Liberi regulariter in regnis non succedunt: 1) quia administratio reipublicæ natura tantum tribuitur bene merentibus, dignitas enim & meritum, i. e. dignum esse & mereri, idem sunt: Hæc autem dignitas, sive meritum, personæ cohæret; adeoque non magis est successio in dignitatem, quam in merita: Sane 2) personæ industria & habilitas eligitur, quæ a persona separari nequeunt, adeoque nec jure hæreditatis transire possunt, uti nec poenæ. 3) Ipsa regna non sunt a natura originarie, sed demum ex dispositione populi orta; Adeoque omne eorum jus non a natura, sed ex populi delatione definiendum est: Sed & 4) diximus ipsum succedendi jus in bonis parentum non esse ex jure naturæ primævo, sed surrogato, quæ surrogatio in regnis non apparet. Nam 5) tota surrogationis ratio in regnis cessat. Jus enim succedendi liberorum surrogatum est in jus commune occupandi ad necessitatem & usum vitæ, quia homines vivere aut se propagare sine alimentis, aliisque terræ usibus, non possunt: At tota hæc ratio cessat in regnis, utpote quæ non pertinent ad vitæ necessitates, Indeque jus occupandi, ejusque surrogatum succedendi jus, in illis cessat: Accedit 6) quod jus occupandi supponat res vacuas seu nullius, qualis non est imperium; utpote quod semper occupatum fuit, quia natura toti humano generi inhæret: Adeoque nec successio in imperium dari potest, utpote quod morte regis non vacat, sed redit ad populum:

At potest populus de suo imperio ita disponere, ut familia quoque regis, seu ejus descendentes suc-

„cedant,

cedant; at tunc fucceffio in regnis non obtinet a natura fed ex pacto, & jus tuendi populum, ac jus adminiftrandi rempublicam, committitur regi & ejus defcendentibus: Fieri autem id poteft vel expreffa populi difpofitione, vel tacita, quia voluntas æque factis ac verbis explicatur: *Vid. indicem, voce, voluntas.*

PROPOSITIO II.

Quoties ex difpofitione populi familiæ regnum datum eft, jus inde quæfitum eft omnibus qui funt de familia, eo modo ac ordine qui eligentibus placuit.

DEMONSTRATIO.

Cum liberi in regnis non fuccedant nifi ex difpofitione populi, ante omnia videndum eft quæ nam fuerit lex difpofitionis, & quo jure delatum fit regnum. Si igitur circa modum & ordinem fuccedendi in prima collatione quædam ftatuta funt, illa religiofe obfervari debent, quia ea conditione imperium delatum, & a parente acceptatum eft: Atque hinc ex arbitrio deferentium dependet, num lineæ vel graduum fucceffionem ftatuere; num afcendentes & collaterales regis quoque vocare; num fœminas, vel fimul & cum mafculis, vel extinctis mafculis, faltem ejufdem lineæ, admittere velint: Nam prout populus de fuo jure imperii difponit ita jus eft:

PROPOSITIO III.

Si in genere familiæ delatum eft imperium, & præterea nihil dictum, fucceffio fiet juxta legem & ordinem quem natura furrogata in familiis conftituit: Sed tantum inter capaces.

DEMONSTRATIO.

Dum enim populus vult fucceffionem, neceffario quoque vult ordinem fucceffionis? Non autem datur alius fucceffionis ordo nifi naturalis: Cum igitur alia fucceffio præter naturalem cognita non fit, de ea fola difponentes cogitare potuerunt. Intelliguntur autem fucceffores capaces, qui præeffe reipublicæ, ac eam adminiftrare poffunt: *Vid. prop. 12.*

PROPOSITIO IV.

Hinc fequitur folos defcendentes fuccedere in regnis, non afcendentes & collaterales.

DEMONSTRATIO.

Dum enim populus vult fucceffionem & ordinem fuccedendi naturalem, fequitur folos defcendentes fuccedere in regnis, quia præter liberorum fucceffionem natura nulla alia fucceffio, five afcendentium five collateralium, cognita eft: Idem igitur ordo, qui in privata hæreditate natura obtinet, fervatur quoque cæteris paribus in fucceffione regnorum: Sed nomine familiæ, cui regnum defertur, natura non nifi defcendentes intelliguntur; naturaliter enim familia intelligitur quæ regi propria eft: proprie autem defcendentes funt in familia afcendentium, fcl. active, non contra: collaterales plane non funt in familia collateralium, etfi communi familia utantur.

PROPOSITIO V.

Inter defcendentes habiles non funt fœminæ, fed foli mafculi; nifi in delatione prima illæ quoque fint comprehenfæ.

Pars I.

DEMONSTRATIO.

Fœminæ igitur regulariter a fucceffione regnorum excluduntur, etfi familiæ delata fint: Nam 1) imperium confiftit in facultate tuendi rempublicam, fingulorumque jura; ac fupponit prudentiam, potentiam, ac juftitiam eminentiorem; Atqui eam facultatem natura dedit non fexui fœminino in mafculinum, fed potius maribus in fœminas: Sane prudentiorem, potiorem, & juftiorem natura effe fexum mafculinum demonftravimus in *Pofit. IV. n. 2. & 3.* Adeoque contradictio effet naturam fexum prudentiorem, potiorem, & juftiorem, regi ab infirmiori, imprudentiori, & injuftiori: Turnus facerdoti Junonis, fœminæ, ait: Cura tibi divum effigies & templa tueri, bella viri pacemque gerant, &c. *Virg. 7. Æneid. in med. p. m. 278.* Atque hinc eft quod ubique gentium fœminæ a judiciis, tutelis, aliisque functionibus, quæ adminiftrationem requirunt, excludantur: Fœminas natura remotas effe a publicis negotiis ait *Sueton. in Tit. c. 50.* Sed & 2) fupra oftenfum eft, in privata familia imperium folius effe patrisfamilias, multo magis ergo id verum erit in tota republica; cui enim ne partis quidem regendæ jus natura dedit, nedum totius imperium conceffiffe videri poteft; Atque hoc 3) fuit argumentum Catonis pro lege Oppia apud Livium *l. 34. c. 2.* & Rennedi Archiepifcopi apud Buchananum *Lib. 12.* ubi ait: *naturam pofuiffe foeminam in alterius poteftate, impotentem fui tuendi, nedum alios:* Porro & 4) negari nequit, imperium non perfonis fed familiis, ex quibus civitates collectæ funt, competere: At fœminæ jus familiæ non habent, fed fequuntur familiam mafculorum, adeoque ad eas imperium pertinere nequit. Accedit 5) quod fœminæ nubendo exeant è familia, adeoque, (contra intentionem eorum qui regnum certæ familiæ detulerunt,) fœminæ jus imperii ad liberos fuos, qui non funt in ejus familia cui conceffum eft imperium, fed in alia, transferrent: Unde 6) facile evenire poteft, ut nulla amplius confolidationis fpes fit in populo deferente, quæ voluntas probari debet. Sed & 7) fi fœminis æquale jus imperandi cum mafculis a natura competit, cur excluduntur in ftatu populari & Ariftocratico? Equidem 8) de fumma injuria queri fœminæ Principes poffent, quod ubique, & ab omni ævo, contra jus naturæ exclufæ fuiffent a jure ipfis fimul cum mafculis quæfito: at eas unquam ideo quæftas effe non apparet. 9) Dum populus mafculum elegit patet eum voluiffe mafculo parere, at, quod fœminæ voluerit, non patet, fed probanda erit voluntas: Denique & 10) fœminarum regna plerumque involvere regnorum mutationem, aliaque incommoda, probat *Thuan. l. 16. Bodin. l 6. c. 5.* plerumque infelicia & crudelia effe apparet ex exemplis apud *Juftin. l. 37. c. 1. feq. L. 1. c. 4.* Conf, *jus noftrum publ. c. 27. §. 4.* & *Difput. de juft. regn. Portug. p. 38.* Hinc Deus pœnam minaturus ait, *pueri & foeminæ eibi dominabuntur.* Monftrofum tale regnum appellat Camdenus *in vit. Elifab. P. 1. pag. 107.* Tacitus de Sionis fœminarum imperium admittentibus, ait *in fervitutem degeneraffe. de Mor. Germ. in fin.* Dio Caffius, allegans exemplum Dionis, ait turpe effe

 fœmi-

fœminam maribus imperare, *lib. 50.* Olores Persa tanquam mirum allegat se audivisse regnasse olim in Persia fœminas, *Curt. l. 10. c. 1.* Heliogabalus matrem ad Imperium admisit contra legem: Sed eo mortuo cautum fuit ne unquam mulier in Senatum veniret, ut inferis caput ejus dicaretur, devovereturque per quem id factum. *Lamprid. in Heliogab.* Cosroes lectis literis Theodoræ ad suum legatum Zaberganem datis, quibus jactabat Justinianum nihil absque ejus arbitrio agere, quæsivit e suis, num rempublicam crederent cui fœmina moderaretur. *Mylér. Gamol. 3. in fin.* Unde communi consensu gentium fœminæ a successione regnorum excluduntur: *Procop. in reb. Goth.* & hodieque apud barbaras nationes fere omnes regula ille obtinet, quod ex relationibus itinerariis videre est. Quin adeo filiæ regnorum incapaces visæ sunt, ut exclusis filiabus populus harum filiis regna contulerint: ita Ferdinandus Hispanus filiarum filios hæredes fecit, ipsas exclusit. *Marian. l. 20. c. 8.* Idem Arragonius fecit *Ibid. l. 24 c. 18.* Simile exemplum exstat in Friderico Siciliæ rege *Marian. l. 16. c. 5.* Jacobus V. Mariæ pater, si absque mascula stirpe decederet, Mathæum Stuartum Liviniæ comitem successorem destinavit, idque si vixisset publice confirmaturus fuisset. *Buchan. l. 15. p. m. 520.*

Neque obstat, quod plurima regna referri a scriptoribus soleant, ubi fœminæ admittuntur ad successionem: Nam duplex ejus rai causa est *I.* Quod viduæ tutrices essent, quibus educatio filiorum natura competit, quam sæpius gratia & vi ad ipsam regni administrationem extenderunt; quod inprimis in Gallia in reginis tutricibus factum videmus. Huc quoque pertinet exemplum Zenobiæ aped *Vopisc. in Aurel. c. 22.* Baudicæ Brittannæ, *Tac. L. 14. Ann. 31. & in Agrippa c. 15. Dion. l. 62. pr.* Alexandra mortuo marito, & relictis duobus filiis, regnum Judææ affectavit improbante Josepho: *Antiq. l. 13. c. 24.* Simile exemplum est in Nitocre Babylonia regis Assyriorum vidua, *Herod. l. 1. n. 34.* in Artemisia vidua Mausoli *Herod. l. 7. n. 180. in fin.* in Semiramide vidua Nini, *Just. l. 1. c. 1. & 2.* in Thomire regina Scythiæ, *Just. l. 1. c. 8.* in Candace Ægyptia, cujus in sacris mentio fit; Hæ igitur omnes filios habuerunt, adeoque non tam reginæ quam tutrices fuere. II. Dispositio populi, qui vel *ab initio* ea lege imperium familiæ defert, ut fœminæ quoque succedere possint, quod in regnis Angliæ, Sueciæ, Daniæ &c. contingit: Atque hoc modo Osiris & Isis simul regnaverunt in Ægypto, quod in exemplum postea abiit: *Lucan. l. 10.* ita memoratur Cheophis Indica apod *Curt. l. 8. c. 10. Just. l. 12. c. 7.* Vel *exstinctis masculis*, Tunc enim, ne semel in familia illustri constitutum regnum in novas turbas motus & æmulationes incidat, ultro factum plerumque est, ut filiæ earumque mariti eligerentur, iisdem fere rationibus, quibus in electivis quoque regnis descendentibus Imperium servari solet. Atque hæc spes fuit filiæ Cyri apud *Just. l. 1. c. 4.* qua tamen frustrata est: item Laviniæ apud *Virgil. Æneid. 7.* Quanquam III. negari non possit, plurimas harum successionum a violentia & dolo originem habuisse, quod vel exemplo Semiramidis apparet, quæ sexum, ut imperaret, mentita est. *Just. l. 2. c. 1.* cui postea admiratione virtutis regnum relictum est, unde mos apud orientales.

ADDITIO.

„Quæstio, an & quatenus fœminæ jure naturali in Principatibus succedant? agitata fuit in causa Aureliacensi; B. Parens de jure consultus masculorum jura defendit *in Tom. 1. Cons. VII. p. 662.*

PROPOSITIO. VI.

Etsi vero feminæ in genere vocatæ sint ad successionem, non tamen succedunt nisi omnibus masculis exstinctis.

DEMONSTRATIO.

Quando igitur fœminæ in prima delatione quoque comprehensæ sunt, adeoque ex dispositione populi succedunt, porro quæritur, an cum masculis æquo jure succedant, an vero non nisi exstinctis omnibus masculis? Nos posterius affirmamus: 1) quia masculi jus quæsitum habent præ fœminis, eisque natura præferuntur, hoc jus natura masculis quæsitum admissione fœminarum ablatum non censetur: Etenim 2) alia quæstio est an fœminæ, quæ jure naturæ exclusæ sunt, admitti debeant, alia an & cum masculis concurrere, quin & quibusdam præferri: Prius, apparet ex dispositione populi, idque decisum est; posterius non item, idergo cum declaratum satis non sit, dispositum non intelligitur. Sane 3) patet, quod populus fœminis favere velit, non quod masculis nocere; quod illis jus dare non his auferre; quod illas ad jus quod a natura non habent admittere, non quod hos eo quod habent privare voluerit. Neque 4) ratio, favor, aut voluntas ullius apparet, sed in contrarium præsumtio omnis est: tum ratione *populi concedentis*, qui non videtur velle regi potius a fœminis quam a masculis, quamdin hi supersunt; nec transferri regnum in aliam familiam, quam in ea retineri cum adhuc exstet: tum *ratione acquirentis*, qui non præsumitur proli suæ masculæ, quæ nomen & familiam servat, præferre voluisse fœminas, & masculos jure suo naturali excludere: Hac ratione 5) fundantur feuda, in quibus fœminæ, etsi feudum fœmininum sit, non succedunt, nisi exstinctis omnibus masculis. 1. *f.* 6. §. quin etiam. 1. *f.* 8. §. *f.* & 2. *f.* 49. Idque 6) ita inter gentes receptum esse exempla docent, de quibus vide *Grot. §. 12. b. ibique Tesm. lit. f. & infra §. 30.*

PROPOSITIO VII.

Inter masculos autem præfertur primogenitus.

DEMONSTRATIO.

Nam hanc voluntatem populi fuisse ut unus saltem succedat, apparet 1), ex populi facto, dum uni saltem detulit, non pluribus. Pari igitur ratione dum familiæ simul detulit imperium, unum ex ea vocasse videtur: Idque 2) confirmatur ex ipsa natura regnorum & principatuum, nam ideo regna introducta, & reges constituti sunt ut unus dux sit reliquorum, inprimis in bellis gerendis, quæ sub plurium imperio feliciter geri vix possunt. Sed & 3) regna & principatus sua natura imperium unius denotare ex ipsa voce apparet, Rex enim, dux, ac Prin-

Princeps unum significat quod reliquos regit, ducit, & ut primum omnes alios antecedit. Unde Tacitus vim principatus resolvi ait, *nisi una ratio reddatur*. Atque hinc 4) si plures imperium tenent, non regnum vocatur seu principatus, sed Oliarchia, Triumviratus, Duumviratus &c. Id vero specialissimum est, & non nisi ex singulari dispositione, ut tres sint Augusti, & singuli in solidum: quæ exceptio regulam & naturam rei non mutat, sed firmat.

Cum igitur 5) ex prima delatione, & ex ipsa natura regnorum constet, unum saltem ex familia primi acquirentis succedere posse, ultro inde sequitur primogenitum præferri, quia nulla ratio est cur minor natu ei præferri debeat: Cum e contrario 6) pro majori natu militet, quod ei jus succedendi ex momento nativitatis quæsitum sit, indeque eb eo qui postea natus est ei auferri non possit. Cum igitur 7) unus succedere debeat, certe præferendus potius est ille in quo aliqualis est prærogativa, scilicet ætatis, ei in quo nulla est: Sane 8) ratione naturali nititur regula, quod in pari causa is qui potior est tempore jure potior sit. Atque ea 9) communis est gentium opinio & praxis: Artamenes Darii Hysdaspis filius major *ætatis privilegio* regnum sibi vindicasse dicitur. *Just. l. 2. c. 10.* ubi addit, *quod hoc jus & ordo nascendi & natura ipsa gentibus dederit*. Ptolomæus minimo natu ex filiis regnum tradidisse dicitur *contra jus gentium. Just. l. 16. c. 2.* Dionysio Siciliæ tyranno mortuo, cum populus majorem natu suffecisset, dicitur *jus naturæ* secutus. *Just. l. 21. c. 1.* Perseus fratri suo Demetrio objicit, *obstat tua spei ætas mea, obstat jus gentium. Just. l. 16. c. 1.* Herodotus primogenitum *lege* præferri eit, *L. 6. c. 153.* & *omnium gentium commune institutum fuisse, ut primogenitus in regno succederet. L. 7. c. 167.* Unde Cleomenes, etsi mentis non compos, patre quoque invito prælatus est. *L. 5. c. 133.* & Amulius injuriam majori fratri, Numitori, illatam, (quem regno excluserat) morte luit. *Just. L. 34. c. 3. Liv. 1. c. 34.*

Quid si gemini nascantur? Resp. tunc præfertur is qui primus prodiit: In dubio uterque:; Hinc apud Spartanos Ægina simulavit se nescire quis liberorum prior natus esset, eoque uterque rex factus est. *Herod. l. 2. c. 135.*

Equidem dubium moveri posset, quod populus totam familiam vocaverit, adeoque non uni sed omnibus simul regnum detulisse videatur? Verum populus jus saltem succedendi definivit, illudque familiæ concessit; sed de ordine nihil deposuit, adeoque eum juri naturæ reliquit: Quod igitur secundo genitus succedat, ex populi dispositione est, sed quod non succedat, nisi post mortem fratris, id ex lege naturæ est.

PROPOSITIO VIII.

Quilibet primogenitus, etsi præmortuus, jus suum etiam eventuale cum omni suo eventu, ejusque ordine, conditione, ac prærogativa transmittit ad suos descendentes habiles.

DEMONSTRATIO.

Demonstratum jam est supra *Prop. V.* jus succedendi liberis quæri ex momento nativitatis, atque hanc spem esse verum jus, non actuale quidem, sed eventuale, & in conditionem *si pater mortuus fuerat* suspensum, ejusque effectum esse ut exspectari debeat eventus: Unde diximus, jus exspectandi eventum esse in obligatione. Hoc jus eventuale, hanc spem, primogenitus transmittit ad omnes suos descendentes; utpote qui succedunt in omnia jura defuncti, adeoque & in eum *eventum*.

Cum igitur descendentes jure patris succedant, necessario sequitur, descendentes eodem *ordine* succedere, ita ut jus illud eventuale ad primogenitum maximum natu, ejusque descendentes, pari ordine pertineat. Sed & succedunt in eandem *conditionem*, i. e. in casum, *si mortui fuerint illi qui actuale jus habent*. Imo succedunt quoque in eandem *prærogativam*, scilicet ut masculi semper præferantur fœminis in pari gradu constitutis.

Denique diximus, transmitti jus hoc eventuale saltem ad descendentes *habiles*. Quinam vero sint habiles, videbimus infra. Atque ex his apparet, linealem successionem esse juris naturalis, ac jus repræsentandi, seu transmittendi jus suum in descendentes, etiam in regnis ab ipsa natura esse:

Unde porro apparet, nepotem ex primogenito præferri patruo. &c. *Vid. infra §. 30.* & nepotem ex fratre præferri petri regis. *§. 31.* Atque hæc successio per Auream Bullam inter Electores statuta est. *A. B. c. 5.* Conf. *infra §. 22.*

PROPOSITIO. IX.

Si nulli sunt habiles descendentes ex primogenito, succedit ex primu delatione alter filius, ejusque descendentes, pari ratone ut ante: Tunc tertius, & sic porro.

DEMONSTRATIO.

Primogenitum jus succedendi in momento nativitatis habere, sed eventuale, & sub conditione *si pater mortuus fuerit*, diximus. Pari ratione secundo genito jus succedendi in regno quæsitum est ex momento nativitatis, sed ei longe plures conditiones insunt, scilicet si 1) pater, 2) frater major natu, & 3) ejus descendentes habiles mortui fuerint.

Atque hic secundo genitus hoc jus eventuale itidem ad omnes suos descendentes, pari ordine, conditione, & prærogativa transmittit: ita ut hi descendentes præferantur ceteris fratribus parentis sui minoribus, utpote ratione quorum parens ipse quoque est primogenitus.

Deficiente secundo genito, ejusque linea, succedit tertio genitus ejusque linea, pari eventu, ordine, & prærogativa. & sic in infinitum.

PROPOSITIO X.

Masculis deficientibus, & admissi in prima delatione fœminis, filia ultimi regis, etsi ex natu minime natu, præfertur filiabus semel exclusis, etsi ex primogenitis natis.

DEMONSTRATIO.

Filias regulariter non succedere io regnis, probavimus supra *Prop. V.* Sed & licet a populo vocatæ sint ad successionem, non tamen admitti nisi deficientibus omnibus masculis, late demonstravimus *ibidem*.

Deficientibus igitur omnibus masculis quæstio oriri

oriri potest, an filiæ ultimi regis succedant, an vero filiæ primogeniti semel exclusæ? Equidem cum omnium fœminarum par sit conditio, & jus earum succedendi actuale nunc demum incipiat, ordo temporis videtur inspiciendus, vi cujus filiæ primogeniti videntur poriores esse: At licet id verum sit ratione fœminarum semel exclusarum secundæ & tertiæ lineæ, concedi id tamen non potest ratione filiæ ultimi defuncti regis: Filia igitur novissimi regis præfertur aliis fœminis, etsi ex prioribus lineis natis: Nam 1) filia hæc succedit ex jure patris, qui omne jus suum transmittit ad descendentes capaces; At filia hæc capax est, deficientibus quippe masculis: Sed & porro ac 2) rex novissimus transmittit jus suum ad suos descendentes cum sua qualitate: Ergo quia actu rex, eoque prioribus fœminis potior fuit, hanc qualitatem & prærogativam, hoc jus potius, jure naturæ transfert ad filiam jam capacem: Neque enim 3) novissimus rex spem salteo transfert in suam filiam, sed ipsum regnum, & jus purum, non eventuale, quod jus potius est nuda spe. Hæc ergo filia 4) nunquam exclusa fuit, sed jus actuale habet, adeoque potior est illis quæ semel exclusæ sunt, indeque eventuale saltem jus habent; 5) Filia igitur hæc succedit certo jure naturæ, nulla lege & ratione suspenso, reliquæ succedunt quidem lege naturæ, at eorum jus semel suspensum adeoque mere eventuale est. Adeoque 6) attendi non debet quod reliquæ fœminæ antea fuissent potiores, quia tum fuere incapaces; in momento autem quo fiunt capaces, ultimi defuncti filia potior est jure:

PROPOSITIO. XI.

Ubi masculi primi electi deficiunt, nec ultimus filiam habeat in quam actu jus suum transferat, (hæc enim præfertur ex jure patris, vid. prop. praeced.) filia ex tertia linea, præferenda est filiæ ex prima linea.

DEMONSTRATIO.

Diximus fœminas, etsi ad successionem ex voluntate primorum disponentium vocatas, non succedere in regnis, nisi deficientibus omnibus totius familiæ masculis; Existit ergo conditio successionis fœmininæ in momento quo deficiunt masculi: At valde quæritur, quæ nam fœminæ præferantur, & quis nam ordo succedendi obtinere debeat? Equidem, si ultimus rex filiam reliquit eam præferri diximus, quia nunquam exclusa fuit, adeoque jus actuale in eam transmittitur, *Vid. prop. praeced.* Si vero filiam non reliquit, sed sine liberis decessit, & forte tres lineæ primi electi supersint, tunc dubium esse incipit, an fœminæ primo electo proximæ, an vero illæ quæ ultimo defuncto proximæ fuere, succedant? adeoque an ordo succedendi a majori linea, an ab ea quæ novissimo regi proxima fuit, inchoari debeat?

Naturali ratione dicimus, præferri fœminam quæ novissimo regi proxima est, adeoque si novissimus rex *sororem* reliquit, ea præfertur omnibus fœminis priorum linearum: Nam 1) pater illius sororis semel prælatus est anterioribus fœminis, quod jus potius parentes ad suas filias quoque transmittunt: Si *soror* non exstat, amita succedit itidem exclusa prima linea, ex eadem ratione, quia masculi sequiorum linearum jus suum potius, quo anteriorum linearum fœminas exclusferunt, in omnes descendentes, etiam filias, transmittunt: Atque hactenus jus aliquod actuale habent fœminæ posteriarum linearum, quod nudæ spei, qua fœminæ priorum linearum gaudent, præfertur. Neque 2) regeri potest filias sequiorum linearum itidem exclusas, adeoque incapaces fuisse, ac proinde parem omnium fœminarum nunc (exstinctis scilicet masculis) esse conditionem, eoque ordine tantum differre, qui incipit a prima. Nam verum quidem est fœminas sequiorum linearum semel exclusas fuisse, at NB. non per jus priorum fœminarum, sed per jus sequentium masculorum, & inde nascentium: His remotis proximum illorum jus invenitur, vi cujus succedunt ac si masculi posteriores non obstitissent, remoto enim impedimento jus prius redit naturaliter: Fœminæ igitur secundæ lineæ quidem sunt potiores masculis etsi sequentibus, sed sunt potiores anterioribus feminis, quarum conditio semel defecit, cum sequentium fœminarum jura & spes adhuc integra sint: Jus ergo feminarum primæ lineæ non incipit, nisi masculis sequioris lineæ, & ex iis descendentibus fœminis, exstinctis: Unde simul apparet filias in successione præferri, prout, vel magis vel minus vel nunquam exclusæ sunt, Accedit 3) quod eo digniores videantur quo propiores sunt familiæ regiæ, eoque merito præferantur linea proximior cum regia domo. 4) Atque ex hoc principio jus feudale fœminas semel exclusas in perpetuum a successione feudorum excludit *1. feud. 6. §. 1.* quod tamen jure naturali verum non est: filia enim semel exclusa non semper excluditur, sed postponitur; neque exclusæ sunt simpliciter, verum ob existentiam masculorum, quo obstaculo cessante cessat exclusio.

Atque hinc jam 6) sponte sequitur decisio casus in *L. 32. §. 6. ff. leg. 2.* ubi testator primo certis personis nominatis, & tum *familiæ* fideicommissum relinquit, & quærebatur, an deficientibus nominatis succedat is qui ultimo nominato, an qui testatori proximior est: Ait JCtus *omnes qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur & qui ex his primo gradu procreati sunt, vocari:* ubi per verba *primo gradu* intelligendi sunt proximiores ultimo possessori.

PROPOSITIO. XII.

Fœminæ etiam præmortuæ omne jus suum similiter transmittunt ad suos descendentes habiles, cum suo eventu, ejusque lege, ac prærogativa.

DEMONSTRATIO.

Uti enim masculus omne jus suum, adeoque & jus succedendi in regno, transfert ad suos descendentes, ita etiam fœmina primogenita suam spem, exstinctis masculis succedendi, ad suos descendentes transfert: adeo, ut quamdiu unus descendentium ex hac linea superest, secunda linea excludatur, etsi forte gradu proximiores sint personæ hujus lineæ.

Transfertur autem eventus ille cum sua lege ac prærogat-

prærogativa, adeoque exspectare debent conditionem, jus enim demum incipit exstinctis masculis, sed & in ipsa linea ordo successionis naturalis obtinet, & jus illud eventuale in infinitum traosmittitur in solam primogenitam, ejusque descendentes, pari ordine & prærogativa.

Juri ergo succedendi *masculorum*, & quidem *filii primogeniti*, inest conditio si pater defecerit. *Secundo geniti*, si (α) pater, (β) frater primus, (γ) hujus liberi masculi defecerint, *Tertio geniti*, si (1) pater, (2) frater primus, ejusque 3) descendentes, tum 4) frater secundus & 5) ejus descendentes defecerint. Et sic porro.

Fœminarum autem juri succedendi inest conditio (1) si pater (2) fratres omnes, sive majores sive minores, (3) fratrum liberi masculi, & (4) filia ultimi possessoris, nunquam exclusa, defecerint.

PROPOSITIO XIII.

Masculus ex fœmina natus non plus juris habet quam fœmina unde descendit.

DEMONSTRATIO.

Ponamus defuncto rege novissimo in prima linea extare liberos ex fœminis, tum masculos tum fœminas, quæritur an masculi præferantur an fœminæ: Quidam in genere putant præferri masculos, ob sexus prærogativam: At si fœminæ ex quibus fœminæ exstant, potiores sunt illis fœminis ex quibus masculi exstant, verius est fœminas præferri masculis; si proinde ex duabus sororibus liberi exstent, ex majori fœmina, ex minore masculus, tunc illa hunc excludit: Uterque enim jus succedendi ex fœmina habet, & sic filius jure matris succedit, quæ postponitur sorori majori, & ejus filiæ; neque enim plus juris filius habere potest quam ejus mater: Sic econtrario filia succedit ex jure matris primogenitæ, quæ prælata fuit sorori minori ejusque descendeotibus.

PROPOSITIO XIV.

Si regina mortua concurrunt filia ejus & filius, hic semper præfertur.

DEMONSTRATIO.

Si diversarum liocarum fœmininarum masculi & fœminæ concurrunt, diximus fœmioas præferri masculis si mater earum potior fuit: At si ex regina supersint filiæ & filii, quæritur an filiæ majores præ filiis minoribus succedant? Videtur id affirmandum, quia fœminæ capaces sunt successioois, & jus a matre habent, adeoque prærogativa sexus cessat: At contrarium verius est, & filius, licet minor, præfertur sorori majori: Etsi enim jus maternum par sit, prærogativa tamen est ex proprio jure & conditione sexus: Jus enim & capacitas naturalis maris certa est, de fœminæ autem capacitate & jure non constat.

Filius autem, qui sorori hoc modo præfertur, jus suum potius transmittit ad omnes masculos qui ratione ipsius lineæ tantum capaces sunt: exstinctis autem demum masculis succedit soror, ejusque descendentes, etsi forte regina, (mater illius filii & filiæ,) sorores & ex iis masculos reliquerit:

PROPOSITIO XV.

Inhabiles ad regnorum successionem sunt omnes qui (1) a primo acquirente non descendunt, & (2) a privata successione exclusi sunt: illegitimi vero etiam respectu matris:

DEMONSTRATIO.

Delata successione familiæ primi acquirentis, *primo* excluduotur omnes qui a primo acquirente noo descendunt, adeoque ascendeotes & collaterales, deficit enim delatio & voluntas populi, de quo, supra *prop. IV.* egimus. *Secundo* excluduntur omnes, qui ab hæreditate privata exclusi sunt. Adeoque *I.* ILLEGITIMI: Nam 1) jure naturæ nec in bonis privatis patri succedunt; ergo nec in regnis, ubi facta delatione successio naturalis obtinet, *Vid. Prop. III.* Sed & 2) licet spurii succederent patri in bonis privatis, non tamen succederent in regnis, utpote quæ non sunt pars bonorum, & ubi tota ratio successionis naturalis cessat; cessat inquam necessitas educationis & propagationis, nec regna acquiruntur ex jure occupandi uti successiones privatæ, sed ex pacto: quin & dignitas non transmittitur in hæredes. *Vid. infr. §. 8. & 16.* 3) Ratio successionis naturalis in regnis oritur ex pacto & dispositione populi, populus autem jus succedendi saltem dedit familiæ, in qua non sunt spurii: familia enim est societas conjugalis, seu conjugum, adeoque extra hanc societatem conjugalem nati censentur nati extra familiam, indeque sub pacto illo non comprehenduntur: Porro & 4) populus detulit regnum descendentibus certis, moraliter autem certitudo patris nulla est nisi ex justis nuptiis, adeoque ex sola societate conjugii nati pro certis habentur: Sane 5) sanguine electo simul reverentia quædam sanguini tribuitur, quam adeo delet incertus sanguis & dubius; & cum ob merita sanguini jus datum sit, merito excluduntur spurii, qui non ex merito sed ex vitio originem ceperunt: sed & populus ideo elegit familiam ne paribus parere teneatur, magis ergo ne spuriis: Denique & 6) successio non est ex jure, sed ex voluntate singulari, de qua plene constare, & quæ probari debet, nec jus inde arrogari potest si dubia sit, uti dubia est in spuriis. Idque 7) omoium fere gentium exemplis probatur: De Perseo spurio ait Livius, illum ut ex vulgato corpore genitum nullum certum patrem habuisse, indeque a successione exclusum fuisse. *L. 40. c. 9. L. 39. c. 53.* Vid. *infr. §. 16.* Statius ita canit

pudet heu plebisque patrumque.
Ut toties INCERTA *ferant, mutentque gementes*
Imperia, & DUBIO *pigeat servire tyranno. Thebaid. 2. v. 444.*

Damaratus Spartanus, Septimestris, regno a collega dejectus est tanquam spurius: *Cluv. hist. Xerx. p. 84.* Agis noluit agnoscere successorem regni post decimum mensem a concubitu natum. *Plutb. in Alcibiade.* Martinus Arragonius summo studio commendabat Fædericum nepotem oothum, sed rejectus, & Ferdinandus successor per vexillum duxit fasciam transversam Veneti coloris. *Laurent. Valla de gest. Ferd. l. 3.* Carolus VII. magni camerarii munus dedit fratris notho ob egregia in regnum merita, quia ob natalium defectum excludebatur a regno. *Thuan. l. 27. in f.* Johanoes Cypri rex filiam succedere voluit, etsi spurius esset posthumus Jacobus, qui per scelus & ope Turcarum obtinuit. *Naucl. Gen. 49. f. 1089.*

Johannes Austriacus filius naturalis Caroli V. virtute illustris in nulla regni parte succedere potuit: Alfonsus II. cum Ferrariæ ducatum transferre in Cæsarem Estensem vellet, intercessit Papa & prohibuit, quod spurius esset. *Thuan. l. 100.* Johannes Hamiltonius, prorex Scotiæ, at nothus, non modo regni, sed ne suæ quidem familiæ hæreditatem obtinuit. *Buchan. l. 15. p. m. 520.* Alexander Medicæus exstincta Cosmi familia a successione exclusus est. *Aut. Cas. ill. de Alex. Med. p. 249.* Mathiæ filius naturalis Johannes cum vi regnum prætenderet, victus & a Hungaris occisus est. *Dubrav. Hist. Boh. L. 1. p. 31.* Johannes, Aureliacensis nothus exclusus a successione dicitur, etsi egregia ejus in regnum Galliæ merita fuerint. *Thuan. L. 27. in f.* Richardus III. exclusurus fratrem majorem, spurium prædicabat. *Flor. Angl. in Edward. III. p. 245.* adeo ut Clerus ex publico suggestu poenam & iram coeli nunciaverit populo si spuriam & dubiam stirpem regiæ præferrent. *Polyd. verg. l. 25. f. 737.* De moribus Germaniæ, Lusitaniæ, Persarum, Macedonum, populorum Borealium &c. testatur *Mylerus in Gamolog. Princ. c. 23. §. 3. seq.* Wilhelmus conquestor, nothus, cum domi sperare successionem non potuit, Angliam invasit, ibique vi regnum novum condidit.

Equidem negari nequit, sæpius spurios quoque successisse in regnis, cujus rei exempla refert *Grot. h. §. 12. ibique not. & Tem. ibid. lit. h. & 1. & ad §. 16. lit. a. Add. Cabed. p. 1. dec. 100.* Quin de ducibus Burgundiæ constat, eos qualitatem hanc spuriam titulis suis inseruisse, seque scripsisse *Batard. de Bourgogne Myl. d. l.* Sed paucissima hujusmodi successionis exstant exempla, quæ jus gentium commune non faciunt. Inprimis eum illa exempla vel vi nitantur, vel nova populi electione: Ita vidimus Johannem Cypri regem, excluso filio spurio Jacobo, filiam sibi succedere voluisse. At Jacobus auxilio Turcarum jus regni sibi asseruit. Theodoricus Clodovæi M. filius naturalis regnum Austrasiæ accepit consensu populi. Ita in Sicilia Ferdinandus successit Alphonso IX. & anteriori tempore Manfredus nothus Friderico II. sed electione, adeoque populo adstipulante:

Idque adeo verum est, ut nec matri reginæ succedant spurii: Equidem in privatis bonis spurius matri succedit, ne ab omni jure naturali in terram exclusus videatur: Secus autem est in regnis, in quibus jus occupandi non fuit, adeoque nec surrogata successio, nisi ex voluntate de qua hic non constat:

Denique adeo excluduntur spurii, ut nec sufficiat si pater eos agnoscat, quia populus non tenetur admittere regem qui non in familia natus est, adeoque nec jurium familiæ capax est: sed & successor eum admittere non tenetur, quia jus ei quæsitum est ex prima electione, & ex jure familiæ, quod facto patris ei interverti nequit:

II. LEGITIMATI: Hi enim antea spurii fuerunt adeoque successionis incapaces, neque pater Ina agnitione jus populo & successori quæsitum auferre potest: Hinc Fridericus Arragonius nothus rejectus est, etsi mater ducta, & spurius a papa natalibus restitutus fuerit. *Capyc. dec. 121. n. 4.*

III. ADOPTATI: Duo enim requiruntur ut ex pacto succedant adoptati; 1) ut res sit de qua adoptans libere disponere possit, qualis non est regnum: 2) ne præjudicetur juri naturæ liberis vel aliis agnatis quæsito: præjudicium autem hic fieret liberis legitimis & agnatis: alias rationes & exempla *vide infra §. 12. & 16.* Secus est si consentiant illi quorum interest, v. g. populus, & justi liberi aut agnati.

IV. CRIMINIS CAPITALIS REI: Hi enim jus vivendi non habent, nedum succedendi & imperandi; & qui vita indignus est jurium vitæ dignus censeri nequit. Atque ideo Robertus Anglus, Guilelmi filius, a successione exclusus est. *Flor. Angl. in Wilh. II.* Item Henricus I. cum filio suo. *ibid. p. 32.* Laurentius Medicæus, etsi proximus, non successit quod patrem occiderit. *Ant. Cas. ill. in Alex. Med. p. 294.* Ita Darius cui pater regno cessit, ob conspirationem in patrem remotus & trucidatus est. *Just. l. 1. c. 1. & 2.*

V. Non vero excluduntur INFANTES & IMPUBERES; Nam his natura jus succedendi quæsitum est ex pacto primorum disponentium, qui toti familiæ illud concessere: Hoc jus ob ætatem auferri liberis nequit, non magis quam ob valetudinem, absentiam, aut aliud impedimentum temporarium: Etsi administratio interim aliis committatur, quod per tutores fit: de quo jure tutelæ late egimus *supra.*

Atque hinc etiam apud omnes fere gentes infantes ad successionem regnorum admittuntur: Ita Lud. XII. Lud. XIV. & Lud. XV. reges Galliæ fuerunt, sed sub tutela: Ascanius, nondum maturus imperio, regnum habuit sub tutela Laviniæ *Liv. 1. c. 3.* Principes imperii Ottonem III. puerum regem fecerunt *Ditmar. in Otton.* Henricus III. puer XI. annorum a patre commendatur proceribus: Henricus IV. pariter: *Herm. contr. in Henr. IV.* Henrico IV. procurante principes imperii omnes filium ejus parvulum Fridericum, adhuc in cunis vagientem, sibi adsumserant in regem, fidelitatemque ei juraverant. *Ursperg. in Henr. VI.* Ptolomæus puer rex Ægypti sub tutore fuit. *Cæs. bell. Civ. l. 3. c. f.* Hyeronimo Siculo pater 30. tutores dedit. *Liv. 24. c. 4.* Antigono dati fuut tutores a pupulo. *Just. l. 29. c. 1.* Henricus rex Castellæ nondum impleto anno 14. regni habenas suscepit ex testamento patris: qui ætatem hanc justam dixit *Marian. l. 19. c. 1.*

Nec *VI.* excluduntur FURIOSI: Calamitas enim jus semal furioso (qui pars est familiæ) ex voluntate primorum disponentium quæsitum auferre nequit, sed administratio sola alii confertur: Neque hoc impedimentum perpetuum est, quia nulla certitudo moralis adest quæ impedit quo minus reconvalescere possit: Ita Carolus phreneticus jura majestatis retinuit.

An *VII.* EX CAPTA NATI succedunt in regnis? Negatur: Captæ enim omnia jura naturæ salva & integra retinent, adeoque & jura conjugii ac familiæ, unde jus succedendi oritur: Equidem cum pars Macedonum Alexandro M. successorem destinarent filium Barsenes aut Roxanes, Ptolomæus & alii id indignum censuerunt, *Curt. L. 10. c. 6.* Non quasi juri gentium id repugnaret, sed

nomodo possidentur, & in patrimonio sunt, ab his quæ modum habendi accipiunt ex populi consensu, [b] quo de discrimine egimus supra. [c] Prioris generis regna [d] dividi possunt etiam inter mares [e] & feminas, ut in Ægypto & Britannia olim factum videmus.

- - *Nullo discrimine sexus*
Reginam scit ferre Pharos

[f] Ait [1)] Lucanus: de Britannis Tacitus, [2)] *Neque enim sexum in imperio discernunt.* [g] Nec adoptati minus veris liberis succedent [h] ex præsumta

1) *Pharsal.* x, 91.
2) *Vit. Agric.* c. 16.

sed quod contra dignitatem & decorum populi victoris esset a victis gubernari. Sed & Ptolomæus regnum ipse affectabat.

An *VIII.* FOEMINÆ à successione excluduntur? Merito id affirmamus, ac rationibus quoque probavimus *supra Prop. V.* Nisi populus eas quoque vocaverit, tunc autem succedunt non nisi deficientibus masculis totius familiæ: *ibid.*

An *IX.* excluduntur DIVERSÆ CONFESSIONIS LIBERI? Negatur: quia jura secularia, quo pertinet successio, nihil cum spiritualibus commune habent; Excipe si lex fundamentalis sit, ne is qui religionem patriam non colit succedere possit; Ita in Gallia exclusus fuit Henricus IV. donec mutavit. Simile edictum obtinet in Anglia; Atque ex eo solo capite, etsi de certitudine partus constaret, filius Jacobi II. prætensus a succedendi jure excluderetur. *Vid. supra prop. 3. in fin.*

X. Denique quæritur an liberi A REGE EXULE NATI jus succedendi habeant? Affirmatur: Jus enim regni penes exulem manet, & injuria ejectus jus hoc transmittit ad omnes suos descendentes, quod late expositum est *supra l. 1. c. 4. §. 15.*

„*b*) (QUO DE DISCRIMINE EGIMUS SUPRA:) „*L. 1. c. 3. §. 11. & 12. c. 4. §.* 10. *L. 2. c.* „*6. §. 3. & 12.* Conf. *L. 2. c. 14. §. 10. L. 3.* „*c. 8. §. 1. & 2.*

„*c*) (PRIORIS GENERIS REGNA DIVIDI POSSUNT:) Imo non possunt, nisi populus victor „(cui soli jus imperii acquiritur) consentiat: Equidem civitas victa de injuria queri non potest, nam „jus imperii amisit, At populus victor regem prohibere potest ne dividat: Neque enim Rex plus „juris habet in populum armis subactum, quam „in ipsum populum victorem.

d) (Grot.) (DIVIDI ETIAM POSSUNT INTER MARES:) In Asia fratres simul regnabant, sic ut uni præcipuum esset jus diadematis. *Polybius Exc. legationum* XCIII. Invenies & apud *Livium.* (XLIV, 89. XLV, 11.) eundemque *Polybium* (*Excerpt. leg.* 19.) Ægyptum inter fratres Ptolomæos divisam. Filii Attilæ gentes sibi dividi æqua sorte poscebant: *Jornandes* de rebus Gothicis *Cap.* 50. *Gregoras* lib. VII. de Irene Andronici Palæologi uxore τὸ δὲ καινότερον, ὅτι ȣ̓ μοναρχίας τρόπῳ κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν Ῥωμαίοις ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλὰ τρόπον λατινικὸν, διανειμαμένους τὰς Ῥωμαίων πόλεις καὶ χώρας, ἄρχειν κατὰ μέρος τῶν ἐμῶν ἕκαστον, ὡς οἰκείας κλήρου, καὶ κτήματος τοῦ λαχόντος, ἐκ πατρῴων μὲν ἐς αὐτοὺς κατὰ τὸν ἐπικρατήσαντα νόμον ταῖς περιουσίαις καὶ κτήσεσι τῶν βαναύσων ἀνθρώπων κατιόντας, παραπεμπομένους δ᾽ ἐπειθ᾽ ὁμοίως εἰς τοὺς ἐφεξῆς παῖδας καὶ διαδόχους. λατίνων γὰρ οὖσα γέννημα καὶ παρὰ τούτων εἰληφυῖα τοῦτο τὸ νεώτερον ἔθος, ἐπάγειν ἐβούλετο. *Quod maxime mirandum erat, voluit ut non unus imperaret, secundum morem Imperii Constantinopolitani veterem, sed instar principum in Occidense civitates & regiones dividerentur in singulos filiorum, ut sic regnum tanquam proprium cujusque patrimonium a patribus ad ipsos perveniret, ita ut in plebejorum hominum bonis fieri solet, ac sic perpetuo ad cujusque liberos heredesque descenderet. Ipsa enim, cum ex occidentis partibus ortum haberet, morem, quem ab ipsis acceperat, hunc sine exemplo introducere animo agitabat.* (Pag. 106. *Edit. Genev.*)

ADDITIO.

„De divisione regni inter fratres varia inter „gentes exstant exempla, etiam in regnis quæ „notorie non fuere patrimonialia: Sic imperium „orientis & occidentis inter Honorium & Arca„dium divisum legimus: Sed & antea Constan„tinus utrumque terminum terrarum orbis in tres „filios divisit. *Euseb. in vit. Const. 4. c.* 51. Caro„lus magnus, & post eum Antoninus pius, im„perium inter filios distribuerunt: *B. Par. jus* „*publ.* | *c 5. §. 16.* Verum hæc omnia consensu po„puli, vel expresso vel tacito, acta fuere.

e) (Grot.) (ET FOEMINAS UT IN ÆGYPTO:) De Alexandro & Laodice vide *Polybium* excerptis legationum CXI. de Auletæ filia *Strabonem* XVII. (pag. 895,) In Asia post Semiramidem feminas regnasse plures narrat *Arrianus* ἀναβάσει. (*Lib.* 1. c. 24.) Talis Nitocris Babylone, Artemisia Halicarnassi, Tomyris apud Scythas, *Servius* ad primum Æneidos: (*vers.* 654.) *Quia ante etiam feminæ regnabant.* Idem apud Rutulos obtinuisse docet ad IX. Æneidos (*vers.* 1654.) (De Feminarum successione in regnum, ut putatur, apud *Assyrios*, vide *Conrad. Samuel. Schurzfleisch.* Disp. LVIII. pag. 28. & seqq. *J. B.*)

ADDITIO.

„De Cleopatra vide Strabonem *l.* 17. *p.* 596.

„*f*) (AIT LUCANUS:) *L.* 10. *v.* 91.

„*g*) (NEC ADOPTATI MINUS VERIS LIBERIS „SUCCEDENT:) Si consensu populi adoptati sunt „hoc verum est, alias non: Nam non sunt pars „familiæ naturalis, cui soli delatum est imperium. „*Vid. sup. §. 3. Prop. VII.*

„*h*) (EX PRÆSUMTA VOLUNTATE:) Quia dum „filium aliquem adsumit, eique patrimonium relin-

 quit,

Strabo l. IX. pag 427. sumta voluntate; [i] sic Æpalio Locrorum regi Hyllus Herculis filius per adoptionem in regnum successit. [k] Molossus [l] nothus
Pauf. l. 1. ex Patris Pyrrhi, legitimos liberos non habentis, judicio succes-
Just. IX, 2. sit in regnum Epiri: de adoptando in successionem Scythiæ
Sall. bell. Jugurth c. 12. 11. 25. Philippo egit [m] rex Atheas: Jugurtha nothus, sed adoptatus, successit in regno Numidico: sicut & in regnis [n] quæ †Gothi, &
† Cassiod. Longobardi armis quæsierant, adoptionem voluisse legimus. Imo
Chron. Paul. Diac. l. VI. de gest. Longob. etiam ad eos proximos ultimi possessoris regnum perveniet, [o] qui primum regem sanguine non attingunt, [p] si talis successio in iis locis recepta sit: sicut Paphlagoniam regum domesticorum interi-
Libro VIII. c. 5. tu hereditariam [q] patri suo obvenisse ait, apud Justinum Mithridates.

§.XIII.

„quit, videtur etiam imperium, utpote quod pars „patrimonii est, relinquere voluisse: At cum sæ„pius jam dictum sit, imperium nunquam esse in „patrimonio regis, adeoque hunc neque expresse „de eo disponere posse, frustra de tacita ejus vo„luntate quæritur. Equidem plura exstant exempla „regum qui ex adoptione successerunt, ut id con„sentiente & approbante populo factum in regnis „quæ notorie patrimonialia non fuerunt: Ita enim „apud Romanos nulla fere fuit successio nisi per „adoptionem, Augustus enim Tiberium, Tiberius „Germanicum, §. II. *Inst. adopt.* Galba Pisonem, „*Tac. Hist. l. 15. & 30.* Hadrianus Antoninum „Pium, &c. adoptaverunt. *Spart. in Vit. Hadr. c.* „*24.* Neque tamen status ibi erat Monarchicus, „sed popularis: Alia exempla cumulat Tesmarus „*in notis h.* Ita enim Johanna I. regina Neapoli„tana Alphonsum primo, deinde Ludovicum ad„optavit. *Thuan. 1. p. m. 4.* Margaritha Daniæ „Sueciæque regina adoptavit Ericum. *Crantz Dan.* „*8. c. 1. pr.* Ada Alexandrum magnum. *Arrian. 1.* „*p. m.* 68. De Adoptanda Scotorum regina agitur „apud *Cambd. Hist. Elis. p. 1. p. 67.*

„*i*) (SIC ÆPALIO:) Apud Strabonem *l. 9.*

„*k*) (MOLOSSUS:) Apud *Pausan. l. 1.*

l) (Grot.) (NOTHUS:) Apud Tartaros nothi & legitimi pares. De Persis vero *Herodotus:* νόθον ὔ σφι νόμος ἐςι βασιλεῦσαι, γνησίȣ παρέοντος. *Mos non est illis ut nothus regnet dum legitimus aliquis reperitur.* (Lib. III. c. 2.) In Hispania Wandali regnarunt duo, Gontharis legitimus, Gizerichus nothus Godigiseli, teste *Procopio* (*Vandalic. 1. 3.*) ex Septentrionalium nimirum gentium more veteri, cujus testes *Adamus Bremensis* historiæ Ecclesiasticæ c. 106. *Helmoldus* Slavicis lib. 1. c. 51. & 52. Michaëli Thessaliæ domino successit legitimis deficientibus nothus Michaël. *Gregoras* lib. II. (*Pag. 22.*) Huic itidem nothus successit ex parte: idem *Gregoras* lib. IV. (*Pag. 52. Ed. Genev.* 1616.) De Molosso Pyrrhi notho vide *Servium* ad III. Æneidos. (*vers. 297.*)

ADDITIO.

„Spurios, i. e. vulgo quæsitos nec in privata hæ„reditate succedere, nedum in regnis supra proba„vit B. Parens §. 3. *Prop. VII.* adeoque in regnis pa„trimonialibus quoque (si regi propria essent) ex„cluderentur propter incertitudinem patris. Libe„ri quoque naturales excluduntur, quia ea lege „nati sunt *ne succedant:* Si proinde admittuntur, „id fit consensu patris, qui mutare legem illam, „i. e. jus quoque succedendi tribuere nothis pot„est: Sunt enim vere ex sanguine regis nati, & de „eo constat.

„*m*) (REX ATHEAS:) Variæ sunt lectiones circa „hoc nomen, aliæ enim editiones habent Matthe„as, aliæ Metheas aliæ Atheas *Vid. Berneger. ad* „*Just. l. 9. c. 2.*

„*n*) (QUÆ GOTHI ET LONGOBARDI ARMIS „QUÆSIERANT:) Ita Theodahatus ab Amalasuen„ta ad regnum assumtus. *Putean. Hist. Insubr. L.* „*1. c.* 15. Ita Luitprandus Pipinum Caroli filium „adoptavit: Quod fiebat per incisionem capillorum: „*Paul Diac. L.* 6 *c.* 53. Vid. *Putean. d. l. L. 3. c.* „*12. n.* 4.

„*o*) (QUI PRIMUM REGEM SANGUINE NON AT„TINGUNT:) Intelligit ascendentes & collaterales: „Quod admitti nulla ratione potest, nec in regnis „bello quæsitis, seu patrimonialibus,: Quia rex „non plus juris in hæc regna (que populi jure ac „nomine acquiruntur) habet, ac in illud quod ex „populi voluntate ei delatum est: Neque exem„plum Paphlagoniæ contrarium probat: Hoc enim „regnum non fuit patrimoniale, neque Mithrida„tis pater fuit proximus ultimo regi, sed successio „patri delata fuit ex testamento: Quanquam titu„lum illum dubium fuisse vel exinde apparet, quia „Romani Mithridatem ut regno decederet jusse„runt. *Justin. l. 8. c. 5.*

„*p*) (SI TALIS SUCCESSIO IN IIS LOCIS RECE„PTA SIT:) At tunc id quoque obtinet in regnis „non patrimonialibus, si ea lege delatum est im„perium ut princeps id extraneis relinquere possit.

„*q*) (PATRI SUO OBVENISSE AIT APUD JUSTI„NUM MITHRIDATES:) Imo id adoptione, & vi te„stamenti factum ait Justinus *L. 8. c. 5.*

„*a*) (QUOD

§. XIII.

[a] Quod si dictum sit ne dividatur regnum, nec cui cedere debeat expressum sit, [b] ut quisque natu est maximus, [c] mas aut fœmina, regnum habebit. [d] In Thalmudico titulo de regibus legitur: [e] *Qui præcipuum jus habet in hæreditate, is & in possessione regni.* [f] *Ideo filius natu major præfertur minori*: Νομοζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, [g] inquit Herodotus, *Mos omnium populorum est, ut natu maximus imperium habeat.* Idem alibi sæpe νόμον legem sive consuetudinem regnorum hoc vocat. Livius duorum fratrum Allobrogum de regno contendentium minorem ait jure minus, vi plus potuisse. Apud Trogum Pompejum, [h] *Artabazanes maximus inter ætatis privilegio regnum sibi vindicabat; quod jus ut ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit.* [i] Idem alibi jus gentium vocat: Ut & Livius, qui & ordinem adpellat ætatis atque naturæ, quod intelligo [k] nisi pater aliud jusserit, [l] ut Ptolomæus apud eundem Trogum. Qui autem in

Polym. c. 2. — *Lib. XXI. c. 31.* — *Just. Lib. II. c. 10.* — *Lib. XL. c. 2.* — *Lib. XVI. c. 2.*

a) (QUOD SI DICTUM SIT NE DIVIDATUR REGNUM, NEC CUI CEDERE DEBEAT EXPRESSUM SIT:) Author a regula, quod regnum patrimoniale dividi inter liberos possit, excipit casum ubi cautum est ne regnum dividatur: Verum in omni regno, etiam quod patrimoniale vocant, unum saltem succedere diximus:

b) (Grot.) (UT QUISQUE NATU EST MAXIMUS:) De Suedis vide *Brigittam* IV, 3. De Danis *Saxonem* XII. & XIII. Appianus Mithridatico: δικαιοῦντα τῶν πρεσβύτερον ἄρχειν: (pag. 178.) *Æquum judicabat regnum esse natu maximi. Nicetas Choniates* Joanne Comneno: ἡ φύσις τοῖς πρωτοτόκοις παισὶ τῇ τάξει ἐμμένουσα τὰ πρωτεῖα βραβεύειν εἴωθε, παρὰ δὲ θεῷ οὐχ οὕτος ἐν ταῖς τῶν προβλήσεων μεγίσταις ἀεί πως φιλεῖ γενέσθαι. *Natura quidem suum sequens ordinem primum natos honorat. At Deus non semper in maximis privilegiis eum ordinem insistit.* (Cap. 12.) Idem Manuële de Isaacio loquens: ἀπὸ γενέσεως εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλούμενος. *Nascendi ordine ad regni successionem vocatus.* (Lib. I. c. I.) Apud Josephum Antipater dicebat, Hircani ἀρχὴν εἶναι διὰ τὸ πρεσβεῖον. *Principatum esse ad nascendi ordinem.* (Bell. Jud. Lib. I. c. VI. §. 2. Ed. Hudson.) Vide & *Leunclavium* Turcicorum XVI.

c) (MAS AUT FOEMINA:) Imo in omni regno marem præferri fœminæ supra vidimus.

„*d*) (IN THALMUDICO TITULO DE REGIBUS:) „Contrarium exinde probatur: Nimirum masculos semper prælatos fuisse fœminis.

e) (QUI PRÆCIPUUM JUS HABET IN HÆREDITATE, IS ET IN POSSESSIONE REGNI:) Apud Ebræos primogenituræ jus in publicis & privatis jussu divino statutum est. Adeoque ibi semper filii majores præferuntur minoribus: At jure naturæ omnes liberi æquales sunt in juribus privatis, in publicis autem præfertur mas & inter mares natu major.

f) (IDEO FILIUS NATU MAJOR PRÆFERTUR MINORI:) Rationes vide §. 12. *prop. VII.* & infra §. 18.

„*g*) (INQUIT HERODOTUS:) *L. 7. c. 2.*

„*h*) (ARTABARZANES:) Sic vocatur quidem „Herodoto *L. 7. c. 2.* At Trojus Pompejus eum „vocat Artemenem apud *Just. L. 2. c.* 10. Plu„tharchus in apophtegmatibus, & libro de fraterno „amore, Ariamenem: Sed & Herodotus paulo post „allegatum locum Achæmenem nominat, Darii fi„lium, Xerxis fratrem. Plutharchus *in Artax. c.* 2. „ab Arsica, qui postea Artaxerxes dictus est, & „Cyro, eandem quæstionem renovatam scribit, & „Darii contrariam huic sententiam commemorat. „*Vid. Berneg. ad Just. l. 2. c.* 10.

„*i*) (IDEM ALIBI JUS GENTIUM VOCAT:) *L.* „34. *c.* 3. Male autem ex hoc Justini loco inferre „voluit Author supra §. 9. *n.* 3. gentium commu„ne jus esse ut frater fratri succedat:

„*k*) (NISI PATER ALIUD JUSSERIT:) Sic legi„mus Johannem Comnenum minorem filium ma„jori prætulisse quod dignior videretur. *Nicetas in* „*vit. Ioh. Comn.* At certum est patrem jus filio „primogenito natura quæsitum auferre non posse. „*Vid. B. Par. jus publ. c.* 27. §. 8. & 9. *Menoch* „*cons.* 816. *n.* 15. & *cons.* 1032. *n.* 26.

„*l*) (UT PTOLOMÆUS APUD EUNDEM TROGUM:) „Qui Philadelphum minorem Ceranno majori ex „Eurydice nato prætulit. Idque contra jus gentium „factum sit Justinus *L. 16. c. 2.* Unde & vehemen„ter dissuadebat Demetrius Phalereus. *Vid. Diog.* „*Laert. in ejus vita.* Sed & justis ex causis id fa„ctum & consensu populi probatum fuisse constat „ex *d. c.* 2.

„Cæterum idem Justinus, dum refert milites in „locum Dionysii tyranni suffecisse filium natu ma„jorem, sit eos *jus naturæ* secutos esse. *L. 21. c.* 1. „Unde Perseus apud Livium 40. 9. fratrem inces-

in regno tali fuccedit, [m] cohæredibus tenebitur pro ipforum partibus æftimationem rependere, fi & quatenus id fieri poteft.

§. XIV.

At ea regna quæ populi libero confenfu facta funt hæreditaria, [a] ex præfumta populi voluntate deferuntur. Præfumitur autem populus id voluiffe [b] quod maxime expedit. [c] Hinc primum illud nafcitur, [d] ut ni aliud lex aut mos ferat (ficut Thebis Bœotiis regnum fuiffe inter mares dividuum [e] ex Zethi & Amphionis, itemque [f] ex Oedipodis filiorum hiftoria apparet: & vetus [g] Attica inter Pandionis liberos divifa eft; & quæ [h] circa Rhodum inter Camirum,

„fens *huic fpei tuæ obftat ætas mea, obftat gentium* „*jus, obftat vetuftus macedemoniæ mos: Vid. Juft.* „*l.* 5. *c.* 10. Atque hanc fententiam exemplis, legi„bus, rationibusque confirmant *Tholofan. de re*„*publ. l.* 7. *c.* 9. *Arnis. Polit. l.* 2. *c.* 2. *fect.* 21. „*Hotton. illuftr. q.* 2.

m) (COHÆREDIBUS TENEBITUR PRO IPSORUM PARTIBUS:) Imo hoc natura non requiritur, nam jus ipfi nondum habent, nifi ex quo ordo illos tangit: At eum interfit & regis & reipublicæ, non egere eos qui fpem fuccedendi habent, conftitui folet poftgenitis apanagium, de quo late egimus in *Difput. noftra de Apanagio & Iprud. publ. c.* 27. §. 10.

a) (EX PRÆSUMTA POPULI VOLUNTATE DEFERUNTUR:) Imo regna deferuntur ex vera difpofitione populi, quæ vel ex verbis vel ex factis apparet; inprimis autem ex natura imperii. *Vid. lit. z.*

Cæterum Author differentiam inter regna *patrimonialia & non patrimonialia* in eo conftituit, quod *priora* fint dividua inter mares æque ac fœminas, *Vid.* §. 12. quia inftar hæreditatis & patrimonii funt, in quo omnes liberi æqualiter fuccedunt; *pofteriora* autem individua, quia non nifi populi confenfu deferuntur, qui præfumitur id voluiffe quod fibi maxime expedit, expedire autem ne dividatur regnum. At diftinctionem inter regnum patrimoniale & non patrimoniale rejecimus fupra. Nam in omnibus regnis ex natura imperii unus faltem fuccedit, nifi aliud vel ex delatione populi, vel moribus introductum fit.

ADDITIO.

„Supra diximus dari regna patrimonialia, non „intuitu regis, fed intuitu populi victoris, qui pro „lubitu de tali regno difponere poteft.

b) (QUOD MAXIME EXPEDIT:) Id non eft ex præfumta voluntate populi, fed ex natura imperii.

c) (HINC PRIMUM ILLUD NASCITUR UT &c. INDIVIDUUM SIT REGNUM:) Dixi, hoc non ex præfumta voluntate populi obtinere, fed ex ipfa natura regni: quia 1) regis & regni voces fua natura unitatem fignificant. Conf. 2. *feud.* 55. Sed & 2) origo regnorum exinde eft, quod plures familiæ quæ vel bellum gerebant, vel vim fibi illatam repellebant, uni fortiori qui dux eorum effet, & belli imperium fufciperet, fubmittere fe foliti fuerint, eique curam belli & reipublicæ commiferint: Unde 3) apud barbaros quoque regna non nifi uni deferri, & rariffime ea inter fratres dividi videmus.

d) (Grot.) (NISI LEX AUT MOS FERAT:) Dardanus & Jafius pariter in Troja regnarunt. *Servius* ad illud Æneidos: (III, 15.) *fociique penates.* In Creta Minos & Rhadamanthus. *Julianus* contra Chriftianos. (*Pag.* 190. D. *Ed. Spanh.*) Albæ Numitor & Amulius, ut quidam ait Scriptor de viris illuftribus. (c. 1.) Alii enim Numitori pecunias, regnum Amulio ceffiffe ajunt, ut *Plutarchus:* (*in Rom.* p. 19. 2.) ficut & Eteocli regnum Thebanum, Polyniei ejus loco monile Hermiones obveniffe, quidam prodidere. (Vid. Scholiaften *Euripidis*, in *Phœniff.* verf. 71) Pari modo in Norvagia alteri regnum, alteri naves & fpes ex maritimis expeditionibus.

ADDITIO.

„Populus de fuo jure imperii pro lubitu dif„ponere, illudque vel uni, vel pluribus deferre „poteft.

e) (Grot.) (EX ZETHI ET AMPHIONIS:) Euripides Hercule furente: (*verf.* 29.)

Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς
Ἀμφίον᾽ ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός

Regnum priusquam venit ad claros equis
Amphionem Zethumque, prognatos Jove.

ADDITIO.

„De divifione imperii Romani inter tres filios „Conftantini, item inter Honorium & Arcadium: „nec non de divifione imperii Germanici inter „filios Caroli Magni, & Ludovici Pii, (quæ re„gna funt non patrimonialia) egimus *l.* 1. *c.* 3. §. 17. Add. „*Capitolin. in vit. Ant. Phil. c.* 7. *Spartian. in vi*„*ta Ælii Veri c.* 5. *Puffend. de jur. nat. l.* 7. *c.* 7. §. 11.

„*f*) (EX OEDIPODIS FILIORUM:) Euripides in „Oedipo.

„*g*) (ATTICA INTER PANDIONIS LIBEROS DI„VISA EST:) Obfervat Dn. Barbeyrac, divifionem „veteris regni Athenarum fpectaffe agros, non au„tem imperium, quod uni manebat: idque Autho„rem ipfum *fupra c.* 3. §. 4. *in not.* obfervaffe ait.

„*h*) (CIRCA RHODUM:) Refert id Pindarus „*Olympion. VII.* 135. *feq.* Dn. *Barbeyr. h.*

„*i*) (IN-

rum, Jalysum, Lindum fratres; & regnum Argivum [i] inter quatuor Persei filios) [k] individuum sit regnum, [l] quia id ad tuendum regnum & civium concordiam plurimum valet. [m] Justinus libro XXI. *Firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, quam si portionibus inter plures filios divideretur, arbitrabantur.* Cap. 1. n. 1.

§. XV.

[a] Alterum, [b] ut successio stet intra eos qui descendunt a primo rege: ea enim familia ob nobilitatem electa censetur, eaque finita [c] regnum redire ad populum. Curtius libro X. *In eadem domo familiaque imperii vires remansuras esse; hereditarium imperium stirpem regiam vindicaturam: assuetos esse ipsum nomen colore, venerarique: nec quenquam id capere nisi genitum ut regnaret.* Cap. VII. n. 15.

§. XVI.

Tertio, [a] ne succedant nisi qui nati sunt secundum patriæ leges: [b] non

„i) (INTER QUATOOR PERSEI FILIOS:) Electryona Alcmenes patrem, Mestora Pterelæ proavum, Sthenelum Eurysthei patrem, Alcæum Amphitruonis. Quanquam & Perses Helam vel Elium genuisse dicatur. *Vid. Gron. h.*

„k) (INDIVIDUUM SIT REGNOM:) ne dividatur inter successores, quamuis paris gradus, sed ut universum uni acquiratur. *Gron. h.*

„l) (QUIA IO AD TUENDUM REGNUM ET CIVIUM CONCORDIAM PLURIMUM VALET:) Dissidia enim inter plures facile oriuntur, quod exemplo triumvirorum &c. apparet: Sed & minuuntur vies imperii. *Thuan. L. 51. p. 1053. Solvitur potentia in plures dedita quæ ab uno melius regitur* Stratius apud *Liv.* 45. 19. prudenter Attalo ingerit: *Si partem regni fraterni peteret, ambo infirmos distractis viribus & omnibus injuriis obnoxios fore.* Hinc Abimelech ex cognatis suis percontabatur: quid vobis melius est ut dominentur septuaginta viri, omnes filii Jerubaal, an ut dominetur vobis unus vir? *Iud. IX. c. 2. Lactant.* 1. 3.

„m) (JUSTINUS L. XXI.:) *c.* 1. loquitur autem de filiis Dionysii tyranni.

„a) (ALTERUM:) Quod scilicet sequitur ex eo quod præsumatur populus id voluisse quod maxime expedit §. *praced.*

b) (UT SUCCESSIO STET INTRA EOS QUI DESCENDUNT A PRIMO REGE:) Nam populus certæ saltem familiæ jus suum imperii concessit, qua exstincta cessat dispositio, & jus imperii ad populum redit.

„c) (REGNUM REDIRE AD POPULUM:) Cessante quippe dispositione populi, qui soli familiæ detulit imperium.

(AD §. XVI.) Author hic ait filios naturales & adoptivos in regnis non succedere: Nos supra diximus naturales nec in bonis privatis succedere.

„a) (NE SUCCEDANT NISI QUI NATI SUNT SECUNDOM PATRIÆ LEGES:) Id non tantum verum est de naturalibus & adoptivis, sed & si alias contra leges fundamentales imperii quis nascatur: Uti si legibus imperii cautum est, ut proximi agnati & proceres puerperio præsentes sunt; eo enim neglecto liberi non succedunt, propter metum *ne partus supponatur*: Equidem inter privatos obtinet, ut si metus est ne alienus partus supponatur, vel vidua spe conservandi bona gravida fiat: alieno concubitu, custodiatur, quod sub his solennibus fieri solet: 1) his in mense eis quorum interest status uxoris denunciari debet; 2) quinque mittuntur mulieres; 3) simul inspiciunt ventrem; 4) fœmina sequestrata parere debet; 5) triginta dies ante partum denuntiat, ut custodes mittantur; 6) partum edere debet in conclavi quod unum aditum habet, si plures exstant reliqui præcludendi sunt; 7) nulla custodum prægnans esse debet; 8) tria lumina in conclavi requiruntur. Atque his solennitatibus neglectis prætor partui negat bonorum possessionem. *L. 1. §. 10. ff. de inspic. venter.*

„Si in privata hæreditate (ubi nemo facile tam nefarium crimen ob spem exigui lucri est subiturus, inprimis cum ipsa uxor in hæreditate concurrat & plerisque locis largissime ei prospectum sit:) tam cauti fuere legislatores, ut omnem suspicionem partus suppositiui amoverent, mirandum non est, in regnis quoque ejusmodi solennitates adhiberi solere, ubi regina, aliis imperare solita, deficiente prole subdita & alieno imperio subjecta fieret.

„Gravissimus proinde hic subest metus, ne spe prolis deficiente alienus partus supponatur, ot illa spe regni simul excideret, unde magna incommoda oriri possunt: nam (1) magnum fieret præjudicium agnatis, qui spe succedendi defraudarentur, & cum jam ipsos ordo successionis tangere deberet, forte in æternum, saltem ad longum tempus, excluderentur. (2) Magis interesset ipsius populi, utpote cui obtruderetur rex ex aliena

b non naturales tantum, c quia ad contentum patent, quorum matrem

„aliena familia, & proinde tanto longiori tempore hæreret in ea familia, cum priori familia emortua statim rediret. Sed & (3) cum furta in privatis improbentur feverissime, nedum in imperiis, quæ sunt res sanctissima & ipsius Summi Numinis constitutio, damnanda erunt.

„Hinc videmus, Reginas, in quibus vel propter ætatem, vel ob aliam caosam suspicio fuit, & metus esse potuit, ne partum supponant, religiose solennitates observasse: etsi tales leges fundamentales non exstarent. De Maria, Jacobi uxore, vide *Becm. Consp. moral. p. 45. Gomes. in vit. Iacob. t. 3. Rer. Hisp f.* 394. De Constantia, jam vetula, *Helm. L. 5. c. 2. stad. p.* 437. *Fazell. 2. decad. rer. Sicul.* 8. C. 1. historiam exhibet *Goth. ad L. 1. §. 10. de Ventr. Inspic.* Alia exempla affert *Tac. L. 3. annal. c. 22. Lynck. de part. supposit. th. 2. Petr. Ærod. rer. Iud. L. 9. t. 1. c. 8. f. 458.*

„Tales autem leges fundamentales exstant in Gallia. Vid. *L'Etat de la france, f. 55.* ubi ait Author: *comme les princes de sang ont interest de la succession, quand les reines accouchent, ils entrent par une prerogative speciale dans la chambre, de peur qu'on ne suppose un enfant.* Idem de Anglia testatur Author des Neugeharnischten Engell. f. 919. ubi successoribus denunciatur tempus pariendi, ut videant Reginam in ejus conclavi parientem.

„Atque ex his principiis B. Parens Principem prætensum de Wallis, Jacobi filium, excludit a successione regni, in *Differt. de Curiositate legali proficua*, ubi ita differit: *Et quis negaret, partum, in regia domo absque his cautelis editum, eoque saltem incertum, aque ac spurium successionis omni jure Naturali & Civili prorsus incapacem esse? inprimis cum momento illo nascitur, quo nasci eum, frustrata, diuturno satis tempore, exspectatio & plurimorum annorum experientia, vel uxorem sterilem, vel maritum impotentem ostenderat: imo omittendi prædictas cautelas studium tunc cum nasci debuit, non tam suspicionem fraudis auxerat, quam fraudem probaverat.*

„b) (NON NATURALES TANTUM:) Rationes cur liberi naturales, i. e. ex concubina nati, non succedant, nec in hæreditate privata, nec in regnis, allegavimus supra §. *3. Prop. 8. & §. 12. Prop. 15.*

„Quæritur autem, an liberi naturales, si postea subsequuntur nuptiæ, fiant legitimi, ad eum effectum ut præferantur liberis post eos ex justis nuptiis natis? Merito id affirmamus: Nam 1) liberi ex concubina nati jure naturæ ex justo matrimonio, ut ut inæquali, nascuntur, ex conjunctione nimirum maris & fœminæ ad individuam vitæ consuetudinem: adeoque intuitu patris æque certi sunt, ac illi qui ex justis nuptiis nascuntur.

„Hi liberi igitur 2) non a natura excluduntur a successione patris, sed ex dispositione parentum, quia ea lege eaque conditione pater concubinæ sese jungit, ut sine dignitate saltem uxoris loco esset, & ne liberi succedant.

„Cessat igitur 3) hoc impedimentum mutata voluntate patris, quod fit si concubinam justam uxorem declarat, adedque liberis jus succedendi, quod eis a natura competit, reddit.

„Neque 4) hac declaratione cuiquam fit injuria; non *populo*, quia hic omnibus a primo acquirente natis, (modo de patre certo constet) imperium detulit, adeo, ut hi liberi non excludantur a successione ob defectum dispositionis populi, sed ob defectum voluntatis patris.

„Sed nec *liberis* postea ex justis nuptiis natis fit injuria, cum enim liberi naturales excludantur a successione non a natura, nec ex voluntate populi, sed ex voluntate patris, huic exclusioni tacita inest conditio, *nisi pater mutaverit voluntatem*; adeoque jus naturalium liberorum in hunc eventum suspensum est.

„Si conditio existit, i. e. si pater mutat voluntatem, liberi naturales nunquam exclusi, & ex momento nativitatis successionis capaces fuisse censentur: Atque ex hoc capite omnibus liberis postea natis præferuntur.

„Idque 5) confirmant exempla gentium, ubi ex concubina natos & per subsequens matrimonium legitimatos, sæpius iis qui ex justis nuptiis postea nati sunt prælatos legimus.

„Atque ita 6) jus Romanom quoque rem decidit, rationem enim, cur ita legitimari retro fiant legitimi in tacita illa conditione, & quod ab initio maritalis animus adfuisse videatur, ponunt: *Neque enim verisimile est.* quæ sunt verba legis 10. *C. Nat. lib. eum qui postea donationem vel dotem conscripserit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuisse, qua eam dignam esse uxoris nomine faciebat:* Quo ipso satis indigitatur, jus concubinæ & ejus liberorum in suspenso esse, & a declaratione patris dependere.

„Hinc 7) jure feudali quoque statutum est ut legitimati per subsequens matrimonium in feudis (ubi eadem quæ in regnis obtinet successio) succedant. *Vid. jus nostrum controv. tit. de his qui sui vel &c. qu.* 17.

„Neque obstat 8) liberis postea ex justis nuptiis natis jus succedendi ex tempore nativitatis jam quæsitum fuisse, quod pater legitimando liberos naturales ipsis auferre nequit: Resp. Imo posteriorum liberorum jus succedendi dependet ab illa conditione quæ liberorum naturalium jura suspendit. Si enim ea existit, negamus liberis postea natis jus succedendi potius quæsitum fuisse, cum excludantur a liberis anterioribus, qui mutata patris voluntate retro successionis capaces fuisse censentur.

„Neque obstat 9) in legitimatione per subsequens matrimonium tempus nuptiarum per fictionem retrotrahi ad tempus nativitatis, fingitur enim retro fuisse legitimus; fictiones autem sunt juris civilis. Resp. retrotractio illa non fit per fictionem, sed vi tacitæ conditionis, quæ juri liberorum naturalium ex tempore nativitatis inest. Si

igitur

trem pater justo conjugio dignatus non est,* & præterea quia minus certi habentur: [d] at in regnis expedit populo haberi maximam certitudinem, quæ haberi potest ad vitandas controversias: quæ causa fuit [e] cur Macedones Demetrio minori potius quam Perseo majori regnum deberi existimaverint, quod Demetrius justa matrefamilias natus esset. *Livius l. xxxix. c. 53.* [f] Et apud Ovidium legimus:

At nec nupta quidem tedaque accepta jugali:
Cur, nisi ne caperes regna paterna nothus?

[g] Sed nec adoptivi, quia nobilitas generis vere regii magis reverendos efficit reges, majorque de eis spes concipitur: *Horat. Od. iv, 4.*

[h] *Est in juvencis, est in equis patrum*
Virtus - - -

§. XVII.

Quartum, [a] ut inter eos, qui pariter in hereditatem admitteren-

„igitur existit illa conditio, naturali quoque ratione ex momento nativitatis id jus habuisse videntur.

„Denique & 10) obstat, quod jure Romano tantum liberi naturales, (non spurii) ita legitimari possint, certissimo indicio, hanc constitutionem esse juris civilis inventum, cum jure naturæ nulla sit differentia inter liberos naturales & spurios, utrique enim ex copula natura prohibita procreantur, unde nulla jura liberorum & parentum sequuntur. At negamus natura parem esse conditionem liberorum naturalium & spuriorum: Concubinatus verum est matrimonium, continens individuam vitæ consuetudinem, & pater æque certus hic est ac ex justis nuptiis: adeoque nihil hic deest ad effectum successionis nisi votum patris: Quod si supervenit, totum impedimentum tollitur.

„At in *spuriis* ratio illa cessat, spurii enim sunt qui vulgo quæruntur, adeoque ubi nulla certitudo patris adest. Si igitur hi admitterentur ad successionem, injuria fieret tum *populo*, qui non nisi ex sanguine regis natis successionem deferre voluit: tum *liberi*, quibus jus succedendi, quod non a patre sed a populo habent, auferretur.

„c) (QUIA AD CONTEMTUM PATENT:) Vera ratio est, quia ea lege nati sunt ne succedant.

„*) (ET PRÆTEREA, QUIA MINUS CERTI HABENTUR:) Imo certitudo eadem est quæ in justis nuptiis: Nam concubina quoque in domo mariti est, & individuam vitæ consuetudinem contrahit. *Vid. Diss. prooem. XII. §. 173. n. 2.*

„d) (AT IN REGNIS EXPEDIT POPULO HABERI MAXIMAM CERTITUDINEM:) Author supra §. 14. dixit præsumi populum in delatione regni id voluisse quod maxime expedit. Unde jam concludit expedire populo ut partus sit certus: At diximus partum concubinæ certum quidem, sed ea lege natum esse, *ne succedat.*

„e) (CUR MACEDONES:) Apud *Liv. 39. 53.* ibi, *Nam etsi minor ætate quam Perseus esset, hunc tamen justa matrefamilias, illum pellice ortum esse: illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere.* Adeoque Perseus ne quidem ex concubina, sed ex pellice, adeoque ex vulgato corpore genitus fuit.

„f) (ET APUD OVIDIUM:) In epistola Phædræ ad Hippolytum v. 171. *Gron. b.*

„g) (SED NEC ADOPTIVI:) Vera est Authoris sententia, sed ratio fallit: Non enim ideo adoptivi excluduntur quod deficiat generis nobilitas, aut minor de iis spes concipiatur: sed quia populus in favorem solius familiæ disposuit, cujus pars non est filius adoptivus; Accedit quod exstincta familia imperium redeat ad populum, hoc jus populo quæsitum rex adoptione extranei auferre nequit. Hinc Seguierius apud *Priol. rer. Gall. l. 12. Sanguis regius non transfunditur in alienas venas, periculosum est adoptare de regno ausos contendere.*

„Exceptio est nisi consensu populi id fiat: Atque id sub primis Cæsaribus, ubi status mere erat popularis, factum esse diximus *supra §. 12. prop. 15.* quo & pertinent exempla ibi allegata. Modo liberi non exstent.

„h) (EST IN JUVENCIS:) *Horat. l. 4. Od. 4.* Atque hinc in regnis electivis quoque præferri solent liberi regum demortuorum, idque rationibus & exemplis probat B. Pareus in *J. publ. c. 7. §. 16.*

(AD §. XVII.) De fœminarum successione late jam egimus supra §. 1. *Prop. V.* & diximus, eas excludi a maribus, adeo ut licet ex dispositione populi successionis sint capaces, tamen post mares demum vocentur; Hinc quamdiu supersunt masculi, etiam remotissimi, hi filiabus ultimi defuncti præferuntur.

„a) (UT INTER EOS QUI PARITER IN HÆREDITATEM ADMITTERENTUR:) Si scilicet populus toti familiæ, adeoque & masculis & fœminis, regnum detulit.

rentur, five [b] quia unius funt gradus, [c] five quia in parentum fuorum gradum fuccedunt, [d] præferantur mares feminis: [e] ideo quod mares tum ad bella, tum ad alias imperii partes magis idonei fœminis cenfentur.

§. XVIII.

1. [a] Quintum, [b] ut inter mares, [c] aut inter fœminas ubi mares defi-

„*b*) (SIVE QUIA SUNT UNIUS GRADUS:) Uti fi „fratres & forores concurrunt.

„*c*) (SIVE QUIA IN PARENTUM SUORUM GRADUM SUCCEDUNT:) De fucceffione vicaria in *bo*„*nis privatis*, earumque origine, egimus fupra §. „5. Hic jam agendi locus eft de fucceffione vica„ria, i. e. de jure repræfentationis in *regnorum* „*fucceffione*.

„Equidem in *lineali fucceffione* fubitionem in lo„cum parentum non obtinere ipfe Author fatetur, „fed nec juri transmittendi locum effe dico: filio„rum enim demortuorum liberi non fuccedunt ex „transmiffione juris, fed ex delatione populi, ad„eoque ex jure proprio: Populus enim per lineas „fucceffionem fieri voluit, quamdiu igitur mas ex „prima linea fupereft, excludit mares fecundæ li„neæ, etfi gradu proximiores, vel ætate majores.

„At in *fucceffione hereditaria* juri repræfentandi „locum effe, ac æquitatem naturalem nos ad id „ducere in bonis avitis, Author exiftimat, *vid.* §. *31.* §. „*18. n. 2.* §. *22. n. 1.*

„Si proinde duo gradus concurrunt, five jure pro„prio, five jure fubitionis, eos in regnis *dividuis* „partes facere ait: §. *30. n. 1.* in regnis *individuis* „vero inter illos, qui ad effectus juris gradu adæ„quati funt, præferri eum qui fexu (fi mas & fœ„mina concurrunt) vel ætate (fi duo mares vel „duæ fœminæ ita concurrunt) potior eft. §. *30. n.* „*2.* §. *18. n. 2.* §. *32. & 33.* Quia nec præftantia „fexus, nec ætas transmitti in liberos poteft. *ibid.*

„Nos fupra demonftravimus, fucceffionem in re„gnis natura nullam effe, nifi linealem; adeoque „fruftra de jure repræfentationis quæritur, quæ in li„neali fucceffione plane non obtinet. *Vid.* §. *22.*

„Si in prima delatione alius fuccedendi modus „definitus eft, v. g. ut regnum dividatur inter eos „qui gradu proximi funt; hoc cafu verum eft, „gradu proximos etiam cenferi, quos natura in „locum proximi deducit: §. *39. n.* 2. adeoque ibi „jus repræfentandi obtinet, quia is qui proximus „olim fuit, jus fuum proximitatis transmittit in „omnes defcendentes, qui proinde in locum pa„rentum demortuorum fuccedunt: Nifi appareat „primam delationem præcife gradum naturalem „ejusque proximitatem fpectaffe. §. 32. §. 33.

d) (Grot.) (PRÆFERANTUR MARES FOEMINIS:) Vide *Nicetam Choniadem* Manuele, libro IV. Cap. 4.

ADDITIO.

„Ex hypothefi Authoris populus, qui præfumitur vo„luiffe id quod magis expedit, (*Vid.* §. *14.*) etiam „mares præferre voluiffe mafculis videtur: Equi„dem thefis vera eft, at id non fequitur ex præ„fumta illa populi voluntate, qua creditur vo„luiffe id quod fibi expedit, fed quia regnum fua „natura officium virile eft: idque confenfu gen„tium probatur. Exftat apud Nicetam oratio im„peratoris Johannis Comeni in vita ejus ad uxo„rem Irenem, volentem in fucceffione regni præ„ferre filiam filio. *O mulier, & lecti & imperii* „*mei particeps, non tandem ea mihi fuadere defines* „*quæ filiæ tuæ grata funt, & conari ut ordo lauda*„*biliter inftitutus turbetur? Quod fi numinis ali*„*cujus ira percita es, ad fanam redito mentem, ac* „*potius mecum confiderato, an ullus ex fuperioribus* „*Romanorum, cum filium imperio idoneum habe*„*ret, eo neglecto generum prætulerit? At ut ali*„*quando acciderit, quod raro factum, pro lege haben*„*dum non erit. Conf.* §. *12. lit. d.* De Affyriis vide *Juftin.* „*L. 1. c. 4.* De Brittannis *Thuan. l. 5. p. m.* 15. De re„gno Syracufano *Liv. 24. 4.* Conf. *Puffend. Jur.* „*Nat. l. 7. c. 7.* §. *11.*

„*e*) (IDEO QUOD MARES TUM AD BELLA TUM „AD ALIAS IMPERII PARTES MAGIS IDONEI:) „Rationes naturæ vide fupra §. 12. *Prop.* 5.

(AD §. XVIII.) Author ait, in regnis ex voluntate populi delatis filium primogenitum, vel filiam primogenitam, femper præferri poft genitis: quod late probavimus fupra §. 12. *Prop.* 7.

„*a*) (QUINTUM:) Quod nimirum fequitur ex „illa conjectura, quod populus præfumatur voluiffe „id quod maxime expedit. *Vid.* §. 14.

„*b*) (UT INTER MARES:) Si fcilicet folis ma„fculis regnum a populo delatum eft, uti de re„gno Galliæ id prædicatur.

„*c*) (AUT INTER FOEMINAS:) Si fcilicet ex „difpofitione populi poft mares etiam fœminæ „vocantur.

„*d*)

deficiunt, [d] præferatur natu maximus, [e] quod is judicio aut perfectior jam esse, aut prius futurus creditur. [f] Cyrus apud Xenophontem: τὸ προηγεῖσθαι προςάττω τῷ προτέρῳ γενομένῳ καὶ πλειόνων κατὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ: *imperium relinquo majori natu, ut quem par est rerum esse peritiorem.* [g] Quia vero hæc ætatis præstantia temporaria est duntaxat, [h] sexus autem perpetua, [i] ideo sexus prærogativa potior est quam ætatis. Sic Herodotus, cum dixisset Andromedæ filium Persam Cepheo in regnum successisse, causam reddit: ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἄρσενος γόνου. *nullos enim Cepheus habebat liberos mares.* Et, Diodoro narrante, Teuthras Mysiæ regnum filiæ Argiopæ reliquit ἄπαις ὢν ἀῤῥένων non habens mares liberos. Sic † Trogus dixit ad filiam pertinuisse Medorum imperium; quod nullum Astyagi virilis sexus genus erat. Similiter Cyaxares apud Xenophontem Mediam filiæ suæ deberi: οὐδὲ γὰρ ἐςί μοι, inquiens, ἄῤῥην παῖς γνήσιος, *neque enim est mihi legitimus filius meus.* De Latino rege [k] Virgilius:

Cyrip. lib. VIII. c. 7. §. 3. *Lib. VII. c. 61.* *Lib. IV. c. 34 p. 167. Ed. H. Steph.* *† Justin. I. c. 4.* *Cyrip. L. VIII. c. 5. §. 9.*

Filius huic fato divum prolesque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta juventa est:
Sola domum & tantas servabat filia sedes.

Sic [l] ante Heraclidarum imperium apud Lacones. Eurotæ successit [m] Sparte *Pausan. lib. III. c. I.*

d) (Grot.) (PRÆFERATUR NATU MAXIMUS:) *Homerus* de regno Cretensi Iliad. O.

Ἠ μὰν δ' ἀμφοτέροισιν ἓν γένος ἠδ' ἴα πάτρη,
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδει.

Nostrum utrique solum patrium fuit, & genus unum,
Juppiter, at senior rerumque peritior idem.

(vers. 384) ubi sapienter *Homerus*, ut solet, causam reddidit, cur majores natu in regnis prælati, valentem ἐπὶ τὸ πολὺ, ut plerumque, id enim in talibus sufficit: τοῦ νόμου τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέων παίδων διδόντος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ait *Zosimus* libro II. Cap. 27. *Edit. Cellar.*) de Persarum lege: *cum rex daret e regum filiis natu maximo summam rerum.* Periander in regnum Corinthiorum patri successit κατὰ πρεσβεῖον, ordine nascendi. Ita *Nicolaus Damascenus* in excerptis, quæ beneficio viri maximi Nicolai Peirescii habemus. (*Pag.* 450.)

ADDITIO.

„Idque juris gentium ac naturalis esse, & qua tale ab omnibus fere gentibus asseri, probatum dedimus §. 12. *prop.* 7. *& supra* §. 13. Ita cum decessisset Archidamus filiis duobus relictis, Agis, quod Agesilao major natu erat, regnare cœpit *Pausan. l.* 3. Apud Justinum traditur majorem Phrahatem, more gentis, hæredem regni fuisse, *L.* 41. *c.* 5. Comnenus, qui justa ex causa minorem natu prætulit, fatetur *naturam principatum majori natu deferre solere.* Vid. *Nicetas in vita ejus.* Conf. *Liv. L.* 40. *c.* 15. *Tac. Ann.* 2. *c.* 2. *Lactant.* 1. *c.* 14. *Sophocl. in Oedipo Colon. v.* 1287. 2. *Chron.* 21. 3. *Tusch. concl.* 651. *P &* *Concl.* 19. *M. Menoch. Cons.* 163. *pr. Puffend. J. Nat.* 7. 7.

„*e*) (QUOD IS JUDICIO AUT PERFECTIOR JAM ESSE AUT &c.) Rectius, quia regna sua natura sunt individua & uni deferuntur, adeoque soli primogenito, cui potius jus quæsitum est tempore, & ex momento nativitatis.

„*f*) (CYRUS APUD XENOPHONTEM:) *De Instit.* 8. *p.* 252. ibi: *complector equidem filii pari utrumque vestrum benevolentia: Verum & consilio providere, & ducis officia fungi, &c eum jubeo qui natu major est, & usum rerum majorem de consentanea quadam ratione habet.*

„*g*) (QUIA VERO ÆTATIS PRÆSTANTIA TEMPORARIA EST DUNTAXAT: &c.) Peritia enim quæ in natu majori præsumitur, cessat morte ejus.

„*h*) (SEXUS AUTEM PERPETUA:) Sexus enim masculinus sua natura, adeoque in perpetuum, prudentior & magis idoneus ad bella, aliasque imperii partes, quam sexus fœmineus censetur §. 17. *in fin.*

„*i*) (IDEO SEXUS PRÆROGATIVA POTIOR EST QUAM ÆTATIS:) Indeque sexus masculinus perpetuo excludit fœmininum, etsi fœmina major natu existat, ætatis enim prærogativa cedit præstantiæ sexus.

„*k*) (VIRGILIUS:) 7. *Æneid. v.* 50. *seq.*

„*l*) (ANTE HERACLIDARUM IMPERIUM:) Qui anno 80. post Trojam captam Peloponnesum occuparunt, ducibus Temeno, Ctesphonte, Aristodemo. *Vellej.* 1. 2. *Gron. b.*

„*m*) (SPAR-

m Sparte filia, aut ejus liberi, ut Tyndareo * Helenæ liberi, quia mares filii non extabant: & Eurystheo in Mycenarum imperium successit Atreus ejus avunculus, notante Thucydide. Eodem jure regnum Athenarum n ad Creusam; o Thebanum ad Antigonem pervenisse notatur, quod mares deficerent. Et regnum Argolicum ad Argum Phoronei p ex filia nepotem.

Lib. 1.

2. q Unde & illud intelligere datur, r quanquam liberi nonnullis gradibus parentum præmortuorum vicem impleant, s id tamen duntaxat intelligendum, ut capaces sint juxta cæteros, t salva tamen sexus primum, u deinde ætatis prærogativa x inter capaces. y Nam qualitas & sexus, z & ætatis, quatenus in hac re a populo consideratur, ita personæ adhæret ut avelli inde nequeat.

§. XIX.

Quæritur an regnum, a ubi hunc in modum defertur, pars sit hæredi-

„m) SPARTE FILIA:) Vel potius maritus ejus „Lacedæmon frater Eurotæ uterinus. *Gron. h.*

„*) (HELENÆ LIBERI:) Hermione cum marito Oreste. *Vid. Gron. h.*

n) (Grot.) (AD CREUSAM:) Vide *Euripidem* Jone. (verf. 72, 73, 178.)

ADDITIO.

„Non tamen ponitur inter reges Atticæ Xu„thus, maritus ejus, nec Jon filius: Sed Erech„teo successerunt Cecrops minor, & Pandion filii. „Xuthus autem dux Athenarum vocatur Pausaniæ, „& Jon colonia Jonum in Asia conditor. *Vid.* „*Gron. h.*

„o) (THEBANUM AD ANTIGONUM:) Vid. Eu„ripid. *Phœniss. v.* 1580. *seq.* 584. *seq. Dn. Barbeyrac. h.*

p) (Grot.) (EX FILIA NEPOTEM:) Et si sine stirpe mortuus fuisset Orestes, in eodem regno Argolico successisset ei Electra, ut ex *Euripidis* Taurica Iphigenia (*verf.* 681. 695. & *seqq.*) discimus. Sic Calydonis regnum pervenit ad Andræmona Oenei generum, (*Apollodor.* I, 8. 6.) Asterii regnum ad generum Minoa, ut refert *Apollodorus*, (III, 1. 3.) addita causa quod liberi mares nulli essent.

„q) (UNDE:) Scilicet ex eo, quod in regnis hæ„reditariis individuis præferatur is qui ætate potior „est.

„r) (QUANQUAM LIBERI NONNULLIS GRADI„BUS PARENTUM PRÆMORTUORUM VICEM IMPLE„ANT:) Nam nepotes subire in locum filiorum „præmortuorum dixit supra §. 6. Eamque succes„sionem vicariam vocat. *ibid.*

„s) (ID TAMEN INTELLIGENDUM, UT CAPA„CES SINT JUXTA CÆTEROS:) i. e. ut nati sint „juxta patriæ leges, & a primo rege descendant. „§. 15. §. 16.

„t) (SALVA TAMEN SEXUS PRIMUM:) Ita ut „mares præferantur fœminis. *Vid.* §. 17.

„u) (DEINDE ÆTATIS PRÆROGATIVA:) Illu„stratur mens Authoris exemplo quod ipse alle„gat §. 30. Si nimirum nepos cum patruo concur„rit in regno hæreditario individuo: quæritur an is „præferatur qui gradu proximus est, an is qui æta„te præcedit? Et respondet, *in regnis hæreditariis* „*individuis ubi subitio in locum exclusa non est, ne*„*que semper nepotem neque semper filium secundo* „*genitum præferri: Sed qui ætate præcedit.* Ra„tionem addit, quia etsi nepos subeat in locum pa„tris sui, id tamen verum saltem esse ad eum effe„ctum, ut cum aliis in pari gradu constitutis (cæ„teris paribus) succedere possit, non ut eis præ„feratur: quia in regnis hæreditariis non succedi„tur in privilegium ætatis.

„x) (INTER CAPACES:) Hinc neque patruum „neque nepotem succedere ait, (etsi uterque capax „sit, utpote effectu juris quoad gradum adæqua„ti,) sed eum præferri qui ætate præcedit. *d.* §. 30.

„y) (NAM QUALITAS SEXUS &c. ITA PERSO„NÆ ADHÆRET UT AVELLI INDE NEQUEAT &c.) „Adeoque etsi ex filio primogenito filia supersit, „eaque subeat in gradum parentum, non tamen „in privilegium sexus succedit, utpote quod mere „personale est:

„z) (ET ÆTATIS:) Adeoque nepos non con„currit cum patruo, si hic est ætate potior, quia „etsi subeat in locum sui patris prædefuncti, non „tamen succedit in jus ætatis:

„At omnia hæc gratis dicuntur: Alibi demon„stravimus natura successionem regnorum esse *li*„*nealem*, &, ut Author vocat, *agnaticam*: At„que ex hac ratione nepos semper excludit patru„um, etsi ætate majorem. Eaque successio tam„diu obtinet donec legibus locorum alia successio „introducta probetur: Sane imperium deferri „a populo potest ea lege ut fœminæ quoque succe„dant, quam successionem Author vocat *linealem* „*cognaticam*: ut proximitas gradus inspiciatur, „quam successionem vocat *hæreditariam*: ut juri „repræsentationis in regno hæreditario locus sit, „quam in regno hæreditario *dividuo* simpliciter „obtinere ait, in *individuo* autem salva ætatis „prærogativa &c.

„a) (QUÆRITUR AN REGNUM UBI HUNC IN „MODUM DEFERTUR:) i. e. quod libero consensu „populi factum est hæreditarium. *Vid.* §. 14. Nam „in

hæreditatis. Et verius est [b] esse hæreditatem quandam, [c] sed separatam ab aliorum bonorum hæreditate, [d] qualis hæreditas peculiaris in feudis [e] quibusdam, [f] emphyteusi; [g] jure patronatus, [h] & jure præcipui quod dicitur, conspicitur. [i] Unde sequitur, ut regnum ad eum pertineat [k] qui & bonorum heres esse possit si velit, [l] sed ita ut etiam sine bonis & eorum onere possit adiri. Ratio est, [m] quia populus regnum voluisse creditur quam optimo jure deferri; [n] nec

„in regnis patrimonialibus id extra dubium ponit „Author *Vid.* §. 12.

b) (Grot.) (ESSE HÆREDITATEM QUANDAM:) Putavit Innocentius III. talis regni successionem amitti ab eo qui ultima defuncti mandata non impleverit. c. licet 6. de voto. (*Decretal.* III, 33. Sed male! Vide quæ diximus in notis Gallicis.)

ADDITIO.

Utrunique regnum, & patrimoniale & non patrimoniale, est hæreditarium ratione ordinis succedendi, quem omnino imitatur successio regnorum: non vero quoad reliquos effectus hæreditarios. Differunt enim toto cœlo imperium & hæreditas; nam 1) *hæreditas* est species dominii, quod jure privato competit, unde hæres ea abuti eamque alienare potest: at *imperium* consistit in sola administrandi facultate, in jure civium & reipublicæ tuendo. 2) *Hæreditatis* jus originem habet ex jure occupandi rem nullius, *Imperium* vero ex dispositione populi, sive voluntaria sive coacta: Nullum enim regnum vacuum est, sed imperium natura toti humano generi, eoque diviso singulis populis competit. 3) *Hæreditas* est complexus omnium jurium privatorum, activorum & passivorum: at *successio in regnis* est successio singularis, neque omnia jura passiva in successorem transeunt, sed saltem intra fines administrationis. Neque 4) successor, ut in *hæreditate*, personam defuncti repræsentat, id enim ex fictione est adeoque meri juris civilis.

ADDITIO.

„Sæpius diximus, REGNUM PATRIMONIALE, quod „scilicet bello quæsitum est, *intuitu populi* victri„cis esse veram hæreditatem, partem patrimonii „populi, de quo pro lubitu disponere pot„est. *Intuitu regis* autem diximus, non plus juris „huic competere in regnum devictum, quam in „regnum victrix, utrumque enim curæ ejus ac ad„ministrationi saltem commissum est. At in RE„GNIS VOLUNTATE POPULI DELATIS verum est, „ex nullo sensu hæreditatem dici posse.

„*c*) (SED SEPARATAM AB ALIORUM BONORUM „HÆREDITATE:) Imo plane non est hæreditas, sed „successio hic saltem imitatur ordinem succedendi „in hæreditate civili usitatum, salva sexus & ætatis „prærogativa.

„*d*) (QUALIS HÆREDITAS PECULIARIS IN FEUDIS „QUIBUSDAM:) Minus proprie regna comparantur „feudis; ubi dominium utile ad vasallum pertinet: „quod in regnis falsum est. At successio regnorum „fere convenit cum successione feudali, ubi itidem li„nealis successio obtinet, & fœminæ excluduntur, „vel, si ad successionem admittuntur, non nisi „post masculos succedunt: nam aliquando ea lege „feudum defertur, ut masculi & post eos fœm„inæ succedant. Quæ feuda fœminina vocantur.

„*e*) (QUIBUSDAM:) Scilicet in feudis fœmini„nis; nam in masculinis fœminæ nunquam succe„dunt.

„*f*) (EMPHYTEUSI:) Si fundus familiæ perpetuo „fruendus traditur statuta pensione.

„*g*) (JURE PATRONATUS:) Patronus enim liber„to, qui improles obierat, ab intestato succedebat. „*pr. Inst. de Succ. libert.*

„*h*) (ET JURE PRÆCIPUI:) Gronovius huc re„fert legata per præceptionem: *hæres præcipito*, „*præcipuam rem accipito*: hujusmodi legatum „tantum uni ex cohæredibus relinquitur: *Heinecc.* „*Inst. tit. de legat.* §. 603. At hic non agitur de „successione: rectius ergo huc refertur *seniorațus* „ubi seniori familiæ præcipuum aliquod relinqui„tur jure successionis.

„*i*) (UNDE SEQUITUR:) Quia scilicet regnum, „quod ex libera populi voluntate factum est hære„ditarium, Auctori est hæreditas quædam.

„*k*) (QUI ET BONORUM HÆRES ESSE POSSIT, „SI VELIT:) i. e. cui præter regnum, etiam pri„vata hæreditas lege defertur.

„*l*) (SED ITA UT ETIAM SINE BONIS ET EO„RUM ONERE POSSIT ADIRI:) Duplicia enim & „diversa sunt bona, adeoque & diversæ successio„nes, quarum alteram repudiare alteram retinere „potest: Nam princeps in regno non succedit tan„quam hæres patris, sed ex voluntate populi, ac „ex dispositione primorum acquirentium:

„Repudiare igitur successionem in *bonis privatis* „potest, nec tum debita his bonis inhærentia solvere „tenetur: At id non impedit quo minus debita pu„blica, i. e. in utilitatem reipublicæ contracta, sol„vere teneatur: Equidem Gronovius multis argu„mentis probat, principem successorem obligatum „esse ut ferat onus quod decessor quocunque mo„do contraxit: At rationes illæ partim repugnant „rationi juris, partim ad id quod æquum & vir„tuosum est pertinent.

„*m*) (QUIA POPULUS REGNUM VOLUISSE CRE„DITUR QUAM OPTIMO JURE DEFERRE:) Imo ex „vaga hac conjectura nihil sequitur: Vera ratio „est, quia populus regnum detulit regi ejusque fa„miliæ, liberi ergo jus suum habent non a patre, „sed ex dispositione populi, adeoque repudiare hæ-

reditatem

n nec quicquam ejus refert hæreditas a rege adeatur nec ne, cum hæreditarium ordinem *o* non ob hoc elegerit, *p* sed ut certi quid esset, *q* & reverentia conciliaretur ex sanguine: *r* simulque ex genere & educatione spes esset præclaræ virtutis, & regni possessor regnum magis curaret animosiusque defenderet, *s* si id ipsum iis esset relicturus, quos ipse *t* ob acceptum beneficium, aut ob caritatem maximi faceret.

§. XX.

a Ubi vero mos succedendi diversus est in allodiis & feudis, *b* si regnum non sit feudale; *c* aut certe primitus non fuerit, etiamsi postea *d* hominium pro eo præstetur, succeditur ex lege *e* qua in allodiis succedebatur tempore regni instituti.

§. XXI.

„reditatem patris possint salva successione in regno.

„*n*) (NEC QUICQUAM EJUS REFERT:) Scilicet populi: Sed & si interesset populi, non tamen jus esset populo obligandi regem, ut privatam hæreditatem adeat.

„*o*) (NON OB HOC:) Ut filius necessario adeat privatam regis successionem.

„*p*) (SED UT CERTI QUID ESSET:) i. e. ut certa sit successio, nec singulis casibus de successione lis moveri possit.

„*q*) (ET REVERENTIA CONCILIETUR EX SANGUINE:) Nam parere huic familiæ assuetus jam est populus: *Vid. §. 15. & 16.* atque hæc ratio subsistit, etsi hæres patris & regis non sit.

„*r*) (SIMULQUE EX GENERE ET EDUCATIONE SPES ESSET PRÆCLARÆ VIRTUTIS:) Familia jam assueta imperio, & ad id formata, atque ad tuendam ejus vim authoritatemque opibus jam instructa est: Hinc ex eadem ratione etiam in regnis electivis liberorum ratio haberi solet. *B. Par. J. publ. c. 7. §. 16. seq.*

„*s*) (SI ID IPSUM IIS ESSET RELICTURUS:) In temporaria nimirum fortuna non tam rei publicæ quam familiæ cura haberi solet, quod exemplo nepotismi satis constat: cum econtrario majorem curam impensurus sit rex, si certus est transiturum imperium in descendentes.

„*t*) (OB ACCEPTUM BENEFICIUM AUT OB CARITATEM:) Hic enim duplex ille fons est, ex quo Author successionem collateralium, quamvis erronee, deducit. Vid. supra §. 9. & 10.

(AD §. XX.) Quæritur si regnum ab initio, i. e. tempore delationis, fuit mere hæreditarium, adeoque successio in eo obtinuerit hæreditaria seu allodialis, postea vero hominium pro eo præstetur, an successio quoque mutetur in feudalem? Negat Author, & successionem eam obtinere ait quæ fuit tempore regni instituti, i. e. allodialem: Nisi regnum patrimoniale jure feudi concedatur. *Vid. §. 21.* Nos diximus neutram successionem simpliciter obtinere, adeoque nec feudalem nec allodialem successionem in regnis valere, magis tamen feudalem quam allodialem, quia soli descendentes succedere solent, & mares præferuntur fœminis: Etsi in eo differat, quod omnes masculi ejusdem gradus simul in feudum succedant.

ADDITIO.

„Sententia Authoris exemplo Ducum Silesiæ confirmatur: Duces Silesiæ jure hæreditario ducatus suos olim possederunt, & successio mere allodialis ibi obtinuit: postea regibus Bohemiæ homagium præstiterunt, reservato jure antiquo: quærebatur, an successio allodialis in feudalem mutata fuerit? & merito id negatur. Etsi domus Austriaca per injuriam contrarium statuerit. *Conf. ea quæ circa causam Silesiacam nuper prodiere scripta:*

„*a*) (UBI VERO MOS SUCCEDENDI DIVERSUS EST IN ALLODIIS ET FEUDIS:) Differentias inter utramque successionem explicavit B. Parens *in Hyp. Jur. feud. c. 10. §. 2.*

„*b*) (SI REGNUM NON SIT FEUDALE:) Adeoque ubi regnum absolute summum est.

„*c*) (AUT CERTE PRIMITUS NON FUERIT:) Nam multa exstant exempla regnorum quæ ab initio absolute summa, postea autem feudi jure ab alia potestate recognita fuere: *Vid. sup. L. 1. c. 4. §. 12. l. 2. c. 9. §. 2. Vid. Struv. Exerc. feud. 1. §. 4.*

„*d*) (HOMINIUM:) i. e. fidelitas juretur, & servitia præstentur.

e) (QUA IN ALLODIIS SUCCEDEBATUR TEMPORE REGNI INSTITUTI:) Imo magis feudalis obtinet, uti initio hujus §. notavimus: Nam & ratio in feudis magis convenit successioni regnorum: feudum enim est dignitas quædam quæ familiæ conceditur, & quæ onus aliquod defendendi continet; eadem autem ratio est in imperio.

ADDITIO.

„Quoties quis ducatum suum, vel regnum, in quo legibus loci successio allodialis obtinet, alii in feudum offert, eique homagium præstat, ve-

„rius

§. XXI.

[a] In iis autem regnis, quæ primitus data sunt in feudum [b] ab eo qui plene dominus erat, [c] sequenda erit lex successionis feudalis: [d] non semper Longobardica illa quam præscriptam habemus, [e] sed quæ in gente quaque recepta fuit, quo tempore data est prima vestitura. Nam Gothi, Vandali, Hunni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicæ, qui partes optimas imperii Romani bello occuparunt, [f] suas singuli leges aut mores de feudis, non minus quam Longobardi, habuerunt.

§. XXII.

I. [a] Frequens autem in regnis est alia quædam successio, [b] non hære-

„rius est successionis modum manere, qui ante obtinuit, quod extra dubium est, si vasallus sibi „pristina jura reservavit.

„a) (IN IIS AUTEM REGNIS QUÆ PRIMITUS „DATA SUNT IN FEUDUM:) Adeoque ubi tempore præstiti hominii successio allodialis non „obtinuit.

„b) (AB EO QUI PLENE DOMINUS ERAT:) i. e. „a populo victore, non a rege; Hunc enim imperium bello quæsitum in feudum dari non posse „vidimus supra *l. 1. c. 3. §. 12.* nisi accedat consensus „populi. *Conf. l. 2. c. 6. §. 9*,

„c) (SEQUENDA ERIT LEX FEUDALIS SUCCESSIONIS:) Ita, ut soli investiti eorumque descendentes, non ascendentes vel collaterales, succedant, „fœminæ autem penitus excludantur.

„d) (NON SEMPER LONGOBARDICA ILLA: &c.) „Imo, si aliud in gente illa statutum non est, jus „Longobardicum omnino obtinere debet: nam „hoc est jus commune feudale a Longobardis saltem compilatum.

„e) (SED QUÆ IN GENTE QUAQUE RECEPTA „FUIT:) Nam in feudis ordo succedendi pro variis provinciis variat. Unde formulæ illæ nach „Zutphenschen, nach Münsterschen, nach Krumstabs ꝛc. Rechten: Si igitur in regno sub feudi „lege delato certa successionis forma præscripta sit, „etiam regnum sub ea lege delatum videbitur.

„f) (SUAS SINGULI LEGES AUT MORES DE „FEUDIS:) At quoad successionis ordinem fere omnes consensere. Longobardi enim non suum „proprium, sed commune jus feudale compilarunt.

a) (FREQUENS:) Author ait in regnis aliquando obtinere successionem *linealem:* quam ab *hæreditaria*, (de qua §. 14. & 19. egit) distinguit: & *hanc* esse ait, quando juxta proximitatem graduum respectu primi acquirentis succeditur, *illam* quando juxta proximitatem linearum succeditur, i. e. quando linea proximior præfertur remotiori, licet personæ hujus lineæ sint gradu proximiores.

Hanc successionem *linealem* Author triplicem esse ait: 1) *cognaticam*, quando tota linea, (adeoque & fœminæ,) ad successionem vocatur, tunc exstinctis masculis fœminis ejusdem lineæ succedere ait, exclusis masculis secundæ lineæ. 2) *Agnaticam*, ubi omnes fœminæ, (indeque nati) in perpetuum sunt exclusæ, & tantum masculi juxta ordinem linearum ad successionem admittuntur. 3) *Mixta*, si fœminæ post omnium linearum masculos juxta proximitatem linearum ad successionem vocantur.

Nos jam demonstravimus, omnia dependere ex delatione populi: Si in genere familiæ delatum est imperium, successio obtinet *linealis agnatica*, ubi fœminæ in perpetuum excluduntur.

ADDITIO.

„Secundum principia Authoris 1) in successione *hæreditaria* (quæ scilicet obtinet in illis regnis quæ ex populi dispositione hæreditaria facta „sunt §. 14. & quæ hæreditatem quandam, sed „particularem, & a reliquis bonis separatam constituunt, §. 19.) juxta proximitatem gradus intuitu primi regis succeditur: In successione *lineali* „juxta proximitatem lineæ. 2) in *priori* jus „repræsentandi obtinet, & nepotes subeunt in locum demortuorum parentum: in *posteriori* autem soli juri transmittendi locus est, ut nimirum „vivente prima linea, altera linea jus suum eventuale succedendi transmittat ad omnes descendentes ejusdem lineæ. Cæterum 3) in eo conveniunt, quod utraque successio ex dispositione populi non ab ultimo rege deferatur, & quod neuter successor æs alienum præstare teneatur, nisi in „utilitatem regni contractum sit.

Nos alibi probavimus, successionem in regnis naturali jure *linealem* esse, nisi ea lege delatum sit imperium, ut juxta proximitatem gradus succedatur.

„b) (NON HÆREDITARIA:) Hæreditariam autem vocat ubi juxta proximitatem gradus succeditur, salvo jure repræsentationis, nec non prærogativa sexus, & ætatis. *Vid. §. 14. & seq. & §. 12* „*n.* 2.

hereditaria, ſed quæ [c] linealis dicitur; [d] in qua obſervari ſolet non jus illud ſubitionis in locum, [e] quæ repræſentatio dicitur, [f] ſed jus tranſmittendi futuram ſucceſsionem, [g] quaſi delatam, [h] lege ſcilicet [i] ex ſpe, quæ nihil ex ſe & naturaliter operatur, [k] jus quoddam verum excitante. [l] Quale ſcilicet jus eſt in his quæ ex ſtipulatione conditionata debentur: [m] ita ut hoc ipſum jus in poſteros, ex primo rege venientes, neceſſario tranſeat, [n] ſed ordine certo, [o] ut

§. ſub cond 4. Inſt. de V. O.

c) (Grot.) (LINEALIS:) Vide *Cardinalem Tuſchum* pract. concl. 88. verbo *regni ſucceſſio: Guilielmum de Montiſferrato* de ſucceſſionibus regum, qui liber eſt in Oceaoo Juris. *Peregrinum* de jure fiſci lib. I. tit. II. n. 48. & lib. V. ,tit. I. n, 109. Vide exempla talis ſucceſſionis in Norvagico regno apud Eruditiſſimum ſummæque diligentiæ virum *Johannem Pontanum* hiſtoriæ Danicæ lib. IX. (Pag. 514. 315.) conſuetudinibus Normanniæ de propinquitate heredum: & apud *Iohannem Serranum* in Ludovico Groſſo, ſupra controverſia Borbonienſi. *Argentræus* hiſtoria Britannica libro IV. c. 4. *In ſucceſſionibus liberi primogeniti, ſive ſint maſculi aut femellæ, & ſimiliter liberi ſecundogenitorum, ſi primogeniti abſque liberis ex proprio corpore deceſſerint, in ſucceſſione feudorum jure primogenituræ repræſentant perſonas patrum ſuorum, & veniunt ad talia jura ſucceſſionum & primogenituræ, ſicut eorum patres ſi viverent, eorum patruos, avunculos excludendo, ſecundum generalem & notoriam conſuetudinem, tam in ſucceſſionibus per rectam lineam, quam a latere obvenientibus: & de uſu & conſuetudine ante dicta filia ſuccedit in feudis, ſive ſint Ducatus. comitatus, Perriæ, aut Baroniæ, quantumcunque magni & nobiles, & quod ita evenerat in Comitatibus Arteſii, Campaniæ, Toloſæ & Britanniæ.* Talis ordo ſuccedendi præſcriptus Marchæ Mantuanæ ab Imperatore Sigiſmundo anno CIↃ CCCC XXXII. Et a Carolo Quinto Imperatore, & rege, Hiſpaniæ Philippo II. in regnis ſuis ac principatibus, annis CIↃ IↃ LIV. & CIↃ IↃ XLIV.

„d) (IN QUA OBSERVARI SOLET NUN JUS IL„LUO SUBITIONIS:) Quo nepos ſubit in locum fi„lii.

„e) (QUÆ REPRÆSENTATIO DICITUR:) De „qua ſupra egimus §. 6. Adde §. 17. & 18. *n.* 2.

„f) (SED JUS TRANSMITTENDI FUTURAM SUC„CESSIONEM:) Jus enim ſuccedendi quæſitum eſt „omnibus lineis, ita enim populus diſpoſuit; At „prima linea habet jus actuale: reliquæ lineæ jus „ſaltem eventuale, ſeu ſpem ſuccedendi exſtincta „priori linea; quæ ſpes verum jus eſt. *vid. ſupra* „*§. prop.* 5.

„g) (QOASI DELATAM:) Quia jus ſuccedendi „ei ex momento nativitatis quæſitum eſt, quod ad „ſuos hæredes tranſmittit.

„h) (LEGE SCILICET:) Non civili, ut Author „videtur innuere, ſed naturali. *d. prop.* 5.

„i) (EX SPE QUÆ NIHIL EX SE ET NATORALITER „OPERATUR:) Spes illa actum excludit, at verum „jus dat, etſi ſaltem eventuale. *d. prop.* 5.

„k) (JUS QUODDAM VEROM EXCITANTE:) De „jure hoc eventuali, ejusque effectu, ex profeſſo „egimus *ſupra prop.* 5.


l) (Grot.) (QUALE SCILICET JUS EST IN HIS QUÆ EX STIPULATIONE CONDITIONATA DEBENTUR:) Item io legatis, quorum dies ceſſit, non venit. (Vid *L.* 5. *princ. D. Quando dies legat &c.*)

ADDITIO.

„De quo jure plenius agemus *ad c.* 11. *§.* 19. & „*ad c.* 12. §. 23. ibique demonſtrabimus in ſtipula„tione conditionata verum jus exiſtere, ſpes enim „debitum iri eſt in obligatione.

„m) (ITA UT HOC IPSUM JUS IN POSTEROS „EX PRIMO REGE VENIENTES NECESSARIO TRANS„EAT:) Quia hi omnes ex pacto primorum acqui„rentium ſuccedunt, & quidem prima linea actu, „ſecunda eventualiter: cum igitur jus hoc eventuale „verum jus det lineæ, hoc jus ad omnes ejusdem „lineæ deſcendentes transfertur,

„n) (SED ORDINE CERTO:) Cum ea quæ in „Authore ſequntur, non niſi poſito ſchemate expli„cari, & perſpicua reddi poſſint, ſchema hoc eſto:



„o) (UT

[o] ut primum vocentur liberi ultimi possessoris primi gradus, [p] tam qui vivunt, quam qui mortui sunt: [q] tum vero inter vivos & mortuos ratio habeatur sexus primum, deinde ætatis. [r] Mortuorum autem jus si prævaleat, [s] transeat ad eos qui ab ipsis descendunt, [t] pari rursum inter pares prærogativa sexus, ac deinceps ætatis, [u] salvaque semper transmissione mortuorum in vivos, [v] vivorum in mortuos: [w] Si liberi ejus desint, [x] venitur ad alios, qui proximi sunt, [y] aut si viverent essent, [z] simili transmissione, [aa] & inter pares in eadem linea observato discrimine sexus [bb] & ætatis, [cc] ita ut ob sexum [dd] & ætatem

„o) (UT PRIMUM VOCENTUR LIBERI ULTIMI „POSSESSORIS PRIMI GRADUS:) Sive masculi sint „sive fœminæ: ponamus ultimum possessorem a „decessisse quatuor relictis liberis b. c. d. e. recte „Author ait solum b. *NB. ejusque descendentes* suc„cedere in regnis ex populi voluntate delatis, & „in quibus successio linealis cognatica obtinet:

„p) (TAM QUI VIVUNT QUAM QUI MORTUI „SUNT:) Nam jus succedendi in omnes posteros „a primo acquirente venientes ex voluntate popu„li transmittitur, adeo ut licet mortui sint, nihilo„minus jus illud eventuale in suos descendentes „transferant. *Vid. §. 12. Propos. VIII.*

„q) (TUM VERO INTER VIVOS ET MORTUOS „RATIO HABEATUR SEXUS PRIMUM, DEINDE ÆTA„TIS:) Ponamus mortuo rege a. quatuor huic su„peresse liberos. b. c. d. e. Hoc casu Author ait „rationem *inter vivos* haberi *sexus*, adeoque filium „e. præferri filiæ c. Sed & *ætatis* rationem haberi „ait, indeque filium b. præferri fratri e.

„Casus ubi *inter mortuos* ratio habetur sexus & „ætatis hic est. Ponamus mortuo rege a. & præ„mortuo primogenito b. tres ex hoc superesse libe„ros f. g. h. Hic primo ratio haberi debet *sexus*, „Adeoque filius ejus f. & h. præferuntur filiæ g. „Deinde ratio quoque haberi debet *ætatis*. Un„de filius major f. præfertur filio minori h.

„r) (MORTUORUM AUTEM JUS SI PRÆVALEAT:) „i. e. si ille qui præmortuus est, si quidem superstes „foret, deberet succedere ante illos qui vivunt. „*Vid. Gron. h.*

„s) (TRANSEAT AD EOS QUI AB IPSIS DESCEN„DUNT:) Si igitur agitur de successione regis, a. cer„tum est filium ejus b. si viveret successurum „fuisse; indeque si præmortuus est, idem jus trans„mittit ad suos descendentes f. g. h.

„t) (PARI RURSUM INTER PARES PRÆROGATI„VA SEXUS AC DEINCEPS ÆTATIS:) Diximus „mortuo rege a. & præmortuo ejus primogenito „b. præferri (1) *sexum*, & filios f. & h. succedere „ante filiam g. Sed & (2) rationem haberi *ætatis*; „indeque filium majorem f. excludere filium mi„minorem h. Nam b. jus suum eventuale succe„dendi, cum eadem qualitate & conditione, ad „suos descendentes transtulit.

„u) (SALVAQUE SEMPER TRANSMISSIONE MOR„TUORUM IN VIVOS:) Adeoque si mortuo a. & „prædefuncto ejus primogenito b. liberi ex hoc su„perstites sunt, mortuus jus suum transmittit in vi„ventes liberos f. g. h.

„v) (VIVORUM IN MORTUOS:) Ita enim mor„tuo novissimo rege b. & præmortuo ejus primo„genito f. hic quoque jus suum eventuale succe„dendi transmittit ad liberos m. n. o. & sic porro.

„w) (SI LIBERI EJUS DESINT:) Cujus? Scili„cet possessoris primæ lineæ b. adeoque si tota „linea prima, tam masculina quam fœminina, ex„stincta est:

„x) (VENITUR AD ALIOS QUI PROXIMI SUNT:) „i. e. vocatur e. ejusque descendentes, adeoque „linea quarta, etsi filiæ c. d. ejusque descendentes, „ex secunda & tertia linea supersint.

„y) (AUT SI VIVERENT ESSENT:) Etsi ergo „e. præmortuus sit, certum tamen est eum, si vixis„set, succedere debuisse, indeque liberos ejus si ex„istunt, præferri c. & d. earumque posteris.

„z) (SIMILI TRANSMISSIONE:) Ad eum effe„ctum, ut liberi ejus si exstant ex jure patris in eos „transmissi succedant.

„aa) (ET INTER PARES IN EADEM LINEA OB„SERVATO DISCRIMINE SEXUS:) Si igitur e. tres „reliquit liberos, filiæ etsi primogenitiæ exclu„dantur a fratribus.

„bb) (ET ÆTATIS:) Adeoque si o. duos filios „reliquit, præfertur primogenitus jure ætatis.

„cc) (ITA UT OB SEXUM ET ÆTATEM NUN„QUAM TRANSEATUR DE LINEA IN LINEAM:) „Mens Authoris hæc est: quamdiu in linea prima „aliquis superest, sive mas sit sive fœmina, tamdiu „non transiri in aliam lineam, adeo ut omnes ma„sculi, & post eos fœminæ primæ lineæ, præferan„tur masculis & fœmininis secundæ lineæ, etsi illi „gradu remotiores vel ætate minores sint.

„dd) (CUI CONSEQUENS EST, UT FILIA EX „FILIO PRÆFERATUR FILIO EX FILIA:) Ponamus „novissimo rege a. mortuo, concurrere k. (qui est „nepos ex filia d.) cum g. (quæ est neptis ex filio d.) „Recte Author ait præferri hanc neptem: quia neptis „hæc succedit ex jure patris b. qui excludebat soro„rem suam d. adeoque & ejus filium k. Nepos igi„tur ex filia natus non utitur jure masculorum, quia „non nisi in jus matris succedit: *B. Par. in cons. „illustr. fol.* 876. *n.* 97. Atque hinc masculi ex „fœminis nati jure feudali opponuntur masculis, & „sub fœminarum stirpe comprehenduntur. *ibid. fol.* „534. *n.* 43.

ætatem nunquam tranſeatur de linea in lineam. Cui conſequens eſt ut filia ex filio præferatur filio ex filia, [ee] & filia ex fratre filio ex ſorore, [ff] item filius majoris fratris fratri minori, [gg] atque ita in cæteris. [hh] Hæc eſt ſucceſſio regni Caſtellæ: [ii] ad cujus exemplum etiam majoratus jura in eo regno conſtituta ſunt.

Covar. 1. 2. pract. quæſt. c. 38. num. Molin. de primogen Hiſp. cap. 1.

2. [kk] Succeſſionis autem hujus linealis argumentum, ſi lex & exempla deſint, [ll] ſumi poterit ex ordine qui in publicis cœtibus ſervatur. [mm] Nam ſi in eo ratio habeatur linearum, [nn] id ſignum erit ſpem a lege in jus animatam, [oo] ita ut a morientibus in ſuperſtites transeat. [pp] Hæc autem eſt ſucceſſio linealis cognatica, [qq] in qua fœmi-

„ee) (ET FILIA EX FRATRE FILIO EX SORORE:) „Quia verb. grat. g. jus ex patre b. habet, qui ex„cluſit ſororem, quod plenius explicavimus §. 12. „*prop. XIV.*

„ff) (ITEM FILIUS MAJORIS FRATRIS FRATRI „MINORI:) Quia ille ex jure patris ſuccedit, qui ſi vi„xiſſet excluſurus fuiſſet fratrem minorem.

„gg) (ATQUE ITA IN CÆTERIS:) Nam ita ne„pos ex filio prefertur filiæ primogenitæ. *vid. in*„*fra* §. 33. & filius præfertur nepti ex filio primo„genito: *de quo Vide* §. 37.

hh) (HÆC EST SUCCESSIO REGNI CASTELLÆ:) Quamdiu ergo mas vel fœmina ex prima linea ſupereſt, juxta mentem Authoris nunquam defertur ſucceſſio maribus vel fœminis ſecundæ lineæ, etſi gradu proximioribus; At quod fœminæ primæ lineæ præferri debeant maribus ſecundæ lineæ, id naturæ imperii contrariari videtur; atque ideo etiam ab ipſis Hiſpanis impugnatur. *Vid. Zigl. h. & Lanca Dec. Gren.* 56. *n.* 8.

Atque hæc quoque fuit controverſia, tam jure quam armis diſceptata, inter familias Lancaſtriæ & Eboraci, ſeu inter Roſam rubram, quæ prioris familiæ inſigne erat, & albam, quæ poſterioris: Tempore Henrici VII. non ſupererat ex familia Eboracenſi, i. e. ex linea primogenita niſi fœmina Eliſabetha: ipſe Henricus ex quarta linea erat, Lancaſtrica nimirum: quærebatur igitur quis potior eſſet: Juxta principia Coſtæ & Authoris fœmina præferri debuiſſet, ſed male: Eo enim tempore potior erat cauſa Lancaſtri, quia naturali jure fœminæ non ſuccedunt niſi exſtinctis maſculis, adeoque hactenus Henricus potior erat. At quia ab initio parentibus Eliſabethæ injuria facta fuit, Henricus proceribus promiſit ſe nuptias cum Eliſabetha contracturum. Atque hoc modo lis illa ſopita fuit: Cæterum noluit rex jure uxoris regnum adire, ne ſcilicet ab uxore dependeret titulus, adeoque liberi ejus, quos ex alio forte matrimonio „ſuſcepturus eſſet, a regno excluderentur. *Vid. Bacon. Hiſt. Henr. VII. p. m.* 999.

Ex his principiis Henricus IV. prælatus fuit patruo Duci Borbonio in ſucceſſione regni Galliæ: Eadem controverſia fuit in ſucceſſione Palatina inter lineam Neoburgicam & Veldentiam: Prior enim obtinuit contra gradu proximiorem, quia ex proximiori linea deſcendebat:

„ii) (AD CUJOS EXEMPLUM ETIAM MAJORA„TUS JURA IN EO REONO CONSTITUTA SUNT:) „Ita ut prima linea excludat ſecundam, & fœmi„næ primæ lineæ excludantur a maſculis ejuſdem „lineæ.

„kk) (SUCCESSIONIS AUTEM HUJUS LINEALIS „ARGUMENTUM, SI LEX ET EXEMPLA DESINT, „SUMI &c.) Imo ſi in regno ſucceſſionis lex „& exempla deficiunt, ſucceſſio naturalis obtinet, „quæ eſt linealis agnatica, non cognatica: i. e. mares quidem ejuſdem lineæ præferuntur maribus „ſecundæ lineæ, ſed fœminæ primæ lineæ excluduntur a maribus ſecundæ lineæ. *Vid.* §. 12. *Prop.* „*VI.*

„ll) (SUMI POTERIT EX ORDINE QUI IN PU„BLICIS COETIBUS OBSERVATUR:) Si exiſtente „quodam caſu ſolenni primæ lineæ tam maſculi „quam fœminæ præcedunt lineæ ſequiori.

„mm) (NAM SI IN EO RATIO HABEATUR LI„NEARUM:) i. e. Si perſonæ primæ lineæ promiſcue præcedunt perſonis ſecundæ lineæ.

„nn) (ID SIGNUM ERIT SPEM A LEGE IN „JURE ANIMATAM:) i. e. legem ex ſpe jus quod„dam verum excitaſſe. *Vid. n.* 1.

„oo) (ITA UT A MORIENTIBUS IN SUPERSTI„TES TRANSEAT:) i. e. ut liberi præmortui trans„mittant futuram ſucceſſionem, ſeu ſpem ſuccedendi, in ſuos deſcendentes, ſalva ſexus & ætatis præ„rogativa.

„pp) (HÆC AUTEM EST SUCCESSIO COGNATI„CA:) Quia omnes cognati, ſive maſculi ſive fœ„minæ, ejuſdem lineæ præferuntur maſculis & „fœminis ſequentis lineæ.

„qq) (IN QUA FOEMINÆ ET EX FOEMINIS „NATI NON EXCLUDUNTUR, SED POSTPONUNTUR:) „Ita ut fœminæ non ſuccedant quamdiu maſculi vel „ex maſculis nati ejuſdem lineæ ſuperſunt: iis au„tem exſtinctis, fœminæ ejuſdem lineæ ad ſucceſ„ſionem vocentur excluſis maribus ſecundæ lineæ.

„rr) (ITA

fœminæ & fœminis nati non excluduntur, sed postponuntur in eadem linea, [rr] ita ut etiam regressus ad eas fit, si propiores aut pares cætera mares aut ex maribus defecerint. [ss] Fundamentum autem hujus successionis, quatenus ab hæreditaria differt, est [tt] spes populorum de optima educatione eorum qui spem regni habent justissimam, [uu] quales sunt quorum parentes si viverent essent successuri.

§. XXIII.

[a] Est & alia linealis successio agnatica, [b] duntaxat marium ex maribus; quæ [c] ex nobilissimi regni exemplo [d] successio juris Francici vulgo appellatur. Hæc [e] quatenus a cognatica differt in hoc maxime introducta est, [f] ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum sanguinem imperium deveniret. [g] In utraque autem lineali succes-

sione

„rr) (ITA UT ETIAM REGRESSUS AD EAS „SIT, SI PROPIORES, AUT PARES CÆTERA MA„RES &c. DEFECERINT:) Hinc exstinctis lineis „b. d. e. retro defertur successio lineæ secundæ c. „quæ fœminina est, & jam, deficientibus lineis „masculis, successionis capax.

„ss) (FUNDAMENTUM HUJUS SUCCESSIONIS, „QUATENUS AB HÆREDITARIA DIFFERT EST „SPES:) Fundamentum hujus successionis est „voluntas populi, qui ita disponit ut linea li„neæ præferatur, etiam quoad fœminas; sane in„ter principes educatio fere eadem est, quin sæ„pius remotiores majori cura suos educare solent „liberos, quam illi qui regno sunt proximi, qui „nulla re indigere putant: Cæterum differen„tias inter successionem *hæreditariam* & *linealem* „*cognaticam* ex hypothesi Authoris expolui in „*Differt. prooem. VI.* §. 43.

„tt) (SPES POPULORUM DE OPTIMA EDUCA„TIONE:) Eandem rationem allegavit in „successione hæreditaria, quod nimirum ideo hæ„reditarium ordinem elegerit populus, ut ex ge„nere & educatione spes esset præclaræ virtutis.

„uu) (QUALES SUNT QUORUM PARENTES SI „VIVERENT ESSENT SUCCESSURI:) Adeoque in „quos parentes præmortui jus eventuale, i. e. spem „succedendi, transmiserunt.

„a) (EST ET ALIA SUCCESSIO LINEALIS A„GNATICA:) Ubi non omnes cognati, i. e. ma„res & post eos fœminæ, sed soli masculi & ex „iis nati succedunt. Atque hanc solam jure natu„ræ in regnis cognitam esse diximus *supra* §. 12. „*Propos. III.*

„b) (DUNTAXAT MARIUM EX MARIBUS:) Ex„clusis in perpetuum fœminis.

„c) (EX NOBILISSIMI REGNI EXEMPLO:) Sci„licet exemplo regni Galliæ, ubi vi prætensæ a„licujus legis Salicæ fœminæ in æternum excludun„tur. Unde paroemium, *La Couronne de Fran„ce ne tombe point in quenouille.* Froissardus *Hist.* „*L. 1.* ad hunc morem provocat, *morte Caroli* „*regis*, ait, *Galliæ proceres ad successionem regni capes„sendam minime admittebant illius sororem Anglo„nuptam, quod ad fœminas tanti regni molem mi„nime devolvi, jam olim iis locis receptissimum fit. „Deinde etiam Eduardum III. ipsius filium, & Phi„lippi regis nepotem, repudiabant, tanquam a fœmi„na descendentem, adeoque uno consensu sceptrum & „rerum summam detulerunt Philippo Valesio de„functi regis Philippi cognato.*

d) (Grot.) SUCCESSIO JURIS FRANCICI:) Vetus testimonium moris hujus Francici habes apud *Agathiam* libro II. (*Cap.* 7.) Eadem fuit successio in Davidis stirpe post Solomonem. Vide 2. *Paralipp.* XXIII, 2.

ADDITIO.

„Hanc successionem fundari putant in lege illa „Salica: *De terra Salica nulla portio hæreditatis mu„lieri veniat.* At hanc legem de privatis saltem „bonis, eorumque successione loqui, de regni „autem successione talem legem non exstare, du„dum probavit B. Parens in oratione de lege Sali„ca.

„e) (QUATENUS A COGNATICA DIFFERT:) „Ubi fœminæ primæ lineæ, excludunt mares se„cundæ lineæ:

„f) (NE PER FOEMINARUM MATRIMONIA AD „PEREGRINUM SANGUINEM IMPERIUM DEVENI„RET:) Imo hæc ratio non quadrat, fœmina ex„traneo marito nubens regina manet, maritus im„perio ejus subest, adeoque hactenus non transfer„tur imperium in alienum sanguinem; sed & „liberi inde nati sunt vera pars corporis materni „eoque ex sanguine regio nati: Sane magis in his „regius servatur sanguis quam in illis qui a mascu„lo regio & fœmina extranea nati sunt, non tan„tum propter incertitudinem naturalem patris, sed „quia partus ille magis est portio matris, quæ ex„tranea est: Unde in quibusdam regnis Orientis „nati ex fœmina regia præferuntur in successione „regni natis ex mare regio: Vera igitur ratio est „quod natura imperii consistat in defendendo & „administrando imperio, quæ officia natura sunt „virilia: *Vid. supr.* §. 12. *prop. V.*

„g) (IN UTRAQUE AUTEM LINEALI SUCCESSIO„NE:) Tam agnatica quam cognatica.

 „h) (IN

fione [b] in infinitum admittuntur etiam qui ab ultimo poffeffore remotisfimo gradu diftant, [i] dum a primo rege defcendant. [k] Eft & ubi deficiente agnatica fubftituitur fucceslio cognatica.

§. XXIV.

[a] Poffunt & alii fuccesfionum modi introduci, aut populi voluntate, [b] aut etiam ejus qui regnum ita in patrimonio habet ut alienare posfit. Licet enim exempli caufa conftituere, [c] ut qui fibi quoque tempore futuri funt proximi fuccedant in regnum, ficut [d] apud
Livius XXIX, 29. Numidas olim, puto tali ex caufa, [e] fratres liberis ultimi poffefforis præfe-

„b) (IN INFINITUM ADMITTUNTUR ETIAM „QUI AB ULTIMO POSSESSORE REMOTISSIMO GRA„DU DISTANT:) Nam toti familiæ imperium dela„tum eft, præmortui igitur fuam fpem fuccedendi, „i. e. jus eventuale, in fuos defcendentes in infini„tum transferunt.

„i) (DUM A PRIMO REGE DESCENDANT:) Et „quidem in fucceffione agnatica per mafculos in „cognatica etiam per fœminas.

k) (Grot.) (EST ET UBI DEFICIENTE AGNATICA SUBSTITUITUR SUCCESSIO COGNATICA:) Ut in Provincia Narbonenfi. Vide *Serranum* Carolo VII. (de comitatu *Cammingenfi*, pag. 322. 323. *Edit. Parif.* 1627.) Ex tali credo lege Theuderícho fine liberis defuncto fororis filius Athalaricus fucceffit. (PROCOP. Gothic. L. 1. c. 2) Videtur & in Arragonia olim valuiffe.

ADDITIO.

„Quod fit quando exftinctis omnium linearum „mafculis, fœminæ juxta eundem ordinem linea„rum fuccedunt: Verum id ex populi difpofitio„ne dependet, quæ probari debet: quomodo mi„xta hæc fucceffio differat a cognatica & agnatica „vide in *Differt. prooem. VI. §. 46.*

a) (Grot.) (POSSUNT ET ALII SUCCESSIONUM MODI INTRODUCI AUT POPULI VOLUNTATE:) Apud Æthiopes olim regibus fuccedebant fororum filii, narrante *Nicolao Damafceno.* (*Pag.* 818. *Excerpt. Peirsfc.*) Idem apud Pictos ufurpatum, femperque fucceffiffe cognatos per fœminas notat *Beda. Tacitus* de Germanis: *Sororum filiis apud avunculum idem, qui apud patrem, honor. Quidam fanctiorem arctioremque hunc nexum fanguinis arbitrantur.* (Germ. c. 20.) Apud Indos quosdam idem fieri docet nos *Oforius*, & alii.

ADDITIO.

„Nam populus pro lubitu de fuo jure imperii „difponere, adeoque & legem fucceffioni dicere „poteft: & prout difponit ita jus eft.

„b) (AUT ETIAM EJUS QUI REGNUM ITA IN „PATRIMONIO HABET UT ALIENARE POSSIT:) „Populus victor quidem pro lubitu de tali regno „difponere poteft: at rex, qui jure populi vicit, „legem fucceffioni dicere nequit. *Vid. fupra §. 12.*

c) (Grot.) (UT QUI SIBI QUOQUE TEMPORE FUTURI SUNT PROXIMI SUCCEDANT IN REGNUM:) Id in Africa obtinuit ex Gizerichi teftamento. *Procopius* Vandalicorum primo: χρόνου δὲ ὀλίγου Γιζέριχος ἐπιβιοὺς ἐτελεύτα, πόῤῥω που ἤδη ἡλικίας ἥκων, διαθήκας διατιθέμενος, ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ Βανδάλοις ἐπέσκηψε, καὶ τὴν βασιλείαν αἰεὶ Βανδάλων ἐς τοῦτον ἰέναι, ὃς ἂν ἐκ γόνου ἄῤῥενος αὐτῷ Γιζερίχῳ κατὰ γένος προσήκων, πρῶτος ὢν ἁπάντων τῶν αὐτοῦ ξυγγενῶν τὴν ἡλικίαν τύχοι. *Aliquanto poft tempore Gizerichus obiit multa jam ætate, facto teftamento, quo tum multa alia præceperat Vandalis, tum regnum Vandalicum femper venire voluit ad eum qui per lineam mafculinam ipfi Gizericho genere proximus, & inter proximos maximus effet ætate.* (Cap. 7.) Jornandes: *Gizerichus, diu regnans, ante obitum fuorum filiorum agmine accito ordinavit, ne inter ipfos de regni ambitione effet diffenfio, fed ordine quisque & gradu fuo aliis fuperveniret, id eft feniori fuo filio fieret fequens fucceffor, & rurfus ei pofterior ejus.* (Cap. 33.) *Victor Uticenfis* lib. II. *Cui fecundum conftitutionem Gizerichi regis, eo quod major omnibus effet regnum inter nepotes potiffimum debebatur.* Hic femper fpectatur non poffeffor ultimus, fed primus regni acquifitor, quod fuccedendi genus ex ipfane Africa fumferit Gizerichus, ubi id valuiffe in textu oftendimus, an vero a quibusdam Septentrionis noftri populis, dubitari poteft. Nam & apud Longobardos Vaaci regi, filios relinquenti non aliquis filiorum fuccedere debebat, fed ejusdem generis Rifiulphus. Teftis *Procopius* Gotthicorum III. (*Cap.* 35.) Et in Hungariæ regnum mortuo Jatra non liberis ejus fed fratri jus fuiffe narrat *Nicetas Choniates* de rebus Manuëlis libro IV. (Cap. 1.) Nefcio an eodem pertineat recepta apud Patzinacitas fucceffio, fed obfcurius propofita a *Conftantino Porphyrogenneto* de adminiftratione imperii c. XXXVIII. In Dania idem obfervatum tradit *Cranzius* Danicorum IV. & Suedicorum V. Etiam Albæ fuccesfit Æneæ non Julus, Afcanio majore filio Æneæ natus, fed alter filius Ænea Silvius. (vide *Dion. Halicarn.* Antiq. Rom. Lib. I. c. 70. & *Aurel. Victor.* De orig. gentis Roman. c. 17.)

„d) (APUD NUMIDAS:) *Liv. l. 29. c. 28.*

„e) (FRATRES LIBERIS ULTIMI POSSESSORIS „PRÆFEREBANTUR:) *Gala* enim rege Numidarum „mortuo, *Defalce* frater regis, exclufo filio ejus „*Mafaniffa*, fuccesfit; & additur, ita moris effe „apud Numidas. *Liv. l. 29. c. 29.*

„f) (EX

præferebantur. Idem in Arabia Felice usurpatum olim fuisse [f] ex Strabone colligo. [g] De Taurica Chersoneso idem recentiores prodidere: nec ita dudum est cum [h] apud Afros Maroci & Fessæ reges idem est factitatum. [i] Atque hoc in dubio observandum in fideicommisso quod familiæ relinquitur, verior est sententia, [k] Romanis quoque legibus congruens, [l] quanquam eas interpretes alio detorquent. [m] His bene cognitis facile erit respondere ad controversias de regnorum jure, quæ ob differentes jurisconsultorum sententias difficillimæ putantur.

Lib. xvi. pag. 763.

L. cum ita legatur 32 §. in fidei-commisso 6 D. de leg. 2.

† Covar. Pract. quæst. Molin. d l. c. 6. n. 41.

§. XXV.

[a] Primum quæritur [b] an filius a patre exheredari possit, ut ne in

„f) (EX STRABONE:) *Lib. 16. p. m. 728.* Strabo non refert gradu proximiorem in regno succedere, sed eum qui novo rege constituto primus NB. *ex proceribus* nascitur: verba hæc sunt: „*Succedit apud eos (Arabes) non filius patri, sed* „*qui primus e nobili genere post constitutum regem* „*nascitur. Nam simul ac aliquis in imperio consti-* „*tutus est, omnes nobilium virorum uxores prægnan-* „*tes conscribuntur, & custodes apponuntur qui ob-* „*servent quæ prima pepererit. Nam ejus filius* „*ex lege assumitur, & ad regni successionem regali-* „*ter educatur:*

„g) (DE TAURICA CHERSONESO:) Quæ Tartaria Precopensis dicitur: cujus urbs præcipua Caffa: Nunc Turcico imperio paret.

h) (Grot.) (APUD AFROS MAROCI ET FESSÆ REGES:) *Livius* de Masinissa; *Militante eo pro Carthaginensibus in Hispania, pater ejus moritur; (Galba nomen erat:) regnum ad fratrem regis Desalcen (mos ita apud Numidas est) pervenit.* (Idem locus est, qui in contextu indicatur, lib. XXIX. c. 29.) De Mauritania omni vide *Marianam* libro XXIX. (Cap. 22) Hinc sumto exemplo etiam apud Saracenos, qui ex Africa in Hispaniam venerant, fratres prælati filiis ad tempora Abderamenis; *Rodericus Toletanus* historiarum libro LXV. in anno CIↃ IↃ LXXVIII. de Hamete: *Quippe patris testamento ad regnum ordine post fratres vocatus, exclusis illorum filiis.* Idem succedendi genus valuisse & in Mexicano, & in Peruano regno ex historiis illorum locorum observo.

„i) (ATQUE HOC IN DUBIO OBSERVANDUM IN FIDEICOMMISSO QUOD FAMILIÆ RELINQUITUR:) „Hæc est illa agitata admodum quæstio, an fideicommisso *familiæ* relicto censeatur vocatus „proximior ultimo possessori nominato, an vero „proximior ipsi testatori? qui est casus legis *32. §.* „*6 ff. leg. 2.* ubi, si testator *familiæ* fideicommissum „relinquit, JCtus ait, *primo venire eos qui* „*in specie nominati sunt*, iis vero exstinctis *omnes* „*qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo te-* „*stator moreretur, & qui ex his primo gradu pro-* „*creati sunt.* Ex verbis *primo gradu* Doctores „(quos Grotius sequitur) existimant vocatum cen„seri ad fideicommissum *proximiorem ipsi gravato,* „*& ultimo possessori*: quod late defendit *Covarr.* „*pract. quæst. c. 2. c. 38.* Dissentiunt *alii*, qui familia vocata illos vocatos censent qui testatori pro„ximi sunt, idque ex ipsis verbis textus probari „putant, quia ibi dicitur, exstinctis nomi„natis (hi enim expressa voluntate testatoris meri„to præferuntur *d. l. 32. §. f. in fin.*) omnes veni„re *qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore* „*quo testator moritur*, & *qui ex his* (scilicet qui „ex nomine defuncti testatoris eo tempore quo „moritur supersunt) *primo gradu procreati sunt:* „i. e. qui testatori proximi sunt; Atque hinc jus „repræsentationis quoque hic obtinere, i. e. de„scendentes in jus parentum prædefunctorum suc„cedere probat Gothofredus *ad d. l. 32 §. f. lit. r.* „*Ceph. 1. Cons. 16. n. 29. Vid. supra §. 12 Prop. II.* „Nos priorem sententiam veriorem esse statuimus.

„k) (ROMANIS QUOQUE LEGIBUS:) Author ad „marginem allegat legem *cum ita legatur. ff. de* „*leg. 2.* Cum sit lex *omnia* 31. *§. 6. ff. Leg. 2.*

„l) (QUANQUAM EAS INTERPRETES ALIO DETORQUENT:) Qui asserunt, non proximos ul„timo possessori, sed proximos testatori vocatos „censeri. Quod verius est.

„m) (HIS BENE COGNITIS FACILE ERIT RESPONDERE:) Ex principiis Grotii nulla earum „controversiarum quæ de jure regnorum moveri „solent, decidi potest: Sæpius dictum est natura „præter successionem linealem in regnis cognitam „non esse: omnes reliquæ oriuntur vel ex disposi„tione majorum, vel ex jure belli, vel usurpa„tione.

a) (PRIMUM QUÆRITUR:) Quæritur an rex filium exhæredare possit? Author id concedit in regnis patrimonialibus, non vero in illis quæ ex voluntate populi deferuntur: At dictum sæpius est, non dari regna patrimonialia: Rectius distinguimus inter regna *avita*, & *noviter quæsita.* In *his* filius excludi potest a successione: *1)* quia populus regi ejusque familiæ detulit imperium, adeoque regi nulla alia lex data est quam illa, ne alienetur extra familiam: sufficit ergo si uni e familia relinquat: Neque enim 2) populi interest; qui voluit regem habere, nec alium quam ex familia: hoc princeps mutare nequit, at quis nam ex illa familia succedat, ad populum non pertinet. Nequa allegari potest 3) liberis ex dispositiona populi jus

in regnum succedat. [c] In quo distinguenda sunt regna alienabilia, id est, patrimonialia, a non alienabilibus. [d] Nam in alienabilibus dubium non est, quin exhæredatio procedat, [e] cum a bonis aliis nihil differant: [f] atque ideo quæ legibus aut moribus obtinent de exhæredatione, hic quoque habebunt locum: et si nullæ præferantur leges aut mores, [g] tamen naturaliter licita erit exhæredatio [h] usque ad

jus quæsitum esse, quia populus non præcise primogenitum, sed unum e familia succedere voluit Nedum 4) liberi ex pacto primi electi & parentis jus sibi arrogare possunt; quia electus soli populo se obligavit, & cum eo pactus est non cum liberis, quibus proinde ex pacto tertii nullum jus quæsitum est. Sane 5) primus rex potest plane non acquirere, adeoque & certa lege ratione suæ familiæ: unde liberum ejus est arbitrium nullibi restrictum, nisi quod extra familiam transferre non possit; intra familiam igitur disponere & successionis leges dare potest. Accedit 6) quod electo rege, ejusque familia, imperium in hanc transferatur non ob merita familiæ, sed ob merita electi, qui proinde de hoc suo favore disponere potest prout vult, dummodo non disponat extra familiam: Tale fuit 7) regnum Davidis qui rejecto Adonia regnum contulit Salomoni, idque consensu populi factum Bathseba dicebat: Alphonsus Arragoniæ rex Neapolitanum regnum tanquam primus acquirens in Nothum transtulit. *Guicciard. l. 5.* Herodes de successione liberorum suorum varie disposuit. *Jos. ant. l. 17. c. 10. & 13.*

In regnis *avitis* pater filium non potest excludere a regni successione, quia omnes illæ rationes quæ in primo acquirente obtinuerunt, hic cessant. Nam ex quo primus acquirens nihil disponit, ejus descendentes jus quæsitum habent succedendi ex voluntate & populi & primi acquirentis: Hi ergo descendentes, qui omne jus suum a primo acquirente & populo habent, immutare eorum voluntatem nequeunt, sed cum illi ex dispositione primorum acquirentium succedant legem quoque dispositionis sequi tenentur: Accedit quod talis exhæredatio fieri deberet testamento, testamenta autem sunt meri juris civilis, cui successores non obligantur: Atque ita quoque in feudis, quorum successio maxime convenit naturali regnorum, statutum legimus 2 *f. 24. in f.*

Atque hinc apparet cur liberi primi electi ratione suorum descendentium minus possint quam ipse electus; quia ipsi non primi transmittunt, sed jus a primo acquirente quæsitum ad suos liberos transmittunt; quod jus semel ita quæsitum pater auferre, aut amplius quam de personali suo jure disponere non potest. Ergo jus hoc alienum alterius pacto constitutum atque transmissum est, indeque disponeret de alieno. Equidem negari nequit in quibusdam regnis longa consuetudine, vel studio saltem partium, aut vi, proximiores a successione exclusos fuisse: at non quærimus quid vi factum sit, sed quid natura fieri debeat.

„*b*) (AN FILIUS A PATRE EXHÆREDARI POSSIT:) i.e. an possit testamento a successione regni „excludi? Ego frustraneam hanc quæstionem esse „puto; cum enim exhæredatio non nisi testamen„to fieri possit, testamenta autem meri sint juris „civilis, facile constat successionem regnorum, „ubi merum jus naturæ inspicitur, per testamenta „auferri non posse.

„At alia quæstio est, an pater liberos, vel unum „liberorum, inter vivos a successione excludere, & „alium e familia successorem denominare possit? „Hoc fieri posse in regnis noviter acquisitis quidam „asserunt, modo populus consentiat: Cum enim isto„ti familiæ imperium detulerit, & quidem juxta or„dinem succedendi naturalem, hunc ordinem patrem „turbare absque consensu populi non posse ajunt.

„Contraria sententia magis nobis placet: Populus „enim non soli primo acquirenti defert regnum; sed „ejus familiæ: in hac familia etiam sunt *nascituri*; „Adeoque his quoque verum jus ex dispositione po„puli quæsitum est, sed eventuale *si nascuntur*, „quod nec pater nec populus ipsis auferre potest. *vid.* „*§. seq. lit. m. n.* Atque ita quoque res decisa est in ju„re feudali, ubi in genere traditur, patris ordinatio„nem in feudis circa successionem non valere: *1. F.* „*8. pr.* Neque obstat *2. f. 24. in f.* Nam ibi liberis jam „natis ob crimen patris jus aufertur, quod jure civili „ita statutum est: Jure naturæ enim pœna saltem „teneat suos Authores.

„*c*) (IN QUO DISTINGUENDA SUNT REGNA „ALIENABILIA, i. e. PATRIMONIALIA:) Imo „non dantur regna patrimonialia intuitu regis.

„*d*) (NAM IN ALIENABILIBUS DUBIUM NON „EST QUIN EXHÆREDATIO PROCEDAT:) Cum di„ctum sit, non dari regna patrimonialia intuitu re„gis, sed ejus intuitu omnia regna esse ex voluntate „populi delata, frustra de exclusione filii quæritur.

„*e*) (CUM A BONIS ALIIS NIHIL DIFFERANT:) „Populus victor quidem jus privatum in regnum tale „acquirit; at rex, qui populi nomine illud regnum „administrat, non aliud jus acquirit quam in reli„quas regni sibi delati partes habet.

„*f*) (ATQUE IDEO QUÆ LEGIBUS AUT MORI„BUS OBTINENT DE EXHÆREDATIONE, HIC QUO„QUE HABEBUNT LOCUM:) Gratis hæc dicuntur, „cum nemo regum tale regnum patrimoniale habeat.

g) (Grot.) (TAMEN NATURALITER LICITA EXHÆREDATIO:) De tali regno intelligendum quod ait *Baldus* in proœmio decretalium Gregorii, a rege successorem posse eligi e liberis quem velit. Exemplum est etiam in Mexicana historia.

ADDITIO.

„Exhæredatio jure naturæ cognita non est, cum „non nisi per testamentum fieri possit, quæ dis„positio valet.

„*h*) (USQUE AD ALIMENTA:) Pater alimenta „filio non debet nisi usque ad pubertatem; adeoque „si exhæredare eum posset, omnino adimere quo„que posset alimenta.

„*k*) (AUT

ad alimenta; [k] aut etiam sine ea exceptione, [l] si crimen morte dignum filius admiserit, aut alioqui graviter peccaverit, [m] & sit unde ali possit. [n] Sic Ruben a Jacobo ob culpam privatus est jure primi nati, [o] Adonia regno a Davide. Imo etiam [p] pro tacite exhæredato habebitur, [q] qui grave crimen commiserit in patrem, [r] si nulla sunt condonatæ culpæ indicia. [s] Sed in non alienabilibus, [t] quanquam hæreditariis, [u] idem non procedet, [v] quia populus viam quidem elegit hæreditariam, [w] sed hæreditariam ab intestato. [x] Multo minus procedet exhæredatio in lineali successione, [y] ubi nulla imitatione hæreditatis [z] ex dono populi regnum pervenit ad singulos, præscripto ordine.

L. 2. §. 6. D. de leg. 2. l. Filio 3. §. Scio 3. D. de adim. leg. Hostiensis & alii in c. licet. de voto.

§.XXVI.

„k) (AUT ETIAM SINE EA EXCEPTIONE:) i. e. „admere quoque alimenta posset.

„l) (SI CRIMEN MORTE DIGNUM FILIUS ADMISERIT, AUT ALIOQUI GRAVITER PECCAVERIT:) „Si impubes est, criminis non est capax; si pubes, „alimenta jure naturæ ei non debentur, etsi non „peccaverit: adeoque gratis hæc dicuntur.

„m) (ET SIT UNDE ALI POSSIT:) Si non sit „unde ali possit, alimenta nec filio impuberi de„bentur, etsi non peccaverit.

„n) SIC RUBEN A JACOBO OB CULPAM PRI„VATUS EST JURE PRIMI NATI:) Minus apte „hoc exemplum hic allegatur: Nam 1) Jacobus non „disposuit de regno patrimoniali; nedum 2) pri„mogenituram filio Ruben aufert, nam contra„rium apparet ex *Gen. XLIX. v. 4.* ubi eum no„minat primogenitum suum. Quod vero 3) Judæ „promiserit regnum id de futuro regno Judæorum „intelligit quod Jacobus non habuit, & Judam ha„biturum prædixit.

o) (Grot.) (ADONIA REGNO A DAVIDE:) Erat enim regnum illud velut patrimoniale Davidi, non quidem belli jure, sed Dei ipsius dono. (At non ob culpam exclusus est regno *Adonia*: antequam enim regiam dignitatem adfectasset, jam *David* pollicitus erat *Bathseba*, matri *Solomonis*, se hunc successorem suum declaraturum, fidemque datam jurejurando firmavit, 1. *Reg.* I, 17. quod Deus etiam sibi placere significaverat, 2. *Paralip.* XXII, 9. 10. 11. Deinde reges Hebræorum in designando successore suo liberrime egisse, & nullam fere ordinis nascendi rationem habuisse, ex tota historia supra adparet. *J. B.*)

ADDITIO.

„Verum est Adoniam fuisse fratrem Solomonis „natu majorem, *2. Reg. II. v. 22.* indeque ad re„gnum jure aspirasse *c. 1. per tot.* At jussu divi„no Solomo delegatus fuit ut succederet, & ædes „sacras exstrueret *1. Paralip. XXII. v. 8. 2. Reg.* „*VII. v. 13.* ipse quoque Solomo ad hanc conces„sionem divinam provocat *2. Sam. 5. v. 5.* Deus „autem jure supremi dominii jus hominibus quæ„situm auferre potest.

Cæterum verum non est regnum Davidis fuisse patrimoniale, ut Author inferre videtur.

„p) (PRO TACITE EXHÆREDATO:) Tacita ex„hæredatio & jure naturæ & jure civili incognita „est: Exhæredatio enim requirit ut ea nomina„tim fiat. *pr. Inst. Exhær. lib.*

„q) (QUI GRAVE CRIMEN COMMISERIT IN „PATREM:) Jura bonorum ob crimen non ipso „jure auferri alibi vidimus: Sed & dictum est fru„stra quæri, an filius ob crimen commissum a patre „exhæredari possit in regno patrimoniali, cum ta„les reges, qui regnum in patrimonio habeant, „non dentur.

„r) (SI NULLA SUNT CONDONATÆ CULPÆ „INDICIA:) Gratis hæc dicuntur de regno patrimo„niali, quale non datur intuitu regis.

„s) (SED IN NON ALIENABILIBUS:) i. e. in „regnis ex voluntate populi quæsitis: quo etiam „pertinere diximus regna bello devicta, quæ po„pulus curæ regis committit.

„t) (QUANQUAM HÆREDITARIIS:) i. e. quæ „gradu proximiori deferuntur, non lineæ: *§. 14.* „*§. 17. & 22. pr.*

„u) (IDEM NON PROCEDET:) i. e. exhæreda„ri filius nequit.

„v) (QUIA POPULUS VIAM QUIDEM ELEGIT „HÆREDITARIAM:) i. e. hæreditarium ordinem „succedendi. *Vid. §. 19.*

w) (Grot.) (SED HÆREDITARIAM AB INTESTATO:) Non testamento: non adoptione: vide de Neapolitano regno *Marianam* libro XX.

ADDITIO.

„Atque ex hac ratione negat Author regem testa„mento de regno disponere, & filium exhæredare „posse: At vera ratio cur id fieri non possit hæc est, „quia testamenta sunt juris civilis, & natura inco„gnita; at exhæredatio non nisi testamento fieri „potest. *Vid. §. præced.*

„x) (MULTO MINUS EXHÆREDATIO PROCEDET „IN LINEALI SUCCESSIONE:) i. e. ubi hæreditas „defertur non juxta gradus proximitatem, sed singulis lineis, cum lege transmissionis.

„y) (UBI NULLA IMITATIONE HÆREDITATIS:) „Nam in lineali successione non obtinet hæredita„ria successio, adeoque nec jus repræsentandi, sed „jus transmittendi futuram successionem. *Vid. §.* „*22. pr.*

„z) (EX DONO POPULI PERVENIT AD SINGULOS, PRÆSCRIPTO ORDINE:) Nam ex hypothesi „Authoris successio a natura est hæreditaria; vel

§. XXVI.

[a] Similis eſt quæſtio, an abdicari poſſit regnum, aut jus ſuccedendi in regnum. [b] Et quin pro ſe quisque abdicare posſit non eſt dubium: [c] an & pro liberis, magis controverſum, [d] ſed quod eadem diſtinctione expediri debet. [e] Nam in hæreditariis [f] qui jus a ſe abdicat, in liberos nihil poteſt transferre; [g] at in lineali ſucceſſione patris factum nocere non poteſt liberis natis, [h] quia ſimul atque exiſtere cœperunt jus proprium eis quæſitum eſt ex lege: [i] ſed nec naſcituris, quia impedire non poteſt quin ad illos quoque [k] ſuo tempore ejus pertineat [l] ex populi dono. [m] Neque obſtat de transmisſione quod diximus: eſt enim ea transmisſio neceſſaria, non voluntaria, ad parentes quod attinet. [n] Illud intereſt inter natos & naſcituros, quod naſcituris nondum quæſitum ſit jus, atque ideo auferri iis posſit populi voluntate, [o] ſi etiam parentes, quorum intereſt

„cujus præfertur is qui, ſive jure proprio ſive jure „repræſentationis, proximus eſt.

a) (SIMILIS EST QUÆSTIO:) Quæritur, an quis poſſit regno ſe abdicare? Author iterum diſtinguit inter regna patrimonialia, & non patrimonialia; in illis præjudicari poſſe liberi ait, non in his: Nos in neutris præjudicium fieri ſucceſſori dicimus, (niſi noviter ſint quæſita:) Nam liberi jus ſuccedendi non habent a parentibus, ſed ex beneficio primorum acquirentium, quod incipit ex momento quo primus acquirens deficit: Adeo ut nec noceat eis abdicatio patris quamdiu vivit, ſed ſtatim ſuccedunt, quia omne jus patris abdicatione finitur.

„b) (ET QUIN PRO SE QUISQUE ABDICARE „POSSIT NON EST DUBIUM:) Modo fiat conſen„ſu populi: exempla in Chriſtina Regina Sueciæ; „in Sigismundo rege Poloniæ; & nuper in Phi„lippo IV. rege Hiſpaniæ exſtant. Conf. *Cabedo* „*part. 2. Dec. regn. Luſ. 40. n. 8.* Secus igitur ſi „populus diſſentiat: Sane cum Antigonus regnum „abdicare vellet, juſſit populus ut reciperet re„gnum. *Juſtin. 28. 3.* Sed & cum Johannes, rex „Caſtellæ, cedere filio impuberi regnum vellet, pro„ceres noluere. *Mariam. l. 18. c. 13.*

„c) (AN ET PRO LIBERIS:) i. e. an pater „abdicatione ſua jus ſuccedendi liberis auferre „poſſit.

„d) (SED QUOD EADEM DISTINCTIONE EXPE„DIRI DEBET:) Scilicet inter ſucceſſionem hære„ditariam & linealem.

„e) (NAM IN HÆREDITARIIS:) In quibus hæ„reditario ordine ſucceditur §. 69. i. e. juxta proxi„mitatem gradus §. 17.

„f) (QUI JUS ABDICAT IN LIBEROS NIHIL „POTEST TRANSFERRE:) Imo nec in hæreditariis „abdicatio patris nocet filio: quia filius non ſuc„cedit jure patris, ſed ex diſpoſitione primi acqui„rentis.

„g) (AT IN LINEALI SUCCESSIONE PATRIS „FACTUM NOCERE NON POTEST:) Idem eſſe in „ſucceſſione hæreditaria jam vidimus.

„h) (QUIA SIMUL AC EXISTERE COEPERUNT „JUS PROPRIUM EIS QUÆSITUM EST EX LEGE:) „In utraque ſucceſſione liberi jus quæſitum habent „non a patre, ſed ex diſpoſitione primorum ac„quirentium.

„i) (SED NEC NASCITURIS &c:) Recte Au„thor ait, etiam hos jus eventuale ſuccedendi ex pri„morum acquirentium diſpoſitione habere, quan„quam contrarium videatur innuere ſupra *c. 4. §. 10.*

„k) (SUO TEMPORE:) i. e. in caſum nativitatis.

„l) (EX POPULI DONO:) In lineali enim ſuc„ceſſione, nulla imitatione hæreditatis, ex dono po„puli regnum ad ſingulos pervenire, præſcripto „ordine, dixit *§. præced. in fin.*

„m) (NEQUE OBSTAT DE TRANSMISSIONE „QUOD DIXIMUS:) Ei quod Author ſtatuit patrem „in regnis hæreditariis pro ſe & liberis abdicare „poſſe regnum, jure opponi poteſt, *quod liberis* „*jus ſuccedendi quæſitum ſit ex diſpoſitione primo*„*rum acquirentium, quod pater neceſſario in liberos* „*ex ſe natos transmittit.* Neque vera eſt reſponſio „Authoris, quod ea transmiſſio in lineali ſucceſſione „non ſit neceſſaria, ſed ratione parentum voluntaria: „nam cum jus ſuccedendi liberis in caſum *quo na*„*ti fuerint* ex diſpoſitione primorum diſponentium „quæſitum ſit, transmiſſio omnino eſt neceſſaria, „& pater liberis jus ex diſpoſitione tertii quæſitum „facto ſuo auferre illis non poteſt.

„n) (ILLUD INTEREST INTER NATOS ET NASCI„TUROS, QUOD NASCITURIS NONDUM &c.) Imo dif„ferentia hæc vera non eſt: Naſcituris jus quidem „actuale non eſt quæſitum ſed eventuale, ſi naſcun„tur: Exiſtente ergo conditione i. e. natis liberis, „jus illis quæſitum eſt ex voluntate primorum diſpo„nentium, quod nec populus, nec rex illis auferre „poteſt, etſi regnum ſit noviter quæſitum. *Vid. lit. e.*

„o) (SI ETIAM PARENTES, QUORUM INTEREST „JUS AD FILIOS TRANSIRE, ILLUD REMISERINT:) „Dixi

eſt jus ad filios transire, jus illud remiſerint: *p* quo pertinent ea quæ de derelictione ſupra diximus.

§. XXVII.

1. *a* Solet & hoc quæri, *b* an de ſucceſſione regni judicare poſſit,

„Dixi parentes abdicandu regnum pro liberis diſpo„nere de jure alieno, de jure nimirum, quod naſci„turis ex diſpoſitione primorum acquirentium quæ„ſitum eſt: Unde ſimul apparet non ſolius patris in„tereſſe ut jus ad filios transeat, ſed & filiurum „intereſſe ne jus ipſis quæſitum auferatur.

„*p*) (QUO PERTINENT EA QUÆ DE DERELICTIONE „SUPRA DIXIMUS:) *L. 2. c. 4. §. 10.* ubi demonſtra„vimus 1) verum jus, ſed eventuale, naſcituris „quæſitum eſſe, indeque patrem hoc jus ex diſpo„ſitione populi quæſitum eis auferre non poſſe; „2) fruſtra quæri de tacita derelictione, utpote ex „qua nunquam jus auferri poteſt.

a) (SOLET ET HOC QUÆRI:) Autbor quærit, cujus in dubia ſucceſſione ſit judicium? Nos cum Authore dicimus, nec *regis viventis*, nec *populi*, nec *ſucceſſorum* eſſe judicium, ſed armis rem committendam eſſe.

Non enim *regis viventis* judicium eſt, quia ſucceſſores non ex ejus jure ſuccedunt, ſed ex jure primorum diſponentium, quod judicio ſuo illis auferre nequit. Sed & eo tempore, quo de ſucceſſione quæſtio incipit, deſinit judicium regis, utpote jam defuncti: vivente autem rege nulla eſt ſucceſſio, adeoque fruſtranea eſſet deciſio de lite quæ nondum eſt, & de jure quod nondum exiſtit: Etenim ex quo ſuccedendi jus incipit, ſucceſſor ſumma eſt poteſtas, adeoque ſuperiurem non recognoſcit, indeque nec judicem. Sed & porro nec *populus* judex eſſe poteſt, quia omne judicium ſuum in regem ejusque familiam tranſtulit: Denique ipſis *ſucceſſoribus* litigantibus judicium non competere conſtat, quia par in parem non habet judicium: cum igitur inter ſe litigent, tertius aliquis eſſe debet qui litem hanc decidat.

Igitur ut in aliorum ſummorum principum controverſiis ſolius Dei & armorum judicium eſt, ita hic quoque, ſi ſucceſſores diſſident, res armis diſceptanda erit. Unde Hiſtoria nos docet, in pleriſque caſibus, ubi vel populus vel rex vivus judicium ſibi ſumſit, rem effectu caruiſſe, & vel arbitrio vel armis controverſias deciſas eſſe. Ita enim Henricus Luſitaniæ rex judicium ſibi arrogavit, & fratris filium Antonium, qui dicebatur ſpurius, regem nominavit, eumque legitimum, ex clandeſtinis quippe nuptiis natum, aſſeruit; at non obtinuit, quin ipſe Philippo II. id monente abſtinuit. *Thuan. l. 5.* Martinus Arragonius rex ſtatuit quidem ſibi ſucceſſorem Ferdinandum Caſtellæ regem, ex ſorore filium; at 1) ipſe fatebatur ſibi judicium non competere, dum optabat ut eventum habere poſſit, adeoque ſuadendi non jubendi animn ita ſtatuit: 2) a populo ad id rogatus fuit. Sed & 3) poſt mortem acriter res inter ſucceſſores adhuc diſceptata, & nun niſi per arbitros compoſita fuit. *Marian. L. 19. c. 20. in fin.* Henricus III. rex Galliæ, Carolum Burbonum Cardinalem ſibi deſtinavit ſucceſſorem, ſed nullo effectu: & Henricus IV. regnum obtinuit, adeo ut eum regnum ſub certis legibus ei offeretur, reſponderit, nolle ſe a ſubditis ſuis cogi. *Marian. L. 19. c. 20.* Vincentius III. Mantuæ dux, declaravit ſucceſſurem Nivernium, ſed eo non obſtante res armis diſceptata eſt. *Gramm. l. 18. p.* 782.

ADDITIO.

„Gronovius in annotatis ad hunc §. regi viventi „judicium de ſucceſſione ſtatuendi tribuit, ſed ex „frivolis rationibus.

„Ait enim 1) *Regis eſſe conſulere tranquillitati „publicæ, ergo & cognoſcere de ſucceſſione:* Sed „negamus conſequentiam, tum quia jus ſuc„ceſſionis demum poſt mortem regis incipit, ubi „nulla amplius regis cura eſt reipublicæ, nedum ju„dicium; tum quia eo tempore quo ſucceſſio de„fertur partes litigantes ſuperiorem non habent, „nec judicium defuncti agnoſeunt. Accedit quod „hi ſucceſſures ex voluntate primorum diſponen„tium jus ſibi quæſitum eſſe contendunt, quod rex „defunctus ſuo judicio iis auferre non potuit.

„Ait 2) *omnes cauſas dubias regni dependere a „judicio regis viventis: adeoque & judicium de du„bia ſucceſſione.* Reſp. 1) Conſequentia vera non „eſt, nam dubium illud de ſucceſſione incipit de„mum poſt mortem regis, adeoque ad regem vi„ventem judicium ejus rei pertinere nequit. Imo „jus ſuccedendi dependet ex pacto primorum ac„quirentium, non vero ex arbitrio regis viventis, „adeoque hæc cauſa regni non pertinet ad regem „ejusque judicium: hic igitur jus quæſitum ſuc„ceſſoribus prætextu dubiæ ſucceſſionis auferre „non poteſt.

„Neque 3) valet inſtantia Gronovii, *quod lis de „futura ſucceſſione inter duos ſubditos jam vivo re„ge incipiat, cujus proinde cognitio vi imperii ad „regem pertineat:* Nam vere lis non eſt niſi ex „tempore mortis, adeoque ubi omnia regis co„gnitio & judicium ceſſat. Sed & licet vere lis „eſſet, illa tamen oritur ex cauſa quæ ſub regis im„perio non continetur, agitur enim de voluntate „primorum diſponentium, cujus interpretatio regi „non competit. Sane rex prætextu dubiæ ſucceſſio„nis cuique proximiori jus ſuccedendi auferre poſ„ſet.

„Equidem 4) Gronovius affert exempla ubi „rex de futura ſucceſſione depoſuit: uti Darius „Hydaspis filius inter Artabazanem & Xerxem. „*Herod. l. 3. pr.* Darius Nothus inter Artaxerxam „& Cyrum minorem &c. At B. Parens jam obſer„vavit, in pleriſque caſibus effectum non habuiſſe „judicium regis: quod autem attinet ad exempla alla„ta ex Juſtino *L. 2. c. 10.* ex illis apparet rem arbitrio

fit, [c] aut rex qui nunc regnat, [d] aut populus per se aut per judices datos. Negandum utrumque est [e] de judicio jurisdictionis. [f] Nam juris-

„Artaphernis patrui commissam fuisse, eumque cau„sa domi cognita Xerxem præposuisse. Alterum „quod allegatur exemplum plane dubium non „fuit, agebatur enim de successione primogeniti, „cui naturali ratione debebatur successio, etsi pa„tre adhuc privato genitus esset. *Justin. l. 5. c. 11.*

„Neque 5) dici potest periculosam esse ratio„nem, *quod rex vivens successorem obligare non pos„sit, quia ita omnia pacta, fœdera, privilegia* &c. *præ„decessoris revocari possent:* Nam id ex nostra sen„tentia non sequitur: Pacta enim &c. valent intra „fines administrationis, & hactenus successor in„de obligatur. At judicium de successione summa „non est pars administrationis: neque ordo succe„dendi ex arbitrio regis, sed ex voluntate primo„rum disponentium dependet, quam nec inter„pretari quidem rex potest.

„Denique & 6) Gronovius putat regulam illam, „*successorem sub jure imperii non esse*, exceptionem „pati *si lex successionis dubia sit, adeoque uterque suc„cessorum legem ad se trahit*, tunc enim, ait, regem „tanquam legis authorem omnino decidere posse: „At dictum jam est 1) successionem dubiam non esse „nisi post mortem regis, adeoque ex eo tempore „ubi omne jus cognoscendi regis cessat, & ubi suc„cessores inter se disceptantes, tanquam summæ „potestates, judicem non agnoscunt. Sed & quilibet „successor legem successionis certam esse assereret, ad„eoque casus dubiæ successionis nunquam existet. Et „si jus decidendi penes regem esset, etiam in certis„simo jure, existente contradictione, posset proxi„miorem excludere, quod absurdum esset: Deni„que ex præcedentibus constat, regi circa volunta„tem primorum disponentium, ex qua sola ordo „successionis definitur, nullum jus competere, nec „eum jus successoribus quæsitum suo judicio au„ferre posse,

„Cæterum quæstionem hanc, *an ipse rex, dum vi„vit, in causa dubia successionis sit judex competens, „an populus*, olim jam proposuit *B. Parens in „Disp. de just. bell. & pac. regn. Portug.* eamque „his verbis decidit.

„Varie equidem inter gentes id disputatum agi„tatumque in summis orbis imperiis fuit. In „Persarum imperio litem de imperio inter filios a „Dario patre & rege Herodotus *lib. 17. in princ.* „a Darii fratre Artapherne Justinus *lib. 2. c. 10.* „a populo, Plutarchus *de Amor. frat.* decisam re„fert: nisi id ita concililetur, quod alter mediato„ris, alter patris ac regis vices gesserit, populus„que id probaverit. Eadem quæstio, recurrens in„ter Cyrum & Arsicam, seu Artaxerxem Mnemo„na, a patre rege definita dicitur apud Plutarch. „*in Artaxerxe*, quanquam postea nihilominus res „bello commissa fuerit. *Plutarch. ibid.* Cum post „Euphaem Messeniorum regem dubium esset, quis „ex regia Æpyditarum domo succedere deberet, „ipse rex vivus cognoscendi ea de re potestatem „populo dedit, uti ex Pausania citat Grot. *de J. B. „& P. lib. 2. c. 7. §. 27.* In Ægypto Ptolomæum „filio natu minimo regnum contra jus gentium „tradidisse, ejusque rei populo rationem reddi„disse, ait Justin. *lib. 16. cap.* In Anglia Elisabe„tham in Senatu Ordinum Reginam declaratam „dicit Camdenus *in hist. Elis. part. 1. in princ.* cau„samque Reginæ Scotorum Mariæ itidem apud „Ordines tractatam, narrat idem Camdenus *part. „a ann.* 1571. De successione Henrici IV. causam „prolixe agitatam fuisse in comitiis Parisiensibus, „recenset Thuan. *Hist. lib.* 105. Martino Rege „Arragoniæ defuncto, cum plures de regno acri„ter contenderent, partim JCti, partim Theolo„gi arbitri electi, & tamdiu arci inclusi sunt, do„nec de rege convenit. Marian. *lib. 13. in fin.* At„que ex hac ipsa varietate potius apparet, ne„que regi, neque populo, neque conventui ordi„num, hoc judicium proprio jure, atque ad illum „effectum competere, ut eo judicio partes effica„citer obligentur, nisi id jus eis reservatum, vel „legitime quæsitum, vel compromissum in eos „fuerit, cum & ipsa causa successionis in regno, & „ipsæ personæ, quæ reges se esse, summamque „potestatem habere perhibent, alium in se judicem „verum admittere, salva prætensione sua non „possint. In allegatis vero exemplis magis id „obtinuit veneratione patris aut regis, quorum ju„dicio ultro sæpe ex pietate vel verecundia defer„tur, quam juris obligatione. Uti & in exemplo „Angliæ successio Elisabethæ indubia fuit, nec „sententiam de regno, sed parendi promtitudinem, „hoc facto ordines declararunt. In Scotia & Gal„lia res vi & bello potius, atque inter civilia dis„sidia, agebatur. In Arragonia communi placito „in arbitros consensum fuerat. Atque in specie „nostra Henricus in id intentus fuit, ut rationi„bus partium auditis autoritate sua, & persuaso„ria magis quam decretoria potestate, litem si „posset componeret: quemadmodum etiam, par„tibus acriter dissentientibus, atque ad alia remedia „provocantibus, laudabilis hic conatus Henrici ef„fectu caruit.

„*b*) (AN DE SUCCESSIONE REGNI JUDICARE POS„SIT:) Si scilicet post mortem regis inter succes„sores lis metuitur:

„*c*) (AUT REX QUI NUNC REGNAT:) Quod „Gronovius statuit.

„*d*) (AUT POPULUS PER SE:) Quod Grotius „tunc concedit, si de populi primæva voluntate „quæstio incidat: alias aut arbitris rem commit„tendam pie suadet, aut armis disceptandum sta„tuit.

„*e*) (DE JUDICIO JURISDICTIONIS:) Quod effe„ctum obligationis inducere possit, ita ut successo„res acquiescere teneantur? Nam regis jurisdictio „(sive rectius imperium) cessat eo tempore ubi „jus successionis incipit.

„*f*) (NAM JURISDICTIO NON EST NISI APUD „SUPERIOREM:) *Vid. supr.*

„*g*) (SED

jurisdictio non est nisi apud superiorem, non nuda ratione habita personæ, [g] sed causæ simul, quæ spectanda est cum suis circumstantiis. [h] Est autem causa successionis non subjecta regi nunc regnanti; quod inde apparet, [i] quod rex nunc regnans nulla lege obligare potest successorem. [k] Successio enim imperii non est sub jure imperii, [l] ac proinde mansit in statu naturali, [m] quo nulla erat jurisdictio.

2. Attamen si controversi juris sit successio, [n] recte & pie facient qui jus vindicant, si de arbitris inter se conveniant: quod [o] alibi tractabitur. [p] Populus vero omnem a se jurisdictionem in regem & regiam familiam transtulit, nec ea durante ullas ejus habet reliquias. [q] De vero regno loquor, non de principatu. Attamen si de primæva populi voluntate quæstio incidat, [r] non abs re erit populum qui nunc est, quique idem cum eo qui olim fuit censetur, suum super ea re sensum exprimere, qui sequendus erit, [s] nisi satis certo constet olim aliam fuisse populi voluntatem, & ex ea jus quæsitum. [t] Sic Euphaes

„g) (SED CAUSÆ SIMUL, QUÆ SPECTANDA EST „CUM SUIS CIRCUMSTANTIIS:) Sensus est, quod „non sufficiat imperium in personam competere, „sed & in causam: Causa autem dubiæ successio-„nis non subest imperio.

h) (Grot.) (EST AUTEM CAUSA SUCCESSIONIS NON SUBJECTA NUNC REGNANTI:) De Galliæ regno vide *Thuanum* libro CV. anno CIↃ IↃ XCIII. vide & *Guicciardinum*.

„i) (QUOD REX NUNC REGNANS NULLA LEGE „OBLIGARE POTEST SUCCESSOREM:) Tum quia eo „tempore quo jus successoris incipit, desinit jus re-„gis nunc regnantis: tum quia successor jus habet „ex pacto primorum disponentium. Certissimum „ergo est, causam successionis non pertinere ad ad-„ministrationem regni, nec ab arbitrio regis pen-„dere.

„k) (SUCCESSIO ENIM IMPERII NON EST SUB „JURE IMPERII:) Successores enim jus quæsitum „habent ex pacto primorum disponentium, quod „jus a rege vivente eis auferri nequit.

„l) (AC PROINDE MANSIT IN STATU NATU-„RALI:) Sensus est, quod, cum rex nunc regnans „nullam jurisdictionem habeat in successorem, res „maneat in statu naturali, ubi, cessante quippe ju-„risdictione, cuique licet jus suum vi privata tueri: „At veram rationem jam allegavimus, quod jus „succedendi incipiat post mortem, ubi successo-„res nullius jurisdictioni seu imperio subsunt, ad-„eoque solum jus belli obtinet.

„m) (QUO NULLA ERAT JURISDICTIO:) Imo „imperium, adeoque & jurisdictionem, natura „patribus familias a creatore in membra familiæ „delatum esse, alibi probavimus.

„n) (RECTE ET PIE FACIENT QUI JUS VINDI-„CANT, SI DE ARBITRIS INTER SE CONVENIANT:) „Hoc consilii est, virtutis, & honestatis: sum-„mæ autem potestates ad id non tenentur.

„o) (ALIBI:) *L. 3. c. 20. §. 46.*

„p) (POPULUS VERO:) Hactenus Author pro-„bavit, judicium in dubia successione non esse pe-„nes regem: Hic porro probat, nec populi esse ju-„dicium, quia is omne jus & judicium suum in re-„gem ejusque successores transtulit: *Vid. L. 1. ff. „Const. Princ.*

„q) (DE VERO REGNO LOQUOR, NON DE PRIN-„CIPATU:) De imperio loquitur quod jure pro-„prio competit, non quod jure officii, de qua dif-„ferentia late egimus supra *L. 1 c. 3. §. 8.* In „principatu enim, ubi nuda administratio commis-„sa est certæ familiæ, judicium semper populi est, „quia ejus est summa potestas.

r) (Grot.) (NON ABS RE ERIT POPULUM &c.) Sive in conventu ordinum, ut factum in Anglia & Scotia, teste *Camdeno* in annis CIↃ IↃ LXXI. & LXXII. sive per delegatos ad id negotium, ut factum in Arragonia teste *Mariana* libro XX.

ADDITIO.

„Capita populi quæ cum primo acquirente „contraxerunt dudum decesserunt, adeoque fru-„stra voluntas eorum exploraretur: Præterea, „non saltem quæritur de populi, sed etiam de „primi acquirentis voluntate, ex utriusque enim „dispositione jus succedendi oritur: adeoque succes-„sores quoque, ubi de interpretatione voluntatis pri-„mi acquirentis agitur, adhiberi deberent. Nihil „ergo superest quam jus armorum.

„s) (NISI SATIS CERTO CONSTET:) Quid si al-„ter successorum neget præsentem populum pri-„mævi populi voluntatem rite explicasse: quid si „asserat olim aliam fuisse populi voluntatem, & „sibi jus ex ea quæsitum esse? Sane judicium præ-„sentis populi hic sine effectu foret, quia summam „potestatem, adeoque judicium non habet, nec „successor cognitioni populi subjectus est: Hinc „etiam merito Gronovius hanc Authoris sententiam „refellit.

„t) (SIC EUPHAES REX MESSENIIS PERMITTIT:) „Apud *Pausan. l. 4. c. 10.*

Pauf. l. IV. c. 10. Euphaes rex Messeniis permisit dispicere quem ex regali Æpytidarum genere regnare oporteret: *n* & de Xerxis & Artabazanis controversia populus cognovit. *Just. lib. II. c. 1.*

§. XXVIII.

Hotom. Ill. q. 2. Tir. de primog. qu. 31. *a* Ut ad alia veniamus, filium qui ante regni adeptionem natus est, *b* in regno individuo * præferendum ei qui in regia fortuna natus est, *c* in quavis successionis specie verum est. Nam ** in regno dividuo *d* haud dubie partem feret, *e* ut in bonis cæteris, *f* in quibus nunquam distinguitur quo tempore sint quæsita. *g* Qui autem partem

„*n*) (ET DE XERXIS ET ARTABAZANIS CONTROVERSIA POPULUS COGNOVIT:) Imo ex compromisso res composita est. Uterque enim in sententiam patrui Artaphernis concessit. *Justin.* „*L. 2. c. 10*

a) (UT AD ALIA VENIAMUS:) Quæstionem hic Author movet celebrem, *An filius, qui ante regni adeptionem natus est, præferendus sit filio qui in regia fortuna natus est?* Author recte ait illum pro primogenito habendum, 1) quia in momento nativitatis jus quæsitum est filio, vi cujus participat de omnibus juribus patris tam præsentibus quam futuris, ita ut eventuale jus habeat succedendi in id quod tempore mortis pater relinquit: Quod 2) inprimis de regno verum esse ex sequenti apparet dilemmate: vel enim filius jus habet ex momento nativitatis, etiam ratione postea quæsitorum, vel non habet: si prius, necessario etiam jus habet in regnum postea quæsitum; si posterius, plane non ad regnum admitteretur, nec si solus existit, nec defuncto eo qui in regia fortuna natus est, cui tamen omnes contradicunt. Sane 3) populus defert regnum principi ejusque familiæ, sub qua etiam continentur jam nati. Idque 4) probatur exemplo Wilhelmi II. qui patri suo Wilhelmo conquestori successit, etsi ante dignitatem patris natus, excluso Henrico: Ita Darius Nothus regem constituit Artaxerxem (etsi privato patre natum) præterito filio Cyro minore: *Plutb. in Artax. c. 2. Just. l. 5. c. 11.*

Idque 5) JCti Romani quoque ita statuunt. *Vid. l. 5. ff. Senat. L. 11. in f. C. Dignit. L. 9. §. 14. ff. Poen. & late Dd. apud Menoch. conf. 677.*

Neque *obstat L. 61. seq. C. de Decur. l. 6. C. Suis & legit.* ubi tantum senatorius filius (non vero ante natus) immunitatem ab oneribus curialibus habet. Resp. singulare hoc est, & in favorem curiarum statutum, ne decuriones deficiant; utpote cum decurionatus, quasi supplicii loco, ob muneris difficultatem, haberetur *vid. Goth. ad rubr. C. de Secur. & ad l. 38. C. Eod.*

Obstat porro *L. 7. C. de principibus agentium in reb.* ubi patre natus nondum cohortali non est cohortalis filius, sed manet in pristina conditione parentis in qua fuit antequam esset cohortalis. Resp. id mere juris civilis est in casu hoc singulari, ut & hi filii ad principatum illum suo merito acquirendum excitentur:

Denique *obstat L. 11. C. de dignit.* ubi filius ante dignitatem editus privatus dicitur: Resp. privatus dicitur non ad effectum jurium, quasi deterioris sint conditionis ac in dignitate nati, (nam contrarium dicitur in *d. l. 11. in fin.* ubi etiam post dignitatem senatoriam vel clarissimatus nati jure eo utuntur) sed ut dignoscantur ab iis qui postea, patre in dignitate constituto, nati sunt: Atque hanc sententiam 6) probant Dd. communiter. *Vid. Duaren. L. 2. Disput. c. 29. Cujac. ad d. l. 11. Arnis. pol. 2. c. 2. Sect. 2. Tholosan. de Republ. 7. c. 9. Hotoman. qu. ill. 2. Vid. disp. nostr. de just. regn. portug. Sect. 2. art. 3. q. 1.*

Equidem exstant in contrarium exempla, ubi filius post adeptum regnum natus, prælatus est filio ante nato: *Vid. Grot. h.* Sed paucissima exempla, quæ cum naturæ ratione pugnant, ac vi plerumque nituntur, nihil probant.

„*b*) (IN REGNO INDIVIDUO:) Quale esse ait „quod ex populi libera voluntate delatum est §. 14. „junct. §. 18. vel etiam patrimoniale, si dictum „est ne dividatur. §. 12. *junct.* §. 13.

„*) (PRÆFERENDUM EI &c.) Ex momento enim „nativitatis spem, adeoque jus eventuale succedendi acquirit in omnia jura patris, quæ moriens relinquit.

„*c*) (IN QUAVIS SUCCESSIONIS SPECIE:) Sive „hæreditaria, sive allodiali si dictum est ne regnum „dividatur, sive lineali:

„**) (IN REGNO DIVIDUO:) Quale regulariter „est regnum patrimoniale §. 12. §. 13.

„*d*) (HAUD DUBIE PARTEM FERET:) Sæpius „dictum est, regna quoque patrimonialia ex voluntate populi deferri regi adeoque esse individua, „indeque fratres partem non ferre.

„*e*)(UT IN BONIS CÆTERIS:) Imo regna nunquam partem bonorum regis esse supra vidimus, „adeoque nunquam in iis succeditur tanquam in „hæreditate privata.

„*f*) (IN QUIBUS NUNQUAM QUÆRITUR QUO „TEMPORE SUNT QUÆSITA:) Quia ex momento „nativitatis jus liberorum succedendi incipit.

„*g*) (QUI AUTEM PARTEM FERRET IN DIVIDUO, ET IN INDIVIDUO ÆTATIS PRIVILEGIO „PRÆFERTUR:) Author ut probet, *natum ante* „*adeptum regnum præferri postea natis*, hoc utitur „argumento: Si is qui ante dignitatem natus est „in regnis dividuis partem fert, sequitur eum in „regnis

partem ferret in dividuo, & in individuo ætatis privilegio præfertur; *h* quare & feudum sequitur filium, qui ante primam vestituram natus est. *i* Sed & in lineali successione simulatque regnum quæsitum est, spes aliqua parta est liberis ante natis: *k* nam fac alios postea natos non esse, nemo prius natos excludendos dixerit. *l* In hoc autem genere successionis *m* spes semel parta jus facit, *n* nec ex post facto cessat, *o* nisi quod ex sexus privilegio suspenditur in cognatica successione. Obtinuit hæc quam diximus sententia in Perside *p* inter Cyrum & Arsicam, *q* in Judæa inter Antipatrum Herodis magni filium & ejus fratres; *r* in Hungaria cum Geissa regnum adiit: & in Germania, non sine armis tamen *s* inter Ottonem primum & Henricum.

Joseph. Antiq. Jud. Lib. XIV. Cap. 2. §. 1. & Cap. IV. & §. 6. Edit. Hudson.

§. XXIX.

a Quod autem Spartæ aliter factum legimus: *b* ex lege propria est ejus populi, *c* quæ ob educationem magis accuratam natos in regno præ-

„regnis individuis necessario totum acquirere: quia „si capax est pro parte, capax etiam est ratione to„tius: Atqui verum prius: Ergo &c. At dictum „est regna, etiam bello quæsita, esse individua: „adeoque ante dignitatem natum solum succedere. „Si autem quædam regna dividua facta sunt con„sensu populi, verum omnino est ante dignitatem „natum partem facere.

„*h*) (QUARE ET FEUDUM SEQUITUR FILIUM „QUI ANTE PRIMAM VESTITURAM NATUS EST:) „Quia feudum itidem non tantum primo acqui„renti, sed omnibus ejus descendentibus defertur, „sub quibus continentur etiam jam nati:

„*i*) (SED ET IN LINEALI SUCCESSIONE SPES „ALIQUA PARTA EST LIBERIS ANTE NATIS:) „Nam hic quoque liberis ejusdem lineæ ex mo„mento nativitatis jus eventuale quæsitum est suc„cedendi in omnia jura patris, quæ moriens reli„cturus est.

„*k*) (NAM FAC ALIOS NATOS NON ESSE, NE„MO PRIUS NATOS EXCLUDENDOS DIXERIT:) „Sensus est, quod ante dignitatem nati, si alii po„stea nati non fuissent, extra omne dubium succes„suri fuissent: Cum igitur natura successionis sint „capaces, idque jus ex momento nativitatis ipsis „quæsitum sit, postea nati ipsis hoc jus semel quæ„situm, capacitatem nimirum succedendi, auferre „non possunt.

„*l*) (IN HOC AUTEM GENERE SUCCESSIONIS:) „Nimirum in successione lineali.

„*m*) (SPES SEMEL PARTA JUS FACIT:) Propter „jus transmittendi successionem futuram, quasi de„latam: lege scilicet ex spe jus quoddam verum „excitante, sed conditionale. *Vid. supr.* §. 22. *n.* 1.

„*n*) (NEC EX POST FACTO CESSAT:) Scil. ex eo „quod alii liberi superveniant durante dignitate, „quia hæc supervenientia jus semel quæsitum au„ferre non potest.

„*o*) (NISI QUOD EX SEXUS PRIVILEGIO SUSPEN„DITUR IN COGNATICA SUCCESSIONE:) Adeoque „jus omnibus liberis ex momento nativitatis quæri„tur, sed salva sexus & ætatis prærogativa in qua„libet linea; adeoque spes filiæ suspenditur per „nativitatem filii.

p) (Grot.) (INTER CYRUM ET ARSICAM:) Cui nomen factum Artaxerxi Mnemoni. Vide *Plutarchum* Artaxerxe.

ADDITIO.

„Historiam etiam refert *Justin. l. 5. c. 11.* Adeo„que duplici jure præferebatur Artaxexes Cyro Mi„nori; 1) jure primogenituræ, 2) ex dispositione „patris.

„*q*) (IN JUDÆA INTER ANTIPATRUM HERODIS „M. FILIUM:) Apud *Joseph. Antiq. L. 16. c. 6.*

„*r*) (IN HUNGARIA CUM GEISSA REGNUM ADIIT:) „*Guthberl. Chronol. pag. 386.* Geissa autem erat „filius Belæ major in privata fortuna natus. *Vid.* „*Blond. L. 6. dec. 2.*

s) (Grot.) (INTER OTTONEM I. ET HENRICUM:) Vide hac de re *Sigebertum*, & notata ad librum III. Wittikindi. Bajazetes & Gemes inter se de Turcico regno certarunt; major natu Bajazetes, at Gemes natus imperanti; prævaluit Bajazetes. *Mariana* libro XXIV. (*Cap. 21.*) Constantinus Ducas imperium reliquit filiis, quorum duo privato erant geniti, tertius πορφυρογέννητος. Zonarus. (*Lib.* XVIII. *Cap. 9. Ed. Reg.*) Vide *Corsetum* tract. de prole regali III. parte, quæstione 26.

„*a*) (QUOD AUTEM SPARTÆ ALITER FACTUM „LEGIMUS:) Demaratus id asserit apud *Just. l. 2.* „*c. 10. Herod. L. 7. pr.* Unde simul apparet Au„thorem sibi contradicere, dum ait, apud Heracli„das successionem linealem aguaticam obtinuisse „§. *seq.* Atqui in tali successione primogenitus „semper in spem quoque succedit. §. 22 & 23.

„*b*) (EX LEGE PROPRIA EST EJUS POPULI:) „Adeoque ex mera ratione civili.

„*c*) (QUÆ OB EDUCATIONEM MAGIS ACCURA„TAM:) Majori enim cura educari dixit filios regum „quam filios privatorum, §. 22. *n.* 2.

„*d*) (si

præferebat. Idem accidere poterit ex peculiari lege vestituræ primævæ, [d] si imperium detur in feudum vasallo & ex eo nascituris: quo argumento [e] nixus videtur fuisse Ludovicus adversus Galeatium fratrem in controversia ducatus Mediolanensis. [f] Nam in Perside Xerxes, qui contra fratrem Artabazanem obtinuit regnum, ut Herodotus notat, [g] potentia Atossæ matris magis quam jure valuit. Atque in eadem Perside cum eadem postea controversia nata esset, [h] ut jam attigimus, inter Artaxerxen Mnemona & Cyrum, Darii & Parisatidis filios, Artaxerxes ut natu major, quanquam in privata fortuna genitus, rex dictus est.

Lib. VII. c. 3.

§. XXX.

I. Non minus agitatum [a] etiam bellis & [b] pugnis singularibus, [c] an nepos ex filio priore filio posteriori sit præferendus. Sed hoc [d] in lineali successione difficultatem nullam habet: [e] ibi enim mortui pro

Hot. III q. 3. Tiraq. de prim. q. 40. Molin. de prim. l. III. c. 6.

„d) (SI IMPERIUM DETUR IN FEUDUM VA„SALLO ET EX EO NASCITURIS:) Vix invenietur „talis formula in literis investiturarum, utpote „cum feuda concedi soleant vasallis eorumque *li„beris* vel *heredibus*; quibus formulis comprehen„duntur etiam *jam nati*. Si vero talis lex in spe„cie dicta sit, *ut soli nascituri* succedant, liberi na„ti vi pacti excluduntur.

„e) (NIXUS VIDETUR FUISSE LUDOVICUS AD„VERSUS GALEATIUM:) Causabatur Ludovicus se „natu quidem minorem sed patre jam duce natum „*Jov. 2. hist. p. 92.* Add. Gerardus de Roo, apud „*Boecl. in not. h.*

f) (Grot.) (NAM IN PERSIDE XERXES:) Imo & Xerxi socius regni factus Artaxerxes, non autem Darius & Hystaspes, majores, sed ante adeptum imperium geniti. (Vide PETAVIUM, *Doctrin. Tempor.* Lib. X. c. 25. & *Rationar.* Part. II. Lib. III. c. 10.) At forte verum est regnum Persidis pependisse a populi suffragiis, sed inter gentem regiam conclusis. Nam id de Arsacidis, qui Parthi Persis imperavere, tradidit *Ammianus* libro XXIII. (cap. 6. p. 377. *Ed. Vales. Gron.*) & de Persis, qui iisdem Parthis successere, *Zonaras* in Justino. (Lib. XIV, *cap.* 5. ubi id tantum dicit, *Cavadem Persarum* Regem, *Chosroæ* filio suo natu minimo destinasse imperium, exclusis filiis natu majoribus.)

ADDITIO.

„Supra jam dictum est, post mortem patris rem „compromisso decisam fuisse. *Justin. l. 2. c. 10.*

„g) (POTENTIA ATOSSÆ MATRIS:) In cujus fa„vorem Demaratus distinctionem illam allegavit: „*Herod. l. 7. pr.*

„h) (UT JAM ATTIGIMUS:) Inter Artaxerxem „& Cyrum minorem. *Just. L. 5. c. 11.* Unde hic „bello quoque succubuit. *ibid.*

(AD §. XXX.) Postquam Author principia juris & ordinis naturalis in causa successionis posuit, jam casus singulares proponit, quorum decisio tota ex eis quæ *supra §. 12.* diximus, dependet.

„a) (ETIAM BELLIS:) Vix quæstio de succes„sione regnorum mota est, quæ non armis disce„ptata fuit.

„b) (PUGNIS SINGULARIBUS:) Exempla vide „infra *c. 23. §. 10. & l. 3. c. 20. §. 43. Hottom. ill.* „*q. 3.*

c) (Grot.) (AN NEPOS EX FILIO PRIORE FILIO POSTERIORI SIT PRÆFERENDUS:) Vide *Choppinum* de Domanio lib. II. *Thomam Grammaticum* decisione Neapolitana I. *Johannem de Cirier* de Primogenitura, qui liber insertus est in Oceanum juris. *Marianam* libro XX. (Cap. 3.) & libro XXVI. Cromerum libro XXX.

ADDITIO.

Schema hoc esto:



Quæritur, an mortuo rege a. ejusque primogenito b. hujus filius d. præferatur patruo. c, Author id affirmat in *lineali* successione, negat in *hereditaria*, quia hic ex proximitate gradus succeditur. Verum in præcedentibus demonstravimus, nullam aliam natura in regnis cognitam esse successionem, præter linealem agnaticam; Eamque tamdiu obtinere, donec alius successionis ordo voluntate populi statuatur. Adeoque nepos d. semper præfertur patruo. c. Quia b. jus succedendi eventuale quod habuit transfert ad omnes descendentes, etiam cum sua prærogativa, qua præferebantur omnibus fratribus posterioribus.

Neque *obstat* 1) Quod jus tributum sit primogenito, quia *ætate* potior est; Patruus autem ætate major est. Resp. Non de ætate agitur, sed de jure ætati quæsito, hoc transfertur ad omnes descendentes;

Obstat 2) Primogenituram esse aliquid personalissimum, quod cum personæ exstingui videtur. Resp. jus quod primogenituræ cohæret transmittitur ad descendentes liberos.

„d) (IN LINEALI SUCCESSIONE &c.) At suc„cessio in regnis semper est linealis.

„e) (IBI ENIM MORTUI PRO VIVIS HABEN„TUR:) Vide supra §. 20. Quod aliter se habere ait „in

pro vivis habentur in hoc, ut jus in liberos transmittant: * quare in tali successione f sine ullo ætatis respectu præferetur filius, g imo in cognaticiis regnis & h filia primo nati: i quia nec ætas nec sexus efficiunt, ut deferatur linea. k At in hæreditariis, l dividuis m concurrent ad partes, nisi in istis regionibus n ubi subitio in locum non observatur, o ut olim in Germania apud populos plerosque; p sero enim nepotes admissi sunt cum filiis in hæreditatem. q At in dubio credendum potius est locum esse vicariæ isti successioni, r quia natura ei favet, ut supra diximus.

Wittieb. Sax hist. 11 p. 18. Ed Weeb. 577. Molin. de prim. l III. c. 8.

2. s Quod si aperte jure civili regionis introducta sit subitio in locum mortui parentis. t locum habebit etiam si in aliqua lege proximi fiat mentio. u Rationes quæ ex legibus Romanis adferuntur ad hanc rem minus firmæ sunt; quod apparebit leges ipsas inspicienti. v Sed hæc

„in successione hæreditaria. §. 17. §. 18. *n.* 2. & §. „22. *n.* 1.

„*) (QUARE IN TALI SUCCESSIONE:) Scilicet „lineali.

„f) (SINE ULLO ÆTATIS RESPECTU PRÆFERE„TUR FILIUS:) Nam ex gradu parentis præmortui, „adeoque ex ejus jure, & ætatis prærogativa succedit.

„g) (IMO IN COGNATICIIS REGNIS:) i. e. ubi „filii & filiæ lineæ primæ, præferuntur masculis „secundæ lineæ, *Vid.* §. 22.

„h) (FILIA PRIMO NATI:) Ita ut filia ex filio „præferatur filio ex filia, *Vid.* §. 22. *n.* 1.

„i) (QUIA NEC ÆTAS NEC SEXUS EFFICIUNT „UT DEFERATUR LINEA:) Cum enim jus succe„dendi lineæ cohæreat, quamdiu aliquis, sive mas „sive fœmina, ex prima linea superest, secunda li„nea non succedit. *vid.* §. 22. ubi *ob sexum & „ætatem nunquam transiri de linea in lineam* dixit.

„k) (AT IN HÆREDITARIIS:) i. e. ubi juxta „proximitatem gradus succeditur: ibi enim nepo„tem ex filio postponi patruo putat, si regnum „est individuum.

„l) (DIVIDUIS:) Regnum hæreditarium regula„riter individuum esse supra §. 14. asserit Au„thor: at populi consensu dividi posse: Tali igi„tur lege statuta, quæritur an nepotes ex filio primo„genito præferantur patruis viventibus? Negat id Au„thor in iis locis ubi jus repræsentandi non obtinet.

„m) (CONCURRENT AD PARTES:) Quia nepotem „ex filio priore subire in locum patris putat: Uti „igitur pater in partem admissus fuisset, si vixisset, „ita & ejus filius: Si nimirum jus repræsentationis „obtinet, & regnum est dividuum.

„n) (UBI SUBITIO IN LOCUM NON OBSER„VATUR:) In regnis sua natura non obtinere suc„cessionem hæreditariam diximus, adeoque frustra „hæc disputantur.

a) (Grot.) (UT OLIM IN GERMANIA:) Vide quæ supra notavimus ad §. XI. Ea de causa olim in Palatinatu prælatus Rupertus minor Ruperto alteri venienti ex primogenito. Vide apud *Reinkingium* lib. I. class. IV. c. XVII. n. 35.

ADDITIO.

„Frustra de Germanis quæritur, an jus repræsen„tandi locum habuerit in regnis, quia nulla ibi fuit „successio. *Conf.* 1. *feud.* 1.

„p) (SERO ENIM NEPOTES ADMISSI SUNT CUM „FILIIS AD HÆREDITATEM:) Imo nunquam ad„missi sunt in regnis, sive filii sive nepotes:

„q) (AT IN DUBIO CREDENDUM POTIUS EST „LOCUM ESSE VICARIÆ ISTI SUCCESSIONI:) Vi„cariam successionem intelligit quæ fit jure subitio„nis, ubi liberi cum proximioribus concurrentes „in parentum suorum gradum succedunt. *Vid.* „§. 6. §. 17. §. 18. *n.* 2. & §. 22. Sæpius dictum est, „vicariam hanc successionem ratione naturali in „regnis non obtinere: si enim regnum delatum est „familiæ, jus succedendi primogenito in ipso mo„mento nativitatis quæsitum est, in eventum mor„tis parentis: Hoc jus eventuale primogenitus ite„rum in suos descendentes transmittit, nec alii „cum eo concurrunt: Idque tamdiu obtinet donec „appareat populum aliud voluisse:

„r) (QUIA NATURA EI FAVET, UT SUPRA DI„XIMUS:) *Vid.* §. 6. ubi simul demonstravimus jus „repræsentationis ex jure alendi plane non sequi.

„s) (QUOD SI APERTE JURE CIVILI REGIONIS „INTRODUCTA SIT SUBITIO IN LOCUM:) i. e. ut „nepos subeat in locum patris prædefuncti.

„t) (LOCUM HABEBIT ETIAM SI IN ALIQUA LEGE „PROXIMI FIT MENTIO:) i. e. si dictum sit aliqua le„ge, proximos in regno succedere debere: Nam reve„ra proximus est ex jure patris in cujus locum subit.

„u) (RATIONES QUÆ EX LEGIBUS ROMANIS AD„FERUNTUR AD HANC REM MINUS FIRMÆ SUNT:) „Imo rationes juris Romani sunt ipsæ rationes na„turæ, quia nepotes proximi sunt ex gradu & ju„re parentum prædefunctorum, *supra* §. 6 *Vid. Me„noch. Conf.* n. 15. & *Conf.* 357. *n.* 23. *seq.*

„v) (SED HÆC RATIO OPTIMA EST QUOD IN „MATERIA FAVORABILI:) Imo hæc ratio, ex præ„sumtione desumta, mere cerebrina est: Naturali jure „interpretatio, etiam in causis favorabilibus, jus non „facit, omne enim jus naturæ oritur ex dispositione

 „certa

hæc ratio optima eſt, quod in materia favorabili dictionum ſignificatio extendenda eſt ad omnem proprietatem, [w] non vulgarem tantum, ſed & artificialem, [x] ita ut ſub nomine filiorum comprehendantur adoptivi, [y] & ſub nomine mortis mors civilis, quia leges ita loqui conſueverunt. [z] Quare merito proximi nomine veniet is quem lex in proximum gradum perducit. [aa] In regnis vero hæreditariis individuis, [bb] ubi ſubitio in locum excluſa non eſt, neque ſemper nepos, [cc] neque ſemper filius ſecundo genitus præferuntur, ſed uti inter pares, [dd] quippe juris effectu quod gradus adæquatos, potior erit is qui ætate præcedit: [ee] nam in ætatis privilegium non ſuccedi in regnis hæreditariis ſupra diximus. [ff] Apud Corinthios ſuccedebat ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῶν ἐκγόνων, ex liberis defuncti regis is qui natu eſſet maximus, ut ex Diodori Siculi libro ſexto [gg] ſcripſit Georgius Monachus. [hh] Sic & apud Vandalos [ii] cauto, ut hæres eſſet

Procop. bell. Vand. lib. 1. c. 7. 8.

„certa & ex voluntate ſatis declarata: *Vid. Cap.* „*16. §. 10 & 12.*

„*w*) (NON VULGAREM TANTUM SED ET ARTIFICIALEM:) Quod plenius examinabimus *infra* „*c.* 16. §. 10. & 12.

„*x*) (ITA UT SUB NOMINE FILIORUM COMPREHENDANTUR ADOPTIVI &c.) In juribus privatis „id verum eſt. *Laut. comp. p. 18. & ſupra §. 8.* „*lit. l.* At in regnis adoptivi nunquam liberorum „nomine comprehenduntur, nec in regnis patrimonialibus, nec in hæreditariis. *Conf. ſupra §. 12. &* „*§. 15.*

„*y*)(ET SUB NOMINE MORTIS MORS CIVILIS:) „Qua ſcl. civitas & libertas aufertur.

„*z*) (QUARE MERITO PROXIMI NOMINE VENIET IS QUEM LEX IN PROXIMUM GRADUM PERDUCIT:) Senſus eſt, quod *in regnis hæreditariis* „*dividuis*, ſi jure civili regionis introducta ſit ſubitio in locum mortui parentis, proximus etiam vi„deatur qui jure repræſentationis ſuccedit.

„*aa*) (IN REGNIS VERO HÆREDITARIIS INDIVIDUIS:) Qualis regulariter eſſe putat Author. „*Vid. §. 14.*

„*bb*) (UBI SUBITIO IN LOCUM EXCLUSA NON „EST:) Si enim excluſa eſt, ſolam gradus proximi„tatem inſpici putat.

„*cc*) (NEQUE SEMPER NEPOS, NEQUE SEMPER „FILIUS SECUNDO GENITUS PRÆFERUNTUR, SED „UT INTER PARES, POTIOR ERIT IS QUI ÆTATE „PRÆCEDIT:) Nepotem igitur non ſemper patruo „præferri putat, quia etſi ſubeat in locum pa„rentis non tamen ſubit in ejus ætatem. *Vid.* „*§.* 18. *n.* 2. Nec etiam ſemper præferri ſecundo„genitum, quia nepos poteſt eſſe ætate major: At„que hinc concludit, cum uterque gradu par ſit, „eum eſſe potiorem qui ætate prævalet.

„Nos diximus 1) regnum hæreditarium dividuum „in ſenſu Authoris non dari: & 2) natura aliam „ſucceſſionem, præter linealem & quidem agnati„cam, cognitam non eſſe: adeoque 3) nepotem ex „primogenito ſemper præferri ſecundo genito ſeu „patruo, etſi ætate majori. At ſi 4) voluntate po„puli filii omnes ſimul ſuccedunt, adeoque linealis „ſucceſſio ceſſat, negari nequit fratrum liberos „concurrere cum patruo in ſtirpes: 5) Non habita „ætatis ratione, quaſi ille qui ætate major eſt „præferri debeat: uterque enim defuncto æque „proximus eſt. *Vid. lit. ſeq.*

„*dd*) (QUIPPE JURIS EFFECTU QUOAD GRADUS „ÆQUATOS:) Uterque enim defuncto regi eſt in „ſecundo gradu cognatus, alter jure nativitatis, alter „jure ſubitionis.

„*ee*) (NAM IN ÆTATIS PRIVILEGIUM NON „SUCCEDI IN REGNIS HÆREDITARIIS SUPRA DI„XIMUS:) Vid. §. 18. *n.* 2. Cur non? Primogeni„tus in lineali ſucceſſione omne jus ſuum & privi„legium ætatis tranſmittit, fatente ipſo Authore, „cur non in ſucceſſione hæreditaria: ſi priori caſu „privilegium ætatis tranſit in liberos, cur non in „poſteriori caſu? utrobique eadem eſt ratio.

„*ff*) (APUD CORINTHIOS SUCCEDEBAT EX LI„BERIS DEFUNCTI REGIS IS QUI NATU ESSET „MAXIMUS:) i. e. primogenitus; adeoque hoc ex„emplo non probatur nepotem, præmortuo primo„genito, excludi a patruo.

„*gg*) (SCRIPSIT GREGORIUS MONACHUS:) Nam „liber ſextus Diodori, ut & ſequentes, non amplius „exſtant.

„*hh*) (SIC ET APUD VANDALOS:) Gizerichus „enim rex moriens teſtamentum condidit in quo „cum alia multa Vandalis mandaret, juſſit ut impe„rium propinquiori ex genere virilis prolis trade„retur, & ex his qui ætate præcederet. *Procop. L.* „*1. bello Vand. pag.* 190. Apparet ergo hanc ſuc„ceſſionem eſſe mere civilem, teſtamento Gize„richi introductam, & a populo approbatam, qui „ſæpius ad teſtamentum illud provocavit.

„*ii*) (CAUTO, UT HÆRES ESSET QUI SANGUI„NE PROXIMUS ET MAXIMUS ESSET NATU:) Di„ximus hanc ſucceſſionem eſſe ſingularem.

kk) (Grot.)

ſet qui ſanguine proximus & maximus eſſet natu, [kk] prælatus filius ſecundus natu major, filii primi filio. [ll] Sic in Sicilia Robertus prælatus eſt Martelli fratris majoris filio, [mm] non ea propria ratione quam excogitavit Bartolus, [nn] quod feudum eſſet Sicilia. [oo] ſed quod regnum eſſet hæreditarium.

Conr. Veterius, vit. Henr. VII.

3. [pp] Exſtat ſimilis ſucceſſionis vetus in Francorum regno exemplum

Aymo lib. III. c. 62.

kk) (Grot.) (PRÆLATUS FILIUS SECUNDUS NATU MAJOR, FILII PRIMI, FILIO:) Henricus Genzonis filius Gundemundo. De tali ſucceſſione vide quæ ſupra in textu & notis §. XXIV. (*Hanoaicus* ſive *Honnericus*, (non autem *Henricus* (ut hactenus fuerat in omnibus Edd. mendo Typographico) frater erat junior *Genzonis* præmortui, non filius: *Gundemundus* vero filius Genzonis. Dicendum igitur erat, *Honnericum*, filium *Gizerici* natu minorem, prælatum fuiſſe *Gundemundo*, fratris natu majoris *Genzonis* filio: ſicque exemplum veritati hiſtoriæ, ſimul & argumento, congruit. Vide locum *Procopii* adcuratius laudatum quam a *Grotio* fuerat, & a BODINO, de *Rep.* Lib. VI. cap. 5. pag. 1145. unde errorem hauſiſſe videtur noſter. *I. B.*)

ADDITIO,

„Gizericho mortuo, filius ejus ſecundo genitus „ſucceſſit, etſi ex primogenito Genzone, (qui „præmortuus erat) liberi ſuperſtites eſſent, Gun„debandus nimirum, Gilimer, & Amata. *Procop. d. l.*

„*ll*) (SIC IN SICILIA ROBERTUS PRÆLATUS „EST MARTELLI FRATRIS MAJORIS FILIO:) Ve„cerius in vita Henrici VII. (*apud Urstis Script.* „*rer. Germ. Vol. 2. p. m. 69.*) ait, Robertum re„ſponſis prudentum, & pontificia pronunciatione „quadam annixum, compendium hæreditatis obti„nuiſſe.

„*mm*) (NON EA PROPRIE RATIONE QUAM EX „COGITAVIT BARTOLUS &c.) Non invenio locum „ubi Bartolus de lite inter Robertum & Martelli fi„lium agat, ac pro ratione decidendi afferat, *quod* „*Sicilia ſit feudum*: minus enim apte hæc ratio al„legaretur, quia jure feudali quoque nepos ex pri„mogenito præfertur patruo: *B. Par. Hyp. Jur.* „*feud. tit. 10. §. 18.* Id ſolum evolventi Bartolum „occurrit, quod probet ſententiam papæ (qui deci„ſum Imperatoris, quo damnat Robertum regem „Siciliæ, ſuſtulit,) ex ea ratione, quia Sicilia eſt feu„dum papæ, unde concludit Imperatorem nec ci„tare Robertum nec condemnare potuiſſe: *Bartol.* „*in tract. ſuper conſtitutione, qui ſunt rebelles. n. 7.* „*qui exſtat inter Conſilia fol. m. 85.*

„*nn*) (QUOD FEUDUM ESSET SICILIA &c.) Pa„pa enim feudi jure Siciliam ſibi vindicat. *B.* „*Par. Jur. publ. prud. c. 6. §. 22.*

„*oo*) (SED QUOD REGNUM ESSET HÆREDITA„RIUM:) Unde hoc conſtat? Natura talis ſucceſſio „non obtinet, nec lege talis ordo ſuccedendi ulli„bi in regno Siciliæ ſtatutus eſt: ſed omnia nutu „papæ fiebant durante bello inter imperium & ſa„cerdotium. *B. Par. d. l.*

„*pp*) (EXSTAT SIMILIS SUCCESSIONIS VETUS IN „FRANCORUM REGNO EXEMPLUM IN GUNTRANO:) „Imo nunquam ſucceſſio hæreditaria in regno Fran„ciæ obtinuit, neque unquam ibi talis lex ſtatuta fuit, „ut hæres eſſet qui ſanguine proximus, & maximus „eſſet natu: Neque id probatur exemplo Guntrani, „vel potius Guntranni, cujus litis ſchema hoc eſt;

„ Chlotarius,

„Charibertus, Guntrannus, Chilpericus, Sigebertus.

„ Childebertus.

„Mortuo nimirum Chlotario, quatuor ejus filii inter „ſe diviſerunt regnum Franciæ, eoque quatuor regna „conſtituerunt. *Aymon. Hiſt. Franc. l. 3. c. 1.* Mori„tur primum Charibertus *d. l. 3. c. 2.* Mox interfi„citur Sigebertus, relicto filio Childeberto, *ibid. c.* „*12. & 14.* Chilpericus, patruus Childeberti, eripue„rat partem nepoti ſuo ex hæreditate Ariberti debi„tam, nimirum provinciam Turonenſem. Mortuo „Chilperico alter patruus Guntrannus has urbes oc„cupabat: *Aymon. d. l. c. 62.* Childebertus ad Turo„nenſes legatos mittebat, rogans, ut in fidelitate „ſua permanerent: at reſpondit Gregorius Epiſco„pus, cauſam Guntranni ſecutus, *poſt fratrum obi*„*tum omne regnum Francorum deberi Guntranno, ut* „*quemadmodum Clotharius pater ejus ſuper proprios* „*filios, ſic Guntrannus ſuper nepotes ſuos principare*„*tur:*

„*Primo* igitur notandum eſt; exemplum hoc ad „§. ſeq. pertinere. Hic enim agitur de ſucceſſione „avi, an nepos ex filio priore filio poſteriori ſit „præferendus: cum exemplum loquatur de caſu, „ubi mortuo dudum avo plures fratres exiſtunt, „& decedente uno fratrum, concurrunt & fratres „& fratrum filii, de quibus caſibus §. 31. & 32. „agetur.

„*Deinde*, ratio Epiſcopi cum principiis juris na„turalis pugnat: regnum enim fuit dividuum, ad„eoque nepos ſuccedere omnino jure patris putum: „Ipſe Epiſcopus inepte Childebertum agere ajebat, „quod putaret ſe tantu principi reſiſtere poſſe; ad„eoque vi omnia agi ipſe innuit.

„Sed & *tertio* Guntrannus, cum Childebertus „patris hæreditatem per legatos repeteret, non uſus „eſt eo argumento, ſed ad pacta, & quod Chil„debertus jura ſua ei ceſſerit, provocavit. *Aymon.* „*d. c. 62.*

„*Quarto*: Tunc demum acquievit Childeber„tus, poſtquam a Guntranno adoptatus, & totius „Franciæ hæres declaratus fuit. *ibid. c. 68. & 76.*

emplum in Guntrano, [qq] sed id ex electione potius populi contigit, quæ ex eo tempore nondum plane desierat. [rr] At postquam sine ulla electione linealis agnatica successio introducta est, res caret controversia, [ss] ut olim apud Spartanos, ubi ad Heraclidas regno delato similis exstitit successio linealis agnatica: [tt] Ideo Areus ex fratre majore Cleonymo antepositus est. [uu] Sed & in cognatica lineali successione præferetur nepos: ut in Anglia [vv] Joannes Eduardi nepos ex primogenito, ejusdem Eduardi filiis Hemoni & Thomæ; [ww] quod & in Castellæ regno lege cautum est.

Plutarch. Lycurg. p. 40. Justin. III, 2. Pausan. III. c. 6.

§. XXXI.

[a] Pari distinctione respondendum est ad quæstionem inter fratrem

„qq) (SED ID EX ELECTIONE TOTIUS POPULI „CONTIGIT, QUÆ EO TEMPORE NONDUM PLANE „DESIERAT:) Verum non est Guntrannum a popu„lu electum esse: Nam primo patri suo Chlotario „in parte Franciæ, quæ regnum Aureliacense voca„tur, successit. *Aymon. L. 3. c. 1.* Sed & in ea par„te regni, de qua cum Childeberto ei lis erat, non „vi electionis, sed ex jure cesso Childeberti, jus si„bi arrogabat. *d. c. 62.*


„rr) (AT POSTQUAM SINE ULLA ELECTIONE „LINEALIS AGNATICA SUCCESSIO INTRODUCTA „EST:) Imo in Gallia nunquam alia successio obti„nuit quam linealis agnatica, quæ & naturalis „est.

„ss) (UT OLIM APUD SPARTANOS, UBI AD HE„RACLIDAS REGNO DELATO SIMILIS EXSTITIT „SUCCESSIO LINEALIS AGNATICA:) Lycurgus „enim cum fratri suo Polybitæ Spartanorum re„gi successisset, regnumque sibi vindicare posset, „(populo eum ad successionem vocante) Carillo „filio Polybitæ posthumo, cum ad ætatem adultam „pervenisset, regnum summa fide restituit; ut in„telligerent omnes, quanto plus apud bonos pietas „quam omnes opes valerent. *Justin. l. 3. c. 2.* quam „historiam quoque recenset Pluthar chus *in Lycur„go in pr.* ubi ait, *quod ubi primum comperit Ly„curgus* (scilicet fratris defuncti uxorem gravidam „esse) *ad fœtum conceptum pertinere regnum, si „quidem masculus existeret, affirmans, ipse tutoris „loco regnum administravit.*

„Cæterum Gronovius bene notat, Authorem „sibi hic non constare. Apud Heraclidas enim „exstitisse successionem *linealem agnaticam* hic ait, „cum tamen alibi asseruerit, filios ante dignitatem „natos apud eosdem postponi eis qui in regia di„gnitate nati sunt. *Vid. §. 29.* At si successiu *linea„lis agnatica* obtinuisset, omnino succedere deberent, „quia ex sententia Authoris in hac successione spes „quoque transmittitur. *Vid. §. 22. & 23.*

„Obiter hic adhuc notandum est, Heraclidas fuis„se Lydiæ populum, qui primo ab Eurystheo, de„inde ab Atridis, expulsi occuparunt Spartam &c. „anno ab excidio Trojæ octuagesimo. *Vid. Thu„cyd. Lib. 1.*

„tt) (IDEO AREUS EX FRATRE MAJORE CLEO„NYMO NATUS PATRUO SUO CLEONYMO ANTEPO„SITUS EST:) Schema ita se habet:




„Cum Cleomenes e vivis decessisset, inter Cleony„mum Cleomenis filium, & Areum filium Acro„tati præmortui de regno coorta lis est, & Sena„tus paternum regnum Areo adjudicavit *Pausan. „l. 3. n. 30. p. m. 157.* Unde etsi Pyrrhus impulsu „Cleonymi Spartiatis bellum intulerit, eventus ta„men ejus conatibus non respondit. *Pluth. in Pyr„rho. Justin. l. 25. c. 4.*

„uu) (SED ET IN COGNATICA LINEALI SUCCES„SIONE PRÆFERETUR NEPOS:) i. e. in ea successio„nis specie, ubi juxta lineas succeditur ea lege ut „fœminæ prioris lineæ præferantur masculis secun„dæ lineæ.

vv) (Grot.) (JOHANNES EDUARDI NEPOS:) Vide *Serranum* (p. 195.) Carolo Sapiente: & *Marianam* libro XVIII. qui ab Eduardi filiis ne controversiam quidem motam ait. (c. 1.) Idem *Mariana* cum libro XIV. (*Cap.* 8.) egisset de controversia inter Alfonsi filium & nepotem ex filio, a conventu ait pro Sanctio filio pronuntiatum, incertum jure an injuria. (*Johannem* Auctor noster dixit, pro *Richardo*, ut vel ex Historicis heic laudatis manifestum est. *Joannes* unus fuit e paternis *Richardi*; alter vocabatur *Edmundus*, non *Hemon*. Vide POLYDOR. VERGIL. *Hist: Angl.* lib. XX. *init.* & Clariss. CLERICI *Bibl. Select.* Tom. XXVI. pag. 1. & seqq. *J. B.*)

„ww) (QUOD ET IN CASTELLÆ REGNO LEGE „CAUTUM EST:) *Vide supra §. 22. n. 1. & Hot„tom. qu. 3.* Conferatur exemplum Alfonsi quod „Author in præcedenti nota allegat.

a)(PARI DISTINCTIONE:) adeoque in hoc schemate



„ordo succedendi ex hypothesi Authoris variat, ju„xta varia successionum genera: in lineali enim

„suc-

trem ſuperſtitem ultimi regis, & fratris majoris filium; niſi quod ſciendum eſt [b] multis in locis inter liberos ſucceſsionem in gradum mortui eſſe receptam, [c] ubi recepta non ſit in limite transverſo. *Sed ubi jus non eſt manifeſtum, [d] in partem eam quæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt, [e] quia eo nos ducit æquitas naturalis, [f] in bonis nempe avitis. Nec obſtat quod hoc jus in fratrum filiis [g] προνόμιον vocat Juſtinianus: id enim facit [h] non ratione habita æquitatis naturalis, [i] ſed juris antiqui Romanorum. Percurramus alias quæſtiones quas profert [k] Emanuel Coſta. Nov. 118. c. 3.

§. XXXII.

[a] Defuncti fratris filium, [b] aut etiam filiam patruo regis præferri ait; recte, [c] non in lineali tantum ſucceſsione, [d] ſed & in hæreditaria L. Tutela, 3. §. ſed ſi ali. quis 5. D. de leg. tutoribus.

ſucceſſione mortuo rege b. præfertur e. (qui nepos eſt ex fratre c.) tertio fratri d. ſi linealis obtinet ſucceſſio.

Sed in *regnis hereditariis dividuis*, ſi jus repræſentationis *obtinet*, (uti obtinere ait in dubio) concurrunt ad pares: adeoque e & d. dividunt imperium æquis portionibus: Si jus repræſentandi *non obtinet*, præciſe proximitas gradus ſpectatur, & d. ſolus ſuccedit. In *regnis hereditariis individuis*, quoties ibi *jus repræſentationis* excluſum non eſt, adeoque ubi e. & d. gradu æquiparantur, præfertur ætate major: *ſi non obtinet jus repræſentandi* ſolus gradus naturalis, ejusque proximitas ſpectatur: i. e. ſulus d. ſuccedit.

Confuſa hæc admodum ſunt, uti totus ſuccedendi ordo ab Authore propoſitus. Diximus paſſim, jure naturali io regnis ſucceſſionem præter linealem cognitam oon eſſe reliqui ordines pactis & uſu recepti ſunt.

„*b*) (MULTIS IN LOCIS INTER LIREROS SUC„CESSIONEM IN GRADUM MORTUI ESSE RECE„PTAM:) Si ſol. in ſchemate noſtro mortuo rege „a. quæſtio eſt inter liberos ejus e. & d.

„*c*) (UBI NON RECPTA SIT IN LIMILE TRANS„VERSO:) Si ſcilicet de ſucceſſione regis b. quæri„tur inter fratrem minorem d. & fratris majoris „filium e. adeoque non inter liberos, ſed in limite „transverſo.

„*) (REO UBI JUS NON EST MANIFESTUM:) „i. e. ubi dubium eſt an jus repræſentandi io limite „transverſo receptum ſit.

„*d*) (IN PARTEM EAM QUÆ LIBEROR PAREN„TIRUR SORROGAT:) i. e. io dubio obtinere jus „repræſentationis.

„*e*) (QUIA EO NOS DUCIT ÆQUITAS NATORALIS:) „In §. præcedenti dixit, *naturam favere juri repræ„ſentationis:* At id nec in privata, nec in regnorum „ſucceſſione admittimus, *Vid. lit. c.*

„*f*) (IN BONIS NEMPE AVITIS:) Non in bonis „noviter quæſitis. *Vid. ſupra §. 9. & 10.*

„*g*) (προνόμιον:) Privilegium. Ut proinde „ſubitio illa io locum parentum non videatur ex „æquitate oaturali oriri, ſed ex lege ſingulari.

„*h*) (NON HABITA RATIONE ÆQUITATIS NA„TURALIS:) Qua ſubitio illa in locum & gradum „parentum non conveniat æquitati naturali.

„*i*) (SED JURIS ANTIQUI ROMANOROM:) Ubi „jus repræſeotationis in limite transverſo cogni„tum ooo fuit: adeoque a Juſtiniaoo demum jure „privilegii collateralibus coocesſum eſt: Sane, cum „natora nulla ſit collateralium ſucceſſio, antiqua il„la conſtitutio juris Romani, qua fratres ad ſuc„ceſſionem admittebantur, ſtrictæ erat ioterpreta„tioois, oeque eis demortuis ad eorum liberos abs„que oova lege extendi potuit.


„*k*) (EMANUEL COSTA:) Qoi jura docuit Sala„mancæ: Exſtant operum ejus volumina duo.

a) (DEFUNCTI FRATRIS FILIUM:) In hoc ſchemate



ultimo rege d. mortuo, nepos ex fratre f. præfertur regis patruo e. quia quamdiu linea b. durat, tamdio c. a ſucceſſione excluditur.

b) (AUT ETIAM FILIAM:) Adeoque in hoc ſchemate



ultimo rege d. mortuo neptem ex fratre f. præferri regis patruo c. putat, ex eadem ratiooe. *Vid. ſupra „§. 22.*

„*c*) (NON IN LINEALI TANTUM SUCCESSIO„NE:) Tam *agnatica*, ſi fratris filius coocurrit „cum regis patruo, quam *cognatica*, ſi fratris filia „cum eodem patruo concurrit.

„*d*) (SEO ET IN HÆREOITARIA IN REGNIS &c:) „Ubi noo juxta proximitatem lineæ ſed gradus ſuc„ceditur: at ubi affectu juris quoad gradum remo„tiores adæquantur.

taria, in regnis ubi ſubitio in locum mortui obſervatur: ᵉ non item ᶠ in regnis quæ verbis præciſis gradum naturalem ſpectant: in his enim vincet ᵍ qui ſexu ʰ aut ætate erit potior.

§. XXXIII.

ᵃ Addit, nepotem ex filio filiæ præferri: recte, ᵇ ob ſexum ſcilicet, cum hac exceptione, niſi quæſtio ſit in ea regione, ᶜ quæ etiam inter liberos gradum ſolum ſpectet.

§. XXXIV.

Adjicit, ᵃ minorem nepotem ex filio præferri nepoti majori ex filia: ᵇ quod in lineali cognatica ſucceſſione verum eſt, ᶜ in hæreditaria non item, ᵈ niſi lex ſpecialis oſtendatur. ᵉ Nec ratio allegata ſufficit,

e) (NON ITEM IN REGNIS QUÆ VERBIS PRÆCISIS GRADUM NATURALEM SPECTANT:) Ibi enim, citra repræſentationem, ſolam proximitatem gradus, adeoque ordinem naſcendi inſpici ait, neptis autem f. gradu proximior eſt ultimo regi.

„f) (IN REGNIS UBI SUBITIO IN LOCUM MORTUI OBSERVATUR:) Quod in dubio credendum „eſſe dixit §. 31. In his igitur quoque regnis *filium* „fratris præferri ait regis patruo: *§. 30. n. 2. pr.* „quia proximior eſt gradu jure repræſentationis.

„g) (QUI SEXU &c. POTIOR EST:) Inter eos „enim qui pariter ad hæreditatem admittuntur, ſive „quia unius ſunt gradus, ſive quia in parentum ſuorum gradum ſuccedunt, præferuntur mares fœmi„nis. *Vid. ſupra* §. 17.

„h) (AUT ÆTATE:) In regnis enim hæreditariis individuis, ubi ſubitio in locum excluſa non „eſt, inter pares (quia ſcil. *juris* effectu adæquati „ſunt) potiorem eſſe dixit eum qui ætate præcedit.

„Nos ſæpius diximus in regnis linealem ſucceſ„ſionem obtinere, ibique ſubitionem in locum „inter collaterales cognitam natura non eſſe.

a) (ADDIT, NEPOTEM EX FILIO FILIÆ PRÆFERRI:) Nam filia jus non habet quamdiu maſculus, licet remotior, ſupereſt: Sed & nepos ex minore filio ſubit in locum patris.

ADDITIO.

„In hoc ſchemate:



„Mortuo rege a. & præmortuo filio b. nepos d. „præfertur regis filiæ c. ex jure prædefuncti patris, „qui ſi vixiſſet, excluſurus erat ſororem c.

b) (OB SEXUM SCILICET:) Nam ex hypotheſi Authoris in *hæreditaria ſucceſſione* mares concurrentes cum fœminis ſemper his præferuntur §. 23. In lineali ſucceſſione *agnatica* fœminæ in perpetuum excluduntur, in *cognatica* fœminæ ſecundæ lineæ non admittuntur quamdiu ex prima lineæ ſive mas ſive fœmina ſupereſt: adeoque *nepos ex filio majori natus ſemper præfertur filiæ.*

c) (QUÆ ETIAM INTER LIBEROS SOLUM GRADUM SPECTET:) Adeoque ubi liberi non ſubeunt in locum patris: (nam aliquando ſubitionem in locum excludi ait *§. 30. n. 1.*) Hoc enim caſu *filiam præferri putat nepoti ex filio:* quia gradu naturali, qui ſolus hic ſpectatur, proxima eſt: At talis mos reginnis probari debe, nam naturali jure liberi ſemper ſuccedunt in jus patris, juxta lineas.

a) (MINOREM NEPOTEM EX FILIO PRÆFERRI MAJORI NEPOTI EX FILIA:) In hoc ſchemata



nepos d. ex filia regis majori b. cum nepote e. ex filio minore c. concurrit, & Author ait nepotem ex filio minori præferri, ſi ſucceſſio linealis cognatica obtinet: Mas enim c. qui ſorori b. præfertur licet majori, jus ſuum tranſmitit ad omnes ſucceſſores capaces: ſupereſt autem nepos e. qui ſucceſſionis capax eſt

„b) (QUOD IN SUCCESSIONE LINEALI COGNATICA VERUM:) i. e in illa ſucceſſionis ſpecie, ubi fœ„minæ lineæ imperantis excludunt maſculos ſequio„rum linearum. *Vid. §. 2.* At toties diximus talem „ſucceſſionem natura non dari, adeoque eam inter „gentes non obtinere, niſi ſpeciatim populus ita diſ„ponat. Iure naturæ ſoli ſucceſſio linealis agnatica „obtinet, in qua fœminæ in perpetuum a ſucceſſio„ne excluduntur.

„c) (IN HÆREDITARIA NON ITEM:) Hæreditaria „ſucceſſio eſt, ubi præfertur is qui gradu proximus „eſt defuncto: Hoc caſu Author ſtatuit utrumque in „partes ſuccedere ſi regnum eſt dividuum, *vid. §. 18.* „Si vero regnum eſt individuum, præferri eum qui „ætate eſt potior. *§. 30. n. 2.* Nos in præcedentibus „probavimus hanc quoque ſucceſſionis ſpeciem „natura cognitam non eſſe.

„d) (NISI LEX SPECIALIS OSTENDATUR:) Ut ni„mirum filiæ non ſuccedant niſi extinctis maſculis „etiam ſequioris lineæ: At non opus eſt talem legem „ſpecialem oſtendi, naturalis is eſt ordo ſuccedendi „in regnis. *Vid. ſupra §. 12. prop. 6. 12. ſeq.* Adeoque „potius oſtendi debet lex, quæ ſucceſſionem hanc „naturalem mutaverit, i. e. hæreditariam fecerit.

„e) (NEC RATIO ALLEGATA SUFFICIT &c.) Imo „ratio veriſſima eſt: Loquitur enim Coſta de ſucceſ„ſione

sufficit, quia pater hujus illius matrem fuerat exclusurus: [f] id enim evenisset ob præstantiam mere personalem, quæ non transit.

§. XXXV.

[a] Quod addit verisimilius sibi videri ut neptis ex filio primogenito filium excludat [b] in regnis hæreditariis recipi non potest, [c] etiam admissa in vicem mortui subitione: [d] ita enim efficit, ut capax sit successionis: [e] sed inter capaces valere debet sexus privilegium.

§. XXXVI.

„cessione naturali quæ nunquam est hæreditaria in „eo sensu quo Author eam sumit, sed talis ut filii „semper excludant filias: Adeoque in casu propo„sito naturale est ut mortuo rege a. filius ejus c. „succedat, exclusa filia majore b. Hoc jus, & hanc „prærogativam c. transfert ad filium e, qui proinde „jure patris excludit & amitam b. & ejus filium d. „Hic enim jus suum a matre b. habet, quæ vero „excludebatur à fratre c. Neque allegari potest „qualitatem sexus & ætatis non transire in descen„dentes, nam dubio huic statim satisfaciemus.

„f) (ID ENIM EVENISSET OB PRÆSTANTIAM „MERE PERSONALEM QUÆ NON TRANSIT:) Re„spondet Author objectioni quam sibi ipse for„mavit: Ait nimirum filium c. si vixisset exclu„surum quidem fuisse sororem b. matrem nepotis e. „sed id eventurum fuisse *ob præstantiam sexus*, eam „autem, cum mere personalis sit, in liberos non „transmitti. Nam qualitatem & sexus & ætatis, „quatenus a populo consideratur, ita personæ „adhærere putat, ut avelli inde nequeat. *Vid.* §. 18. „*n.* 2.

„Nos supra demonstravimus fœminas, si ex dis„positione populi ad successionem vocantur, nun„quam admitti nisi exstinctis omnibus liberis ul„timi regi masculis, unde necessario sequitur: „etiam in hæreditaria successione nepotem ex „filio minore e, præferri nepoti ex filia majori „d. Filius enim c. jus suum excludendi sororem b. „transmittit ad suos liberus

„Adeoque responsio Authoris non evertit argu„mentum quod in contrarium sibi formavit. Nam „1) verum est sexum non transmitti in liberos, sed „jus quod sexui cohæret transmittitur: Sane 2) „naturæ magis repugnaret, si mater b. jus præ„lationis in filium d. transmittere posset, quod „ipsa non habuit: Sed & 3) ipse Author fatetur ne„potem ex filio præferri filiæ ob sexum §. 33. ad„eoque filius jus prioritatis ex sexu quæsitum ad „nepotem transmittit.

a) (QUOD ADDIT:) Cosla ait, neptem ex filio primogenito excludere filium, i. e. patruum suum: Grotius id tantum admittit in regnis hæreditariis. At ex ante dictis apparet neptem illam nec in regnis hæreditariis succedere posse quamdiu mas ex rege superest.

ADDITIO.

„In hoc schemate:



„Author recte asserit, rege a mortuo filium ejus c. „excludere filiam d. ex fratre majori b. natam: „Idque verum est etiam in successione lineali. „Diximus enim naturali jure fœminas plane non „succedere in regnis, &, si lege regni admittun„tur, non succedere nisi post omnes descendentes „primi acquirentis masculus.

„b) (IN REGNIS HÆREDITARIIS RECIPI NON „POTEST:) Imo nec in lineali successione quam „Author cognaticam vocat: quod observavimus „supra §. 30. *n.* 1. Neptis enim d. ex filio primo b. „nullum jus succedendi habet nisi exstinctis ma„sculis totius familiæ.

„c) (ETIAM ADMISSA IN VICEM MORTUI SUBI„TIONE:) Adeoque etsi neptis d. succedat jure „repræsentationis in filii b. gradum, eoque ef„fectu juris quoad gradum patruo c. adæquetur, „nihilominus Author patruum præferri ait in suc„cessione hæreditaria. Quod verum est, at non „ideo quod filius b. sexum suum non transmittat, ut „Author putat, sed quia ea est natura imperii „ut fœminæ non succedant, quamdiu masculi „ex primo acquirente supersunt, nisi in dela„tione aliud cautum sit, quod probari debet.

„d) (EA ENIM EFFICIT, UT CAPAX SIT SUC„CESSIONIS:) i. e. ut suo tempore ad successionem „vocetur.

„e) (SED INTER CAPACES VALERE DEBET SE„XUS PRIVILEGIUM:) Nam inter eos qui pariter „in hæreditatem admitterentur semper præferuntur „mares §. 17.

§. XXXVI.

Illesca l. iv. Hist. Pont. cap. 19. Afflict. c. 1 col 5. n. 10. de natura succed. Aguirr. apol. n. 82.

[a] Atque ideo in Arragoniæ regno [b] filius sororis [c] filiæ fratris prælatus est.

§. XXXVII.

[a] Eundemque ad modum [b] in regnis hæreditariis [c] postponenda erit filia fratris maximi natu, fratri regis natu minori.

a) (Grot.) (ATQUE IDEO IN ARRAGONIÆ REGNO FILIUS SORORIS FILIÆ FRATRIS PRÆLATUS EST:) Olim ibi creditum ait *Mariana*, fratrem regis, non filias, debere succedere. Postea vero linealem successionem ita placuisse, ut sororis filius iis, qui ex fratre, sed remotiore gradu, veniebant, præferretur: libris XV, 13. XIX, 21 XX, 2. & 3. Idem libro XXIV. de Alfonso agens: (c. 18.) *Ad Arragonii regni hereditatem nepotes Ferdinandi filiis; ex filia etiam, si mascula proles deesset, filiabus ejusdem præferendos sanxit;* additque: *Sic sæpe ad regum arbitrium jura regnandi commutantur.* Vide eundem *Marianam* libro XXVII, 1.

ADDITIO.

Ex ratione juris naturalis male prælatus fuit; Nam filius fratris utitur jure patris, filius vero sororis, jure matris: Uti igitur frater sororem exclusurus erat, ita & filia fratris filium sororis: Cæterum neutra pars jus succedendi sibi arrogare poterat, quia mas, nimirum dux Orcalensis, adhuc supererat: Atque hinc etiam per transactionem demum lis composita fuit.

ADDITIO.

„Ideo Author in hoc schemate:



„filium sororis d. prælatum esse filiæ fratris e. existimat, quia regnum hoc esset hæreditarium, ubi liberi quidem subeunt in locum parentum non vero in sexum; quia præstantia sexus mere personalis esset, quæ non transeat: quam rationem explosimus supra §. 14.

„Hæc quoque quæstio fuit inter Philippum II. & familiam Bragantinam circa successionem regni Portugallici: ille ex filia minore Isabella, Carolo V. nupta, natus erat, Bragantinus ex filia fratris Eduardi jus habebat, indeque jure patris merito præferendus erat: Equidem Hispanus vi occupavit regnum; at tandem jus suum vindicavit Bragantinus. *Vid. Thuan. lib. 65. Camd. ad an. 1582.*


„*b*) (FILIUS SORORIS:) Ferdinandus.

„*c*) (FILIÆ FRATRIS:) Violandæ.

a) (EUNDEMQUE AD MODUM:) Grotius ait filiam majoris fratris non excludere fratrem regis natu minorem, quia frater regis est masculus, qui, quamdiu superest, omnes excludit fœminas.

ADDITIO.

In hoc schemate:



„mortuo rege b. lis est inter filiam ex fratre majori e, & fratrem minorem d. & quæritur quis præferatur in successione? Author distinguit inter successionem *linealem* & *hæreditariam*. In *priori*, (ubi linea secunda non succedit quamdiu linea prima superest) præferri ait filiam ex fratre majore e. fratri minori d. In *posteriori*, (ubi gradus proximitas spectatur) præferri ait fratrem regis d. Etsi enim filia e. in locum patris e. subeat, id tamen ad eum saltem effectum verum esse ait, ut fœmina capax fiat successionis; at inter capaces præferri sexum §. 35.

„Nos supra diximus jure naturæ successionem linealem obtinere, & fœminas non esse successionis capaces: si vero legibus regni admittuntur, certum est non admitti nisi exstinctis omnium linearum masculis: Adeoque jure naturæ frater d. semper præfertur fratris majoris filiæ e. Nisi in prima delatione alius successionis ordo sit statutus, quod factum esse ab asserente probari debet.

„*b*) (IN REGNIS HÆREDITARIIS:) Ubi proximitas gradus non lineæ spectatur.

„*c*) (POSTPONENDA ERIT FILIA FRATRIS:) Quia patruus d. gradu proximior est: Quod regulariter, & naturali jure, verum non esse dixi, quia præter linealem agnaticam alia successio natura cognita non est.

FINIS PRIMÆ PARTIS.



Pag. 7. Col. 2. lin. fin. pro *sententia* lege *sententiam*.

pag. 8. Col. 2. lin. 28. pro *instigentur*, lege, *infligerentur*.

pag. 10, lit. y. pro *machaorum*, lege *Macharam*.

pag. 15. lin. 8. pro *habemus*, lege *habeamus*.

pag. 17. lit. a. lin. 2. post CONVENIENE:) inseratur: De benefic. Lib. IV. c. 14. *Ut scias per se expetendam esse grati animi affectionem: per se fugienda res est, ingratum esse, quoniam nihil aque concordiam humani generis dissociat ac distrahit, quam hoc vitium. Nam quo alio tuti sumus, quam quod mutuis juvamur officiis? hoc uno instructior vita, contraque incursiones subitas munitior est, commercio. Fac nos singulos, quid sumus? prada animalium, & victima, ac vilissimus & facillimus sanguis: quoniam cateris animalibus in tutelam sui satis virium est. Quacumque vaga nascuntur, & actura vitam segregem armata sunt: hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium, terribilem cateris facit: duas res dedit, qua illum, obnoxium cateris, validissimum facerent, rationem & societatem: itaque qui par esse nulli posset si deduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: societas terris genitum in aliena natura transmisit imperium, & dominari etiam in mari jussit. Hac morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit: hac fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle, & unitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes. Tollitur autem, si efficies ut ingratus animus non per se vitandus sit.*

ADDITIO.

pag, 18. lit. e. post lit. e. adde: (Grot.)

ibid. post PERTINET:) inseratur: Porphyrius de non esu animalium tertio: ἡ δὲ δικαιόσυνη ἐν τῷ ἀφεκτικῷ καὶ ἀβλαβεῖ κεῖ δὲ παντὸς ὄτιῶν ὃ μὴ βλάπτοντος: *justitia in eo sita est ut abstineatur alienis, neque noceatur non nocentibus.* (Pag. 326.)

pag. 21. lit. b. post lit. b. adde (Grotius).

ibid. post DISPENSATIO, inseratur: Agit hac de re Ambrosius de officiis *l. 1. c. 30.*

ADDITIO.

pag. 22. §. 11. lin. 4. pro *inseverit*, lege *inseverint*.

pag. 23. col. 1. lin. 27. pro *notis*, lege *notio*.

pag. 25. lit. c. post c. adde (Grot.)

ibid. post VOLUNTATE:) adde: Inde M. Antonio judice L. IX. ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ: qui injuste agit impius est. (Locus est §. 1. sed ubi agitur de jure naturali, non de jure voluntario, quod ex libera Dei voluntate venit. Plura diximus in Gallicis notis *J. B.*)

ibid. lit. g. post g) adde (Grot.)

ibid. lin. 3. post VOLUIT:) inseratur: Chrysostomus 1. ad Corinthios XI, 3. ὅταν δὲ εἴπω τὴν φύσιν, θεὸν λέγω. ὁ γὰρ τὴν φύσιν δημιουργήσας αὐτός ἐστιν: *cum naturam dico, Deum dico; ipse enim natura est opifex.* (Tom. III. p. 410. edit. Ethn. Sail.) Chrysippus III. de Diis οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδὲ ἄλλην γένεσιν, ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, εἰ μέλλομέν τι ἐρεῖν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν: *non potest inveniri principium aliud aut origo justitia, quam ab Jove & communi natura: inde enim initium duci debet, ubi de bonis malisque disserendum est.* (Apud Plutarchum, de Stoic. rep. pag. 2053.

ADDITIO.

pag. 25. col. 1. lin. 16, pro *quod hac a Deo mutari possint*, lege *quod illud a Deo mutari possit, hac non possint.*

ibid. lin. 30. pro *l. 1. c. 28. n. 4.* lege *l. 1. c. 6. n. 4. & diss. proœm.*

ibid. col. 2. lit, k lin. 4. dele: *jussit*.

pag. 27. §. 15. lin. 6. pro *debebant*, lege *debent*.

pag. 28. lit. b. pro *factis*, lege *pactis*.

ib. lit. 1. pro *promisisse debebant*, lege *promisisse debent*.

pag. 30. Col. 1. lin. pen. pro *qua est filia humana natura approbata a Deo*, lege *jus natura ergo est filia humana natura.*

pag. 33. lit. h. lin. antepen. pro *omisisse se*, lege *omisisse*.

pag. 35. lit. e. lin. 2. pro *nos*, lege *nostra nos*.

pag. 39. lit. b. lin. 29. post *jus*, adde: *non*.

pag. 40. lit. l. lin. ult. pro *prastans*, lege *prastantior*.

pag. 44. §. 29. lin. 2. post *omnibus*, adde *hominibus*.

ibid. lin. 7. pro *contradicenti*, lege *contra nitendi*.

pag. 45. lit. g. lin. 2. pro *illicitas*, lege *licere*.

pag. 46. lin. 4. pro *judicium*, lege *indicum*.

pag. 47. pr. lin. 2. pro *ipsas leges incertas*, lege *totum jus natura incertum*.

pag. 48. § 36. lin. 2. pro *verum*, lege *veterum*.

pag. 49. lit. a. lin. 3. pro *sumcrunt*, lege *sumserunt*.

ibid. §. 38. lin. 3. pro *diffusus*, lege *diffusius*.

ibid. - - lin. 4. pro *Ayla*, lege *Ayala*.

ibid. - - lin. 6. pro *docendi*, lege *dicendi*.

pag. 51. pr. lin. 1. pro *prafatus*, lege *profatus*.

ibid. lin. 2. pro *qui*, lege *qua*.

ibid. lit. i. lin. 2. pro *Hermione*, lega *Hermiona*.

pag. 55. §. 43. lin. 6. pro *adduxit*, lege *abduxit*.

pag. 59. in Addit. lin. 6. pro *genibus*. lege *genua*.

ibid. - - - lin. 7. pro *Eleemosynis*, lege *Eleemosynas*.

pag. 61. lit. 6. lin. 7. post *statui*, adde *putant*.

pag. 63. lit. f. lin. 6. pro *caternum*, lege *caterum*.

pag. 71. rubr. pro *sit*, lege *quid jus?*

pag 74. lin. 1. post *propterea*, adde *uno*.

ibid. lin. 11. post *bellum justum*, adde: *& quod bellum justum sit.*

ibid. lit. m. lin. 8. pro *duoniis*, lege *duonus*.

pag. 77. lit. g. lin. 5. pro *societate rationis*; lege *natura societatis ratione.*

ibid. lit. p. post lit. p) adde (Grot.)

ibid. post *societas*) adde: *ut in Grammaticis alia constructio convenientia alia regiminis.*

ADDITIO.

pag. 79. lit. o. lin. 10. pro *disponendo*, lege *disponendi*.
pag. 84. Addit. lin. 20. pro *hic acquirit*, lege *domini acquirent*.
pag. 86. lin. 4. pro *ad*, lege *ab*
pag. 88. lin. 7. pro *ratione*, lege *notione*
pag. 92. lit. p. lin. 6. pro *cipiis*, lege *principiis*
pag. 108. lit. q. post q) adde (Grot.)
ibid. post *addidi*, adde *Vasquius II. Contr. LIV. 4*

ADDITIO.

pag. 109. lit. bb. lin. 3. pro *non sit modus*, lege *non sint modi*.
pag. 111. lit. f. post f. adde (Grot.)
ibid. post *indistincte*:) adde: *Est apud Plutarchum in Alexandro (pag. 595. A. Tom. 1.)*

ADDITIO

pag. 115. lin. 1. pro *peculiari*, lege *peculiarem*
pag. 117. lin. 3. pro *idem*, lege *item*
ibid. lit. y. lin. 4. pro *de esu sanguinis*, lege *ex lege de non esu sanguinis*
pag. 118. lin. 2. pro *Deut. XXV.* lege *Deut. XIV.*
pag. 126. post lit. qq. in fine, adde: (Grot.) (ET ALTERA DE DECIMIS:) Sic lege hae apud Christianos utitur Irenæus l. 4. c. 34. & Chrysostomus sub finem capitis ultimi prioris ad Corinthios & ad Ephesios
pag. 128. Col. 1. lin. 44. pro *Dea*, lege *Dei*
ibid. Col. 2. lin. 25. pro *insusius*, lege *insulsius*
ibid. lin. a fine 12. pro *ceterum*, lege *caeterum*.
pag. 131. lin. 6. post *judicio*, adde: *sana*
ibid. post *facile*. adde: *sine alia demonstratione*.
ibid. lin. 8. pro *quad*, lege *quid*.
ibid. lin. 13. pro *deflectat*, lege *deflectas*.
ibid. lit. dd. lin. 8. dele: *enim*, & pro *eum*, lege *enim*.
pag. 132. lit. xx. pro *divortium & concubinatum*, lege *leges de divortio & concubinatu*
pag. 133. lit. k. lin. 6. pro *deligenda* lege *diligenda*
ibid. lit. λ. lin. 4. post *conservationi*, adde *juris*
pag. 14. lin. pen. pro *communia pe*, lege *communi ope*
ibid. lit. 6. lin. 3. pro *sensus*, lege *seu jus*
pag. 141. lit. k. lin. fin. pro *Diss.* XX. lege *Diss. X.*
ibid. lit. k. lin. 3. & lin. 6. pro *Disp. VIII.* lege *Disp. IX.*
ibid. lit. r. lin. 7. post *non resistit*, adde, *bellis minus solennibus*
pag. 144. lin. 2. post *verba*, adde *illa*
pag. 145. lin. 3. pro *&* lege *aut*
pag. 146. lin. 2. pro *promiscue*, lege *promiscua*
pag. 148. lit. ww. lin. 2. pro *valerent*, lege *valent*
pag. 154. lin. 8. pro *prior*, lege *potior*
ibid. lit. ζ. lin. 1. pro *at*, lege *ad*
ibid. lin. 2. pro *praecepta legis implevisse*, lege *opera legis perfecisse*,
ibid. lit. τ. post τ) adde (Grot.)
ibid. lin. 2. post CHRISTIANIS:) inseratur: Quædam huc pertinentia vide in notatis supra ad finem capitis primi. Egregius inprimis Chrysostomi locus de virginitate, cap. 44: τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν ἐ τοσῦτον ὑμῖν ἀρετῆς πρόκειτο μέτρον ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικῦντα, καὶ ἀντιλοιδορεῖσθαι τῷ λοιδορουμένῳ, καὶ χρημάτων ἐπιμελήσασθαι ἐξῆν, καὶ θτιορκῦντα ομνύναι, καὶ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμῦ, καὶ μισῆσαι τὸν ἐχθρὸν, καὶ ὔτε τρυφᾶν, ὔτε ὀργίζεσθαι, ὔτε γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ ἀντεισάγειν κεκώλυτα, καὶ ὐ τῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο κατὰ ταὐτὸν ὁμῦ γυναῖκας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεπε, καὶ πολλὴ καὶ ἐν τύτοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἠ. κατὰ δὲ τὴν τῦ χριςῦ παρυσίαν πολλῷ ςενοτέρα γέγονεν ἡ ὁδός. *Olim tanta nobis injuncta non erat virtutis mensura, sed & vindictam sumere de injuriam inferente, & convitianti reddere convitium, & pecuniis studere licebat, sed & citra falsimonium jurare, & pro oculo excutere oculum, & odio habere inimicum: quin nec deliciis frui, nec irasci, nec uxorem aliam ejicere, recipere aliam, vetitum erat. Parum dixi: etiam duas eodem tempore uxores habere lex sinebat, multaque & in his, & in aliis rebus erat temporum illorum indulgentia. At post Christi adventum multo arctior facta est via.* Tom. VI. edit. Savil.) Eodem libro, cap. 53. ὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαιτύμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι: *non eadem virtutis mensura a nobis & ab illis exigitur.* Idem in oratione, filium patri æqualem, quæ est Tomo III. ait in Evangelio esse ἐπίτασιν καὶ προσθήκην ἔνταλον, *praeceptum & intensionem & adjectionem*. (Pag. 717.)

ADDITIO.

pag. 155. lin. 1. pro *qua*, lege *quo*
ibid. §. 7. lin. 3. pro *Timotheum I. II.* lege *Timotheum II.*
pag. 157. lin. 4. post *pertinent ad*, adde: *humanam societatem, verumetiam qua pertinent ad*
ibid. lit. s. lin. pen. post *negare*, adde *debet*
pag. 163. lit. d. lin. pen. pro *diversitas*, lege *repugnantia*.
ibid. lin. fin. dele: *nedum repugnantia*
ibid. lit. ii. lin. 3. post *si ea*, adde *saltem*
pag. 164. lit. uu. lin. 1. pro *itaque*, lege *ita*.
pag. 165. lin. 6. pro *opposito*, lege *apposito*
ibid. lin. fin. pro *immi*, lege *imminuit*
pag. 166. in pr. inserantur sequentia: XI. 14. *Undecimum sit quod in Apocalypsis prophetia praedicuntur bella piorum cum manifesta approbatione. XVIII. 6. & alibi.*
ibid. lin. 1. pro *14. Undecimum*, lege *15. Duodecimum*
ibid. lit * lin. 5. pro *possessor*, lege *creditor*
pag. 168. lin. 5. pro *commilitanibus*, lege *commonitionibus*
pag. 169. lit. r. lin. 13. pro *boni*, lege *bonos*
pag. 170. lin. 13. post *hac enim*, adde *verecunda*.
ibid. in fin. lit. aa inserantur sequentia: *) (Grotius) (DIMITTE ILLI ETIAM PALLIUM:) Id ita exponit *Cyprianus* de bono patientiæ, (pag. 216. edit. Fell.) *ut tua ablata non repetes.* Irenæus IV. c. 27. (13. edit. Massuet.) *tollenti tibi tunicam, remitte ei & pallium: sed non quasi nolentes fraudari contristemur, sed quasi volentes donaverimus, gaudeamus. Et si quis te, inquit, angariaverit mille passus, vade cum eo alia duo, ut non quasi servus sequaris, sed quasi liber praecedas.* Etiam *Libanius*, qui Evangelia legerat, laudat duo litigantes de chlamyde & tunica, in oratione de custodia reorum. *Hieronymus* Dialogo I. adversus Pelagium: *docet Evangelium ei, qui nobiscum velit judicio contendere, & per lites & jurgia*

gia auferre tunicam, etiam pallium esse concedendum. (Tom. II. pag. 274. C. edit, Basil.)

ADDITIO.

ibid. lit. gg. lin. 4. pro *Ananias*, lege *Anania*
Pag. 174. lin. 8. pro *XXX.* lege *L.*
pag. 176. lin. 7. pro *jubeantur*, lege *jubebantur*
pag. 179. lin. 3. pro *merum*, lege *meum*
pag. 186. lin. 16. post *sape*, adde *aut improbarunt*
pag. 187. lin. 12. pro *solebant*, lege *solebat*
pag. 188. lin. 2. pro *justum*, lege *jussum*
pag. 192. lit. bb. lin. 2. pro *plerique*, lege *plerosque*
ibid. lit. cc. fere in fin. pro *cuterum*, lege *caterum*
pag. 139. lin. fin. pro *quidam*, lege *quidem*
pag. 194. lin. 1. post; *aliqui*, adde &
ibid. lin. 16. pro *Elberisani*, lege *Elberini*
pag. 195. lin. 3. post *majorem*, dele *pro*
pag. 196. lin. 8. post *perpetua*, adde *non*
ibid. lin. 11. pro *saculares*, lege *seculares*
ibid. lin. 13. pro *alienam*, lege *alienarum*
pag. 200. lin. 7. pro *ipsis*, lege *ipsa*
pag. 201. lin. 1. post *sit ea*, adde *constituta*
pag. 203. lin. 2. pro *quum*, lege *quam*
pag. 207. lin. 12. pro *Christus*, lege *Christum*
pag. 208. lin. 7. post *ultor est*, adde, *si damnum restitutor est;*
pag. 209. lin. 8. pro *districtum*, lege *destrictum*
pag. 214. lit. ff. lin. 11. post *propitius*, adde *non*
ibid. lin. 12. pro *consulem*, lege *consilium*
pag. 215. lin. 7. post *sed*, adde &
pag. 217. lin. 13. pro *publicove*, lege' *publicone*
pag. 219. lin. 1. pro *quastiones*, lege *quaestionis*
pag. 224. Col. 1. lin. pen. pro *potestas*, lege *illi potestati jus*
pag. 234. lit. y. lin. 3. pro *quam quam*, lege *quam*
pag. 236. lin. 1. post *singularia*, dela *vero*
pag. 237. lit. uu. lin. 2. pro *imperium*, lege *imperant*
pag. 241. lit. h lin. fin. pro *in specie*, lege *speciatim*
pag. 244. Col. 1. lin. 12. pro *coeterum*, lege *caeterum*
pag. 250. Col. 1. in Addit. lin. 11. pro *regiaine concurrant*, lege *regimine concurrunt*
pag. 251. lin. 1. pro *Calatim*, lege *Calatiam*
ibid. lin. pen. pro *ex*, lege *ea*
pag. 252. lit. μ lin. 3. post *possit*, adde *ne mutet*
ibid. lit. ξ lin. 9. pro *reddant*, lege *reddat*
pag. 256. in fine, dele *Divus Augustus Tiberius*
pag. 260. lin. antepen. pro *paratum*, lege *comparatum*
pag. 263. lit. * lin. 6. post *enim*, adde *non*
pag. 265. lin. 7. post *regnum*, adde *non*
pag. 266. lin. 8. pro *cepisset*, lege *coepisset*
pag. 268. lin. 6. pro *denique*, lege *plerique*
pag. 269. lin. 6. pro *ex*, lege *est*
ibid. lit. z lin. fin. pro *agis*, lege *egit*
pag. 270. lin. 2. pro *pervenerint*, lege *pervenerant.*
pag. 285. lin. 5. pro *accepti*, lege *accepto*
ibid. lit. gg. lin. 10. post *habitu*; adde *de*
ibid. lin. 24. pro *occasionumque*, lege *accessionumque*
pag. 286. lin. 1. pro *Cythera*, lege *Cytheram*
ibid. lin. 4. pro *graca*, lege *grace*
ibid. lit. oo pro *coeterum*, lege *caeterum*
pag. 297. lit. a lin. 4. pro *cepimus*, lege *coepimus*
pag. 303. lin. 1. pro *repugnat*, lege *pugnat*
ibid. lin. 4. pro *deferunt*, lage *adferunt*
pag. 305. lit. e. lin. 4. pro *obreptitium*, lege *obreptum*
pag. 309. Col. 1. lin. 6. dele *statum Ebraeorum non fuisse monarchicum nec*
ibid. lin. 7. pro *eorum*, lege *regum*
pag. 311. lin. 12. post *venaretur* adde *aut*
ibid. lin. antepen. pro *Phaacum*, lege *Phoeacum*
pag. 312. lit. o. lin. 5. pro *obtinere ait*, lege *obtinuisse testatur*
pag. 317. lit. oo lin. 7. dele *eorum*
pag. 320. lin. 10. post *dixerunt*, adde *illi*
pag. 322. lin. 1, post *civitates* adde *Gracas*
ibid. lit. e. lin. 3. post *at* adde *ipsi Athenienses*
ibid. lin. 4, pro *commisit*, lege *commiserunt*
ibid. lit. h. lin. 3. pro *res*, lege *eis*
pag. 323. lin. 8. post *Rhodiorum socios*, adde *ait*
ibid. lin. 13. pro *patientia*, lege *potentia*
pag. 324. lit. d in fin. pro *supra*, lege *infra*
pag. 328. lit. b pro *offensio*, lege *defensio*
pag. 334. lin. 4. pro *uti*, lege *utens*
ibid. lin. 8. pro *injuria*, lega *inscitia*
pag. 336. lin. 13. post *subjectione*, adde &
ibid. lin. 17. pro *primum*, lege *primam*
pag. 338. lin. 7. post *summa*, adde *omnibus*
pag. 339. lin. 7. a fine pro *Esse*, lege *Ego*
ibid. lin. 4. a fine post *spernantur*, adde *quis item in scholis si a discipulis susque deque habeantur praeceptores*
pag. 341. lin. fin. post *praefecti*, adde *praetorio*
ibid. pro *palestrita*, lege *palaestrita*
pag. 344. lit. k lin. 4. dele *ut*
pag. 347. lin. 1. pro *Judais*, lege *Judaeus*
ibid. lin. fin. post *necessitas*, adde *id*
ibid post lit. q addatur (Grot.)
ibid. lin. 1. post DESERENDA:) inseratur: Vide *Josephum*, ubi de custodibus Saulis agit, (Antiquit. Judaic. Lib. VI. cap. 13. §. 9. edit. Hudson.) *Polybius* παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν. (Habet e *Suida*, voce πρόστιμα: nam verba paullo aliter leguntur apud ipsum historicum, Lib. I. cap. 17. *J. B.*)
pag. 349. lin. 10. pro *olim usa sit*, lege *utatur*
ibid. lin. 11. pro *desereret*, lege *deserat*
pag. 354. lin. 7. post *istius*, adde *esse*
pag. 360. lit. d lin. 1. dele *possit*
pag. 362. lin. 6. pro *qui*, lege *quia*
pag. 363. lin. 3. pro & lege *id.*
pag. 372. lin. 9. post *rex*, adde *aut senatus*
pag. 373. lin. 19. pro *confusione*, lege *perturbatione*
pag. 377. lin. 6. pro *familia*, lege *famulis.*
pag. 380. lin. 2. pro *intelligendum*, lege *intelligenda*
pag. 388. lit. s. lin. 5. pro *est*, lege *fuit*
pag. 391. lit. a fere in fin. pro *quod Grotius*, lege *qua Grotius*
pag. 396. Column. 1. lin. 5. ante ultimam: post *magnitudine* adde *processisse*
ibid. Column. 2. lin. 6. pro *conservandum*, lege *conservandam*
pag. 398. Column. 1. lin. 12. post *deducere possit*, adde, ? *Quod negant JCti.*
pag. 408. lit. e lin. 1. pro *a nocturno*, lege *nocturnum a diurno*
pag. 411. lit. γ lin. 3. post *sed*, adde *etiam.*

pag. 428. lit. uo. lin. 6. pro *Caino*, lege *Abeli*
ibid lin. 9. pro *Cainum*, lege *Abelem*.
pag. 430. lit. v. lin. 7 dele *terras &*
pag 445. lit. p. lin 4. post *autem* adde *id*.
pag. 452. lit. *n* lin. 16. pro *folutarus*, lege *folatarum*
pag. 455. lit. l lin. 1. pro *nocet illis*, lege *illis non nocet*.
pag. 456. lit. aa in Addit. lin. 2. pro *dominium*, lege *territorii dominum*
pag. 461. lit. p lin. fin. dele *pag. forte* 47.
pag. 461. lit. b lin. 1. post *deneganda* adde *non*
pag. 468. lit. b. lin. 5 pro *possunt*, lege *potest*.
pag. 483. initio lin. 6. pro *competeret*, lege *competat*.
ibid. Prop. VII. lin. 3. pro *est*, lege *sit*
pag. 485. lit. a in Addit lin. 4. pro *constitui*, lege *redigi*
pag. 491. Column. 1. In Addit lin. 5 pro *fuit*, lege *est*
pag. 499. lit. e. lin. 11. pro *flumen*, lege *terminos*
pag. 501. lit z. lin 4. pro *deduci*, lege *produci*
pag. 508. linea a fine 8. pro *Neufchattellensi*, lege *Neoburgensis*
pag. 514. lit. l. lin. 2. pro *notoria*, lege *non dubia*
pag. 515. lit. u. lin. 5. pro *scivisse*, lege *notitiam habuisse*.
ibid. pro *consuetadinem*, lege *consuetadinis*
ibid. lit. v lin. 5. pro *eum scivisse*. lege *cognitam ipsi fuisse*
pag. 518. lit. f. lin. 6. post *negligentiæ*, adde *statutum est*
pag. 522. lit. s. in Addit. lin. 2. pro *repeti*, lege *labefactari*
pag. 524. Col. 2. lin. 30. pro *dum* lege *cum*
pag. 530. lit. a. in Addit. pro *integrum*, lege *talis in quo vis est integrè*
pag 537. Col. 2. lin. 1. dele *vel delicto*
ibid. prop. I. lin. 12. pro *quo*, lege *quibus*
pag. 541. prop. V. lin. 8. post *utpote cum*, adde *portas*
ibid. Col. 2. in Addit. lin. 3. post *jura* adde *patriæ potestatis*
pag. 542 Col. 1. lin. 17. pro *quod*, lege *quæ*
pag. 549. lit. e. lin. 2. pro *Quæ*, lege *Quod*
pag. 561. Col. 1. lin 17. *dele in*
ibid. lin. a fine 19. pro *justu*, lege *injustu*
pag. 574 Col 2. lin. 16. pro *eorum*, lege *ejus*
pag. 580 prop. IV. fere in fin. pro *detegenda*, lege *tegenda*
ibid. propos. VI. lin. 4. pro *filii & filii*, lege *filii & filiæ*
ibid. prop. VI. lin. 7. pro *eorum*, lege *earum*
pag. 582. Col. 1. in medio pro *prohibentur fratres & sorores*, lege *prohibentur nuptiæ inter fratres & sorores*.
ibid. Col. 2. pro *Propositio VIII.* lege *propositio IX.*
pag. 585. & seq. pro *Jacobeda* lege *Jochabeda*
pag. 597. Sign. * lin. 2. pro *item*, lege *idem*
pag. 598. lit. cc. in fin. pro *non tamen inter privatos sed imaginie saltem*, lege *at circa magos saltem, non inter privatos*.
pag. 599. lit. ii. lin. 2. pro *jam*, lege *Socrates paulo*
ibid. lit nn. lin. 4. pro *mox*, lege *mos*
pag. 606. lit. f. lin. 4. pro *factam improbatam fuit a Johanne Baptista*, lege *hominis sceleſtiſſimi factum nec jus infert, nec morem probat*.

pag. 619. Col. 2. lin. 20. pro *veter einterpp.* lege *veteres interpretes*
pag. 633. Col. 1 lin. 1. pro *subjacent*, lege *subjiciunt*
pag. 637. §. XXVI. lin. 2. pro *casu*, lege *esse*
pag. 640. Col. 1. lit. a. lin. 4. pro *Creaturæ*, lege *Creatore*
pag. 643. Col. 2. lit. b. lin. 2. pro *personas*, lege *personæ*
pag. 644. Col. 2. lit. o. lin. 4. pro *pignus*, lege *pecus*
pag. 649. Col. 1. lin. 28. pro *si reumque*, lege *sit eumque*
pag. 654. §. VI. lin. 1. pro *Atqui*, lege *atque*
pag 655. lit. t. lin. 11. dele *etiam*
ibid. §. 7. lit c pro *imperio in dartem populi alienando obtinere putat*, lege *obtinere putat. si agitur de parte populi alienanda*
pag. 671. lit. h. lin. 4. pro *nemini*, lege *nemo*
pag. 681. lit. q lin. 7. pro *cunturn*, lege *curiturn*
pag. 703 lit. ii. lin. fin. pro *defuncti carissimi*, lege *defuncto carissimi*
pag 707. lit. u. lin. 3. pro *imo*, lege *sed &*
pag. 711. Col. 2. lin. 6. pro *mortuis fuerat*, lege *mortuus fuerit*
pag. 712. Col. 1. lin. 8. pro *licet id verum sit*, lege *posito id verum esse*
ibid. Col. 2. lin. 21. pro *potiores*, lege *posteriores*
ibid. Col. 2. prop. 12. lin. 5. pro *unus*. lege *una*
pag. 714. Col. 2. lin. 4. pro *naturæ*, lege *natura*
ibid. Col. 2. fere in fin. n. 7. lin. 2. pro *negatur*, lege *affirmatur*
pag. 716. lit. g. lin. 2. post *populi*, adde *liberis non existentibus*
pag. 715. lit. o. lin. 2. pro *ascendentes & collaterales*, lege *affines Gron. b.*
pag. 722. lit. c. lin. 3. pro *earumque*, lege *ejusque*
ibid. lit. c lin. 9. omittantur omnia usque ad lin. 15.
pag. 725. lit. b lin. 8. omittatur: *quem omnino imitatur successio regnorum*
pag. 725. Col. 1. Addit. secunda lin. 2. pro *victrice*, lege *victore*
ibid. Col. 1. lin. 7. pro *victrix*, lege *cujus jure bellum gerit*
pag. 728. lit. f. lin. fin. post §: adde 12.
pag. 729. lit. q. lin. 13. pro *filias*, lege *filii*
pag. 731. lit. rr. lin. 4. pro *b. d. e.* lege *b & e*
pag. 733. lit. m. lin. 5. post *lineolem*, adde *aliam*
pag. 734. Col. 2. lin. 18. pro *potest*, lege *possunt*
pag. 735 lit. n lin. 8. pro *potest*, lege *possunt*
pag. 747. lit. e. lin. 3. dele *nec in privata nec*
ibid. lin. 4. post *successione*, adde *non*
ibid. lit. h. lin. 2. pro *Qua*, lege *Quasi*
ibid. Col. 2. lit. d. lin. 4. post *adæquatum*, adde *proximioribus*
pag. 748. Col. 1. lit e. lin. 2. dele *neptis autem f. gradu proximior est ultimo regi*

Maximopere doleo tot operi huic irrepsisse menda, quæ sensum rei sæpius invertunt. Præcipua inter legendum emendavi, pleraque autem, & quæ in græco præprimis textu occurrunt, humanitati lectoris corrigenda relinquo.

✻)o(✻



F